M

MARCI MANTVAE BENAVIDII, PATAVINI I. C. COMITIS ET EQVITIS VT. AVLÆ; AC IN PRIMA ACADEMIÆ PATRIAE SEDE, IVRIS CAESAREI INTERPRETIS, ORDINARII DE MANE,

COMMENTARIA IN PRIMAM ET

secundam. ff. veteris partem, & noua quidem, præter aliàs impressa (iam annus xxx. elapsus est) nunc primùm (aliarum etiam multarum legum, numero aucta) in studiosorum gratiam, edita:



VENETIIS,
Ex Officina Ioannis Baptistæ Somaschi.
M D LXXIIII.

MARCI MANTVAE

BENAVIDII, PATAVINI, I. C. COMITIS
ET EQVITIS VT. AVLAE; AC IN PRIMA ACADEMIAE
PATRIAE SEDE, IVRIS CAESAREI INTERPRETIS,
ORDINARII DE MANE,

COMMENTARIA IN PRIMAM ET

secundam ff. veteris partem, & noua quidem, praeter alias impressa (iam annus xxx. elapsus est) nunc primum (aliarum etiam multarum legum numero aucta) in studiosorum gratiam edita.



VENETIIS.
Ex Officina Ioannis Baptistae Somaschi.
M. D LXXIII.

BEATISSIMO AC SANCTISSIMO PATRI GREGORIO XIII. PONT. MAX. CHRISTI VICARIO

Summo summæ sapientiæ Principi, deq; tota Christiana Rep. optime merito.

M. MANTVA BENAVIDIVS PATAVINVS I. CON.

Comes & Eques Vt. Aulæ Iuris Pont. nunc matutinis horis, in prima Gymnasii Patrii sede Interpres.

IAm annus agitur x. Beatissime ac Sanctissime Pater, quo enarrationes meæ in ordinarias partes, (quod aiũt) Iuris Pontificij, auspicato nomini felicis Recordationis Pij IIII. Pont. Maximi, dicatæ fuerunt, nec ab re, quià noster olim (verbo arrogantia absit) fuerat auditor dum iuri operam nauaret Cæsareo, non secus ac Zenonis philosophi, uel Aristotelis Antigonus & Alexander Macedonicus Reges, quod & ore proprio dicere palam dum in humanis esset, & sæpissime quidem haud est dedignatus, nec id ipsum Cardinalis amplissimus, Borromæus Nepos, tacuit, nunc uerò cum à me iuris Cæsarei sint euulgandæ, alias enim in lucem dedimus, iam annus trigesimus fermè elapsus est, quinquagesimus sextus uerò (iterato dixerim agitur, quo hoc legendi munere fungor, Pontificii prius medio Cæsarei tempore post, nunc uerò ad pontificium reuersus lubens excrucior,) Consentaneum fore existimaui, sanctitati tuæ, flexis genibus, & uultu ad terram demisso, reuerenter dicare, pariter & consecrare, non modo quia tractatio iuris Cæsarei sit, nec aliud ius ipsum quàm ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellat inquit Vlpianus noster legum & ipse coripheus, imò quod publicum, in sacris sacerdotibus & magistratibus, quoq; consistit, verum etiam quia tu eminentissimus I. Con. admodum iuuenis, ut ego pariter, primum in patria multos annos Iuris Interpres, fuisti, insudasti, & laboribus non pepercisti, summa tua cum laude, à quo ceu fonte perenni (vt ille ait) vatum pieriis ora rigabantur aquis, donec in amplissimum dignitatis gradum euectus sis quod felix faustumq; sit, nec aliud lex (quod sanctitas tua non ignorat) quam donum Dei & dogma omnium sapientum. Tuq; Maxime Pontifex tuumq; pectus sanctissimum, nil aliud quàm lex, lex ab

ore Dei manat, & per ora Principum, (vt ſæpiſſime dicere ſolemus) promulgatur ſanctio ſancta, iubens honeſta & prohibens contraria, quod priſci quoq; ſentientes, & hoc in ſe non nihil religionis habere omnia quæ etiam æterna eſſe uolebant nouiter inuenta, Mercurio dicabant, vel Ioui poſtquam Saturno patre pulſo Olympum montem incoluiſſet. Eſtq; morem hunc deinde poſteritas ſecuta. Æſopus Phrygius, Nicander Pergamenus. Ille enim Creſo Lydorum Regi, iſte uero Attalo ſuas dicarunt lucubrationes, & aliis alij quàm plures, quos enumerare lõgum foret. Vereor ſolum, ne mediocritas mea, (vt Hiero. ait) tuæ beatitudini non ſatisfaciat, alia ex parte uero recreor quod & his omnibus, qualiacunq; fuerint, mihi non animum obſequiumq; meum, ſed ingenium & uires parum conſtantes defuiſſe cognoſcet, ut illi qui ſoluendo non ſunt, quiq; ſi paruam quandam ſumulam creditori ſuo ſoluerint, iudicum fauorem promerentur ex quo ſic oſtendunt ſe (tametſi miſeri ſunt) non tamen ingratos fore, & immerentes, ſuſcipiat igitur læto animo hilariq; fronte ſanctitas tuas quas tibi vigilias dicamus, quæ ſi ſua gratia, commendationeq; ſua fuerint condignæ me non parum lucri aſſecutum fuiſſe exiſtimabo (putaboq; ſatis eſſe) ſub umbra ſanctiſſimorum pedum tuorum, veluti Clypeo quodam lateant, cuſtodiantur, latratibus obtrectatorum obſiſtant, ſeq; audacter & ſtrenue, ac fortiter tueantur. Vale Chriſtianæ R.P. fautor, fidei defenſor, & hæreticorum hoſtis, expugnatorq; acerrime.

PRÆLECTIO.

DEMOSTHENES, à Demoſtene patre; ſub tutoria poteſtate relictus, grandior factus, cum ſemel Caliſtratum, egregie orantem audiuiſſet, vidiſſetq; omnium applauſu, comitatuq; domum reduci, illius gloria excitatus (uiderat etiam omnia orationis vi fieri poſſe) ſe ſe totum ad dicendi ſtudium contulit: cumq; ſub Iſæo, & Achidamante emicuiſſet, tutoribus ſuis diem dixit, qui tum ſurripiendo, tum negligendo, eius bona patrimoniumq; diminuerant, conuictis his, quanquàm integrum debitum non exegiſſet, peritiam tamen optimis auſpitiis præſentisq; animi audacia conſecutus eſt, & rurſum famæ deſiderio pellectus, ad oratoriam ſe tranſtulit, quæ poſſet eum in ampliſsimum dignitatis gradum, collocare, quæq; licet initio minus grata auditoribus uideretur, quod confuſa ſuperfluisq; haberetur argumentis elaborata, labore tamen atq; exercitatione, & Satyri hiſtrionis conſilio, effecit, adeoq; contendit, & actionem emendauit, ut non prior Demoſthenes, uerùm alter ab eo uideretur: Ferunt inſuper ſubterraneum locum quendam, Cryptoporticum ſcilicet, extruxiſſe, in quem deſcendens, corporis motum, uocemq; reformabat, ac linguæ uitium, coniectis in ore lapillis emendabat. Imò quod colles ſcandendo amplius ad longi ſpiritus hyperbaton pronunciando exercebat, habuiſſeq; magnum domi ſpeculum, in quo ſæpisſimè ſe ipſum contemplans geſtum quoq; formabat, argumentum ſanè apertisſimum, nihil tam rude eſſe, nihil aduerſante natura, tam aſperum, aut incultum, quod non mutet prorſus labor aſsiduus, vel frequens exercitatio non emoliat, hinc non ab re Cicero, quo minus ingenio poterat, ſubſidium aliquando ſibi diligentia comparaſſe, teſtatur, ratus ingenii tarditatem, fore excitata opera diligentiæ, compenſandam. Sertorius quoq; Imperator cõfluente ad eum barbarorum multitudine, quam ob eorum, feritatem, ſuperbiamq: barbaram, nec ratione, nec uerbis inſtruere poterat, quominus in hoſtes ſemper præcipites ferrentur, aduocata concione iuſsit, equos binos in medium adduci, quorum alter imbecillis, validus verò erat alter, apud Ilium, miles erat fortis & magnus, qui ambabus adnitens manibus ut uno impetu imbecillis caudam euelleret, diu tandem nihil agens, ſe ſe, equumq: defatigauit, equi uerò fortis, homunculus quidam ſenſim caudam expillauit. Quam ob rem inquit Sertorius omnibus ſpectantibus, videte milites, vires ingenii ſæpe ſuperari poſſe, uſq: adeò, ut quæ uno impetu confici haud poſſunt, paulatim quidem conſumantur, nullamq: potentiam eſſe, quæ diuturnitate minui non poſsit. Idemq: vobis ego, præſtantisſimi adoleſcentes, tametſi materia ampla ſit difficilis, & obſcura, quæ à nobis hoc anno eſt pertractanda, & amplius ut omnem animi diffidentiam abiiciatis, ſi quam fortasſis ante hac, concepiſtis, quoniam ſpero, ſi laboribus & vigiliis (vt ſoletis) minimè peperceritis, ego rurſum quantum in me eſt tantum lucis ſanè omnibus afferre, ut uos aliquando me docentem ex animo audiuiſſe, non pæniteat, tantumq; frugis ueſtrum quiſq: conſecuturus ſit, quantum ingenii mei ſtudiorumq: meorum, non incultus Agellus ſanè, (lucubratas enim uigilais vobis iterum polliceri poſſum) eſt allaturus. Dixi.

INDEX LEGVM QVÆ IN HAC prima.ff.veteris parte continentur.



SCOLIA L. VT VIM. FF. DE IVSTI. ET IV.

SVMMARIVM.

1 *L Ex ista uenit exemplificatiue ad l.1.§. fi. super eo.*
2 *Legis ad legem an sit continuatio.*
3 *Ordo literæ non est curandus, quando mẽs est certa.*
4 *Patria præfertur patri, & è contra, secundum diuersas considerationes.*
5 *Vim propulsare, atq; iniuriam, an sit exemplum iuris gentium.*
6 *L. quartæ in fi. ff. ad legem Aqui. declaratio.*
7 *L. si seruus. C. de his, qui ad eccle. confu. declaratio.*
8 *Decisionis huius l. ratio ponitur in tex.*
9 *Iudæi, an sint nostræ naturæ participes.*
10 *Iudæi, an sint nobis fratres.*
11 *Cognationem quandam dixit tex. cum misterio.*

L. VT VIM. Hæc lex venit exemplificatiue ad l.j.§.fi.sup.eo.† seu cõ
1 tinuatiue exemplificãdo, dicitur ergo ibi, ꝙ ius naturale, & gentium differunt, ex quo illud commune est omnibus animalibus, istud verò, solis hominibus: exemplum (dicit Iuriscon. in l. veluti seq.) vt Deum colamus (quod ad religionem spectat) & parentibus ac patriæ pareamus, & hic deniq; ut uim, atq; iniuriam propulsemus, & exinde huius ultimi rationem assignat. Quibus fit, cùm rem ipsam, uelut digito ostendãt, & tactui quodammodo subiaceant, vt in eis non possit esse dubitatio. l. 1. ff. de præscrip. ver. Bald. consil. 357. col. 2. vol. j.

Tamen difficultatem moueo; cum veniat continuatiuè ad d.§. fi. quomodo sic dixerit glo. in l. Gallus, in prin. in verbo, posthumos. ff. de lib. & posthu. quòd vnius legis ad aliam cõtinuatio non fit, & probari uidetur, in l. 2. vulga. ff. de sta. ho. Pro solu. respõdeas
2 †verum esse, nisi nos ad id necessitas cogat, quando exemplum præcedẽtis esset in ea positum, quæ continuatur ut hic. Vel utilitas, ut in l. 2. in glo. j. ff. de verb. ob. tradit Ias. in rub. inst. de ac. in 2. col.

Secundo difficultatem moueo, cur etiam in d.l. veluti, præponatur patriæ obedientia parentum, cum tamen eidem prius nascamur. l. j. §. & generaliter. ff. de ven. in pos. mit. l. aduocati. C.

de aduo. di. iudi. immo ꝙ licet etiã pro patria pati ẽ interficere. l. minimè & ibi Bar. ff. de relig. quòdq; plus debet quis patriam diligere, quàm se ipsum, quia ad ipsam ordinatur sicuti pars ad totum, & omnes ad Deum. Vnde illud prodiit etiã, quod utilitas publica, priuatę semper est pręferẽda. l. vnica. §. fi. C. de cad. tol. ordoq; est ut prius Deum colamus, postea patriã tueamur, & diligamus, tertio parentes, quarto nosmetipsos, deinde affines, sexto amicos, & ultimo loco bonos potius quàm malos. Ad quod e-
3 tiam pro solu. dici potest † ordinem literæ non curandum, quoniam mens legis est certa. l. nec. n. ff. de solu. Bar. in authen. hoc amplius, in princ. C. de fideicom. & in authen. hoc ius porrectum, col. j. C. de sacrosanct. eccle. Vel
4 & melius † quòd vbi agitur de statu publico, patria præfertur patri. d. l. minimè. d. l. aduocati, si uerò de commodo pecuniario, pater patriæ. l. pe. ff. de postu. & ex hoc Bal. indistinctè locutus, in l. qui necessario, C. de aduo. di. iudi. reprehenditur per Ias. in l. militẽ. C. de procu. post Ange. Ray. & Fulgo. in d. l. pe. & Bar. atq; alios, in præalleg. l. ueluti, & bene.

Tertio difficultatem moueo, quomodo hoc, quod hic, in prin. dicitur, possit esse exemplum iurisgentium, videtur mihi, quòd sit potius exẽplũ iuris naturalis, casus ẽ clarus, in. c. ius naturale. in fi. j. dis. vbi ad literam legitur, quòd uiolentiæ per vim repulsio, est de iure naturali. Pro solu. dici po-
5 test † quàmuis sit de iure gentium, qđ negari tamen non potest, quin sit etiã iuris naturalis, ex quo naturaliter homo, & cætera animalia, prona sunt ad cõseruationem sui esse, quasi hoc idẽ sit in naturali ratione positum, ut hic per Bal. in prin. & facit quod habetur in §. singulorum, insti. de re. di. & licet uidere, quia in deposito ẽt exemplificat, & tamen depositum, ut cæteri contractus, est de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iu. & iu. fortè propter æquitatem naturalem, dictãtem, fidem seruari, quæ tamen generalis est ne dum in deposito, verum etiam in cæteris contractibus. l. j. ff. de pac. & propterea fortè posset dici adhuc, ut dicit Clau. in d. l. ex hoc iure, reprehendendo Pa. de Cas. quòd Gratia. in d. c. ius naturale, inordinatè ꝓcesserit. Tamẽ ad propositũ, qđ iuris naturalis sit, est tex. in l. j. ĩ §. vim vi. ff. de vi & vi arma. declarandus, ut supra. Immo quòd alibi uis illata est alicui, & quarto, & tamen non propulsatur, in. l. iniuriarũ in. §. j. ff. de iniur. quæ nihilominus secum solu. habet, quia non est uis illata à priuato, ut hic per glo. j. in prin. quæ ob hoc erit expedita, sed ab eo, cui subditi sumus, idest à Iudice, iuris. n. executio (inquit ibi Iuriscon.) non habet iniuriam, & si quis decreto prætoris nõ obtemperauerit ductus non est in ea causa ut iniuriarũ agat propter prætoris præceptum, & ita per d. text. dicit etiam Bart. consi. lxvj. ad declarationem, col. j. tamen aduerte, quia vers. seq. cõtrariari huic solu. uidetur, nisi respondeas, & est uerum, in ducto per militem, uel alium officialẽ, iniuriosè, & vexandi causa eum quem ducit intelligi debere, unde practica est, vt magistratus iussu ducat, & excusabitur, vt ibi, & in l. non uidentur, in §. q iussu. ff. de regu. iur. tradunt Veronen. caute. xxviij. faterer tamen, si mãdati fines excederet, vt plerũq; isti faciũt, ꝙ tunc non esset iuris executio, sed iniuriæ illatio, agiq; posset. l. si iniurię. ff. e. & aliàs officio iudicis puniri, vt pulchre deducit Gui. pp. ĩ deci. suis cccxciij. & cccxxiiij. Ob. etiam tex. in l. qui restituere. ff. de rei ven. vbi Iudex functus erat officio suo in actione reali. l. Iudex posteaquam. ff de re iudi. & tamen reum, rem restituere nolẽtem, manu militari compellit, nec ob id tamen vim atq; iniuriam propulsat. Sol. non propulsat, quo ad iudicem loquẽdo, quia functus erat officio suo, cognoscendo, non exequendo. l. à diuo Pio. ff. de re iudi. & facit in argu. vulga-

tum

tum illud, nil actum esse, cùm restat ad
huc aliquid agendum. l. cum Syllania-
num. C. de his quib. ut indi. loquor in
ordinario, quoniam in delegato, nul-
lus est, etiam quòd habeat potestatem
exequendi à Principe, qui possit sen-
tentiam exequi per uiolentiam, ut per
Ange. hîc, colum. i. post Inno. in. c. tuæ,
vt lite non con. & ad propositum non
mirum est etiam si hanc. l. glo. pro con
cordanti allegat, vt in ea, nec etiam re-
spectu militum, quoniam id iussu iu-
dicis faciunt.

Quinto uidemus etiam, quòd si fur
interdiu deprehendatur, potest occidi
à Domino, si se telo defendat. l. iiii. in
fi. ff. ad legem Aqui. ergo non licet (vt
hîc dicitur) uim ui repellere. Soluit
6 adhuc glo. quod illud ideo est † quia vis il-
lata erat à priuato iustè, & Bar. hîc post
eam, & probatur in. l. nec timorem, in
. §. i. ff. quod met. cau. & in. l. furem. ff. ad
legem Cor. de Sica. & nota quòd offen
sio non est etiam domino permissa, ni-
si (vt dicitur in. d. l. 4.) id æque cum cla
more testificetur, & est argu. in. l. si pu-
tator. ff. ad legem Aqui.

Sexto difficultatem moueo, quia si
seruus ad ecclesiam confugiat, & vis
fiat ei, ne ingrediatur, vel inde abstra-
hatur ingressus, iniuriam non propul-
sat, aliàs impune potest interfici, ca-
sus est singularis in. l. si seruus. C. de his
qui ad eccl. confu. Solue etiam istud,
7 quòd à lege inductum est ne † reus, aut
quiuis alius resistat ei, qui licite suum
exercet officium. l. prohibitum. C. de
iu. fisci. lib. x. quoniam si illicite, & si iu
stitiæ terminos excedat, secus ut supra
& per Bar. in. d. l. prohibitum, & in. §.
quadrupli, ubi Ias. in. i. colum. multa,
insti. de actio. & quod dictum est, quòd
potest etiam interfici, declarandum est
uerum, si telo se defendat, argu. in. d.
l. 4. ad legem Aqui. & limitabitur quod
idem Bal. dicit, in authen. sed omnino
colum. 5. C. ne vxor pro ma. quòd si mi
nister iudicis commissione debitorem
fugientem vulnerauerit, de delicto pu
nietur, nisi se telo defendat, quia tunc
secus, ita ipsemet in. l. si ut allegas. C.
ad legem Corn. de Sica.

Decisionis, & exempli huius, quòd
vim ui repellere liceat, & iniuriam pro
pulsare, ratio clara est in text. quia iure
8 fecisse existimandus est quis † si quid
ob tutelam sui corporis fecerit. Quæ
tamen uera non uidetur, quia eadem
cum dicto, cõtra tex. in. l. fi. ff. de offi. pro
cura. Cæsa. patet, quia dicit, iure hoc
euenire, & postea quod iure fecisse exi
stimandus est quis &c. vnde si testis de
ponat, scio quia scio, nihil concludit,
vt per Barto. in. l. qui interrogatus, in
prin. ff. de peti. hæ. & si rursum dicat, quod
est publica vox & fama, interrogatus
uero de causa scientiæ, respõdeat, quia
publicè dicitur, nõ probat, secundum
Bal. in c. cum inter, in fi. de consue. Re-
sponde primum, quòd immò non in-
conueniat. d. l. fi. l. 2. in prin. ff. si cer. pe.
§. filius familias, & ibi Por. insti. quib.
mo. ius pa. po. sol. & in. l. illa institutio.
ff. de de hæ. insti. Vel & melius, quod
exponitur hac ratione uerbum illud,
iure fecisse existimandus est, idest natu
rali æquitate, vt hîc per Ange. in prin.
& probatur in. l. i. in. §. cum arietes. ff. si
quad. pau. fe. di. & in l. i. in. §. vim vi, al-
lega. etiam supra. ff. de vi & vi ar. & in
clem. pastoralis, de re iudi. Alia item
est, vt adhuc subiicitur in text. quia ne-
fas est, cùm natura inter nos cognatio-
nem quandam &c. quod ex eo licet ui
dere, quia (vt inquit Deci. hîc, in 3. not.)
omnes sumus eiusdem naturæ partici 11
pes, & fratres per lauacrum regenera-
tionis, quòdq; vnusquisq; proximum
suum diligere debet, vt se ipsum c. cha
ritas. §. item proximos, de pe. dis. 2. c.
9 ad mensam, xi. q. 3. c. debet, 23. q. 4. & be
ne. Adde quòd etiam Iudæi sunt † no
10 stræ naturæ participes, & tamen non
sunt fratres nostri † quia non habent di
ctum regenerationis lauacrum, vt in
locis præallega. & ob hoc malè locutus
est Ang. in. l. vtimur. ff. de sepul. vio. quod
appellatione sociorum ueniunt etiam
Iudæi, ex quo societas quodammodo
quædam fraternitas est. l. verum. pro so.

contracta duntaxat inter Christianos, & aduertit Corsc.in singu.societas, & benè, & ad idem facit etiam quod habetur in c: gaudemus, de diuor. ubi de his, qui foris sunt, nihil ad nos, Nec prætermittendum est, quòd omnes vsquè ad tempus concilii Niceni fratres appellabantur, postea appellati fuerunt Christiani.c.2.xxii.dis.c. rogamus.xxiiii.q.i.immò quòd neq; Iudæi sunt nobis proximi, sed homo fidelis tantum, qui hominem diligit fidelem ut Io.Chrysos.ait, homi.xlii.in.c.Matthæi xxii. non tutum tamen, vt per Abb.in.c.Iudæi, de testi. & in contrarium uidetur tex.iuncta glo. in.c. charitas, in.§.item proximos, de pœni.dis. 2.ex quibus, ad propositum redeuntes confirmatur exemplum prædictum legis nostræ, & iurisgentium, in natura li ratione fundatũ, vt supra quòd uim ui repellere liceat, firmum esse in causa argumentum præ cæteris, non secus ac in accidentibus quantitas, in diffinitione genus, in oratione pronunciatio, & diffinitio deniq; in disputatione, & cum istæ rationes in naturali ratione (iteratò dixerim) fundatæ sint efficaciores esse debent cæteris .c. consuetudo.i.dis.l.qui habet.§.si pupillus, & ibi not.ff.de tute. late Stepha. Fedo. in tracta.de interpreta.iu.in vlti.par.ppè finem. Et perpetua obseruatione dignum est, quòd cognationem dixit

11 † quandam, quia à primo illo nostro parẽte Adam, in cuius sinu sumus omnes, originem ducit, & sic non propriè. l.non facile.§.cognationis.ff. de gradi. argu.in.l.hoc legatum.ff. de lega.3. ex quo malè infert Cur.hic, ad.q.Bar.in.l. Lutius.ff. solu. mat. an pater possit remittere iniuriam, illatam filio, cùm sit hoc modo arguere, à simpliciter, ad secundum quid, & malè.d.l. hoc legatũ lii.ff.de dona.Cald.pulchre, consil.v. an dicatur, de vsu.Bald.in.l.debitor, in §.seruo, ad fi.ff.de leg. 2. nisi saluando dicamus, sufficere, q illatio sit, de termi nis, ex quibus infertur quoquo mõ .l. i actionib.& ibi not.ff.de in lit.iu.Finis.

SVMMARIVM.

L. ut uim.ff. de iusti. & iure.

Lex ista habet materiam amœnam, & delectabilem.
2 *Lex ista uenit continuatiuè ad præcedentes.*
3 *Docendi modus triplex.*
4 *Dubitatio uel error in principiis esse non potest.*
5 *Exempla huius legis sunt cum mysterio.*
6 *Veluti dictio est exemplificatiua.*
7 *Patri priusquàm patriæ parendum est.*
8 *Defensio est de iure naturali & gentium.*
9 *Ratio decisionis est ibi nam qđ quisq; &c.*
10 *Originem ducimus à primo parente Adam.*
11 *Vis multiplex, de illatiua hic intelligitur.*
12 *Iniuriam hic intelligimus idest uiolentiam iniuriosam.*
13 *Propello frequentatiuum est.*
14 *Nàm: continuatiua dictio est.*
15 *Quisq: signum est uniuersale collectiuum.*
16 *Tutela de qua hic est de iure gentium.*
17 *Quod fit lege permittente pœnam nõ meretur.*
18 *Natura cognationem inter homines constituit.*
19 *Hominem homini insidiari nefas.*
20 *Licitum est cuius contrarium est illicitum.*
21 *Banniti nostri temporis an iure communi offendi possint.*
22 *Bannitis an possit damnum dari in bonis.*
23 *Banniti uxor an possit adulterari.*
24 *Iniuriæ propulsatio est de iure gentium.*
25 *Potens qui uult alium interficere an possit interfici.*
26 *Inquisitus si probet hominem occidisse ad sui defensionem, an excusetur.*
27 *Defensio fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
28 *Defensio probari debet, aliàs confessus suo gladio (ut aiunt) se iugularet.*
29 *Si qualitas hæc non probaretur, an pœna mortis confessus sit condemnandus.*
30 *Si confessus homicidium ex interuallo dicat ad sui defensionem occidisse, & offerat se id probaturum an admittatur.*
31 *Si aggressus potuit fugere, & non fugit an excusetur.*
32 *Cognationem, non simpliciter dixit hic I. Con.*
33 *Insidiator nefarius est.*
34 *Vi. habet multa significata.*
35 *Vis diuersimode capitur.*
36 *Duo sunt decertandi genera.*
37 *Si homicidium intra pacem committatur an id impunè fieri potuerit.*
38 *Amici etiam sunt conuocandi ad iniuriam propulsandam.*
39 *Insultatus antequàm percutiatur poterit insultantem propulsare & repellere.*

40 Securitas ipsa cum homine nata est.
41 Massarius non tenetur se prodere & denunciare de crimine capitali.
42 Pro tuitione rerum licet hominem occidere.
43 Arma tenere licet pro sui tuitione.
44 Vim ui repellere bellum necessarium est.
45 Milo uim à capite suo depulit.
46 Manulia meretrix Hostilium Mancinum lapidibus depulit uim sibi inferentem.
47 Vicinus nō pdit ius cōgrui si uim ui repulerit
48 Fortes & magnanimi sunt habendi, qui propulsant iniuriam.
49 Qui propulsat iniuriam rem licitam facit.
50 In uia defensionis nihil est illaudabile.
51 Bella sunt contra ius naturale.
52 Homicidium ad defensionem non imputatur ad culpam.
53 Defensio permissa est per fas & nefas.
54 Defensioni hominum non minus est fauendum quàm sepulturæ mortuorum.
55 Animalia Bruta se defendunt iure naturæ.
56 Iure insultantem occidisse, quomodo probetur.
57 Offensus se defendere non potest si subditus sit.
58 Exempla etiam multa subinde alia ponuntur.
59 Clericus liberatur à patria potestate.
60 Præceptor seuerè castigans pueros tenetur.
61 Fur interdiù depræhensus occidi potest.
62 Bannitus qui poterat offendi ex forma statuti, si offendat offendentem, an puniatur.
63 Quid si statutum diceret impunè occidi posse.
64 Iniuria à magistratu illata an sit toleranda.
65 An posit conueniri durante magistratu.
66 De facto aliquid facienti de facto resisti potest.
67 Quid si inferatur grauamen non reparabile.
68 Bruta non dicuntur iniuriam facere seu pati.
69 Bruta delinquentia an puniantur.
70 Quod hic dicitur uerum est iure fori non poli.
71 Quomodo hoc intelligatur.
72 Quod non sit uerum.
73 Resolutio alterius difficultatis.
74 Defensio quoq; permittitur pro tuitione rerum cum moderamine inculpatæ tutelæ tamen.
75 Violentiæ turbatiuæ resisti potest.
76 Quid in ablatiua.
77 Quid in ea quæ fit edifficando.
78 Quid in defensione alterius.
79 Quid in amicis.
80 Quid in socio.
81 Quid in scholaribus.
82 Quid in uicinis.
83 Quid in penitus extraneis.
84 An cogatur quis alium defendere.
85 Glo: auctoritas magna est.
86 Quando defensio facta dicatur cum moderamine inculpatæ tutelæ.
87 Quid si rursum defendens se, potuit fugere.
88 Quid in iniuria uerbali an possit propulsari.

FLORENTINVS LIB. I. institutionum.

VT VIM; Ista pulcherrima, & not. lex (vt inquit Ias. & benè) conti-
1 net † materiam amœnam, & delectabilem, licet nō admodum difficilem; pro cuius introductione tamen scias velim, & primò, quod à Florentino I. Con. condita est, qui floruit pariter temporibus Alexandri, christiana Mammea geniti, libro. i. institutionum ut Taurelius & Haloander testātur, seu institutorum (xii. enim cōnscripsit, vt ait Rutilius, in vita ipsius) & vtroq; modo bene quandoquidem hæc quæ hic dicuntur, & in .l. præcedenti exempla præceptorum sint, de quibus etiam in .l. iustitia infra eo. & in §. iuris præcepta insti. eo. ad mores spectantia, quibus instruimur ad bene beatèq; uiuendum, est verum quod præcepta ab institutis differunt, quippè quòd, illa Theoricam respiciant, ista uerò praxim: deq; his aliàs Cice. in lib.
2 offi. i. & quod uenit † continuatiuè ad leges præcedentes, namq; prius dictū fuerat, ius naturale commune esse omnibus animalibus, ius gentium uerò solis hominibus, postea exemplificat, & dicit, veluti erga Deum religio, ut parentibus & patriæ pareamus, & vltimo loco hic ut vim, atq; iniuriam pro pulsemus. Et mirum videtur, quoniam titulorum continuatio est, vt plurimum & cōmuniter non legum, vulga. l. 2. ibi proximos atq; coniunctos titulos applicantes. pro ut res patitur dicemus infra de sta. homi. & in .l. cum de lanionis in .§. asinam molendinariam ibi quibusq; proxima copulata succedant. ff. de fun. instruc. & ita inquit glo. in .l. Gallus in prin. ī uer. posthumos. ff. de lib. & posthu. Nisi dicamus (& est verum) maioris declarationis gratia licere secundum glo. alibi quoq; sic dicentem in .l. 2. ff. de ver. ob. Ias. insti. de

actio. in rub.col. 2. & hinc uidemus etiam quod hac ratione verba ex abundanti prolata non uicient scripturas .l. non solent.l.quæ dubitationis tollende gratia.ff.de regu.iu.quodq; interpretatio haud est negligenda, quanquàm sint uerba aliàs clara .l.i.§. quàmuis de uen.inspi.

Secundo scias, quod triplex est do-
3 cendi modus † diffinitiuus, diuisiuus, & exemplificatiuus, vt dicit Bal.in.l.i. in prin.supra eo.Et nimirum quidem, q̃a omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio debet semper à diffinitione ꝓficisci ut intelligatur quid sit id de quo disputatur ut inquit Cice. in lib.offi. Diuisio uerò animum intelligentis incitat,mentem audientis præparat, & memoriam artificiosè reformat,secundum glo.in.§. igitur in prohe.insti.l.i.ff. de excep. do. & qui bene diuidit rem dilucidiorem reddit &proximus est ueritati, exemplaq; magis mouent necessaria admodum ut facilius intelligantur, quæ dicuntur.l. vt responsum.C.de transac.l.i.§. sed sciendum.ff. de edi. edic. porrò longum est iter præceptis, breue autem exemplis, diffinitio enim ponitur iuris in.l.i.sup. eo.in prin.diuisio in.§.i. & exempla deniq; in.l.ueluti & hic.

Tertio scias quod cum ex his artis principia tradi uideantur, in eisdem
4 † error seu dubitatio esse non poterit, iuxta illud philosophi 2. Met. in foribus quis delinquet? quasi dicat nullus sicuti enim ea quæ ponuntur in ostio omnibus nota sunt, ita prima principia patent, & negari non possunt, unde vulgò aiunt, contra negantes principia non esse disputandum,& hoc est etiam quod dicitur Gene.4.statim peccatum in foribus aderit. Aliis tamen uerbis usus est philosophus in loco p̃allega.sic. existentium prima principia semper uera non quandoq; uera quandoq; non uera.

Quarto sciendum est, quanquàm alibi I. Con. dixerit in.l.ita vulneratus ad.fin.ff. ad legem aqui. vnum interim ꝓposuisse cõtentus ero & alibi, sed ne res exemplis egeat paucis agam in .l.i. ff. de præscrip.uer.quod hic tamen tria
5 posuit exempla † cum mysterio,quando quidem dicta ĩ.d.l.i.in.§.i. supra eo. respiciant,& ad eam applicentur, primum scilicet religionis erga Deum,ad publicum ius, consistens in sacerdotibus, secundum ad idem, quod in magistratibus identidem consistebat.Tertium uerò ad ius priuatum refertur.

Quinto & ultimo, quod dictio ue-
6 luti est exemplificatiua † vt etiam sentit I.Con.in.l.consensu.ff. de ac. & ob. & idem in.l.2.in.§.quædam.ff. de interdic.& in.l.fi.C.si quis alte.vel sibi,& in l.quædam mulier .ff.de rei uend. Nec secus indictione ut: habente relationẽ ad.d.aduerbium veluti, vt infra etiam dixi,&in.l.iurisgentium in.§.quinimò ibi, vt in bonefidei iudiciis .ff. de pac. & in.l.i.in.§.interdicta .ff.de interdic.

Mirum tamen adhuc uidetur in hisce exemplis, quod proxime supra dicat I.Con.prius patri quàm patriæ pa-
7 rendum esse † cum tamen prius huic quàm illi nascamur.l.i.§.& generaliter ff.de ven.in po.mit.l.post liminium .2. §.filius.ff.de capti.Bal.in.c.i.colum. 3. de pa.iu.fir.in vsib.& facit vulgatum illud legis dicentis, prius fuit disciplina castrorum, quàm charitas liberorum. d.§.filius,&ad propositum est casus in .l.aduocati.C.de aduo.di.iud.ibi, non minus ꝓuident humano generi quàm si præliis atquè vulneribus patriam parentesq; saluarent: Vnde Cice.in somnio Scipionis, chari sunt liberi, chari parentes amici & affines, sed vna omnes charitates complexa est patria. Et facit quia ꝓ patria licet etiam patrem interficere .l. minimè .ff. de religio. & ibi Bar.debetq; vnusquisq; potius patriam diligere, quàm se ipsum, quia ad ipsam ordinatur pariter ut pars ad totum, nec ab re hinc, si Curtius Romæ, si Menecheus Thebis,& si deniq; Codrus Athenis pro patria mortẽ oppetierunt. Ordoq; est, vt prius Deum colat,patriam tueatur,& tertio paren-

tes diligat, deinde se ipsum, affines, amicos, & bonos potius quàm malos & sciat semper utilitatem publicam, priuatæ præferẽdam esse, ut dicitur in l. unica in. §. fi. C. de cad. tol. Cæsari enim in Gallia existenti, dum peteret à senatu sibi imperium prorogari, minimè est obtemperatum, Pompeiusq; per adulescentem excusat se, quod cõtra eum fuerit locutus: rogatq; ne id ad iniuriam trahat, asserens, sibi Cæsarem charum fore, sed Remp. omnibus rebus chariorem. Verum pro sol. dicas, quod patri prius nascitur quisquè quo ad reuerentiam, quo uerò ad obedientiam patriæ ut hic per Odof. & probatur in. d. §. filius: vnde Euripid. oportet sapientes, primùm amare liberos, deinde parentes & patriam: quam oportet augere, & non frangere, vel & aliter quod ordo literæ non debet attendi, quando mens legis est certa. l. nec enim. ff. de sol. bar. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. & in auth. hoc ius porrectum colum. i. C. de sacrosan. argumentum in. l. ambiguitates. C. de testa. ubi ꝑposteratio siue ordinis peruersio non viciat, figuraq; est etiam Grammaticorum Hysteron proteron, siue Anastrophe. l. riparum, & ibi glo. ff. de rerum di. l. præposteri. C. de testa. not. in. l. i. ad fi. C. de anna. excep. Vel & ultimo quod vbi agitur de commodo publico siue de publica utilitate, et publico statu, patria anteponitur patri semper. d. l. minimè. d. l. aduocati, ubi uerò de commodo pecuniario pater semper præferetur patriæ. l. pe. ff. de postul. & ex hoc Bal. indistinctè locutus in. l. qui necessariò. C. de aduo. di. iudi. reprehenditur per Iaso. in. l. militem. C. de procu. post Ange. Ray. & Fulgo. in. d. l. pe. & Bart. atquè alios in præallega. l. veluti supra eo. & bene.

Post hæc modò, cum artis principia (vt diximus supra) hic tradantur, non aliter esset casus figurandus, & maximè quia exemplorum verba sunt clara, & cum in uerbis non est difficultas, non est etiam admittenda uoluntatis quæstio. l. ille aut illè. §. cum in uerbis. ff. de lega. 3. l. ancillæ. C. de fur. Bal. in. l. i. col. 6. C. de ser. fu. Imò quod exempla ipsa, dubium non continent ut inquit Cy. in. l. i. colum. 3. C. de legi: attamen quia nihil tàm clarum est, quod in se non habeat aliquam dubitationem. §. si uerò in auth. de tabel. & quia (vt inquit philosophus) potentes dubitare facilè soluunt. l. quod labeo. ff. de carb. edic. Idem Bal. in. l. tutores. C. de compensa. Nec est inutile dubitare de singulis. l. nemo. C. de summa tri. Imò quod uerum elici nõ potest, nisi prius intelligamus falsum ut inquit Lactan. & qđ Iulianus notat Marcellum quòd quid indubitabile proposuerit in. l. si qs titio. ff. ex quib. cau. maio. testaturq; philosophus 3. Methaph. dubitantes cœpisse philosophos admirari: sciendum est aliqua etiam hic pro ratione dubitandi adduci posse.

Et primò dum præsupponit tex. defensionem, vimq; vi repellere, esse de iure gentium, quia (ut dixi rursum supra) venit continuatiuè exemplificando ad dicta in. l. i. in. §. fi. supra eod. nanquè uidetur mihi quòd hoc idem
8 fit etiam de iure naturali † & commune quoq; animalibus. l. i. §. cum arietes. ff. si quad. paup. fe. di. melius probatur in. c. significasti 2. de homici. ibi vim ui repellere omnes leges & omnia iura permittunt. Imò quòd tex. in. c. ius naturale. i. d. hoc dicit ad literam, quod ius naturale, est uiolentiæ per uim repulsio, & ut infra latius.

Sol. quàmuis sit de iure gentium, hoc non propterea tollit quod non sit etiam de iure naturali, argumentum in. l. cum furti. ff. de in lit. iu. tùm quia, illud in isto fundatum est. §. singulorum insti. de re. diuisio. tùm quia naturaliter homo animaliaq; cætera prona sunt ad conseruationem sui esse, quasi hoc idem sit in naturali ratione positũ, ut hic per Bal. in princ. vel (vt etiam dicit glo. hic quia reuera dicit tex. in. d. §. fi. hoc ius gentium solis hominibus esse commune) dicamus, quod licet hoc

idem iure naturali etiam brutis permittatur quod non tamen iniuriam pati dicuntur uel facere quandoquidem sẽsu careant ut in.l.i.ff.eo. in prin. idest si quad.pau.fe.di. hic autem de ui atque iniuria propulsanda agitur, ergo, & ita transit etiam Deci.hic nũ.v.& ut infra latius.

Secundo dubitationẽ faciebat, qđ imò nec defensio sit permissa, quia Math. 5. dicitur, si quis percusserit te in dextram tuam maxillam, præbe illi alteram. Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunque angariauerit te mille passus, uade cum eo alia duo.

Sol. id uerum est iure poli non fori, ut hic & de quo aliàs in.c.fi. vbi etiam glo.not.xvii.q.iiii. & in .c. inquisitioni de sen.excom. & in .c. tua nos de sponsa. & ita etiam declarat Bald.in l. si neptem.ff.de ritu nup.ĩ simili, illum tex. quòd inter fratres consobrinos nuptiæ contrahuntur etiam solo consensu aui de iure fori, non de iure poli, per not. in.l.in celebrandis.C.de nup.& in .§. si duorum insti.eo.& in .l. reprehendenda.C.de.institutio. & glo.rursum dicit alibi, quod quis extra pœnam est in concubinatu iure fori, sed non iure poli, in.l.in concubinatu.ff. de concubi. Et in.l. cum ancillis .C. de incest. nup. quod cum ancillis connubium esse nõ potest quòdq; ex huiusmodi contubernio nascuntur serui iure fori non poli.&ita etiam respõdet in.c.ex transmissa de renuncia.signanter per.d.c.q. cunq; . Pulchre Ancha. consi. cxxvii. colum.pe.& ultra iura superius allega. est etiam bonus tex.in.c. Euthemium. 2.q.3.&adhuc glo.hic notat,&ibi dicã.

Tertio dubitationem faciebat text. in.l.iniuriarum in.§.i.ff.de iniu.ubi uis infertur alicui qui tamen iniuriam nõ propulsat neq; iniuriarum agit.

Sol.facilis est, vt hic per glo. quòd non uis illata sit nõ à priuato sed ab eo cui subditi sumus, idest à iudice, nec consequenter iniuria nobis facta dicetur, iuris enim executio(inquit I.Con.)nõ habet iniuriam, & si quis decreto prætoris nõ obtemperauerit, non est in ea causa ut iniuriarum agat, propter prætoris præceptum. Et ita signanter per istum tex.dicit Bar.consi.lxvi.colum.i. & probatur etiam hæc sol.glo.in.l.meminerint.C.vnde vi.& in.l. iustè possidet.ff.de acqui.po.&in.l.qui restituere. ff.de rei ven. & nimirum quia iniuria dicta est si quid non iure fiat, imò qđ regulariter in actione iniuriarum requiritur dolus, & agens ipsum debet allegare.l.i.§.i.l.3.§.pe.& fi.& l.seq.ff.de iniur.l.si non conuicii.C. eo. tradit Bald. consi.ccxxx.ad fi.uolum.3. deq; hoc etiam infra.

Quarto dubitationem faciebat, q a si fur interdiù deprehendatur, potest occidi à domino, si se telo defendat .l. 4.ad fi. ff. ad legem acqui. ergo non licet(ut hic dicitur) uim ui repellere.

Soluit adhuc glo.hic, illud ideò esse quia uis fuerat illata à priuato iustè, nanquè (vt uulgò aiunt) non est amicus noster qui bona nostra tollit, idemquè Bar.hic pariter num.3.& probatur in.l.nec timorem in .§.i.ff. quod met.cau.& in.l.furem.ff. ad legem cor. de sica.non est tamen uis domino simpliciter permissa nisi id ipsum cum clamore testificetur ut ibi dicitur & in .l. capite quinto ad fin. ff. ad legem iu.de ad. & est argumentum in .l. si putator. ff.ad leg.aqui.&quia uidemus(vt idem Bar.dicit)si illicitè inferatur quod tunc defensio permissa est ut hic & in l.1. C. unde ui.ibi inculpatæ tutelæ moderatione illatam uim propulsare licet, de quo etiam loco suo.

Quinto & ultimo dubitationem faciebat, quia si seruus ad ecclesiam confugiat, iussquè fiat ei ne ingrediatur, uel inde abstrahatur ingressus iniuriã non propulsat aliàs impunè potest interfici.l.si seruus.C.de his qui ad ec.confu. pulchrè Bald.in l.fin. in fi. C. de exhi. re.ubi testatur istud uidisse Perusiij de facto, & quod Pisis fuit ista quæstio. Quod etiam facilè tolli potest & dici id

ei id à lege inductum, ne reus uel quiuis alius, resistat ei qui licitè suum exercet officium. l. prohibitum. C. de iu. fisci. lib. x. quoniam si illicitè & si iusticiæ terminos excedat secus ut supra & per Bar. in. d. l. prohibitum, Ias. multa in. §. quadrupli colum. i. insti. de actio. & quod dictum est quòd potest interfici, declara uerùm si telo se defendat argumentum in. d. l. 4. ff. ad legem aqui. & limitabitur quòd dicit Bal. in auth. sed omninò colum. v. C. ne ux. pro ma. si minister iudicis commissione debitorem fugientem vulnerauerit, quod de delicto punietur, nisi se telo defendat, quia tunc secus, ita ipsamet in. l. si ut allegas. C. ad legem Cor. de sica. & est etiã tex. d. l. si seruus concordans in. l. si pignore in. §. furem. ff. de fur. & si quis obligatus est aliquem defendere, non tenetur si iustè offendatur. l. si quis in graui. §. 2. ver. si tamen. ff. ad Sillania. Idem Bal. in Marga. defensio num. 10. & si statutum dicat quòd homicidia priuetur omni officio, non priuabitur si hominem occidat iustitiam exequendo, quia non ipse occidit sed lex. l. palã. §. fi. ff. de ritu nup. d. l. si seruus, not. in. l. cum probatio. ff. de probatio. Idem Bal. in statut. homicidium, num. xii. & tex. i. d. l. si seruus adhuc not. dicit Pau. Cast. consil. cclv. colum. 2. uolum. 1. & not. decisiones ponit ad propositum Boer. decisio. clxx. colum. 2. par. i. & decisio. ccciiii. colum. i. ii. par. ii. & ut infra latius. Dicit etiam Bald. ad idem quòd statuta permittentia homicidium, non valent, ex quo sic inducunt peccatum mortale, nisi qui occiditur hanc pœnam mereatur in. c. fin. num. 4. de consue. Et est argumentum ad id, quòd defensio potest tolli ex causa si quis scilicet iustè offendatur ut hic per Bal. col. i. & Ange. in. l. si sic in prin. ff. de lega. i. nonnihil Fel. in. c. cum causa colum. 3. de offi. del. qui mirabile dictum scribit in. c. vt famæ colum. i. de sen. exco. si clericus habeat arma, mandetq; Episcopus capi, & vnus ex familia ipsum interficiat, quòd non erit excommunicatus, nec (adde tu) ex supra dictis tenebitur de homicidio, & signanter per. d. l. si seruus, & hæc pro nunc sufficiant.

Modo huius exempli, ac tex. nostri
9 ratio est, in eo posita † quoniam quòd quisq; ob tutelam sui corporis fecerit iure existimandum est id fecisse. Et quia natura inter nos, cognationem quandam constituit, vsq; adeò ut nefas sit hominem homini insidiari. Et quò ad primam, sui dixit, quia ordinata charitas à se ipso incipit. l. preses. C. de serui. non quòd excludat defensionem aliorum ut hic per Bal. & in. l. i. lec. 2. colum. 6. C. vnde ui. & est simile quando Math. xxii. dicitur pariter, diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et uerè (inquit Cice.) sapiens qui sibi non sapit, ne quid quàm sapit: Et quò ad secundam licet uidere ex eo, quia (vt etiam sentit Deci. in 3. not.) omnes sumus eiusdem naturæ participes & fratres per lauacrum regenerationis, debetq; vnusquisq; proximum suum diligere (vt diximus) sicut se ipsum. c. charitas. §. item proximos de pen. d. 2. c. ad mensam. 11. q. 3. c. debet 23. q. 4. & benè. Adde quòd etiam iudæi sunt nostræ naturæ participes, & tamen non sunt fratres nostri, quia non habent regenerationis lauacrum ut in locis præallega. Et ideò malè locutus est Ang. in. l. vtimur. ff. de sep. uio. quòd appellatione sociorum ueniant etiam iudæi, ex quò societas quodammodo quædã fraternitas est. l. verum. ff. pro socio. contracta duntaxat inter christianos, & aduertit Corse. in singulari Societas, & benè, & ad idem facit etiam quod habetur in. c. gaudemus de diuor. vbi de his qui foris sunt nihil ad nos. Neq; prætermittẽdum est, quòd omnes vsq; ad tempus Concilij Nicæni fratres appellabantur postea appellati fuerunt christiani. c. 2. 22. d. c. rogamus 24. q. i. imò quòd neq; iudæi sunt nobis proximi sed homo fidelis tantum qui hominem diligit fidelem ut Io. Chrysostomus ait Homil. xlii. in. c. Math. xxiii. non tutum tamen ut per Abb. in. c. iu-

dæi te testi. & in cõtrarium uidetur tex. iuncta glo. in c. charitas in §. item proximos de pen. d. 2. ex quibus ad propositum redeuntes confirmatur exemplum prædictum legis nostræ, & iuris gentium in naturali ratione fundatum ut supra quòd vim vi repellere liceat, firmum esse in causa argumẽtum præceteris non secus ac in accidentibus quantitas, in diffinitione genus in oratione pronunciatio, & diffinitio deniq; in disputatione. Et cum istæ rationes in natura fundate sint (iterato dixerim) efficaciores cæteris esse debent .c. consuetudo. i. d. l. qui habet. §. si pupillus & ibi not. ff. de tute. late Stepha. Fed. in tracta. de interpreta. iu. in ultima parte ad fi. & perpetua obseruatione dignum est, quòd cognationem dixit quandam &c. quia à primò illo pa

10 rente nostro Adam, in cuius sinu † sumus omnes originem ducit, & sic non propriè .l. non facilè. §. cognationis. ff. de grad. argumentum in .l. hoc legatũ ff. de lega. 3 ex quo male infert Cur. hic ad. q. Bar. in. l. lucius. ff. sol. mat. an pater possit remittere iniuriam illatam filio, cum sit hoc modo arguere à simpliciter ad secundum quid, & male. d. l. hoc legatum. l. i. ff. de dona. Calde. pulchre consi. v. de vsu. Bal. in. l. debitor in. §. seruo ad fi. ff. de lega. 2. Nisi saluando dicamus sufficere quòd illatio sit de terminis ex quibus infertur quoquo modo. l. in actionibus, & ibi not. ff. de in lit. iu. Et præter hæc dicta etiã in Schol. supra inquit, alibi tex. in. l. hi qui sanctam fidem. C. de aposta. quod durissima pœna est esse inter homines & hominum carere commercio, quia scilicet cognationem quandam inter nos natura ipsa constituit, quod etiam sic deducit Ancha. consi. clv. in prin. & cum nefas sit hominem homini insidiari omnis qui non defendit alium peccat, si potest, vt per glo. in. c. quãte de sen. excom. & in .c. non inferenda, & fi. xxiii. q. iii. & quòd omnes homines sint consanguinei ab Adam descendentes ut supra tenuit etiam Abb. in. c. postremo col. 2. de ap. est verum ratione proximitatis quòd maior præsumitur, affectio ut ibi subiicit, Si ab uno homine quoq; (inquit lactantius) quẽ Deus finxit. orimur omnes, certè consanguinei sumus, idcirco maximũ scelus putandum est odisse hominem uel nocentem.

VT VIM; Illatiuam intellige hoc est pro actu illato in alterum, ad diffe-

11 rentiam expulsiue † turbatiue, inquietatiue, ablatiue, & compulsiue, de quibus plene Bart. in. l. extat num. 3. ff. qđ met. cau. & quia est etiam uis, quæ ponitur pro quadam potentia quæ est in persona, quæq; ipsi inest, & non pro ut in alium transfertur, & tunc idem est quòd potestas, & de qua aliàs in l. i. ibi vis atq; potestas. ff. de tute. & ibi Idem Bar. not. num. 3.

ATQ; INIVRIAM; Idest uiolen-

12 tiam iniuriosam † ex ponit Cy. & Ange. & benè: ita ut alia expositio glo. hic in prin. dum dicit, vim scilicet iniustè illatam ab aliquo priuato, non ab eo cui subditi sumus; haud fuerit necessaria secundum Deci. quia text. se ipsũ declarat. Replica tu quanquàm necessaria nõ sit, ꝙ haud tamen est spernenda. l. i. §. quàmuis. ff. de uen. inspi. l. non solent. l. quæ dubitationis tollẽdæ gratia. ff. de regu. iu. & ad propositum inq. Plato in Gorgia quòd malorum. o. maximum est iniuriam inferre, & longe peius quàm pati.

PROPVLSEMVS: frequentatiuũ est, à propello † proueniens idemq; so-

13 nat quòd repello, arceo, depello seu (vt dixi) propello & propriè, propulsare est iniuriam à se depellere. Sic etiam his verbis Cice. ad propositum usus est offi. i. Iniustitiæ duo sunt genera, unũ eorum qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possint, non propulsant iniuriam, & de inuen. 2. in hunc modum. Vindicatio est, per quam uim & contumeliam defendendo, aut ulciscendo propulsamus à nobis, & à nostris, qui nobis chari esse debent. Id vnum adiicientes, quòd non

solum

ſolum iniuriam propulſamus, ſed frigus,& famem, & ab ingreſſione fori populum,& inimicorum impetum, & periculum deniq; quòd in omnes intenditur inquit idem Cice.4.de fini.& in Anton.5.& pro Roſcio amerino.& quòd propulſanda ſit not.q.tradit Bal. in.l. ex hoc iure, colum.2.de duello infra eo.

NAM: Continuatiua eſt dictio hæc,
14 vt & eſt uidere in.l.nam ad ea† & in.l.nã ut ait Pedius,& in.l. nã Imperator.ff. de legi.& i.l.nã ſi cũ moriar & ibi dixi.ff.de cõd.inde. vel dic ꝙ pro quia ponatur ut in.l.fi.in.§.i.ff.de excep.do. ex quo deciſioni s ratio ſubiicitur vt ſupra etiam dixi in his verbis. Vel quòd redditio cauſæ ſit,qua vnicuiq; defenſio permittitur & quidem finalis,ex quo eſt legis ut per Bal.in.c.quia propter num.xvii. de elec. not.in.l. ſi is qui animo.ff. de acqui. po.
15 & in.l.cum tale in.§.fi.ff.de cond.& de.

QVOD QVISQ; Signum eſt, †iſtud quoq; vniuerſale collectiuũ vt in.l.hoc articulo.ff. de hæredib. inſti. et idẽ importat quòd omnis ut inquit Bal. in.l.ſi neceſſarias in.§. ſi annua colum. i.ff. de pigno. ac. ad differentiam dictionis quiſquis quæ eſt distributiua.l. qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulga. & pup. ſub. licet ſecus dixerit glo.2.in.d.§.annua, & malè ibiq; eam reprehendit Bal.propter conformitatem tamen quam habet dicta dictio quiſq;, cum iſta quiſquis de facili aſſumit naturam diſtributiuæ.d.l. hoc articulo ad fi.& ibi Bar. Bal.& Imo. Corn.conſi.ccxlviii.num.ix.uol.4.

OB TVTELAM SVI CORPORIS
16 FECERIT: tutela hæc† eſt de iure gentium ut hic, & dictum fuit ſupra alia eſt de iure ciuili de qua in.l.i.ff.de tute.& inſti.eo.in prin.& ibi Port. colum.3. Et ſi ad ſui corporis tutelam defenſio permiſſa eſt,ſequitur neceſſariò, quòd alius defendi non poterit, argumentum in.l.cũ prætor.ff.de iudi.& in.c. nonne de præſump. dictu tamen abſurdum ut ſupra & ideò (vt not.in.d.l.cum prætor)regula locum non habet cũ in permiſſis,et prohibitis eadem eſt ratio,et quòd alius defendi poſſit,conſanguineus,ſocius.itineris,amicus,&quiuis alius etiam extraneus ut hic per Bar.plenè num.7.&Bal. atq; alios adde eundem Bal.in.l.i.in.2.lectu.col.vi.C.vnde vi.&Ancha.conſ.158. col.v.& Corn.conſi.cvii. num. xii.uol.i. deq; his et de tutela rerũ dicemus infra.

IVRE FECISSE EXISTIMETVR:
17 ergo impunè†quia quòd fit lege permittente pœnam non meretur.l. grachus. C.ad legẽ iu.de adul.l. fi.ff.quòd quiſq; iu.c.cognoſcentes de conſt.& congruenter hic ait, iure euenire, ut quòd quiſq; ob tutelam ſui corporis fecerit (iterato dixerim)id iure feciſſe exiſtimetur,quia paulò ſupra dixerat, vim atq; iniuriam propulſandam eſſe,et vt hic ita etiam dicit Flo.in diſputa. ſuis.2. colum.i. Et in ſimili Epitectus ſtoicus interrogatus ab Adriano,q̃s homicida eſſet abſq; crimine,Gladiator,reſpondit.

ET CVM INTER NOS COGNATIONEM QVANDAM NATVRA CONSTITVIT: adeò verùm eſt iſtud nouiſſimè† & præter dicta ſu-
18 pra ut ſi quis ſeruum fugitiuum ſuſceperit uel aliter delinquentem, puniatur, ſi quidẽ hoc idem egerit doloſè, aliàs non quia receptio eſt de natura boni, et natura cognationem inter homines conſtituit,unumq; ad alterius ſubſidium inducit,ſecundum Bal. (ſignanter per iſtũ tex.)in.l.quicunq; in prin.C.de ſer.fugi.

Eſtq; vnus de tribus modis ſeu ſignis quibus opere officiales cognoſcuntur, ex cognatione naturali ſcilicet, qua homo homini dẽt, alios duos poſt hũc ponit Bald.met in.l.liberti colum. 3. C. de ope. lib.

Et dicit etiam alibi, ꝙ deportati impunè offendi non poſſunt, quando quidem ea quæ ſunt iuris naturalis non perdunt.Et quia offenſio perſonæ, eſt contra ipſum ius naturale, cum inter nos cognationem quandam &c.in.l.i.col.vii C.de hære.inſti. Et Abb.in.c.inquiſitionis in.§.tertie colum.2.de accu.quòd reſpondens ſe non diligere partem, tacite et indirecte videtur aſſerere ſe eſſe ipſius inimicum, ex quo ratione ſupra dicta tenetur homines ſe inuicem diligere.

Et Imo.in.l.nõ tantum in prin. ff. de ap. quòd licet nec ratione sanguinis, nec, si non intersit pecuniariter alicuius, possit appellari pro alio, potest tamen intuitu officij & pietatis,ĩ casu de quo ibi.

CONSEQVENS EST HOMINEM HOMINI INSIDIARI NE-
19 FAS ESSE, & ideò dicebat † ad propositum Bald.in.l.i.in princ.C.de priui. dot.quòd primò quis nascitur Deo, secundò patriæ, tertiò parentibus, quartò suis,quintò extraneis per uinculum charitatis, estq; prouerbium, homo homini Deus non lupus .l. seruus ea lege. ff.de seruis expor.l.officium.C.de nego. gest.Calca.consi.2.colum.4. Et nefas esse dicit I.Con. quia facinus impium est, & execrabile,hoc idem facere quasi non fas,& contra rationem ac charitatem humanã, & homo nefarius scelestus, & sacrilegus q. homini insidiatur, à farre(ut aiũt)quòd ne dignus sit q.dẽ farre uesci. Et hac de re dixit rursum Albe. in statu. par.4. q. xvii. quòd statutum disponens bannitum impunè occidi posse, non ualet, quia scilicet nefas est hominem homini insidiari, de quo tamen infra plenè idem Albe.q.liii.ea.par.& Stepha.de fed.in tracta.de interp.iu.colũ.lxxix. qđ insidiari alteri est unus de tribus modis, quibus lex offendi solet,& latius ut dixi ego in collectaneis hic.

Expositis sic ferè omnibus uerbis tex. notari etiam potest(vt hic dicit Barto.in prin.) quòd illud dicitur licitum cuius
20 contrarium est illicitum † idest si defensio nobis permissa est,& ut vim vi repellamus,sequitur etiam necessariò, & per argumentum à contrario(vt dixi) quòd sit prohibita,& quòd homo homini insidietur minimè permissum.

Quod tamen uerum non uidetur, quòdq; argumentum non procedat, namq; bonum est nubere, & tamen nõ nubere non est malum, quia nuptiæ replent terram, virginitas paradisum, ut in c.nuptiæ.xxii.q.i. Soluit Deci.vt hic per eum num. 2. dic tu clarius argumẽtum procedere si dicatur ut supra omne id licitum esse,cuius contrarium est illicitum, & hoc modo loquitur Bart. sed non si dicatur, hoc licitum est,ergo eius contrarium est illicitum, quia non sequitur. Vel aliter quod id licitum sit, cuius contrarium est illicitum, si non sit de genere permissorum ut not.in.c.i. de præsump. & in. l.i. C. ad legem Cor. de sica.& in.l.non solum in.§. sed ut probari.ff.de no.o.nun.& ista est veritas nugis reiectis, Et argumentum istud sanè etiam procedit è conuerso,vbi offensa scilicet à iure permittitur quòd defensio necessariò prohibetur.l. si seruus .C. de his qui ad ec.consu. & ut supra latius & istud ipsum,ad.q.infertur,an banniti nostri temporis de iure communi possint
21 offendi †quàm tetigit Bar.hic, & concludit breuiter quòd non, Motus quia æquiparantur deportatis secundum gl. in.§.relegati inst i.quib. mo. ius pat. po. sol.& in.l.i. (adde tu).'C.de hæ. insti. tenet Dy. in .l. eius qui in .§. fi.ff. de testa. idem Bar.in.q. Lucanæ ciuitatis colu .i. & præallega.glo.in.d.§.relegati.dicit vulga.Bald.in.l.seruum quoq; in.§.publicè colum.3.ff.de procu.& singu.Seysel.hic colum. 2. nonnihil quòd æquiparentur deportatis, seu pro deportatis habeantur consi.cclxxxiiii.ad fi. uolum.i. idem Bal. Verum ad propositum, deportati quanquàm perdant ea quæ sunt iuris ciuilis,quia efficiũtur serui, seruitutem uero ferè mortalitati comparamus, seruorumq; status .d. iure anihilatus est .l. seruitutem.l.quod attinet .ff.de regu.iu. l.quidam.ff. de pen. l.i.C. de hære. insti. retinent tamen quæ sunt iuris gentium ut ibi,ergo defensio, sibi permissa est, & consequenter offensio prohibita, ergo banniti non poterunt de iure communi offendi. & ita communiter tenetur.

Tamen aduerte quia æquiparatio nõ est bona,neq; hoc ipsum probat glo.in. d.§.relegati.Imò,quòd communiter reprobatur,& dicit Cy. post Fed.de schal. in.d.l.i.C.de hæ.insti.non esse uerum,q. æquiparentur, quia deportati non sunt capaces hæreditatis ex testamento, uel ab intestato, banniti autem sic, ut not. in.d.l.i. Pulchrè Ancha. consil. cclxxv.

col,

colum 2.alibi dubitans Bald.de veritate dictæ glo.dicit,quod adhuc(an sit uera) sub iudice lis est, in statut.in uers. filius num.10.& ita tenet ipse met Bart. quòd non idem sit, in eis quòd in deportatis, in tracta.bannito.col.3. & plus etiam bãnitos æquiparando deportatis arguit Pau. cast. quòd possint offendi, consil. ccxii.col.i.uol.ii.

Et ideo hoc ipsum posset concludẽti rõne probari, quia uidemus ꝙ trãsfuga. põt occidi.l.3.§.trãsfugas.ff.ad legẽCor. de sica.ergo & banniti nostri tẽporis.Et maximè q̃a hostes reipub.esse dicuntur .l.amissione.§.qui deficiunt.ff.decap.di. Et transfugæ (adde tu) vt tradit Nel. in tracta.bannito.in.i.par. 2. temporis .q.3. & xlv.col.i.

Nihilominus quia multi tenuerunt. d.glo.& maximè Alex.consi.116.col.2.et 3.uol.2.& alij ibi per eum relati,& conf. 88.colum.3.uolum.3.& Cuma.consi.138 colum.2.& Ias.insti.de actio.in prin.col. 6.à communi opi.Bart.non est recedendum.& quia ut plurimum statuta extãt bannitos impunè occidi posse, ut not. in.c.quæ in ecclesiarum de consti.& in.l. omnes populi infra eo.ergo secus de iure communi.Imò quòd non ualent, ut dixi supra de quo tamen per Albe.in statut.q.xvii.par.4.nec possunt occidi, ergo necessario sibi defensio erit permissa. Ad opposita respondetur primum non obstare, quia(vt inquit Bar.hic)speciale est dicto casu,propter p̃iudicium ne hostibus secreta reuelent & detegant. Imò (vltra eum)quod proditores etiam sunt. l. proditores. ff. de re mili. proditores autem possunt interfici, & est speciale propter criminis atrocitatem(namq; ꝓditionis patriæ crimine,nil maius)ergo. Quã sol.tamen improbat Cur. hic motus quia eadẽ suspicio est etiam in bannito & malè nec uerum aut uerisimile, ex quo transfuga transit ad hostes, sed non bannitus .l. si quis aliquid .§.i.ff. de pen. vbi casus ad literã.Nõ p̃termitto tamen posse aliter quoq; responderi secũdũ eum, ꝙ idcircò transfuga occidi seu interfici potest,quia sponte fugit,bannitus autem coactè, lex autem succurrit magis facienti actũ ex necessitate quàm facienti ex uoluntate.l. si fideiussor.§. si necessaria.ff.qui satisda.cogã. ergo, quæ sol.non est bona, quia lex non succurrit facienti actum ex necessitate in quam sua culpa incidit, siq; in ea se posuit, vt bannitus, quòd declarat glo. in .l.2.in. §.si quis.ff.si quis cau. argumẽtum in.l. pe.ff.de iu.do.Bal. pulchrè in.c. ex parte colum.i. de consue. de eo qui sua culpa in paupertatem incidit, vt beneficium non habeat legis,ne conueniatur nisi in quantum facere potest Ias. late in .l. qđ nomine .ff.de cõd.ind.in terminis Abb. in.c.cum omnes, colum.v. de consti.& Ancha. in rep.c. canonum statuta col. lxxiiii.eo.ti.prima igitur sol.Bart.uerior est, & tenenda.

Non ob. secundum quia non est verum,licet Barto. hic non respondeat,ex quo hostes sunt quibusPo. Ro. bellum indixit .l. hostes .ff. de capti. at bannitis nullum bellum indictum est, ergo nec possunt offendi tanquàm hostes, & ita declarat idem Bar.in quæstioneLucanæ ciuitatis colum.vi. Nec id ad quod inducitur, dicit tex.supra allega.in.d.§. q deficiunt. Non ob. vltimo quòd banniti tranffugæ sint,quia nec istud verum est,quicquid dicat, Nel.contra casum legis locutus proditores.ff.de re mili. p̃allega. ubi proditoribus æquiparantur, banniti non sunt proditores regulariter nisi crimen perduellionis incurrant,ergo,& ad idem multa dicit Ancha. in .d. c.canonum statuta colum. cclxxxv. Est uerum si statutum dicat quòd banniti possint impunè offendi, quòd facit eos transfugas, & hostes ciuitatis à qua sunt bãniti ut inquit Ias.in.l.omnes populi colum.ii.ff.de iusti. & iu. & in .l. in suis colum.v.ff.de lib.& posthu.&Alex. consi.cxiiii.in prin.uolum.i.& Bart.melius quàm alius in .l. si adulterium cum incestu in .§. liberto.ff.ad legem iu.de adult.& in.q. Lucanæ ciuitatis,colum. 6. prælleg.& Ancha.in rep.d.c. canonum statuta colum. ccxl. quòd tamen in dubium postea reuocat idemBar.vbi supra

hoc ẽ in.d.q.Lucanæ ciuitatis colum.8. quòd imò non transfuga sit, nec hostis ciuitatis, dic ut per eum, hoc idem bonis rationibus probantem, & pro nunc cogita.

Sed quid erit in bonis, & rebus eiusdem banniti † poterit ne quo ad ea damnum sibi dari?
22

Idem Bar.hic concludit quòd sic, motus auctoritate glo.ita dicentis in.c.i. de mil.ua. qui contu. est in verbo depredare in vsibus, vbi hoc ad literam dicit, ꝙ bannitus sui culpa, & propter sui contumaciã poterit depdari, & in.c.i. ĩ gl.i.hic fi.lex.eo.lib. clarius, quòd dum Bannũ durat, poterit sibi damnum dari in rebus, & impunè quidem, & quia auctoritas gl. omnem aliam longe superat ut hic dicit Bar.met ad fi.ita etiam foret trã seundum, & proxima conclusio supra confirmabitur, quia si in rebus offendi potest, iam non poterit (ut dicebamus) offendi in persona, de iure communi.

Nihilominus Bald.in.d.c.i.hic fi. lex. colum.4. dictam glo. reprobat, vt potè nec iuridicam, nec æquitati consonam subiiciens si iudex uellet hoc ipsum in sententia declarare, quòd non posset, ex quo bona non deliquerunt ut in.§.et quia in auth. ut nulli iud. & vbi non est delictum (adde tu) ibi pœna esse non debet.l.sancimus vulga.C.de pen. & qa bannito etiam ius reddi debet de bonis, quanquàm secus sit in feudo.l.papinianus exuli.ff.de mino. & quia reatus honorem excludit, non bona tangit.l.i.C. ubi sena.uel cla.

Et per locum à speciali quoq; probatur quia fortè secus esset in banno imperiali, quòd est diffidatio quædam ut in auth.cassa.C.de sacrosanct.eccl.l. ius singulare.l.quòd uerò contra.ff.de legi.

Et facit etiam quia dominia rerum sunt de iure gentium.l.ex hoc iure.infra eo.banniti autem quæ sunt iurisgentiũ retinent ut dictum est supra ergo.

Et vltimo loco quia bona accedunt personæ, ipsamq; sequuntur ut accessorium principale.c.fi.de vi. & ho.cle.l. fideicommissa.§.tractatum.ff.de iudi.Ro. singu. cccclι. sed in persona offendi non potest ut conclusum est supra communiter ergo nec in bonis sibi damnum dari, estq; argumentum in.c. accessorium de regu.iu.in 6.

Et addi rursum potest etiam ratio, qa si posset depredari, sibi sic quodammodo denegarentur alimenta & malè,l.necare.ff.de libe.agno.c. pasce famæ morientem.lxxxvi.d. & sic omninò offenderetur imò occideretur .d.l.necare.d.c.pasce, non dicendum ut supra, & urgent omnia contra glo. præallega. & faciunt etiam dicta per Bal.in.l.si tutor in.§.fi.ff. de tu.& ra.dist.& in terminis in statu.ita tenet in.§.bannitus num.xvii.

Nihilominus si quis disputando uellet opi.primam tenere, quod imò in rebus damnum sibi dari posit, vt dixi, ad hæc facilè etiam respondebit, si dixerit primum quòd quamuis.d.glo. opi. iure non probetur, probatur tamen ratione ut infra & sufficit.l.scire oportet.§. sufficit .ff. de excu. tuto.l.3.§. si liber ubi Ias. colum.2.ff.de cond.ob cau.&plus quòd æquitati etiam (quicquid dicatur) hac de re consona est.l.i.ibi, non iniquis rationibus conuentione finitum est.C.de pact.

Nec ob.quòd bona non deliquerunt quia uerum est, sed tamen deliquit reus, quo prætextu bannitus est, nimirum igitur si ea ratione depredari potest, siq; sine culpa bona auferuntur, sed non sine causa iuxta not.in.c.cognoscentes de cõstitutio.

Non etiam quòd ius ei reddi debet, quia non est uerum, & contrarium tenuit Bald.in.l. cum mulier colum. vi.ff. sol.mat.& Bart. in.l.sed & si per prætorẽ in.§.ait prætor.ff.ex quib.cau.maio.& licet tex.in.d.l.papinianus exuli, obstare uideatur, non obstat tamen, quia loquitur in relegato non in bannito, & not. in.§.relegati insti.quib.mo. ius pat. pot. sol.& in.d.§. qui deficiunt allega. sæpe, & nimirum quidem quia relegatus est ad tempus, bannitus autem quis dicitur perpetuo, ut in.d.§.relegati.

Non ob. quòd reatus omnem honorem

rem excludat, quia uerum est ne fori p̄scriptione utatur, & principaliter quidem sed non ut in consequentiā quoq; non posit sibi bona auferri.

Ex quibus tollitur allega. specialitas, in banno imperiali, quia si offendi non potest in persona, consequens est tamen ut offendatur in bonis, & rebus ipsis argumentum not. per Albe. in. l. quòd uero contra in prin. ff. de legi.

Non ob. quòd bona sint iurisgentiū quodq; à bannitis retineantur, quia uerum est istud quoq;, sed non ut occupari non possint, ut inquit Bar. in extrauagan. ad reprimen. in ver. rebellando, plenè Alexand. in. l. i. colum. pe. C. de hære. institu.

Non quòd accedunt personæ, quia uerum est quoad retentionem, sed non quod occupari non possint pariter, vel dicamus quod non accedat hoc casu, q̄a sufficit quòd in persona offendi nō possit, & si (vt dicebam proximè) reatus omnem honorem excludit, excludit eum etiam à bonis, si retenta non fuerint, ut possint occupari, argumentum in. l. tutori. C. de nego. gest.

Non ob. ultimum, quia malè meriti egestate laborāt ut dicitur in. l. quisquis C. ad legem iul. ma. aliàs nec filius posset legitima priuari, quæ loco alimentorum succedit. l. 3. §. sed vtrum. ff. de mino. & tamen priuatur cum causa. §. aliud quoq; capitulum in auth. ut cum de ap. co. Nec facit ad idem quòd sic necaretur, quia non est homicidium propriè, nec comprehendetur in statuto punien te homicidam, vt dicit Flo. pulchre in. l. item si obstetrix in. §. i. ff. ad legem acq.

Tamen dura & rigorosa opinio est, d. glo. quanquàm communis, si non potest offendi in persona, quòd offendatur in rebus, & maximè (vt dicebam) quia sic non differret à diffidato, haud dicendum, argumentum in. l. 3. ff. de mil. testa. & in. l. nec honore ubi glo. C. de ep. & cle.

Verum tenendo cōtrarium, ut supra & contra communem, ac glo. præalleg. quòd in bonis scilicet offendi non possit, quæritur quid si staret statutum impunè occidi posse?

Ange. in. l. in suis in princ. ff. de lib. & posthu. ait, quòd omnem aliam iniuriā personalem & realem pati debet, quem sequuntur alij hic per Deci. relati num. 14. & in ære ac persona puniri secundū Bald. in. l. fi. colum. 2. C. si cont. ius uel uti. pub.

Et mirum uidetur (quanquàm idem Deci. non dicat) quia statuta regulariter non recipiunt Interpretationem extensiuam iuxta not. in. l. omnes populi infra eo. sed cum istud sit non ui extensionis, (vt declarat ibi Bal. & Nel. q. xlix. de ban. in. 2. par. secundi temp. col. 2.) uerum ne cessatie cuiusdam comprehensionis in hoc consistentis, quòd in maiori contineatur minus, cessabit protinus admiratio.

Et probatur in. l. nec in ea in. §. fi. ff. ad legem iul. de adult. vbi ad literam dicitur, qui potest adulterum occidere, multò magis contumelia poterit eum iure afficere, eritq; limitatio ad supra dictam conclusionem Bal. contra communem.

Nec secus in. d. l. in suis ad fi. ibi quos licebat occidere, eos etiam licebat exhæredare.

Et facit adhuc regu. cui licet de regu. iu. in. 6. ubi cui licet quòd est plus vtiq; licet etiam quòd est minus.

Et glo. in terminis in. c. in literis ī vet. prædo, quàm ibi dicit singu. Bal. num. 4. de resti. spol. quòd qui potest offendi in persona multò fortius offendi poterit in bonis. l. in seruorum. ff. de pen. Non nihil Dec. in regu. non debet. ff. de regu. iu. & Ias. in. d. l. in suis colum. 4. & Alex. in. l. in actionibus in prin. ff. de in lit. iuran. nec habet dubium.

Est verum (vt adhuc inquit Deci. hic num. præallega. post Bal. in. l. ex hoc iure infra eo. colum. 2. & alios ut per eum) quòd non poterit offendi in bonis, mortuus, sed uiuus tantum.

Et nimirum (inquit idem Bal. ibi) q̄a mortuus non est ammodo bānitus, nec spoliari dicitur propriè, nec eidem fit iniuria, nec potest vulnerari. l. i. §. sceuola.

ff.si quis testa.lib.esse iu.fue.not.in.l.i.C. qui accu. non po. & certè nec istud dubium habere uidetur, quia in simili uidemus quod sic sententia contra mortuum lata ẽ ipso iure nulla.l. in summa. §.si.ff.de re iud.etiam si esset in fauorem ipsius mortui, vt declarat Soci.post Pau. Cast.in.l.eius qui in prouincia colum.i, ff.si cer.pet. & si seruus stipuletur domino, ignorans ipsum esse mortuum, nihil agit pariter, nec stipulatio ualebit, quia eam confert in personam quæ nõ est in rerum natura .d.l.eius qui in prouincia, & ibi not.Ias. in ver. quòd si stipulatus, & Ange.in.l.i.C.ne ex del.def.quòd defuncto rebelle Florentinæ ciuitatis, eidẽ ante sententiam, non possunt bona publicari, & glo.singu.in.l.Neratius .ff.de regu. iu. quòd mortuus à solo Deo potest condemnari, siue priuilegium obtinere, quàm post multa celebrat & extollit Cur.seni.consi.lx.colum.vi.multa Bononien. in.l. qui sine colum. vi. ff. de quæstio.

23 Sed nunquid eius vxor† possit adulterari.

Deci.hic remissiuè post Bal. in.d.l. si. colum.2.C.si cont.ius uel uti.pub. concludit quòd non, ea ratione (adde tu) q̃a adulterium ex se adeo est malum, ut nulla causa possit iustificari.c. & si Christus de iure iuran. & quòd in bannito dicimus hac ratione locum habebit etiam in muliere bannita ut idem Bal. dicit in loco præallega.

Et hoc est ꝙ dicebat etiam Dy. in regu.cui licet de regu.iu.l.6. allega. quoq; supra quòd non habet locum in his q̃ sunt diuersæ speciei, ex quo (subiicit) bannitus potest impunè interfici ex forma statuti, quòd est plus, & tamen non poterit eius vxor (vt diximus) adulterari, quòd est minus, homicidium enim longè grauius est adulterio.c. si quod uerius 33.q.2.& not. in.c. quæ in ecclesiarũ (vbi & nos multa) de consti. & hac de re malè locutus est. Nel.qui tenuit contrarium in tracta.bannito.q.xlvi. in.2. part. secũdi temporis, quia esto quòd minus sit adulterium homicidio diuersæ tamẽ est speciei, nec comprehenditur sub eo quòd est maius, & (vt dixi) quia nulla ex causa iustificari potest.

Secundo notari potest quòd defensio seu ius atq; iniuriæ propulsatio, est
24 de iure gentium † ita glo.in.l.i.in.§.i. in uer.gentium, supra eo.signanter per istũ tex.& Bar. hic. Et ideo hac ratione reo auferri non potest ut not.in.l.pactum infra de pac.& in cle.pastoralis in.§. cæterum de re iud. & adhuc per istum text. tradit idem Bar.in.l. filiusfamilias num. 4.ff.de dona.Imo dicit in.l.i.num.i.ff.de mil.testa.quod est de iure naturali, & benè, ut hic per Deci.num.v. & in extrauagan.ad reprimen.adhuc idem Bar.in ver. & figura colum.3. sed quia dixi supra in casus figuratione, transeo, pulchrè Bal. hic in prin.

Et tertio noto, quòd vnicuiq; permissa est, etiam quòd interficiatur is à quo quis se defendit dicit Deci.& alij ante eum.ponderando tex.dum indefinitè loquitur, sic dicens.quod quisq; ob tutelam sui corporis fecerit iure fecisse existimandus est, ex pluribusq; confirmat, & ampliat ut per eum.

Adde dum dicit, quòd sic clericus uel monachus, Imò etiam cardinalis interfici potest, per tex.in.c.si vero.i.de sen.ex co.adeo permissa est vnicuiq; defensio, quodq; vim vi repellat quisq;, probari quoq; in.c.ex tenore eo.ti.& quia lex generaliter loquens comprehendit etiam personas priuilegiatas .l. in fraudem .§. si.ff.de mil.testa.& cum sic dicat in sui ratione ibi & in.l.scientiam in.§. qui cum aliter.ff.ad legem aqui. omnes leges omniaq; iura permittere, vt vim vi repellamus, permittet consequenter hoc ipsũ aduersus omnes, quantacunq; dignitate præfulgeant, quoniam (vt diximus) nemini auferri potest. Adde etiam quod ex homicidio ad defensionem facto, ecclesia non polluitur, neq; indiget reconciliatione secundum Abb. in.c. proposuisti col.i.de consec.ec. vel alta.

Sed quid si quis me non offendit, est tamen adeo potens ut non possim ei re-
25 sistere † velitq; me interficere, possum

ne

ne ipsum impunè occidere?

Bald.in.c.i.in.§. iniuria colum.fin. de pa.iu.fir.in vsib.& in.l.i.colum.vii.C.vnde ui,& alij hic per Deci.relati,dicebant quòd sic,moti omnes per glo. in .l.si familia.ff.si fam.fur.fe.di.& ē opi. communiter recepta.

Contra quam tamen faciunt multa, & maximè text.in.l. scientiam in .§. qui cum aliter .ff.ad. legem aqui.ubi ad literam,sic dicitur illũ enim solum qui vim infert,ferire conceditur.

Secundo facit tex. in.l.exceptione .ff. de fideiusso. ubi iniuria facta uni penes ipsum manere debet, & non ad alium transferri.

Tertio & ultimo facit tex.in.c. sacris, de his quæ vi metus ue cau.fi.ubi ꝓ metu non debet quis peccatum mortale cõmittere.

Quibus tamen non obstantibus, idẽ Deci.à communi non recedit,eamq; nouissimè probat per text. in .l, is qui aggressorem.C. ad legem Cor. de sica. ubi qui aggressorem interfecit, noxius non est.

Et per tex.in.l. si quis fumo in .§.fi.ff. ad legem aqui.ubi qui iusto metu uicini ædes intercidit,excusatur,& famulus pariter(vt ibi dicebat Flo.)cui dominus fuerat mortem minatus, nisi vxorem suam interfecisset, quam de adulterio suspectam habebat,& ante eum Cy.in.l.i.nũ. viii.C.vnde ui.

Et in simili Ang.in dispu.incip.Atholus col.i.si aggressus apprehendat Titiũ eo usus ꝓ Clypeo & interficiatur,quòd non tenebitur de homicidio, quæ omnia & alia longè plura deducit Feli.in.c. significasti colum.fi.de homici. Et adductis pro contraria parte hoc est contra communem idem Deci. postea respondet ut per eum.

Ego breuiter eandem opi.teneo,quia reuera melius est se aduersus rixam præparare,quàm in discrimine se ponere,& coartare ut inquit Bald. in.l.i.colum. ii. C.vnde vi.& melius in tempore occurrere, quàm post exitum uindicare inq̃t tex.in.l.i.ad fi.C.quando li.si.iud.se uin. & in.l.fi.C.in quib. cau. in int.resti. non est ne.& ad idem dicit etiam Bal.in.l.i.in .§.cũ arietes.ff. si quad. paup. fe.di.quòd id quòd fecit insultatus,ad sui defensionem fecisse præsumitur.latissimè Corn. consi.clxii.colum.iii.& iiii.uolum.i. Et hoc est quòd dicit text. in. d. l. is qui aggressorem, ibi in dubio uitæ discrimine constitutus, quoniam aliàs si aliter euadere potuisset,non excusaretur .d.§. qui cum aliter in prin.cle.i.de homici.plenè idem Corn.consi.cclxxiiii.colum.iii.eo. lib. Ex quo hoc casu censeretur si aliter euadere potuisset, id ad vltionem facere & non se defendere ac uim ui repellere, secundum Cy. in.d.l.i.C. vnde vi. idem Corn.in loco præallega. & benè. nec esset defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ vt infra.Et plus quòd hac ratione quando non potest se aliter tueri uti defensione infidelium non prohibetur, nec est peccatum ut tradit Albe. in.d.l.i. & Old.con.lxxi.in prin.& Mart.lauden. in tracta.de bello in prin.

Est uerum, quòd simile fundatum in d.l.si quis fumo in.§.fi. ff.ad legem aqui. quòd secundo loco adducebatur, directò facere non uidetur, sed in argumentum,quia id quòd fit ibi defensionis gratia potius fieri uidetur quàm offensionis. Et in sui ratione quæ generalis est optimè probat, ibi iusto enim metu ductus &c. Sed non ex toto tutum uidetur,quòd famulus excusetur domini vxorem interficiens,etiam quòd sibi mortem minatus fuisset,q̃a euadere potuit, & uitare periculum sibi imminens.

vltimum placet, quia ignoscendum est ei, qui (vt dixi) in periculo uitæ constitutus, qualitercunq; sanguinem suũ redimere uoluit .l.i.ff. de bo. eo. qui sibi mor.consciue.Pulchre Old. consil.lxxi. in prin.præallega. & per iura supra allega.quod uim ui repellere liceat qualitercunq;.& consi.lxxii.Areti.consi.xxxiiii. colum. pe. multa Alexand. consil. cxix. colum.2.volum.7.& Nel.in tracta. bannito.q.xlix.colu.i.par.2.secundi temporis Bald. omninò uidendus consil. xi. & consi.cccxii.colum.i.uolum.4.

Nec ob.adducta ad oppositum, non primum quia posset dici ut dicit Deci. suppleri text.illum per text.in.d.l.is qui aggressorem.l.non est nouum .l. sed, & posteriores(vltra eum).ff.de legi.c.super quæstionum in prin.de offi. de. sed dico ego suppletione opus non esse, quia tãtum id est dicere,quantum est, quòd vi vi repellere licet, si quis sit in discrimine uitæ constitutus, & sic facit potius ꝑ quam contra,& licet uim actu non inferat illaturus erat tamen illicò, nec aliter insultatus euadere poterat, igitur quòd fecit iure fecisse uidetur.

Secundo respondet quod tex. ille loquitur respectu alterius in quo non erat nec causa nec culpa, nos uerò in eo in quo benè erat causa, vt uitaretur mors, sed non culpa quanquàm hominem interfecerit.

Sed prima melior,quia imò uirtualiter ibi quoq;, qui damnum dederat culpa carebat,nec tamen erat sine causa.

Minus ob. secũdum quia nihil facit, (Dec.enim pro responsione dicit nescio quid alienum iudicio meo, sicuti & oppositionis inductio ab omni proposito, ideo non refero aliter) nanq; iniuria iudicis facta fideiussori, tamet si debitori non noceat ibi nocebit tamẽ in casu nostro,facta insultato insultanti, quia uim vi repellere omnia iura permittunt,omnesq; leges ut dictum est supra, & in.d. §.qui cum aliter.

Non ob.ultimum, quia non est peccatum ut etiam idem Deci.dicit & benè ex quo (subiicit) homicidium fit ad defensionem, aliàs (adde tu)non esset uerum, quòd dicit Abb. in .c. clerici de ui. & ho.cle. quòd clericus celebrans, si aggressus fuerit, & aggressorem interficiat ad sui defensionem,non peccat,quodq; reuerti potest,& missam incohatam perficere,& tamen dictum est, quòd communiter tenetur. Et ex alio quoq; hoc idem dici debet quia isto casu potius à se ipso occisus uidetur, quàm ab insultato ut per Abb.in.d.c.clerici in prin.referunt Bononien.consi.xxxi. num. xlvi. & consi.lxxxi.num.xi.& dictam Theori. Abb.in præallega.c.clerici de clerico celebrante,relata etiam supra per Dec.nũ. 8.& Seysel.hic,magni faciunt quoq; dicti Bononien.in.l.i.num.xxxii.ff.ad legẽ Cor.de sica.&in praxi sua in.§.quoniam num.lxxv.& consi.xxv. num.xlix.& cõ. lxxiii.num.xlviiii.&Soci.in.c.ad audientiam colum.21.q.xxvii.de homici.simpliciter Francis.arias, de Bello, num.33. & Calef.con.103.num.5.uolum.i.consi.crimina.Et quia etiam si defensio est de iure diuino(naturali enim & ciuili, ac canonico dubium non est) peccatum committi non potest .c. significasti de homi. Bononien.consi.4.num.4. & quòd omni iure ꝑmissa sit,tradit Alex. cons. cxix. colum.ii.uolum.vii.

Et ad propositum, oportet (quòd ex prædictis etiam elici potest)quod sit moderata, hoc est cum moderamine inculpatæ tutelæ facta ut hic dicit Bart. num. præallega. 2.ex hoc per text. in .d.§. qui cum aliter & in.l.i.C.vnde ui. eumq; eo transeunt omnes,& benè. aliàs non excusaretur ut dixi supra & ita dicit etiam Ange.in ver. & dictus Titius se defendendo num.7.in prin.& Bononien.consi.lxxx. num. 54. & in quo consistat huiusmodi moderamen dictum est pariter supra & declarat fusius glo.& Bal.in.d.l. i.& Bar.hic num.9.& Modest.Polen.noster consi.83.num.32.uolum.2.consi.criminal.quod eisdem armis fiat, incontinenti, & quando se aliter tueri non potest pulchrè Bal.consi.312.col. i.uolũ. 4. & quod ita moderata esse debeat ad literam dicitur in.d.l.1. & ad idẽ inquit Bal. hic & rursum benè colum. 3. quòd hæc lex simpliciter defensionem permittit, illa uerò cum temperamento, quòdq; istã interpretetur, & quod istius deniq; est thiriaca.Et quòd ista defensionis forma sit seruanda in pulcherrimo casu declarat etiam Alexand.consi.14.colum.fi. uolum. 3. & hic idem Bald.quòd tutela non sufficit,nisi sit inculpata colum.i.& in pulchra.q.quod modus seruandus sit adhuc in.l.imperator in.2.lectu. colum. i.ff.de sta.ho.& consi.143.colum.2.uol.ii. & con.233.ad fi.eo.lib.egregiè ubi exempla

pla multa in.c.2.nũ. 7.de uita & ho. cle. & subiicit Bar.quod iure gentium simpliciter concedebatur defensio, quòdq; superuenit ius ciuile ipsam moderando postea, & ut supra latius idemq; est, ꝙ aliis verbis tamen dicebat Bal.vsq; adeo ut in homine sit de iure gentium, in animalibus de iure naturali, & quo ad modum atq; formam defendendi de iure ciuili,ut hic,& in.l.i.in.§. cum arietes.ff. si quad.paupe.fe.di.& in.d.l.i.C.vnde vi.

Sed quæritur pone ꝙ inquisitus probet se hominem occidisse ad sui defen-
26 sionem,an sufficiat† an vero necessarium sit quòd probet occidisse,ad sui necessariam defensionem,quia aliter se tueri nõ poterat, nec euadere periculum mortis, & ꝙ erat in discrimine uitæ constitutus.

Et breuiter(quia quæstio ẽ quotidiana intendo eam plenè &solemniter examinare) dicendum uideretur prima facie, ꝙ istud probari debeat, ad sui necessariam defensionem scilicet occidisse, maximè quia sic sensit Bar. in.l. scientiã in.§.qui cum aliter per illum tex.ff.ad legem aqui.allega.sæpe,& Bal. formaliter in.l.i.colum.2.C.de confe. Et primo q̃a uidetur casus in.d.§.qui cum aliter, ubi ad literam dicitur,quòd qui se aliter tueri non poterat, si damnum dederit innoxius ẽ,ergo ad sui necessariam defensionem id fecisse uidetur,&rationem subiicit ibi,vim enim ui defendere omnes leges omniaq; iura permittunt, ergo sic debet articulari & probari.

Secundo ad idem uidetur casus in .l. is qui aggressorem.C. ad legem Cor. de sica.vbi qui in dubio uitæ discrimine cõstitutus, aggressorẽ occiderit,calumniã ob id factum metuere non debet ullam.

Tertio facit tex.in.c.i.in.§.i.de pace tenen.& eius uiola.in usibus ubi si constiterit aliquem hominem occidisse non necessariò sed uolũtariè, manifestumq; sit, nullo modo excusabitur, quin capitali damnetur sententia, & stringit qu ia si manifestum non fuerit,probabitur.l.si uero .§.i.ff.qui satisda.cogan.

Quarto facit tex. qui concordat cum d.§.qui cum aliter in cle.i.ad fi.de homicid.ubi qui mortem aliter uitare non ualens, suum occidit inuasorem irregularitatem nullam incurrit. huncq; furioso infanti seu dormienti æquiparat, qui si hominem occidant,nullam pariter irregularitatem incurrunt.

Quinto &vltimò,quia quotiescunq; factum profertur à lege cum aliqua qualitate, non est satis illud probare nisi etiam probetur qualitas & sic in præsenti casu, quòd factum fuerit homicidium ad necessarium facientis defensionem, tradit Bar.in.l.i.in.§.ait prætor ,ff. ne q.d in lo.pub.

Sed tamen istis non obstantibus contraria opinio uerior uidetur, quòd imò sufficiat probare ꝙ ad sui defensionem fecerit, quanquàm necessariam non dixerit,ita Bald.&sic sibi ipsi contrarius in l.solam colu.pe.C. de testi. dicens quòd sic simpliciter deponens testis ꝓbat, ex quo defendere est quædam necessitas, quam potuit uidere in esse, per coartationem loci & temporis, & imminentis periculi,& idem tenuit Bar. adhuc sibi ipsi contrarius in .l.i.num. 8. C. vnde vi.& consi.110.

Secundo facit quia videmus hinc, ꝙ in delictis ad.d.defensionem probandã, admittuntur testes suspecti, de credulitate deponentes,domestici & affines, & latius ut hic per Ias. & Deci.ille colum. 2.iste num.17.Alexand.consil.cix.col. v. vi.uolum.i.ergò satis erit si dixerint etiã quod ad sui defensionem quis hominẽ occiderit.

Tertio q̃a ualet argumentum de tempore ad modum.l.miles ita.§.i.ff.de mil. testa.sed in delictis quid factum præsumitur tempore licito, argumentum in l.merito.ff.pro so.tradit Bar.in.l.non solum in.§.sed ut probari.ff.de no. o. nun. & Abb.in.c.auditis colum. pen. de præscrip.ergo & debito modo defensio, & sic necessariò,quia se aliter occidens,tueri non poterat.

Quarto quia statim ꝙ probaui quod quis contra me ueniebat cum ense ꝙq; tunc eum occidi, statim dicitur probata defensio, & necessaria quidem,& ibi de

hoc est tex.ad literam.

Quinto & ultimo, quia sufficit quòd testis præsumptiuè concludat, ex tali p̄sumptione tamē quæ transfundat onus probandi in aduersarium, ut not. in .l. cum de indebito.ff.de proba.& in.l.non epistolis, & in .l. siue possidetis .C. eo. & in.c. in præsentia eo. ti. & maximè in delictis & quo ad istud quòd fauorabile est, imò dicit Bal.de quo etiam supra & hic citatus per Ias.in.l.i.in.§.cum arietes ff.si quad.pau.fe.di. ꝙ insultatus q̨cquid fecit semper ad sui defensionem fecisse præsumitur, ergo probando eam simpliciter, necessariam probasse uidebitur, et ita communiter tenetur ut hic attestatur Deci.

Disputationis gratia placet mihi opinio prima, quàm ultra adducta ualdè stringentia supra confirmo etiam, quia in primis regu. habemus, quòd in delictis probationes debent esse luce meridiana clariores.l. fi. C. de proba. quanq̃ dici soleat quòd hyperbole figura ē, sed quia scientia nostra non subiacet prisciano, sicuti nec Cardinalis regulis cancellariæ, vt inquit Feli.in.c.dudum colum. 2.de præsump.post Ancha.consil.ccxcv. colum.2.qua de re Saly.deridet Pau.Ca. consi.154.ad fi.uolum.i.à regu.non recedemus.l. omnis diffinitio.ff. de regu. iu. l.ab ea parte.ff.de proba.

Et quia probatio necessariò concludere debet.d.c.in præsentia de ꝓbatio, uel saltim præsumptiue ea tamen præsumptione quæ ad condemnationē uel absolutionem sufficiat ut ibi not. & in .l.i.& in.l.singularia .ff. si cer.pet. verum hæc non sufficit, quia potest esse defensio, sed non necessaria præallega. c. i.§.i. de pa.tenen.ergo.

Et est simile in dolo, qui cum sit, & bonus & malus, debet dicere quis se circunuentum malo, quia si simpliciter nō audiretur.l.i.§.dolus.ff.de dolo.&minus si uolens probare uenenum, nō diceret malum, quia est etiam bonum ut medicinæ.l.qui uenenum.ff.de uer.si.& in terminis ꝙ de necessaria defensione dici ꝓbariq; debeat habetur i.c.significasti primo de homici. Feli.in.c. super his colū. 9.de accusa.& quòd quis fecit assassinari hominem christianum ut dicit Io. And. in.c.i.col.3.ad fi.de homici.in.6. & Bald. post eum in .l. si quis non dicam rapere, colum.3.C.de ep.& cle.Corn.consi.202. ad fi.uol.i.

Et hoc est ultimo quòd in propositum dicebat Barto. in .l. aurelius, in .§. idem quæsiit.ff.de lib.lega.si quis dixerit se hominem occidisse simpliciter ad sui defensionem, quòd huic confessioni sic qualificate non stabitur, ex quo ius præsumit contra eum.l.i.C.ad legem Corn. de sica.l.si non conuicij.C.de iniur.Cor. pulchre consi.274.colum.3.uolum.i. Feli.in.c.nonnulli in.§.sunt & alii colum. 8.de rescrip.vsq; adeo si defensio probanda est, ut necessaria probari debeat, quia est etiam defensio non necessaria ut dicebam supra, & probatur in .d.§. i. de pa. tenen.

Et tenendo sic non ob.adducta ad oppositum non primum quia esto ꝙ auctoritas Bar.& Bal.magna sit, non est tamen necessariò sequenda.l.si de interpretatione.ff.de legi.l.i. C. de profes. qui in ur. Constan.lib.x.Bar. in prohe. insti. num. 10.ex quo lege aut ratione non est fulcita.§.consideremus in auth.de trien.& se. l.maximum uiciū.C.de lib.præte.c. ego solis ubi not.tex.9.d. Bal. consi.686.col. 2.uolum.2.Archid.in.c.hortamur col.fi. 71.d.namq; non est satis(vt dicebatur)ꝙ uidere potuerit testis defensionem in esse per co arctationem loci, & temporis, nisi etiam dixerit quòd ad sui necessariā defensionem insultatus occiderit insultantem, quoniam est etiam non necessaria ut dixi pariter,& propterea non probat, tenebiturq; aliàs occidens, & puniri debebit non autem ut Innocens & Innoxius absolui.

Non ob. secundum quia antecedens uerum est, consequens (ex supra dictis) falsum.

Non tertium quia id quoq; uerum ē regulariter, quòd scilicet argumentum ualeat de tempore ad modum, sed non tamen hoc casu cum sit præsumptio cōtra

tra occidentem.d.l.i.C. ad legem Corn. de sica.& alijs allega.supra.

Non quartũ quia ea probatio arguit necessariam defensionem, ex quo aliter euadere non poterat,& tunc in discrimine uitæ constitutus dicitur, & sic facit potius istud quoq; pro ista opinione quàm contra.

Non deniq; & ultimum,quia iam ex prædictis sublatum est imò quòd necessariò concludere debet,vel (vt diximus) ea præsumptione saltem, quæ ad absolutionem sufficiat, quandoquidem hæc,quòd ad sui defensionem necessariam fecerit, minus potens, non debet tollere magis potentem, quæ est quòd dolosè occiderit.d.l.i.C.ad legem Corn. de sica.Bar.in.l.eum de indebito in prin. ff.de proba.Ange.in.l.quia in.§.non simpliciter.ff.si quis omi.cau.testa.&proptérea id omnimodo probandum est, idest quòd ad sui necessariam defensionẽ occiderit.

Verum à communi opinione non recedentes quæritur, si defensio non sit facta cum moderamine inculpatæ tutelæ,
27 †ut dicitur in.d.l.i.C.vnde vi.& homicidium committatur,punietur ne occidẽs de homicidio, an uero de excessu?

Bal.hic colum.pe.& alij per Ias.& Deci.relati usq; ad stomachum ille colum. 3.iste num.18.tenuisse uidentur, etiam si dolo uel lata culpa excesserit, quòd de excessu puniri debeat,& sic mitiori pœna, arbitrio tamen iudicis infligenda.

Moti omnes per tex.in.l. si adulteriũ cum incestu in.§.imperatores .ff. ad legẽ iu.de adult.ipsum ponderando ibi,dum dicit,quòd is magis puniendus est, quia plus deliquit,seu fecit,quàm quia uindicare se non debuit.Plenè Alex.con.140. col.fi.uol.i.

Considera tamen tu id esse fortè in adulterio præcipuum,quia(vt ibi subiicit I.Con.)difficile est tam iustum dolorem temperare, & adulterium in mente uiri longè grauius quàm filij homicidium.l. codicillis.§.matre.ff.de lega.2.unde & 2. facit tex.in.l. diuus .ff. ad legem pompe. de par.vbi pater in uenatione filium necarat qui nouercam adulterabat, inquit I.Con. ꝙ D. Adrianus ipsum in insulã deportauit, quia latronis magis quàm patrio iure interfecit. Eadem ratione tamen ut supra parum faciens. Est uerum & tertio, quòd stateram in manu is habere non potest, sæpeq; rationem excedit occasio,nec sunt primi motus in potestate nostra inquitBar.in.l.i.in.§.huius studii num.4.supra eo.& Bal.in.c.i.in.§. i.colum.3.de feu.guar.in usib.& glo. ordinaria in.l.si quis non dicam rapere.C. de ep.& cle.

Vrget tamen contra istam conclusionem text. in.l.i.C. de emen. seruo. & ibi Bal.ubi si dominus seruum percusserit immoderatè,reus erit homicidii,& sic sibi ipsi contrarius.Et idem tenet Bart.in.l. l.sed & si quandoq; in.§.si magister.ff.ad legem aqui. Quod uidens hic Deci. fœdere distinctionis nititur opi. concordare num.præallega. ad fi. dic ut per eum, & tu melius tenendo opinionem primã quæ est communis, & quam nouissimè tenuit etiam Ro. singu. 3. & probari nouissimè uidetur in.c.olim iuncta glo. de testi.spolia.ad tex.in.d.l.i.responde nimirum fore dicto casu, qa percusserat sine causa seruum, nec dominus fuerat insultatus, nec ibi deniq; de defensione agebatur, siue de eo puniendo qui occiderat insultantem se defendendo, vt hic, quo casu licet modum excesserit, de homicidio teneri non debet .d. autem casu sic,ratione prædicta, & sic iudicio meo termini non sunt pares, nec concordia Decii uera aut saltem necessaria.

Quo ad illam .q. cuius etiam obiter meminimus supra si quis cõfiteatur homicidium cõmisisse,ad sui defensionem quòd qualitas reiciatur,& confessio sibi noceat,nisi defensionem probet, non insisto aliter,quia uerissima est,†& ita per
28 doctrinam Bart. in .d.§. idem quæsiit tenuit Hip.Mar.siue Bononien.aliàs ĩ praxi sua inq;.§.secunda qõ.nu.14.aliàs col. 3. & latius sing. 185.& Feli. in pallega.§. sunt & alii colum. 8. & Bald. in l.1. collum..15.de confess. & Abb.in c. bone secundo. ad fi. de postu. prælato .& idem

Felin.in c.cum venerabilis colum.4. de
except.& in c.auditis colum.17. de præ-
ſcrip.& in c.ſuper his colum.9. de accu-
ſa.& in c.ſignificaſti col.5.de homici.De-
ci.conſi.175.colum.3. volumi. 1. & iſtud
dictum commune atteſtatur Iaſ.hic &
alij & Bertrād. magnus prati.con.71.nu.
8.uolum.4.& conſil.316.nume.5.uolum.
2.& tradit etiam Alex.in l.1.in §. ſi quis
ſimpliciter col.2.ff.de verb.obli.& Corn.
conſi.107.colum.1.uolumin.1. & conſil.
162.colum.1.& conſil.274.col.3.eo.libr.
& Alexand.conſi.2.col. ulti. uolumi. 4.
nec habet dubium. Eſt verum (ut om-
nes dicunt & originaliter Innocen.in c.
quia veriſimile de præſumpt. & Abb.in
c.auditis de præſcript.colum.pe.) quòd
hoc caſu non punietur ſic confeſſus pœ-
29 na† mortis ſed mitiori & dicit Feli. in d.
c.auditis,& in c.ſignificaſti 2.de homici.
ſingu. dictum eſſe & alibi non reperiri,
& eſſe in ſolemni cultu apud aduocatos
quod etiam refert & ſequitur Alexand.
in l.non ſolum.in §. ſciendum ff. de no.
o.nun.& Bononien.maximè in ſingul.
præallega.185.Gramma.deciſio. 5. num.
13.& 14.& hoc potiſſimum, quia ex præ-
ſumptionibus quanquàm uiolentis, nō
debet quis condemnari l.abſentem.ff.de
pœ.& quia(adde tu) pœnæ ſunt potius
molliendæ quā exaſperandæ.l. interpre
tatione.l.ſi præſes.ff.de pœn.& quia pro
bationes debent eſſe apertisſimæ.Tamē
(ut inquit Deci.)Contrarium tenuit So
ci.in l.non utiq; colum. fina. ff. de exce-
ptio.& d.Abb. Theoricam reprobat. &
ita idem Deci.tranſire uidetur, conſide-
rando hinc inde præſumptionem iuris
& hominis,ut primo caſu puniatur, ſe-
cundo uerò mitius & ita procedat dictū
Innocent.& Abb.& ut per eos latius. A
quibus nec ego diſſentio, ſed dico ex a-
lio puniri debere, & teneri de occiſo,
quia ſi confeſſio acceptari poteſt ut dice
bat Bart.in d.§.idem quæſiit & qualitas
defenſionis reici in confeſſum nullæ ſūt
partes iudicis niſi in condemnando. l.
proinde.ff.ad legem aqui.c.nos in quen
quam.2.q.1.ergo.cogita & in reliquis ui
de dicta per Gandi. in tracta. maleficio.
de præſumpt.& indi.indubitatis colum.
1.& 2.

Sed quid ſi delictum occidens confi-
teatur, deinde ex interuallo dicat ad
30 ſui defenſionem feciſſe† & uelit id pro
bare (ut declarat Deci. & benè a-
liàs fatua eſſet dubitatio, ut per Iaſ.qui
hac ratione deridendus eſt,ut idem De-
ci.dicit ex quo multò magis reiceretur
allegata ex interuallo ſi reicitur allegata
cum ipſa confeſſione d.§. idem quæſiit
& ibi Bar.& ita declarat Bald.in loco in
fra allegando)an admittatur? & declarat
ſic etiam Seyſel.hic colum.13.& breuiter
ſentire uidetur quòd ſic idem Bald. in c.
1.in §.item ſi uaſallus colum.fin.de con-
trouer.inueſti. in uſib. & in .l.2.ad fi. C.
de cuſto.reo.per tex.in.c.cum dilecti, u-
trobiq; de accuſa. dum dicit excuſatio-
nes confeſſiones non perimere, ſed ex-
ponere,& ita cum eo tranſit idem Deci.
hic num.19.& per.d. text. ita etiam dicit
Ro.conſi.301.ad fi.& melius 391.colum.
1.quòd confeſſio prætextu erroris reno-
cari non poteſt, interpretari autem ſic,
& nonnihil conſ.490.ad fi.melius idem
Bal.in auth. ſed nouo iure colu. 3. C. de
ſer.fu. Nec ſecus in terminis quæſtionis
Seyſel.hic col.præallega.

Videtur mihi quàmuis ab his patri-
bus aliàs non ſit recedendum, quòd ta
men deciſio hæc ſit dubia, quoniam ex
confeſſione facta,& temporis tractu ro-
borata, ius acquiſitum eſt curiæ,uſq; a-
deò ut id ſibi auferri non poſſit,ex decla
ratione dictæ confeſſionis, quòd ad ſui
defenſionem occiderit, poſtea factæ, &
pænitentia ſera ſit, argumentum in .l.ſi-
cut.C.de actio. & ob. & in.l.fi.ff. de pac.
& in.l.nemo poteſt.ff.de regu.iu.melius
quàm alibi ubi pænitentia in damnum
alterius non admittitur,& ibi not.

Nec ob.tex. in.d.c. cum dilecti, quia
id uerum eſt,ſi incontinenti fiant,non ſi
poſtea & ex aliquo temporis interuallo.
l.lecta uer.dicebam.ff.ſi cer.pet,l. iuriſgē
tiū.§.quinimmò.ff.de pac.in ſimili Bald.
in.l.3.in prin.C.ad legem iu.de adult. de
teſte quòd benè ſe corrigere poteſt incō
tinenti,ſed non ex interuallo, cuius di-
ctum

ctum refert & sequitur Feli. in.c. praeterea colum.pe.de testi.cogen.tamen vt dixi ab opi. prima non est recedendum quae communis esse uidetur.

Vltimò dubitatur, quia saepe diximus quòd innoxius est qui occidit aggressorem, si aliter euadere non poterat, inq; discrimine uitae constitutus.l. scientiam .§.qui cum aliter.ff.ad legem aqui.l. is q aggressorem.C. ad legem Corn. de sica.
31 quid si fugere potuisset, † & non fugit (hic enim melius quàm alibi cadit) Bar. infra ad fi.concludit, si homo nobilis sit, qui timeat uerecundiam, vt Perusinus, quòd non tenebitur, de occiso, aliàs sic si Florẽtinus, et fuit opi.Cy.(vt subiicit) in.l.i.C.vnde vi.verumq; est num.vi.sed Zoilum non agit ipse ut Bar. impudenter in Florentinos, viros alioquin nobilissimos, animiq; magnitudine & constantia atq; uirtutibus praestantissimos, quorum Resp. maximè floruit semper, & in psentiarum longè magis floret Cosmo Mediceo, optimo & inaudita sapientia principe, Mouetur igitur Cy.(Barto. enim hic nihil adducit praeter ipsius Cy. auctoritatem) quia honor & fama quae uitae praeponderat(adde tu) l.iusta.ff. de ma.uindic.l.Iulianus.ff.si quis omi. cau. testa.non potest per iudicem reparari, late Corn.in terminis consi.162.colum.penul.& fi.uolumin.1.& hinc est ubi quaestio honoris agitur, quòd causa dicitur ardua.l.si inimicitiae.ff.de his quib. ut in di.quodq, hac ratione duellum permissum est secundum Bal.in c.1.colum.5.de pa.te.in usib.ergo quòd insultans etiam impunè possit occidi, licet insultatus nõ fugiat si potuit dum modo sit nobilis, & (ut diximus) uerecũdiam timeat.& posset in milite exemplificari. & hinc dicebat etiam Pau.1.ad corint.9.expedit mihi mori magis, quàm quòd quis gloriã euacuet meam. & in terminis ita dixit Bald.consil.312.colum.2.uolumin. 4. & consil.382.colum.i.uolumi.5.& in l.i.ad fi.C.unde ui.& uidetur opinio satis iuridica & rationabilis. Nihilominus Bart. in d.l.i.nu.8.tenuit quòd indistinctè fugere nõ liceat & communem opi.esse te

statur hic Ias. & Deci. quia magna iniuria est aliquem fugatum esse l.item apud labeonem §.i. ff.de iniur.& quia fugienti periculum imminet, ne cadat & uulneretur.ut hic dicit Ias.sed fuit ratio Bal. consi.praealleg.312.

Placet mihi breuiter opi.i.ad opposita respondetur nihil facere Nõ primum quia iniuria est homini uerecundiam timenti, aliàs non, & ita debet declarari quod dicitur in d. §. i. & ita tenet etiam Bald.in c.fin.nume.8.de consue. Non secundum quia sano modo intelligitur quòd possit fugere commodè absq; eo quòd cadat & nullum periculum sibi immineat, ut teneatur, si non fugiat, homoq; sit, puta ruralis, uel aliter uilis cui neq, infamia neq; turpitudo dedecori esse posit ut in simili per Bar.in l.i. in fi.ff. de pen. cogita tamen & à cõi non recede aliàs quã limita tribus modis ut hic per Dec.& Fel.(adde tu) in c.suscepimus & in c.significasti 2.de homicid. & alios ut p eum, et fusius hic rursum Seysel.in 2.lect. colum.25.

32 Quarto noto † quòd natura inter nos cognationem quandam constituisse uidetur, usq; adeò ut nefas sit &c. Et praeter dicta supra obseruandum est, quòd non simpliciter cognationem dixit ut dicitur in.l.non facilè in.§.cognationis .ff. de gradi.& insti.de gradi.cogna.& quòd sit qualis illa, superior, inferior, & extrãsuerso, item naturalis, et ciuilis, et vtroq; iure concurrente, de quibus in locis prae allega. sed quandam, quasi dicat q non ppriè cognatio sit, sed impropriè, et largè ut etiam dicit Dec.hic, et facit quia dicta dictio quandam, non regulam sed exceptionem ab ea notat, hoc est non regulare quod inter homines sit generaliter cognatio, sed cognatio quaedam, quodã modo, et quasi.l.quaedam.ff.de iure codi. l.quaedam et Albe.not.ff.de acqui.re.do. Et nouissimè non ab re etiam est, si dixit alibi text. quòd durissima poena est, esse inter homines, et hominum carere commercio in.l. hi qui sanctã fidem .C. de aposta. Ancha.vbi statim subiicit uerba de quibus hic, consi.clv.in prin.et cõ.

ſi.ccxcviii. ad fi. Et quòd largè ut ſupra omnes homines dicantur cognati, tradit ante Deci.Barba.in.l.cum acutiſsimi colum.66.C. de fideicom. & plus quòd inimicitia debet eſſe manifeſta & nõ dubia, ex quo nemo præſumitur alterius inimicus.l.nõ diſtinguemus.§. cum quidam .ff.de arb.& cum natura inter homines cognationem quandam conſtituerit ut hic q̃a omnis inimicitia eſt contra jus naturale ut inquit Bal.in.c.conſtitutus ad fi.de reſcrip.

Quintò, & ultimo notari poteſt, q̃ homo homini inſidiari non debet, 33 †ex quo nefas eſt, & ſi quidem inſidiaretur foret nefarius, cognationẽ hãc quæ eſt inter homines, lædens, & nefarius largo quodam modo, ſicut cognatus, ut dicebam ſupra quia nefarius propriè eſt qui ſacra polluit, à nefando differens q̃ fari nõ debet, & de his aliàs, interim adde ſupradictis, quòd ſanè tamen ſæpe euenit, non tàm conſilio, quàm inuidia quæ Cimonẽ Pericli infeſtum reddidit Anitum Alcibiadi, Epaminundam Pelopide, Hannonem Hannibali, Fabium Scipioni, & Marcellũ deniq; Cæſari.& malè, quia nõ modo patri fidelitas hæc debita eſt, uerum etiam maioribus & ꝓximo ut cum non offendamus. ſcilicet, nec ei modo aliquo inſidiemur ut ĩquit Bart.in extrauagan.ad reprimen. in uer. totius fidelitatis ſuſius Aluaro.qui præced.deb.inueſt.in c.i.colum.i.in uſib. eſt uerùm quòd licet filius patrem, & dominus ſeruum, defendere teneatur l.i.ad fin.& ij.ff.ad legem pompe.de par.c.i.de no. for.fid. in uſib. non tamen tenetur prõximus proximum ſuum l.culpa caret.ff.de regu.iu. Bart.in loco præallega. Qui ob hoc dicit ẽt alibi, q̃ poſt didicita teſtificata teſtes ꝓduci nõ poſſunt timore, ſubornationis & ex quadam naturali æquitate, ne alter alteri inſidietur, in loco p̃dicto in uer.& figura col.3.Rom.con.479. ex quibus ſint breuiter textualia expedita.

ADDITIO.

Ad iſtud aduerbium ut, de quo hic, ſcias quòd habet multa ſignificata ut ꝑ Albe.in Alphabe.ſuo in uerbo iſto, quæ etiam hoc carmine continentur.

Qualiter & quantum notat diſcernit & optat.
Ordinat, exemplat, ſimulat, utrunq; requirit:
Dat comitem, dat quoq; ſequens ſi ſic dat duodena.

34 Sed quòd hic eſt†exemplificatiuum, etiam quòd non habeter relationem ad aliud ueluti de quo in l. proxima ſupra & ut in l.iuriſgentium.in §. quinimò. ff. de pac.& in l.i.in §.interdicta.ff.de interdic.ibidem quoq; allega.

Ad uerbum vim etiam addendum eſt quòd aliquando pro potentia capi-35 tur†ut uis Fluminis.nonnunquàm pro neceſsitate, interdum pro poteſtate, & ultimo loco pro uiolentia ut hic, et nouiſſimè tradit ac declarat Bar.in tracta.de alueo aliàs Tiberiad. colum. 8. uer. quòd ſi uis.

36 Et inſuper quòd duo † ſunt decertandi genera, unum eſt per diſceptationem, deq; hoc in.l.munerum in.§.mixta.ff.de mune.et ho.alterum eſt per uim, ut hic illud rurſum hominis ẽ, iſtud Belluarũ.

37 Et quòd hac ratione, quia † vim ui repellere licet, ſi homicidium intra pacem committatur, impunè id fieri potuit, ut inquit Alua.in.c.i. in .§. homicidium col.i.de pa.iura.fir.in uſib. et Pet. Iac. de monte peſſula. in praxi ſua de duello colum.1.

Et quòd ad propulſandam iniuriam, 38 & uim etiam amici ſunt† conuocandi, inquit Bar.in tracta.repreſali.colum. 10. et probatur in.l.3. in.§. cum igitur .ff. de ui et ui ar.et not. in.c. ſignificaſti de homicid.Idem Bart. in.l. deuotum ad fi.C. de metat.lib.x.

39 Et quòd inſultatus † antequàm percutiatur poterit inſultantis uim propulſare ad ſui defenſionem, ut nouiſſimè probat ex multis Areti.conſi.34.colum,

et Fusius Ferrarien.con.23.col.5.uol.i.

40 Et quòd securitas nata est †cum ipso homine quando sibi dictum est quòd tibi nō uis fieri alteri fecisse caueto, quòd quisq; iuris in alterum statuit ipse eodē iure utatur .c.i.prima d.l.i.ff. quòd q.sq; iu.Magalot.in tracta.securita.inq; prima par.in prin.

Et quòd Massarius non tenetur se ꝓdere & denunciare de crimine capitali,
41 † quia denunciando se ipsum, incurreret mortis periculum, ubi aliàs sanguinem suum redimere potest, & se ipsum tueri ac defendere, & quicquid fecerit iustè fecisse existimabitur ut hic & per Ancha.in.c.i.in rep.colum.cl. de consti.

Et quòd ob tutelam etiam rerum suarum, quisq; potest cuilibet resistere non
42 solum vulnerando † uerum etiam occidendo, quando aliter defendi nō potest ostendit, & probat Maluet. in tracta. de sorte colum.4.Ias.in.l.qui seruandarum ff.de præscrip.uerb. & de hoc infra suo loco fusius.

Et quòd licitum est tenere arma pro
43 tuitione & defensione sui † adhuc dicebat Iaco.de belui.in tracta.maleficio. de inuaso.col.2.

Et quòd uim ui repellere bellum ne-
44 cessarium est † ex septem generibus belli, & non modo necessarium uerum etiā iustum, de quibus omnibus Archid. in c.i.col.i.& 2.23.q.2.

45 Et quòd non ab re in Miloniana† causa hoc Syllogismo usus est Cice.Milo vī à capite suo depulit, ergo Clodium iure occidit.

46 Et quòd sic † Hostilium Mancinum Edilem Manulia meretrix lapidibus depulit, cum in ipsius ædes vi ille noctu irrupisset.

Et quòd uicinus si manus uiolentas
47 in uicinum iniecerit† perdit ius congrui nisi iniuriam, & uim propulsando ac se defendendo id fecerit ut pulchrè declarat Afflic.in tracta.iuris congrui in ver. licet enim col.2.

48 Et quòd ad propositum † dixit etiam idem Cice.in lib.officio, quòd fortes & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui iniuriam propulsant.

49 Et quòd qui uim ui repellit † seq; defendit rem licitam facit, licet incidenter, sequatur illicitum.

Et quòd in implicitis regula hæc est, quòd considerantur semper primi motus cum opere postea subsecuto, vt not. hic & in.l.quicunq; ubi text.in fi. C. de seruis fugi.Bal. in .c. sacris de his quæ ui metus ue cau.fi.

Et quòd in uia defensionis nihil ē il-
50 laudabile† vt idem dicit consi.clxxxviii. colum.2.uolum.2.

Et quòd bella sunt contra ius natu-
51 rale † nisi necessitas defensionis immineat, inquit adhuc consil.483.colum.2. uolum.1.

Et quòd homicidium causa defensionis factum nō imputatur ad culpam e-
52 tiam quo ad pænitentiam † imponendā c.i.& ibi Abb.de diuor.

Et quòd ius naturale permittit quòd
53 quis se defendat † per fas & nefas, ex quo naturalis etiam dulcedo quædam uiuendi in nobis insita est, vt dicit Bald. in.l.i.col.4.C.qui accu. non po.

Et quòd defensioni & saluti hominū
54 non minus fauere † debemus quàm sepulturæ mortuorum etiam ipsis inuitis l.non tātum.ff.de ap.l.stichus & ibi Bar. ff. de pecu.lega. c.ipsa pietas 23.q.4. tradit Alexand in .l. quàmuis. colum. 3. ff. sol.mat.

55 Et quòd exemplo deniq; † nobis sunt animalia Bruta, namq; equus se tuetur calcibus, canis dēte, Bos cornibus, Apes aculeis, columbæ uolatu, Sepia atramēto, & Polipus stupore.

56 Et quòd si quis uult ostendere† quòd insultantem occidit iure, se defendendo satis erit probare, quòd occidendi animo seu vulnerandi in eum irruebat .l. si ex plagis.§.tabernarius.ff.ad legē aqui.l. is qui cum telo.C.ad legem Cor.de sica. Bald.in.l.multis.C.de lib.cau.not.in.l.i. C. vnde ui. & nonnihil etiam Ias. hic colum.iii.

In glo. i. in princ. quam reasumit per modum oppositionis Bar.num.3.hic, ha-
57 bes quòd offensio † æquo animo aliquā

do toleranda est, neq; potest offensus se defendere, quando scilicet offendens est persona publica .l. iniuriarum.§.i.ff. de iniur. dictumq; est in figuratione casus, & nunc probatur etiam (vt ipsa met glo. subiicit) in.l.qui restituere ibi manu militari compellendus est .ff. de rei uen. & in.l.non uidetur in.§. qui iussu ibi parere necesse habet.ff.de regu.iu.præsertim (vt hic & ibi dicit glo.ad cuius distinctionem, idem Bar.se remittit) quando præceptum est iustum. Dicerem ego, quòd cum defensio vim atq; iniuriam præsuponat, ut hic, nec vim faciat iudex præsumptione iuris, quia vir bonus dicitur. l.uir bonus .ff.iud.sol.l.herennius.§. Caia.ff.de euictio.subdito semper est deneganda, latius tamen infra dicemus.

58 Interim dicit Deci. ad glo. † ibi ab eo cui subditi sumus, quòd potest etiam exemplificari in patre, matre, patre spirituali, fratre maiori, domino, prælato, marito, & præceptore ut per eum & Seysel. hic etiam late colum.2. Adde nimirum in patre & domino, quoniam aliàs patria potestas & dominica nihil in eis operaretur, & malè.l.i suis.ff.de lib.& posth. d.l.3.C.de pat.por. nisi quo ad patrem filius tamen sit clericus.l.diuus.ff. ad legẽ Cor.de fal.l.si seruus.C.de ep.& cle.Bar.

59 consi.lxi.ad fi.quia † tunc liberatur à potestate patria ut ex multis ostẽdit Inno. in.c.indecorum in prin.de æta. & quali. Et est simile in.l.2.C.de pat.qui fi.distra. quam limitat sic in clerico Hosti. in.d.c. indecorum, & pro singu. dicto ponit in suis primis Marsi.101.in prin. Et ad propositum dicit idem Bar.in.l. capite quinto.ff. ad legem iul. de adult. ad fi. quòd ius detinendi & capiendi habet pater, & dominus, usq; adeò ut nec priuatum carcerem committant, lataq; lex est huiusmodi sub Romulo olĩ, quo ad filios, Parentum liberos omne ius esto relegandi, uendendi, & occidendi, non nihil Feli.in.c.licet Hely in prin.de simo.multa Boer.decisio.275.col.i.melius decisio. 304.num.3.par.2.& Por.insti. de his qui sunt sui, uel alie.iu.in prin. Moderata tamen castigatione omnia intelliguntur, ut hic dicunt docto.& benè ut in.l. sed, & quæcunq; in.§.si magister.ff.ad legem aqui. Addè hoc maximè in præceptore sibi locum uendicare, qui si seuerè castigarit pueros, & moriantur, tenebitur

60 † vt hic Patauij aliquando euenit, quia Magister Fantinus fuit ob hoc decapitatus, testaturq, Saly. in.l. item quæritur, in.§.idem Iulianus.ff.loca.Boeri.decisio. præallega.275.num.3.& 304. nu. 7. par. 2.aliàs iurisdictionem habent in scholares & pueros, & quicquid faciunt eis obtemperandum est ut not.in auth.habita C.ne fi.pro pat.Ancha.in rep.c. canonũ statuta colum.81. de consti. Et ita foret transeundum, sed cogita (vt dicebam ꝓximè) quòd cum in his omnibus, omnia fieri præsumantur ad correctionem quoq; nulla iniuria præsumenda est, seu quid factum ab his animo iniuriandi, ut pulchrè ostendit Bar.consi.104. ad fi. & consequenter nulla.q.an vim vi repellere liceat hinc elicienda.

In ea.glo.ibi non à priuato iustè illatam, concludit, si uis inferatur à priuato iustè, quòd ei resistere nõ licet, ideq;

61 Bar.hic num.præallega.† & probatur in l.4.ff.ad legem aqui.vbi fur interdiù deprehensus lege 12.tab.occidi potest, si se telo defendat & si cum clamore id æquè testificetur occidens, ecce quòd priuato aliquid iustè facienti, resisti à iure non potest, de quo etiam supra, & adhuc in casus figuratione, noctu uerò indistinctè, vt ibidem, & in.l.furem.ff.ad legem Corn.de sica.& ratio differentiæ est, ut per glo.in.d.l.4.Fusius Seysel.hic col. v. lectu.i. Gomes in .§. ex maleficiis num. xv.insti. de actio. & de materia etiam in c.si persodiens de homicid.sed nimirum quoad conclusionem glo.hic, addas tu, & nouissimè, quòd cum ei iniuria non fiat, nec ius .i. violentia inferri uideatur lege permittente, ex quo fur est, & bona surripit occidentis, de nulla defensione, seu propulsatione iniuriæ agi videtur, & hinc dubitari posset an pro defensione rerum liceat hominem occidere, sed quia tangemus infra pro nunc transeo. Interim adde, & secundo quòd fur nul-

lo

lo modo occidi potest, de iure canonico.c.suscepimus de homi. Alexand.consi.cxl.colum.i. uolum.2.& ibi rationem assignat.

Tenendo tamen conclusionem glo. ad propositum, determinabat.q.Barto. stante statuto quòd bannitus possit offendi, si se defenderit, & offendentem occiderit, quòd iterum erit banniendus

62 † vel si capiatur, iterum puniendus post glo.in.l.i. C. quan. li. unicuiq; si. iud.se uind. quia eidem nõ licebat se defendere.

Nihilominus ob.duo primum est, ꝙ defensio est iuris naturalis.l.1.§.cum arietes.ff.si quad.paup.fe.di.cle.pastoralis de re iud.ergò non debet posse per statutũ tolli.

Secundum est, quia bannitus sic pro iniuria sibi illata agere non posset, & delictum remaneret impunitum, & malè. l.ita uulneratus.ff. ad legem aqui.c.ut famæ de sen.exco.

Tertio adde tu obstare etiam tex.in.l. sed & si quis in prin. ff. si quis cau. & ibi Bal.notat quòd bannito datur defensio.

Quarto obstat quia statuta strictè interpretantur.l.3.§.hæc uerba.ff.de nego. gest.Bar.in.l.quod constitutum.ff.de mili.testa. licet ergo statutum dicat quòd possit offendi, nõ propterea dicit quòd non possit defendi, & quòd lex non dicit nec nos dicere debemus .l. si seruum §.non dixit prætor.ff.de acqui.hæ.

Deci.tamen hic in prin.& num.23.in hac parte glo. ab ea non recedit, & ad primum respondet quòd ex causa tolli potest, & benè, quoniam interest reip. purgare prouinciam malis hominibus. l.cõgruit.ff.de offi.præsid.fuitq; sol.Bal. hic colum.i.& Ange.in.l.si sic in prin.ff. de lega.i. & dixi supra in casus figuratione.

Ad secundum quòd delictum non ẽ, & rursum benè, quia occidens occidit lege permittente, vsq; adeo vt neq; puniri debeat, ex quo nec ibi pœna est ubi non est delictum .l.sancimus.C.de pen. c.pænitẽtia de peni.d.3.l. gracchus vulg. C.ad legem iul.de ad.

Non ob. tertium quòd ego adducebam, quia id uerum est quando non diceret statutum offendi posse, ut hic, & supra loco suo dictum est satis.

Non ultimum deniq;, quia licet non dicat expressè, dicit tamen tacitè & uirtualiter, quia si uult ut possit offendi, consequenter sibi defensionem negat, et suppletur ab homine, aliàs nũquàm fieret extensio, maximè per locum à contrario, vt dictum est supra & not.in.l.qui se patris .C. vnde libe. & ita pro nunc tene.

Sed quid si statutum diceret impunè

63 occidi posse † dic vt per Deci. supra nu. 4. satis enim est in terminis Barto. q. disputasse.

In ea. glo.ibi, sed quid si à potestate, cõcluditur, iniuriã iniustè illatam à ma

94 magistratu, tolerari debere † fuitq; opi. Marti.

Et minimè mirum, quia magistratus est, argumentum in l.iustè possidet, ff.de acqu.po.& in l.iniuriarũ in §. si quis, ibi propter prætoris præceptum.ff.de iniu. & in l.furti in §.qui iussu.ff.de his q. not. infa. Consultus enim Apollo, quid de magistratibus sentiret, ferũt respõdisse, nescio an in deorum numerum uel hominum sint aggregandi.

65 Est uerum subiicit(glo.)† quod poterit conueniri ẽt durante magistratu & officio, si de minoribus erit deq; non habentibus imperium uel potestatem, & benè. quia hoc ad literam probatur in l, per eam alleg.nec magistratibus.ff.de in iur.hii enim erant simplices, leuissimi, infimi & diuulgatissimi iudices, ut inquit Ci. in subsellhis sedentes ad maiorum differentiã, quorum erant tribunalia & selle curules, & ut latius aliàs ĩ auth.ut ab Illustr.& qui super eam di.sunt in glo.rubri.& in l.ea quæ ff. ad municipa.& in l.i.ff.de offi.eius cui man. est iu. Si verò de maioribus non nisi officio & magistratu finito, quòd etiã ibidem clarè probatur, & in l.2. ff. de in ius uo. & quia si nec is qui cum æquo publico, in causa publica transuehitur, nec qui vxorem ducit, nec qui funus familiare

ducit, iustauè mortuo facit, conueniri potest, ut in .d.l.2. dicitur, quanto minus poterit,qui maius imperium habet si de quo maius enim inesse uidetur, & non inest, ergo nec de quo minus.l.rele gatorum.§.constitutum .ff. de interd. & rel.l.nec ex uera.C.de acqui.po.c. si Paulus 32.q.5. Et quanquàm glo. hic meo quidem iudicio recte locuta sit, quia sic etiam dicitur in iuribus præallega. clarè aliter tamen dicit glo. & melius secundum Ias.in.l. non uidetur in.§.qui iussu ff.de regu. iu. & Dy. in regu. quòd quis eo.ti.in 6.quòd prædicta omnia procedunt,quando iudex siue magistratus aliquid iniuste facit exercendo officium suum, non si extra officium hoc idem faciat, quia tunc facit ut priuatus, quo casu eidem resistere licet, primum probatur (licet Ias.non dicat nec probet)in l.seruo inuito in.§. cũ prætor.ff. ad treb. Secundum (in simili tamen & in argumentum) in.l.si irruptione in fi.ff.fi.reg. &in.l.2.ad fi.ff.de fer.& in.l.illicitas in.§. ueritas & ubiq; glo.ff.de offi. præsid. & non ab re etiam si ut priuatus hoc faciat (vt dixi)eidem resisti posse,quoniam cessat tunc ratio prohibitiua legis, ne magistratui aliquid facienti (quanquàm iniustè)resistamus, & consequenter lex, ut vulgò dici solet.l.adigere.§. quàmuis.ff. de iure pat.c.cum cessante de ap. & ad idem facit etiam generalitas legis nostræ vim vi repellere licere .l.i.§. eum qui .ff. de vi & vi ar. c. significasti 2. de homi. §.fi.

Dicit etiam Ias. iudici de facto aliq.d
66 facienti † de facto resisti posse,& benè.l. prohibitum,&ibi Bar.C.de iure fi.lib.x. adde tu probari etiam in.l. totiens in .§. fi.ff.de pollicita.& in.l. deuotum .C. de Metalla lib.xi.&in.l.item quæritur in.§. exercitu & ibi not.ff.loca.Bald. pulchrè cons.458.in prin.volum.2. & idem dicit etiam Ias. met in .§. quadrupli colum.i. insti.de actio. in nuncio tamen ibi locutus,si terminos excesserit iusticiæ, & ultra modum grauauerit eum quẽ pignorabat, plus Deci. quòd armata manu etiam ei resisti potest consi.cli. ubi multa colum.4.uolum.1. pulchrè Bellenzi. in tracta.de charita.sub.q.90. nõnihil Fed. de sen.consi.251.colum.2.Nel.de ban.q. 31.in 2.par.secundi temp.Quòd dictum Decij tamẽ non probo generaliter quia si quod fit sine armis fiat, eodem modo etiam repelli debet, & identidem,si fiat cum armis, vt not.in.l.fi.ff.quòd quisq; iu. multa Boer. decisio. 169. par. 1. vnde hinc prouerb.quoq; ortum est. Res da re pro rebus,pro uerbis uerba solemus. Imò quòd oportet totum de facto fieri, quoniam si aliqualiter excederet, non posset ei resisti, vt distum est, & not.hic & per Bal.in Marga. sua Magister. num. 2.Et in iudice,sententiam nullam exeq uolente, exemplificat quoq; Capella Tholosa.quòd adhuc eidem potest resisti,decisio.423.& signanter per .d.l. prohibitum,quæ in materia not.est, ita etiã tenuit Alexand.consi.144.colum.2.uol.
67 2.Dicens † amplius, quòd hic reasumit Ias.&Cy.ante omnes in.l.i.ad fi.C.vnde vi posse etiam resisti, quando infert grauamen non reparabile in syndicatu, ut est tortura,addo ego benè facere text.in sui ratione,in.l.i.in fi.C.quãdo li.si. iud. se uind. & in.l.fi. in fi. C. in quib.cau.in int. resti. non est ne. ibi melius est enim in tempore occurrere, quàm post vulneratã causam remedium quærere, maximè quando occurrit quis,legis auctoritate, ex quo is pœnam non meretur.l. gracchus.C. ad legẽ iul.de ad.c. qui peccat 23.q.4.

Secundo concludit glo. ad fi. quòd quamuis brutis etiam permissum sit iniuriam seu vim sibi illatam propulsare, iure naturæ,non tamen iniuriam facere
68 †vel pati dicuntur .l.i.in prin. & in.§. cũ arietes.ff.si quad.paup.fe.di. ex quo sensu carent ut ibi dicitur, quòd iniuriam facere uel pati non dicantur, benè in .d. iuribus probatur, sed non quòd sibi iniurie propulsatio permissa sit,namq; ibidem hoc tantum dicitur, quòd animal si pauperiem fecerit hoc est damnum dederit,lege xii.tab.pro damno siue noxia dabitur,vel quòd noxiæ estimatio offeretur. Et quòd si boues seu arietes cõ-

fiſſent, ideſt cornibus uiciſsim luſiſſent (priſci.enim chroniſcare dicebant)& alter alterum occidiſſet, actio ceſſabit, ſi perierit is qui aggreſſus eſt,aliàs uerò cõpetet & dabitur, ſi perierit qui non prouocauerat, quòd tamen deſenſio ſit de iure naturali, & brutis etiam competat per.d.§.cum arietes, tradunt omnes hic &vbiq; in materia ad idq; aduertendũ dicunt maximè Bart.dum præſupponit glo.ex animo iniuriam cauſari, vimq; atq; iniuriam propulsari poſſe, ſi ab eo inferatur qui iniuriãdi animum habeat, quia ſequetur ex hoc, quòd neq, poterit quis ſe defendere ſi à mente capto vel ab eo qui dormit(vt quidam Piſis faciebat)ſibi uis inferatur, & malè, poſtea reſpondet quòd propulſare vim etiam nõ iniurioſam licet, quòdq; eſt de iure naturali,ſed ſi propulſatio fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ utiq, eſt de iure gentium &benè uerum meo quidem iudicio nec glo.reprehendi meruit, quoniam ſenſus eſt unicuiq; permiſſam eſſe defenſionem,ex quo eſt de iure naturali imò quòd etiam brutis hac de re negata non eſt, quàmuis nec iniuriam facere, uel pati dicantur, cum ſenſu careant. Ergo non quòd iniuria cauſetur ex animo,veruſq; ſenſus eſt glo.& idem in furioſo ſiue mente capto, quòd ipſi pariter permiſſa ſit, eadem ratione, quanq̃ ipſe quoq; iniuriam facere ſeu pati non dicatur,propter furorem,& quia mente pariter caret & ſenſu.

Sed aliud ob. potius namq; ſi iſtud ẽ uerum, quòd nec iniuriam facere, nec pati dicantur,quia ſenſu careant & mente ſequeretur eadem ratione,quòd neq;
69 delinquentes punirentur† & tamen puniuntur.l.diuus .ff. de offi. præſid.l.ſi q̃s in tantam.C. vnde ui.c.mulier.15.q.1.Niſi ad primum dicamus, Imò non puniri ne afflictio addatur afflicto ad quòd etiam tex.ille,ſolet allegari, præterquàm in caſu,ſi matrem interfeciſſet Ælius priſcus ſimulatione dementiæ, ad ſecundũ uero quòd furor ibi, exponitur ideſt temeritas, ubi Barto.num.2.ita declarat, ad tertium autem, quia pecora flagitio contaminata de quo ibi, indignam facti refricabant memoriam. Et à ſimili Ioui.ep̃s.Nucerinus,hiſtoriarum ſui temporis præſtãtisſimus ſcriptor,lib.xxxix. refert à Budenſibus olim milites qui regiis in hortis ædifficia ſuccẽdebant, interceptos ſupplicio affectos fuiſſe, inq; eadem furca totidem porcos ad ignominiam ſuſpensos,ergo ad propoſitum regulariter ſecus, & not.aliàs in .l. imperium.ff.de iu.o.iud.Et hinc dici ſolet, ꝙ peccata ſunt hominum non rerum ſeu animalium ſenſu,& ratione carentium niſi ex cauſa puniantur.d.c.ſi mulier xv. q.1.& ut ſupra latius.l.ſi.§. jidem diui .ff. de publica. & uectigal. Anſeribus Romæ olim quoq; lectus magnificentiſſimus poſitus eſt,quòd obſtrepuerint,ne Galli capitolium expugnarent, Canes crucifixi quòd non latrarant cubantes potius & dormientes, ut Liui.refert.

In glo.nam iure,dum in prĩ.ſupplet,fo-
70 ri non cœli ſeu poli † adde ſimile in .c. quicunq; 17.q.4.& in.c. inquiſitioni de ſen.exco.& in.c.tua nos de ſponſal.& in c.erubeſcat 32.d.& in.c. ex tranſmiſſa de renuncia.& in.c.Euthemium in .§. hinc colligitur.2.q.3. & in .l. cum ancillis ubi glo.C.de inceſt.nup.& in.l. in concubinatu.ff.de concubi.Bald.in.l.2.C. de inſtitutio.& in.l.ſi neptem .ff. de ritu nup. & Ancha.conſi.cxxvii.col.3.

Et dic quòd quàmuis iure fori (non enim dico ut dicit Iaſ.hic)quòd quis ob tutelã ſui corporis fecerit iure feciſſe exiſtimetur,iure poli tamẽ eſt ſecus iuxta il-
71 lud† mihi uindictã & ego retribuam de quo ad ro.Pau.12.& alibi Deutor. 32.ibi mea eſt ultio, & ego retribuam in tempore. Et Math.5.ibi ego autem dico uobis non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, p̃be illi & alteram,&ei qui uult tecum in iudicio contendere &tunicam tuam tollere dimitte ei & pallium, & quicunq; te angariauerit mille paſſus, uade cum illo & alia duo. & eſt uerus ſenſus glo.

Sed dato ut idem Iaſ.ait, quòd aliter intelligatur,in foro conſcientiæ ſcilicet
72 † pro defenſione non licere hominẽ in-

terficere.c.ĩter hæc.33.q.2.c. admõere ea. q.& causa, Abb.in.c.2.de homi.& ut per eum latius ex quo interficienti pænitentia iniungitur ut in.d.iuribus, ubi aliàs iure fori permissum est, exemplificando in fure nocturno qui pro defensione personæ & rerum occidi potest.d.iure .l.furem.ff.ad legem Cor.de sica.& tamen in foro conscientiæ, occidenti rursum pænitentia iniungitur.Et alitervt per Abb. in.d.c.2.per illum tex.Dubitat Deci.hic quia imò etiam hoc idem iure canonũ permitti uidetur.c. significasti de homi. c.dilecto de sen.exco.in.6.c.3.eo.ti.in antiq.post Pau.cast. hic, & Io.de ligna.in tracta.de bello.c.80. & sic quòd glo. ista malè loquatur. A quibus nec ego dissentio, dummodo defensio fuerit cum moderamine inculpaltæ tutelæ, ut not. in.d.c.significasti,& in.d.c.3. & in .l.1.C. vnde vi. Ad opposita respondent locũ habere, quando homicidium permittitur ad vindictam & male ac contra text. in.d.l.furem,& in.l.itaq́, .ff. ad legem aqui. loquentes signanter in defensione, et ita dicit Abb.in præallega.c.2. & ponderanda sunt uerba vtrobiq; in.d.l.si furem ibi, si parcere ei sine suo periculo non potuit, et in.d.l.itaq; ibi, nam aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere, et tamen(vt diximus)in foro poli pænitentia iniungi debet.d. c. 2.Et fortè seruit hæc sol.ad aliud exemplum, de quo in iuribus supra allega. ꝙ iure fori permissum sit patri, interficere filiam in adulterio inuentam, et marito vxorem .l. quòd ait lex .ff. ad legem iul. de ad.l.nec in ea.ff.eo.l.grachus.C.eo.iure poli autem non præalleg. c.inter hæc c.admonere 33.q.2.verum cum de defensione loquamur id ad propositum non facit. Et ideò dici posset sic quòd pro defensione liceat hominem interficere nõ modo in foro fori, sed etiam in foro poli,si tamen(vt diximus)facta sit defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ, & ita intelligantur iura allega. per Pau. & Deci.post eum, fallit in casu legum supra dictarum in quibus disposita alia ratione deciduntur, quàm ista, vim vi repellere licet, usq; adeò ut diuersum ius etiam statui debeat.l.si libertus minorẽ. ff.de iure pat.Nec ob.ponderatio uerborum.d.l.furem &.d.l.itaq; ut supra quia non est propriè defensio & præcisè, ut hic, & aduertit glo. etiam in .d.l.itaq;. Cogita tamen,quia repugnantia omnino maxima inter hæc aliàs esse uidetur.

73 Aliam difficultatem mouent † Scriben.præsertim idem Pau.cast. quòd adhuc glo.malè loquatur,dicendo uerum fore quòd hic legitur iure fori, ex quo forum est iuris ciuilis .c. forus de uer.si.locus enim est in quo ius(licet ipse non dicat)redditur, lites exercentur, & iudicia fiunt, quæ etiam sunt de iure ciuili .l. pe.ff. de iusti. & iu.§. ius autem iusti.de iure natu.l.2.§.hæc disputatio.ff. de ori.iu gl.insti.de oblig.ĩ prin. & tamẽ defensio est de iure nãli ut hic & dictum fuit supra.Soluit Deci.ut ꝑ eum.Tu formaliter ad argumentum respondeas, qa re uera nõ meruit glo.reprehendi defensionem esse de iure naturali impune permissam,iure fori, etiam si eo prætextu homicidium fiat,sed non iure poli. & ita intelligi debet sano modo & non cauillari.

In ea gloss.ibi, sed quid si concluditur & uerissimum est, quòd non modo ad tuitionem corporis potest quis se defendere,uerum etiam rerum:cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ iuxta no. in l. i. C. unde ui. etiam hominem occi-
74 dendo, dicunt docto.communiter. † & probatur quoq; in l.iii.in §.cum igitur. ff.de ui & ui ar.& ibi gl.signanter ut hic & clarius Barto.in l.Furem numer. 2. ff. ad legem Cor.de sica.& in d.l.i.num. ix. & cum moderamine inculpatæ tutelæ (ut utrobiq; declarat)quando aliter non potest nisi sic faciendo,res esse salua d.l. furem l.itaq;.ff.ad legem aquil. & idem dicit infra ad fi.

Tamen aduertendum est, quia imò non probatur in d.§.cum igitur, & minus in d.l.i.sed quod tantum resistere liceat uim facienti,& quòd uis illata propulsari potest.ꝓut ẽt dicitur hic & in l.i. in §.cum qui.ff. de ui & ui ar. & in l. sed

& partus in §.1.ff.quod met. cau. & in l. sciētiam in §. qui cum aliter.ff.ad legem aquil.& in c.significasti 2.de homi. & in c.iii.de sentent.excom.usq; adeo ut possit dici ut dicit Imp. in §. cum igitur in auth.de non eli.Secun.nub. non est lex quæ hoc dicat. & in §. consideremus in auth.de tri en.& se.erubescimus cum sine lege loquimur.

Demum,quia in d.l.itaq; in prin.ubi de hoc ff. ad legem aquil. fit de persona mentio tantum.qua mediante benè res etiam defendi possunt modo prædicto, sed non res tantum. c. 2. de homicid.ibi te tuaq; liberando, argumentum in l.si hæredi plures ff.de cond.insti.

Et rationabile insuper etiam uidetur hoc ipsum permitti pro defensione personæ tantum quia graue est hominem offendere, cum sit factus ad imaginem dei,ut signanter dicitur in d.c. 2. & in l.si quis in metallum.C.de pen.quo fit ut iure permissum sit ei,qui offenditur, se defendere,& impune quidem, etiam ꝙ offendentem occidat,sed non pro defensione rerum tantum, in quibus non est eadem ratio.

Nihilominus ab opin.communi non est discedendum, quàm nouissimè tenet etiam Barto. in l. deuotum C. de Metat.libr.xii.& Corne.consil.cvii.nu.xiiii. uol.i.& consil.cciiii. nume.viii. co.lib.& Areti.in trac.Malef.in §. & dictus titius colum.iii,&Bononien.singu.cccccexcii. Imò quòd in iuribus præalleg. ad idem (quicquid dicatur) probari etiam optime uidetur in d.§.eum igitur.quia si permittit lex posse armis resisti in nos irruēti cum armis,ut ibi,& etiam in d.§. cum qui,utiq; etiam permittere uidetur,posse nos resistere occidendo, ex quo primi motus nō sunt in potestate nostra, nec ad mensuram resisti potest ut dicit glo. in l.si quis non dicam rapere.C.de ep.& cl.& Barto.in l,i.in §. huius studii.num. iiii. ff. de iusti.& iu. & Bald. in terminis hic colum.iii.& in c.i.in §.i.ad fi. de feu. guar.in usib. Veronen. consil. i. colum. iiii.& consil.xxxiiii.colum.ix. Bononiē. consil.iiii.colum.vi. uolum.i. & ad propositum ita etiam dici potest quòd probetur in d.l. i.C. unde ui.quia si cum armis illata iniuria propulsetur, etiā occidendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ defensio & propulsatio facta dicetur, ut ibi not. & declarat Aretin.in loco supra allega. & quando etiam iure non probaretur, ratio nobis sufficeret,quæ nihilominus iuridica est,namq; tunc mortē uidetur excipere quis, quā minabatur et id quòd intendebat incurrere ut signanter inquit tex.in.l.i.C.quādo li.vnicuiq; si iud.se uend.et est uiolētia hæc, quæ propulsatur, ablatiua, ut hic declarat Bar.et benè, nec potest fieri in rebus quin etiam fiat in persona vt infra licet ipse non dicat, nimirum igitur si pro tuitione rerum, potest quis se defendere, etiam hominem occidendo. Et licet iura prædicta hoc non dicant, suppleri tamen debet et subaudiri necessario.l.oratio.ff.de sponsa.l.i.ff.de testa.l, i.§.si ex fundo.ff.de he. insti.

Nec ob.quòd in d.l.itaq;,non fiat mentio rerum,sed personæ tantum, (docto, enim maximè Ias. & Deci. multa dicunt ad stomachum dic ut per eos)si nō fit ibi fieri tamen alibi maximè in d.§. eum qui & eum igitur argumentum in l.non est nouum.ff.de legi.& in c. super quæstionum in princip.de offi.dele. uel dicamus (licet non fiat mentio ibi de rebus)ad eas tamen decisionem dictæ legis extendi,eadē ratione maximè, quia præsupponi debet,res ipsas aliter saluari non potuisse, cum ipsius personæ etiam periculo,et quia(ut dicebam quoq; supra non potest uiolentia fieri rebus quin etiam fiat personæ hoc casu.et hoc est fortè(missis philateriis docto.) quòd dicit tex. in d. c. 2, ibi te tuaq; liberando.ex quibus etiam tollitur ultimum quanquàm homo factus sit ad imaginē Dei quoniam res et bona sunt ipsius accessoria quæ hoc casu stare non possunt sine suo principali, unde si quis me de possessione fundi mei uelit deiicere cū armis,uel mihi res meas auferre, possū ei armis etiam (ut dictum est) resistere. et sic non modo res ipsas liberare, uerum

rum

rũ me ipsum quoq;, de intellectu tamẽ dictæ. l. itaq;.&d.c. 2. uide latè Bononien.in.d.l.furem colum.1.& 2. ubi omnia quæ hic dicuntur per Deci. & longè plura leguntur.

Est uerum ad propositum si res forẽt uiles, quòd non liceret fortè hominem occidere ex quo nec tũc defensio facta diceretur, cum moderamine inculpatæ tutele .l. si ex plagis .§.tabernarius.ff.ad legem aqui. Are.de malef.in.§.etiam uestẽ colum.3.Bononien.in.d.l.furem colu. 2. & in præalleg.singul.692.& Ias.hic,post Bal. in.l.i.col.i.C.loca.

Cõsiderat etiam Bar.præter hæc,uio-
75 lentiam turbatiuã † & dicit quòd huic resisti potest,allegat tex.in.l. si seruus in .§.fin.ff.de acqui. re.do.qui non probat, putarem ego uerum fore tamen, si cum armis facta esset ut supra & hoc, quoniã aliàs turbato subuenitur(habet enim locum tam in re mobili quàm immobili) per interdictum uti possidetis,vel utrobi.& ut alibi fusius declarat Bar.in.l. extat num.3.ff.quòd met.cau.

76 Secundo considerat † vim Ablatiuã deq; hoc se remittit ad dicta in.l. furem. ff.de sica.& in.l.4.ff.ad legem aqui.& q̃a dictum est etiã supra idem facimus nos. Adde eundem in præallega .l. extat ubi dicit tamen, quòd habet locum aliàs in rebus mobilibus tantum, quòdq; pro ea prodita est actio ui bo. rap. & accusatio etiam legis iuliæ de vi.

77 Tertio † considerat uiolentiam, quæ fit in edifficando & similibus & concludit, quòd auctoritate sua possit quis resistere.& probatur in.l.quemadmodum in.§.i.ff.ad legem aqui.& in.l.si uitem in .§.si ad ianuam.ff. quòd ui aut clam. sed nõ in.l.de pupillo in.§. meminisse.ff. de no.o.nun.per eum allega.Nisi dicamus probari in eo quòd dicitur ibi, & per lapilli iactum ædificatum prohiberi.

In ea.glo.ibi,itẽ quid si,quoniã tex. hic dicit ob tutelam sui corporis, dubitatur
78 quid in defensione alterius cõcluditur p̃missã esse † si iniuria consaguineis inferatur, & uirtualiter hoc idem sentit, dũ dicit affectionem cõsiderari debere.l.si ti quidem ad fi.ff.quòd met.cau.l. cum seruus .ff. manda. & est argumẽtum ultra eam,in.l.quòd in vxorem & in.l.si paterno.C.de nego.gest.&in.l.is qui amicitia ductus.ff.eo.& in .l.Gaius ad fi.ubi not. tex.ff.sol.mat.&quia uni consanguineo illata, alteri illata uidebitur .l.lex cornelia & ibi idem Bar.ut hic.ff.de iniur.Bal. in.l.1.in prin.C.si quacunq; pred.po.vbi etiam Cy. ante eum, & hic colum. 2. & in.l.athlete in .§. dat remissionem .ff. de excu.tuto.in princ. & si consanguineis multo magis si filio.l.in suis.ff. de lib. et posthu.l.scripto.ff.vnde lib. vel vxori .c. sciscitatur 30.q.4.c.admonere 33. q.2.l.i. ff.de actio.re.amota.imò inquit Paul.& refert Hiero.ad Ruffinum scribens, qui vxorem diligit se ipsum diligit. Et est bonus tex.ad propositum de quo hic p̃ Deci.in.l.i.in.§.fi.ff.ad legem Corn.de sica.et quo ad dictum istud de consanguineis,vsq; ad quem gradum intelligatur, quia alij non tangunt dic ut per Bal. in. d.§.dat remissionem,et consil. 173.col.i. uolum.3. et in .l. i. colum. 12. C. qui ac. non po.

79 Sed quid in amico,† qui uerè et propriè amicus sit, Bald.met hic colum. 2. præalleg.dicit idem quòd supra quòdq; suorum ap.uenit,quià æquiparatur illis qui sunt de sanguine.l.cum alienam.C. de lega. et quia dicuntur una anima in pluribus corporibus, adde quòd amicus ex eo cognoscitur, quando (vt poe. inquit) Flet si lachrimas conspexit amici,et iterum si dixerit æstuo,sudat. Vnde etiam ad propositum.

Oportet opem ferre amicis,in aduersis.Inquit Eurip.tragicus,et
Pereat iuisus q̃ nõ uult amicos iuuare.
Contrarium uero in.d. l.i. præalleg.col. 12.et sic sibi ipsi cõtrarius, quoniam nullibi lege cautum inuenitur,quòd suorũ ap.ueniant,et licet alibi glo.dicat,quòd amicus amico ait,ego tuus sum in.l.coloni.C.in quib. cau. col . lib. x.subiicit tamen ipse quòd abusiuè loquitur, et non propriè, et ut per eum latius.

Placet mihi breuiter opi.prima quanquàm lege cautum haud inueniatur, q̃ ap.

ap.suorum ueniant, quia saltim ratione potest demonstrari, vt infra, & ut etiam dictum est, quia suis æquiparantur argumentum in.l.i.ff.de lega.i.& in.l.scire oportet in .§. sufficit.ff.de excu. tu. & in.l.cum ratio.ff.de bo.dam.Bal.in Marga.sua.ratio num.v.

80 Et hinc est,† quòd idem Bald. adhuc hic, idē i Socio esse dicit itineris, in quo est minor ratio quàm in amico, motus quia uerecundia foret si non defenderetur.l.item apud labeonem.§.tenetur, & ibi glo.ff.de iniur. per quam ita etiam dixit,& tenuit Bart.in auth.ut def.su.in fi. prin.& ex recentioribus Gramma.decisio.25.num.2.verum cogita tu quāq̄ loquatur in socio itineris, absolutè tamen idem in socio ita quoq; dici debere, quoniam societas est ad instar fraternitatis.l. uerum.ff.pro socio. Ancha.con.149.col. i.& ideo tradit rursū Bal.(obiterq; dictū sit) ꝙ socius ad socii requisitionem ꝑꝑ inopiam non potest hac ratione carcerari, in rub. pro socio .C. ad fi. & in.l.i. in prin.C.eo.quòd inter eos æqualitas seruari debet sicuti seruatur inter fratres, pulchrè con.clxxviii.uolum. 4. & idem
81 in scholaribus† dici posset, vt sentit Abb. in.c.inter dilectos colum.fi. de fi. instru. Et in uicinis, idem quòd unus alium de
82 fendere possit† de quo per glo. in.l. culpa.ff.de regu.iu. & Dy. in .c.non est sine culpa eo.ti.in 6. & Guliel.de cu. hic, & Cy.in.l.i.C.vnde vi.& Bar.in loco supra alleg.ut def.su.in auth.in fi.prin.&infra.
83 Verum quæritur quid in † penitus extraneis, & breuiter Bar. hic concludit idem, motus bona ratione, quia si licet pro defensione rerum iniuriam propulsare, & vim vi repellere, multo fortius licebit pro defensione corporis, argumētum in.l.sancimus ad fi.ibi, cum non absurdum est animas hominum quibuscunq; causis uel uasis, uel uestimentis præferri.C.de sacrosanc.ec.

Et quia uidemus (subdit) quòd etiā vicinus conuocatus, pro tutela rerum uicini, ei auxilium impertitur, ergo & pro tuitione personæ, (vt dictum est) fortius .d.l.sancimus quòd argumentū, & si concludere uideatur, quo ad vicinos tamen, non probatur in iuribus ab eo allega.Imò (vt dicit Deci.& benè) ꝙ ex his infertur ad personam propriam, non quòd permissa uideatur defensio alienæ. Nisi saluando Bar. dicamus, quòd imò concludat argumentum etiam respectu extranei, quoniam indubitatum est, vnicuiq; concessam esse defensionē si sibi iniuria fiat, & uis inferatur, ut hic ergo dicendo, si permissa est pro rebus, quæ comparatiuè ad corpus & ad personam uiles sunt, multo magis permitti videtur pro corpore tuendo, etiam extranei deq; vicino est bonus tex. in .c. dilecto de sen.exco.in 6. qui cum habeat relationem ad uerbū omnes leges, de quo ibi paulò supra (vt obiectioni Decij hic respondeamus) optimè probat,& diximus proximè supra Bart.in.l.deuotum. C.de meta.lib.xii.&in.l.prohibitum.C. de iure fi.lib. x. & ita uoluit hic idē Bar. argumentari, quilet adducit pro decisione istius .q.tex.in.l.gracchus .C. ad legē iul.de ad.sed reuera (vt postea dicit) non facit ad propositum, & Fusius idem Deci.& nos supra.

Et quoniā tex.noster obstare aliquantulum uidebatur, ibi nam ꝙ quisq; ob tutelam sui corporis fecerit iure &c.Dicit rursum Bar.subaudiendum fore uerbum maximè, non ꝙ alios quanquàm extraneos exclusisse seu excludere uoluisse uideatur, adde simile in.l.si plures in fi.ff.depo.et in.l.lucius .ff.sol. mat. et vtrobiq; glo.et in.l.i. et ibi Odof. in prī. C.de plus peti. et in .§. fi.insti. de singu. reb.per fid. rel. est uerum (vltra eum) quanquàm intelligatur idem esse in casu isto non expresso quo ad iuris effectū quòd tamen in eo non est tanta ratio disponendi ut not. in .l.illud. ff. ad legem aqui.et in.c. ad abolendam de fi.præsb. Por.insti.de singu.reb.per fideicom. rel. ad fi. et ob hoc forte attentari posset licet extranei possint defendi, non tamen (vt in suis dicimus) defensio permissa uidetur etiam occidendo. Tamen si periculum uitæ immineat, vt etiā dicit Dec. et tetigimus supra nō aliter dicēdū erit.

84 Secundo ad idem† quæritur, nunq͂d teneatur quis, alium defendere & iuuare, & cogatur, idem Bar. hic num. 8. concludit quòd sic, motus auctoritate glo. ita dicentis in. c. quantæ de sen. exco. subiiciens maiorem esse, quàm opi. docto
85 rum & hic multa † congerit Ias. & Dec. ad saturitatem ultra eos in aposti. And. Poma. Adde tu Barba. in. c. i. colum. xix. de proba. Cassane. consi. 66. num. 27. & dicit Gui. p͂p͂. deci. 134. ad fi. quòd est magnæ auctoritatis, & quòd ab ea in iudicando non est recedendum, neq; in consulendo, tradit Imo. in. l. ex consensu in §. eum qui colum. 16. de ap. & quáquàm Cur. iuni. (olim collega) dicat consi. 160. num. 12. quòd propter glo. auctoritatem possumus à communi opi. recedere, maximè dubium est tamen ut hic per Dec. à quo non discedo in hoc, & consundi opi. hæc uidetur per tex. in. c. prudentiā de offi. del. licet ipse non dicat, & in. l. æmilius largius. ff. de mino. Bal. in. l. præcibus, colū. 14. C. de imp. & al. sub. & plus quòd ab opi. ipsius glo. potius recederemus, quando consuetudo esset in contrarium ut iuquit Fulgo. consi. 71. colū. pe. & Pau. Cast. consi. 268. ad fi. uolum. i. Bertran. consi. 53. num. 2. uolu. i. & quòd in iudicando, & consulendo non sit ab ea recedēdum ostendit ex multis etiam Alexand. consi. 52. colum. 14. uolum. 4 praxisq; Galliæ est huiusmodi ut per gl. in. §. neq; etiam num. 7. pragma. sanctio. de collatio. estq; nauicula inquit Saly. ĩ. l. i. colum. 4. C. de pac. qua portum tutissimum ingredimur, quando maximè rationibus, uel iuribus fulcita est ut prædicta in prædicto. c. quantæ. l. si de interpretatione. ff. de legi. l. i. & vtrobiq; glo. C. de professo. qui in ur. Constan. lib. x. Archid. in. c. hortamur ad fi. 71. d. & in iudicando ac consulēdo rursum diximus quia disputando secus ut in. l. sed licet, not. ff. de offi. præsid.

Vnum ob. de quo per glo. in præallega. c. quantæ, quia pro defensione potest pecunia accipi, nec accipiens turpiter accipit, ex quo nec restitui debet. l. metum §. sed licet. ff. quòd met. cau. l. si pater §. i. ff. de dona. ergo non tenetur, quia repeti posset & datum restituere teneretur l. fi. ff. de cond. ob. tur. cau. & ita arguebat etiam Iacob. But. dicitq; Bar. pulchrum esse argumentum cui tamen non respōdet. Deci. autem hic & in. l. culpa caret ff. de regu. iu. duobus modis, & benè cumq; eo transeundum est, quia ex ipsa l. metum, eliciuntur responsiones. Sed dato etiam quod ita diceretur ibi & ad casum nostrum posset argumentum applicari, data instantia quoq; tolli posset ut per glo. in d. c. quantæ, quia etiam officialis, pecuniam accipit, & tamen ex necessitate officii tenetur, nec datum repeti potest. c. non sanè. 23. q. v. & sufficit ita dicere. c. sicut urgeri. i. q. i. §. pauonū insti. de re. diui. Verum instatur adhuc, si hoc uerum est, sic quis alteri benefacere cogetur, contra tex. in c. ad reprimendam de offi. ordi. & ibi glo.

Responde id forte in eleemosinis intelligi, non hoc casu, quia culpa non caret qui obuiare potest malo, & non curat, sed negligit & non obuiat. d. l. culpa caret. ff. de reg. iu. & quòd in eleemosinis obiectum intelligatur probo auctoritate Mar. 14. ibi semper enim pauperes habebitis uobiscum, & cum uolueritis (nota verbum) potestis illis benefacere, me autem nō semper habebitis. uel quo ad fidem, ut legitur in cano. ad fidem. 23. q. 5. non in defensione. aliter etiam respondet Deci. in d. l. culpa caret, dic ut per eum.

Tertio quæritur quando defensio facta dicatur cum moderamine inculpatæ
86 tutelæ† & adhuc secundum Bar. respondetur factum, causa non facilè quis euadere potest, quin offendatur, & quòd Cautela bona est & salutaris exclamare, succurrite occurrite & similia uerba proferre, post glo. in l. 4. ff. ad legem aquili. & in l. furem ff. ad legem cor. de sica. Fusius idem Bar. & Bald. in l. i. C. vnde vi. & consi. 237. ad fi. uolu. 2. & hic col. 3. ad fi. pulchrè in c. 2. num. 7. de ui. & ho. cle. Abb. latè in c. olim. i. col. 6. de resti. spol. Fel. in c. dilecti colum. pen. de exceptio. Bertran. consi. 274. colum. i. uol. i. et cōsi.

290.col.i.& 2.uol.3.& nonnihil dictũ est etiam supra.

87 Quarto quæritur † quid si defendens se, potuit fugere, & non fugit an teneatur, et concludit Bar.(quanquàm dixerimus etiam supra latè) quòd non, si sit sibi uerecundia, quia Perusinus, aliàs sic si uerecundiam non timeat, post Cy. in. d.l.i.C.unde vi. Adde tu Bal.in terminis in.l.in eadem in .i. lectu. ff. ex quib.cau. maio. dicẽtem id dici impossibile quòd non potest fieri sine dedecore, inferens insultatum non debere fugere, & nonnihil hic etiam ad fi. Feret.in tracta.duelli cons.3.pulchrè. Est verum quòd idem Bar.in.l.i.&sic sibi ipsi Contrarius num. 8.C.vnde vi.prææalleg. tenuit indistinctè fugere non debere, motus, quia iniuria est fugare aliquem, vsq; adeò ut resisti possit, & omninò iniuria propulsari .l. item apud labeonem.§.i.ff.de iniur. & ẽ opi.communis ut attestantur Ias.& Deci.& ita Abb. etiam tenuisse uidetur in c.olim i.col.7.de resti.spol.

Placet mihi opi.prima, vt potè magis æqua, ex quo infamia & mors æquiparãtur.l.iusta.ff.de ma.uind.Ias.hic, licet ad aliud colum.pe. & in .l. transigere num. 5.C.de transac.Cur.seni. in .l. interpositas num.12.C. eo. nimirum igitur si nobilis, quiq; uerecundiam timeat, fugere non debet nec tenetur, uilis autem homo, & deploratæ uitæ sic, quia nulla ei uerecundia esse potest, vt in simili dicit Bar.in.l.i.ad fi.ff.de pœn.limitãdo quòd dicitur in.l.in seruorum.ff.eo. Imò (inquit Lucret.) quòd huic hominum generi uerecundia non confert, quòdq; oportet potius quòd sint inuerecundi. Nec officit quòd iniuria sit fugare aliquem, quia uerum est si nobilis sit, & frugi homo, non si uilis, & sensit quoq; Cy. in .d. l.i. ad fi.C.vnde vi. tenendo tamen communem, limita ut hic per Docto. & maximè Deci. tribus modis ut per eũ, & quo ad illam, quòd clericus semper debet fugere, quæ fuit Cardi.in cle.i.de homi. & glo.in.c.suscepimus eo.tit.& Abb. in .c. olim.i.(de quo etiam supra) colum.7.de resti. spol. aduerte, quia fortè si de fuga dubitaretur iniuriatum moriturum facilè ob insecutionem hostis, non teneretur etiam clericus fugere, ut sensit Feli. in.d.c.suscepimus ad fi.& ita fortè, quo ad aliàs duas limitationes quoq; dici posset, & quo modo conclusio etiam ipsa, declaratur, vsq; adeò, vt dictum de fuga, eo casu quo tenetur quis, intelligatur, si commodè id facere possit, & sine suo periculo, ne ab insequente occidatur argumentum in.l.furem.ff.ad legem Cor.de sica.& in.l.nepos proculo .ff. de uer.si.& in l.scientiam in.§.qui cum aliter.ff.ad legem aqui. cogita.

88 Quinto & ultimo quæritur † quid in iniuria uerbali, an possit uerbis pariter propulsari, & refelli. Et breuiter conclu dit Ias.hic quòd sic motus ratione, quia si causa uitæ & rerum, propulsatio nobis concessa est, ut hic & dictum fuit sæpe supra vtiq; honoris proprii conseruãdi gratia concessa etiam uidetur .l. iusta. ff.de ma.uind.& quia dicit etiam Barto. alibi in.l.quæ omnia in.§. i. ff. de procu. quòd si iniuria uerbis alicui fiat, potest dicere tu mentiris, & ut per eum latius, etiam si subiiciat saluo honore tuo, ꝙ ultimum tamen non est uerum, vt declarat Bal.ĩ uerbo mentiri nu.i.Marga.&ita ut per Bar.in.d.l.q̃ oĩa tenet Capel.Tho. vltra Ias.decisio. 127. &ita sentio ẽt ego.

Deci. uerò dicit quòd termini non sunt pares, quo ad æquiparationẽ uitæ & honoris, ex quo primo casu agitur de defensione personæ: secundo uerò ad uindictam, respondendo exinde etiam ad theoricam Bar.in.d.l. quæ omnia, ꝙ specialem rationem habere uidetur, & fusius ut per eum. Et meo quidem iudicio malè, quoniam imò pares sunt, namq; sicuti defenditur persona, ita etiam defenditur honor, si probro aliquis prouocetur, sibiq; probro respondeatur non autem uindicatur, & ita uoluit dicere Ias.& benè & est argumentum in.l. uiro atq; vxore.ff.sol. mat. & ita quo ad dictum Bar.in prææallega. l. quæ omnia, replicari potest, quòd imò id generale sit, & dictum Iurisccon.ibi non Bar.haud aliter intelligendũ eamq; legem adhuc

ſingul.ad idem dicit Bal. in loco præallega.mentiri Marga.num.i.&eſt argumentum in.l.moris in.§.ſunt autẽ .ff. de pœ. & ita tenendum eſt, & ex his (gloſel.fi. fuit expedita ſupra in tex.)finis breuius quàm fieri potuit, ueterum imitatione, qui adeò breuitatis erant amatores, ut exĩde hac de re,ſcripta ſua breuia appellarent.l.inter chartulas.C.de conuen. fi. deb.lib.12.impoſitus ſit huic legi, maximè quia multa dixi etiam in collectan. impreſsis anno 1545. Laus Deo opt. maximo: Proſdocimo, Danieli, Antonio Confeſſori, & Iuſtinæ, ſanctisſimis protectoribus noſtris.

Die 20. Septemb. 1562.

ADDITIO.

In materia huius pulcherrimè legis obſeruãdum eſt, vnicuiq; defenſionem iure naturæ permiſsã eſſe,imò & brutis animantibus,non ſolum aduerſus quãcunq; iniuriam extra iudicialem,verum etiam iudicialem,iudicialiter tamen,nõ opprobriis& iniuriis quidem,quoniam ſemper licitus defendendi modus, eſt commenſurandus modo offendendi q intenditur,vt hic & in.l.i.§. cum arietes. ff.ſi quad. paupe. ſe. di.& in.l.nec magiſtratibus.ff.de iniur.& in.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.& in.l.quiſquis.C.de poſtu.& ut Fuſius tradit &declarat Old.de ponte conſi.43.colum.i. & dictum eſt etiam ſupra licet non ita formaliter.

Et quòd chriſtianus ſine peccato poteſt ad ſui defenſionem uti auxilio infidelium, & maximè ſi ſe aliter tueri non poſsit, & ſit in periculo conſtitutus, & ut latius tradit idemOld.conſi.71.per totum.Et ita conſului ego aliquãdo, eſtq; inſertum conſilium in.2.uol.241.

Et hac de re bellum etiam indici ſaracenis, vt idem Old.adhuc dicit conſ.72.

Item & aliud, quòd omnis defenſio danda ẽ, ſed ut ipſum tantum cui datur tueatur,non ut alium grauet,ecce ſi ſeruus de crimine à domino fuerit accuſatus, eidem non ſecus ac libero dabitur pariter, ſed non ſi fuerit accuſatus ab eodem, de adulterio, quòd de lenocinio excipiat (exceptio enim defenſio eſt) .l. quoniam Alexandrum.C.ad legem iul. de adul.Old.conſ.170.col.i.

Et quòd in homicidio duo conſideranda ſunt,rude factum ſcilicet, & inde iuris diſpoſitio,an licitè vel illicitè factũ ſit, ut hic not. idem Oldra. conſi. cxcix. colum.2.

Et quòd in homine duplex affectio conſiderari poteſt, vna qua homini debet,ut hic inq; illis verbis:Natura enim inter nos cognationem quandam conſtituit,ut nefas ſit hominem homo inſidiari, altera quæ uocatur pietas & hæc ẽ inter patrem & filiũ,ita Old.con.ccxxv. num.38.

Et quòd defenſionis facultas nemini eſt neganda, etiam ſi cum fiſco lis fiat .l. fi.C.de bo.uacan.lib.x. quippè quòd iure naturæ competit ut hic communis etiam animalibus brutis ut ſupra & in.d. l.i.§.cum arietes.ff.ſi quad.paupe.ſe.di.

Et quòd hac de re, etiam inuito eſt, ſuccurrendum.l.non tãtum.ff.de appel.

Nec ualet pactum quo quis defenſio ni propriè renunciat.l.3.ff.de lib. cau.

Nec ſtatuta,defenſiones reo denegantia,ut not.Barto.in.l.facultas.C.de iu.fi. lib.x. & licet obſtare prima facie uideatur tex.ſecundum communem intellectum in.l.per omnes.C.de defen.ci.non ob.tamen,quia nec iſtud dicit,ſed prohibet tantum & remouet,latronum auxiliatores,ut coerceantur, et amplius ne crimina impunita coaleſcant.

Et quòd nec excommunicato,legitima defenſio eſt denegata.c.cum inter de exceptio.

Et quòd recuſatio iudicis ſuſpecti, quædam defenſionis ſpecies eſt, uſq; adeo ut per reſcriptum principis tolli nõ poſsit,vt not.ĩ.l.fi.C.de decurio.lib.x.niſi ſit iudex delegatus principis,datus ex certa ſcientia,quia tunc recuſari non poterit,ut ibi,& in.l.fi.C. de conſul.eo.lib. & in.c.cum olim de offi.de.&dixi etiam in.l.Barbarius ad fi.ff.de offi. præto.

Et ſi de homicidio imputatus, negauerit, poſtea eo probato dixerit ad ſui

defensionem fecisse, quòd admittetur, quòdq; id probare poterit, & est humanior sententia (quicquid dixerim in simili q.num.30.supra)amplectenda, Maximè, quia hoc casu, non accusatus, sed occisus causam suæ mortis sibi præbuit seq; ipsum quodammodo occidit. Et ut Fusius disputat & tandem concludit ita Luc: de pena in.l.professio colum. 3. C. de mune.patrimo.lib.x. Nisi replicetur, vt in præallega.q.dixi, si quis uellet tenere contrarium cogita.

Nec ad materiam amittendum est etiam, quòd sic militia armata quæ duplex est æquestris & pedestris fuit olim instituta propter duo, & potissimum quidem, ad iniuriam propulsandam, vt hic, & ad uindictam inferendam .c. ipsa quidem .§.i. 28. d.idem Luc. in .l.i. in prin.C.qui mil.po.lib.xii.

Et quòd tribus modis committitur homicidium, lingua, consilio, & illegitima defensione, ut hic not. Idem Luc. de pena.in.l.deuotum.C.de metat. eo. lib.

Qui dicit etiam, quòd potest quis ꝑ morte uitanda, uiolentum occidere .d. l.scientiam.§. qui cum aliter allega. etiā supra in discursu legis.ff.ad legem aqui. Imò pro tutela rerum temporaliū.ff.ad legem Cor.de sica.d.l.furem nocturnū. Similiter allega.sup. Et plus ꝙ impunè aliū defendēdo possumus hoīem occidere, ex quo occidit aliàs qui perituro succurrere potest & non succurrit in l.i.col. 2. C. de comeatu eo.lib.

Et quòd licitum est damnato ad mortem, se defendere fugiendo, si facultas adsit. siq; iniustè damnatus est, alias non, de quo tamen post D. Thomam per Arch.in c.cū homo.23.q.5.

Et quòd quatuor hinc sunt (præter alia) belli genera, licita primum hic secūdum in l.hostes ff. de capti. & postli. retertium in l.i.& 2.C.quando li.unicuiq; sine iud.se uin.quartum & ultimum in l. ait prætor in §.si debitorem & ibi Barto. ff.quæ in frau.cred. deducendo, ut pulchrè deducit Pet.de bella per.inst.de iure natu.nu.20.& iura prædicta etiam ad idem sunt inductione clara.

Et quòd hoc ius naturale, omnia animalia natura ipsa docuit. Namq; Brasidas quidam, cum in caricas manus misisset à mure, qui ibi latebat, morsus est, papæ(uox enim admirantis est) statim exclamauit, nullum animal est tam pusillum, quòd lacessitum quandoq; se non ulciscatur. Apibus aculeum dedit, Cornua bobus, Canibus dentes, & id genus plura. Imò si arbores incuruentur, quòd in contrarium nituntur, repellatq; palma rursum, onus, si quòd sibi impositū sit, & formice deniq; sua bilis inest, ut ꝓuerbium se habet.

Et quòd dictu quoq; in materia mirabile est & quotidianum) si aggressus quis fuerit & aggressorem interfecerit, ꝙ statim erit probata defensio, tametsi non constiterit ipsum fuisse in discrimine uitæ constitutū casus ē no.in l.& si quādocunq; ff.ad legem aquil. pulchrè Ferrarien.consi.xxiii.nume.5.uol.i.Ias. consi. 133.nu.iii.uol.i.Neuus consi. 92.num.6.

Et quòd adeo fauorabilis est defensio ut testes etiam uarii, circa extrinseca tamē deponētesq; per uerba iudicio suo, suo credere & simili, domestici & consanguinei admittantur qui aliàs repellerentur.ita Bartol.consil.incip. Vanutius sp. in .§.1.uer. sed nunquid de inqu. Bald. Salyc.& alii in l.parentes.C. de testi.idē Saly.in l.testes ff.eo.Ferrarien.cons. 44. nu.7.uol.i.

Et si quis fuerit coràm rege diffamatus nec ipsius gratiam possit aliter recuperare, hoc casu uideretur Duellū licitum esse, ex quo necessitas probabile ꝗd facit quòd aliàs non esset l. qui potuerint ff. de ma.testa.& quia licitum est unicuiq; infamiam suam repellere, ut hic, & latè tradit Ias.consil.cxliiii.colum. iii. uolumi.2.

Et hinc ad propositum ualdè, aliquando Turcis scribendo, dicebant Cratenses, & uim ui repellere, et dolum dolo nectere, nobis semper maiorum instituto licuit, & cretizandum aduersus cræntenses, sicuti aduersum phænicas agunt Syri.

Et mirandum quàm maximè, quòd

Socrates accuſatus, ꝙ de diis malè ſentiret, iuſſusq; in carcere cauſam dicere, ac ſe tueri & defendere, hoc idem facere neglexerit, & Liſiæ orationem elegantisſimam, ſibi allatam reſpuerit.

Dico etiam hoc idem, de quo hic inter principia naturalia connumerari, ne quis ſcilicet iniuriam alteri inferat, quoniam uim ui etiã repellere licebit l.i.§.cũ qui ff.de ui & ui ar.& tex.iſte, innuere uidetur ibi, natura enim inter nos cognationem quandam conſtituit, ut nefas ſit hõem homini inſidiari, quòd exemplificatiuè docet D. Tho. in lib. qui quòd libet inſcribitur iii.ar.26.dicens, quòd in primis principiis naturaliter cognitis, ſiue ſint ſpeculatiua, ſiue ſint operatiua, nullus poteſt errare.

Præſtatq; nobis ad propoſitum argumentum nulli parcendum eſſe, hac neceſſitate coacti, ſi aggresſi, inq; uitæ diſcrimine conſtituti, noſmet defenderimus, uim ui repellentes Diagoras qui in penuria lignorum Herculem ligneum, in ſcandulas ſcidit obſonium decocturus dicens Age Hercules præſto ſis, nũc dec imumtertium laborẽ ſubiturus quaſi dicat, ignoſce, quia neceſſitas, nulli legi ſubiecta eſt.

Sogdiani aſiæ populi inimici nulli, armaq; ſumunt tantum, ut ſe tueantur et defendant laceſſiti, aliàs non.

Inq; opportunitatibus ſæpe, neceſſitas uires cõduplicat, et audaciam ſimul. itaq; perciti homines, timentes audaciores euadunt, ardenterq; pugnant ſeſe tuentur, et iniurias ulciſcuntur.

ADDITIO.

In materia pſentis legis, an uim illatam circa res uel perſonas, repellere liceat, concluſiuè, & ſine multa diſputatione (breuitas enim laudabilis eſt, inq; Marone aliàs admirabilis, quando dixit & Campos ubi Troia fuit prolixitas reprehenſionem hẽt) dicendum eſt qđ ſic, ut inquit Iac.de Are.& Dy.& benè.cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ & non ad uindictam l.i.C. unde ui. l. quoniam.C.ad legem Iul.de ui. l.i.C. quando li.unicuiq; ſine iud.ſe uindica.l. ſciẽtiã.§.uim.§.itaq, ff.ad legem aqui.l. ſi ex plagis.§.tabernarius ff.eo.l.iii.§.cum igitur ff.quòd met.cau.l.i.§.uim ui ff. de ui & ui ar.l.ſed & partus C.de metalla. lib. 12.l.nullus C.de iude.l.i.ff.quo.lega.c.ſignificaſti de pœn. & ut hic. & maximè quia ſcriptum eſt, mihi uindictam & ego retribuam.& ut aliàs deſtruas inimicum & ultorem.

Non ob. secundum quia non est generaliter uerum, & tradetur intellectus ad not.in.l.mercis, & in.d.§. legis iuliæ, maximè in dependentibus à potestate, & uoluntate Po.Ro.seu imperatoris,ut hic, uerũ Po.Ro. seu Princeps uel Imp. potuissent sibi hanc dignitatem & potestatem decernere,imò si sciuissent, ipsũ liberum effecissent, vt signanter dicit tex.ergò etiam opinione & fictione erit talis,& sic(ut diximus) uerus prætor, & ita in simili inquit Abb. in.c.ex parte in prin.de sponsal.

Non tertium quia id dubium faciebat, quòd latuerit, aliàs tex.esset de indubitabili & malè .l. quod labeo .ff. de carb.ed.c.cum in iure peritus de offi.de. quòd resoluitur postea, dũ dicit, at qui .i. certe, uerum est eum prætura functũ ergò & uerè prætor erat, quia sensus est (iterato dixerim)eum uerum prætorem fuisse,quia si talis non fuisset adhuc nec dici probabiliter posset eũ prætura functum argumẽtum in.l.2.ff. quemadmo. testa.ap.& in.l.paulus.ff. de uerbo .si. cũ similibus.

Non quartum quia id regulariter uerum ẽ,sed non hoc casu cum designatus fuerit prætor præturaq; opi. siue errore communi confirmata, & non indigno quãquàm seruo amplius collata.nec in tex.de hoc uerbum ullum.

Non ob.quintum quia fingitur cum eo dispensatum, ea ratione, ex quo (ut dictum fuit &repetimus)potuisset pop. Ro.hanc potestatem, & dignitatem sibi decernere, & quia si sciuisset ipsum liberum effecisset, nec minus debet opera-

fictio quam veritas hoc casu.l.qui ad certum.ff.loca.& q̄a nil aliud est quam certè rei possibilis. contra ueritatem, pro ueritate à iure assumptio, secundum Bar.in.l. si is qui pro emptore in prima q.ff.de usucap.Corn.pulchrè consi.305.ad fi.uol.4.

Non ob.ultimum, quia stant ista simul quod fuerit uerus prætor, ex supra dictis & tamen eius gesta de humanitate ualeant propter fictionem ut supra q̄ in æquitate fundata est.l. deniq; .l. nec utilem.ff. ex quib.cau. maio. & idem est dicere humanius quod æquius. Vnde non ab re glo.licet non multum ad propositum in uerbo humanius hic not. q̄ æquitas præfertur rigori, per tex.qui ad hoc solet allegari in.l.placuit.C.de iudi. & ita exponit hic Albe. colum.i.vel (vt supra) dic, q̄ humanitas in necessariam iuris dispositionem transierit, tamen (vt dixi) à communi opi. aliàs non est recedendum.l.i.ff. de offi. quæsto. hæcq; disputationis gratia dicta sint. Et nouissimè pro communi uidendũs est Bal.in.l. non omnis in.§.fi.ff.si cer.pe.

Quarto quæritur, nunquid Barba-
25 rius rectè salarium perceperit† & ex mẽte doctorum hic respondetur sine multa disputatione, quòd sic, quia de hoc est casus in simili tamen in.l. titio.ff. ad municipal.facilis inductionis, & singularis quidem secundum Bal.in.l. non dubium colum.9.C.de legi. Et nimirum quia administrauit, nec prætoria dignitate functus, laboribus pepercit, unde etiam prætextu laborum salarium promeruit, argumentum in.l.quamuis.ff.de dam.inf.idem Bald. pulchrè in.l. liberti colum.6.C.de ope. lib.

Vnum solum ob.de quo per Alb. hic quòd imò salarium rectè haud perceperit, ex quo nemo commodum ex suo delicto consequi debet.l. siue hæreditaria ad fi.ff.de nego.gest.l.ab hostibus.§.si vir ff.sol.mat.l.ne ex dolo.ff.de dolo.c.sedes apostolica de rescrip.& ita arguit glo.ante eum in.d.l.titio. Et malè, quoniam propter laborem debebatur, ut in.d.l.titio etiam dicitur, & ita Ias. hic transit, diceremego plus (ut dixi etiam supra) q̄ si quòd delictum in eo fuisset, vtiq; sibi fictione habilitato remissum fuisset pariter, & sic rectè salarium perceperit, & ut ibi latius. Et ad intellectum .d.l. titio, præter hæc, scias, nullum delictum fuisse in Lucio Titio ibi, ut hic seruitus, dato tamen quòd malitiosè subticuerit id Barbarius, & sic terminos non esse pares nec istud de quo hic ibidem probari. Nisi replicemus quòd imò ibi etiam delictum ẽ, ex quo subticuit pariter Lucius Titius prædictus, nõ sibi sed Titio mãdatum fuisse, ut decretum imperatori porrigeret. Ergò ex delicto commodũ reportabit, ut dicebat Albe. (obiicies tu) & malè, ac contra iura præallegata. Sol. delictum non est, quia ita conuenerant idẽ Titius & Lucius, ut iste suo nomine decretum porrigeret, quo fit, ut non ab re etiam sit si sibi uiaticũ seu salariũ debeatur. Oportet igitur dicere utrobiq; rectè percipi, hic, quia communi opi. erat liber, & fictione iuris manumissus, prætoria dignitate functus, ibi uerò, q̄a ita prædicti cõuenerant, contractus ex conuentione partium legem accipiũt.l. i.§.si conueniat.ff. depo.l. contractus.ff. de regu.iu.ergò.Cogitabis.

Quinto quæritur, an communis er-
26 ror faciat ius † & conclusiuè respondetur, quòd sic, ut hic per glo.in uer.reprobari, facientem regulã (obiter diximus nos supra) & benè adde tu nunc probari primum in.l.3.ad fi.ff. de suppel. lega. & in terminis nostris in.l.i.C.de testa. & in.§.possunt autem insti. eo. & in simili in.l.3.ff.ad macedo.hic per glo. & Doct. adducta & in .c.ad probãdum de re iud. & in.c.nihil de electio.& not.in.l. si arbiter.C.de sen.& int.o.iud.Bar.in.l.fi.C.si ser.ad decu.aspi.lib.x.Bal.hic colum. ii. prat.pap. in for. lib. declina. iurisd. uer. nec fuisse colum.3.Cuma.consi.62.in fi. Alexand.consi.133. colum. 4. uolum. 7. Bart.consi.79.ad fi.& alii quos non refero. Et adeo uerum est istud, ut etiam excuset à dolo.l.sed si lege.§.scire.ff.de peti.her.& ibi Ange.Feli.in.c. nonnulli in §.sunt & alij colum.16.de rescrip.& nõ-

nihil concedatur, quòd aliàs nõ concederetur, inquit Odof.in.l.unica in.§.sed qui, per illum tex.in fi.C.de lati. lib. tol. & procedit rursum regu. maximè in his quæ geruntur ratione publici officii, ut hic aliàs non releuaret, ut uoluit Inno. in.c.nihil(præallega.)de elect. & in.c.cũ dilectus de cõsue.Compostel. in .c.cum Vintonien.de elec.Bal.hic,Corn. consi. 157.num.10.uolum.4.

Et quando error est circa factũ, quòd adhuc liquet & in tex. isto potest exemplificari,ergò non si esset iuris, seu circa ius,quia tunc nec erranti, nec aliis prodesset, nec excusaret nec ius faceret, nec ab errante factum ualeret, ut per Bar.in.l.non fatetur colum.2.ad fi.ff. de confess.& in .l. si expressim .ff. de appel. Fed.de sen.consi.112.colum.2.

Et in electione erronea exemplificat alibi Bal.quòd non ualeat,quòdq; non sit electio propriè, quia debet fieri cum ratione & intellectu, qui errat autẽ non intelligit ergò,in.l. mater decedens col. i.ff.de inoffi.testa.hanc regu. quinq; modis limitat Ias.dic ut per eum,&sic in cæteris super glo.effecisset, & fi. quoniam optimè loquutus est.

Et quo ad id etiam an ista lex.(& sexto)procedat in notario † putatiuo, dic quòd quæstio est admodum difficilis,vt per Bal.Imo.& Pau.in.l.ad testium.ff.de testa.& Alexan. (remissiuè tamen) in.l. i.ad fi.(allega.etiam supra) C.de testa.latissimè docto.hic præcipuè Ias. & Barb. in rub.de fi.inst.colum.27.unum uerbũ Fely.in.c.sciscitatus colum.6.de rescrip. quòdq; communis opi. est quòd non, quòdq; instrumenta per eum facta non ualeant, vt gesta hic à Barbario quæ è contra sustinẽtur rationibus de quibus supra. Tamen Iaco.de Belui. alibi dicit si longo tempore fuerit in quasi po. tabellionatus,quòd Imò instrumenta per eum confecta ualebunt, signanter per istum tex.& per tex.in.§.i.ubi hoc idem dicit in auth. de non alienan. colum. 2. & malè (vt dixi) nec est à cõmuni opi. recedendum, pro qua ad plenum consuluit nouissimè Bertan.consi. 23. colu.

27

2.uolum.1.

Est benè uerum(& septimo)quòd locum habet in delegato † ut not.in.c.sciscitatus de rescrip.vbi post glo.ita cõiter tenetur & uidetur casus ĩ.l.2. C. de sen. & int.o.iud.ibiq; Saly.& Ange.& Bald. hic colum.15.in lect.& sentit glo.in uer. reprobari dum allegat tex.in.d.l.2.& Feli.in.c.cum dilecta, colum.3. ubi etiam aliquibus modis limitat ut per eum, de rescrip.& in delegato ad uniuersitatem causarum pariter, ut ibi, & latius in .c. causam matrimonij col.pen. de offi.del. Ferrarien.consi.101.nu.26.uol.i.

28

29 Octauo dico,quòd licet acta † coràm excommunicato, occulto ualeant,licet appareat postea de excommunicatione ut hic per Bar.num.9.&in.d.l.2.ubi etiã Bal.C.de senten.& int.o.iud.Cap.Tho. decisio.143.multa,secus tamen erit ĩ sententia excommunicationis,ita hic pariter Ias.colum.14.conclusionem Bart.limitando,post Archid.in.c.sententia pastoris 11.q.3.& But. in .c.ad probandum de re iud. Albe. hic & alij ut per eum latissimè Barba.(ultra Ias.)in.c.ab excõmunicato colum.14.de rescrip. Tamen aduertè quia communis opi. est in contrarium,& uerior secusq; tenentes, maximè Barba. deficit in responsione ad istum tex.& ita etiam testatus est Feli.in d.c.ad probandum in fi. de re iud. Vbi etiam Bal.ante eum nu.i.

30 Nono † si Papa cum transgressoribus iuris faciat aliquem actum,tanquam cũ habilibus,quòd talis tolerantia, uim dispẽsationis habet,ita Abb.in.c.quia circa ad fi.de consangui.& affi.quem refert & sequitur Feli.in.c.omnes leges col. 5. i.d.& uterq; per istum tex.

31 Qui Feli.dicit etiam†(& decimo)quãquàm nõ sit iudex quis nisi fuerit iustus nec Rex si regere nesciat, quòd tamen quantum ad ualiditatem gestorum, iudex est, & rex, quandiù tolerantur, in. c.ius generale, colum.5.ea. d. exemplo Saulis, Dauid, & Solomonis,quorum sententiæ ualuerunt pariter,ut iudicum quàquàm essent uitæ blasfemabilis,qa tolerati, adhuc per istum tex.& per tex.

in

in.d.c.ad probandum de re iudi.

Vndecimo ad materiam dico etiam,
32 quòd ualent † quæ gesſit prælatus, qui est de facto, non de iure, ut in barbario hic, ubi etiam Bar. num. 13. adde glo. in.c. nihil de electio. not. Inno. in .c. literas de concesſio. præb. & Bal. Marga. prælatus num. 24. & hic in 2. lectu. & intelli ge in terminis legis nostræ, inq; his quæ gesta sunt per modum contentiosæ iurisdictionis, usq; adeo ut distinctio utriusq; Bar. scilicet & Bal. hic probabilis fuerit, sed non tamen necessaria .l. i. §. quamuis de uen. inspi. argumentum in. l. nō solent & in. l. quæ dubitationis tollende gratia .ff. de regu. iu.
Et facit quo ad iurisdictionem quoque quòd ordinaria præsumitur competens nisi contra probetur, ut signanter per istum tex. dicit idem Bal. in loco præallega. iurisdictio prorogatur nu. 8. & ordinaria dixi quia in delegata secus .c. quoniam contra de proba. idem Bal. in loco præallega.

Et ob hoc fortè non esset tutum eiusdem dictum alibi, quòd hic Barbarius exercitium habet sine iurisdictione, cōtra uerò furiosus, iurisdictionem sine exercitio .l. qui furere .ff. de sta. ho. in. c. pastoralis ī. §. fi. ad fi. de rescrip. quia hoc stante, gesta per eum non ualerent, & tamen ualent, ac sustinentur, quia habuit opinione hominum, fingit lex ipsum non seruum (vt dictum est supra) sed liberum fuisse. Cogita.

Si staret statutum etiam (& duodecimo) quòd Gibellinus extrahi non posſit ad aliquod officium nec procedere ultra annullando, & fuisset extractus, & admisſus, utiq; ualerent etiam gesta
33 per eum, estq; decisio mirabilis † iudicio meo, per istum text. quam in simili idem Bald. adhuc ponit in statut. Gibellinus nu. 4.

Decimo tertio dico, si contractus fiat
34 per episcopum † uel alium depositum, post depositionis diem, quòd non habebunt firmitatem aliquam nec ualebunt etiam si contrahentes ignorarent, casus est in.c. quia cunctis, quòd est primum in. §. adiiciebatur, de concesſio p̄ben. in. 6. unum uerbum Bar. hic num. 10. But. in. c. consultationibus colum. 20 de iure pat. Ro. in. l. is cui bonis colum. 6. ff. de uer. ob. Feli. latè in. c. fi. in pe. col. de accu.

Et mirum uidetur per istum text. nisi respondeatur, quòd hoc casu istud sit, quia statim lata sententia, ita artat ignorantes & afficit vt nulla certificatio req. ratur, ad ualiditatem. d. contractuum, & est ratio quam adducit signanter tex. in d. c. i. & refert etiam Feli. in. d. c. fi. ex mente But. tamen, & Bar. in locis præallega. pariter & non aduertit. d. c. primi rationem esse.

Et ad propositum est argumentum in. l. si pater, in prin. ff. de manu. uin. & in. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet.

35 Decimo quarto † si collatio beneficii, à legato facta fuisset in italia, quòd ualeret etiam si non fuisset legatus, dummodo probetur, quòd pro legato tentus erat habitus & reputatus, imò 9 eidem, hoc idem attestanti, ratione dignitatis crederetur. c. nobilissimus 97. d. tradit Alb. in. l. i. colum. 2. C. de manda. prin. dicens ita aliquādo euenisse, in domino Neapolitano, tituli S. Hadriani, Diacono Cardinali. Et idem in Rege Manfredo Siciliæ, dicit, eius priuilegia, à Carolo seruari debere, qui uerus Rex erat, & hoc idem, quia ille se pro Rege gerebat & ita reputabatur communiter & est argumentum in .l. competit ultra istum tex. ff. qui & à quibus & in. l. sed si ff. de iu. fisci.

36 Decimo quinto † posſet etiam alia q̄stio determinari, si quis iuxto errore ductus, pro indulgentia uera, eleemosinā dederit, pro ea quæ uera non erat, an remisſionem peccatorum suorum consequatur & dici quòd sic ex prædictis, & quia non ex operibus, sed ex intentione & corde iudicat Deus c. qui periurare 22. q. 5. c. si quid 24. q. 4 .c. si à sacerdotibus 16. q. 6. Tamen contrarium uerius est, ex quo ueritas attendi debet, quantum ad pœnam, uel præmium, & nimirum qui dē cum & ipse Deus optimus

mus maximus veritas sit nec quidquam quòd sit à ueritate alienum admittat, & tamen uerum id, ad hoc ut actus iudicetur bonus uel malus, argumentum in.l. illud in.§.fi.& in.l.item apud labeonem in.§.si quis uirginem.ff.de iniur.&ita cũ hac Theologorũ opi.transit idem Albe. in.l.cũ falsa in prin.C.de iur.& fac.igno. & ita transeundum est.

Decimo sexto dico si aliqui consenserùnt in aliquem, putantes iurisdictionem habere, quia ita etiam erat commu-
37 nis opinio† quòd gesta & acta coràm eo ualebunt, & quia ita communis erat opi. dixi, ut tacitè obiectioni occurramus; l.priuatorum.C.de iur.o.iud.ubi priuatorum consensus, iurisdictionem non tribuit, non habenti & ita per istum tex. dixit Spe.in.§.i.num.9.de comp.iud.adi. idem Albe.in.l.i.colum.2.C.de iu.o.iud. qui inter leges singul. istam quoq; enumerat in prohe.digestorum colu.5.Qui etiam ibidem in.l.i.in prima consti.in prin.colum.4.inquit adhuc speciale esse hic fauore publicæ utilitatis.

38 Decimo septimo † quòd consuetudo generalis Inducta à pop.uel à Principe etiam erronea, abrogat legem, quia nõ est uerisimile, quòd errent, & quia error communis ipsorum facit ius ut hic rursum dicitur, & in.d.l.3.ad fi.ff.de sup. pel.lega.idem Albe.in.l.de quibus num. 53.in fi.ff.de legi.

Decimo octauo, quæritur, nam hic (quicquid dixerim ego dubitatiue tamẽ supra) admissus fuit seruus, qui admitti non debuit, quid agendum, si non ad-
39 mittatur, qui admitti debuit? Bald.hic se remittit ad dicta per Inno.in.c.cum uenerabilis de religio.do.& in.c.fi.de iudi.Breuiter ueritas est, quòd is impleret officium iudicis, quoniam iustum ẽ, ex quo aliter non poterit perviam actionis idẽ petere.l.quòd si minor.§.fi.ff.de mino.l.3.§.hoc iterdictum.ff.de lib.exhib. Bar.in tracta.iurisd.& not.in locis supra allega.Boer.plenè in decisio.suis 151.col. i.par.i.

40 Decimo nono dico † si quis se gesserit pro Vicario Episcopi, & diù, ac publicè, quòd iurisdictionem habebit ut nót.in.l.i.C.qui admi.ad bo.po.pos. & ibi Ferrarien.colum.12.& consequenter (adde tu) quòd nec per eum gesta poterunt retractari.

41 Vigesimo notum est † quòd ignorantia iuris neminem excusat maximè quãdo quis potuit consulere peritiores, & non consuluit.l.regula.§.sed iuris.ff.de iuris & fac.igno.quòdq; plures sunt cõsulendi nisi unus tãtum peritissimus sit ita tentus ab omnibus & reputatus, quia tunc excusabit, ut not.ex his quæ habẽtur hic, in.l.iuris ignorantiam & ibi Ferrarien.col.3.C.qui admi.ad bo.pos.po.

Vigesimo primo dico, quòd sicuti hic error communis facit ius, (dictumq; est supra satis) ꝙ ita facit ius error mũdi in ludo reprobato à lege taxillorum sci-
42 licet † quia nullam habet speciem uirtutis, vt schacorum & similium, quibus inest animi uel corporis uirtus, uiciũq; animi est & dissipatio quædam, tamen illum consuetudo permittit & (vt dixi) error mundi quòd ius facit, ita Bal.in.c. clerici ad fi.de uita & ho.clerico.Tamen cogita primum hanc cõsuetudinem nõ esse iuxta not.in.l.de quibus.ff.de legi. & in c.i.de cõsue.sed cacoethes potius.i. malus mos quidam, non attendendus argumentum in l.4.in §.condemnatum ff.de re iud.& in l.non putauit in §.non quæ uis.ff.de bo.po.con.tab.cum similibus.Demum, quia nec cum errore ipso, concurrit superioris autoritas, nec publicæ utiliatis fauor ut hic, ideo nec conuenit, quòd ius faciat.Cógita.

43 Vigesimosecundò† quòd filii nati ex secundo matrimonio, cuius nullitas postea detegatur, per euentum primi, sunt legitimi & naturales, ratione erroris causati & iustè quidem in matre, & quia error communis uersabatur in populo, proq; legitimis habebãtur, & fauor eorum etiam hoc casu debet attendi l.miles §.fi.ff.ad legem Iul.de adulte.ubi gl. c.cum per belli causa 23.qõ.i.c.2.qui fil. sint legi.Bal.in l.qui contra.C.de incest. nup.Deci.in c.inter cæteras, colum.2.de rescrip.Ias.in addi.Por.licet de his men-

tionem non faciat in.§. affinitatis col. 2. insti.de nup.

44 Vigesimo tertio † quòd sicuti in notario dictum est supra non ualere instrumenta, ita in tutore dicendum est, quòd non ualeant ab eo gesta, licet communi opi. reputaretur tutor.l.2.ff.de eo qui ꝓ tuto.l.qui neq; ff.de reb.eo.Bertran.consi.23.col.2& consi.41.num.2.uol.i.unum uerbum Barto.hic num.15.

Vigesimo quarto tamen idē Bertran. consi.287. nu. i.uolum.i. ait quòd idem
45 in Abbate dicendum est † quòd hic in Barbario, si se gesserit pro tali, & communi errore pro tali semper habitus fuerit, & consequenter quòd gesta per eum ualeant, perinde ac si uerus Abbas fuisset, cum declaratione tamen quòd fuerit à superiore confirmatus, licet postea confirmatio ex aliquo defectu non tenuerit, & ut ibi latius per eum.

46 Vigesimo quinto † ad prælatum de quo supra reuertor, & dico, quanquàm sit in pacifica possessione prælaturæ, nō legitimus tamen, quòd gesta per eum non ualent quantum ad alienandum sed quantum ad utendum, & redditus percipiendos ex suo contractu sic, eoq; magis, quia hic reipublicæ consulitur, ipse uerò alienando ecclesiæ præiudicat & Fusius ut declarat Bal. tradendo intellectū ad istum tex.in.l. ius iurandum in.§.pupillus.ff.de iure iuran.

47 Item & adhuc in prælato †(ac Vigesimo sexto) dico aliud, quòd is si legitimus non fuerit, non poterit nec absoluere nec ligare, imò quòd apostaticus est & deceptor animarum, est uerum inquit alibi idem Bal.post Bernar.&Inno. quòd qui credunt, in esse non confunduntur, quòdq; publicus error, & bona fides eos excusat, quo ad Deum, nanq; dicitur in psal. Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet, sed non quo ad forum iudiciorum quia inspicitur ueritas in litigando, uel quasi possesio cū iusto errore in.c.dudum 2.num.5. de electio. Tu aduerte quia quo ad Deum actus absoluendi uel ligandi, iudicatur bonus uel malus, & opinio seu commu nis error hoc casu attenditur, sed non quo ad pœnam uel præmium, quia tūc ueritas attendi debet, & opinioni præualet ut in indulgentiis à simili dicebā supra, & iō quo ad istud dictū Bal.in ꝑalleg.c.dudum. Cogita.& Old.uide oīo consi.76.incip.quæritur num.3.

Vigesimo septimo inquit Imo. in .c. sciscitatus de rescrip. quòd is cui facta fuit commissio, se non excusat, si sit in-
48 habilis † & ibi Feli.col.5.declarat uerum dummodo à superiore ꝓmoueatur, ut hic in Barbario fuit, quia si officium impetret, & taceat punitur, post Bal. in.l. quos probibet ff.de postulan. Quòd dictum uerum non uidetur, quia barbarius hic petiit (vt expresse dicit tex.) erat inhabilis, tacuit, nec se excusauit, & tamen prætoria dignitate functus fuerat. Cogita.

49 Vigesimo octauo dico † quòd cum posit plus Imperator, quàm populus ut hic dicitur, & in.c.i.in glo. ad Imperatorem si de inuestitu. int. do. & ua. lis oria.in usib.& dictum est etiā supra non poterit ille, ab isto degradari, ꝙ prius sen serat secundum aliquos, & ibi Bald. in prin.colum.4. Tu aduerte quia tex. nō dicit plus posse imp.quam pop. Ro. sed quod multo magis dicendum est, quo ad Barbarium seruum, id in Imperatore, quòd dicitur seu quòd dictum erat in pop.Ro.subinde rationem assignando & declarando, ut suo loco dictum est.

50 Vigesimo nono † quòd ordinarius, non habet necesse docere de sua iurisdictione, ex quo solium dignitatis eam ostendit, ut hic, aliàs à delegato non differret, qui nullam iurisdictionem habet.l.i.§.qui mandatam .ff. de offic. eius cui man. est iu. l. multum interest .ff.de cond.& de.Bal.in.c.cum contingat ad fi. de rescrip.Alex.consi. 77. colum. 3. uolum.2.

Trigesimo, quòd licet intrusus dicatur omnis qui non intrat per hostium.i. qui non habet Canonicum ingressum, si confirmatus fuerit tamen in curia in-
51 trusus non dicetur † quoniam auctori-

tas confirmationis eum tuetur, quæ ꝓpriè adaptatur confirmatis à supremo cardine hoc est olim à populo Ro. uel à Principe ut hic, & in.c. nihil ubi Inno. & post eum Bald.num.4.de electio.

Trigesimo primo & ultimò, quòd nullus seruus, potest esse legitimus fi-
52 lius de iure ciuili† si uerò prætor per gẽtem non recognoscentem superiorem eligatur, tunc efficitur legitimus, & liber, & quamuis eligens erret ut hic po. Ro. fingitur tamen consentire propter bonum publicum, & fusius ut declarat, idem Bal.in.c.uenerabilem num. 13. eo. titu.& hæc (Deus enim impare numero gaudet) sufficiant, cœtera dic ut per Bar. (si comentum eius est) Bald.Albe. Ias.& alios, tuq; ea uideas, si cupis aliàs quia nos prolixitati (breuitate instituta quod etiam prædiximus) nunc occurrere intendimus.

Trigesimo secundo, dico à simili ꝙ libertas data ab eo, qui postea seruus pronunciatus est, ualet & tenet .l.competit ff.qui & à quib.Old.consi.22.col.i.

Trigesimo tertio, quòd alienatio facta ab hærede alienare prohibito, ꝓpter proprium æs alienum, ualet pariter, donec hæres uiuit.l.peto.§.prædium.ff. de lega.2.idem Old.ibidem.

Trigesimo quarto, si duo in reges electi fuissent, quòd administratio utriusq; facta medio tempore, ualebit, vt adhuc per istum text. signanter dicebat Old.in loco præallega.

Et idem (Trigesimo quinto) si quilibet eorum priuilegiũ concessisset, quòd medio tempore cõcessio ualeret, nullo euentu considerato, & uidetur probari in.l.fi.C.de senten.pa.quod ultimum tamen non firmo, quia imò concessionis effectus, uidetur pendere à futuro euentu.l.iure nostro.§.fi.ff.de testa. tute.ideo dic, & fusius, ut per eundem Old.in loco de quo supra.

Et quod uerum creditur (Trigesimo sexto) quod à pluribus credebatur, imò ab omnibus in not.casu, inquit adhuc, idem Old.consi.93.incip. Magister col. 3.signanter per istum tex.

Trigesimo septimo, quod sic error principis facit ius .l.3.§.fi.allega.etiam supra ff.de sup.lega.Et nimirum quia propter principem quidem & super facto etiam fingitur .l.omnium.C.de testa.Old.cõs. 224.col.6.

Trigesimo octauo, quòd notarius toleratus in officio, licet postea damnetur seu ab ipso deponatur, non ob id propterea efficit quo minus gesta ratione publici officij ualeant, ut hic, ubi propter publicam utilitatẽ pariter (sæpeq; dictum est) cõmunis error facit ius Abb. in.c.fraternitatis col.2.de hæreti.

Trigesimo nono, quòd ex certa scientia Princeps infamiã tollit, cumq; ea dispensat.l.Imperialis.C.de nup. Et sic p̃tor seruum admittit ad agnoscendam bo.po.l.seruus.ff.de bo.po.cum tamẽ in iudicio stare non possit .l. seruus .C. de iudi. et pupillum pariter .l. bonorum. C.qui admi. ad bo.pos. cumq; minore rursum dispensat, ut magistratum gerat l.quidam consulebant, ff.de re iud. quia regulariter iudex esse non potest.l. cum prætor .§.non autem de iud.Old.consil. 331.col.i.& probantur omnia hic in fi.

Dictu mirabile est etiam, si Princeps uel Papa det iudicem, ex certa scientia, siue deleget, quòd recusari nõ poterit .l.fi.C.de decurio, & ibi not.lib.x.

Et (quadragesimo loco) quòd potestas principis præualet potestati etiam Po.ro.ut hic in fine & ita per istum tex. dixit etiam Luc.de pena in.l.i. col. 5. C. de impo.Luc.describ.lib.x.

Et (quadragesimo primo) quòd si aliquid potest præscriptio, fortius põt Prĩcipis auctoritas quam tribuit p̃scriptioni.c.si romanorum ad fi.19.d.ideo regulariter solet operari, quantum præscriptio.l. hoc iure .§. ductus aquæ .ff. de aqua quot.& æsti.not.in.l.si sic, & seq.C. de fun.patrimo .lib. xi.& scitu dignum est.

Et quòd plus ualet (quadragesimo secundo) assertio principis, quam unius testimonium, etiam si foret tabellionis. c.nobilissimus 97.d.c. quicunq; 11.q.1.

Et quòd potentior (quadragesimo

tertio

tertio) est lex uiua quàm mortua, sicuti excessiue animatum corpus est innanimato potentius. c. si romanorum 19. d. et not. in l. i. C. de expen. ludo. lib. xi. & in l. i. C. de diuer. præd. urba. eo. lib.

Et quòd à crimine ambitionis (Quadragesimo quarto) alienus est, qui uirtutum meritis se dignum honoribus esse cognoscit, ut hic & in c. miramur à contrario 61. d. usq; adeo ob id ut sine peccato quis honorem Magisterii concedi sibi postulet si dignus est. c. scripturis 8. q. I. Io. And. in cle. i. de magist.

Quadragesimo quinto obseruatione dignum est, quid sit lege agere, legisq; actionẽ habere ut hic in fi. nilq; aliud esse, nisi apud eum experiri; qui iurisdictioni præsit, maioremq; magistratum gerat, & si dixeris merum imperium, nõ errabis, hæc enĩ (ut dixi) legis actio ẽ & lege agere, de quib. ẽt in l. 4. ff. de adop. Ad materiam dicit etiam (quadragesimo sexto) & quo ad supra dicta, Gemi. si seruus, ad papatum promoueatur, ꝙ efficitur liber sumpto arg. per istum tex. in prohemio 6. num. 20. & not. etiam in l. i. C. de decurio. lib. x. & in. §. si filius insti. quib. mo. ius pat. pot. solui.

Et ad limitationem huius legis (Quadragesimo septimo) Abb. in c. consultationibus colum. i. de iure pat. per illum tex. quòd error communis absq; possessione, non est sufficiens ad ualidandum actum à non possessore gestum, usq; adeo ut nec reputetur patronus quis, qui non est, nec possessionem habet, nec p̃sentatio ualeat.

Quadragesimo octauo adde, quòd sententia iudicis publicẽ excommunicati non ualet Clandestina uerõ, & occulta sic, ut hic, per quem tex. ita dixit ẽt Bal. in c. ad probandum nu. i. de re iud.

Quadragesimo nono, si Princeps ꝓmouit aliquem inhabilem, quòd ualebit promotio absq; alia clausula non obstante, dummodo ad sit illa ex certa sciẽtia, quia hæc dispensationem operatur, ut hic, & in l. quidam consulebant. ff. de re iud. & in l. idem Vlpianus. ff. de excu. tuto. Feli. in c. præterea de testi. cogen. dixi ego in milleloquio cent. 9. col. n.

Quinquagesimo ꝙ dispensatio requirit uerborum expressionẽ. c. ueniens & ibi Hosti. de fil. præsb. Bald. hic in prima lectu. colum. 4. & nimirum dicimus hinc, odiosam esse restringiq; debere. c. i. de fi. præsbi. in 6. Feli. in c. postulasti colum. 7. de rescrip. & dixi ego aliàs in l. precibus in 5. lectu. in 2. not. inq; illo arti. an tacita pupillaris in expressa uulgari contenta matrem in medio existentem, excludat. C. de imp. & al. sub.

Quicquid dictũ fuerit supra, & quinquagesimo primo, inquit alibi Inno. in c. nihil de electio & Bald. in l. si tutor. C. in quib. cau. in int. resti. non est ne. signãter per not. hic, si uitiose electus quis se pro prælato gerat & ab aliis talis reputetur, nec tamen possessionem habeat, ꝙ tunc gesta cum eo non sustinebuntur, quòdq; nec communis tolerantia cum excusabit, ex quo non est in possessione prælaturæ, susius præposi. Alexand. in c. propter 19. d. & Bald. alibi in d. c. nihil colum. 2. post Inno. quòd hic gesta Barbarii ualuerunt, quoniam forte à p̃fecto prætorio confirmatus fuerat, uel quia confirmatione non indiguit cum fuerit electus à toto populo, & in c. sũ p literis num. 23. de rescrip. si rescriptum sit funditus falsum in substantia scilicet & forma, quòd nullam tribuit iurisdictionem, argumentum in l. nec exemplum. C. ad legem Cor. de fal. aliàs secus si uerum fuerit in substantia iurisdictionis dandæ, quanquàm falsum in forma idest in facti qualitate, ut hic, ubi uerus erat prætor & formatus ueritate electionis, licet in subiecto foret defectus, idest materia seu p̃sona eius quẽ defectũ si populus post ingresũ officij eius sciuisset, uerisimiliter dispensasset (at hic rursum dicitur) & est inductio uera, & notãda. Quinquagesimo secundo ẽt dictu mirabile est, si quis soluerit p̃lato intruso, ꝙ ꝑpter iustum errorẽ liberabitur ut hic p Bal. col. 3. & ẽ arg. in l. cũ quis in. §. i. ff. de sol. Crot. con. 24. nu. 11. & ex his qa dixi etiam in collecta. satis olĩ impressis ann. 1545. finem facio. Anno. D. 1563.

RVB. FF. DE OFFI. EIVS.

1 Officium generale nomen est, seu uerbum ad omne ministerium.
2 Cocus officium habet, Tabernarius, macellator & similes.
Et ibi de coco multa.
3 Cocus principis habet dignitatem.
4 Idem in medico aliàs obstetrici comparatur.
5 Nec secus in notario.
6 Et ibi de quo principe hæc oĩa intelligi debeant. & an de iure uel de consuetudine sint uera.
7 Officium & dignitas non sunt idem.
8 Non etiam officium & potestas.
9 Quare hic de offi. eius dicatur, alibi uero de offi. & potesta.
10 Difficultates in materia not.
Et ibi notabiliores, sol. ad idem.
11 Officium unde dictum sit.
12 Delegatus Papæ an dicatur officialis ipsius.
13 Statutum, faciens mentionẽ officialis Florentiæ an potestatem Pistorii comprehendat.
14 Statutum dicens quod officiales communis gabellas non soluant, an comprehendat delegatos.
15 Quis sit delegatus.
16 Mãdare iurisdictionem et iudicẽ dare an idẽ sit
17 Continuatio rub. communiter approbata.
18 Delegatus principis an sit ordinario dignior.
19 An dato quòd dignior sit ordinarius saltem habeat iurisdictionem firmiorem.

SVMMARIVM.
l. 1. eo. ti.

1 Magistratus est anima legis.
2 Ordines magistratuum seu gradus, quot sint.
3 Imperator superillustris est secundum Bar. quid in rege.
4 Præfectum prætorio non habemus.
Et ibi qui præfectis prætorio æquipararentur.
5 Doctores an sint gradu illustres.
Et ibi quo modo hoc ipsum intelligatur.
6 Prætor est in gradu spectabilium.
7 Et de iure canonico episcopus
8 Præsides sunt Clarissimi quos tamen in italia hodie non habemus
Et ibi quòd italia non est prouincia.
9 An duo sint hæc magistratum esse, & esse de maioribus.
10 Hæc l. 1. est adeo elegans ut non possit esse elegantior etiam si omnes philosophi simul eam composuissent.
11 Nullus defectus est iurisdictione maior
12 Summarium Bar. commune est
13 Vbi traduntur artis principia dubitari non põt.
14 Quælibet lex tamen debet esse de dubitabili
15 Dubitandi ratio quoad 1. regu.
16 Dubitandi ratio 2.
17 Dubitandi ratio 3.
18 Decidendi 1
19 Dubitandi ratio quoad 2. regu.
20 Decidendi
21 Lex debet subauditione iuuari.
22 Verbum uniuersale restringitur
23 Illatio an ex præmissis esse debeat
24 Declaratio quare à reg. negatiua hic cæptum sit.
25 Declaratio illorum uerborum & ideo errare uidentur.
26 Declaratio illorum & si qua alia similes sunt
27 Prætoris mentio non sine misterio facta est
28 Causa meri ĩperii regulariter delegari nõ possũt
29 De iure canonico secus.
Et ibi quare.
30 Quid hodie de consuetudine.
31 Quid in competentibus iure magistratus.
32 Arg. à contrario sensu in iure fortissimum est.
33 Et ibi an propriè, an uero interpretatiue, procedat.
34 Vbi est prima limitatio ad regulam. 2. 35. 3. 36.
37 Suppletio ad tex. ibi & si à familia
38 An prætor cognitionem criminum habeat.
39 Exempla glo. constitutione an uera sint.
40 De consequentia glo. tribuatur an sit uera.
41 Si princeps omnem iurisd. mandet, an merum Imper. comprehendatur.
42 An præbere auctoritatem manumittentibus possit delegari.
43 An testamenta coram magistratibus municipalibus recitentur
44 Quid in causis ciuilibus & criminalibus leuibus.
45 Si quid habeat magistratus in speciale priuilegiũ an id possit delegari.
46 Datio tutoris an competat iure magistratus.
47 Intellectus §. nos autem inst. de at. tu.
48 Quis sit iuridicus Alexandrinæ ciuitatis.
49 Oppo. §. eos in auth. de man prin.
Vbi etiam sol. multiplex.
50. 51 De Monosyllaba si multa
52 Si in ui in conditionis ponatur an arg. sumi possit
53 Quid ĩ ultimis uolũtatib. & contractibus, statutis, sententia, pacto, rescriptis, mandato. 54. 55. 56. 57. 58 59.
60 Causa meri an possit saltem quoad cognitionem delegari.
61 Quid in latrone insigni.
62 Nunquid delegatio fiat ex causa infirmitatis, uel simili
63 Quid in substituto loco iudicis mortui.
64 Oportet quod causæ absentia sit quàm maxime necessaria.
65 An stetur assertioni magistratus.
66 Quid in infirmitate suorum.
67 Quid si laboraret podagra
68 Quid si sit pub. occupationibus impeditus
69 An possit hac de re unam in criminalib. delegare
70 Si proficiscatur & reuertatur, postea an iurisdictio delegat expiret statim.
71 Imp. an deleget causas meri Imp.
72 Quid in delegato principis.

RVB. DE OFFI. EIVS.

ANNI M D L I. DIE III.

Nouemb. cœpta.

QVoniam officium, est generale nomen, † seu uerbum, ad omne ministerium. l. legatis. §. si ex officio. ff. de lega. 3. Archi. in. c. i. in pe. colu. de consue. Paui. in tracta. de offi. & po. capi. in 2. euiden. late Rimi. Purpu. & Deci. hic ideo ab eo sicuti & alibi sæpe, exordiū sumpsit author, dicens de offi. eius &c. Adde tu, quòd nihil aliud est, nisi id, quod quisq; efficere debet, pro conditione suæ personæ, in magistratibus dignitatem, & iurisdictionem habentibus, considerabile & in priuatis quoq;, qui nec dignitatem habent, nec iurisdictionem, & ut per eos fusius. Immò (inquiunt)
2 quòd etiam coquus† officium habere dicitur, tabernarius & macellator, & benè conueniuntq; maximè, cætera de industria breuitatis causa prætermittentes ut in cle. 2. in prin. de cen. l. si quid uenditor. §. si. ff. de ædi. edic. cle. i. de tri. & ho. cle. Tamen cogita, ne coqui artificium dicatur potius. d. §. fi. ubi casus clarus, clarior in. d. l. legatis in. §. si unus, & sine responsione, singularis tex. in. c. ne tales de consecra. dis. 5. ibi arte, & impendiis coquorum non indiget, & Sosiæ uerbum, hoc ipsum quoq; indicat, apud Teren. quando dicit.

Quid est, quòd tibi mea ars efficere posit amplius? Nisi declaremus, ut declarat glo. in. d. §. si ex officio, & fœdere distinctionis opi. cócordemus, quòd ars sit, si cibaria delicata faciat, officiū uerò, si communia & negari non potest aliàs pugnarent tex. in. d. §. fi. & in. d. §. si ex officio, & ultra glo. sentiunt Veronen. in. d. §. fi. num. 1. & in. l. mercis col. 4. ff. de uerbo. si. exemplificantes in coquo Principis, & scholarium, quorum uenter nō est Deus, in q; eis uerificari pōt illud, Paucis minimisq; natura cótenta ē ut illius. s. sit ars, istorum uero officium. Et potest quoq; ex uerbis Liuij, lib. 34. uerificari, sententis hoc idem, ibi, Coquus antiquis vilissimum mancipiū erat, postea quòd ministerium erat, ars haberi cæpta est. Et cum hac distinctione etiam trāsit ad longum Io. de ana. in c. i. in. 2. colum. de sagitta. ibiq; declarat, & ostendit, quo modo officium ab artificio distinguatur, & quòd artificium propriè, id est, quòd uulgus sic appellat, & benè, & ad idem est not. tex. in. l. sciendum in. §. illud. ff. de ædi. edic. & utilis rursum disputatio, si statutum de artifice loquatur, uel officij aliter mentionem faciat, vt in locis supra allega. legitur præsertim in. d. §. fi. & in. d. l. mercis.

3 Nec prætermitto, si coquus Principis † est, quòd is habet sine controuersia dignitatem, obiterq; dictum sit, & sentit Bald. in rub. de feu. guar. in princ. in usib. feu. Idemq; pro simi-
4 li in medico dicas † qui obstetrici comparatur. l. si duobus. §. sin autem. C. communia de. & tamen si sit medicus Principis, secus. l. i. C. de comi. & tribu. scho. l. i. C. de præpo. labo. lib. 12. ibi quos nostri lateris comitatus illustrat. Nec aliter in no-
5 tario scriptum legimus † nisi quòd seruus publicus est pariter, vileq; officium eius. l. 2. ff. rem pup. sal. fo. l. i. §. exigere. ff. de magistra. con. l. uniuersos. C. de decu. lib. 10. l. non enim. ff. de adop. cum similibus, ita ut ipsum decurio, vel aduocatus exercere non posit, & nihilominus si notarius Principis sit, dignitatem habet. l. i. C. de manda. Prin. Barto. in. l. 2. C. de primi. lib. 10. Barba. & Feli. in rub. de offic. dele. colum. 2. & 6. latè Cald. consi. 2. spurius, in. l. de fi. instru. Ro. singu. 649. nunquid esse coquum.

Mihi tamen mirum maximè uidetur, quia sic etiam barbitonsor Principis habebit dignitatem ex supra dictis, & uirtualiter sentit Ange. & Ias. in. l. omnium C. de testa. in princ.

dum dicunt, quòd omnes assistentes lateri Principis, nobilitantur, signanter per tex. in .d.l.i. C. de præpo. labo. Et benè, nec possunt hæc negari, sed aduertendum est, quia pro-
6 cedunt † tantum in Principe, non recognoscente aliquem in superiorem, ut per Bar.in.l.i.num.78.C.de digni.lib. x. Et uera sunt de iure, non de consuetudine, quæ in hac materia magis inspiciẽda est, quàm lex, vsq; adeo, vt hi nobiles non dicantur, nec dignitatem habeant, Barto.in.d.l.i. colum. ulti. & in.l.i. num.15.C.de mu.& in quo lo.Soci. pulchrè consi.246.eleganter, colum.i.uol. i.Pau.de Cast.con. 125.dubitatur primo colum.3.in.4.dubio, uolum.2.post omnes Ripa lib.2.responso.c.26.colum.2.signanter in barbitonsore, & coquo, seu Baldassare quodam originem ab his ducente, qui prætextu nobilitatis, immunitatem à collectis consequi uolebat. Et si in specie consideretur, est motus judicis, ad aliquid explicandum in causa latissimè patens, ut per Bal. in.d. rub. de offi.de.colum.ulti.& Moder.hic.

Sed nunquid officium, & dignitas,
7 sint idem † sine disputatione dicasq; nõ uerum separata potius, ex supra dictis, & per Bar.in.d.l.i. num. 38. C. de digni. lib.x.sicuti officium & artificium d.§. si ex officio, item negociatio & mercatura, ut per Ro.in.l.2.in.§.i.in.2.colum.ff. de publica.
8 Differt † etiam officium à potestate, ut habitus ab actu, quia potestas est habitus, officium uerò actus, siue exercitium potestatis, idest iurisdictionis, q & benè declarat Bal.in rub.de offi.de.in fi.& Paui.in tracta.de quo supra colum. 3.& probatur in in.l.potestatis uerbo. ff. de uerbo.si.& in.l.imperium infra de iu. o.iud.& do officio dictũ in .l.i.inf. de iu. o.iud.& in.l.ædiles in.§.item sciendum. ff.de ædi.edic.Saly.in.l.officio.C. de nego.gest.&videtur casus rursum in.l.i.infra eo.ibi, qui cum publici iudicii exercitationem habeant &c.& ibi, vt is, cui contigerit exercitatio &c. Quòd tamen idem sint, sensit Io. And. & post eum Dec.in.d.rub.colum.3.per tex.in.c.2. de biga.dic tu, esse meliorẽ in.l.si quis missus in prin.ff. ne uis fiat ei. sed prior declaratio, vt potè firmior, & uerior, tenenda est.

Et licet hic dicatur de officio, & alibi de officio, & potestate, non est tamen q.d quòd possit authori colorate obiici, ex quo actus habitum præsupponit supra dictis stantibus, sicuti consequens antecedens, & simile.l.ad legatum .l.ad rem mobilem.ff.de procu.l.illud.ff.de acqui. hæ.perindeq; est, ac si dixisset, de offi.& potestate.

9 Verum longe magis miror, † q dicatur alibi, de officio & potestate iudicis delegati, hic uero de officio eius &c.

Sol.idem est, ex quo per circumlocutionem in loco isto author loquitur, & loquendi modus est elegantior, quàm si dixisset de offi.delegati, & admiratio cessabit, quia uidemus etiam, quòd sic Vlpia.in.l.cum filio familias, in fi.ff.de leg. 3.pubertatem expressit, quando dixit, ætatem esse, carentem restitutione in integrum. Appellauitq; Modesti.in.l.spadonem in.§.si ciuitatis.ff.de excu.tu.magistratum Principem ciuitatis, pluraq; huiusmodi sunt, non aliter referenda, & figura est breuiter, quam periphrasim uocant Græci, & ornatus, apud Poetas frequentissimus iuxta illud.

„ Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris.
„ Incipit, & dono Diuũ gratissima serpit,
„ Diuum pater, atq; hominum Rex, & simile, nec minus apud Oratores, semper tamen astrictior, ex quo infertur, non esse uerum, quòd dicebant aliqui Moder. hic, quòd hoc ideo dixit Iuriscon.quia aliquando tractare intendit de officio etiam ordinarij in delegando cõsistente, & maximè quia non debet attendi, nec esse in consideratione, nisi id quod est ipsius præcipuum & principale, vulga.l.si quis nec causam.ff.si cer.pe. & ut latius dixi ego in 2. lectu. hîc, in.i. q.& ipsi met mutant postea opi.& transeunt, sentientes pro rei ueritate, q nihil aliud dicere uoluerit author, nisi de

offi.delega.

Sed pro introductione materiæ, & qā dubitare de singulis non est inutile, ut aiunt.l.nemo, ubi glo.C. de sum.tri. & .fica.dixi plenè in.l.transigere in 2.lectu in casus figuratione.C.de transac.aliqua resoluenda sunt difficultatem facientia,
10 †quòd imò hîc de delegato nō tractetur & dato quòd tractetur, adhuc malè factum fuisse. Considerando potissimum ipsius rub. uerba, dum dicit mandata, quia certum est id, ad vniuersitatem causarum referri solere (quis dicatur is, declarat Ias.in.l.à iudice, col.2. C. de iudi. not.in.l.i.ff.quis & à quo) l.i.§.qui mandatam infra eo. l. solet.ff.de iu.o.iudi. & utrobiq; not.tradit Ias.i.l.fi.inf. eo. verū delegatus ad uniuersitatem causarum ordinarius est.l. fi. C. de iudi.c. causam matrimonij, de offi. de.c.prudentiā, & ibi Abb.remissiue, colum.5.eo.ti.aliàs à uerbo delegare non differret, haud dicēdum, quia unam speciem tantum, committi solere, significat & innuit, & realem differentiā constituit inter hæc rursum glo.in.l.si uni, in fi.ff.de re iudi.Cui difficultati respondet Sapia, & Oria. Repeten. quòd licet pluribus respectibus ordinarius dici possit, respectu tamen jurisdictionis erit delegatus, & benè, potestq; declarari ultra eos sic, quia si plures sint delegati ad uniuersitatem causarum, separatim procedunt, ut ordinarii, non si sint ad certam causam tantum d.l.si uni, aliàs Pomponius, & in.d. c. causam matrimonij latius. Ad idem delegata iurisdictio ad certam causam, nō potest prorogari, aliàs autem sic, ut ordinaria.l.i.vbi glo.2.infra eo.quam extollit Abb.in.c.P. & G. in ulti. not. de offi. de.sed an sit uera dubito, & addo melius facere, ꝙ delegatus ad uniuersitatem causarum, non recusatur suspectus, sicuti nec ordinarius, ad certam causam uerò datus, sic.d.l.fi. & ibi omnes.l. apertissimi.C.de iudi.& in materia, quia ille subdelegat, iste non, Ias.in.d.l.fi.colum.2.in fi.Et ibi quis dicatur delegatus ad uniuersitatem causarum, pulcherrime docet, Et quia ultimo loco, is realiter citat post litem contestatam, non delegatus ad certam causam, ut per glo.& Saly.in l.consentaneum.C. quomo. & quando iud.not.in.l.plæriq;.ff.de in ius uo.& in l.2.infra de iu.o.iud.Io.de ana. consil.53. visis, colum. 2. licet igitur his respectibus ordinarius sit, alio tamen est (vt diximus) delegatus: Et ꝙ regulariter delegatus dicatur, firmat Ias. in.l. more col. 4.ff.de iu.o.iud. Dicerem ego aliter, & formalius, ut dixi in 2.lectu. quòd imò uerbum mandata, ad delegatum simpliciter, & ad certam causam referri potest. l.i.2.& fi.infra eo.ergò non erit ordinarius, nec de delegato ad uniuersitatem causarum intelligetur, licet hîc mandata dicatur, & ad destructionem antecedentis, necessariò sequetur destructio consequentis.c.cum ex officij, de præscrip.Bal.in.l.conuenticulam, colum.4. C.de ep.&cle.Vel & aliter, quòd licet æquiparetur in hoc ordinario, non tamen est ordinarius, quoniam simile non est idem.l.quod nerua.ff.depo.l.si idem.C. de codi.l.i.ff.de præca.l.i.ff.de lega.i.similitudo enim tripliciter capitur, pro identitate, pro paritate, & pro conuenientia accidentium, & istud propriè ut hîc.l.illud.ff.ad legem Aqui.l.his solis.C.de reuo.do.c.inter corporalia, in prin.de trāsla.præla.late Stepha.Fed.in tracta.de interpreta. iu. parte ulti. col. 158. & seq. sed non (vt dixi) quòd sit ordinarius, & ita arguit Bar.in.l.placet, in repe.colum. i.C.de sacro sanc. eccl. quòd cum excōmunicatio & exilium sint similia, necessariò non dicentur idem, sed diuersa, ex quo nihil est id, cui id ipsum est simile. l.actionis uerbo, ubi glo. ff.de ac. & obl. & Bal.consi.9. factum tale, colum.ulti. uolum.i.quòd quædam habent similitudinem entis, & tamen non sunt ens, ut chimera, hypochrita, & falsus prælatus, uel falsum testamentum l.2.ff.quemadmo.testa.apé.l.paulus.ff.de uerb. si.

Secundo ob.quia non est bona consequentia dicere, mandata est iurisdictio, ergò is cui mandatur est delegatus, ex quo ordinario mandatur etiam à lege.l. 2.infra eo.& tamen non est delegatus, &

ad idem est argu.in.l.2. C. de offi.eius q ui.al.ge. Sed pro sol.dici potest, quòd mandatur à lege, ut is, cui mandatur, sit ordinarius, ex quo lex nihil sibi retinet ut infra in.l.i.l.cum prætor.ff.de iud. ergò aliter delegatus .l.i.§.qui mandatã. l.fi.infra eo.l.i.ibi, sibi iurisdictionem reseruauit .ff. de dam.inf.c.sanè 2.de offic. de.melius in.c.quærenti, eo. ti. immò q si superior, ne dum lex, ordinario aliq d mandet, ipse, vt ordinarius, cognoscit, non ut delegatus, secundum Ange.in.l. ius ciuile, in prin.&in 2.colum.ff.de ius. & iu. & excitari potius dicitur iurisdictio, quàm delegatio fieri .c.licet, de offi.ordi.l.i.C. de preci. Impe. offe. quam sic inducit Deci. in.l.i.num. 83. infra eo. nisi in rescripto sint uerba, Authoritate nostra cognoscas, quia tunc secus esset. c.cum aliquibus de rescrip.in.6.pulchrè Ro. consil. 285. omnia ad decisionem colum.i.

Tertio ob.uerbum iurisdictio, quòd in ordinaria uerificari debet, uulga. l. i. §.qui in perpetuum .ff. si ager uecti. uel emphy.pe.l.quæritur, de sta.ho.But.in. c.sua nobis, de offi.Vica.Ias.in rub.infra de iu.o.iudi. signanter per regu. d.§. qui in perpetuum. Ad quòd etiam potest responderi, verum esse, si simpliciter proferatur, non si cum aliquo adiuncto ut hic, vbi mandata dicitur.l. hoc legatũ ff.de lega.3.l.i.ff.de dona.l.i.§. bellissimè ff.ut lega.no.ca.& cum rub. sit interpres nigri, & significatiua eorum, quæ in nigro tractaturus est author .l.i. & ibi not. ff.si cer.pe.tradit conciuis meus Io.Bap. S.Bla.in rub.decret.col.4.q.7. post Bal.ĩ rub.C.ne li.ter.puo.& in.l. fi. per illum tex.ff.de hæ.inst.&facit tritũ illud Persij.

10 Non secus, ac si oculo rubricam dirigat uno. Inq; nigro de delegato tractetur, non potest dici, q d.uerbum ad ordinariam referatur.

Quarto ob. quia si de delegato tractare uoluisset, dixisset utiquè, ad uulga.l. unica.§.fin autem uer. si uerò .C. de cato l.l.fi.§.fin autem.C. communia ut iudi.l.si seruum .§. non dixit prætor .ff. de acqui.hæ.Ro.in.l.i.in.§.apud labeonem col.i.ff.de aqua plu.ar.Ias. in.l.3. in prin C.de libe.præte.Bal.consi.472.in causa, colum.2.uolum.2.Abb.in.c.i. colum.8. de lit. con. ego in collectane.latè in .d.§. fi autem, Et unum est, quòd aduocati quotidie habent in ore, vt testatur Bald. in.c.inter corporalia, colu. 2. de transla. præla. Tamen &ad istud quoq; in promptu responsio est, quòd dixerit, si non explicitè, implicitè tamen, & uirtualiter ac (vt iam declarauimus) per circumlocutionem uerborum, nec refert.l.fi.§.fi. ff.man.l.3.C.de insti. Et facit quia uerba intentioni deseruiunt, non è contra.c.intelligentia, de uerbo.si.c.secundo requiris, de ap.l.scire leges.ff.de legi. Quòdq; dicit ad idem Iuriscon.& plus, in.l.cum delanionis, in.§.asinam, in fi.ff.de fun.instruc.quòd scrutanda est, non propria uerborum significatio, sed potius quid legislator senserit, & in epistola ad Gal. Isido. registratus in cano. Marchion .i. q. i. pro simili, quòd non in uerbis scripturarum, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum folijs, sed in radice rationis, euangelium consistit, & concordat quòd habetur in l.non figura.ff.de ac.& ob.ibi, non figura literarum, sed oratione, quam exprimunt literæ, obligamur, & in .l. quisquis.ff.de uerbo.si.ibi, Mihi Labeo uidetur figuram uerborum sequi, Proculus mentem, & ibi: Non dubito, Labeonis sententia, uera non est, aliquid ad propositum Ias.in l.non dubium col. 2. C.de legi.Bald.in l.etiam in princip. C. de iu.do.& in l.3.in fi.C.de lib.præt. Ancha.consil.96. super dicto dubio colu .i. Alexand.consil.48.circa hanc.in princi. uol.4.idem Bald.consi.108. D. Ioanna col.3.uol.3.& consi.181.à capite inchoantes col.4.eo.lib.

Quinto & ultimo, ultra omnes, & est fundamentum, à me aliàs non dictũ dato quòd hic de officio delegati tractetur, ut tenent omnes, & uerũ est, sumqs præfatus et Paulo ante, idest de exercitio iurisdictionis, adhuc obstat plurimũ quia prius tractari de iurisdictione ipsa debuisset, quæ est potestas & habitus, deduci-

ducibilis ad actum, & hoc idem quia præposterum est, quod prius sit actus secundus, siue operatiuus, quàm habitus & potentia. Probatur per remotionem, & obstantiam, ut uerbis, & exemplis Bal. utar, consi. 105. quæritur, colum. i. uolum. 4. Per remotionem, quia remotus à tutela, remouetur ab exercitio ipsius. Et cui obstat ne sit tutor, obstat etiam, ne possit ut tutor administrare, & ut per eum latius in. d. loco, & nihilominus tractatú est infra de iurisdictione, et sic præpostere, de habitu, hic uerò de actu & exercitio. Ad quòd breuiter respondendum est, non posse de actu tractari quin etiam tractetur de habitu, ut supra dictum fuit, vnde uiso de iudicibus ordinariis, ante hunc titulum, deq; iurisdictione ipsorum, & hic de delegatis, congruum fuit uidere de iu. o. iudi. infra & suo loco fusius, si oportuerit, declarabimus, quòd interim uideri potest in. l. i. eo. ti. dum dicit, iudicis officium latissimum est, & tamen rub. est de iurisdictone. Vel dicamus, ut solemus, hæc omnia ad benè esse relicta fuisse legum latoribus, quòdq; concludens & determinata ratio nō semper assignari potest uulga. l. non omnium. ff. de legi. l. i. §. pueritiam, ubi glo. ratus. ff. de postu. multa Veronen. consi. 15. ciuili, circa casum, colum. ulti. & ita respondet Bart. in. d. ex facto, num. 19. ff. de uulga. & pup. sub. et in. l. i. in. §. fi. ubi etiam Ro. in fi. ff. de publica. & uectiga. & in. l. hæreditatum, in prin. num. i. in fi. ff. ad legem fal. unde poeta canit.

13 casus figurandus, † quia uerum erit dicere, quòd dubitari non possit, iuxta doctrinam Bar. in. l. quotiens. ff. si quis cau. Vnde Mathesi. docet sing. 19. nota ꝙ sententia interlocutoria, uel diffinitiua, lata contra expressam iuris cõis regulam, est nulla, inferendo ad not. per glo. in. l. 2. ff. de ap. reci. Fortè ea ratione, quia sic traduntur artis principia, vt in aliis lect. nostris, non repeto. Et nouissimè, quia non debet à regula recedi, nisi de contrario doceatur. l. si fundum, & ibi Saly. in fi. C. qui

po.in pi.ha.l.ab ea parte .ff. de proba. Et quia regula, idem est quòd canon.c. canon.3.dis. Vnde Iconomus regula, ad cuius signum tota familia regitur, & gubernatur, iusq; canonicum, ius regulare appellatum est, ut in Conci.Constátien.colum.15. Immò quòd Dialectica in simili, primum rem ambiguam facit postea distinguit, ultimò regulã tradit, qua uerum, vel falsum iudicamus. Ta-
14 men quia quælibet lex † debet esse dubitabilis, ad uulgaria .l.domitius .ff. de testa. l. quòd Labeo. ff. de Carbo. edic. Cy.in.l.i.colum.3.C. de legi.Bart. in.l.i. in repe.colum.2.C.de sacrosanc.eccl.Et minimè mirum, quia potentes dubitare facilè soluunt, ut inquit Philosophus, & post eum Bal.in.l.si tutores .C.de cõpen.Et quia disputando ueritas inuenitur.l.munerum.§.mixta.ff.de mu.& ho. Et quia solutio dubitationis, est ueritatis inuentio, secundum Philosophum, Ethy.5.ego latè in.l. transigere, lectu.2. colum.3.C.de transac. Quæ facere soliti sumus, non prætermittemus, ex quo consuetum, uelut innatum, semper sequendum est, nec à materia separandũ, sicuti nec natura à subiectò .l. vel uniuersorum.ff.de pigno.ac.

Dubium igitur, quo ad primam regulam negatiuam, faciebat † quòd immò
15 causa meri imperij possit delegari. Quia Proconsul est de maioribus magistratibus, spectabilis scilicet, vt not.in rub.de offi.procon.& in .§.fi.in authen.de non alie.& tamen delegat causas meri & mixti imperii .l. obseruare .§. fi.ff.eo. immò quòd eius legatus etiam hoc idem facit. l.cum prætor.§.i.ff.de iudi.glo.in.l. legatus.ff.de offi.procon.

Sol.speciale ẽ in personis istis, vt not. in.l.à iudice.C.de iudi. & in .l. solent.ff. de offi.procon.& per glo. infra in uerbo cognitionem Ias. & omnes, hîc, in not. Sed quia specialitatis ratio non assignatur, quæ bona sit, dico ego, quòd delegat proconsul, quo ad cognitionem tantum.d.l.solent, ubi casus clarus, & est tolerabile, ob rerum gerendarum multitudinem, ut inquit L.fenestella in lib.allega.etiam supra de magistra.Ro.c.12.Immò subiicit, eisdem in prouincia constitutis, quòd nõ propria, sed mandata iurisdictione utebantur. et non discrepabit ab infra dicendis, quoniam hoc casu etiam absolutè meri imperii delegatio ex causa concessa est, & si discrepant, erit in hoc differentia tantum, qa proconsul delegat etiam præsens, alius uerò, si proficiscatur, & ut suo loco dicemus latius. Et licet contrariari prædictis adhuc uideatur, quòd immò propriam iurisdictionem haberet legatus ipsius, tex.in.l.cognitio in.§.i.infra eo.& in.l.i.in.§.domus.ff.de suspec.tu.& in .l. legati.ff.de offi. procon. nulla tamen est contrarietas, vt in.d.locis not. Dico rursum, non esse uerum, quòd legatus ꝓconsulis deleget.d.l.legatus, ubi uerba formalia, legatus mandata sibi iurisdictione, iudicis dandi ius nõ habet, ideo ob.tex in.d.l.cum prætor, quia non loquitur de merò imperio, & habent colorẽ. Verum tamen quia.d.l.cum prætor, urget plurimum, ibi, Is quoq;, cui man
" data est iurisdictio, iudicem dare potest
" ut sunt legati proconsulum, & ibi pro-
" pter uim imperij, à priori solutione, vt
" potè miserorum refugio, non discedemus, & dicemus ad tex.in.d.l.legatus, ꝙ litera debet affirmatiuè legi, ut legitur in pandectis Florentinis, hoc modo, Le
" gatus mandata sibi iurisdictione iudi-
" cis dandi ius habet. Et nil aliud uoluit
" dicere Bart. in .d.l.à iudice, assignando specialitatis rationẽ, in legato Proconsulis, dũ ait, in eo esse speciale, quia est delegatus de cõscientia legis, nisi quòd de eo multum confidit, ea ratione permittendo, vt det iudicem, quod non est regulare, ut in simili per Bal.in.l.i. in fi. ff.si quis in ius uo.non ie.&in.l.antiquæ in fi.C.ad Velleia. & in.l.eius qui in.§.i. in fi.ff.de testa.Alex.in.l.sciendum, col. 9.ff.de uerbo.ob.& in terminis, in legato proconsulis, ita declarat Bart. in.l.ne quicquam in.§.ubi decretum, colum.ulti.supra de offi.procon.

16 Secundo, dubium faciebat† quia multa in genere conceduntur, quæ speciali-

ter

ter aliàs essent prohibita .l. quædam .ff. de acqui.re.do. Vnde obligatio in simili omnium bonorum in specie à lege non est permissa, & tamen permittitur in genere, ut not.in.l.fi.C.de pac. Vbi etiam concessio præbendæ uacaturæ specialiter facta non tenet, & tamen si fiat in genere secus. Et hoc est, quòd ultra dicta aliàs dicebat etiam Bald.licet prohibeatur quis alienare, quòd non tamen prohibetur hæredem instituere, consi.83.an prohibita, uolum. 2. nonnihil consi. 32. quidam nobilis, colum.i.uolum.i.& cõ si.i.an mulier, in prin.uolum.3.ergo mãdata iurisdictione in genere, merum imperium quoq; mandari uidetur.

Sol.regula.d.l.quædam, uera est communiter, sed fallit in casu legis nostræ, & in iure personæ cohærenti, prout est merum & mixtum imperium, & not.in glo.iurisdictione infra, adde tu benè facere tex.in.l.legatus Cæsaris .ff. de offic. præsi. & in.l.3.in prin.iuncta glo. ff. pro so.& est notandũ. Vnde & benè, Bal.ad propositũ, consi.218. petita uenia, col.3. uol.3.dicebat, ꝙ Dux Sabaudiæ est Vasallus Imperij ꝙ merum Imperiũ tenet, ab Imperatore, & quòd ipsum ullo modo abdicare non potest, nisi in manu ipsius Imp. Vel respondeamus aliter, quòd argumentum procedat, nisi legem resistentem habeamus, ut in simili not.in.l.cũ lex.ff.de fideiusso.l. si minor, in fi. ff. de ser.expor. Vnde esto quòd in .l. pactum quod dotali.C.de pac. pactum conferatur in tempus habile, non ualet tamen, quia lex resistebat, sed hîc resistit lex, ut non fiat delegatio, ergo. Immò & ultimo, quòd mãdata iurisdictione in genere hoc casu, non uidetur transferri merum imperium, quòd in specie concedi non potuisset, nec debuisset.l. obligatione generali.ff.de pigno. cuius rationem assignat Cy.in.l.i.C.quæ res pi.ob.po. Et ideo per istum tex.dicit alibi Barto.limitari alium, in.l.si duo.ff. de admi. tu. in.l.alumnos, in prin. C. quæ res pi. ob. po.ut locum non habeat in his, quæ specialiter concessa nullo modo fuissent, aliàs in simili in generali mandato ueniret etiam interdictum de tabu. exhi. & tamen non uenit l. Pomponius, & ibi Odof.in fi.ff.de procu. Nec est verisimile in pedagiis animalium, Principem uoluisse hominem includi l.de quibus, & ibi Iacobi.de S.Geor.in fi.ff.de legi. Et si quis ultimo loco obliget bona sua omnia, non uidebitur obligare suppellectilia sibi necessaria Barto.in d.l. alumnos. Et tritam ad idem propositionem habemus, quòd nec in lege generali quid cõprehendi uidetur, quòd legislator non concessisset uerisimiliter, si interrogatus fuisset.l.tale pactum.§.fi.ff. de pac.

Tertio, & ultimo dubium faciebat
17 † quia genus (vt dicebam aliàs) restrictionem non recipit, fauore publicæ utilitatis.l.3.§.is quoq; &ibi Bar.ad Sylla. not.in.l.i.ff.de iusti.& iu.Bald. in .l.cum mulier, colum.5.ff.solu.mat.& comprehenduntur etiam inhabiles, ut inquit Bal.in statut.in uerbo castrum, in prin. sed publicè interest, ut delicta puniantur, ad uulgaria.l.ita uulneratus .ff.ad legem Aqui. c.ut famæ, de sen. excom. ergo. Sol.regula procedit in casibus à iure expressis, ut in simili respõdet Bar. in.l.quòd Nerua, colum.6.ff.depo.quorum hic unus non est, ergo non ob.l. patre furioso.ff.de his qui sunt sui uel alie. iu.& fuit solu.Gerar.Pe.sanc.in singu.13 l.si quis in graui, in fi. Aliter respondet etiam, & melius Alex.in.l.si ab hostibus, colum. 2. ff. solu. ma. quod adhuc uera sit regula, si actus sit licitus, aliàs secus, uerum causa delegabilis non est, nec licitus delegationis actus, nec per inhabilem explicabilis, ergo. Et quia plus est, si restringitur ad habiles, ubi de religionis fauore agitur.l. i. C. de sacrosanc.ec.pari ratione restringetur hoc casu, maximè quando non est causa, qua delegatio fieri debeat, cum per habiles possit expediri.

Et ideo errare uidentur magistratus &c.q̃ est illatio ad regulam. Quam subĩde etiam probat per arg.à contrario. Vltimo loco ponendo exemplum regulæ, & illationis, iuxta diuisionem Barto. optimum.

Decidendi autem ratio communis est,
18 cum qua pro nunc transibimus, dicturi fusius infra si oportuerit, quia uidetur electa industria personæ, & quia lex ualde confidit de maioribus magistratibus l. liquet, in fi. C. de summa tri. & fi. catho. l. i. in fi. ff. de offi. præfec. præto. Cy. in. l. i. colum. ulti. C. qui pro sua iu. Dicit etiam Saly. in. l. ad inuidiã. C. quòd met. cau. quòd ob dignitatem nõ est præsumptio contra eos mali faciendi, sed boni. Immò quòd concurrit duplex præsumptio, naturæ. l. merito. ff. pro so. & accidentis, idest dignitas. Et in simili Bald. consi. 275. quòd pro regula, colum. i. & 2. uolum. 2. quòd id quòd conceditur alicui, propter singularem industriam, retinetur, & sui natura non est transmissibile.

Dubium rursus (& modo nunc regulam affirmatiuam prosequor) faciebat
19 † quia multa sunt, quæ iure magistratus competunt, nec tamen possunt delegari, & præcipue (vt alia de industria omittamus, breuitatis gratia & quia dicemus etiam infra loco suo) tutoris datio. l. ius dandi. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. nec mandante, eo. ti. l. 2. infra eo. & not. in glo. mãdare, hic. Pro solu. dici potest, id esse, ne dum q2 competat iure magistratus, & ratione iurisdictionis, uerum etiam quia officium ita à iure est specialiter designatum, vt nec posit delegari, nec prorogari circa dationem iurisdictio. l. muto. §. tutoris datio. ff. de tute. Bald. pulchrè in. l. propter magistratum. ff. de excu. tu. Et adde insuper, quòd nec potest compromitti, secundum Barto. in. l. prætor. ff. de tuto. & cu. dat. ab his. quem uide omninò, quia dici poterat breuiter delegari non posse, quoniam est mixti imperii, ut infra & communis opi. Docto. & quòd non competat proprie, per modum iurisdictionis, tradit idem Bal. in. l. scire oportet, in prin. ff. de excu. tu. aliquid Ro. consi. 299. in proposita consultatione, colum. i.

20 Dubium etiam facit, † quia causæ liberales sunt simplicis iurisdictionis, & tamen non delegantur. l. placet. C. de peda. iudi. & quia casus, in quo iudex ex sententia potest deuenire ad corporis cruciatum, est simplicis iurisdictionis, & tamen non potest delegari. Sed responderi potest, vt per Bar. in. l. imperiũ in primis duobus gradibus simplicis iurisdictionis infra de iu. o. iud.

Decidendi ratio est igitur, & huius re
21 gulæ quoque † quia in minoribus magistratibus cessat ratio prohibitiua, quo ad maiores, ita ut ea cessante, delegatio etiam eis permissa sit, ad uulga. l. adigere §. quamuis. ff. de iu. pa. c. cum cessante, de ap. & cum causæ sint uiles, parum curat lex, delegentur necne, inquit eis secundum Cur. locum habet generalis regu. l. ita autem §. gesisse. ff. de admi. tut. quod qui per alium facit, per se ipsum facere uidetur, & malè, quia si generalis est, locum habebit etiam in causis meri imperii. l. regula. §. si ff. de iu. & fac. igno. Replica, quòd generalis est in aliis casibus, & uera, quando actus per alium legitimè expediri potest. c. fi. §. fi. de offi. de. & ibi Hosti. colum. 2. sed merum imperiũ per alium legitime non expediretur, ergo, & fusius in regu. qui per alium, de regu. iu. in 6. Et ad propositum causarum uilium, & personarum, facit in argu. quod habetur in authen. nisi breuiores. C. de sen. expe. re. & in. l. in seruorum. ff. de pœn. iuncta doctrina Barto. in. l. i. in fi. ff. eo.

Post casum restat, ut ad notabilia celeri pergamus cursu, aliqua tamen scitu digna non prætermittentes, & primo quod licet nihil debeat à nobis addi, quando lex determinate loquitur, quoniã eius est glosare, cuius est condere. l. fi. C. de legi. argumentum in. l. si uero. in. §. de uiro. ff. solu. mat. & quoniam ibi sistere debemus, ubi lex figit pedem. l. si non fuerit, iuncta glo. pe. in. fi. ff. pro so. seruanda etiam, quamuis dura. l. prospexit. ff. qui & à quib. tradit Bald. consi. 57. punctus colum. 2. uolum. 5. qui dicit etiam consi. 288. pone colum. 2. eo. lib. quòd sola legis authoritas sufficit ad prohibendum quàmuis in ea nulla sit ratio, & idem in l. quia poterat. ff. ad treb. debet tamen

subau-

22 subauditiōe iuuarit† si indeterminatè loquatur .l.i.ff.de testa.l. fi. C. de libe.p̄te. firmat Bar.in.l.i.in repe.colum. 2. C. de sacrosanc.eccl.ex quo tunc plus dictum est,& minus scriptum.l.cum auus .ff. de cond.& de.& quoniam dixisset legis author,si uoluisset.l.tale pactum.§.fi.ff. de pac.l.Titius.§.Lutius.ff.de lib. & posth. & ipsemet philosophus Aristo.miraculum illud naturæ testatur his uerbis, emendetur omissum, quòd & legislator utiq; faceret,si è uestigio nobis adesset, & ad idem est melior tex.de iure, in.l.oratio, in fi.de sponsa.ibi, vt suppleatur quòd orationi deest, subauditio autem est uerbi,magistratibus maioribus, quæcunq; tribuuntur,non transferri, mandata iurisdictione,quia delegari nō possunt,ex quo specialiter &c.

Secundo ad idem non est prætermittendum,ꝙ licet uerbum quæcunq; uniuersale sit, restringitur tamen ad causas
23 † meri & mixti imperii in lege ista, nec ab re, quoniam non simpliciter profertur,sed cum aliquo adiuncto,sic, Quæcunq,specialiter lege, uel Senatus consulto,uel Principum constitutione tribuuntur, nec aliter intelligi potest, facit quòd in simili habetur, in .l.i. C. ne Christia.man.coniuncta decretali 2. de iudæ.& per Bald. in.l. ab hostibus.C.de capti.Simile est adhuc in uerbo quandocunq; c.i.&ibi Bal.de feu.dato in ui.leg. commis.in usib.& in uerbo perpetuò .l. i.ff.pro socio utrunq;Ro.in.l.si finita,in .§.postea.ff.de dam.infec. & hoc ē quòd dicitur in.l.2.in.§.prætor ait in .fi. ff. qui satisda.co.quòd uerba uniuersalia, non semper uniuersaliter operantur.

Tertio, quòd quàmuis illatio, ut sit
24 bona, esse debeat † ex præmisis .l. qui ad certum.ff.de ac.emp.l.Stichum.§.naturalis .ff.de solu.l. Papinianus exuli .ff. de mino .l. titia §. idem respondit .ff. de verbo.ob.tradit Bal.consi.3.per statutum,ad fi.uolum. 2. hìc autem nō fit ex premisis,& tamen bona sit,ibi. Et ideo errare uidentur magistratus &c. quoniā est meri imperii,& nihilominus præmissa,in his, quæ sunt simplicis iurisdictionis loquuntur,ibi, Quæ uerò iure magistratus competunt &c. Sed pro solu. dici potest,quòd ex præmisis fit,habendo respectum ad regulam negatiuam,et immediatè quidem, quàmuis affirmatiua inter negatiuam & illationem sit media, argumentum in.l.sed si plures,in.§. in arrogato.ff.de uulga.& pu. sub. & in l.uxori,&ibi Bar.ff.de au.& ar.le.latè Areti.consi.6.uiso instrumento,colum pe. Clau.in.l.Gallus latius in .§. ille casus, colum.1.& 2.ff.de libe. & posthu. perinde ac si media non esset.l.duos reos.§.fi. ff.de duo.re.l.continuus.ff.de uerbo.ob.

Quarto non est prætermittendum, quàmuis affirmatiua demonstratio, sit
25 negatiua potior†ut inquit philosophus primo posterio. quòd tamen Aemilius Papi.hic,author legis nostræ,non obseruauit,sed potius fecit totum contrariū, cœpit enim hoc ipsum, de quo agitur, prius demonstrare, per regulam negatiuam, & malè, quia non est sine affirmatione etiam negatio.l. 3. C. quib. ad lib. procla.non li. Pro solu. dicas, ut dixi in aliis lectu.Vel & nouissimè, quòd obiectum uerum sit,secundum Dialecticos,cuius disciplinæ lex est huiusmodi in negatione & affirmatione consistens, verum iuris peritia Dialecticæ non subiicitur.l.si is qui ducenta.§. utrum, & ibi Pau. de Cast.in prin.ff.de reb.dub. ergò parum curandum ē,uel à negatiua, uel ab affirmatiua principium sumatur. Et quia aliter intelligitur, quòd affirmatiua sit negatiua potior, & quando quis unum disceptādo affirmat, aduersarius uero negat,nos autem in uno,eodemq; legislatore decidente,vel quòd regulam negatiuam affirmatiua omninò præcedant uerba, causas meri imperii scilicet specialiter & expresse,ac in priuilegium maioribus iudicibus concessas esse, & hac de re delegari non posse, aliàs autē sic,quia competunt iure magistratus, ꝙ & in summario quoq; dicit Barto.supra & omnia erunt plana.

Quinto prætermittendum non est,
26 quàmuis dicat tex.†& ideo errare uidētur magistratus &c. inferendo ex regula

negatiua vt supra quòd tamē idem est, ac si dixisset Iuriscon.quòd errant, iuxta not.in.l.naturaliter in prin. per Aret. Ial.& cæteri .ff.de acqui.po.& optimè ꝓbatur in simili in.l.pleriq;. ff.de i ius uo. & in.l.posthumus, et ibi Albe.in princ. ff.de iniuſ.testa.et in.l.quid tamen,in .§. si arbiter. ff.de arbi.et in.l.diui fratres, in .§.i.ff.de lib.cau. Barto. egregiè in .l.1.in prin.ff.de uen. inspi. signanter et ferè in terminis,ꝙ tantum est dicere ibi pariter mulierem prægnantem uideri, quantū est dicere,quòd sit prægnans. Et cum errent,ad propositum, error iuris ē, nec errantes excusat.l.i.l.error.l.regula.ff. de iu.et fac.igno.l.iuris ignorantiam .C. q admi.Barto.in.l.non fatetur,colum.2.in fi.ff.de confe. Considerando maximè personas errantium, quibus minus est ignoscendum.l.2.§.seruius autem Sulpitius.ff.de ori.iu.l. Domitius labeo.ff. de testa.l.professio.C.de mu.pa.lib.x.egregiè Ro.conſ.130.circa primum,in fi.Bar. in.l.i.C.qui et aduer.quos, et in l.sed & reprobari in prin.ff. de excu. tu. quòd si minor allegat se læsum, & Doctor sit, non restituitur, plura Barba.more suo, in prohe.cle.col.5.

Sexto non prætermittimus licet du-
27 bitatiuè † loquatur, ibi, et si quæ sunt aliæ similes iuxta illud Poetæ Aenei.2.

„ Dij, si qua pietas est cœlo, quæ talia curet.

„ Persoluant grates dignas etc. Et probatur in.l.in summa in.§.i.ff.de re iudi. ibi usuræ si quæ sunt, præstentur,et in.l. argumento melius in.§.mūdus muliebris ibi et si qua similia dici possunt.ff.de au. et ar.le.et in l.deniq; .ff.de pigno.Quòd tamen similes sunt,quarum exercitationem habent magistratus l.j.ff.de pub.iudi.Vel quòd sit modus loquendi, et ꝓsupponatur omninò, quòd similes sint aliæ,iuxta illud rursum. Si Deus est animus. Si me amas. Si mei apud te aliquid curæ est, et plura huiusmodi sunt, non referenda aliter, breuitatis gratia. Nec potest concludens ratio assignari, quare sic exemplificauerit in lege iulia de adulteriis, cum tamen aliæ (vt diximus) sint, & ordine Iuriscon. prima in.d.l.i.de pub.iudi. lex iulia maiestatis,nisi dicamus, id fecisse, quoniā aliis est crimen enormius .l.auxilium.§. in delictis, iuncta glo.ff.de mino. l.i. C. de quæstio.l.transigere.C.de transac.

Septimo & ultimo (aliàs enim diximus satis in aliis lect. & multa dicemus infra)omittendum minimè censuimus, quòd cū misterio in fi.prætoris mentio
28 † facta est & si sit in gradu spectabilium, ut supra quia alio honorabiliori titulo cohonestatum quoq; legimus,quo Prīceps,& Deus, tribus locis probandum si reddantur tamen singula singulis,in.l.

„ si familia infra de iu. o. iud.ibi fortasse,
„ quia contempta maiestas prætoris uin-
„ dicatur & in.l.pe.ff.de iusti.& iu.& in ꝓ
„ he.insti.in prin.ibi imperatoriam maie-
„ statem &c. Et in.l.non distinguemus,in
„ .§.sacerdotio.ff.de arbi.ibi,Id enim non
„ tantum honori personarum, sed & maiestatis Dei indulgetur,pulchrè Bal.cōſ. 59.licet eleganter in prin.uolum.i. Vel quia sui natura uerbum generale est .l. ubicunq; .ff.de regu.iu.& ideo uana uideretur dubitatio doctorum an habeat cognitionem,criminum,de quo tamen late infra loco suo.

Primum not.quòd colligunt omnes
29 clarum est,quod causæ meri imperii † delegari non possunt, idemq; in .l. nemo pōt .ff. de regu. iu.quæ & si de gladii potestate loquatur, uirtualiter tamen merum imperium intelligit .l. imperium infra de iu.o.iud. Clarior ratio ut supra in casus figuratione declarauimus, quàm ex alio etiam cōprobo, quòd ad literam dicit text. ferè ad idem in .§. audient quoq;,in authen.de defen.ciui.qa omnis gens sub maiori iudice constituta,maiorem etiam sentit prouidentiam. Et quòd sit uerum, ēt ostenditur ex eo, quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis .l.quæsitum .§. deniq; ff.de fun.instruc. sed hic excipitur casus absentiæ,ut infra quem tamen aliter inducit Iuriscon.ergò. Immò dicit Bal. conſ.131.casus est,colum.i.uolum.i.ꝙ officium exceptionis est regulam confirmare

mare, & consi. 192. quidam, ad fi. uolum. 5. quòd si generalis regula præponatur speciei, ut hic, limitatur per speciem; quòdq; natura speciei suppositæ, est declarare & determinare genus. An modo exceptio excludat casus similes, non disputo, quia non est tempus, conclude pro nunc, quòd non, quia non est iuncta cum dictione taxatiua. l. i. ubi glo. C. de condic. inde. Abb. in c. quoniam frequenter, ut li. non contes. Staphi. pulchrè in tracta. de ui. & effec. clau. fo. 69. num. 32.

Sed Videtur, quòd nec regula sit uera, nec ratio non regula, quia patri in speciale priuilegium concessum est, ut possit filiam, in adulterio inuentam, occidere, & adulterum simul. l. quòd ait lex. ff. ad legem iuli. de adul. & sic in terminis exempli, de quo supra & in versi. & ideo errare uidentur &c. Et tamen hoc ipsum filio mandari potest. l. Gracchus. C. ad legem iul. de adult. Cui difficultati, quæ fuit Pau. Pici, respondet Cur. illud ideo esse, quia pater & filius censetur vna eademq; persona. l. fi. C. de impube. uulga. Quæ responsio satis friuola est, cum id iuris fictione inductũ sit, & non uere. d. l. fi. ponderando uerbũ intelliguntur. l. intelligendus. ff. de uerb. si. ergo non ea ratione demandari filio potuisse dicemus. Et quia solo iure ciuili, tales censentur, non iure gentium, Barto. in. l. frater à fratre, col. 4. ff. de condic. ind. & in. l. ex facto, in 3. ff. de uulg. et pub. sub. Et quia non est uerũ istud rursum per omnia, sed quo ad quid tãtum idem Bar. in. l. si dubitet, in. §. fi. ff. de fide iu. in prin. Præterea (quod non dixi aliàs) licet de patre confidat lex. l. nec in ea, in fi. ff. ad legem iu. de adul. & hac ratione ipsi permittat istud, non tamẽ permittit filio, ergò nec mandari eidem potuit. Sol. igitur uera est, quod ibi non sit id specialiter & in speciale priuilegium concessum patri, quia sic non esset lex, pbens occasionem delinquendi. c. erit autem lex 4. d. sed sub dissimulatione quadam permissum, ut in concubinatu dicimus & in usuris. l. in concubinatu. ff. de concubi. l. eos. C. de usu. Bar. in. l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fi. ca. quia difficile est tam iustum dolorem temperare. l. si adulterium cum incestu. §. imperatores. ff. ad legem iu. de adu. l. codicillis. §. pe. ff. de lega. 2. Bal. in. c. ex parte, in 2. colu. de consue. & in. l. in pecuniariis, in pr. ff. de fer. & con. 176. Cecilia. col. 2. uol. i. & cõs. 277. in causa, in prin. lib. 5. ergò nec ad propositum, an id possit filio demandari, quoniã impunè factum ibi ponitur, uel à patre commissum sit facinus, uel à filio, qui patri paruit adulterio acclamãti, argu. in. l. 4. ff. ad legem aqui. id est non occludentes calamo, potuisse fieri, quia iniuria facta patri, dicitur etiam facta filio. l. i. §. & si fortè. §. usq; adeo. l. sed si unius. §. filiofamilias. ff. de iniu. Grammadeci. 23. dum fuisset, nu. i. & est arg. in. l. ut uim, ibi, Nam quòd quisq; ob tutelã sui corporis fecerit &c. ff. de iusti. & iu. declarando, ut per Bald. in. l. i. col. pe. C. unde ui. Ego in tracta. de soluen. argu. uersi. 51.

Et hæc etiam, quo ad rationem ipsã possunt considerari, sed specialius arguentes, uidetur dicendum, quod nec ipsa bona sit, ex alio, quàmuis cõiter teneatur, quia, ea attenta, non deberet ẽt delegatio fieri posse, in casu absentiæ. l. inter artifices. ff. de sol. l. mandatũ. ff. man. Ang. in rub. ff. de iusti. & iu. & in. l. cum debitore. ff. rem rat. ha. & tamen fit, ut infra. Sol. ex causa superuenientis necessitatis etiam quod sit electa industria psonæ, lexq; de maioribus confidat magistratibus, plusquam de aliis, & maiorem prouidentiam sentiamus, delegatio fieri potest, aliàs dicta ratione, & ex prædictis, non, ita Bar. in. l. continuus, in. §. si ab eo ff. de uerbo. ob. vbi not. q. aduocati ponit, an possit seruire per substitutum; & hinc est, quòd etiam Doctor legens, cuius personæ industria electa est, non potest legere per substitutum, & tamen in casu legit, non dico si sit illustris, quia legerit annis xx. vt dicebam nudius tertius, & uidetur probari in. l. quis quis. C. de epis. & cle. quicquid aliàs dixerim ego, in aliis lectu. & si sit consue

tudo in loco, ut per Abb. in c. cũ M. Ferrariẽsis col. 2. de const. sed rõne superuenientis necessitatis, ut sup. l. nemo est q̃ nesciat, & ibi per Bar. & Doct. ff. de duo. re. clarius Bal. in l. i. in §. nec aũt. C. de cadu. tol. not. Seue. in tract. de debi. suspec. in 3. q. prin. in 2. col. & nimirum, quia necessitas legi subiecta non est, ad uulga. l. i. ff. de offi. consu. c. consilium, de obser. ieiu. l. 4. §. fi. ff. de offi. procon. immò q̃ in quacunq; prohibitione, licet generali, semper necessitatis actus exceptuatus uidetur. l. i. ff. de fun. do. l. alienationes. ff. fa. hæ.

Verum instatur adhuc, quia esto q̃ de iure canonico causæ meri imperii sĩt delegabiles, & q̃cquid cognoscibile, id delegabile. c. quod sedem, de offi. ordi. ubi glo. cõiter approbata, similis in c. in archiepiscopatu, de rap. & in c. illud 23. q. 4. & in c. potest quis, de regu. iu. in 6. nõ sunt tamen vbi electa est industria personæ. c. fi. de offi. de. etiam in casu necessitatis. c. si pro debilitate, co. ti. Replicatur, q̃ immò est regu. in d. c. si pro debilitate, quòd liceat ex causa necessitatis, nisi sit negocium huiusmodi, ut omninò præsentiam requirat delegantis, & sic (vt dicebam supra) exceptio firmabit regulã in casibus non exceptuatis, nec obstabit & ita declarat etiam Deci. infra num. 72. negotium autem præsentiam requirens est inquisitio maximè excessuũ, uel prælati prouisio, & fusius ut in d. locis not. & ita tenendum est.

Et si ad materiam dubitetur, quare
30 † de iure canonicõ delegatio permissa sit, quòd etiam ponit Bart. in tract. differen. iu. ci. & cano. col. 3. Respondetur hìc per Cur. nu. 27. quòd hoc ideo sit, quia non curat merum imperium, consistens in gladii potestate. c. sententiam sanguinis, ne cle. uel mo. Et male, quoniam loco ipsius est degradatio & traditio curiæ seculari. c. degradatio, de pœn. in 6. c. cũ non ab homine, de iudi. declarat Abb. in d. c. quòd sedes, col. pe. & dicemus in l. imperium, de iu. o. iud. licet ergo nõ curet directo & principaliter, curat nihilominus per indirectum, mõ prædicto, argu. in l. si eum, in §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. Tamen aduerte, quia ultra eũ, hoc sensisse uidetur glo. in d. c. in archiepiscopatu. Et declara aliter, q̃ d. iure permissa est, quia (vt dixi) q̃cquid est cognoscibile, est delegabile, q̃q; iudiciũ sanguinis delegat prælatus, si iurisdictionẽ habeat temporalem, quoniã aliàs efficeretur irregularis: non curat ergò gladii potestatem, quia non põt iudicare d. c. sententiam sanguinis. c. clericis, co. ti. & est arg. in c. fi. de consecra. ec. uel alta. & licet ei directo cognitio prohibita sit, non tamen est prohibita per indirectum, ut in exemplis, de quibus sup. & ad propositũ declaratio hæc probatur in c. fi. ubi not. tex. ne cleri. uel mo. in 6. per quem multa dicit Io. de Ana. in d. c. in archiepiscopatu col. 1. & 3. & dictu mirabile est, q̃ possit per alium facere, quòd nõ potest per se ipsum, ut not. in regu. potest quis, de regul. iu. in 6. Sed quæritur, quare effundentes sanguinem, efficerentur irregulares, & quare prælatus de sanguine non cognoscit, responde, quia exemplo Christi, debent pati potius suum effundi, q̃ effundere alienum, vnde scriptum est de Dauid, Non ædificabis mihi templum, quia uir sanguinis es, ita Bal. cõs. 439. ad bellum in prin. uol. 5.

Sed iterum insisto, & uidetur quòd
31 uana † sit prorsus disputatio, quoniam hodie, ex consuetudine, fit delegatio, etiam quo ad pœnam ultimi supplicii, ut hic per Albe. in pe. colum. & Deci. in glo. posit ad fi. nu. 69. quos simpliciter refert & sequitur Cagn. olim collega noster, in l. nemo põt in fi. ff. de reg. iu. & tradit et Ang. in l. cũ p̃tor, in §. i. ff. de iudi. Respõde uanã nõ esse, quoniã consuetudo non est generalis, sed tantũ ultra mõtes, immò abusus, & non consuetudo, ut idẽ Albe. testatur in loco præallega. nec Doctori hoc ipsum dicenti, et est credendum, de quo tamen per Bar. in l. de quibus, in repe. num. 21. ff. de legi. & dato quòd esset consuetudo, & generalis quidem, adhuc disputatio uana dici non debet, ut in simili de legibus abrogatis not. in l. fi. ff. ad legem Cor. de fal.

qua-

quarum cognitio nobis etiã necessaria ẽ & utilis. c. fuerunt 7. dis. glo. in c. si Romanorum 19. dis. & in. l. i. in prin. C. de lati. lib. tol. & in. l. i. in fi. ff. de coniungen. cũ eman. libe. & in. §. hunc igitur. C. de iust. Co. confir. ubi ego in collectane. multa. & optimè facit tex. in. §. i. insti. de testa. in illis uerbis, ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, quàmuis ad decisionem causarũ regulariter non allegẽtur, & si quis contrarium faciat, incidit in crimẽ legis Corn. de fal. d. l. fi. ff. ad legẽ Cor. de fal.

Minus dubitationis rursum habere uidetur, quòd ex secũda regula colligitur, quòd quæ competunt iure magistratus, & sunt iurisdictionis simplicis
32 † possunt delegari. Et probatur, quia si hæc est reg. affirmatiua, superior uero negatiua, si in speciale priuilegium id, de quo ibi, concessum est, & maioribus magistratibus quidem, nec ista ratione potest delegari, non est ratio, cur delegatio non sit minoribus, hoc casu permissa, & indicant uerba illa, quæ uero, aduersatiua præcedentibus. l. sed si lege, in pri. ff. de peti. hæ. l. hoc amplius. §. de his autem, & ibi Bart. ff. de dam. infec. qui idem dicit etiam in. l. prætoriæ in. §. sed si unus, colum. i. ff. de præto. sti. & in. l. q. usum fructum. ff. de uerbo. ob. Bal. cons. 421. super eo, colum. i. uolum. 3. & quod diuersitatẽ significet in eo, ad q̃ aduersatur, firmat Are. con. 64. diligenter, col. 4.

Sed quomodo aduersari præcedentibus potest, cum loquatur hæc regula de simplici iurisdictione, deq; competentibus magistratus iure, illa uerò, de mero imperio, deq; his, quæ specialiter lege, Senatuscon. aut constitutione Principũ tribuuntur. l. mariti. §. fi. & ibi Bar. ff. ad legẽ iu. de adul. ubi aduersatiua, q̃ aduersatur p̃cedentibus, dẽt aduersari his, q̃ sunt eiusdẽ generis, ideq; dicit Cy. in authen. sacramenta puberũ, in pri. C. si aduer. uen. Alex. in. l. filius à patre, in 14. col. ff. de lib. & posth. Ias. in. l. iurisgentiũ, in. §. q. nimmò, col. 4. ff. de pac. & i. l. uinum in 12. ff. si cer. pe. exemplũ scholares student, Petrus autem ludit, si intelligatur de Petro scholari, benè aduersabitur, aliàs non ut in. d. locis, & nouissimè hoc modo etiam exemplificat idem Ias. in. l. i. in prin. col. 3. ff. ne quis eum qui, & ita communiter tenetur. Pro solu. breuiter dici potest, q̃ eiusdem generis satis esse uideantur, cum de delegatione in utraq; regu. tractetur, possintq; delegari competentia iure magistratus à minoribus, ex quo non delegantur ea, quæ maioribus specialiter tribuuntur, ut supra nec uideo quòd possit aliter responderi. Est uerum, quòd Fulgo. contrarium sensit, his non ob. in speciale priuilegium, maioribus magistratibus reseruatũ fuisse, non solum, ut ipsi causas meri imperii iudicarent, easq; non delegarent, uerum etiam quòd delegarent, seu mandarent, quæ sunt simplicis iurisdictionis. Motus per tex. in. l. eum qui infra de iu. o. iud. ubi ad literam dicitur, eum qui iudicare habet, magistratum esse oportere quòd postea in proconsule, uel prætore exemplificat, & probatur, quia si de magistratu mentionem faceret Iuriscõ. simpliciter, in potiori significatu etiam intelligi deberet. l. i. §. qui ĩ perpetuũ. ff. si ager. uec. uel emphy. pe. ergò multò magis. d. casu. Secũdo per tex. in. l. cũ p̃tor ĩ. §. i. ubi eadem met exempla subiiciuntur, q̃ scilicet iudicem dare possunt, quibus à lege, Senatuscon. uel constitutione Principum concessum est, sicuti (inquit) Proconsul, præfectus vrbis, & propter uim imperii, cæteri Romæ magistratus, ergò minoribus uidebitur denegatũ. Tertio & ultimo, uidetur casus ĩ l. fi. C. de ped. iud. ubi p̃sidibus p̃uinciarum potestas hæc solis, delegandi data esse uidetur, & pedaneos iudices constituendi, ergò non magistratibus minoribus aliàs (ut dicebamus oretenus ĩ figuratione casus) dubio p̃cul maius eẽt priuilegiũ istorũ, q̃ maiorũ iiq; deterioris cõditionis, q̃ illi, nõ dicendũ, ut in simili habetur in. l. nõ solũ. ff. de noxa. & sic, ad p̃positũ redeuntes, sentit idẽ Fulg. q̃ q̃ sunt simplicis iurisdictionis à maioribus magistratibus etiam delegẽtur, quibus in speciale priuilegium, hoc ipsum quoq; concessum sit non aliis, & ut supra latius.

Quòd si teneremus, & uerum esset; mille iura destruerentur. Primo enim dicitur hic, quod iure magistratus cõpetẽtia delegantur, sed iure magistratus municipales iurisdictionem habent, ergò delegant, deq; ipsis intelligitur in uersic. isto, vt sic à præcedenti differat, eidemq; aduersetur, quòd cum satis probatum fuerit supra non repeto. Idemq; & clarius in.l.fi.ff.quis & à quo.ubi delegatio fieri potest à magistratibus populi Romani, cuiuscunq; ordinis, ergò & à municipalibus.l.2.ibi, cuiuscunq; præfectu ræ.C.de spor.l.dies festos, in fi. inq; illis uerbis pariter, cuiuscunq; iudicis apparitor.C.de fer.l.possunt, in princ. C. de his qui ad eccl.confu. l. nemo potest .ff. de regu.iu.dixi in.l.imperium inf. de iu. o.iud. Et etiam in.l.ea quæ.ff. ad municipa. vbi quæ magis imperii sunt quàm iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest, ergò ea, quæ iuris dictionis simpliciter sic, & sic iudicem dare, & profectò, si secundum opi. Fulgo. hunc tex. ita intelligeremus, esset sine controuersia de indubitabili, quoniam nemini dubium est, si maiores magistratus prohibiti sunt causas meri imperii delegare, quòd non prohibentur delegare eas, quæ sunt iurisdictionis simplicis sed non quòd in speciale priuilegium hoc ipsum eisdem concessum sit, cæteris autem denegatum. Et ad idem facit etiam, quia iure magistratus compe tit, tutorem dare, & præbere authorita tem manumittentibus, ut in.l.ius dandi ff.de tu.&cu.dat.ab his, & in.l.2.infra eo. nec possunt hæc delegari, ut infra ergò regulariter secus. Et quia plus est habere modicam coercionem, ex quo est meri imperii, quàm iudicem dare, sed magistratibus municipalibus non dene gatur modica cohercio .l. magistratibus infra de iu.o.iud. ergò & iudicem dabit. Et quia si propter grauitatem causæ, & personarum dignitatem, prohibita est delegatio, ut supra necessario sequitur, quòd permissa sit magistratibus minori bus, quos parum curat lex .l. placet .C. de peda.iudi.& minus si causas, sibi iure magistratus competentes, delegant, & quia hoc idem dixisset Iuriscon.vt dixit de causis meri imperii, quod cum non fecerit, nec à nobis dicendum est.l.si uerò.§.de uiro.ff.solu.ma.l.si seruum.§. nõ dixit prætor.ff.de acqui.hæ.l.unica.§.sin autem uer.sin uero .C.de cadu.tol.& ita sine dubio tenendum existimo.

Nec ob.contraria, non primum quia loquitur etiam in magistratibus municipalibus, exemplaq; Proconsulis, & prætoris, ad dictum proximius referun tur, idest ad eos, qui sint in aliqua potestate, idest qui habeant merum imperium, ut non posint iudicare iubere, eo die quo priuati futuri sint, & sic concordat, quòd etiam municipalis delege get, nec sit hoc idem in speciale priuilegium, ut merum imperium maioribus magistratibus concessum, & est uerus sensus illius literæ.

Non ob.secundum cuius mentio etiam facta est supra licet ad aliud, quia possumus sustinendo communem opi. & intellectum ad tex.nostrum responde re, quòd sub uerbo cæterorum, magistratus etiam municipales comprehendantur.l. cæterorum .ff.de uerbo.si.c.vt constitueretur, iuncta glo.50.d.& consonat, vt post specialia verba & exempla generale aliud omnes magistratus com prehendens, subiiciatur.l. si seruus seruum .§.inquit lex.ff.ad legem aqui. Tamen ob.vt dicebam in rub. text. in.l. eandem, in prin.ff.de duob.re. & in .l.3. in.§.i.hac.ff.commo. & in .c. Christus.i. q.i.& aliter hac de re est respondendum quòd licet maiores magistratus possint iudicem dare, non propterea est minoribus denegatum, ex quo hoc idem ipsis in speciale priuilegiũ concessum, ut merũ imperiũ, de quo hîc, nõ reperitur.

Non deniq; tertium & ultimum, quia benè dicit, quòd præsides prouinciarũ de causis vilibus non cognoscunt, & pos sint si uelint .l.2.eo.ti.quodq; pedaneos iudices constituunt, sed quod in speciale priuilegiũ ipsis solis hoc idẽ fuerit cõcessum non, ergo nec minoribus magistratibus denegatũ. Nec officit ad idem, quod maiores

maiores essent deterioris conditionis, q̃ minores, quia non est uerum, ut ostensum est, ex quo non delegant, propter p̃sonarum dignitatem, ubi in his aliàs utilitas quædam comparatiuè, & inferioritas considerabilis est, vel dic, quòd non sunt, ex alio, deterioris cõditionis, quia & ipsi pariter delegant, si uolunt, quæ sunt simplicis iurisdictionis, & dant iudices. d. l. 2. d. l. fi. C. de peda. iudi. & hæc quo ad istud secundum not. etiam sufficiant.

Colligitur etiam ex isto text. tertio (quo ad id enim, quòd Docto. disputãt, an delegatus à lege ciuili, sit ordinatius nec nè, non insisto, quia uera est gl. Bar. dum text. dicit delegatam, idest concessam exponentis. Vel legamus ut in pandectis, & cessabit omnis disputatio, non delegatam, sed delatam) quòd argumentum à contrario sensu, fortissimum est,
33 † in iure, non alia ratione, nisi ista, qa ita dicit Iuriscon. met, & uenit ex ipsa lege propriè, & non interpretatiuè, sicuti etiam in iuribus, per Docto. hic allega. legitur, dixi ego latè in aliis lectu. & fortissimum nouissimè, quia non facilè expugnari potest, vel & melius, quia multum roboris ac uirtutis habeat, ex quo procedit generaliter in quacunq; dispositione ut infra. Quòd etiam fortissimũ adhuc, idest uberem & copiosum dicere possumus, iuxta illud Plau. dicentis mulierem in forti familia despõsatam, idest diuite & copiosa, his uerbis: Nequeo mirari satis, eum sororem despondisse suam, in tam fortem familiam.

Sed quòd proprie, & uerè ueniat ex lege probatur, quia uenit ex mente ipsius, quod autem uenit ex mente legis, dicitur propriè uenire. l. nominis, & rei. §. uerbum ex legibus. ff. de uerb. si. tradit Alex. in. l. curatoris, pulchrè colum. 2. C. de nego. gest. & ibi Bart. ante eum, idem Bar. in. l. i. colum. 2. ff. de no. o. nun. tex. optimus in. l. ait prætor, in. §. i. ubi rursum Bar. Ange. & Imo. ff. eo. Rui. præcep. in rub. solu. ma. num. 5. idem Barto. in. l. sed sciendum. ff. ad legem Pompe. de par. ergo & ex ipsis uerbis, mentem declarantibus, ut hic, & in. l. labeo, in. §. idem Tubero. ff. de sup. le. & in terminis in. c. humanum genus i. dis. deducendo, ut deducit Sicu. in. c. nullus, colum. 9. de fo. compe. hoc modo, Quæcunq; uultis, ut faciant homines uobis, & uos eadem facite illis. Matth. c. 7. ergò à contrario, quòd tibi non uis fieri aliis fecisse caueto.

Ad idem facit & secundo, quia interpretatio legis intrinseca, & substantialis lex est. d. §. uerbũ ex legibus, hic est Aemilii Papi. interpretatio talis, ergò ex lege propriè & immediatè argumentum uenire dicetur. Et ad idem, quia lex nõ potest corrigi, nisi corrigatur expressè. l. fi. C. de indic. uidui. tol. ibi legem uiscelliam expresse corrigentes, cum uulga. & tamẽ corrigitur per argumentum à contrario, authen. Diaconissam. C. de ep. & cle. ubi per argumentum à contrario corrigitur. l. nulla. C. eo. ergò p̃priè & non ex coniecturis, uenire dicetur.

Vltimo, quia statuta sunt stricti iuris, sententia, & contractus, de statuto probatur in. l. quòd constitutum, & ibi Bar. ff. de mili. testa. Bald. consi. 398. punctus, colum. 2. uolu. 3. de sententia, in. l. fi. C. si plu. una. sen. Bar. in. l. centesimis, in. §. fi. colum. 2. ff. de verbo. ob. de contractibus in. l. quicquid ad stringendæ. ff. de uerb. ob. uerum in statutis, sententia & contractibus locum habet, ut suo loco dicemus, ergò uerè & propriè uenire dicetur, & nõ interpretatiuè, quoniam aliàs locum in eis nõ haberet, vulga. l. 3. §. hæc uerba, cum similibus. ff. de nego. gest. c. in nostra, de iniur. Nihilominus Bar. hîc, ad fi. num. 16. contrarium tenuit, q̃ immò sit intellectus subauditus & interpretatiuus, & cum eo communiter cæteri. Et hoc ipsum maximè, quia dicitur in. l. apud antiquos, iuncta glo. C. de fur. & iuncta. l. i. ff. si tabu. testa. exta. Bart. in l. omnes populi, num. 61. de iusti. & iu. & ibi Bal. colum. pe. Vnde dicimus, q̃ per subauditos intellectus, & coniecturas, non debet induci legum correctio, idest per argumentum à contrario, glo. in. c. cupientes, in. §. quòd si per 20. de

elec.in.6.latè Iaſ.hic,Ro.pulchrè, conſ. 399.ut præſens,colum.2.pulchrius Grã ma.deci.92.in cauſa, num.14.

Secundo ad idem uidetur caſus, per Bar.allegatus hic,nu.præallega.in.l. pecuniam .ff.ſi cer.pe.ibi, tanquàm ſub cõtraria conditione &c.quæ dictio improprietatem notat.§. igitur, inſti.de pup. ſub.§.ſi uerò contigerit,in authen.ut cũ de ap.co.Bald.in.l.ſi pater,in.§.i.in prin. ff.de adop.ergò non propriè uenit, nec uerè ex lege proficiſci dicetur,idem Bar. in.d.l.omnes populi, & clarior ultimo loco in.l.ſi quis locuples, in fi.ff. de ma. teſta.ubi ad literam dicit, quòd ſenſus à contrario apertiſſimus uidetur,ergò nõ propriè .l.i.§.deieciſſe autem uidetur.ff. de ui,& ui ar.c. qui per alium, de regu. iu.in.6.quẽ tex.etiam ſic intelligit Bart. in.d.l.omnes populi num.præallega. & in.l. ſi quis ex argentariis, in .§. an uerò colum.i.ff.de eden.inducit Sicu. in .d.c. nullus,colum.9.præalleg.de ſo. compe. & maximè mirandum eſt, quòd quis contrarium teneat, quoniam hoc idem magis explicitè dicitur,in.c.cum apoſtolica,de his quæ fi.à præla.ſi. con. capi. q indirectè uenit,ergò non directè nec proprie,& cum ſint uerba legis clara,ab eiſdem recedere non oportet, uulga.l.ille, aut ille.§.cum in uerbis.ff.de lega. 3.l.ſi non fuerit, iuncta glo. pe.ff. pro ſo. c.in iſtis 4.d. Breuiter mihi placet opi. Bart. quia tex.ſunt adeo aperti,ut aliud teneri probabiliter non poſſit, ex prædictis, quæ non ſine cauillo tollerentur.

Nec ob. quòd fortiſſimum appelletur, quia propriè ueniat ex lége,ex quo his ſtantibus,non eſt uerum, & minus quia non facilè expugnari poſſit, quia immò poteſt,vt per Docto.hic,nec ſemper ualet,ſecundum Bald.in.d.l. omnes populi,in pe.colum.per not.in.l.i.C.de agrico.& cenſi.lib.x.tradit glo.in.l.conuenticulam.C.de ep. & cle. ſed ex alio, quod latè oſtendi hic, in 3. lectu.anni 1543.in.4. not. nec repeto. Et minus quòd id quod uenit ex mente legis proprie uenire dicatur, quia uerba etiam requiruntur, ergò interpretatiuè aliàs, & non uerè,&ſi non credis,audi Iuriſcon. ſic ibi ad literam dicentem. Verbum ex legibus ſic accipiendum eſt,tam ex legũ ſententia,quàm ex uerbis.

Non ob.quòd interpretatio intrinſeca ſit,& ſubſtantialis, quia negatur rurſum, ex quo eſt Aemilii Papi.authoris, ita legem iuliam de ui,à contrario interpretantis, argumentum planè apertiſſimum, ex conTecturis uenire, & per interpretationem ipſius Iuriſcon. non autem (vt dicebatur)ex lege, & proprie quidem l.i.§.quàmuis.ff.de uen.inſpi.et ita etiam in.l.ex eo.ff.de teſti.& in.l. qui teſtamento,in.§.mulier.ff.de teſta. & in c.cum uirum, de regu. & tranſe. ad reli. quorum iurium inductio,facilè à morſibus Decij hic, defendi poteſt, ut nos aliàs,igitur non inſiſto. Et licet urgere uideatur dictum de correctione, quòd non fit,niſi expreſſè, & eſt uerum, ueri uſq; quòd corrigatur .l.nulla, per auth. Diaconiſſam, & in corpore unde ſumitur.C. de ep. & cle. ſed falſum quòd id ſit per argu.à contrario ſenſu, quoniam tantum eſt dicere quòd minor annis 40 ordinari non poſſit, quantum eſt quòd ante annos 40.nõ ordinetur,ſicuti olim non poterat, ante annos 50. caſus eſt in c. Diaconiſſam,27.q.i. & ibi glo. Archi. & omnes,& ſic directè corrigitur,& expreſſè.Vel reſponde aliter, ex his, quæ dicuntur per Iaſ.hic,colum.12.uer.limita iſtud quando ſtatutum, vel quòd ſit declaratoria potius iuris antiqui,ut hîc, per Moder.Bono.colum. 22. ſed priores ſolu.ſolidiores ſunt,ut infra.

Non ob.vltimum, quia illud eſt,non quia argumentum huiuſmod. uerè, & proprie ex lege fit,ſed quoniam ſtatutũ, ſententia,& contractus, rationabili acquieſcunt interpretationi, ut dicebam aliàs.l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.l.quàmuis,cum ſimilibus.ff. de in ius uo. & dic noniſſimè quòd hæc interpretatio neceſſaria eſt,& (ut dixi) probabilis, neceſſaria per punctum rationis, probabilis per uiam æquitatis.l.cum fundus.§. ſeruum tuum imprudens .ff. ſi cer. pe.Bal. conſi.411.quidam, colum.i.uolum.i.in

mò quòd interpretatio est spiritus scripturarum, inquit Aristo. 7. secreto. Dy. in regu. in argumentum, de regu. iu. in 6. Bal. consi. 275. quòd pro regula, col. 3. uolum. 2. & ita transeundum est, & dicendum amplius ex his, argumentum hoc ad propositum, appellari debere cõiecturale & fortissimum, vt inquit Iuriscon. hic rationibus supra dictis, & etiam subtilissimum, quia magis intellectu discernitur, quàm sermonis adaptatione colligatur, ut in simili in. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & in. l. 3. C. de inoffi. testa. & in. l. cum auus. ff. de cond. & de. ad differentiam subtilis, quòd ex ui sermonis colligitur. l. debitor. ff. de uerbo. si. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3. l. i. C. de agrico. & cen. lib. x. & materialis, quando uerba legis, aut edicti, clara sunt. l. i. §. si is qui nauem. ff. de exercito. ibi, in re igitur dubia, melius ẽ uerbis edicti seruire, & ut per Bal. fusius declarantem, in. l. scire leges. ff. de legi. vel fortissimum, quia habeat (vt supra dictũ est) multum roboris & uirtutis, seu dignes & copiosum.

Vel fœdere distinctionis, uenire propriè ex lege dicamus, & quandoq; etiã per interpretationem (& quæ scribit Deci. hic declarabuntur) ut per Bart. in. d. l. omnes populi, præallega. num. 61. & Bald. in. d. l. apud antiquos, colum. 2. C. de fur.

Sed ad propositum, quòd argumentum à contrario sensu sumatur in iure, & ualeat, ultra tex. allegari solitos, ut supra facit etiam quòd habetur in. l. libertus, in. §. patris. ff. ad municipa. vbi filius incola alterius loci, nõ sequitur domicilium accidentale etiam patris naturalis, ergò à contrario si non sit incola alterius loci, sequetur ipsum, ut per Bald. consi. 415. quia quæritur, colum. 2. uol. 5. & in. l. 2. ff. de decre. ab ordi. fa. ubi decreta non legitimo decurionum numero coacto, facta haud ualent, ergò à contrario, si sit legitimus valebit, vt ibi per glo. & in. l. scimus. C. de admi. tu. Et in. l. i. in. §. item illud. ff. ad Sylla. ubi non potest haberi quæstio de familia, nisi constet aliquem occisum fuisse, ergo à contrario si constiterit, habebitur, ut ipsemet Iuriscon. ibi dicit. Et in. l. ex tribus. C. de inoffi. testa. ubi pater potest filio instituto directo substituere infra tempora pubertatis, ergò à contrario post tempora pubertatis non poterit, ut arguit Alex. consi. 43. attenta, colum. i. uolum. 2. & in. l. iurisgentium in. §. prætor ait. ff. de pac. ubi ait prætor, pacta, quæ dolo malo inita non fuerint, seruabo, ergò à contrario, quæ dolo malo inita fuerint, non seruabit. Et in. l. cum non solum, in. §. filiis autem. C. de bonisq; libe. vbi in casibus, in quibus quæritur usufructus patri, filius testari non potest, ergò in casibus, in quibus non quæritur, poterit. l. 2. ff. ad Macedon. latè Zaneti. dispu. i. in sacro, colum. i. sed hoc non est uerum, quia resultaret legum correctio, ut postea subiicit ibidem, colum. 7. & benè, dicemusq; latius infra. Et nota, quòd inducitur sui natura, per dictionem si, ut hic, & in. d. l. si locuples. ff. de ma. testa. tradit Bal. notanter in. l. dictam legem, col. i. C. de cond. ob. cau. & dicetur infra. Et est exemplum quia si beneficentia, est secundum naturam, à contrario iniuria erit naturæ repugnans.

Verum contra regulam hanc opponitur de. l. cõuenticulam. C. de ep. & cle. ubi conuenticulam extra ecclesiam, in priuatis ædibus celebrare, unicuiq; prohibitum est, & tamen à contrario in ecclesia non permittitur, idemq; in. c. cum ex iniuncto, de hære. fuitq; olim Romæ alioquin sodalium (sic enim conuenticulas appellabant) nomen criminosum hab. etiam lege licinia contra sodalicia, idest coitiones huiusmodi, quæ fiebant, ad corrumpenda suffragia popularia. l. sodales, & ibi Bude. Parisien. pulchrè. ff. de colleg. illic. Pro solu. dicendum est

34 vt dicunt omnes, & præcipuè Ias. hic colum. 9. Bar. ante eum, num. 7. post Odof. & Cy. in d. l. conuenticulam, quòd illud ideo ibi est, ex quo resultaret absurdum, prauus & absonus intellectus, subiiciuntq; esse hoc casu puerile argu. q. si in priuatis ædibus prohibita est, mul-

to magis debet prohiberi in ecclesia, ne fides turbetur. Additq; Alex. in apostil.ad Bart.in uerbo non ualet in d.l.sodales,quòd in dubio hac de re præsumitur fieri semper ob malam causam post Abb.in.c.fi.de testi.co.in fi. & benè pœnaq; destructionis domorum est, facientibus,comminata, ut in.d.l.conuenticulam,& in.c.1. in .§. conuenticulam, & ibi Bald. in prin.de pa.iu. fir.in usib. feu.& est argumentum in.l.sicui,& in.l. pe.C.de ædifi.priua. Immo quòd propter mala statuta etiam (& est perpetuo notandum) collegium quoq; licitum cassari potest, ut idem Bald. dicit in.d.§. conuenticulam,& Bar.in præallega.l.sodales,num.21.& probatur in.l.2.ff.de extraordi.cri.nonnihil ad propositum Ro. consi.37.uiso puncto,colum.1. Sauilia. consi.4.præsupponitur in prin. uolum. 1.& erit prima limitatio ad regulam. Vel dic, quòd in.l.conuenticulam, illud sit propter dictionem etiam , quæ implicat, multominus licere id facere in ecclesia.c.decet,in prin.de immu.ec. in .6. ut hic per docto.Contra quam opponitur secundo de.l.cum nō solum .§. filiūs aūt.C.de bonisq; libe. ubi in casibus in qbus q̄ritur usufructus patri,filius testari non potest, multoq; minus, à sensu contrario in casibus in quibus non quæritur,ut in profectitiis.l. pe. C. qui testa. fa po.l.qui in potestate.ff.de testa.Barto. in authen.ex causa,colum.14.C.de libe. præte.Pro solu.breuiter respondent Scri

35 ben.adhuc eam aliter limitantes † quòd nō sumitur.d.casu (ut etiam dixi supra): qa corrigeretur decisio.d.l.pe. correctio autem per subauditos intellectus induci non debet , idest per argumentum à contrario,quòd huiusmodi est,secundū gl.in.c.unico de æta.& qual.in.6.& in.c. cupiētes in.§.quòd si per 20. de elec.eo. lib.ergò,& facit quòd habetur in .l.fi. in prin.C.de indic.ui. tol. tradit Sicu. in.c. nullus,colum.7.de fo.com.&alii hic,est uerum, stante inductione primitus facta,quòd sumi posset, nec ex eo induceretur correctio iuris communis,si in castrensibus,uel quasi, exemplificaremus quia in his non quæritur usufructus patri.d.l.2.ff.ad Macedo.& hoc casu testari posset,nec in.d.l.pe. hoc ipsum negatur ibi nisi in casibus certis &c.Tamen corrigeretur, ut dixi, quo ad profectitia, igitur cum communi inductione transeundum est,& ad idem facit text. in.c.à nobis est sæpe,ibi,nec ob.quòd ecclesiæ de sen.excom.ubi allegabatur, quod ecclesia non absoluit mortuum,sumpto arg. ab authoritate Matth.16. quæ legitur etiam in.c.quodcunq; 24. q.1. per locum à contrario,quia dicit, quodcunq; ligaueris super terram & malè, quia legitur in certis casibus , etiam ligasse mortuos ergò ne corrigatur ius commune,colligi non debet,nec ita à contrario argui , ut ibi per Abb.

Verum contra, quia per authen. Diaconissam.C.de ep.& cle.corrigitur.l.nulla præcedens,eo.ti.& tamen istud fit per argumentum à contrario , & sic correctio per subauditum intellectum. Cui difficultati, ut ostensum fuit supra & de industria repetitur,multis modis respōderi potest, & potissimum, ut disputando respondent Moder.Bononien.quòd d.authen.diaconissam, est potius declaratoria iuris antiqui, quàm correctoria, & malè,ac contra tex.in.l.hæredes palā, in.§.sed si notam.ff.de testa.l.adeo .§.cū quis.ff.de acqui.re.do.probatur , quia si in.l.antiqua,de annis 60.fit mentio , in noua vero de.40.nō potest dici,quòd sit declaratoria,ergò necessario correctoria & propterea solidior solu.illa est, quod expressè fiat correctio.c.diaconissam.27. q.1.non autem per argumentum à contrario,vel quòd fiat,ut noua lex aliquid operetur, quòd exemplificāt etiam Scriben.præcipuè Fulgo.Pau.de Cas.Alex. & Ias.hic post Cy.Dy.& Bal.in.l. conuēticulam,vbi etiam idem Pau.C.de ep.et cle.cæteriq; latius in.l.si cum dotem, in prin.ff.solu.ma.in statuto Florentino, q̄ non extantibus masculis , filiæ fœminæ ab intestato patri succedant,ut à contrario sensu,masculis extantibus excludantur in sensu directo enim, cum omninò admittantur hoc casu , masculis scilicet non

non extantibus, nihil operaretur, ergo tolerabile est, ut aliquid operetur, quòd ius commune corrigatur. l. maximum vitium. C. de lib. præt. Quod impugnatur, quia debet potius esse superfluum, & nihil operari, quàm quòd aliter fœminæ indebite damnum patiantur, uulga. l. fi. §. in computatione, ubi glo. C. de iu. delib. Respondet Ias. quòd non patiuntur damnum, sed ꝙ lucrũ amittunt, quorum non est par eademq; ratio. l. fi. C. de codicil. Replicat Deci. ꝙ immò damnũ patiuntur, quòdq; patris hæreditas est sibi debita, saltim ratione legitimæ. Et malè, quia licet sibi debita sit, pro dote, quæ loco legitimæ succedit. l. 3. §. sed utrum. ff. de mino. nullam tamen ex hoc patrimonii diminutionem patiũtur, ut damnum dici debeat, & quia non consideratur, nisi respectu iuris iam quæsiti. l. 3. ff. de dam. insec. & hoc est, quod dicit Bal. in l. non amplius, in. §. i. ff. de leg. i. quòd qui perdit spem lucri futuri, non dicitur damnum propriè pati. & consi. 182. locata, colum. 2. uolum. i. quòd damnum & lucrum, sunt termini distincti, & quasi aduersatiui. Aliter respondet etiam Decimet & benè, sed quia solu. ista Ias. optima est, sic defensata, illam aliter non referemus. Vltimo opponitur contra regu. de l. 3. §. i. ff. de do. int. ui. & uxo. ubi donatio inter uirum & uxorem, prohibita est, si matrimonium sit secundum leges, & bonos mores, & tamen à contrario sensu si sit contra leges, & bonos mores, nõ propterea ualebit, puta quia filia senatoris liberto contra Senatuscon. copuletur ut ibi in princ. & in. l. i. ac secunda eo. ti. Sol. facilis est, ut dicebam etiam ego in collecta. hic, illud ideo esse, ne melioris 36 conditionis sit† delinquens, q̃ non delinquens. l. nõ fraudantur. §. i. ff. de regu. iu. & ibi glo. signanter istã rõnem adducit, & tex. prædictum allegat Bart. in. l. cum te, col. i. C. ꝙ met. cau. & in. l. si de eo, in. §. si seruũ, col. i. ff. de acq. po. vel & aliter, ꝙ sumitur, arg. à contrario, ꝙq; ualet donatio de rigore, sed non de æquitate, & est simile, quia è contra alibi uidemus, ꝙ testamentum non ualet de rigore, & tamẽ de æquitate sustinetur. l. posthumus. ff. de iniuſ. testa. Sed hoc idẽ nil aliud est dicere, nisi ꝙ Iuriscon. Vlpia. ibi se ipsum corrigat, iuxta gl. in eotem ferro in. §. qui maximos. ff. de publica. & malè, nec præsumendum. l. non ad ea. ff. de cond. & de. & ꝙ non ualeat absolute probatur, quia tres eliciuntur rationes ex. l. i. 2. & 3. præallega. eo. ti. quibus donatio prohibita ẽ quòd etiam declarat Are. consi. 74. diligẽter, col. 3. prima, quia coniuges se mutuo amore spoliarent. Secunda, ne impediatur liberorum educatio. Tertia q̃a cõiugalis amor, non ꝑcio, sed indubitato animi affectu æstimãdus est, ergò nullo mõ ualebit, rõne supra dicta, qũa tertio limitabitur regula, & si benè consideraueris, in primã incidit, q̃a si ualeret, & arg. à contrario sumeretur, absurdũ resultaret, & malè, igitur (vt dictũ est) sumi non debet. Vel potuissent unica solutione oĩa tolli, diciq; ea ratione, absurdi scilicet, non sumi, quoniam corrigere ius commune, etiam absurdum est & omni casu, ex his corrigeretur, ecce si sumeretur in. d. l. conuenticulam, corrigeretur c. decet de immu. eccl. in 6. si in. d. §. filiis, autem l. pe. C. qui testa. fa. po. si in. d. l. 3. i. 2. 3. in prin. de dona. inter ui. & uxo. & ut supra latius. Non sumitur quoq; argu. à contrario in c. indecorum, de æta. & qua. quia corrigeretur. c. cum in cunctis, de elec. ut ibi per gl. & minus sumitur in. l. non solũ, in. §. si mandato meo, ibi Attilicinus autem. ff. de iniur. quia corrigeretur quod habetur in. l. i. in. §. persuadere ff. de seruo corrup. deducendo ut per Gril. in tracta. de pœn. q. 10. nu. 12. & 13. Vel fœdere distinctionis opi. concordemus, si uerba sint in. l. apposita, per modum dubitationis tollendæ, quòd tunc non seruatur argumentum à contrario sensu ex illis, quoniam ius commune non lædunt, & quia inducta ad unum effectum non debent alium operari. l. non solent. l. quæ, dubitationis tollendæ gratia. ff. de regu. iu. l. legata inutiliter. ff. de adi. le. & hoc idem cognoscitur, quia si sumeretur, iura corrigerentur, & resultaret

absurdum.d.l. conuenticulam, si uero apposita sint per modum causæ finalis, sic ut hic,& fœdus est Saly.in d.l.conuẽticulam,col.i.& hæc pro nunc sufficiãt quia dicemus ẽt infra in glo.fortissimũ, nunquid locum habeat in statutis, in re scriptis,mandatis,ultimis uoluntatibus contractibus,& aliis,prout,& quemadmodũ se se obtulerit nobis occasio,& ꝙ optatis quàm maximè de intellectu .l. 2.C.de cond.inser.

Quarto aduertit Bar.ad tex.ibi,&si à familia dominus occisus esse dicitur&c. ut non simpliciter intelligantur, sed ꝙ
37 dicatur,& uerum sit † nu.2.in fi. ꝑ qua subauditiõe facit gl. in.l.i.ĩ prin.ff.si qua dru.pau.fe.di.& benè. Adde aliam in .l. prætor ait in prin.ff.ui bo.rapto. & tex.ĩ l.diuus.ff.de mi.testa.ibi, ut utiq; prius constare debeat testamentũ factum esse &c.Odof.in.l. cum per procuratorẽ .C. manda.& rationem assigna, quia dicere & non probare,nihil est, ut per Ancha. consi.249.in q̃stione,col.2. signanter .d. glo. allegantem, & facit ꝙ habetur in.l. milites in.§.oportet.C.de quæstio. Et maximè quia hæc,sententiã & executionẽ respiciunt,ꝙ secus,si modũ ꝓcedendi,quoniã tunc additur, ẽt si uerũ nõ sit l.i.ff.de dolo.Bar.in extrauagan.ad reprimen.in uer.asseratur, plene Sicu. in.c.i. col.14.de ꝓba.Cla.Sey.in.l.si quis maior col.2.ubi ego ẽt aliquid.C.de transac.est uerũ,ꝙ aliqua d.expositioni obstãtia, ad duci possent,sed quia leuia sunt transeo.

Quinto & ultimo dubitatur,an p̃tor
38 † criminũ cognitionẽ habeat.Et prima facie uidebatur dicendũ, ꝙ nõ quia certum est,cæteris denegatũ fore,quod uni soli cõcessum ostenditur.l.ꝙ in rerũ.§. si quis post,& ibi Bal.ĩ fi.ff. de leg.i.qui infert ad q.uen.D.fratrũ Mediol.ut per Episcopũ loci nõ uisitentur,hac rõne,sed ꝑ suũ ministrũ,p̃latũ generalẽ, cui hoc erat specialiter indultũ.Ad idẽ est tex.in l.formã aliàs normã.C.de offi.p̃fec.p̃to. ubi præfecto p̃torio,post Principem,legem generalem condere permissum est pariter,& consequenter hoc idem cæteris denegatum, de quo latè not. etiam in.l.imperium.ff.de iu.o.iud.firmat Ba. in statu.in.§.authoritas, uers. 2. uerum omnia omnino crimina cognoscit præfec.urbis.l.i.ff. de offic. præfec. urb.ergò non prætor .l. cum prætor .ff. de iud. & ponderandã sunt uerba geminata Iuriscon.omnia omninò,arguentia de libera tam ipsius uoluntatem c. si quis iratus 2.q.3.immò quod omnino etiam est dictio præcisæ significationis.l. si non sortem.§.indebitum.ff.de condic.inde. Tamen solu. facilis est, si uelis tenere contrarium,quia tex.noster hic, est clarus, eoq; magis, quia si dubitat, an possit mandari, supponit necessariò quòd cognoscat,uulga.l.qui testamento.ff. de testa.ex quo nemo aliàs plus iuris in aliũ transfert,quàm ipse habeat.l.traditio.ff. acqui.re.do.regulariter loquor,ut tacitè obiectioni respondeamus, eorum quæ diximus supra ex not.in.c. in Archiepiscopatu, de rap.& in.c.sententiam sanguinis,& in.c.clericis,ne cle.uel mo.&si ad propositum dixeris, quod illud uerũ est,prætore absente, non quod prætor non cognoscat, quia est ipse etiã de maioribus magistratibus, quibus ĩ speciale priuilegium hoc idem concessum est, ut hic,& hanc solu.Doct. maximè Cla. Seysel.& Cur.ueram esse,probat tex.in l.2.in.§.item decem & octo prætores .ff. de ori.iu.clarius Fenestel.de Ro.magist. c.19.à nobis sæpe citatus, cuius uerba audias,si non credis aliter. Et hæc omnia quotiẽs Romæ sunt magistratus obseruantur,quotiens aũt ꝓficiscuntur,vnus relinquitur,qui ius dicat,isq; uocatur p̃fectus urbis,ꝙ ignorat Alb. & Grillos capit in.l.fi.ff.de offi.p̃to. & sunt uerba repetita ẽt Iuriscõ.in.d.§.itẽ decẽ, & octo p̃tores,& cũ istud uerũ sit, parũ facit ꝙ dixerit Iuriscõ. oĩa oĩo crimina,quoniã perinde ẽ,ac si oĩa tantũ dixisset, ex quo uerborũ multiplicatio nõ solet alterare substãtiã uel ordinationẽ legis.l.pediculis.§.labeo.ff.de au.& ar. le. Pau. de Cas.cõs.7.in dubio,col.i.vol.i.Anch.cõ. 357.qa præsupponitur.col.2.Oldra.cõs. 284.pater sanĉte,col.2.&ut ita dicã plus locutus uidetur q̃ expediat, aduert.tq;.

Bal.

Bald.in l.ne quicquàm in. §. de plano, colum.2.ff.de offi.procon.& est solu. satis realis, pro qua facit in simili quòd habetur in.l.si longius in.§.i. ff. de iudi. tamen cogita, quia dicit, omnia omninò crimina sibi uendicasse, & quòd habetur in.§.item solent, ea .l. & in.l.i.in.§.fi, & in.l.tutor, in.§. tutor.ff. de suspec.tu, quòdq; tex. in.d.§.item decem, & octo prætores, loquitur secundum tempora reipub.adhuc liberæ, esto igitur q omnia crimina sibi uendicasset, non est propterea, quòd non haberet & ipse quoq; criminum cognitionem, & ita not. in. d.§.item decem & octo.

Secundo, ex alio uidebatur dicendũ quòd non haberet hanc cognitionem prætor, quia solum erat limitata eiusdẽ iurisdictio, quo ad propositionẽ edictorum in albo, ut ius ciuile emẽdaret, seu corrigeret, successiones deferret, & iudicaret deniq; de bono & æquo .l. si quis id quòd.ff.de iu. o.iud.l.ius autem ciuile.§.i.ff.de iusti.&iu.§.quos autem, insti. de bo.po.&pro ista inductione facit tex. in.l.solemus in.§.latrunculator.ff.de iudi.& melius ut per Bal.consi.216.fuit q.dam in fi.uolu. 2. quòd si sit q.inter feudatarios de feudo, cognoscit dominus si uerò criminaliter agatur, ordinarius. Vnde proditum est ẽt, q Athenis duæ erant curiæ, quingentenaria, & Areopagitarum, illa de ciuilibus iudicabat causis, ista de criminalibus, & iure merito q.dẽ quoniã officia pmiscuis rerũ usibus turbari nõ debent.l.cõsulta diualia.C.de testa.Quòd arg. quoq; est fallacius primo & cõtra istũ tex.& si dixero, ut dixi aliàs erit satis, eodẽ Fenest. authore.c.palleg. q immò ptori Regia insignia tradita sũt qq; apud ipsũ oĩs, cũ publici, tũ priuati iuris, potestas fuit, antecedẽs igitur falsũ est, ergò & cõsequẽs.c.cũ ex officij, de p scrip.tradit Bal.in.l.cõuẽticulũ, col.3.C. de ep.&cle.& licet Dominus feudi non cognoscat, si inter feudatarios criminaliter agatur, cognoscit tamẽ, si merũ imperiũ habeat, ut hic ptor, & not.idẽ Bal.in loco palleg. Verũ tertio ac ultimo loco adhuc dubitatur, quomõ prætor criminum cognitionẽ habeat, si tutorem puniendũ ad præfectum urbis remittit, casus est in.l.i.in.§.fi.ff.de suspe.tu. clarior in.l.tutor, in.§.tutor.ff. eo. & in .§. sed si quis psens, insti.eo. Responde, de suspecto tutore ẽt cognoscere, ipsumq; remouere posse.l.i.§.damus.ff.eo. ti. immò q cognoscit etiã præses .l.i.§.suspecti.ff.ad turpi.& si præses, qui est clarissimus, ut ibi dicit glo. multo magis spectabilis & si is, cui mandata est iurisdictio à ptore, d.l.i.§.i.in fi.ff.eo. non est rõ, cum est in prouincia, cur nõ cognoscat ẽt prætor, Et nota q crimen suspecti tutoris ex lege 12.tab.descendit.d.l.i.in fi. prin. ff.eo. qq; lex 12.tab. nil aliud erat ab initio, q̃ ius municipale, q nos statutarium uocamus, postea ppagato imperio cœpit esse ius commune inter omnes, ut not. in l.oẽs populi.ff.de iusti. & iu. sed ad propositum non punire, quia dabantur à ptore tutores, vt insti.de Atti.tu.in prin.l i.C.de tuto.illus.persona. & appellabantur prætores tutelares, nec conueniebat vt ab eodem punirentur, ne forte cum p gratiam dentur, eorum crimina impunita transeant.l.i.§.item solẽt. ff. de offi, præfec.ur.& probatur in simili, in l.domesticus.C.de assesso.& in l. qui iurisdictioni.infra de iu,o.iud. & in d.§. tutor, in fi.iuncta glo.& sentit idem Albe.in p allega.l. fi. & in hoc bene. Et nota rursum, q ibi duo dicuntur, q crimen erat atrox, & tutor plebeus, & consequenter puniendus acriter, nec ab re, quia pœnæ delictis sunt commensurandæ.l. sancimus. C. de pœn. & quia acrius punitur plebeus, quàm nobilis.l. si quis aliquid.§. qui abortionis. ff. eod. ad quod uide pulcherrimum Maximiliani exemplum, quod ego scripsi in apoph. iuris magnis.16. succurrit, ad fi. & adde quòd Paulus nobilis gladio occisus est, Petrus uero piscator, crucifixus. quæ pœna olim erat seruorum, quòdq; Turcæ barbari & truces palo ligneo ignobiles necant, nobiles uero ense. Somniumq; est dicere, quòd sit speciale hoc casu tantum, ut sentit Fulgo. quem ad

unguem sequutus est etiam Dec.seni.respondendo postea cõtrariis vrgẽtisſimis ut respondet,& ꝙ uerbum prætor,sit generale,quia ex his tolluntur omnia facile, & ex diuisione legis ut supra falsum esse liquet,exemplum enim est regu.negatiuæ,secundum quam debet intelligi argumentum in.l.deniq;in.§.i.in fi.ff.de mino.Bar.in.l.i.ff.qui po.in pi. ha. Bald. in.l.antistius, in prin.ff.de acqui. hæ. Sed aduerte, quia hæc solu. quam sequutus est etiam Seue.in .l. imperium, colum.6.infra de iu. o. iud. non uidetur tuta,& in specie eam reprobat Rimi.hîc & post eum Moder.Bono.moti,quia tutor uel testamentarius esse posset, uel à suo præcessore datus, Immò plus(subiiciunt)quòd maior ratio est, si ab ipso datus sit,ut puniatur.l.nullum.C. de testi. Replica tu,& dic,nihil obstare, quoniã satis est,quòd ratio uerificetur ut in pluribus licet non in omnibus,Bald. consi. 250.in quæstione, colum.6.uolum.i.& ꝓbatur in.l.si cum exceptione in.§. post annum.ff.quòd met.cau.ĩ.l.iura, in.l.ex his,&in.l.nam ad ea.ff.de legi.idem Bal. in.l.i.colum.2.ff.de ser.nec est uerum, ꝙ tunc maior sit ratio puniendi, quia hoc ipsum est contra tex.in.d.l. domesticus, cui non respondetur, & potest ad text. in .d. l. nullum dici , de cuius intellectu multa etiã Abb.in.c. quoniam contra, colum.19.de proba. quòd id sit speciale d.casu, propter periurium & quia testis aures offendit iudicis, nec familiaritas considerabilis,ut hic. Verũ ex alio dubito ego,quia immo etiam p̃fectus urbis dabat tutores .§.sed hoc iure, insti.de Atti. tu.§.fi.insti. de satisda. tu.ideo solue aliter, eo casu speciali imperium præfectum urbis sibi uendicasse non quòd prætor etiam criminum cognitionem non haberet. Et ex his sumus de textualibus expediti, cras est festum diuæ Catherinæ Virginis, & dies meus natalis, non intrabitis , ut Bidellus dixit,sed perendie,& nos interim ætatis annum sexagesimum tertium.

In glo. constitutione(cæteræ enim parum aut nihil habent,fuerunt expeditæ in discursu,& dixi satis etiam in aliis lectu.) ponuntur ad tex.quatuor exem-
39 pla † primum & secundum ineptum esse uidetur, quoniam iste tex. loquitur, secundum ius antiquum, exempla uero prædicta, sunt codicis,in quo esse dicitur nouum, & de quo illud multo ante cogitare uerisimiliter non potuit,uulga.l.iubemus in fi.C.de testa.tradit Bar. signanter sic arguendo in.l.i.in.i.colum. ff.de condic. ex le. & concordantes allegat,glo.in.d.l.iubemus.

Nisi respondeamus, ut hîc per Bar. quod immò primum aptisimum est,et conueniens,ex quo id,quod ibi dicitur, antea etiam erat dispositum,ponderando uerbum in prin.legis positum ibi,ante hanc,pedaneos iudices dabant præsides,qui de minimis causis non cognoscebant.ergo, dices tu,superflua erit.d. lex.§.quibus,in.1.cõstitu. Co.Solu.non est superflua,quia multa addita sunt.l.si quis prioris.C.de secũ. nup. l.2.§.si quis tamen C. de uete. iu.enu.Bart. in .l. lex cornelia,in prin.ff.de iniur. & corrigendo quidem, ius enim antiquum recitatur, corrigitur,& modificatur, & sic nõ erit superflua, quòd nihil aliud est dicere,nisi fateri,ius nouum esse, l. ius autẽ ciuile.§. i. ff. de iusti. & iu.ea propter ad istud & ad secundum pariter,responde, ut respondet adhuc idem Bar.in.d.l.i.de condic. ex lege,tametsi contrarium hic teneat, ratione supra dicta, quòd cogitare potuit saltim Iuriscon. in genere. quam solu.etiam aliis citatis, probat Alex. sumpto hinc argumento à .l. qui iure militari.ff.de mili.testa.idem Barto. in.l.i.in prin.ff.de regu.Ca.& in.l. etiam in ulti.colum.ff.de mino.Alexan. rursũ in.l.i.in prin.in 6.colum.ff.ad legem fal. quòd satis est, quòd Princeps sciat effectum legis,ex quo de modo sciendi, nõ est cogitandum.

Sed ob.adhuc tex. in.l.si ita .ff. de au. & ar.lega.quòd uerba præsentis temporis,ut hic, non trahuntur ad futurum. Soluit idem Bar.in.d.l.i.de condic. ex lege.Rimi. Deci.hic, & alii, quòd immò trahuntur, ex quo lex semper loquitur

eiusq;

eiusq; natura est dare formã futuris negociis.l.arriani.C.de hære.l.leges.C. de legi.c.fi.de consti.

Adde clarius quòd nõ dicitur semel loqui pro omni tempore, sed semper ꝑ futuro, usq; adeo ut præterita sint præterita & futura ita Bald.in.c. cum cessante colum.2.de ap. Vnde statutum dicens iudicem de facto rescindere debere uenditiones factas à minoribus, intelligetur etiam de factis post statutum, secundum Bar.in.l.illicitas, in prin.ff.de offic. præsi. Et ideo improbatur eorum ratio, qui dicebant, quòd regula Catoniana, loquens per uerba præteriti temporis, non debet trahi ad futura, ut per eundem Bart.in.l.regula, in 2.colum. ff. de regu.Cato. Nec est uerum, quòd contra statutum legis præscribi possit, quia perpetua obseruantia uiget, nullaq; negligentia legumlatoribus imputanda, inquit Bal.consi.181. uerba dicũt, ad fi.uol.2.

Ex quibus tollitur specialiter inductio.d.l.si ita.ff.de au.& ar.le.quia loquitur in testatore, qui semel loquitur, ut declarabam aliàs, nos in lege quæ loquitur semper tradit idem Barto. in.d.l.i. & iam dictum est, & sic, licet colligatur in loco de quo infra uulgatum illud, dispo nat testator, & erit lex.§. disponat in authen.de nup.non tamen est ex prædictis semper argumentum sumendum de testatore ad legem, uel è contra. Aut dicamus, dicto casu non trahi, quia tex.ille loquitur in nominibus possessiuis, meum & tuum, quæ sunt tantum significatiua præsentis temporis, vt per illum tex.signanter dicit idem Bar.consi.116.statuto Perusinæ ciuitatis, colum.2.

Vel & ultimo, quòd loquatur in legato, seu donatione, per quam dominium transfertur, & sic in casu, in quo de magno agitur præiudicio, ita ut mirum nõ sit, si nec dispositio illa futura comprehendat, aliàs sic.l.fi. & ibi idem Bart. C. quæ res pi.obl.po. Et in simili si priuilegium alicui concessum sit, de collectis & decimis non soluendis, hoc idem utiq; non extendetur ad prædia postea q̃sita, de quo tamẽ latè Ro.in.l.damni, in §.si is qui, colum.2.ff.de dam.infec.multa Bal.consi.459.super facto, col.i.uol.3. Cætera exempla sunt clara, & non habent dubitationẽ, ad regulam maximè facientia, quia ibi de Principum constitutionibus agitur, idest diui Marci & Seueri. nec quæ sunt mixti imperii possunt delegari. Verum obiter difficultatem moueo, quo ad dicta iura, quomodo loqui possint de Principum constitutionibus, cum in eis dicatur, orationem in Senatu recitatam fuisse, ita ut Senatuscon.dici debeat, potiusquàm Principum constitutio §. constat, insti.de iu. na. Pro sol.dicas, non differre quòdq; erat constitutio Principum, sed quòd ipsi, ut modestius agerent eam, quam sua authoritate soli condere poterant §.sed & quòd Principi placuit, insti.de iu.nat. ad senatum referebant, ut dixi, in lib. q. Enchiri.rerum singu.inscribitur 6.c.130. omisimus, ad fi.

Secundo moueo difficultatem, cur sic in.d.l.i.prætor appelletur clarissimus cum tamen sit spectabilis, ut per glo.in rub.ff.de offi.præto.& probatur in §. similiq; modo, in authen.de ap. Responde, ut supra dictum fuit, quia clarissimi, terminus generalis est, & quia si est spectabilis, est vtiq; etiam clarissimus.l.fi. ubi gl.C.de prin.agen.in reb.lib.12. arg. in.l.i.ff.de offi.præsi.& in.l. ubicunq; .ff. de regu.iu.

Glo.tribuuntur, in prin. facit istã consequentiam (in cæteris dictum fuit sup. satis, & partim etiam dicetur infra quòd & ipsa quoq; pollicetur) quòd quæ sũt de mero imperio & mixto, competunt

40 præsidibus † prouinciarum, qui sunt clarissimi.l.illicitas.§.qui uniuersas.ff.de offi.præsi.l.i.C.de priua.car.ergò multo magis spectabilibus, & fortius illustribus. Quàm hîc conantur impugnare Scriben.ex duobus, primo quia consul est illustris, ut supra dictum fuit, & tamen non habet merum imperium. Immò nec contentiosam iurisdictionẽ l.i.ff.de offi.consu. Idemq; in præfecto uigilum.l.3.§.i.ff. de offic. præfec.ui.

Saluat Alexan.glo. quem etiam sequutus est Deci. quòd immò habeant, ut per eos, uerumq; est, sed dicerem ego; dato quòd non habeant, parum officere, quoniam esto quòd non habeant ipsi, habent tamen alii maiores magistratus, ut supra ostensum fuit, quo fit, ut si clarissimis concessum est, quemadmodum dicebat glo. multo magis spectabilibus & illustribus concedatur, quasi genera singulorum comprehendat, non singula generum, ut in simili not. in .l. i.in.§.ostendimus.ff. de suspec. tu. & in c.nam concupiscentiam, de constitu. Secundo impugnatur, quia unus potest esse altero maior dignitate, administratione uero minor.l.i.§.si quis, & ibi Bar. exemplificat.ff.de ap. & quia facta diuisione potestatis non ualet argumentum de minori ad maius, ut per Dy.in.c.cui licet, de regu.iu.in 6.l.solemus.§. latrunculator.ff.de iud.

Quæ etiam non ob. quia in his quæ sunt diuersæ speciei procedunt, in casu nostro haud considerabile, ex quo præsupponimus patiens dispositum esse, & ideo uidemus ad huiuscæ responsionis propositum, quòd licet bannitus ex forma statuti, posit impunè occidi, quòd est plus, non tamen poterit eius uxor adulterari, quòd est minus, ut not.in.c. q in ecclesiarum de consti. dixi in.l.ut uim ff.de iusti.& iu.& probatur in.d.§. latrunculator. Et sine controuersia uidetur mihi ultimo loco, quod hanc consequentiam in simili faciat tex. in.l.fi.C.de fideiu. ubi si pactis conuentis fieri potest, ne creditor sibi præiudicet electione unius ex duobus fideiussoribus, multo magis dicendum est, hoc idem fieri posse authoritate legis. Et Bart.in.l.2. in.§. ex his, colum. 2.ff.de uerbo.ob. quod si fauor liberationis ĩ causa pecuniaria locum habet multomagis habebit locum in capitali. Non est igitur ratio, cur non sic etiam arguat gl. hic (iterato dixerim) si clarissimis concessum est merum imperium, multo magis concessum erit spectabilibus & aliis, authen. multomagis.C. de sacrosanc. eccl. idem Bart. in.l. respub. num. 2. C. ex quib. cau. ma. latè ego in collecta. in .d. authen. multo magis.

Glo. etiam in uerbo iurisdictione, est clara, quam hic Bar. ad unguem recitat, & sequutus est, num.8. post Cy. in.3.q. & Docto.in.l.nemo potest.ff. de reg. iu. Et est sensus, quod siue præses in genere, siue in specie, idest quod ei specialiter tributum est, committat, nunquam merum imperium committere uidebitur. Addit Bar. quia de mixto nihil dictum est, quòd si conceditur istis maioribus iudicibus in priuilegium, propter personarum industriam .l.i. ff.de offi. p̃fect. præto. multomagis concedi uidebitur mixtum. Et ni fallor capit gl. uerbum præsidis, generaliter iuxta tex. in.l. i.ff.de offi. præsi. not. in.l.2. C. de peda.iudi. Et in utroq; dicto malè, quo ad primum, q̃a sub uniuersitate multa ueniũt quæ non uenirent aliàs.l.quædam.ff.de acqui.re.do.

Et quo ad secundum quia personarum industria, & si considerabilis sit in eo quòd est plus, non est considerabilis tamen in eo quòd est minus, & motiua sunt Decii senio. à quibus glo. & Barto. facilè defendi possunt.

Et dici ad primum non ob. quia respondebo ultra adducta in aliis lectu. & in discursu supra non esse uerum, quia merum imperium non est de natura iurisdictionis demandatæ. Tolle simile in Barone, uendente prædia, ubi esse solebant furcæ, merum imperium significantes, cum iuribus, quæ ibi habebat, quòd non propterea uidebitur in emptorem merum imperium translatum, quia non est de natura rerum uenditarũ ita Inno. in c.ex literis de iu. patro. refert Bal. & ipsum sequitur in.l. à procuratore, in prin. C.man. & aliter etiam multa uenire cum uniuersitate, ut in.d.l.quædam, quia ab ea separari non possunt, ut idem Bal. declarat in.l.si quis, in.§.certũ colum. 2. C. de secun. nup. sed merum imperium à iurisdictione separari potest ergo. Vel & aliter quòd non uidetur merum imperium committi, quoniam

niam inhæret personæ iurisdictionem committenti.l.legatus Cæsaris. ff. de offi.præfi.argu.in l.i.ff.ad Treb.& in l. 3. ff. pro so. cum similibus . Considerando quoq; generalia & uniuersalia differre, quoniam genus in una specie saluatur, uniuersale non.l. sicut . ff. quod cuiusq; uni.no.Bal.consi.196. super eo , colum. 2.uolum. 4 . Item quia in generalitate, species per se considerantur , in uniuersitate autem non , quia omnes faciunt uerum totum .l.eum qui ædes.ff.de usuca.Pau.de Cast.hic in fi.prin.ante.§. qui mandatam,dixi ego in.c.cum sit generale,in pri.de so.compe. Immò quòd nec comprehenditur sub uerbis uniuersalibus,ut infra statim. Magis urget contra glo.quòd habetur in.l.3 .in .§. utrum .ff. ad Sylla. quòd uerba generalia , fauore pub.utilitatis,non restringuntur,sed qa dixi supra in discursu , non insisto nunc aliter.

Non ob.secundum quia esto ꝙ in eo quod est minus,industria non sit considerabilis , non propterea minus bona ē consequentia glo.quoniam uoluit dicere,si possunt cognoscere ea , quæ sunt maioris ponderis,& in quibus etiam ꝑsonæ industria electa est, multo magis possunt ea quæ sunt minoris, & in quibus industria personarum haud desideratur.l.placet in prin.C.de peda.iud.sed dico , quòd in causis etiam mixti imperii personarum industria considerabilis ē,quòoq; aliud adhuc sensit, multo magis scilicet concedi mixtum his quibus merum concessum est, quoniam omnino negari non potest , quod unum non sit altero maius , argumentum in .l.i. in prin. ibi,iactura causæ,&ad fi.in illis uerbis , seuera sententia uindicarent .C. ne li.po.not.in.l.si in aliqua, in fi.ff.de offi. procon.& ita transeundum est,qa morsus prædicti sine dente esse uidentur.

Sed ad propositum sine multa dispu-
41 tatione dubito† si Princeps omnem iurisdictionem mandet alicui , & sic uniuersali hoc uerbo adiecto an intelligatur mandare etiam merum imperium. Videbatur prima facie dicendum,quòd sic, & potissimum à generalibus incipientes,quia si omnem iurisdictionē mandat , non est ratio cur non videatur & necessario mandasse merum imperium. l.Iulianus,uulga.ff.de lega.3.c.solitæ,de maio.& obe.inducit Bar. in l. centurio , col.9.ff.de uulga.& pu.sub. si dixerit testator, uolo omnia bona peruenire ad talem,quòd eo ipso ꝙ dixit omnia,nihil exclusit. Alexand.consi.51.uideretur,colum. i. vol. v. quòd uniuersale uerbum negatiuum, sic etiam positum in c. fi.de præscrip.omnem præscriptionem excludit absq; bona fide. Paul. de Cast. consi. 28.in causa,col. 4. uol. 2. quòd verbum vniuersale facit ut omnia comprehendantur indistinctè,nullo excepto . idem Bart.in l.generali,in.§.uxori, num. 4. ff. de usuf.le.quoniam sic in legato apponitur signum vniuersale omne, quod restrictionem non recipit, per tex. in l.pediculis in. §.labeo.ff.de au.& ar. le. & in d.l.Iulianus,& in specie Ro. consi. 308. pro habenda,colum.i. Et pro decisione istius. q. adduci potest tex. in l. si in aliquam,in.§.fi.ff.de offi. procon. Tamen contrarium arbitror fore de iure uerius, per regu. potissimum ultra prædicta .l. obligatione generali. ff. de pigno. quòd cum committi non soleat, neq; id uerisimiliter concessisset Princeps , non uidebitur commissum hoc quoq; casu , & ita in pulcherrima facti. q. decidit Bald. consi.383.quando super facto, colum.2. uolum.3.quòd in mandato pleno libero & generali communis Perusii , haud ueniunt ea,quæ concedi non consueuerunt per ipsum commune . Qui dicit etiam , & magis in terminis, in.c.i.in 2. colum.in prin.de prohi.feu.alie. per Fede.in usib.feudo. quòd si quis cum alio contrahat , & obliget , ut fit quotidie, omnia bona sua, non cadit à feudo , ex quo in tali obligatione non includitur. Eoq; magis ut uideatur per huiusmodi concessionem,minus detrahi iuris communis dispositioni,quàm sit possibile.l si serui uestri.C.de noxa.

Nec ob.contraria,non primum inductio scilicet d.l.iulianus,quia uera est,ni

si sequatur absurdum, & ideo licet uerba uniuersalia sint, restringuntur tamen ut merum imperium non includant, quod maioribus magistratibus, electa persona rum industria, & in speciale quidem priuilegium, reseruatum est, vt diximus sæpe, & facit pro ista responsione tex. in.l.i.in.§.nunciatio.ff.de no.ope.nun.ubi citatio omnibus diebus fieri potest, & tamen non fit, hac ratione, diebus feriatis l.dies festos.C.de fer.declarat etiam Deci.in authen. præterea. num. 7. C.unde uir & uxor, ex quo omnes decisiones, ad idem inductæ, ruunt, & ad rem nostram nihil faciunt. Vel ad idem dicamus, quod licet verba uniuersalia sint, debent tamē ciuiliter intelligi, & prout dictat ratio, quod est ut imperium merum ex supra dictis mandari nō uideatur.l.si cui.ff. de serui. l.creditor.§.lucius.ff. man. pulchrè Bal. in.c.i.in prin.in pe.colum.de capi. q cu. uen.in usib.feu. Vel secundum subiectā materiam.l.2.ibi, lex est, cui omnes homines decet obedire .ff. de legi.quia intelligi debent quo ad eos homines, qui in ciuitate sunt, ut ibidem dicit Marcia. se ipsum declarando & benè.l.si uno, cū similibus.ff.loca.

Non ob. ultimo text.in.d.l. ibi aliquā quia nihil facit, aliud enim est dicere, quod Proconsul plenissimam habeat iurisdictionem, pro certo tenentes sic esse, ut in.l.seq.subiicit Iuriscon.id declarando, quòd maius imperiū habeat quoq; in prouincia omnibus post Principem, aliud uero dubitare, an si Princeps omnem iurisdictionem mandet, uideatur mandare merum imperium, quia ex supra dictis respondebo audacter, quòd non & facit ad propositum quod dicitur in.l.continuus, in .§.cum ita.ff.de uerbo.ob.

Glo. Magistratus, sequitur, ex qua primum habes, quòd quæ competunt iure cuiuslibet magistratus possunt delegari 42 exempli gratia † præbere authoritatem manumittentibus, ut subiicit. Et rationem assignat Alex. quia id huiusmodi est, ut non requirat regulariter causæ cognitionem.l.non est .ff.de ma.uin .Là procedente, iuncta glo. C. de dila. quasi dicat, quòd sit uoluntariæ iurisdictionis & possit per delegatum, ac etiam extra iudicium expediri.

Tamen contrarium sensit gl.in.§.serui, insti.de liber. quòd immò debet iudex pro tribunali sedere, Et probatur apertè in.l.2.infra eo. cuius uerba sunt hæc mandata iurisdictione à prætore, concilium non potest exercere is, cui mandatur. Et pondera legem, uerbis præcise resistentem, quia dicit, non potest, idest nullo modo potest.c.i. de reg. iu.in 6.l.i.ff.de uerbo.ob. l. nemo potest ff.de lega.i.cum similibus, quòdq; indistinctè loquitur.l.de precio, uulga. ff.de publicia. Et uidetur esse casus etiam in.l.fi.C.de uindic.liber.vbi sedula seruitus patronorum iudicio libertatem adipisci non potest, nisi apud eos magistratus, quibus hoc ius competebat, ergò non omnibus competere poterat argu. in.l.quæsitum, in.§.deniq;.ff. de sun. instruc.& fuit opi.Fulgo.& in.d.l.fi. concilii etiam mentio facta est, quòd propriè conuentus dicitur, consulendi, & iudicandi gratia congregatum, & à concalando sic appellatum, non à consilio, uel consensu, vt aliqui putant, & concilium hac de re, non consilium, scribi debet, de quo etiam in.§.eadem, insti.qui & ex quib.cau.ma.non po.& obiter notandū est, ut Theophi.ait in.d.§.eadem, quem ibi etiam Aldobran.refert, cum præside uiros uiginti sedere solitos, qui hoc ipsum cognoscebant, æliasentia lege lata quiq; peregrini recuperatores dicebantur, ex quo seruus libertatem recipiebat. fauorabileq; amplius erat quàm maximè, quasi reuerteretur is, ad primæuum illud ius naturale, quo omnes liberi nascebantur.§.manumissio, insti. de liber. & ad propositum, ultra eos, facit glo.in c.statutum, in uerbo numerandum, de præben.in.6.& in.l. si unus in .§. pactus ff.de pac. Bude.uero aliter in.l.munerū, in.§.iudicandi necessitas.ff.de mu.& ho. quòd recuperatores erant iudices delegati propriè, de quibus hic, & de his Ci. in ora.pro A.Cecinna, nomenq; his de-

derunt

derunt ueteres à prouincia rerum recuperandarum, quibus quis iniuria fuerat priuatus,& actio.i.in Verrem, & magis placet,& à prætore dabantur,ipsisq; iurisdictio priuatarum causarum mandari solebat.

Verum & ad propositum nostrum, qualecunq; concilium illud iudicũ fuerit,à prima opi.non ẽ recedendum, nec ab exemplo glo.nostræ,quoniam illa,in d.§.serui,est reprobata, & ita eam reprobat Ro. hoc idemq; testatur in.l.de pupillo, in .§. meminisse, ad fi.ff.de no. o. nun.

Non ob.tex.in.d.l.2.quia loquitur in manumissione, ĩ qua desiderabatur causæ cognitio,propter legem Aeliam sentiam si uelit minor annis xx.seruum manumittere,ut hic ꝑ glo.& ibi,& est cõis declaratio,ergo nõ regulariter,ita ut nihil faciat,etiam ꝙ negatiua dictio uerbo potest præposita sit, ꝙq; lex non distinguat,quia priuat potentiam, & inducit necessitatem præcisam.d.casu,&quia debet per alias leges distingui.l.non est nouum.l.sed & posteriores.ff. de legi. not. glo. in.l.liberti.ff.de offi.asse.Ex quibus tollitur etiam inductio d.l.fi. C. de uindic.lib.Si tamen Fulgo. opi. tenere uelles, utiq; esset facilè, quia uideo quod tex.in.d.l.non est,loquitur in prætore.l. 2.indistincte ut dicebatur,& .d.l.fi. limitate,& nullibi ꝙ iure magistratus competat, & sic quod nec etiam possit delegari.

Est & aliud exemplum glo.hic,quod
43 iure cuiuslibet magistratus † aperiri, & recitari possunt testamenta, innuentis consequenter,quod hoc ipsum, hac ratione,quoq; ualeat demandari, & benè casusq; est clarus, in.§. sed neq; ibi & agi apud defensores, testamentorum insinuationes & donationum, & quicquid aliud est monumentorum proprium,in auth.de defen.ci.Et ꝙ possit demandari secundum communem intellectum, probat text. noster, in isto uersi.quæ uero,ut ostensum fuit supra & si hic, satis impertinenter Dec.hoc ipsum disputet quem nec referre, nec sequi nunc aliter intendo. Est uerum quo ad institutum nostrum, quòd hoc exemplum cõfundi uidetur per tex.in.l.consulta diualia.C.de testa.ubi testamentum recitari non potest,nisi coram magistro census, sensit Cur.sed ante eum glo. in d.§.sed neq;, soluens statim, id uerum esse Romæ, & non alibi, & benè, potestq; satis tritum illud uerificari tunc.Cum fueris Romæ,Romano uiuito more, ideq; glo.in.l.repetita.C.de ep. & cle. & in. l. testamenta.C. de testa. Et post hæc etiam ad propositum dictarum legum, obiter declara, quòd census dicitur,qui multam pecuniam habet, & in possessione ultra centum nummum milia. Item æstimatio rerum, ac bonorum, secundum quam tributa pendebantur,& cẽsum agere, recensere hominum facultates. Vnde magister censuum quoq; appellatus est,de quo etiam i.l.fi. C. de iur. emphy.

Vltimo exemplificat glo.in causis pecuniariis uilibus, & criminalibus, quæ
44 tamen essent leues,& rursum benè†ꝗ declare decisum hoc idem quoq; uidetur, in.§.audient co.tit.& lib. ubi uerba formalia, Audient quoq, leuiora crimina, & competenti castigatione contradent. Aduerte tamen, quòd se de maioribus criminibus intromittunt, quia si de fuga timeatur potest reus carceri mancipari,& ad superiorem remitti,ut per Abb. in.c.fi.colum.7.in pri.de fo.com. & tex. met innuit in .d. §. audient quoq; & ad propositum iurisdictio competens minimis his magistratibus, & sic delegabilis,bassa appellatur, non habens subsequalium gradum, ut dicemus in .l. imperium .ff.de iu.o.iud.tradit interim Bald. in c.irrefragabili,in prin.in.2. colum. de offi.or.

45 Secundo colligitur ex glo.si quid†habeat magistratus, in speciale priuilegiũ lege,uel Senatuscon.ꝙ illud (ut sæpe dictũ ẽ)nõ demandat. Et tamẽ secundum Fulg.falsũ uidetur,quia ĩ iteg.restitutio huiusmodi ẽ,& mixti q.dem imperii, ꝙ admittunt omnes, & probatur in.l. ea quæ,i.§.i.ff. ad municipa. magistratibus

municipalibus(inquit Iuriscon.)non p mittitur in integrum restituere, ergò est mixi imperii,non dico meri, quia id, est habere gladii potestatem &c.l. imperi ũ infra de iu.o. iudi. & tamen delegatur.l. fi.C.ubi & apud quem,in fi.ibi,quod & ueteribus &c.& fuit oppositio, quam facit glo.in.d.l.ea quæ.Cui ibidem respondet,duobus modis,primo quòd speciali commissione potest delegari, aliter non,& malè quoniam si delegari potest non erit uerum,quòd maioribus magistratibus id sit in priuilegium specialiter concessum.

Secundo respondet, quòd in restitutione minorum forte est uerum, nõ maiorum,& rursum malè, ac contra illum tex.in prin.loquentem,nõ solum in minoribus,uerum etiam in maioribus, & sunt uerba prohemialia,ex quibus finalis intentio colligitur disponentis.l.fi.ff. de hæ.insti.

Tertio respondet.d.l. ea quæ, corrigi per.l.fi.ad oppositum allegatam, & ibi glo. met pe. in fi.idem, quæ adhuc non subsistit, ex quo non fit correctio, nisi dicatur expresse .l. præcipimus .C. de ap.l.sancimus.C.de testa.l.fi.C.de indic. ui.tol.& confundi uidetur ẽt ex uerbis, in fi.d.l.positis, quòd nec id erat etiam ueteribus legibus incognitum,specialibus postea traditum, quod nota, ut tacitæ obiectioni occurramus, quæ de superfluitate fieri posset.§.alio,insti. quib. mo.testa.infir.Gemi.in.c.i. in ulti. colu. de summa tri.& fi.ca.in.6. Augetur difficultas, quia petitur officio iudicis extra ordinem.l.i causæ 2.in prin. ff. de mino. desiderat rursum causæ cognitionem,& decreti interpositionẽ deniq; .d.l.in causæ .l.etiam.ff.de mino. ergò nõ deberet posse delegari.l.ne quicquàm.§. ubi decretum.ff. de offi. procon. & tamen delegatur.d.l.fi.Pro solu.igitur dici põt,uera esse oĩa regulariter, ꝙ petatur officio iudicis,ꝙ causæ cognitionem desideret, & decreti interpositionẽ,uel saltim sententiæ ꝓlationẽ,ꝙ sit mixti imperii, maioribus magistratibus in speciale priuilegiũ reseruata, ꝙq; hæc non possint cõiter delegari, sed quod tamẽ fallit hoc casu,& sit in eo speciale, ut inquit Odof. ibi,specialitatis aũt rõ est, & tex. met ita dicit, quia sic non erit difficilis causæ examinatio,neq; semper grauabũtur petentes ĩ integrum restitutionẽ,ire ad iudices maiores,quorum copiam nõ semper habere possunt,arg.in authẽ.ad hæc C.de iudi.& in.l.placet.C.de peda.iu.& faciunt dicta per Bald.in.l.scire oportet, in prin.ff.de excu. tu. & pater ex eo etiã quia non potest fieri delegatio, nisi a Principe,uel à cæteris magistratibus maioribus,interdictaq;est cognitio arbitris compromissariis, iudicibus iurisdictionem non habentibus, ut hi, de quibus in.l.i. ff.de iudi.& in.l. rem non nonam.C.eo. & appellantur iudices chartularii, siue priuilegiarii, à membranis priuilegiorum, & habituales, quia iurisdictionem habitu habent, non actu, nec ipsius exercitium, nisi inter consentientes,ut per Bal.consi.105.factum tale est, colum. 3. uolum.3. nec uideo quòd aliud dici possit; quoniam etiam merum imperium maioribus magistratibus specialiter reseruatum est,& tamen ex causa potest delegari, ut suo loco dicemus, alia etiam sunt obstantia, de datione tutoris, deq; bo. po. sed quia faciles soluuntur,& quia diximus satis in aliis lect.ea silentio inuoluemus, pergentes ad alia.

Sequitur ergo glo.mandari, ex qua habes primum, quod datio tutoris,nec
46 iure magistratus competit † nec potest delegari,& est dictum cõe, ut testantur Alex.Ias.& cæteri,& benè,quia uidetur casus clarus in.l.muto, in .§. tutoris datio.ff.de tute.quod non est nec imperij, nec iurisdictionis,quæ uerba ĩtelligi debent de mero, & de iurisdictione simplici,ergo mixti,quod vt medium includit necessario,extremorũ exclusio.l.imperium infra de iu.o.iud. & quia si esset iurisdictionis, ab ipsa datione appellaretur & tamen non appellatur,ut per Bal. in.l.scire oportet, in prin.ff. de excu.tu. qui idem dicit etiã in.l.propter magistratum .ff. eo. tetigimus nos unũ uerbum

in

in figuratione casus, posset rursum si huiusmodi esset q. tutelæ compromitti & tamen non potest .l. non distinguemus .§. iulianus, & seq. ff. de arbit. tradit Bar. in .l. prætor ff. de tuto. & cura. da. ab his. pro firmo tenens, quòd sit mixti imperii, & ideo subiicit tex. in .d. §. tutoris datio, & Bar. in loco præallega. quòd nō competit nisi his, quibus conceditur specialiter lege, ut insti. de legi. agna. tu. in prin. Senatus con. ut in .l. solet .ff. de tute. uel constitutione Principum .l. i. ff. de tu. & cu. da. ab his, & signanter idem Bal. in .d. l. propter magistratum, allegat tex. nostrum. Et quia si nec mandante præside potest dare tutorem is, cui mandatur .l. nec mandante. ff. eo. multo minus à se ipso poterit magistratus, municipalis, cui hoc ius non competit, est enim argumentum de maiori ad minus negatiue, sic deberet posse is, cui hoc ipsum mandat præses, & tamen non potest, ergò multo minus magistratus municipalis à se ipso .l. relegatorum .§. constitutum. ff. de interdic. & re. c. si Paulus 32. q. 5. Et maximè quia tutela est uis atq; potestas in capite libero &c. l. i. ff. de tute. non ita passim magistratibus municipalibus committenda .l. i. in fi. ff. de offi. præfec. præto. & quia apud tutorem est plenitudo potestatis, seruata etiam gradus prærogatiua in datione ipsius, vel fuerit iussa, uel permissa, uel permissa simul, & iussa, ut per Bald. consil. 224. quæritur, in prin. uolum. i.

Quòd ex eo etiam, hoc ipsum acutius considerantes, potest comprobari, quia uidemus Seuerum, Cuspio Ruffino scribens, profiteri se uelle omnem curam & rationem adhibere, subueniendi pupillis .l. 3. ff. qui pe. tu. nullaq; maior, quàm ut eis detur tutor, & à magistratibus maioribus quidem, quia maiorem etiam sentient prouidentiam, ut in materia inquit text. in .§. audiens quoq; in authen. de defen. ci. & est argumentum in .l. i. C. de prædi. mi. lib. 10. & quia si de suspecto accusetur, non potest crimen huiusmodi cognosci, nisi ab his, nec ab alio q̃ ab ipsis puniri .l. i. §. i. & fi. ff. de sus. spec. tu. l. i. §. item solent .ff. de offi. præfec. ur. l. i. §. suspecti. ff. ad turpi. & dictum fuit supra electa quoq; personarum industria, cum datio fiat, ex inquisitione .§. fi. insti. qui testa. tu. da. po. & in prin. de satisda. tu. eo. lib. c. fi. §. i. de offi. de. & uidetur casus in .§. sed hoc iure utimur, insti. de Atti. tu. & profecto urgent. Sed in contrarium facit tex. in .l. ius dandi. ff. de tu. & cu. dat. ab his, ubi clarè dicitur ius dandi tutorem omnibus magistratibus municipalibus concessum fuisse, & sic pugnat directo, cū .l. muto .§. tutoris datio .ff. de tute. supra allega. & maximè mirandum est, ex quo est eiusdē authoris Vlpia. Nisi dicamus, ut ibi per glo. ꝙ iussu præsidis hoc habeant, sed uiolatur litera, nec istud est generaliter uerum, nisi in casu ut infra. Secundo facit, quia ex uerbis rub. licet arguere, iuxta not. in. l. i. ff. si cer. peta. & maximè si in se plus habeat, quàm nigrū, secundum gl. in rub. ne fideiu. do. den. C. l. idem labeo, ibi, & ita edictum ordinatum uidetur. ff. de ac. re. amo. tradit nouissimè Bal. consil. 378. casus, colum. 3. uolum. 5. modo in rub. prædicta dicitur de tuto. & cu. dat. ab his, qui ius dandi habent, deq; magistratibus municipalibus postea fit mentio in .d. l. ius dandi, ergo.

Nisi argumentum retorqueamus, quòd immò præsupponit, non omnibus competere .l. fi. C. de uin. lib. ibi, quibus hoc ius competebat, & istum text. disputando in simili ponderabam, in glo. præceden. competebat autem maioribus magistratibus .d. §. sed hoc iure, ergò non minoribus, & sic municipalibus, qui infimi dicuntur, tamen uerba text. clara sunt, & uitari non possunt. Et licet pro communi inductus fuerit text. in .d. l. nec mandante, uidetur tamen quòd pro ista parte multum quoq; faciat, dum dicit, ꝙ etiam ꝙ præses non mandet, poterit tamen alius tutorē dare, ergo magistratus municipalis, ex quo aliàs par i parē non hēt imperium .l. nam magistratus .ff. de arbi. l. ille à quo .§. tempestiuum

ff.ad treb. nec mādatum intelligi potest n isi respectu minorum, ita ut sensus sit, ꝙ possit alius dare tutorem, licet hoc idem eidem non mandauerit præses. Nisi dicamus rursum, quòd potius sunt uerba negatiua, quàm affirmatiua, ut supra quòd nec mandante præside scilicet possit alius dare tutorem, nihilominus quia eiusdem Vlpia. est, cuius etiam est, l. ius dandi, præallega. quasi ad illius ampliationem ueniens, ualdè dubito. Facit etiam tex. à nobis aliàs nō sic inductus, in.l.i.in fi.ff.de suspec.tu.& in.d.l.ius dādi, vbi præsidi prouinciæ permissum est, ut tutores dare possint pupillis originariis prouinciæ. Vel ibi domicilium habentibus, & non aliis & benè.l.extra territorium infra de iu. o.iud. & idem in municipalibus magistratibus dicit tex. in.d.l.ius dandi, ergò & ipsi quoq; tutores dabant, & clarissimus tex. ad idem videtur in.l.neque.C.qui tu. da. po. cuius uerba sunt hæc. Neq; à magistratibus municipalibus, tutorem ortum ex alia ciuitate, iure dari posse, certissimi iuris est. Et si obiiceretur, quòd intelligi debeat, ipsorum præsidum iussu dare posse, replicabo ut supra hoc non dici, neq; à nobis subaudiri debere.l. si uero .§. de uiro.ff.solu.ma. Ad idem uidetur mihi quòd sit tex.in.l.ubi absunt, in fi.ff.de tu.& cu.dat.ab his, ubi collega magistratus municipalis, tutorem dare potest, tutandus à morsu, ut supra & in .l.i. infra de iu.o.iud.& clarius q̃ alibi, in.l.2.in .§. si mater.ff.ad tertu.magistratibus municipalibus hanc iniungi necessitatem, & ibi glo.(vt dicebam aliàs) d.l.ius dandi, signanter adducit, ita ut articulus sit maximè dubitabilis. Nec potest dici, ꝙ aliud sit iure ueteri digestorum, & aliud hodie, quoniam leges in materia loquētes, sunt Iurisconsultorum, & præcipuè Vlpia. & quia hodie magistratus municipales non simpliciter dant tutores, sed iussu præsidum, & si non sint magnæ pupilli facultates, ut in.d.§.sed hoc iure dicitur. Vnde aliqui, maximè Cur. iuni.& Purpura hic, nec non Aldobran.in d.§.sed hoc iure, & in suppotatio. suis Bello.lib.i.c.2. iste supradictorum Cur. & Purpu. authoritate fretus, ille verò Alcia.paradoxo.lib.2.c.i.scriben.rixas sedantes dixerunt dationem tutoris non esse mixti imperii, nec iurisdictionis, sed permissionis potius, quodq; his solis cōcessa erat, quibus nominatim & specialiter tribuebatur, & hoc idem ante omnes dixit Bal.in.l.propter magistratum, à nobis etiam supra citatus.ff.de excu. tu. Quòdq; magistratus potestas, successit loco potestatis datæ testatori, de qua in. §.permissum, insti.de tute. & in.§.i.de Atti.tu.co.lib. Et quòd electa industria personæ delegari non poterat. Inter quos tamē est discrepantia, quia Bello. uult magistratibus etiam municipalibus tributam fuisse à lege specialiter, & sic quòd non competat eis, iure magistratus. Aldobrandi.uerò iubente præside.

Sed prima facie obstare uidentur aliqua, quia si potestas magistratus, successit loco potestatis datæ à testatore, iam negari non poterit, quòd tutor amplius in testamento non sit dandus, immò ꝙ nec dari possit pariter, & tamen hoc est falsum.d.§.permissum. Ad idem, si magistratus municipalis est, quomodo possumus dicere, quòd personæ industria sit electa.l.i.in fi.ff.de offi. præfec. præto .§. audient quoq; in prin.in authen. de defen.ci. Et quia ultimo loco, si iubente præside, magistratus dabant, non est uerum adhuc, quòd personæ industria esset electa.c.fi.§.i.de offi.dele.& quia iussu præsidum dabant tantum, si non fuissent magnæ pupilli facultates, nisi replicetur, ut infra.

Quid igitur nos? profectò (vt dixi) undiq; circunstant syrtes & scopuli, uagantur omnes, miranda, immò ridenda, canunt, & non (quòd aiunt) credenda poetæ, & quanto magis cogito, tanto magis dubito, nec uideo quod aliud præstari possit, nisi sic opi. conciliemus. Considerantes tria tempora, ius antiquum scilicet, seu legem xij. tabu. mediā iuris prudentiam, & ius nouum deniq; prout considerantur in simili in .§. & hoc quidem

» dem, ibi, Media autem iuris prudentia » erat lege 12. tab. iunior, imperiali uero » dispositione anterior. Insti de legi. agna. suc. & per Barto. in l. i. colum. 1. ff. de leg. i. ut primo tempore darentur tutores à maioribus magistratibus, & ita loquatur tex. in. d. §. tutoris datio, nec alia ad idem tendentia, aliter intelligantur, & cum hoc ius fuisset postea media iuris prudētia magistratibus municipalibus cōmunicatum, ipsi etiam dabant, non tamen quòd iure magistratus competeret, quoniam refragaretur tex. in. d. §. tutoris datio, limitata etiam potestate, quo ad eos qui essent eiusdem municipij, ut in. d. l. ius dandi, quorsum tendunt pariter, & quo modo deduci debēt, quæ inductionem d. l. comprobant. Et nouo denique, ut non possint, nisi tenues essent pupilli facultates, & iussu præsidis quidem, & si ad summa 500. solidorum ascendissent, tutores seu curatores creare ualerent, non expectata iussione, defensores ciuitatum, una cum Antistite eiusdem ciuitatis, modo & forma, ut in. d. §. sed hoc iure, & seq. insti. de Atti. tu. & omnia iura quæ repugnare uidebantur, erunt clara, & ius uetus in. l. i. positum. ff. de tu. & cu. dat. ab his media iuris prudentia, in. d. l. ius dandi. & nouum i. d. §. sed hoc iure, usque in fi. Et hoc idem, post multa, paucissimis uerbis sensisse etiam uidetur Purp. hic num. 666. colum. 2. uers. nam à principio.

Sed ut omnem moueamus lapidem, turbat me tex. in. l. lucius 2. in. §. cum testamento. ff. de admi. tu. per gl. allega. in d. l. nec mandantē. ff. de tu. & cu. da. ab his. Ideo oportet dicere, quòd media iuris prudentia, ius dandi tutores fuerit etiam magistratibus municipalibus communicatum, iubente tamen Præside, licet in. d. l. ius dandi, nihil dicatur, quoniam sic debet intelligi. l. non est nouū l. sed & posteriores. ff. de legi. c. super q̄stionum in prin. de offi. dele. & maximè quia. d. l. lucius, est Pauli, q eodem tempore floruit quo etiam Vlpia. d. l. ius dādi author, et postea iure nouo dispositū aliter ut supra. Nec officit, si dicatur, hoc stante, quòd nō erit electa industria personarum, sicuti præsupponitur, quia replicabitur, quòd immò erit, ex quo aliud est iubere, aliud delegare. Et quia electa est etiam in causis meri imperii. et tamen delegantur aliquo casu, ut dictū fuit in discursu legis, & dicemus etiam loco suo. Et minus quòd immò nec mandante Præside poterit, dicta. l. nec mandante, quia aliud est mandare, aliud iubere, & maximè non subdito, seu non habenti iurisdictionem, & ut ibi latius per glo. & sic liquet ex his, non esse mixti imperii, nec iurisdictionis simplicis, seu iure magistratus competere, nec posse delegari.

Est uerum (subdit glo. nostra) si facultates pupilli sint usque ad 500. aureos, q̄ tunc dicetur cōpetere iure magistratus

47 §. nos autem, insti. de Atti. tu. † & sic nouo iure ut supra, & consequenter poterit delegari, & ita (vt testatur Alex.) communiter tenetur hic, & in. l. i. de iu. o. iud. Tamen contraria opi. uerior uidetur, ex prædictis, quam aliqui etiam senserunt, ut idem Alex. refert, & benè, quoniam Principis constitutione eis hoc ius tributum est, quòd uerba indicant, posita in. d. §. nos autem, ibi, Nos autem per cōstitutionem nostram &c. d. l. muto. d. §. tutoris datio. ff. de tute. Et quoniam etiam nō soli defensores ciuitatum, vel alii magistratus municipales, tutorē dare poterant, ut ibi clare dicitur.

Vltimo loco considerantes, missis rationibus eorum, qui ita tenuerunt, quòd quæ dicuntur in. d. §. nos autem debent intelligi secundum terminos antiqui iuris, ex quo solum modus dādi mutatus est, argumentum in. §. fi. in authen. de fi. ante do. instrn. na. tradit in simili Bald. consi. 95. primo statuto cauetur, uol. 4. Bar. in authen. sacramenta puberum, num. 8. C. si aduer. uen. sed antiquo iure non competebat iure magistratus, nec poterat delegari, ergò nec hodie.

Vnum tantum ob. quòd immò magistratus tutorem dare possint, & soli quidem d. casu, ex quo antistitis præsentia desideratur, si dent tutorem ciuitatum

defensores, & non si alii, uerbaq; sunt huiusmodi, non aliud significantia.
„ Per constitutionem nostram, hominũ
„ difficultates resecantes, nec expectata
„ iussione præsidum, disponimus defen
„ sores ciuitatum, una cum eiusdem ciui
„ tatis Antistite, uel aliàs publicas perso-
„ nas, idest magistratus, uel iuridicum A-
„ lexandrinæ ciuitatis, tutores uel curato
„ res creare. Respondent aliqui in.d.§. nos autem, quod de Antistite dictum est in defensoribus ciuitatum, esse etiam quo ad alios repetendum. Quòd satis uerisimile est, & probandum respectu iuridici Alexandriæ, sed non magistratuum municipalium, qui Antistitẽ non habent, si antistitem pro episcopo accipiamus, si autem pro primario templi Sacerdote capiamus, prout in.l. si quemquam .C. de ep. & cle. eorum opinioni subscribo, tamen primum uerius uidetur, quòd pro episcopo capiatur, quia dicit religiosissimo, & defensoribus iungatur, ac iuridico Alexandriæ, ut supra non etiam magistratibus municipiorum, ratione prædicta. Verum ex alio non ob. quia licet magistratibus municipalibus hoc ipsum tribuatur, nec cum Antistite datio fiat, non tamen uerum erit, competere iure magistratus, quia, ut dixi, constitutione Principis nominatim & specialiter tribuitur. d.§. tutoris datio, not. Bal. in.l. tutores. ff. de confir. tu. Ias. in. c.i. colum. 4. qui feu. da. po. & declaratur quod habetur in .l.i. C. de p̃di. min. lib. x. quo fit, ut nec mirum sit, si delegari non potest.

Sed quare sic defensoribus ciuitatum adiungitur antistes? Sol. quia pupilli causa pia est .l. i. C. quando Imp. inter pup. Pau. de Cast. cons. 100. in causa, col. 2. uolum. 1. Barto. in.l.4. in.§. hoc autem iudicium in 5. oppo. ff. de dam. insec.

48 Et obiter nota † quòd iuridicus Alexandrinæ ciuitatis, de quo etiam in.l.i. & 2. supra ti. proximo, & in.l.i.C. eo. & in l. thays in.§. lucia titia. ff. de fideicom. lib. tradit Albe. in dictio. suo, iuridicus nil aliud est quàm magistratus ejusdem, quasi ius dicens, à iure dicundo sic primum appellatus, ut alibi ius dicens, in.l.i. inf de iu. o. iud. & forte erat præfectus Augustalis. l.i. ff. de offi. præfec. Augusta. Et signanter in.d.l.2. ff. de offi. iuridi. Alex. dicitur, ei oratione diui Marci, dationẽ tutoris concessam fuisse, & cum de Antistite ibi nihil dicatur, si sic ĩtelligamus d.§. nos autem, fateri oportebit, iure nouo inductum fuisse.

Vltimo format contra tex. glo. fortissimam oppo. quòd immò nec possint delegari, competentia iure magistratus, quia uidemus, non constit uuntur loci seruatores, de quibus in .§. eos autẽ
49 in authen. de mã. prin. † & in.§. nulli, in authen. ut iudi. sine quoquo suf. & in prin. ut nulli iudi. eo. lib. Et respondet, quòd aliud est causam committere, seu delegare, & aliud loci seruatorem constituere, quòdq; hi constituebantur ad crimina exploranda, ut ea Præsidi referrent, & quod deniq; prohibitum hoc ipsum non ab re fuit, quia plerunq; sub uelamine boni &c. ut hypocritæ, multa mala faciebant. l. illicitas.§. ne potentiores. l. obseruandum, & utrobiq; not. ff. de offi. præsi. Quæ solu. confunditur, secundum Alexan. per tex. in.l.i. in.§. curatoris. ff. de offi. præfec. ur. & in.l.i. C. de curio. & stationa. lib. xii. & benè quia ibi dicitur, quod stationarii milites disponuntur ad tuendam populariũ quietem, & ad referendum præfecto urbis, quid ubiq; ageretur, adeo ut ridendus sit Cur. hic, num. 58. quo modo uelit, ꝙ in loci seruatoribus, ille tex. loquatur, deq; his etiam in.l. limenarchæ. ff. de ser. fu. & Limenarchæ à stationariis solum differebant, quia locis Maritimis præerant, non à limine dicti, ut Accur. sensit sed quia limen Græce, Latinæ portus dicitur, & est dictio mere Græca, & Limenarchæ scribi debet, non Liminarchæ, stationarii uero, qui in locis hostium finitimis, stationes agebant, nec isti prohibiti esse uidentur.

Secundo respondet Bart. hic num. 7. quod.d. contrarium loquitur in latronibus, qui prouinciam spoliabant, & hi prohibiti sunt, delegatio autem in casu

nostro

nostro permissa, adhuc non tuta, quia indubitatum est hoc hominum genus prohiberi, uulga.l.congruit.ff.de offi. p̄si.nec potest dici probabiliter, quòd in eis verbum hoc, loci seruator.ullo modo uerificetur,& dubitatio est, an possint loci seruatores constitui.

Vnde Pe.dicebat aliter, & tertio, quòd d.§.eos decisio, debet intelligi quando præses uolebat sine causa recedere, & aliquem relinquere, qui generaliter prouinciam regeret,& moderaretur perpetuo, quo casu non est sibi permissum sed quòd deleget causam, donec reuertatur, sic. Quæ solu.etiam confunditur,quia præsupponit, quòd cum causa posit,& malè,vt ibi probatur, dum dicit Imp.eos autem, qui loci seruatores uocantur,dare iudices in ciuitatibus prouinciæ,cui præsident, omnibus interdicimus modis.

Quarto respondet idem Alexand. ꝙ generaliter causæ delegari possunt, sed non generaliter absq; impedimento,loci seruator constitui, & ipsius regimen sibi ex toto committi, quæ ferè eadem est cum solu.Pe.& pari modo cōtra tex. in.d.§.eos. Vnde uidetur mihi ultimo loco,commode posse responderi, competentia iure magistratus delegari, quia personæ industria electa non est, & qa lex non resistit,ut hic loci seruatores cō stitui,ibi autem sic,&nō ab re dicit imp. in loco ad idem allega.supra ut nulli iudi.in prin. eo. lib. quia diuersæ læsiones ab emissis Vicariis (nota quòd loci seruatores Vicarios appellat)nostris subiectis inferri,semper inuenimus,& cōsidera quòd sunt uerba prohemialia, ex quibus finalis intentio disponentis elicitur l.fi.ff.de hæ.insti. quòdq; paulo post dicit, sancimus nullam licentiam habere, sicuti in.d.§.eos,omnibus interdicimus modis, & quòd deniq; termini nō sunt pares, quoniam loquitur in maioribus magistratibus, præfectis prætorio scilicet,Illyrici,& Orientis,Comite largitionum,& similibus: nos uerò, in magistratibus municipalibus, deq, causis iure magistratus competentibus, igitur nihil ad propositum.

Modò ex ordine, capio glo.fortissi-
50 mum, ex qua primum habes, † quòd monosyllaba si, interdum ponitur pro quia,& sumi potest argumentum à contrario,ut hic,quoniam causa finalis,qua delegatio fieri potest, est absentia, ergò hac cessante,cessabit effectus, quia delegatio fieri nō poterit.l.adigere.§. quàmuis .ff.de iu.pa.l.generaliter .C. de ep. & cle.c.cum cessante,de ap. & ita transit ēt Bar.hic. Sed hanc expositionem mordet Imi.quia repugnat naturæ.d.dictionis,conditionem importantis,& habentis se ad esse & non esse .l.i.ff.de condi. & de.l.cum ad præsens.ff.si cer.pe.ubi aliàs si exponatur pro quia,adiicitur orationi certæ.l.uideamus, in prin. ff. de in lit.iu.l.titium.§.à matre.ff.de admi. tu.l. quicunq;.C.de ep.& cle. quia igitur magistratus proficisci potest, & non proficisci, stabit proprie,& non pro quia exponetur. Verumq; est,& ipse met Iuriscon.declarat,quando dicit, non aliter itaq;mandare poterit,quàm si abesse cœperit, fateor tamen quòd argumentum sic posit formari,& ut dicebam aliàs, ꝑ locum à cessante causa, exemplum,causa ob quam fit delegatio,est absentia,absentia cessat,ergo delegatio fieri non poterit, sed non, ut dixi, quòd hic exponatur si,pro quia.

Replicant Moder. Bononien. quòd immò absentia certitudinariè præsuponitur hic,& non est uerum,directòq; uerba legis repugnant, ea de re transeo, & ab eisdem ego quoq; non recedo,vulga.l.nō aliter.ff. de leg.3. & ita istum tex. intellexit Bal. à nobis etiam supra citatus in.l.dictam legem,colum.i.C.de cō dic.ob cau.

Sed ultra Docto.moueo difficultatē, quòd hæc dictio potius, cùm in lege reperiatur apposita, facti contingentiam notet,quàm importet cōditionem, nec posit sumi argumentum à contrario .l. si ultra.C.de decu.lib.x.Solu.id est,quia resultaret absonus intellectus, si minor annis septuaginta non excusaretur, dū modo sit sexaginta maior, ut ibi Bald.

declarat, probando etiam, quod non ponatur pro quia, ex quo causa est de præterito, nec pro quàmuis, quoniam aduersatiua non iungitur uerbo futuri temporis, & ut per eum latius. Nec alibi ultimo loco adhuc, conditionem importat, in .l. muto, in .§. 1. ff. de tute. & tamen dictum est, tutorē do, si satisdederit, sed admonitionem quandam potius, quoniam à contrario erit tutor datus, quàmuis non satisdederit, & pro solu. dici potest, id etiam esse, quia dictio si adiicitur actui, qui tacite inerat. l. quodcunq; .§. non solum, & ibi Imo. ff. de verbo. ob.

Secundo habes ex gl. quòd quandoq;
51 † dictio si, ponitur pro quàmuis, nihil allegat, nec determinat, an argumentum à contrario sensu tunc sumi possit, ideo ut dicit idem Rimi. optime facit text. iuncta glo. in .l. fi. C. de liber. & eo. libe. et in .l. unum ex familia, vltra eum, in .§. sed & si fundum ad fi. ff. de lega. 2. & in .l. qui uniuersas, in .§. i. ff. de acqui. po.

Sed non hic ita capitur ex supra dictis, & minus potest argumentum sumi quando ponitur hoc modo, quoniam eius natura est implicare, & multo magis quidem in casu contrario, exemplū, si emancipatus ad successionem patris admittitur, idest quàmuis admittatur; multo magis admitti debet filius, in potestate retentus .l. quàmuis, & ibi not. ff. solu. ma. & uirtualiter hoc nihil aliud ē dicere nisi arguere de minori ad maius affirmatiue, & ualet argumentum c. cū in cunctis, de elec. authen. multo magis C. de sacrosanc. eccl. sed non quòd à cōtrario (vt dictum est, nec sine ratione) sumi possit, & sic in hoc quoq; est opi. Rimi. subscribendum,

Tertio habes, ex glo. si in ui conditionis ponatur hæc dictio, quòd argumen-
52 tum sumi non potest † & malè, ac contra tex. istum, deducendo ut supra & probatur etiam in iuribus hincinde allegatis, ac ad materiam maxime facientibus & potissimum in .l. si post mortem, in .§. fi. ff. de lega. i. & in .l. aliquando, cum similibus, de quibus hic per Ias. ff. de condi. & de.

Et propterea forte melius est dicere, ut quarto loco dicit, si in ui. conditionis rursum ponatur, quòd argumentū non sumitur propter absurdum. l. 2. C. de cōdi. inser. cuius inductionem, & si ex pluribus nitatur hic Deci. impugnare, clara tamen est, & optime probat ipsius glo. intentionem. Nam pater instituta filia reliquit legatum ad idē certam, eiq; præcepit, si à marito non diuertisset, ut legatario caueret, ipsa hoc idem facere recusabat, quia à contrario si sub conditione diuortii sibi istud præcepisset, parata etiam diuertere, ei remitteretur cautio. l. sed neq; .ff. de usu & habi. l. reprehendenda. C. de insti. & male, quoniam sub possibili & honesta conditione instituta est, si non diuertisset, edicti formam habemus, sic iubentis; in. l. i. & toto ti. ff. ut lega. no. cauea. d. casu autem sub turpi, & non debet sumi argumentum à cōtrario, quoniam prauus intellectus, ac contra legem resultaret, & per absurdū foret quàm maximè, edicti præallegati formam negligere, non obtemperando uoluntati patris, & diuertendo, ergò omnino tenebitur, & hac inductione stante cessabunt omnes scribentium nugæ, & præcipuè Decij ut supra uerissimusq; est illius literæ sensus. Adde Bal. in .l. obseruare in .§. proficisci, colum. 3. ff. de offi. procon. Item si resultet absurdum, quòd argumentum non est nec probabile, nec necessarium, ut in. d. l. 2. aliàs sic, si in ui conditionis ponatur, ut hic, per quæ duo iura post Cy. in .l. conuenticulam. C. de ep. & cle. ita etiam dicit idē Bal. in .l. qui testamento, in .§. mulier. ff. de testa. Et deducit etiam sic posset, ualere, quando sensus contrarius stare non potest cum sensu expresso, hoc addito semper, si non resultet absurdum, ut per Stepha. Fede. in tracta. de int. iu. colum. 120. parte 2.

Sed contra, quòd immò ualeat argu. etiam quòd absurdum resultet, de. l. diuus. ff. de offi. præsi. ubi si nulla sit suspicio, Aelium priscum matrem interfecisse, pœna dissimulanda est, ergò à contrario, si sit aliqua punietur, & tamen nemo

mo suspicionibus damnandus est .l. absentem. ff. de pœn. Pro sol. dici potest, vt per Alb. in. d. l. diuus, quod factum certum erat, & sic potuit damnari, nec absurdũ resultabit, & homicidium formale, ac causale appellabitur, quando apparet, quod idem fecit dissimulato furore, aliàs autẽ formale tantum, vt per Bal. consi. 384. statuto ciuitatis, col. i. uol. 5. & quoniã pleni sunt libri, omnesq; ita transeunt, quod in lege sumatur, nisi resultet prauus & absonus intellectus, non insistam aliter restat solum uidere, an alio casu locum habeat, quàm isto, si absurdum non resultet.

Et breuiter dicendum est, quod sic, maximè in ultimis † uoluntatibus. l. aliquando
53 do supra allega. etiam. ff. de condi. & de. l. si legatum pure. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. & quia (vt dicit Ias.) si locum habet etiam in contractibus. l. inter socerũ §. cum inter. ff. de pac. do. multo magis locum habebit hoc casu. l. in testamentis, de reg. iu. c. cum dilecti, de dona.

Quòd tamen uerum non uidetur, quia tex. in. l. 2. C. de condi. inser. loquitur in ultimis uoluntatibus, & nihilominus non sumitur.

Sol. non sumitur, quia (vt dictum est) resultaret absurdum, addo nouissime ad idem, quòd ver. si. ibi, aliam quoq; interpretationem habere uidetur, non sumi, quia sic negligeretur forma edicti, positi in. l. i. ff. ut lega. no. ca. nec uoluntati testatoris obtemperaretur, qui iussit caueri, si à uiro non diuertisset.

Ob. etiam text. in. l. reprehendenda. C. de insti. & clarior in. l. neq; . ff. de usu & ha. ubi legatus est mulieri vsus ædium, si à uiro diuertisset, nec propterea argumentum à contrario sumitur, si non diuertisset. Pro sol. dicendum est conditionem, ueluti contra bonos mores, et d. casu remitti, perinde ac si scripta non fuisset, & sic quòd legatum consequatur, quo fit ut nec mirum sit, si aliter nõ sumitur. l. eius qui in prouincia, cum similibus. ff. si cer. pe.

Ob. rursum, quia si testator dixerit, instituo filium meum, & si sine liberis decesserit, substituo Titium non propterea à contrario, si cum liberis decesserit, hi uidebuntur instituti. l. lucius, ubi gl. not. ff. de hæ. insti. Pro cuius contrarii resol. idem Ias. hic se remittit ad dicta per eum in. l. i. C. de pac. quæ ẽ, ut istud ideo sit hoc casu, quoniam filii in conditione positi, non sunt positi in dispositione, nec ad hæreditatem consequenter uocati, & ita glo. in. d. l. lucius, communiter intelligitur, & ab omnibus ferè seruatur in practica. Sed ego dico aliter, quòd argumentum à contrario, dicto casu sumitur sic, substitutio facta est, si filius sine liberis decesisset, ergò non à contrario locum habebit, uel admittetur substitutus, si cum liberis decedat, quicquid postea de illis contingat. l. cum uxori. C. quando di. le. ce. l. si quis hæredem. C. de insti. & in terminis in. l. ex facto, in. §. si quis autem. ff. ad treb. declarat Old. consi. 21. thema tale est, num. 1. & 2. Et ad idem quoq; induci potest tex. in. l. ex facto etiam. ff. de hæ. insti. ubi testator, relicta parte uacua, dixit sic, si Seius (quem tamen non instituerat) mihi hæres non erit, Sempronius hæres esto, & tamen à contrario, si hæres esse uoluerit, non admittetur ad portionem uacantem. Soluit Ias. hic, & regulam limitat, quòd cum sint uerba priuatiua in. d. loco, argumentum à contrario sumi non debet quasi dicat, quòd ex eis non resultat habitus, ut per Bal. in. d. l. 2. C. de condi. inser. & Ancha. in. c. i. colum. 317. de consti. tamen aduerte, quia esto quòd dicat Aristonem, Iabolenum, Pomponium, & Arrianum ita tenuisse, quodquè eo iure usi fuerint, non tamen sine ratione Pegasus forte contrarium uerius existimauit, ad portionem uacantem scilicet, admitti debere. Ideo solue tu aliter, quòd id ea ratione, proditum sit, ex quo inducta ad odium non debent in fauorem conuerti, sicuti nec è contra. l. quòd fauore, ubi idem Bald. signanter, colum. 2. C. de legi. & est simile, quia si mulier crimen Lenocinij ad exclusionem obiicit, non propterea adulterium confitetur, ut adhuc dicit in. l. cum mulier col. 13. ff. solu. ma. Sol. rur-

fum nec tutæ, nec generalis.l. cum ex oratione, in fi.ff.de execu. tu. idem Bald. in.d.l.quod fauore, colum.pe. Vera igitur est, quod cum pars uacua relicta fuisset non potest dici sibi data, nec in ea institutus, ergo etiam quòd uelit, non admittetur à contrario, ad. d. partem uacantem, admitteretur autem si sibi relicta fuisset.l.cum proponas.C.de hæ. insti.ergo.

Vltimo ob.text.in.l.titia in.§.fi. ff. de ma.testa.ubi in testamento Onesiphoro seruo libertas relicta est his uerbis, Nisi orationes diligenter excusseris, liber ne esto, idest non esto liber. & tamen à contrario, etiam quòd diligenter rationes excussisset, non propterea erit liber. Soluunt omnes Ias. hic & Deci. in .c. i. colum.7. de proba.& Bal.ante eos, in.d. l.2.& Ancha.in præallega.c. i. de consti. quòd illud ideo est, quia uerba negatiue proferuntur, ex quibus non resultat affirmatio, nec sui natura aliquid noui inducunt, alias prolata ad diminutionem operarentur augumentum, & inducta ad tollendum, assumerentur ad dandum, & male.l.legata inutiliter, cum similibus.ff.de lega. i. nec aliter dici potest, & in simili arguit Ias.in.l. Iulianus uerum debitorem, colum. 6.ff.de condic. inde quòd actus agentium non debet operari contrarium eius, quod quis agere intendit, etiam quòd verba contrarium innuere uideantur, signanter per per tex.in.d.l.titia, aliquid in.d.l. legata inutiliter, colum.2.multa Alb.in dictio. suo, in verbo nisi feceris, nonnihil Alex. in.l.si eum in.§.qui iniuriarum, col.3.ff. si quis cau.melius Bal.ibidem, col.2.& ẽ ad.d.§.titia, intellectus, quoniã alibi sũt uerba negatiua, & tamen à contrario ex eis arg.sumitur, & inde resultat affirmatio, & præsertim in materia, in.l.ex eo.ff. de testi.& in.l.qui testamento, in.§. mulier.ff.de testa.& susius, ut hic per Mod. Bono. non tamen scopum attingentes, quo ad.d.§.titia, inquit ergo Bal.in loco palleg. ꝙ quando præcedit oratio negatiua potentiæ, dictio nisi, ponit potẽtiã id est, non sis liber, nisi rationibus diligenter excussis, hoc idẽ fecisti, liber non es (uult dicere Iuriscon.) sed potes benè ad libertatẽ perduci, & de materia aliàs in.l.actione.C.de trãsac.& fuit Lamber. de Saly.discipuli Pe.quem ipse met Bal. refert, & postea improbat, ex quo repugnat uerbis ibi positis, quæ sunt, Respõdeo, ex his libertatem adimi potius quã dari, & est verum. Ideo dicendũ est, vt supra & amplius, quòd cùm his quinq; casibus limitetur regula, in non exceptuatis firmabitur.l. quæsitũ .§. deniq; .ff.de fun.instruc.cum uulgarib. Sed adhuc cõtra, quia si pater senex fecit testamentũ, & filium instituit, dato sibi cohærede, & sub conditione quidem si ipse filius negocia patris ꝑcurasset (egebat enim seruitiis ipsius, forte ob senectutem) non propterea uidebitur tacite exhæredatus sub contraria conditione, si negotia paterna haud procurasset .l. si pater. C. de instit.

Sol. illud ideo est, quia exheredatio expresse fieri debet, & quia est forma data à lege, à qua non est recedendum l.nemo potest .ff. de lega.i. & quia sicuti expresse fit institutio .l. iubemus .C. de testa. ità expresse (vt dixi) debet fieri exhæredatio .l. Gallus .§. in omnibus .l. inter cætera .ff. de libe. & posthu.& quia nunquam silentium exhæredationem operatur, & latius ut per Bal.in.d.l.pater, col.7.

Secundo locum habet argumentum
54 à contrario † etiam in contractibus .d.l. inter socerum .§. cum inter .ff. de pac. do. quem text.signanter, & ad idem inducit etiam Bald. in .l. uenditi actio. C. de ac. emp. clarius in authen. sed & si quis, in 5. colum. C. de secun. nup. hoc modo, quotiens prouidetur in uno casu, in eius contrario, uidetur prouisum totum oppositum, Vnde si pactum factum sit de dote restituenda. non extantibus liberis, in casu opposito prouisum uidetur, quod extantibus retineatur, & idẽ dicit in.l.dos à patre, in princ.C. solu. ma. & in .l. post dotem, in repe.colu.i.ff.co. & maximè si casus tacitus habet in se contrariam rationem

tionem expresso; quia tunc à contrario sensu, de ipso dispositum esse uidetur, inquit adhuc in .l.3.in fi.C.de insti.& ad propositum, adeo uerum est istud, ut non uideatur omissum illud, quòd includitur à contrario sensu .l. si cum dotem, vbi idem Bald.formaliter, colum.2. ff.solu.mat.& quamuis text. in materia præcipuus in .d.§.cum inter, loquatur in pacto, quod adhuc etiam Bald.astruit in statu. in.§. argumentum à contrario, versi.2. nihil est tamen, quoniam pactũ etiam contractus est.l.i.ubi glo.ff. de ac. & ob.l.i.§.adeo.ff.de pac.not.in.l.si quis maior .C. de transac. & ita transit etiam Ias. hic pulchre, Alexand.consi.129.puto de iure, in prin.uolum.2. Anch.consi. 161.super prædicto, colum. 2. & Ro. consi.399.ut præsens, colum.i. uel dic, quod in stipulatione etiam intelligatur l.unica in prin.C.de rei vxo.ac.Bal. in.l. quod fauore colum.pe. C. de legi. l. bebius .ff. de pac.dota. & iudicio meo nec istud dubium habet.

Verum uidetur mihi quòd ob.tex.in l. si mulier .C. de iu. do. ubi stipulatio mulieris, concepta in casu testati, non præbet uiro retentionem dotis à contrario, in casu intestati, & sic duo hæc iura pugnare uidentur in.d.l.si mulier, & in d.§.cum inter. Sol. si uerba apponantur per modum conditionis, tunc argumentum à contrario sumitur, & ita loquamur nos, si uerò per modum modi, uel causæ secus, & hoc pacto procedat contrariũ vt ibi not.&bene.Ob.rursum tex. in.l.Beblius.ff.de pac.dota. quæ signanter loquitur in contractu & tamen in eo arg.non colligitur, & dicit alibi Bald. in loco infra allegando, ꝙ est difficile contrarium.

Sed pro solu. responderi potest, ꝙ ibi conditio est apposita non respectu liberorum, ut supra sed mortis simpliciter & diuortii, quo casu arg. à contrario non sumitur, aliàs autem sic, ut in .d.§. cum inter.uel & aliter, ut per eundem Bal.in.d.auth.sed & si quis, colu.6.C.de secun.nup.latè consi.477.punctus, col. 4.uol.4. Vltimo ob.q̃a adhuc in casu.d. §.cũ inter, qui (vt dixi) in materia est ꝑcipuus, stipulatio fauore patris ordinata in casu non existentium liberorum, ad eius læsionem retorqueretur, ex quo à contrario si existãt liberi, dotem non lucrabitur, & male .l.quòd fauore.C.de legi.

Solu.clara est, ut ibi per Bal. in fi. Et si obiiceretur rursum, ꝙ in contractibus omissum habetur pro omisso.l. quicq̃d astringendæ.ff.de verb.ob.Bal.cõs.251.cõsiderandum in prin.uol.2.Et ꝙ uerba in eis propriè debent intelligi, cum tamen arg. à cõtrario sit intellectus subauditus ut supra loco suo dictùm fuit.Respõdebo quod immò non uidetur omissum illud, ꝙ sic colligitur.l.si cum dotem.ff. solu.ma.& ꝓxime declarauimus, quodq; hoc idem operatur identitas, seu maioritas rationis in casu contrario, arg. in.l. si extraneus.ff.de condic.ob cau.Et breuiter dici potest, si in lege habet locum, & sumitur, ut hic & in ultimis uoluntatibus, ut supra quoniam uoluntas testatoris lex etiam dicitur.§.disponat, in authe. de nup. ꝙ locum habeat his nõ ob. & iam sublatis, & ẽt in contractibus, & nouissime quoniã contractus pariter ex conuentione partiũ, legem accipiunt .l. legem.C.de pac.l.i.§.si conueniat.ff. de po.not.in.l.contractus.ff.de reg. iu.

Tertio & ultimo (alia.n. uidebitis uos) locũ habet ẽt arg.à cõtrario, & sumitur
5 in statutis † vt concludunt omnes communiter post Barto.hic in fi.& in.l. omnes populi in 6.q. prin.ff.de iusti.& iu. Et nimirum, quia etiam statutum lex est, & iuris communis pars .d. l. omnes populi .l. saecularii .§. sunt quædam .ff. de extraordi. cri.c.certificari, de usu. Ancha.in.c.canonum statuta colum.122.de consti.& latius 203.melius Abbas in disputatione stante statuto, colum.i. & in specie Ro.consi.399.vt præsens, citatus etiam supra in princ. sed in lege locum habet, ut hic probatumq; est satis, ergo. Et quàmuis eiusdem uerba strictè, & proprie intelligi debeant .l. fi. C. de his qui ue. æta. impe.l.3.§.hæc uerba, & ibi Bar.ff.de nego.gest. idem Barto. in.l.

l.1.in §.i.ff.de fon. Ias. in authen. si quis in aliquo, in 3.colum.C.de eden.Bal.consi. 491.uisa petitione, colum.i.uolum.3.attamē(vt dixi in not.)rationabili acquiescit interpretationi, ut etiam contractus nec repeto, colligetur sine dubio argumentum à contrario, nec natura statuti repugnabit, præterquàm in casibus, de quibus hic, per Docto. si aliàs quo ad dispositum foret à iure prouisum, si subauditus intellectus prohiberetur per aliud statutum, aut diceretur ad literam intelligi debere uerba prout iacent, vel per argumentum à contrario statuentes inciderent in pœnam, aut corrigeretur ius commune, & ut per Docto. fusius, q. casus confirmant regulam .l. quæsitum .§. deniq; .ff.de fun. instruc. sicuti excepti proxime etiam in contractibus, & ultimis uoluntatibus, nouissimè addentes ultra dicta aliàs, quòd immò quàmuis statutum dicat, verba intelligi debere, prout iacent, literalis intellectus, etiam ciuilem interpretationem patietur ex parte formæ, materiæ, statuentis, & utentis, ut pulchrè per Bald.consi. 460. Ioannes, col.2.uol.i.

Et si in statutis locum habet, & sumi
56 tur, non est ratio † cur non etiam sumatur in sententia.l.pomponius.§.sed & is .ff. de procu .l. si inter me & te .ff. de excep.rei iudi. & præcipue propter similitudinem, quæ est inter hæc duo .l.i. C.si plu.una sen.& idem in rescriptis.l.si procuratorem.§.ignorantes, &ibi gl.ff.man. late Ro.consi.præallega.399.colum.i. & Ias. hic, ubi idem adhuc dicit etiam in mandatis.l.cum qui.§.i.ff. de acqui. hæ. & benè.

Adde, ad statutum redeuntes, quòd cum sit tacita conuentio, æquiparatur
57 pacto, in pacto† habet locum argumentum à contrario d.l.inter socerum .§. cū inter.ff.de pac.do.ergò &in statuto, Bal. in.l.si cum dotem, in prin.colum.3.ff.so. mat.

Secundo adde, quòd idem in sententia dici potest, quoniam eius uerba, semper sunt ponderanda, vt uerba contractus, idem Bal.in.l.ab executione, colu. ult.C.quo.ap.non re. qui hæc de re dicit etiam in.l.eos, in.§.ne temere, in 2.quod condemnatoria generat quasi contractū absolutoria uerò, quasi distractum, post Cy.ibi, & benè.l.3.§. idem scribit .ff. de pecu.

Tertio adhuc, & quo ad statutum adde, quòd commune dictum Barto. in .l. quòd constitutum .ff.de mili.testa.& de quo etiam supra debet intelligi uerum maxime si sit contra ius commune .l. q uero contra.ff.de legi.l. in honorariis .§. sed cum rescissa.ff.de ac.& ob.Albe.in.i. par.statu.q.2.item quæritur, in prin.Bar. consi.113. processum est, colum.2. & ita esset transeundum.

Verum pro complemento aduertendum est, quia ut inquiunt Cur.& Clau. Seysel.hic, uideretur dicendum, quòd immo solum in lege sumi possit, non etiam in aliis dispositionibus, quia ipsamet tenetur prouidere omnibus casibus expresse, uel tacitè .l. non possunt ff.de legi.ea ratione fortè, ne si eueniant maneant & reperiantur indecisi. l.fi. C. de consu.lib.x.l.2 §.quintus.C. de uete. iu.enu.Bal.consi.365. statutorum, colu. 2.uolum.4.homines autem non ex quo semper casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis .l. commodissime.ff.de libe.& posthu. l. si cum dotem ff.solu.ma.l.si extraneus.ff.de condic.ob cau.Bar.in.l.Cæsar in repe. colum. 9. ff. de publica.& in.l. Gallus plene in .§. & quid si tantum.ff.de libe.& posthu. Corroborabam ego aliàs istud à simili, quia uidemus quod lex etiam semper loquitur, & est in uiridi obseruantia.l. Arriani C.de hæ.homo uero semel tantum .l. si ita.ff.de au.& ar.le. quodq; natura legis est pariter dare formam futuris negotiis hominis uero, præsentibus & præteritis l.leges.C.de legi.§.disponat, in authen. de nup. & quod deniq; mitius agitur cum lege, quam cum homine .l. celsus, uulga.ff.de arbi.Barto.in.l.amplius non petitum.ff.rem ra.ha.ergo nec mirū hoc casu quoq;, ut actus legis, distinguatur à facto hominis, si in lege sumitur, sumiq; debet, non etiam in aliis dispositioni-

nibus. Et stringunt, tamen non discedo, ego à communi sententia, quia in ultimis uoluntatibus est casus clarus in d.l.si legatum pure, cum similibus, ibi perinde est, ac si sub contraria conditione datum fuisset, quibus uerbis tollitur impugnatio Cur. Decii & Clau. quod id sit uirtute primi legati, eoq; magis, quia iam fuerat sub conditione ademptum, nec facit, quod sic inducta ad diminutionem, operarentur augmentū, contra regulam.l. legata inutiliter .ff. de adi. le. quia hoc contingit ex defectu cōditionis, quod esse non potest, nisi per argumentum à contrario, ex quo legatum sub contraria conditione legatario relictum uidetur, nec inconuenit, ut ex multis ostendit Ias.in.d.l.legata.

Probat etiam in contractibus optime text. in .d. §. cum inter ibi id actum inter contrahentes intelligi debet, ut liberis superstitibus, dos retineatur, quod non aliter intelligi potest, quam per argumentum à contrario.

Nec ob. ut prædicti dicūt, quod illud ideo sit potius, quia pactum in sensu directo, nihil poterat operari, ex quo omnino liberis non extantibus, dos ad patrem reuertebatur, quia hoc idem est cōtra uerba tex. recitata ut supra nec est curandum, etiam quod pactum ī sensu directo nihil operetur, quoniam non corrigitur ius commune, qua ratione sumi debeat, ut hoc idem eueniat, quemadmodum in statuto Florentino inquit Cy.in.l.conuenticulam .C.de ep.& cle. Ias. hic plene col.12.& nos in textua. prætere a tolerabile est, quod sit superfluum potius, & nihil operetur, quam quod filia, seu eius liberi indebite damnum patiantur .l.fi.§.in computatione.C.de iu. deli. uel dicamus operari satis etiam in sensu directo, quoniam ius commune confirmat.l.dos à patre. C.solu.ma. arg. not.in.c.i.de consti.in.6.& sufficit, qđ detur aliquis effectus operatiuus.l. si quando.ff.de lega.i.in simili Ro.i.l.si cum dotem in prin.ff.solu.ma. Vel quia uirtute pacti, gener efficacius ī casu deficientiū liberorum, erit obligatus ad restitutionem dotis. Nec in sententia negari potest, quod dicitur in.d.l.Pomponius ibi,

„ Nam cùm iudicatur rem meam esse, si-
„ mul iudicatur non esse illius, & si insurgāt isti adhuc, quod hoc ideo sit potius d.casu uirtute cuiusdam necessariæ consequentiæ, ex quo duo, uno eodemq; tēpore in solidum, eiusdem rei, domini eē nō possunt.l.si ut certo.§.si duobus uehiculum .ff.commo.l.3. §. ex contrario .ff. de acqui.po. Respondebo, ꝙ ista consequentia necessaria erit ꝑ locū à cōtrario deducēdo sic, statim ꝙ iudicatur, rem esse meam, simul iudicatur non esse tuam à contrario, aliàs tu & ego essemus eiusdem rei domini, uno eodemq; tempore quòd non est dicendum, & sic non obstabit.

Indubitatumq; uidetur in rescriptis,
58 † ut in .d.§. si ignorantes, citatus etiam per glo. infra in uerbo non aliter, ponderantes adhuc, quòd dicit Iuriscon. si sciētes omiserint ap. auxilium, quòd ignorantes à contrario excusantur, quòdq; non tenentur actione mandati.

Nec ob. quòd illud sit ex communi regula, qua scientes obligantur, non e-
„ tiam ignorantes .l. generali, ibi scientiā
„ non ignorantiam, uolumus obligari. C.de tabula.lib.x. quia si id est ex .d. regula communi, satis fuisset mentionem facere de scientibus, uel dicamus, ꝙ.d. regula faciat deducendo, ut in simili supra quòd per argumentum à contrario ignorantia excusetur, si scientes ap. omiserint, quoniam regulare est, ut scientes non etiam ignorantes obligentur, & sic omnimodo à contrario sumetur argumentum.d.casu.

59 Nec secus ultimo loco † in mandato probat text.in .d.l. cum qui, ubi pater scripsit filio, si hæreditas esset idoneam, ipsam adiret, ergo à contrario quòd nō adiret, si ergo adierit, patrem non obligabit. Opponitur & ad istud quoq; ꝙ non sit, per argumentum à contrario, sed quia non dabuit egredi mandati fines.l.diligenter.ff.man.c.cum dilecta, de rescrip. sed dici etiam audacter potest, ꝙ immò est.d.modo sumendum argumē-

tum, quòdq; patrem non obligauerit, ea minus idonea reperta, ex quo mandati fines egressus est, quasi ratio rationis sit hic,& in iuribus proxime allega. in simili ad idem tendentibus.

Immò quòd arguunt,nec in lege sumi posse, ex quo solum regulam negatiua m speciali casu absentiæ limitat. Et si sumeretur,esset ultra ipsius legis intentionem, contra.l.non omnis.ff.si cer.pe. uidereturq; uoluisse se incōtinenti corrigere,non dicendum.l.non.ad ea .ff. de cond.& de. & quia inducta ad unum finem, non debent operari contrarium, uulga.l.legata inutiliter.ff.de adi. le. adducta etiam supra. Et adhuc malè,ac contra istum tex.ibi,huius quoq; rei fortissimum est argumentum & ibi,non aliter itaq; mandare poterit, licet ergò in casu absentiæ limitauerit regulam, non est propterea quòd arg. non sumatur in lege Iulia de ui à contrario, quia non delegabitur, nisi quàm primum absuerit præses,& is cui contigerit exercitatio etc.& hoc modo non erit ultra legis intentionem sic declaratum, & minus uerum.quòd uideàtur voluisse se incontinenti corrigere,somnium enim est istud dicere,quia incontinenti se correxisset, quando dixisset causas meri imperii posse delegari in casu absentiæ, & postea non posse d.l.non ad ea, non quòd possit,quàm primum abesse cœperit aliàs, non,ex quo tollitur etiam regula d.l.leta inutiliter,quoniam esto pariter quòd intendat speciali casu regulam limitare causas meri imperii mandari posse, non propterea contrarium operabitur, ex quo(vt dixi)eam declarat, immò probat, per argumentum à contrario sumptum,ex lege iulia de ui, hoc idem fieri non posse,nisi quàm primum abesse cæperit, & certe Iuriscon. sensus peruerti non facile potest.

Nec ob. modo argumentum principale, quia respondet postea idem Cur. sustinendo communem, quòd cum uoluntas testatoris sit lex, & contractus etiam ex conuentione partium legem accipiunt, idē sensus capi debet in aliis dispositionibus,ut in lege. Et iudicio meo satis leuiter,& maxime quia in mādatis & rescriptis, non procedit hæc solutio. Igitur dic tu, responderi posse, & dici probabiliter, uerum esse, quòd lex omni casu prouidere teneatur, homines autem non, quanquam casus omissus dispositioni iuris communis relinquatur,sed falsum, quòd ob hoc arg. tantum in lege sumi posit, ex quo non est ex toto omissum illud,quod includitur à sensu contrario, ut iuris communis decisioni relinquatur.l. si cum dotē allega.sæpius, in princ.ff.solu.ma.& ibi Bal.colum.2.formaliter, aliàs nec sumeretur in statuto,quia sic etiam dicitur, q casus omissus ab eo; relinquitur dispositioni iuris communis, ut in locis supra allega.& in specie per Barto. in.d.l. Cæsar,& tamen sumitur, vt proxime dictū fuit,& communiter tenetur,ergò & pari modo in aliis dispositionibus. præterea casus omissus non dicitur qui, ex aliqua coniectura potest haberi pro expresso,Bal.in statu.in.§.argu.uers.2.sed argumentum à contrario,est ex coniecturis, ut dictum fuit supra & probatur in .l. apud antiquos.C.de fur.ergò non potest dici casus omissus, nec relinquetur dispositioni iuris communis, ergò etiam in aliis dispositionibus sumi poterit, & hoc modo oppositum diluetur facile.

In reliquis damnatur glo.quia lex iulia permittebat delegationem, ergò ex sensu directo non resultat quòd prohibeatur,ergò per locum à contrario eoq; magis,addas tu,quia si ut dicebam aliàs esset argumentum de similibus ad similia,non utiq; uerificaretur uerbum fortissimum, in tex.positum, ex quo illo nihil debilius est,data enim dissimilitudine corruit.c.per uenerabilem, qui fi. sint legi. & ibi not.pulchrè Bald. consi. 473.Reuerendissime,colum. 2. uolu. 2. Vnde dici,hac de re,etiam solet, quòd similitudo est mater falsitatis.c. sicut urgeri.i.q.i.quòdq; ratio ē efficacior, quæ est secundum uerba, quàm quæ est per similitudinem,quoniam fallax. d. c. per uenerabilem,tradit Stepha.Fede. de inter-

terpreta.iu. in ulti. par. fo. 198. & ut per Alexand.atq; alios fusius.

In glo.posſit, tria dicuntur, primo q̃ cauſa meri imperii, quæ ex ſpeciali per miſsione poteſt delegari, delegatur quo
60 ad cognitionem tantum †non etiã quo ad diffinitionem, & maximè ſi de ultimo ſupplicio agatur, aut membri mutilatione, & hoc ipſum probari uidetur potiſsimum, per tex.in ea allegatum, in §.ad hoc prohibemus, in authen.de collato.ubi iudices in prouinciis exiſtentes non poſſunt conſtituere loci ſeruatores ſicuti etiam dictum fuit ſupra antequã uero ueniant ex licentia Principis, vices agentes inſtituunt, qui uſq; ad ſui præſentiam, omnia agere poſſunt, quæ poſſunt & ipſi iudices, citra tamen (inquit tex.) nouiſsimum ſupplicium, aut membri inciſionem, per quem tex.ita dixit etiam glo.ſimilis in.l.aliquando.ff. de offi.procon.& in l.i.C.ut omnes iudi.tam ci.quàm mi.& Bart.hic num. 5. teſtatus amplius, iſtud communiter teneri, & obiter nota, de membri abſciſione dictũ eſſe ibi, q̃a etiam pœna capitalis appellatur, quamuis impropriè, vt per eundẽ Bart.in.l.2.num. 12. ff.de pub. iudi. & 8. in.l.imperium infra de iu.o. iud. & alibi ad.l.imperator ultimi ſupplicii mentionem facientem tantum ſupplet, vt in abſciſione membri etiam intelligatur, ibidem num.5.& quòd hoc ſit adhuc uerũ quo ad cognitionem tantum, tenuit quoq; glo.in.l.placet, per Alex. citata C.de peda. iudi.idem Cy. Ray. & Bald. poſt Barto. Et quia etiam hic exercitationis mentionem facit Iuriſcon. quæ nihil aliud eſt, quàm cognitio, immò præciſe in fi.ibi, cognitionẽ prætor, quã habet &c.& ex eo etiam, quia cognoſcere & diffinire ſunt diuerſa.c. cauſamq;, de reſcrip.authen.ad hæc.C. de iudi.l. à diuo Pio.§.i.ff.de re iud.Bart. in.l.ſi finita, in.§.iulianus in prin.ff.de dam. infec. ergo commiſſa cauſa, quo ad cognitionem tantum commiſſa uidebitur, confirmatur, quia delegatio, ſui natura, eſt dioſa, glo. in.c.i. de reſcrip. in 6. multa Alex.hic colu. 14.ergò debet fieri interpretatio, ut minus præiudicetur iuri cõmuni, quàm ſit poſsibile.l. ſi ſerui ueſtri C.de noxa. ad idem dici poteſt, quòd ſit etiã propter ſpecialem permiſsionẽ legis ex cauſa abſentiæ diſpenſatio.c.requiris.§.fi.i.q.7.quæ in dubio deleganti hoc unum tantum permittere uidetur l.ſi non lex ælia ſentia, & ibi Bal. not. ff. de hæ.inſti.Iaſ.in.l.moribus, colum.2.ff. de uulga.& pup.ſub. & quia deniq; exceptio firmat regulam in non exceptuatis caſibus .l. quæſitum .§. deniq; .ff. de ſun.inſtruc.quæ eſt, ut cognoſcat et diffiniat legatus Proconſulis. l. ſolẽt ſuprà de offi.procon. teſtatur glo.met, & delegatus pariter, ſi inſignis ſit latro, & periculoſum pœnam differre, ut infra ergo non alius, nec regulariter in caſu præſenti. Tamen opi.contraria, quæ fuit Guliel.de cu. uidetur uerior per text.noſtrum indiſtinctè, & generaliter loquentem, quòd cauſæ meri imperii non poſſint delegari, quod abſq; dubio intelligitur, nec quo ad cognitionem, nec quo ad expeditionem, ergo ſi ex cauſa abſentiæ, utique etiam generaliter intelligetur, & ſic in terminis regulæ, hoc modo reor ipſum argumentum deducere uoluiſſe, & benè, & faciunt quæ habentur in.l.nã quod liquide in.§.fi.ff.de.pe. leg. tradit Bar.&ibi ad propoſitum noſtrum clarius Ange.& Pau.de caſt.in.l.in his.ff. de legi.& ad idem allegat etiam tex. Guliel.in.l.fi.C.ubi ſẽ.uel cia.qui re uera, vt inquit idem Bart. Alexand. & Iaſ. non probat, ex quo loquitur in delegato Principis, immò quòd eſt etiam ſpeciale ibi, ex alio nec delegatum principis poſſe condemnare accuſatum, ſed abſoluere tantum, & ſic nullo modo faciat ad propoſitum. Cuius opi.uериſsima nihilominus ex alio comprobatur ultra text. noſtrum, quia abſentiæ ratio, quæ efficit, ut cauſa, quæ ſui natura indelegabilis eſt, delegetur tamen, ita militat, & conſiderabilis eſt in diffinitione, ſicuti in cognitione, ergo concludenter oſtendi nõ poteſt, cur non dicatur delegatio etiam abſolute facta, & præcipue, quia ſi ad cõceſsionem unius, expreſſe factam adhuc

concedi etiam ea tacitè uidentur, sine quibus cōcesſio expreſſa aliàs foret inutilis .l. 2.infra de iu.o. iud. multo magis uidebitur conceſſa diffinitio in delegatione cauſæ, quæ eſt conſequens neceſſarium ad cognitionem præcedentem, tanquàm ad neceſſarium antecedens, uulga.l. ad rem mobilem .l. ad legatum ff.de procu.l.illud.ff.de acqui.hæ.cum ſimilibus ſuſiusq; ueritas hæc patebit ex infra dicendis,& ſi licet nunc ulterius ꝓgredi ad idem, dicemus, quòd probetur etiam in.l.de qua re.ff.de iudi.allega.per Rimi.per quam ultra eum,ita ſignanter quoq; dicit I lo.in l.3. in .§.qui habet .ff. de ſerui. ruſti.prædio, & in fortioribus terminis quidem, quòd commiſſa cognitione, uidetur etiam commiſſa diffinitio, ergò multo magis facta delegatione ſimpliciter ex ſpeciali permiſſione legis, ne diminuta, ſed aucta potius poteſtas, ſibi data uideatur ut in ſimili dicitur in.l.placet.i. ad fi.C.de peda.iudi.

Conſiderando ultimo loco, uerba generalia fauore publicæ utilitatis, quæ eſt, ut delicta puniantur, reſtringi non debere.l.3.§.i.& ibi Barto.ff.ad Sylla. Et tenēdo ſic, facile contraria tollentur, nam ad tex.in .d.§.ad hoc prohibemus, dici poteſt, quòd illud ideo ſit, quia ut dicebat idem Gul.& And. de Piſis, iudex nondum habebat iuriſdictionem radicatam cum in prouinciam non dum ueniſſet, argumentum in .l. traditio .ff. de acqui. re.do.& in terminis probatur in.l. obſeruare in.§.fi.ff. de offi. Procon. (Quam ſolu.improbat Alexand.hic & poſtea in diſputatione Rex Aragonum in 2. dubio colum.3.eam tenere uidetur, uel in delegato loquatur, uel in ſubſtituto, ſubinde reſpondendo ad ver.ſed ſi quis, ibidem q̄ uidebatur obſtare, ut per eū. Breuiter mihi uidetur, quòd adhuc nō procedat, quia ſi eſſet uera, nec etiam alia poſſent agere, qui authoritate & licentia Principis inſtituuntur, antequā in prouinciam iudex deſtinatus ueniat, & tamen poſſunt exceptis caſibus, de quibus ibi, & in inductione dictum eſt ſatis, nec ob.text.in.d.l.obſeruare, quia uerum eſt id de iure digeſtorum; non autem nouo, & ſic nihil facit, & gl.met in.d.§.ad hoc ſentit in uerbo damus, & minus reg.l.traditio, q̄a nō eſt generaliter uera, ut ibi not.& ꝑ Dy.in reg.nemo de reg.iu.in 6.& pōt uideri in datione libertatis.l.manumiſſiones quoq; ubi gl. datio in fi.ff.de iuſti. & iu. & in Imperatore legitimante ut ibi per Docto. & in naturalibus, quòd Sol, in materia imprimit colores, quos tamen non habet, poſ ſunt ergo iudices uices agentes inſtituere, qui omnia agant, quæ ipſe iudex ageret, ſi (vt diximus) in prouinciam ueniſſet, exceptis &c. & propterea contrariū adhuc urget, & uera eſt eiuſdem Alex. reſponſio hic, aliis ſepoſitis, quòd probet potius contrarium, & ſic opi. iſtam Guliel. quia ſi exceptis ultimo ſupplicio, & membri abſciſione, omnia agere poſſunt, innuitur, omnes alias cauſas criminales etiam ſibi poſſe demandari. Dicerem ego aliter, quòd nihil faciat, quia non loquitur in delegato, nec in terminis paribus, an liceat cauſam meri imperii, prætextu abſentiæ, delegari, ſed ſpeciali quodam caſu, quo Principis permiſſione quid cum aliqua qualitate permiſſum eſt, ut hic, quòd indiſtincte ex dicta cauſa delegetur.

Non ob. quòd hic exercitationis, & cognitionis, mentio facta ſit, quia etiam diffinitio comprehenditur, ut idem Alexand.hic dicit, quia uerba ſunt in diſpoſitione legis prolata.l.3 .§. cognoſcit autem.ff.de offi.præfec. ui. & ſuſius ut per eum, & dato (ſubdit) quòd non probaretur hic, probatur tamen in.d.§. ad hoc prohibemus, Miror ego, quòd ipſe, & alii, in hoc tantum laborauerint, quoniam in inductione argumen. ſic dicere, nil aliud eſt, niſi tenere, quòd maiores magiſtratus cognitionem tantum habeant, quòd quam abſurdum ſit, neminem latet .l. imperium infra de iu. o. iud.l.nemo poteſt .ff.de regu.iu. cum ſimilibus, & ideo ſolu.eſt ueriſſima. Fateor rurſū, quòd cognoſcere & diffinire ſint diuerſa, ſed non quòd cōmiſſa cauſa, cognitio tantum commiſſa ſit, ex ſupra

pra dictis, & forte argumentum procederet, quando cognitio tantum commissa fuisset. d. authen. ad hæc. l. fin. C. ubi Sena. uel cla.

Non ob. quòd delegatio odiosa uideatur, quòdq; debet fieri interpretatio, ut minus præiudicetur iuri communi quàm sit possibile, quia possemus in primis dicere, quòd hoc casu sit potius fauorabilis, ratione publicæ utilitatis, & sic à destructione antecedentis, tollere consequens. c. cum ex officii, de præscrip. Bald. in l. conuenticulam, colum. 4. C. de ep. & cle. Sed dico aliter, dato quòd odiosa sit, in dubio talem interpretationem admitti, ut not. in. d. l. si serui uestri, & in. c. cum dilectus, de consue. pulchre Bald. consi. 485. statuto colum. i. uolum. i. nos autem sumus in casu claro, ergo nihil ad propositum. Et plus quòd id quòd ibi dicitur, contingit gratia uitandæ absurditatis, ne ex delicto alterius innocens puniatur, contra text. in. l. sancimus. C. de pœn. declarat idem Bal. consi. 365. statutorum, colum. 2. uolum. 4. ubi in casu nostro nulla absurditas resultat. Non etiam quòd sit dispensatio, quòdq; unum tantum permitti uideatur, quia posset responderi; vt proxime dictum est, sed aliter etiam respondeo, quòd cum sit ex causa, tradit secum omnia consecutiua, & dependentia, glo. est not. in c. quia in tantum, de præben. quàm exclamat Ias. in. l. fin. colu. 8. ff. de consti. prin. & Cap. con. 1. in 2.

Non ob. vltimum, quia hoc quoq; casu antecedens uerum est, quòd exceptio &c. sed consequens falsum, quòd in legato Proconsulis sit hoc, vt cognoscat, & diffiniat, repugnare enim uidentur verba ibi, solent cognitionē mandare legatis, & ibi, vt pauditas custodias ad se remittāt, & dato quod speciale sit, ut hic per gl. & Bar. & quo ad alia, dictū fuit etiam in casus figuratione, non tamen tollitur, quod delegatus quoq; ex permissione legis in casu præsenti, non cognoscat & diffiniat pariter, sicuti probatum est, & declarat Albe. in. l. quòd vero contra, in prin. ff. de legi. Et licet in
61 insigni latrone quoq; † diffiniat, ut dicebatur, diffiniuit eo casu tantum, ubi nō potest sibi nisi cognitio demādari, quod hic declarat Alex. sic limitando tex. in d. §. ad hoc prohibemus. Et ad hoc de insigni latrone, multa congerunt Scribenti quæ referre non curo, quoniam dictum & limitatio uerissima est. Adde ꝙ hæc est causa, qua licet leges transcendere. l. per omnes. C. de defen. ci. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. tradit Inno. in c. i. de constitu. Immo ꝙ Iudex incōpetens (et facit hoc multum ad propositum) efficitur, hac de causa cōpetens, ordoq; in extraordinariis ordinem non seruare l. ait prætor. §. si debitorem, & ibi Barto. ff. quæ in frau. cre. l. quotiens. C. de iudi. l. nullum. C. de testi. glo. in. c. in nomine 23. dis. & licet non possit quis ad mortē condemnari, seu ad ipsius condemnationem procedi, si cōfiteatur hominem occidisse, & ipsum proiecisse in mari. l. i. §. item illud. ff. ad Sylla. Ange. in. l. certum ff. de confe. poterit tamen si sit insignis latro, vt idem Ange. dicit, in l. unica, in 2. colum. C. eo. Ias. in. l. error in 2. pariter. C. de iu. & fac. igno. plene Cassane. in consue. Burgun. fo. 52. colum. i. & 2. Et ad idem Bald. consi. 223. primo, uolum. i. quòd ubi agitur de bona & expedita iustitia, non est de iuris apicibus disputandum.

Vnum ob. quoniam prædicta omnia in ordinario procedere uidentur, & sic allega. etiam per Barto. adhoc, post Pe. & Cy. in. l. si quis filio, in. §. hi autem. ff. de iniuſ. testa. quod etiam probatur in. l. i. infra de iu. o. iudi. ibi, latissimum est iusdicentis officium, & in. l. ubicunq; ff. de int. ac. & non in delegato. l. diligenter. ff. man. c. cum dilecta, de rescrip.

Sed responderi potest, quod licet uera sint in ordinario, & sic iura, frequentioris usus ratione, in eo loquantur, argumentum eorum, quæ not. in. l. i. C. de Nili agge. non rumpen. & in. l. i. cum similibus. C. de his qui ad ec. confu. non est tamen,

quod ad delegatum non extendantur, attrocitate delicti, & quia mora periculũ erat allatura.l. de pupillo .§. si q̃s riuos. ff.de dam.infec.ex quo tollitur inductio d.l.i.&.d.l.ubicunq; & pari ratione uidemus, quòd quàmuis in ordinario locũ habeat quod dicitur in .l. iudex postea-quam .ff. de re iud.attamen extenditur etiam ad delegatum.l.serui electione,& ibi Ias.colum.2.ff.de lega.i.gl. ante eum in.l.si ut proponis.C.quomodo,& quãdo iud. & facit quia si plerunq; delegatus maior est quocunq; ordinario.c. pastoralis.§.præterea,de offi.del. conuenit saltem,ut hoc casu eidem æquiparetur, rationibus prædictis,& quia hæc uicina mandato esse uidentur, seruatq; formã qui pinguius mandatum adimplet, & quia non solum forma, sed etiam utilitas in eo debet attendi, si maxime publica fuerit,quæ semper priuatæ præfertur l.si quis mihi bona.§.sed quid si mandauerit.ff.de acqui.hæ.l.puberem, ubi Ias. colum.2.C.de iu.deli.l.i.§.fi.C.de cadu. tol.nonnihil Bald. in rub. de procu. in prin.

Sed nunquid(ad glo.redeuntes,& ad tex.)ex simili causa possit delegatio fieri
62 † puta infirmitatis,Bar.hic num.11.concludit,quod sic,post Cy. in 6.q. per tex. in.l.i.de offi.consu. ubi collega infirmo alius manumittit,vel si fuerit aliqua alia iusta causa impeditus, & ad hoc allegatur illo tex.quod necessitas legi non subiicitur,quæ in quacunq; prohibitione licet generali,semper excepta intelligitur.l.alienationes .ff. fami. hær. l. i.ff. de fun.do.cum similibus, & per glo.hic in uerbo non aliter,quæ d.tex. allegat, & quia pro ueritate rei,non potest diuersitatis ratio inter hæc duo concludenter assignari.l.illud, ad legem aqui.l.milites agrum.ff.de re mi.unde, & bene, ultra eum,dicebat Bald.in.l. maximum uitiũ in.3.colum.C.de libe.præte.quòd quando ratio legis est certa, licet tacita ex ea tanquam ex causa finali, argui potest, & ad idem facit, quia infirmitas præstat excusationem quoque non comparenti.l. 2. .§. si quis .ff. si quis cau. immò quòd infirmo omni casu succurritur.l. si cui.ff. ex quib. cau. ma.intelligendo si non sit infirmitas leuis, quia certum est, quòd excusationem non admittit, uulga.l.quæsitum .ff. de re iudi.c. placuit 18. dis. Bald. in .c. i. in .§. i. de feu. si. cul. non amit. in usibus feu. Et licet dispositum non fuerit, si legislator fuisset interrogatus tamen, hoc ipsum disposuisset uerisimiliter .l. tale pactum .§. fin. de pac. l. titius .§. lutius .ff. de libe. & posthu. propter æquiparationem alibi factam in .l. si longius .ff. de iudi. & in .l. filiusfamilias, in .§. fi. iuncta .l. seq. ff. de procu. Et cum sit exceptio deniq; à regu. negatiua, non est ratio, cur extendi absentia ad simile non possit, iuxta glo. in .l. i. C.de condic. inde. tradunt Cano. in .c. cum dilecta, de confir. uti. vel inuti. & maxime, quia in habentibus symbolum facilis est transitus .l. in rem .§. item quæcunq; .ff. de rei uen. & ponderandũ est, quòd exceptio affirmatiue stat, sine taxatiua, vt dictum fuit in discursu legis, quo fit ut uerum omnino sit, similem infirmitatis casum non excludere.

Non prætermitto tamen, quòd aliqua obstare uidebantur, quæ referam superficialiter, & primo tex. noster ibi non aliter itaque mandare poterit, quàm si abesse cœperit, & quia exceptio firmat regulam in non exceptuatis casibus .l. quæsitum .§. denique. ff. de fun. instruc. considerando duo adhuc, quòd cum dispensatio legis fit, debet dici etiam, quòd in causa absentiæ tantum facta sit .l. si non lex ælia sentia, & ibi Bald. ff. de hæ. insti. ut sic minus præiudicetur regulæ, quàm possibile sit, & quòd si legislator uoluisset, hoc idem, expressisset utique .l. vnica .§. sin autem versi. sin uero .C. de cadu. tol. quòd cum non fecerit, nec nos idem facere possimus, quorum non est legem extendere, vulga .l. si uero .§. de uiro .ff. solu.ma.l.si non fuerit, ubi glo .ff. pro

pro so. & quia dictum in lege exemplificatiuè, regulam declarat, non autem restringit. §. hactenus insti. de gradi. ergo si dispositiue seu argumentatiue, ut hic, secus, & ad idem inquit Fulg. quòd aut infirmitas est modico tempore duratura, & tunc debet expectari, arg. in. l. si debitori. ff. de iudi. si uero longo, alius dari. l. pe. in. pri. ff. de uaca. mu. melius in. l. si longius. ff. de iudi. quem etiam sequutus est Ro. per tex. in. c. si pro debilitate, de offi. de. ubi ad literam dicitur, quòd causæ graues, maiores magistratus desiderantes, non possunt delegari, etiam prætextu infirmitatis, quòd ego stringo fortius si d. iure delegatio fieri non potest, quo facilius pmitti solet, quàm isto ad not. in c. quod sedem de offi. ord. & in c. 2. de offi. Vica. in 6. multo minus permittetur de iure ciuili, & in casu præsentis legis.

Sed ad primum dici potest, quòd q̃. uis uerba tex. in absentia loquantur, ex identitate rationis tamen (vt probatum est) extenduntur ad casum similem, & sic ad delegantẽ infirmum, etiam quòd exceptio firmet regulam aliàs in casibus non exceptuatis, quia iam diximus pariter, si affirmatiua sit, nec in lege taxatiua dictio reperiatur, quod simile nõ excludit, nec est aliter repetendum, addo nouissime, Barto. in. l. Cæsar in 10. colum. ff. de publica. Nec officit dictum de dispensatione, quia ex qua causa fit prætextu absentiæ, ex eadem fit etiam, prætextu infirmitatis, nec ob hoc ius commune lædi uidetur, cum istud sit rationabile in æquiparatis, vel & latius, ut dixi in præceden. q. respondẽdo ad text. in. l. si serui uestri. C. de noxa. fallax est etiam aliud, quòd legislator non expressit, quia perinde est, ac si expressisset. l. nominis & rei §. verbum ex legibus. ff. de uerbo. si. Bart. in. l. prætor ait, in prin. ff. de no. o. nun. & præsertim (vt dicit Alexand. qui hanc partem quoq; tutatus est) quia fauor reipub. est, ut causæ celerius terminentur, & hoc casu etiam in exorbitantibus fit extensio, ex identitate rationis, vt per glo. & Docto. in. l. si constante. ff. solu. mat. & latius per eum, & facit, quia si id quòd uirtualiter in instrumento continetur, habetur pro expresso. l. asse toto. ff. de hæri insti. l. si ita scripsero. ff. de cond. & de. Imo. in. l. i. in prin. in ulti. colum. ff. de his quæ in testa. de. Feli. plene in. c. 2. in 6. de proba. multo magis haberi debet in lege, cuius mens & anima est ratio, Bar. in. l. cum mulier in prin. ff. solu. ma. & in. l. non dubium, vbi etiam Bald. C. de legi. idem Bald. in. l. si quis seruo, colum. 2. C. de fur. plene Ias. in. l. quod dictum, in prin. ff. de pac.

Ex quibus tollitur & aliud, quòd cum hoc idem dictum fuerit hic argumentatiue, regula debet restringi, quia uerum esset, si absentiæ non æquipararetur infirmitas, nec repeto.

Non ob. inductio. l. si longius, de iudi. quia uerum est, si modico sit duratura tempore infirmitas ut dicebatur, & in pulchra q. not. etiam Bald. in. l. nulli, in fi. C. de ep. & cle. & in. c. fi. de testa. in 6. uerius etiam, quòd alius debet dari, si infirmitas foret perpetua, non si ad tempus, & hoc modo iura concordabuntur, & uerbum longius, pro longo ponetur, & perpetuo quidem, iuxta not. in. l. si posidonium. C. ex quib. cau. infa. irro. & probatur amplius in. l. iudex datus. ff. de iudi. vbi glo. signanter allegat d. l. si longius, & sentit Barto. in l. 2. in. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. Vel & aliter responde, ut respondent Docto. & præcipue Deci. hic, quòd eadem distinctio in absentia posset adhiberi, & tamen non adhibetur, melius Rimi. colum. 21. quòd distinctio uera sit, sed quod potest infirmus delegare, si uelit. Ad ultimum respondetur, ut per Alexand. quem idem Deci. sequutus est, & uidetur uera responsio, nugis reiectis, uel quòd loquatur in delegato Principis, q. minus potest, quàm ordinarius c. inter cætera. c. fi. de offi. or. iuncto. c. fi. de offi. de. vel q; hanc opi. probet potius quoniam dicit, quod pro debilitate, uel qualibet alia graui causa, cõmissio fieri potest, nisi huiusmodi sit, ut non possit

ſine delegante terminari.

Ad idem quæritur, quid ſi ſubſtitua
63 tur quis in locum iudicis mortui† nunquid cognoſcat tantum, an uero etiam exequatur glo.hic,& eſt ſecundum eius dictum, Bar.& omnes cõcludunt, quod ſic per tex.in.l.2.C.de offi.eius qui ui.al. iud. ob. ubi caſus clarus. Adde quòd idem tribunal eſt, argumentum in.l.ꝑponebatur, & in.l.mortuo.ff. de iudi. & in.l.ſi eum in.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.quòdq; appellatur delegatus legis, habens iuriſdictionem ordinariam, non ſecus ac ille, in cuius locum ſuffectus ẽ, ad differentiam delegati hominis, ut in §.qui mandatam infra ea.l.& ad propoſitum not.Barto.ſignanter per.d.l.2.in.l. ne quicquam in.§.vbi decretum colum. 2.ſupra de offi.Procon.& in.l.filius.ff.de leg.dicens amplius, & uidi alias maximam altercationem, quòd ſi rector in ſimili conſtituat ſibi Vicerectorem, nullam immunitatem babebit, ſi uero mortuo Rectore conſtituatur ab uniuerſitate, tunc eandem immunitatem & iuriſdictionem habebit, quam haberet, ſi Rector creatus eſſet,& quam habebat ille,in cuius locum ſuffectus eſt, & probatur etiam in.l.i.in.§.à præfectis iuncta glo.ff.de lega.3.& poteſt quoq; exemplificari in interrege, qui in locum demortui Regis ſubſtituitur, donec nouus creetur, & quem in Gallia hodie Gubernatorem Franciæ uocant, magiſtratuſq; eſt, poſt Romuli mortem introductus, cum de Rege creando non parua inter patres foret orta contentio. Tamen aduerte quo ad glo.iſtam, eſto quòd ſic teneatur communiter, quòd tamen iſtud dicit infirmo pede, ſe remittendo ad dicta in præallega.l.2.ubi glo.ſenſit, quòd omnia poſſit actitare ſubrogatus in locum alterius, præter ultimum ſuppliciũ & membri abſciſionem, & malè damnataq; eſt communiter, ut per Albe.ibi, Alexand.hic,& alios, & ita eſt ſine controuerſia tranſeundum.

Tertio dicit glo. quòd eſt ſpeciale in legato Proconſulis, idemq; Bart.& alii communiter, & minime mirum, quoniam multa huiuſmodi etiam in eo eſſe reperiuntur. Quod dictum,& ſi dubitabile ſit, pro nunc tamen tenendum eſt, quoniam (ut diximus proxime) hoc nõ tollit, quòd delegatus, ex permiſſione legis, non cognoſcat & diffiniat pariter, & nouiſſime ſpecialitatem, reiectis aliis ſic conſiderabimus, quòd regulariter cauſa meri imperii delegari non poſſit, nec ſi delegata fuerit ualeat delegatus cognoſcere, niſi forte ſit is, cui delegatur legatus proconſulis, cætera de induſtria prætermittimus, quia in materia ſi permiſeritis poſtea, exponendo quæ in.§.q mandatam, hac eadem lege, ſuperſunt, uobis fuſius rependemus.

Vltimo loco reſtat glo. in uerbo proficiſcatur (ſequens enim fuit in præcedẽtibus lectionibus expedita, & maximè in tractatu argumenti, à contrario ſenſu, nunc aliter non repetenda) ex qua habes, ad hoc ut ex cauſa abſentiæ delegatio fieri poſſit, oportere ipſam quàm
64 maxime fore neceſſariam, alias† delegatio non ualeret, neq; admitteretur, & probatur optimè (iura enim in ea alleg. parum aliàs, aut nihil faciunt, quia loquuntur de adminiſtratoribus occupatis, ut poſſint habere aſſeſſores) in.§.nulli, in authen. ut nulli iud. ubi clare dicitur, nulli licere proficiſci,& prouinciam circuire ſine cauſa neceſſaria, ergo nec delegare, niſi huiuſmodi fuerit profectio,& inde eſt, quòd loci ſeruatores ꝓhibentur, ut ſupra dictum eſt, quòdq; huiuſmodi cauſa permittuntur, ſecundum tamen Principis præceptionem, vt ibidem,& nota, ad prouinciæ propoſitũ quòd territorium, de iure ciuili, ſubditum iuriſdictioni unius Domini, prouinciam facit.l.illicitas.§.qui uniuerſas, de offi.præſi.de iure canonico, continentia decem ciuitatum, ſub regimine unius Archiepiſcopi.c.ſcitote 6. q.3. hodie quælibet ciuitas, dicens ſe liberam, ut Marchia, glo. in.l.fi.C. de præſcrip.lon. temp.declarat Ro.in.l.i.in.§. hoc autem edictum, colum. i. & 2.ff.de no. o.nun. & dicitur prouincia per uſurpationem, ad ſupra dictarum differentiam,&illius

etiam

etiam quæ fit quarto loco per idiomata, ut Gallia & Germania, & not. aliàs in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. & in. l. imperium infra de iu. o. iud. aliàs ad propositum redeuntes, & eò unde discessimus causa non esset sufficiens, ad effectum de quo quæritur, ex quo uoluntaria, & affectata non adminiculatur cuiquam. l. & qui data. ff. ex quib. cau. ma. l. 2. §. fi. ff. si quis cau. quod quo modo cognoscatur, docet pulchre Iurisconin. l. spadonem in. §. fi. ff. de excu. tu. quòd affectata præsumitur, quando ille, qui proficiscitur, male meritus est, quem tex. dicit singu. & gloriatur ab aliis non induci hoc modo, Ro. in suis 591. tu habes. Et potest exemplificari, si sit ex causa legationis, quoniam tunc probabilis, & necessaria erit. Et licet necessaria dicatur etiam ꝓpter metum commisi criminis, uel relegationis, quia tamen non est fauorabilis non uerificabitur in materia, nec sufficiens erit, vt delegatio fiat, & fusius hæc; ut in. l. fi. ff. de in integ. resti. Bal. pulchre in. l. ab eo, in prin. C. quo modo & quando iud. Et quia in infirmitate etiam necessitas considerabilis est. l. i. ff. de offi. consu. & infirmitas absentiæ æquiparatur, ut conclusum est supra, & probatur in. l. si longius. ff. de iudi. non potest non dici, nisi hoc quoq; casu tantum permissam esse delegationem, uulga. l. si quis seruo. C. de fur. aliàs non, & maximè facta æquiparatione per uiam regulæ, ut in. d. l. si quis seruo, not. declarat Soci. in l. sciendum, colum. 3. ff. de lega. i. Deci. in c. translato, in 2. de consti. post Mathe. in tracta. extensio, & Areti. in. §. ius autem ciuile insti. de iu. natu. Mitto quòd generaliter necessitas licitum faciat id, ꝙ prohibetur. l. quæ propter. ff. de reg. iu. c. quod non est, eo. ti. in 6. Vnde in simili iudex qui non condemnat in alio, q̃ in eo, quod petitum est. l. ut fundus. ff. communi di. c. licet hely de simo. condemnat tamen ex necessitate, secundum Bart. in. l. uinum, colum. 4. ff. de si cer. pe. alienaturq; feudum hac ratione, quòd tamen est inalienabile. l. peto. §. prædiũ, ff. de lega. 2. l. alienationes & ibi not. ff. fami. her. Bal. consi. 37. decreto, col. i. uol. 3. Ro. in. l. si finita, in. §. si de uectigalibus, colum. ult. ff. de dam. infec. & licet prælatus sit minus idoneus, administrationẽ habet nihilominus de iure, in casu necessitatis. l. si is qui, & ibi Bal. ff. de contra. ac. tu. ex quo legem sibi facit, feriis caret, & nulla potest regula iuris cohartari. c. remissionem. i. q. i. & sic intelligendo breuiter, minus quam possibile sit lædetur regula. l. si serui uestri. C. de noxa. c. cum dilectis, de consue. Est verum quòd tex. indefinite, & simpliciter loquitur, & quòd deberet etiam simpliciter, atq; indefinite intelligi, in quancunq; absentia. l. si pluribus. ff. de leg. 2. ex quo determinationem non habet. l. serui electione, de lega. i. Boer. deci. i. num. 2. par. i. & quia alibi necessaria exprimitur, in l. filiusfamilias in fi. iuncta l. seq. ff. de pcu. & affectata in. d. l. & qui data, & in. d. l. 2. cum ergo dictum, expressumq; non fuerit, omninò prædicto modo intelligetur, quoniam hoc idem nos dicere non possumus. l. si seruus seruum. §. prætor ait uer. non dixit prætor. ff. de acqui. hæ. immò quòd in ipsa legis dispositione, id solum sufficere, satisq; esse uidetur, quod expressum est, nisi distinguatur ꝑ aliam legem. l. 2. §. item varus. ff. de aqua plu. ar. Bald. in. l. i. in prin. ff. man. Sed tamen responderi potest, quòd quàmuis indefinite loquatur & generaliter, non tamen ita intelligi debeat, ne sequatur absurdum, quòd causæ, quæ sui natura sunt indelegabiles, & quæ speciali legis permissione delegantur prætextu absentiæ delegari possint, etiam quòd necessaria non sit, vt per Bar. in. l. ab hostibus, in. §. sed quòd simpliciter, colum. 3. ff. ex quib. cau. ma. Ad idem indefinita æquipollet uniuersali, si non sit ratio, quare magis ad unum, quàm ad alium, referatur, vt hic declarat idem Bar. in. l. i. in. §. sed & si. ff. de uen. in possit. aliàs in concessione omnis iurisdictionis, & sic fortius, ueniret etiam merum & mixtum imperium, & tamen nõ uenit. l. imperium & ibi Ias. colum. 6. infra de iu. o. iud. Bal. in. c. quanto, in fi. de

iudi. diciturq; alibi in causis capitalibus indefinitæ defensiones dari, & tamen intelligitur ad allegandas absentiæ causas tantum l. seruum quoq; §. publicæ ff. de procu. Item & vltimo ibidem absentem à quibuscunq; defendi posse, & tamen intelligitur à quibuscunq; scilicet idoneis, ut in d. loco not. & est text. in l. qui autem, in §. fi. ff. de consti. pecu. Vel dic, quòd indefinita æquipolleat in materia necessaria, non in contingenti, ex quo non sequitur, si dicatur homo currit, qđ omnis homo currat, sed quòd bene omnis homo sit animal, si dicatur homo est animal, ut per Archi. in c. si Romanorū, col. 2. 19. dis. Nec officit quòd expressum non fuerit, quia satis est, expressum alibi fuisse, text. q; nostrum pati hanc aliarum legum rationabilem interpretationem l. i. §. lex falcidia, & ibi Bart. ff. ad legem fal. probatur in simili, quia de unoquoq; debet pars citari l. de unoquoq; ff. de re iudi. quòd maximè parti non modicum possit præiudicium afferre l. nam ita diuus ff. de adop. de citatione nullum est uerbum in l. 2. C. de sen. ex pe. reci. ubi traditur forma qualiter feratur sententia & tamen subintelligitur ut pulchrè declarat Bar. in l. prætor ait, in §. eritq; differētia, ad fi. ff. ui. bo. rap. ergo & hic quòd dictum erat in d. l. & qui data, & in d. l. filiusfamilias. & probatur in c. super quæstionum in prin. de offic. dele. ibi sed illa per istam exponitur. imò in ista uerius quæ in illa fuerant prætermissa supplentur. Ex quibus vltimum quoq; tollitur, quoniam apparet expresse, distingui sic omnino per alias leges, uel saltim ratione & sufficit l. scire oportet §. sufficit ff. de excu. tu.

Verum hinc sumpta occasione quæritur, an stetur assertioni magistratus, as-
65 serentis† subesse sibi iustam & necessariā absentiæ causam, quicquid aliàs dictum fuerit, uideretur prima facie tenendum, quòd non, quoniam regulare est cum allegatur causa, ut probetur, nec allegant credatur l. i. & ibi not. C. de eden. melius in l. si forte, ubi etiam Bartol. ff. de Castr. pe. multa Ias. hic in 5. not. Cassanæ consi. 7. uisis, nu. 9. & 10. & inquit Bald. consil. 353. sicut ciuitas, colum. i. uolum. 3. quòd non sufficit verbum, ubi requiritur factū & est regula trita, ubi opus est facto uerba non sufficere c. i. ubi gl. de eo qui mit. in po. multa idem Ias. in l. i. in §. fi. in 4. not. ff. quòd quisq; iu. quòd intelligo uerum, nisi causa sit notoria, quoniam tūc sola allegatio sufficeret, ut per glo. in l. si adulterium cum incestu in §. idem Pollioni ff. ad legem Iuli. de adul. & in clem. appellanti, de ap. & facit in simili, quia si citetur quis adhuc, ut personaliter cōpareat, & sic ex causa, contra regulam l. fi. C. de proc. debet in citatorio exprimi & probari pariter, ut per Bald. in l. i. in §. usus, in fi. ff. eo. Aliàs posset fieri facile fraus legi, nullo modo permittendum. l. Seius & Augerius, in fi. ibi, ac si ea conditio, quæ fraudis causa ascripta, est ascripta non esset. ff. ad legem fal. Sed tamen contrarium uerius est, & sine cōtrouersia tenendum, quoniam forte primum & secundum in priuato uera sunt non in Præside, nec in maioribus magistratibus, de quibus lex ualde confidit l. i. in fi. ff. de off. præfec. præto. l. liquet. C. de summa. tri. & fi. ca. dictumq; fuit sæpe & not. in §. nos autem Insti. de Atti. tu. & in c. nobilissimus 97. dist. & cum tales sint, nec ultimum obstabit, nec in eis suspicio committendæ fraudis poterit suspicari, argum. in l. merito ff. pro so. & in l. Herennius, in §. Caia. ff. de euic. & hæc est communis opi. quam ex multis probat etiam Alexand. hic, & Ias. post eum in 5. not. & uidetur glo. in c. pastoralis de offi. dele. Est uerum, si uelletis tenere cōtrarium, unum urgere quàm maximè, cui non uideo quomodo possit respondere, quoniam esto quòd ea, quæ ueniūt per uiam iustitiæ, præsumātur, exempli gratia, quòd sententia sit iusta d. §. Caia, non præsumuntur tamen alia quæ ueniunt per uiam fundamenti iurisdictionis ut delegatio, & minus ea quæ ueniunt ꝑ fundamentum iudicii, ut libellus, lit. cō. & similia, quia sunt facti l. in bello. §. facti. ff. de cap. declarat Bald. consil. 399.

nec præsumuntur, uolum. 4. ergo multominus quòd absuturus sit Præses ex causa necessaria, cum surgat à facto proprio, nisi (ut dixi, & repeto) notoria sit, quoniam tunc satis est quòd allegetur, secundum Barto. in l. cum quid ff. si cer. pe. tradit Alex. in l. qui in aliena, in prin. colum. 4. ff. de acqui. hæ. Cogita, & à cõmuni aliàs nõ recede. Et sicuti diximus supra quòd infirmitas leuis non est sufficiens ut causa, quæ sui natura indelegabilis est, possit delegari. l. q̃situm ff. de re iudi. extenditur, ut pari ratione, & à simili, nec absentia sufficiens sit, nec delegatio possit fieri, si fuerit breuis, quia nõ dicetur proprie Præses abesse. l. pe. ff. de uac. mu. l. 3. ff. de diuor. & est casus in l. si longius, allega. etiam supra ff. de iudi. & ita transit Rimi. hic, post Saly. in l. placet colum. 9. C. de peda. iudi. immo si iam esset facta delegatio expiraret statim quòd tamen pendet ab infra dicendis. Adde etiam, sicuti non creditur fugere qui se momẽto absentat, quòd non dicetur abesse pariter, qui cito reuersurus est. Et si pluribus commissa causa sit, cum clausula, quòd si non omnes etc. & unus absit, statim reuersurus, debet expectari l. Pomponius §. i. & ibi Flo. in prin. ff. fam. hær. imò quòd nec mortuus dicitur qui cito resurrexit, ut Lazarus l. nam ad ea, ubi glo. & Bart. ff. de legi. nec suspensus, si laqueus disrumpatur, licet iterum suspendi non debeat, declarando tamen, ut per Luc. de pœna, in l. i. colum. 8. & 9. C. de deser. lib. xii. refert & declarat pariter Cassanæ. in consue. Burgun. fo. 57. colum. 4. & breuem intelligo, paucorum dierum, iuxta not. in c. cum Bertoldus, de re iudi. & in c. præterea, de æta. & quali. Et ad infirmitatem redeuntes, tenendo communem, quòd idem sit, ut in absentia dicendum, possitq; causa ipsius prætextu, delegari, limita, non tamen locum habere in infirmitate suorũ, quoniam in simili uidemus, quòd filius nõ excusatur à muneribus publicis, propter infirmitatem patris. l. fi. C. qui mor. se excu. lib. xii. Contra quàm tamen, ampliando potius supra dicta, tenuit Alexand. in l. quæsitum ad fi. ff. de re iudi. & Ias. hic in pe. colum. uterq; motus per glo. in c. communis 23. dist. ad literam dicentem, quem posse, propter infirmitatem suorum, se excusare, ita ut potissima etiam causa esse uideatur, in præsenti q. delegationem (ut diximus) omnimodo fieri posse, nec secus Alb. ante Alex. in d. l. quæsitum. idem Alexand. in l. 2. in §. sed & si quis. ff. si quis cau. Abb. in c. 2. in prin. de procu. Et facit ad idem rursus quia eadem consideratio de suis habenda est, quæ de se ipso. c. de cæ tero, de test. c. fi. de postu. c. sicut cuncti, de elec. in 6. l. quia absente, l. qui stipendia. C. de procu. not. in simili, in l. ut uim, ibi, Nam quòd quisq; ob tutelã sui corporis etc. ff. de iusti. & iu. & patet ad sensum, quia sicuti infirmitas præsidis est sibi impedimento ne possit cognoscere, & necessario deleget, ut celerius causa etiam expediatur, ita est infirmitas suorum, et propterea cum non possit diuersitatis ratio assignari, idem omnimodo in utroq; casu est statuendum, uulga. l. à Titio. ff. de uerbo. ob. Tamen Deci. primam opi. tenet ad d. c. communis, respondendo q̃d ibi factum ponitur, non misterium iuris ut per Barto. in l. fi. C. de erro. aduo. et ad alia iura, qòd non procedunt, ubi de publico interesse agitur, ut hic, et in d. l. fi. ego uero ab opi. Alexand. et Ias. non discedo, nec ob. quòd factum ponatur in d. c. cõmunis, quia ex eo ius oritur, inq; eo fundat se legislator, et uerba sunt narratiua, hac ratione iuris dispositionem inducentia, clem. literis, de proba. c. nulli, et utrobiq; not. de rescrip. Alex. consi. 79. circa primum, colum. 5. uolu. i. et cõsi. 101. Visis colum. 5. pariter, eod. lib. immo quòd id narratur ibi per modũ causæ, nec possunt aliter intelligi, nisi, ut factum illud iuris effectum habeat, secundum Bal. pulchrè consi. 150. casus, colũ. 2. uolum 2. Minus ob. rursum quod iura, dicentia infirmitatem suorum, præstare etiam excusationem, uera sint, et procedant, in casu, ubi de interesse publico agitur, quia forte hoc ipsum admitti potest in casu d. l. fi. sed non hic, et

66

quo publicum interesse tunc uertitur, ut causa celerius expediatur, quemadmodum dictum ē, ergo sicuti sufficiens causa est infirmitas præsidis,& sicuti ipsum excusat, ita erit sufficiens & excusabit infirmitas suorum, propter publicū interesse, & in hoc stat punctus præsentis difficultatis.

67 Sed quid si podagra laboraret † an causa sufficiens sit, qua excusetur, & posit delegare? sine disputatione dicas, quod non, & probatur in.l.pe.C.qui mor.se excu.lib.x.nisi huiusmodi sit, & ita ipse afflictus pedum ualitudine inueniatur, ut nec etiam rebus suis superesse posit, quia tunc forte erit aliter dicendum, q ibidem adhuc legitur,& idem in eo qui laboraret quartana, ex quo neminem iugulat, minimeq; mirum, si febriculæ in.l.quæsitum.ff.de re iudi. cōparata est, sed febricula non excusaret, nec esset sufficiens causa d.l.quæsitum, ergo,& est simile in uocato ad synodum, ut nec præ textu aliquo ex his duobus excusetur.c. placuit 18.dis.

Verum pone quòd præses sit publicis occupationibus impeditus, quid iu-
68 ris erit † poterit ne causas meri imperij delegare? Bar.hic, num.12.tenuisse uidetur, quòd non, motus per text. nostrum potissimum in absentia loquentem, ergo non alio casu, uulga.l.cum prætor.ff. de iudi.Sed cōsidera, hoc attento, quòd nec ad casum infirmitatis extendetur, et tamen, ut conclusum est supra extenditur.Secundo mouetur per text.in.l.placet, in fi. C.de peda. iu. ibi dum tamen præsides ipsi diiudicēt, cui etiam potest responderi, quòd non propterea ex causa delegationem vetat, ut hic, & in.l.sciendum, in prin.ff.qui satisda.co.& in auth. offeratur.C.de lit. con. & vtrobiq; not. quòd lex noua, quamuis indistincte loquens, per antiquam tamē distinguitur, l.non est nouum.l. sed & posteriores .ff. de legi. Alexand.in.l.i.in pe. not. C. qui admi.& in terminis ferè mihi uidetur ꝓbari optime, in.§.i.in authen.de iudi.ibi quoniam multi detēti curis, quas apud nos habent merito iudiciorum cōplent partem, per suorum præsentiam assessorum.

Tamen obstat multū, ex quo in prin. si per occupationes publicas, vel causarum multitudinem, omnia cognoscere non posint, eis permissum est iudicem dare, postea dicit in fi. & iubet, si causa fuerit ingenuitatis & libertinitatis,& sic grauis, ut diiudicent, ita ut non sit uerū, quòd indistincte loquatur, & quòd debeat distingui per legem antiquam, maxime in absentia loquentem, nec facit tex.l.d.§.i.quia loquitur in assessoribus, & consiliariis, non in delegatis, & ita in §.illud in authen.ut defunc.fu.ideo cogitandum est.Ad idem quæritur, si præses adhuc, uel ordinarius, sit in causis criminalibus, ad merum imperium spectātibus, adeo occupatus, ut nō posit supplere, & unam uelit delegare, nunquid hoc idem facere prohibeatur† & ex men
69 te eiusdem Bar.hic num.13.respondetur quòd non, propter identitatem rationis quæ est in absentia,& in casu isto, ad vulga.l.à titio.ff.de uerbo.ob. & ita magis communiter tenetur, licet Alexand. nitatur ostendere contrarium, & leuiter, ut hic per Deci. Adde tu, in hoc etiam uerti publicum interesse, ut causæ celerius expediantur.l.properandū, in prin. C.de iudi.tradit Alexan.met hic, col.17. Tamen adhuc.l.placet, præallega.obstare uidetur,& quia, ut idem Alex. dicebat, non est uerum, quòd omnino eadē sit ratio, patet q̃a absens nec unam nec aliam expedire poterit, præsens autem sic, quamuis occupatus, quia subsidio sibi diligentiam comparabit, nihil enim difficile est uolenti (ut aiunt) & uigilantibus, nō dormientibus, iura subueniūt, suntq; eis præscripta, ut inquit Bald.in l.fi.in prin.C.depo.uulg.l.pupillus.§.fi. ff.quæ in frau.cre.

Not.etiam .q. haud est prætermittenda, si delegata causa, præses proficiscatur, & reuersus sit, an statim iurisdictio
70 iudicis delegati† expiret.Dicit idē Bart. hic, quod est similis .q.propositæ per gl. in.l.qui mutuam, in .§. non ideo minus ff.man.& post Pet.postea concludit, q sic,

sic, quia cessante causa, cessat iurisdictio, argumentum istius .l. ubi cessante causa absentiæ, cessat delegatio meri imperii, eoq; magis, quia delegatus nihil proprium habet, & res de facili reuertitur ad naturam suam, immo quòd solet hoc ipsum fauorabile reputari.§.qui mandatam insra ea.lege.l.si unus.§.pactus uersi.quod in specie.ff.de pac.c.statutum, ubi glo. numerandum, de præben.in 6.quasi etiam sub ista conditione delegatio facta sit, vt duret eo tẽpore, quo absfuerit, & eo reuerso, statim expiret iurisdictio, conditione purificata, ad uulg.l.cedere diem .ff. de uerb.si.l. si ita scriptnm.§.i.ff. de lega.2. Considerando quoq; quod cum delegatio fiat difficulter, ex quo non permittitur, nisi ex causa, vt hic, conueniens etiam est, vt eo reuerso expiret & reuocetur, reuocatione legis, quæ factum hominis non desiderat.l.iudicium soluitur .ff. de iud. & uidetur casus in .§. adhoc prohibemus, in authen.de colla.ibi, qui omnia agat, usq; ad sui præsentiam, ergo ex sola præsentia ibi officium cessabit, & hic delegati iurisdictio, ponderando uerbum usq; ut late per Barto.in.l.patronus, in.§.i. in prin.ff.de lega.3.& cum ista opi.Bar.transeunt cõiter Doct. Nihilominus aliqua obstare uidentur, quia non est amplius res integra, & maxime si cœperit cognoscere, quo casu, iurisdictio cessare non videtur. Adde simile in iudiciis, ꝙ pœnitẽtia etiam sic locũ habet, re integra, idest ante li.con. potestq; tunc mandatum reuocari, aliàs non.l.si cõuenerit .ff. de iu. o.iud.§.recte, insti.man. & fortius, quia delegatus nõ simpliciter potestatem habet à delegante, sed à lege, quæ dispo nit potissimum causas meri imperij præ textu absentiæ mandari posse, & quia si statim expiraret, vtiq; foret etiam dicendum, acta à delegato facta, licet ignoranter, nulla esse funditus, nec ualere, & tamen ualent.l.hoc iure.§. si quis dederit. ff.de dona.& ista magis strĩgunt, reiectis alus. Et uidetur uerior opi. Nec ob.glo. in.d.§.non ideo minus quia id est ibi, ex quo mandatũ pendebat à libera uoluntate constituentis, ut per Alex. hic & sic non est.q.similis.c.translato, de consti.l. nõ possunt.ff.de legi.& utrobiq; not.Dicit etiam Cur.ad idem quod minus facit tex.noster, ex quo loq̃tur de impedimẽto cessante delegationis tempore, usque adeo, ut non possit argui ad tollendam delegationem iam factam, arg.in.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui uel alie.iu. & bene. Sed considera tu, hoc dicere, nihil aliud esse, nisi arguere, rem non amplius integram fore, ut supra quo casu, effectu consumato, subsequitur Dec. & rursum bene; non cessat, quàmuis cesset causa, & probatur in.l.2.in.§.fi.ubi Bart. & omnes.ff.de dona.Rui.præcep. consi. 3.uidetur, nu.10.uolum.i. Nec ob. quod delegatus nihil proprium habeat, quia habet saltim iurisdictionem delegatam, & ipsius iurisdictionis exercitium.d.§.q mandatam. Nõ quod res de facili ad naturam suã reuertatur, quia ex his quoq; tollitur cum non sit in potentia redeundi nec (vt diximus) res integra, delegatione iam facta.l.i.in prin.& in.§.fi.C.de lati.lib.tol.declarat Bald.in.d.§.pactus, ad fi.ubi ego etiam late, num. 45. Fallax etiam est aliud, quòd sub conditione facta uideatur, quia negabo audacter, ex quo non apparet, & dicam potius, quod actus sit purus.l.Aurelius.§.fi.& ibi Bar. ff.de lib.le.tradit Bal.in.l.si quidem, col. 2.C.de excep. Et licet, ut dicebatur adhuc, delegatio difficulter fiat, & antecedens istud uerum sit, non tamen uerum est consequens, quod eo reuerso statim expiret, si res non est integra ut supra aliàs perinde foret, ac si delegatio facta non fuisset. Ad ultimum respondet Deci.hic num. 79. & sunt responsiones satis reales, igitur dic ut per eum.

Post hæc mõ dubitatur an imperator
71 possit causas meri imperii delegare † & breuiter concludit Bar.ꝙ sic, quoniã legibus solutus est.l. Princeps .ff. de legi. & q̃a si põt ex causa ꝑses ut sup.multo magis dẽt posse imꝑator & Prĩceps, in quo sẽꝑ cã ꝑsumitur, cũ sit orbis Dominus, & cã cãrum.l.deꝑcatio.ff. ad legẽ Rhod. de iac.c.cuncta per mũdum 9.q.3. tradit

Bar.i c.ecclesiã S.Mariæ,col.2.vt li.pe.& in l.Aemilius,ubi ẽt Bar.ff.de mino.ãte Moder.in l.ut uim.ff.de iusti.& iu.& est cõis opi.& dicebat idem Bal. consi.477. quæritur,colum.i.quòd Papa nulla causa adiecta potest dispensare, ut consanguinei,etiam in quarto gradu, contrahãt,quoniam suprema eius potestas est loco causæ.& arguit Alexand. consil. 2. uisis codicillis,colum.pe.uol. i. quòd si præsumitur in iudice l.2.C.de offi.ci.iudi.c.in præsentia de renun.molto magis præsumetur in Principe, cum sit lex animata in terris.§.fi. in authen. de consu. & ad propositum subdit adhuc Bar.hoc ipsum probari optime, in.l.fi.C.ubi Sena.uel cla.dum dicit,illustrem dignitatẽ obtinẽtes,non posse in causis arduis accusari, nisi coram Principe, uel coram eo,cui hoc negotium commiserit, idest eius delegato,quem tex. ita hic etiam intelligit Ias.colum.8.uersi. secundo limita.in iurisdictione maxima uero Cur.in l.imperium,num.124.infra de iu.o.iud. & male,ac contra uerba.d. l. fi. in pluribus locis,dicit etiam Deci.qđ cum princeps sibi condemnationem reseruet, nõ absolute delegat merum imperium.Responde, non ob hoc potestatem sibi adimi,ex supra dictis ad idem allegat text. in.l.i.C.de præci.impe. offe. qui adhuc; secundum eundem, & sensit Bal. ibi nõ uidetur ipsius intentionem probare, ex quo negotium præfecto prætorio commissum erat, & excitata potius iurisdictio ipsius, quam delegatio facta, ut in c.licet in corrigendis,de offi. ordi. & in l. sæpe.ff.de offi. præsi. & in authen.de man.princ.in.§.sed neq; in simili Bal.cõsi.351.Ioannes,col.6.uol.5. tamen considera uerba tex.hoc ipsum sonantia, ibi; sceleris atrocitas,& laudabilis fidei exẽplum,nobis hortamento fuit, ut præfecto prætorio, iuxta annotationis nostræ decretum, demandaremus; ut auditis his &c. quòdq; non simpliciter hoc ipsum uerum est, vt not.in.l.ius ciuile.ff. de iusti,& iu.& in.l.more.ff.de iu.o.iud. forte alterata iurisdictione, propter criminis atrocitatem, & profecto istud in dubium reuocare sacrilegiũ uidetur, & uelle de potestate Principis disputare, contra tex.in.l.2.C.de cri.sacri. cau licet quòd libet, nec debet eius potestas, arbitriiq; libertas, quouis modo restringi, quia anomala est, & nulla regula clauditur,ut in simili inquit Bald.consi. 327. pridie, colum. pe. uolum. i. & in præallega. consi.477.quòd sic dubitans de potestate Papæ, dubitat de fide catholica, quòdq; tanquam sacrilegus censendus est, & consi. 358. super eo, colum. 2.uolum.3. quòd mandata Principum omnibus legibus sunt potiora, quodq; legis habet uigorem quicquid Principi placuit. plus Cassane. cõsi.60.quidam, num. 19.quòd dicens contra constitutionem Bonifacii, debet uti hæreticus iudicari, & idem Bald. consi.359. proponitur, colum. 2. uolum. 1. quòd executor non cognoscit de substantia rescripti, aliàs se faceret Principi parem, poneret sedem ab Aquilone, & tentando esse similis altissimo, & Maran. in dispu. suis .i.num. 6.quòd non habet qui facta sua iudicet, & sacrilegium esse dixi, quoniam non solum est, quando tollitur sacrum de sacro, uel sacrum de non sacro, uerum etiam si de Principis facto disputetur; & ista sufficiant,probaturq; hoc ultimum, in .l. sacrilegi .ff. ad legem iu.pe.& in præallega.l.2.declarat Iser. in Neapo. constitu.i.de arbi. Regis.

Verum pro complemento quæritur,
72 quid in delegato Principis † nunquid possit subdelegare causas meri imperii, quod disputant hic late Docto. & præsertim Alexand. & hinc inde urgent argumenta, & ex mente Barto.respondetur; quòd sic, potissimum quia cum ista causa; Principis delegatione, iam mutauerit naturam; & fuerit facta delegabilis, debet perpetuo huiusmodi esse .l.i.§. res uero quæ .C. de impo. luc. des. lib.x.l. pater .§. quindecim ff.de leg.3.& fuit ante eum opi. Gul. de cu.& communis quidem, propter authoritatem glo. positæ in.l.i. C. qui pro sua iu. quæ ad ita tenendum mouetur

etiam

etiam per illum text. ibi, nisi iudices à nobis specialiter dati, aliis causas delegauerint iudicandas. Idemq; Rom. per .d. iura, in.l.3.in.§.i.in prima colum. ff.de dam. infe.Ias. plene in.l.si sic, in.§. si quis ita, in princ.ff.de lega. i. ex alio etiam iuridica, quia Princeps committendo causam huiusmodi, videtur etiam committere secundum naturam, & qualitatem sui delegati, ad vulga .l. plenum .§. æquitii. ff. de usu & ha. & in simili ita arguit etiam Barto. in .l. si quando, in princ.C. de inoffi. testam. & Ange. in.l.iustitia, colum. i. de iusti. & iu. sed delegatus à Principe subdelegat.l. à iudice .C. de iudi. idem Ro. in in .l.3. in prin.in 2.colum.ff.de dam. infec. ergo & causas meri imperij quoq; subdelegabit, & hoc est nouissime quod dicebat etiam Staphi. in tracta. manda. de prouiden. in 9. forma executo. versi. decimo, num. 2. quòd executores gratiarum simili modo, possunt committere executionem aliis, faciendo eos subexecutores, signanter per d.l.à iudice. Et tanto magis quia delegatus repræsentat Principem.c.sanè de offi. de. & est quocunq; ordinario maior.c.pastoralis .§. i. de offi.ord. ergo subrogatum regulabitur secundum naturam eius, in cuius locum subrogatur.l.si eum.§. qui iniuriarum.ff. si quis cau. & si ordinarius delegat in ciuilibus, non est ratio, cur nõ subdeleget iste in criminalibus, vel aliter, vt per eundem Alex. Qui ad idem inducit etiam tex.à contrario in.c.fi.de offi. del. vbi Princeps causam commisit, cum clausula, vt ipse per se cognosceret, seu inquireret, aut aliquid faceret quo uideretur electa industria personæ, determinaturq; ibi, quòd subdelegari non posset alteri, etiam de partium consensu, ergò (dicit Alexand.) si commissa, sine clausula prædicta, fuisset, posset utiq; & hæc sunt, quæ pro communi magis stringunt, & profecto nisi sic diceremus, iam non differret delegatus Principis in aliquo à delegato inferioris, qui non subdelegat .d. l. à iudice, hoc autem esset absurdum.d.c. pastoralis, optimus tex. est in.d.l.i.C. qui ꝓ sua iu.ergo. Tamen Pe. de bella per.& Cy. tam hic quàm in.d.l.i.tenuerunt contrarium, ex quo non debet posse plus delegatus, quàm ordinarius, & maxime quia iste maiorem & firmiorem habet iurisdictionem, quam ille, vt in.§.qui mandatã infra ea.l.sed ordinarius regulariter non delegat, ut hic, ergo nec delegatus subdelegabit, electa etiam hoc casu personæ industria.l.vnica.§.ne autem .C. de cadu.tol.l.inter artifices .ff. de solu. d. c. fi. de offi. dele.& plusquam in ordinario cum specialiter fiat delegatio, ut inquit Clau.signanter per.d.c.fi. alias concurrerẽt duo specialia simul, subdelegaret .n. & quidem causas meri imperij, q̃ tamen sui natura indelegabiles sunt.d.l.à iudice, & malè, quia duo specialia concurrere non possunt, uulg.l.i.C.de do.pro.immo ꝙ Princeps delegando, non uidetur uoluisse recedere à dispositione iuris cõmunis, sed cũ ea se potius conformare, ne subdelegatio fieret.l.si quando.C. de inoffi.test.l.hæredes mei.§.cum ita .ff.ad treb. Et uidetur casus vlt.loco, in cle.i.de offi.de.ubi ad literam dicitur, ꝙ subdelegatio in causa ciuili permissa est, & sic in criminali ꝓhibita.l.imperator.ff. de postu.& gl.signanter ibi declarat, ꝙ non intendit Clemens per uerbum in causa ciuili, spirituales excludere, sed criminales tantum, & secundum Cur. magis in terminis in.§.fi.in auth.vt defunc.fu.vbi delegati Principis subdelegant occupati, iuxta formam authen. ad hæc .C. de iudi.ergo non regulariter per quem text. ita et ibi tenuit Iaco.de Belui. & refert hic Alexand. Quod etiam ego confirmabã aliàs, quia cõmissiones cõiter sũt odiosæ & restringendæ .l. diligenter .ff. man.c.cum dilecta, de rescrip.ergo delegata causa ut delegatus cognoscat, non uidebitur data potestas eidem, ut subdeleget, quoniam sic etiam Principis rescriptum porrigeret uires suas, & extenderetur ad id, quod uerisimiliter non cogitauit.l.ex facto.ff.de uulga. & pup. sub. & quia Princeps, aut motu ꝓprio delegat, aut ad partis petitionem, si motu ꝓprio

tunc non subdelegabit ex his, si ad partis petitionem, multo minus, quia rescripta per importunitatem impetrari, & concedi ut plurimum solẽt. l.i.C.de peti.bo.subla.lib.x.c.si quando, cum similibus, de rescrip. Et hæc pars mihi semper uisa est uerior. Ad contraria respondet Alexand. & dicit ad primum quòd utrobiq; persona erat affecta, non res, ut hic, igitur non mirum si.d. casibus ea cõcessa sunt, quæ in præsenti minime permittuntur, quod res scilicet, quæ semel facta ẽ alienabilis, semper alienabilis sit, non autem hic causa delegabilis, & fuit solu.Bar.in.l.peto,in.§.fratre,in 2.col.ff. de lega.2.& clarior quidem, licet eadem responsio sit, quòd ibi prohibitio fuit ꝑsonalis, ne quis partem suam alienaret, non realis, alias perpetuo durasset, & idem dicit in.l.uoluntas.C.de fideicom.

Secundo respondet Deci.quòd immò ex delegatione Principis non est alterata, seu mutata natura causæ, ex quo potest delegare, ergo nec dispositio.d.§.quadecim, hoc casu locum habebit. Postea replicat, quòd immo alterata uidebitur cum sui natura delegari non possit.l. nemo potest.ff.de regu.iu.& malè, quoniã delegari non potest ab aliis, à Principe autem sic.l.princeps.ff.de legi.& dictum fuit supra. Vltimo respondet Cla. quòd causa prohibitionis d.casu adhuc cessat, in prima translatione rei prohibitæ trãsferri, & in aliis sequentibus, in delegato Principis autem non, immò ab eo incipit, cuius personæ industria electa est, & benè, sed adde, quod ita respondet Bal. in.l.i.in fi.C.ne li.po. & quia unaquæq; realis est transeo.

Non ob.secundum quia uerba ibi, debent intelligi uera, in causis delegabilibus, ut per eundem Alex.hic, Replicat Dec.quod hoc facere etiam posset ordinarius, si ita intelligerentur, & sic non esset speciale in delegato Principis. Responde speciale esse, ut possit, quamuis causa non pertineat ad iurisdictionẽ delegantis, nec subdelegatus sibi suppositus sit, quod & Bononien.etiam sentiũt hic, & benè, & licet uerba illa adhuc ob stare uideantur, nullo personarum, causarumve habito tractatu, paulò inferius posita. Non ob.tamen, quia in appellatione procedunt, & præcedentia restringunt iuxta not.in.l.si seruus plurium.ff. de lega.i. Et si diceretur, ut idem Deci.dicit, quod appellatio præsupponit delegationem factam in omni causa, & cõsequenter quod potuerit omnes causas etiam criminales delegare, negabo, quoniam indelegabiles sunt, ut supra.

Non ob.tertium quia uerum est, quod subdelegat causas ciuiles, non criminales, & meri imperii, sicuti proxime dictũ fuit, ad l.i.C. qui pro sua iu. & not. Ias. in.d.l.à iudice, in 5.colum.& licet Principem representet, sitq; maior quocunq; ordinario in causa sibi delegata, ut signãter dicitur in.d.c. pastoralis, non tamen sequitur, quod possit subdelegare causas, quæ (ut dictum est) sui natura sunt indelegabiles.

Non ob.quartum quòd subrogatum sapiat naturam &c. quia sufficienter respondet idem Alexand. & dat instantiã quod sic etiam delegatus ab ordinario subdelegaret, & tamen non subdelegat, quòdq; regula prædicta in materia locum non habet. Replicat Deci.delegatũ ordinarii, ab hoĩe potestatem habere, Prĩcipis uero à lege, unde uidetur quod subdeleget, & malè, quoniam maiores magistratus habent etiam iurisdictionẽ à lege, ut hic, in prin.& tamen regulariter non delegant.

Non ob.ultimo tex.in d.c.fi. quia argumentum à contrario non sumitur, ut alia iura corrigantur.c.cupientes.§.q si per uiginti, de elec.in 6. dictumq; fuit supra satis, tradit nouissime Ro. consil. 399.ut præsens consultatio, colum. 2. nec officit ad idem, quod sic à delegato inferioris differre non uidebitur, quia immo differt ex quo ille nõ subdelegat causas simplicis iurisdictionis, iste uero sic præallega.l.à iudice, & ita tenendum est, & si à communi non recesseris, poteris aliquibus modis limitare, ut hic per eundem Alexand. Ias. & alios. Si princeps de sibi reseruatis aliquid delegasset

de

de quibus in.c.quod sedem, de offi.ord. Adde quod mandata iurisdictione etiã per dictiones uniuersales,non uenirent Regalia,seu ea,quæ in signum supremæ potestatis sunt Principi reseruata .c. i.q̃ sint Rega.Bald.in.l.i.colum.5. C. de serui.& aqua.& in.l.à procuratore .C.manda. Secundo ut subdelegatio non fiat amplius,quàm semel, infinitatis uitandæ gratia,ut per glo.in.c.super quæstionum in.§.porrò de offi.dele. quæ est cõmuniter approbata,licet Fulgo.in.l.more infra de iu.o.iud.secus dicat, & male, ut ibi per Docto.

Tertio si delegasset,per uerbum præcipio, ut not.in.l.sæpe.ff.de offi. præsi. Bald.in.c.eam te.de rescrip.in .i. colum. & licet multi ab ista glo.recessérint,eam tamen omnes tenent.

Quarto quando in commissione uerba taxatiua reperirentur apposita .l. i. §. de his.ff.de sepa.Ias.hic,colum.18. & in d.l.à iudice,in ultima.

Quinto & ultimo si dixisset Papa, super hoc conscientiam tuam onerantes, iuxta not.in.c.statutum in.§. assessorem de rescrip.in 6.& cum distinctione , de qua per Abb.in.d.c.fi.in.§.i.in fi.ff. de offi.dele.Debilitando hanc partem,quam tenuimus,dicebat etiam idem Dec.non esse uerum, quod uideatur electa industria personæ, ex quo id potius est, ut causa tollatur de manu ordinarii. Replica tu, quàmuis id potuerit fieri hac ratione,quòd tamen finalis causa, ne delegetur industria personæ fuit.l.i.§.fi.ff.de offi.præfec.præto.d.c.fi.de offi.de. Instat adhuc, si esset electa industria personæ, quod delegatus non subdelegaret, & tamen subdelegat.d.l.à iud. Sol. id in ciuilibus causis procedit , & quæ sunt simplicis iurisdictionis,non meri & mixti imperii indelegabilibus , in quibus istud ipsum maximè est considerabile.

Ad illud de duobus specialibus,rursum respondebat, quod immò non concurrant,ex quo delegatus à Principe subdelegat, quoniam sibi hoc à lege conceditur, & quia quod facit,facit ut ille,qui Principem repræsentat,quorum neutrũ subsistit, iam ex supra dictis sublatum, nam primum non est uerum , ex quo causa,sui natura,indelegabilis est , nec ulla lex inuenitur,q̃ sibi hoc idẽ permittat,& licet repræsentet Principẽ in cã sibi delegata,nõ tamẽ rep̃sentat,ut subdeleget,eandemq; potestatẽ habeat , quo ad hoc, quam habet Princeps. Ex quibus, Finis impositus sit principio huiusce not.legis, die xii.Decemb. M D LI.

SUMMA EORUM QUAE IN rub.ista continentur.

1 *A generalibus incipiendum est semper.*
2 *Officium generale nomen est, seu uerbum.*
Iudex ordinarius.
Delegatus.
Arbiter.
Sacerdos.
Legatus.
Procurator.
Aduocatus.
Præfectus Prætorio.
Visitator.
Sindicus & simile officium habent.
3 *Immò Cocus.*
Quod tamen disputatur, an officium eius uel artificium dici debeat.
4 *An delegatus Papæ dicatur officialis ipsius.*
Si in rescripto fiat mentio de officialibus Papæ, an comprehendatur.
5 *Delegatus cui aliqua causa cognoscenda terminanda; commissa sit.*
6 *Potestas Pistorij qui à communi Florentiæ eligitur, an sub statuto loquente. De officialibus eiusdem cõis comprehendatur.*
7 *Quid si eligeretur à communi Pistorij , & cõfirmaretur à communi Florentiæ. An dicatur officialis eiusdem communis.*
8 *Vnde dicatur officium.*
9 *Quare hic de offi.eius, alibi de offi.de.dictũ sit.*
10 *Quare hic de offi.tantum in decretalibus uero de offi. & potestate.*
11 *An idem sit dicere mandata quod delegata.*
12 *Oppositio fortis.*
13 *Fortior.*
14 *Fortissima.*
15 *An mandare iurisdictionem & præcipere idem sint uel differant potius.*
16 *Quid sit delegatus.*
17 *Mandare iurisdictionem , & iudicem dare, an differant,uel adhuc idem sint.*
18 *Quotuplex sit iurisdictio.*
19 *Continuatio prima glo.cõmuniter approbatur.*

20 *Nunquid Ordinarius habeat firmiorem iurisdictionem quàm delegatus, etiam si sit Principis.*

21 *Continuatio glo. 2. reprehenditur.*

22 *An delegatus Papæ dicatur maior seu dignior quocunq; ordinario.*

DE OFFI. EIVS. M D L V.

QVONIAM documentum Iurisconſ. eſt nos ſemper à generalibus incipere debere, ī.l.i.ff. de iuſti. & iu. & in.l.i.ff.de reb.cre.& melius quàm alibi in .§. his igitur inſtitu. de iuſt. & iu. hoc idem legitur. Imò inquit Pet. de Abano in libello venenorum quòd cuiuſq; rei ſcientia completur à genera-
1 liſsimis ad ſpecialiſsima deſcēdendo† & ſenſit ante eum philoſophus primo Phiſico. quando dixit pariter, ſermones noſtros ueriores reddi, ſi uniuerſalibus prius cognitis, ad particularia poſtea deſcenderimus.

Ea de re nos quoq; ſumentes exordium præſētis rub. quæ hoc anno. 1555. uenit interpretanda, à primo uerbo, officio ſcilicet quòd eſt generale, incipie-
2 mus †& dicemus breuitati conſulendo, quia omnes delectantur.l.i.ff. quod met. cau. nihil aliud eſſe niſi id, quod quiſq; efficere debet & poteſt pro conditione, & qualitate ſui ipſius, ſiue ſuæ perſonæ exemplum in ordinario is enim officiū habet.l.i.ff. de iu. o. iudi. ibi iuſdicentis officium.

In delegato ut hic, & in titu. de offi. dele. extra, ī arbitro ī.l. nō diſtinguemus ī.§. de offi.ff. de arb. in ſacerdotibus .c. ſane ibi, vel ſacerdotale officium interdicat &c. eo. titu. in legatis .l.i. C. ex quib. cau. maio. & ibi pulchre Alberi. in procuratoribus .l. litem.l. alienam. C. de pro cu. c. pe. eo. c. ſi quem de proc. in 6. in aduocatis.l. fi. C. de poſtu.l.i.l. iubemus .l. laudabile.l. petitiones.l. nemo. C. de aduo. di. iudicum.l. ſancimus prima, & ſecunda.l. cum aduocatio.l. ſi quis .l. petitionem. C. de aduo. di. iudicio. in præfecto prætorio. d.l. fi. C. de poſtul. in uiſitatoribus, Clem. 2. ad fi. prin. de cenſibus, ibi uiſitationis etiam officio non impenſo, in ſindico qui eſt uniuerſitatis procurator.l.i.l. item eorum .§. decuriones .ff. quod cuiuſq; uni. no. Ancha. in. c.i. in fi. de conſue. in 6. et eiuſdem generis pluribus quibus uel adminiſtratio committatur, uel iniungatur onus aliquod. Imò (vt dicunt omnes) quòd etiam locus
3 † officium habet. d. clem. 2. in princ. de cenſi. ubi præciſè dicitur, cocos prælatorum, ratione officij ſui, pecunias extorquentes à religioſis Ciſtercienſibus, eſſe omnimodo apoſtolicæ ſedis indignatione, compeſcendos, & idem in.l. legatis in §. ſi ex officio .ff. de lega. 3. vbi ſi lecticarius fiat cocus, mutatur artificium in officium & ī.l. ſi cui. ff. quib. mo. uſuſ. a. ubi glo. not. ſignanter per. d. §. ſi ex officio confirmat Io. de Ana. in. c.i. colum. 1. de ſagitta.

Sacriſta, cuſtos Eccleſiæ, Caſtri, & ſimiles, ut per Ancha. in. d. c.i. in fi. de con ſue. in 6. Boer. deciſio. 149. num. i. par. i. & alios hic. Et eſt utile (vt idem Anch. dicit in loco præallega. & Feli. in rub. de offi. de. colum. 2.) ſi ſtatutum exter. (vt Senis) quod qui habuit aliquod officiū à communi, non poſſit uſq; ad certum tempus ad aliud aſſumi.

Verum ad coci propoſitum aduerte, quia uidetur, quòd potius eius exercitium, dici debeat artificium, & coquinaria exercitatio ars coquendi, quæ ad uictum ſpectant, caſus eſt clarus, in .c. ne tales, ibi arte impēdiiſq; cocorum non indiget, de conſecra. d. 5.

Clarior in. d.l. legatis in .§. ſi unus .ff. de lega. 3. ubi ſi alicui puta Titio ſeruus cocus legatus ſit, Seio lecticarius, Gaio uerò textor, habeatq; teſtator ſeruos plures, cocos, Textores, lecticarios, & unum qui plura ſciat artificia, is cui uidebitur legatus? ei artificio conſiderato (inquit Iuriſcon.) in quo plerunq; uerſabatur

batur, si in coquina Titio, si in lecticis Seio, si vero in textura Gaio, ergo cocus artificium habebit, diceturq; coquinaria exercitatio, ars. & ita dicebat quoq; per istum tex. Ancha. in c. canonum statuta. col. 219. de consti. plenè Ro. in l. dāni in §. Sabini ad fi. ff. de dam. inf. Clarissimus autem in l. si quid uenditor in §. fi. ff. de edil. edic. ubi si venditor, cocum optimum esse dixerit, optimum in eo artificio præstare debebit, ergo non officium habere dicetur, notandumq; est, pro statutis pariter de artificibus mētionem facientibus, puta quod soluant gabellam, ut ex his cocum quoq; comprehendant, quemadmodum ibi notat Bal. & bene, ubi etiam Veron. & Ro. singu. 649. & Cremen. 98. uterq, per text. in d. §. fi. & Boer. decisio. 222. num. 9. parte. i. & sic duo tex. pugnant, maxime in d. §. si ex officio, & in d. §. fi.

Nisi fœdere distinctionis posse sic concordari, dicamus (quod sensit glo. in d. §. si ex officio Io. de Ana. in d. c. i. de sagitta. Veronen. in præallega. §. fi. fusius Boer. decisio. prædicta num. 10.) quod si sit cocus communium cibariorum, exemplificando in scholaribus & religiosis, qui non ita laute uiuunt ut Principes, tunc officium dicatur, & ita intelligi debeat tex. ī d. §. si ex officio. si uero eorum quæ lautiora sunt, & subtiliora quidem, tunc sit artificium, nec aliter intelligēdus tex. in d. §. fi.

Quæ distinctio mihi nunc vera non uidetur, licet communis sit, & cum ea ego quoq; alias trāsierim, primum quia iure non probatur §. cum igitur, ibi, nec est lex quæ hoc dicat in auth. de non eli. secun. nu. uulga. §. consideremus. de triē. & se. co. lib.

Demum quia uidetur confundi per tex. in d. §. fi. simpliciter dicentem, coci, artificium esse, quod sanè ītelligi debet, quorumcunq; cibariorum quia ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus uulga. l. de precio. ff. de publicia.

Et vltimo loco etiam, quia quæ differunt qualitate non differunt specie. l. fi. ff. de fun. inst. & à simili, nec lautiora cibaria, & communia ut officium dicatur, sumpto argum. ex d. l. fi. & hinc Bald. in l. in fraudem. ff. de mili. testa. per tex. not. in l. i. in §. quod autem. ff. de alea. quod generalis dispositio, capit oēs suas spēs, etiam qualitate differentes.

Nec officiunt contraria, tex. scilicet ī d. clem. 2. & in d. §. si ex officio, quia id est verum, large & impropriè non strictè, et propriè usque adeo ut omnimodo Cocus (sicuti diximus) in statuto de artificibus loquente comprehendatur. d. §. fi. l. quicquid astringendæ, cum uulga. ff. de verbo. ob. uel dicamus (quoniam urget ualde tex. in d. §. si ex officio) quod respectiuè officium habere dicetur, & ita intelligatur, quod ibi dicitur, simpliciter autem artificium d. §. fi. Et est ad propositum argum. in l. ubi autem, non apparet, in fi. prin. ff. de uerbo. ob. ibi quia bono melius inueniri potest.

Vel & ultimo, quod uilissimum mancipium fuit antiquis imò quod cocos nō habebant, eosq; ex macello conducebant, & inter mancipia, unà cum pistoribus recepti sunt, inquit Tranquil. in Auli Vitelii Cesaris uita, postea (ut scribit Blond. lib. 9. de Roma triumphan. & T. Liui. ante eum 34.) estimatione & usu, in precio esse cepit, uel Asia deuicta (Petrar. teste in ep. lib. 8.) & utinam (ut ibi subiicit) Asiam nunquàm uicissemus, quia illa suis delicijs non uicisset nos, & ad propositum quod ministerium fuerat, ars haberi cepta est, officium enim generale uerbum est, ad omnę ministerium, & cum ministerium dicitur, officium dicitur, ut supra & not. in d. §. si ex officio, bonus text. in l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemad. testa. ap.

Id pro expedito habentes, si esset cocus principis, maximè non recognoscētis aliquem in superiorem, quod dignitatem haberet, quodq; esset nobilis, l. i. C. de præpo. labo. lib. 10. ibi quos nostri lateris comitatus illustrat, bonus tex. in simili in §. hæc itaq; in auth. de consuli. & in l. fœminæ. ff. de sena. Ange. & Ias. in l. omnium. C. de testa. Bald. in specie in rub. de feu. guar. & castal. in usibus. In do

mesticis inferioris, haud considerabile; quoniam nobilitari non possunt. l. i. & ibi Bar. C. de digni. lib. 10.

Et scire utile est, propter priuilegium immunitatis, quo gaudent nobiles, ut ad subsidia secundum mores ciuitatis, minimè teneātur, de quo alias Ripa lib. 2. responso. c. 26. col. 2. & 3.

Omittētes etiam aliter dici officium, in l. officio. C. de nego. gest. ubi & de obsequio & de pietate aliquid. late Ray. de forliuio in l. si non sortem in §. libertus num. 3. ff. de condic. indeb. & si uellemus tenere quod indistinctè officiū habeat, quia (ut dixi) ualde urget tex. in d. §. si ex officio possemus ad contraria responde re, quod artificium dixerint impropriè, ex quo propriè officium habet argum. eorum quæ not. per Saly. in l. 2. colum. 2. C. loca.

Et quoniam ab officio officiales deriuantur, quæro an delegatus Papæ, officialis dicatur † & breuiter ex mente De
4 cii hic & in rub. de offi. de. colum. 2. respondeo, (post lap. tamē, & Old. ac But. in locis per eum allega.) quod non, ea tā tum ratione, quoniam non agitur de re spectante ad Papam, sed de causa sibi cō missa, cuius commodum est priuatorū, & ita refert, usu comprobatum fuisse, post prædictos.

Quòd etiam scire expedit, quia ordinarii Iudices regulariter non possunt se intromittere de officialibus Papæ, ut habetur in extrauagan. Io. & Euge. quarum una incip. cum Mathæus, altera uero, diuina.

Ad idem considerantes, quem nunq̄ dici posse talem formaliter, nisi omnia cōcurrant, quibus talis efficiatur ex quo alterum non sufficit. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. l. diuus. ff. de resti. in integ. sed ut dicatur officialis Papæ, oportet quod ei officium demandatum sit, deq; re ipsius (ut dictum est) agatur, ergo officialis non erit proprie.

Et quia deniq; delegatus Papæ appellatur cōiter, (tametsi officium habeat) & non officialis c. gratum c. sanè c. pastoralis de offi. de.

Tamen contrarium uerius uidetur; quia officialis (ut supra) ab officio dicitur, quòd exercet, sed delegatus Papæ officium exercet ergo officialis dicetur Clem. 2. et ibi Car. q. 11. de rescrip.

Secūdo, quia à simili, uicarius Episcopi officialis dicitur, ex quo iurisdictionem illius administrat c. 2. ubi casus clarus, de consue. in 6. ergo etiam delegatus Papæ l. i. §. qui manda tam infra eo. d. c. sanè de offi. de.

Vltimo. quia si papa habet officium (ut omnes hic dicunt) habet etiam eius delegatus l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cau. Sed ab officio dicitur officialis. ut supra dictum est pariter, ergo. et ita etiam Bononien. Transeunt in rubric. de offi. de. nu. 48. et opi. satis rationabilis esse uidetur.

Sed prima iudicio quidem meo lapi, Old. But. Decii, et aliorum magis communis, facile ex supra dictis etiam defendi potest, ut ordinario in hoc dubio minus præiudicetur quàm possibile sit, et se de delegato Papæ intromittat, cū non sit (ut diximus) ipsius officialis. Et hinc uidemus quoq;, quòd executori suo uolenti conferre beneficia in literis nō inclusa, potest se opponere; ut per Io. An. in c. si eo tempore de rescrip. in 6. et impedire impetrantem quando rescriptū est surreptitium c. in nostra eo. tit. in antiq. et deniq; prohibere, ne ab eius delegato iniuste excommunicati adhuc denuntientur. clem. frequens de excef. præla. not. in cle. fi. de deci. & in c. statutum de rescrip. in 6. Ad opposita facile respondetur, nam primi antecedens uerū est consequens falsum, quia bene est officialis, sed non officialis Papæ.

Non ob. secundum quia simile nō procedit, ex quo episcopi et eius Vicarii, idem est auditorium, sed non idem Papæ & delegati, ubi nō tractatur res quæ spectet ad papam, præallega. c. 2. de consue. in 6. l. 2. C. de offi. eius qui ui. al. ge. l. 2. §. pe. ff. ad Tertu. Bald. cons. 93. in fi. uol. i. Abb. in c. licet col. 3. de elec.

Non ultimum deniq;, quia fateor q̄ officialis dicatur, sed non officialis Papæ, ut

pæ, vt supra & si replicaretur, quòd imò dicetur talis, ex quo etiam Papa officialis Christi dicitur & Vicarius. c. significasti de elect. & ibi Abb. respondebo id esse, quia idem etiam Consistorium dicitur Christi & Papæ ut tradit idem Abb. in præallega. c. licet, sed nō Papæ & eius delegati in causa cuius commodum sit priuati ut supra.

Secundo quæro, si in rescripto fiat mentio simpliciter de officialibus Papæ
5 an cōprehendatur delegatus† cui aliqua causa cognoscenda ac terminanda commissa sit.

Bononien. prædicti in loco præalleg. dicunt, subiectā materiam inspiciendā esse, quod etiam est regulare. l. si uno. ff. loca. exemplificando ut per eos, & ultra quia solet etiam dici, talia esse subiecta, qualia prædicata demonstrant. l. si defensor in prin. ff. de int. ac.

Ego uero absolute teneo, ꝙ non comprehendatur ex supra dictis, & dico in uerbis propositæ q. errasse, dum dicūt in rescripto mentionē simpliciter factā postea de officialibus Papæ, subiiciunt, & sic liquet si sunt Papæ, ꝙ nō sunt officiales simpliciter, arg. in. l. i. ff. de dona. & in l. hoc legatum cum uulga. ff. de leg. 3.

Et in decisione longe magis, quia volunt primo si dictum sit, puta in edicto, quod quilibet officialis teneatur stare sindicatui, de gestis per eum in suo officio, comprehendi in rescripto, ex quo hoc ipsum non est, quia ita subiecta materia dictet ut præsupponunt sed propter uerbum uniuersale quilibet, probo, quia stante statuto pariter, quod quilibet admittatur ad accusandum homicidium, admittetur etiam infamis, qui tamen inhabilis est alias, ita Bald. in l. ita nobis, ad fi. C. ad legem iul. de adul. & est argum. in l. iulianus. ff. de lega. 3. & in c. solite de maio. & obe. & simile (ferè idem) quia legatarius non est propriè hæres. l. id tempus. §. i. ff. de usuca. pulchre Bald. in. l. si abducta colum. 2. C. de fur. & nihilominus si in dispositione uerbum uniuersale appositum reperiatur, in ea absq; dubio cōprehendetur, & appellatione hæredis ueniet etiam legatarius, impropriis sime (vt diximus) hæres.

Secundo uolunt, quod non comprehendatur, si hoc ipsum materia subiecta minimè patiatur, puta quia uelit Papa quod omnes officiales sui decimas soluant.

Et adhuc malè, quia dixit omnes officiales, & qui omne dicit nihil excludit. d. l. Iulianus, præallega. c. solite, cum uulgaribus. Immò quòd uerba impropriari debent ut etiam delegatus comprehendatur, & ad solutionem decimarum teneatur d. l. si uno. l. si stipulatus. ff. de usu. Tradit Bar. in simili in. l. in ambiguo ff. de reb. dub. præsertim quia fauorabiles sunt, uotaq; fidelium, precia peccatorum, & patrimonia deniq; pauperum. c. quia iuxta 16. q. 1. & fauores ampliari debent, odia uero restringi. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. Bartol. in. l. quia semper. ff. de in ius uo. & si prædictorum opi. saluari potest, & uerificari, forte in exemplis in quibus non sunt dictiones huiusmodi uniuersales, saluari poterit, ut per eos, ex quo exemplis nō restringitur regula, quàmuis (vt uulgo aiunt) declaretur. §. hactenus institu. de gradi. l. damni infecti stipulatio pertinet. §. fi. ff. de dam. inf. Cogitantes in cæteris, quia hæc, pro nunc erunt disputationis gratia dicta, satis.

Tertio quæro, nūquid potestas Pistorii, qui à communi Florentiæ eligitur, sub statuto loquēte de officialibus eiusdem cōis† comprehendatur. Et ex mente doctorum respondeo, ꝙ non, ad idem allegantium tex. in. l. noluit in §. i. ff. de inter. ac. ubi prouinciæ præses, à Po. Ro. eligebatur pariter eiusq; nomine officiū exercebat in prouincia, & tamen nō dicitur de magistratibus Po. Ro. patet, qa dicit interrogatū in iure respondisse, si apud magistratus Po. Ro. uel præsides ꝓuinciarum uel alios iudices, responderit considerando hanc dictionem vel cōiter poni inter diuersa. l. hæc uerba. ff. de uerbo. si. l. ubi pactum. C. de transac. Cu ma. pulchrè consi. 97. col. 2.

Secūdo adducunt tex. in. l. 3. in §. fi. ff.

(margin number 6 beside "dem cōis† comprehendatur")

quod met. cau. ubi similiter si magistratus po.ro.uel præses prouinciæ, quid in iuriæ fecerit(inquit Iuriscon.) illud ædictum locum habere.

Tertio, quia stant ista simul quod à communi Florentiæ eligatur, & tamen ipsius officialis non sit, probo, quoniam delegatus etiam eligitur à Papa, & tamẽ secundum communem, non est officialis Papæ ut supra & ita etiam transit Deci.hic & in.d.rub.de offi.de.

Sed in contrarium est text.ad literam in.l.sed licet.ff.de offic. præsi.ubi præses prouinciæ adhuc, vice magistratuum Romæ fungitur, ergo Po. Ro. magistratus etiam dicetur, & pari ratione Potestas Pistorii officialis communis Florentiæ, cum ab eo (ut diximus) eligatur.

Et in simili idem sentit Bart. quod si commune Perusii eligat Potestatẽ Spoleti, Perusini sunt domini, nec debẽt turbari in isto iure eligendi, in l.i.in §.huius ad fi.ff.uti po.

Potestq; etiam & ultimo, ratione suaderi, quia Vicarius Episcopi officialis ipsius dicitur, clem.2.de rescrip. c. romana in prin.de ap. in 6. ex quo etiam ab ipso eligitur ergo, & potestas Pistorij, communis Florentiæ, & ita in his Terminis tamen Bononien. quoq; in præallega. rub.de offi.de.num.52.Transeunt.

Quibus tamen non ob.ego à prima op. non recedo, quam etiam indubitatam, tenuit Deci. & nos aliàs in prima & secunda lectu.licet Bononien. prædicti dicãt ad tex. in d.l.uoluit, & in .d.l.3.quod loquuntur nõ de officialibus sed de magistratibus, quòd præses officialis est, nec ibidem negatur, licet à magistratu differat, & male, quoniam magistratus habet officium .l. legatis. §.si ex officio ff.de lega.3.à quo officialis deriuatur, si ergo præses magistratus non est, consequenter officium non habebit, ergo nec erit officialis.

Et tenendo sic quoniam tertium etiã urget, ad opposita respondebimus, & pͨcipue ad tex.in.d.l.sed licet, quod quàm uis magistratuum oĩum Romæ, vice fungi debeat, non tamen erit po. Ro. magistratus .d.l.uoluit, præalleg.l.3.aliàs iura hæc pugnarent, non permittendum .§. sed cum paulatim institu. de testa. c. cum expediat de elec. in 6.ergo nec officialis, & qa (vt dicebã supra) delegatus papæ ẽt vice ipsius fungitur.l.i.§.qui mãdatam.l.solet inf.eo.c.sanè de offi. de. & tamen officialis Pape non dicetur.

Non ob.secundũ qa nec id negari põt, ꝙ Perusini .s.non sint domini, Spoletini uero subditi, ꝙq; non posint in.d. eligẽdi iure turbari, sed non ꝑpea ꝙ potestas spoleti sit.d.Perusinorum officialis, quia sequeretur aliàs ꝙ oĩs electus ab aliquo officium habens esset officialis eligentis dictu tamen absurdum, probo, potestas eligit deputatos ad arce diui Antonij Cõfessoris regimen, & tamen non sunt officiales potestatis eligentis: Similiter collegium nostrum iuristarum, eligit sacerdotes, vt celebrent in ecclesia Cathredali, & hoc in executionẽ testamenti cuiusdam clerici, sacerdotes habent officium (ut dictum fuit sup.) & tamen nec ipsi officiales collegii dicuntur. Vltimo ciues eligunt officiales, quando suffragiis magistratus impertiunt & officia Klen. Ianuarii, & tamen electi, non sunt officiales eligentium, ideo consequentia tenentium contrarium, omnino falsa.

Tertiũ.secũ responsionem hẽt id essẽ ẽt, quia vicarii, & Episcopi idem auditoriũ est, ut dictũ fuit pariter sup.& clare ꝓbatur in iuribus ad idem allega, & in .c. 2.de consue.in 6. sed hic cõis Florentiæ, & potestatis Pistorii diuersũ, ergo ipsius officialis nõ erit, nec simile ad propositũ

6 Sed quid si eligeretur à communi Pistorii† & confirmaretur à communi Florentiæ, dicetur ne officialis eiusdem cõmunis? Bononien.in præallega. rub. tenuisse uidentur quod non, moti, quia ꝙ confirmat nihil dat .l. hæredes palam .§. sed si notam .ff.de testa.

Et quia imperator etiam cõfirmatur à Papa.c.uenerabilem de elec. & tamen non est officialis Papæ.

Quorum primum debile est, ex quo ibi id non dicitur sed aliud, ad ꝙ etiam tex.ille solet allegari, quod qui declarat

nihil

nihil noui inducit, immò quod confirmans dare uidetur.l.i.§.omnia.C. de uete.iu.enu.omnia enim(inquit Imp.) nostra facimus quibus à nobis auctoritas impartitur, declarando tamen ut infra. Debilius secundum, quoniam bene ungitur & coronatur, sed alia confirmatio minimè est necessaria Old.consi.180.colum.2.& cum habeat imperium à Deo, sitq; mundi dominus d. c. venerabilem .l.deprecatio.ff. ad legem rhod. de iac. c. solite de maio.& obed.non æque conuenit ut sit officialis Papæ. Placet tamen opi.hæc nec aliter dici potest, ex quo (& ferè in terminis) Papa confirmat statuta Ciuitatis Spoleti, & tamen non dicuntur statuta Papalia, ergo nec Potestas Pistorii, confirmatus à communi Florentiæ ipsius officialis dicetur, l. omnes populi.ff.de iusti.& iu. tradit Bald. in l. ex placito colum. 2. & 3. C. de rerum permu.subiiciens etiam post gl.in l.2. C. de consti. pecu. quod statuta mercatorum à populo confirmata, nō dicentur statuta populi.

Et quia regulare est, ubi actus ualidus confirmatur ut hic quod confirmans nihil noui tribuat sicuti prius dicebatur, & bene, sed est tex. in l. si donate in §. 1. ff.de dona.int.ui.& uxo.aliàs sic, si inualidus fuerit.l. adoptio non iure facta. ff. de adop.& hoc casu intelligi debet etiã quod habetur in d. §. omnia nostra facimus.& ita dicebat Deci.Seni.in l.fi.in fi. C.de eden.& Ias. fusius, in l. more colum.5. ff. de iu. o. iud. ubi de intellectu quoq;.l.fi.& ibi Bart.C. de desen. ci. ab eisdem Bononien. citatus in d. rub. Et quia deniq; Papa cōfirmat alibi excommunicationem factam ab Episcopo, & tamen Episcopus absoluit. c. nuper de senten.excommu. Et ita tenendum est, & de materia dicendum etiam ut not.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.

8 Vnde dicatur† modo officium, liquet ex his quæ per docto. hic traduntur, Deci.& alios num.6. plenius Luc.de pœna in l.i.C.de fi.inst.& iu. haste fisca. lib. 10. ab efficiendo scilicet quod unicuiq; congruit, seu ab eo quod quæritur quid efficere in eo, unumquenq; conueniat, pro conditione personæ. & ut nemini etiam administrationem habens, seu iurisdictionis ministerium, officiat, uerum prosit potius.l.diuus in fi. ff. de offi. præsi. l. in commodato. §. idemq;. ff. commo. Tametsi aliter dicat Valla, elegan.lib.4.c.212. quod uirtutis actio, pro loco, pro tempore pro rerum dignitate, similibusque, decens aliquod factum, & quia ferè idem est nec ista habet difficultatem transeo.

9 Et quæro adhuc, quare hic de officio eius dicatur, †alibi uero de offi. delegati. Possemus respondere cum hæc quoq; ad beneplacitum sint, ita ordinata, positaq; fuisse, quia compositoribus, sic placuit, iuxta illud sic placuit magno qui nos distinxit Ottoni, tradit glo.in l.i. in §.pueritiam, in uers.ratus.ff. de postu. & sic quod sit pro ratione uoluntas, ut in simili in l. quia poterat ff. ad Treb. l. non omnium. ff. de legi. §. furtiuè institu. de usuca.

Vel quod idem hic virtualiter, & implicitè, ac per circumlocutionem quandam, ibi uero explicitè dicatur, tantumq; significet istud, de officio eius, cui mandata est iurisdictio, quantum si dixisset de officio delegati.l.i.§. qui mandatam infra eo. l. solet de iu.o.iud. c. sanè de offi. del. quod si sic est, cum nec forma desideretur, quemadmodum nō refert quid ex equipollentibus fieri, non uidebitur referre pariter, quid ex equipollentibus dici.l.fi.ff.manda.l.3.C. de insti.

Vel & ultimo, quod ita dixit Vlpiã. hic, ex quo propriè & latinè, delegatus Iudex non dicitur, nullibiq;(in materia iurisd.tamen inuenitur uerbũ istud Imp.autem in l.à Iudice.C.de iudi.& in l.placet secunda.C.de peda. iudi. & in l. i. C. qui pro sua iur. & Papa in d. rub. & in c. sanè præallega. & in c. gratum & in c. relatum, & in c. pastoralis eod.tit.d.uerbo usus est, quia loquendi proprietatem non curarunt. Sed ob. text. in l. i. infra eod. ibi, exercitationem lege uel Senatusconsulto delegatã

&c. Sol. non delegatam (quomodo tamen legitur in pandectis Flo. nec aliter Budeus Parisien.) sed delatam legi debet & longe purius, & ita illum text. restituit Haloander, & credo uerisimum.

Ob. rursum text. in .l. j. ff. de dam. inf. ubi caueri de damno infecto, iubet non modo prætor sed alii etiam, quamuis inferiores magistratus, ex delegatione sibi à prætore facta. Sol. non dicit iurisdictionem delegatã, nec iudicem delegatũ sed quod illud delegandum putauit p̃tor iurisdictione sibi reseruata, tolerabile, ex quo etiam alibi delegatam pecuniam dicit, delegare debitorem, & simile in. l. 2. ff. ad legem iuli. pecu. & in. l. delegare. ff. de noua. pro qua declaratione facit etiam tex. in. l. 4. in. §. duas eo. titu. de dam. inf. & in. l. 2. ff. si mens. fal. mo. di. & ideo in materia iurisdictionis proprie dicebam proxime hoc ipsum nõ reperiri.

10 Verum aliud restat † quia non simpliciter dicit Papa in decretalibus, de offic. sed de officio & potestate, hic uero de officio tantum, cur igitur d. uerbum additum est? Deci. sepositis multis in præallega. rub. de offi. de. colum. 3. & quidam Moder. hic tacito auctore de uerbo ad uerbum respondent, quod hic de exercitio tractatur & sic de iurisdictione prout est in actu. l. i. ibi, & ideo uidentur errare magistratus &c. ibi vero prout est in actu & in potentia, quod ex uerbo potestatis significatur, freti etiam Bal. auctoritate in. d. loco in fi. qui hoc idem sensisse uidetur.

Quam resolutionẽ improbant Bononien. in d. rub. nu. 60. arguentes per locũ ab absurdo, uulg. l. nam absurdum. ff. de bo. lib. quoniam sic Papa ibidem præposuisset, exercitium seu actum potentiæ, non dicendum ex quo prius est potentia & habitus, postea actus nihil allegant, adde tu Bald. ita dicentem, quod prius nascitur potestas, quàm excitetur ad actum in auth. qui semel in princ. C. quomo. & quando iud.

Et dic ratione etiam posse colorari, quoniam potentia ẽ materia, actus uero forma, forma nil aliud quàm impressio in materia, exempli gratia Principis, auro uel argẽto impressa, ergo potẽtia prius. Idem Bald. consi. 38. colum. 2. uolum. 1. debuisset igitur his stantibus (inquiunt) de potestate & officio dici, non è contra ut dictum est.

Ego sine dubio prædictorum resol. teneo, & primo dico plerunq; etiam esse aures consulendas, longeq; melius sonare, si dicatur de officio & poteste iudicis delega. quam è contra, ut per glo. in pro he. institu. in princ. & est figura quæ à Grammaticis cocophonia appellatur, sed transeat, respondeo aliter, quod hoc ipsum curandum non est, ex quo prius etiam est obligatio quàm actio non secus ac mater, & filia (quod ad sensum patet) & probatur in. l. licet in. §. ea obligatio. ff. de procu. & tamen alibi sic dicitur de actio. & ob.

Vel & aliter, quod licet ordo necessitatis peruerti non debeat, secus est tamẽ si sit ordo locutionis ut ibi. l. præposteri C. de testa.

Vel si sit ad ornatum & de honestate non de substantia. l. quotiens in prin. ff. de admi. tu. Bald. in. l. ambiguitates in prin. C. eo.

Vel quod in coniunctis, prout est potentia, & actus ibidem adhuc, non est dare prius uel posterius. l. quidam testamento. ff. de pecu. le.

Vel & aliter quod prius dictum fingitur, quod prius dici debebat l. 3. §. qui habet. §. de ser. rust. prædio. Bal. in. l. illud. ff. de acqui. hæ.

Vel & aliter quod non curatur ordo scripturæ ubi uoluntas cum legis, tum legislatoris, certa est, Bar. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & in authe. hoc ius porrectum colum. i. C. de sacrosanc. eccl. sed hic legis certa est, certior legislatoris, qui in dubio uidetur se cum ea uoluisse conformare. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. ergo etiam quod ordinem peruerterit scripturæ tolerabile est.

Vel & ultimo, quod de officio dixit, postea de potestate deducendo ut supra quia potentius etiam ẽ & dignius quod est in actu & exercitio, quàm id quod est

in

in potentia & habitu, ut inquit Auer. phi.i.& Aristo.3.

Aliam tamen resolutionē ipsi quoq; tradunt, quod hic tantum de officio dictum sit quia causæ meri imperij delegari non possunt, in decretalibus uero, q̄a regulare est, ut delegentur. c.quod sedes de offi.ordi. dixit de officio & potestate, ex quo officium iurisdictionis exercitiū supponit l.i.infra eo. potestas uero, merum imperium. l. potestatis uerbo .ff. de uerbo.si.

Quæ iudicio meo dubitabilis uidetur ex quo non est uerum generaliter, hoc iure meri imperij causas delegari nō posse, ut per docto. in l.i. infra eo. Immo quod multi sunt casus in quibus delegatio permissa est, quos in specie enumerat Rimi. ibidem in fi. ergo etiam hac ratione hic de potestate dici debuisset, & tamē de officio simpliciter dictum fuit.

Nisi saluando etiam eos dicamus, q̄ regularia tantum attendi debent, non specialia .l.i.ff. de regu.iu. quodq; hac ratione, de officio tantum dixit hic Vlpia. de quo tractare principaliter intendebat ibi autem Papa de offi. & potestate, deducendo ut supra .l. si quis nec causam cum uulga.ff. si cer.pe. Et ante ipsos resolu. fuit (licet tacito auctore transeant) q̄ elicitur ex dictis Seysel. in l.i. colu. 2. in prin.ff. de iu.o.iud.

Vel dici & ultimo potest, quod esto quod potestas pro imperio sumatur. d.l. potestatis. l. Imperium.ff. de iu.o. iud. attamen nonnunquàm etiam potestas est nomen officii, & potestas. i. officium exponitur, quod a iurisdictione pendet. §. & qui potestatem institu. de execu. tu. l.i.C. si rec. prouin. l. cum prætor in fi. l.pen.ff. de iudi. casus clarus iuncta glo. in l. si quis missus in prin.ff. ne uis fi. ei. et hic licet dictum non sit, amplificandæ orationis gratia subaudiatur, expressum uero sit in decretalibus, ut potestas idē sit quod officium, & sic in hoc non differant, & quia hæc pertinacibus sunt relinquenda, ut in simili inquit glo. in rub.ff. solu.ma. transeo.

Secundo principaliter (eò redeuntes unde discessimus) dicitur hic, mandata quod uerbum etiam dubium est, ideo
11 quæritur † an idem sit dicere mandata, q̄ delegata, & respondetur quod sic, licet (vt dixi) proprie hoc uerbo non utantur Iuriscon. & probatur in .l.i. infra eo. ibi mandata iurisdictione non transferuntur, & ibi quæ uero iure magistratus cō petunt mandari possunt, & ibi iurisdictionem suam mandant, & ibi possit eā si proficiscatur mandare, & ibi nō aliter itaq; mandare poterit, & ibi cum aliàs iurisdictio etiam à præsente mandetur, & in fi. ibi, mandare non poterit, & in §.i. in prin. ibi, qui mandatam iurisdictionem suscepit, proprium nihil habet sed eius qui mandauit iurisdictione utitur, & ibi mandata iurisdictione, & in l. 2. & in l. cognitio in prin. & in §. fi. & in l.fi. & in l. solet.ff. de iu.o.iud. et in l. more, et in l. & quia eo.ti. & in l. solent.ff. de offi. procon. nec aliam habet significationem uerbum istud, ubiq;, nisi vt dictum est supra.

Sed opponitur quoniam immo refer-
12 tur † ad uniuersitatem causarum, secūdum glo. in l.i. in §. qui mandatam infra eo. delegatur uero, quando species tantum committitur, uerum delegatus ad uniuersitatem causarum ordinarius est l.fi.C. de iudi. ergo male, quod mandata i. delegata intelligatur.

Cui difficultati respondent Docto. hic post Ias. in l. more, col. 4. infra eo. q̄d licet pluribus respectibus ordinarius dicatur quia recusari non possit ut suspectus, subdeleget, & post litem contestatam etiam realiter citet, ut in d.l. fi. not. Bald. pulchrè in l. si ut proponis. i. col. 3. C. quomodo & quando iud. respectu tamen iurisd. erit delegatus, ex quo nihil proprium habet, d.§. qui mandatam.

Formalius ego, quod immò ordinarius nō sit, sed quasi ordinarius, ut Foraneus Episcopi, iuxta glo. in clem. & si principalis, de rescrip. & in c. Romana de ap. in 6. declarat Abb. in c. ad hæc colum. 2. de rescrip. & in c. cum dilecta col. 4. eo. ti. ergo delegatus, & non propriè ordinarius, quia denominatio fit nunquàm

à ge-

à generali principio ubi est forma specialior, quemadmodum in stipulatione scriben. aiunt in rub. de uerb. ob. in prin.

Vel & aliter, dato aliàs quod ordinarius sit quod non erit hic tamen, ex quo non apparet qđ scilicet ei fuerit causarũ uniuersitas demandata, sed contrarium potius.

Maxime quia glo. in. d. §. qui mandatam, pedem nõ firmat, sed dicit ultimo, quòd immò quandoq; unum pro alio ponitur, idq; uti uerius tenendum est, l. qui filium. §. sabinus. ff. ad treb. & ita dicam hic ego, poni mandatam pro delegata scilicet ut supra. Et plus quod nec tex. ab ea allega. probat intentum suum in. l. solet infra de iu. o. iud. quia si is cui mandata est iurisdictio fungitur uice eius qui mandauit non sua, uel omnem iurisdictionem mandauerit, uel unam speciem tantum (ut ibi dicitur & in. d. §. qui mandatam) delegatus erit, & non ordinarius, & sic ex his nullo modo ob. obiectum.

13 Secundo ad idem opponitur† minus recte dictum, mandatam esse iurisdictionem, quodq; is cui mandata est sit delegatus, quoniam mandatur à lege, & tamen is cui mandatur ordinarius est. l. ii. infra eo. l. cum prætor. §. i. ff. de iud.

Quod argumẽtum etiam dici potest fallaciam habere quoniam non mandat lex, sed defert iurisdictionem. l. & quia infra de iu. o. iud. l. i. infra eo. ut ordinarius sit & dato quod mandet, nihil sibi reseruat, hic uero mandat delegans, ut delegatus nihil proprium habeat, sed utatur iurisdictione delegãtis. d. l. solet. d. §. qui mandatam bonus tex. in. l. i. ff. de dam. insec. simile in. l. rei commodate. ff. commo. & in. l. licet in. §. rei deposite ff. depo. & sic clare liquet consequentiam nec quoad istud concludere.

Vltimo oppo. si iurisdictio mandata
14 est† & sic (vt dictum est supra) delegata quod & clare etiam legitur in. c. querenti de offi. de. quomodo uolumus, quod utatur iurisdictione delegãtis hæc enim repugnant.

Confirmo, quia mandat etiam dominus procuratori, & tamen non ipsius auctoritate, sed sua agit. Immo quod post litem contestatam quoq; efficitur dominus. l. procuratoribus. l. nulla. C. de pet.

Præterea delegare est iudicem dare. l. sæpe audiui Cæsarem nostrum dicentẽ, de offi. præsi. iuncta glo. dare est dominium transferre. §. sic itaq; institu. de ac. de dominio ad iurisdictionem ualet argumentum. l. qui furere. ff. de sta. ho. ergo & delegatus iurisdictionem habebit. & ideo (ac melius) sicuti quis concedendo rem particularem, in eum cui concedit, dominium transfert, ita concedendo castrum transfert iurisdictionem, ut inquit Iacob. de S. Geor. in l. i. in fi. ff. de iu. o. iud.

Sol. esto quòd iurisdictio delegata sit, non est tamen delegatio facta, ut suo nomine eam exerceat, sed ut vice delegantis (sicut diximus) fungatur, & solum iurisdictionis usum habeat, radicali remanente apud delegantem, quod declarat Bald. in rub. de offi. de. col. 2. Quæ etiam accidentalis uocatur, ordinaria naturalis, ut per Hosti. in summa de offi. de. in §. quæ iurisdictio, in prin. Vel dicamus, quod delegati ficta sit, uera uero ordinarii, secundum Cy. in. l. i. C. qui pro sua iu. multa Ias. in. l. ait prætor colum. 2. ff. de re iud. aliàs nõ ita facile reuocari posset. l. fi. §. i. C. communia de. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. & quod nihil proprium habeat ut dicitur in. d. §. qui mandatam, est etiam tex. in. l. fi. ad medium. C. ubi & apud quem, dicebat quoq; Deci. in c. literis in 4. not. de offi. de. quod licet delegatus regulariter iurisdictionem non habeat, habet tamen quantum ad effectum iustitiæ administrandæ, ex quo infertur quod iudæus non potest esse delegatus. l. fi. C. de iud. & de hoc Ias. hic latius, sed solidiora supra dicta mihi uidẽtur, quoniam dicit tex. in. d. §. qui mandatam, quod nihil proprium habet. l. fi. ff. de lib. & posthu. ibi nihil agit. l. si is q ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub.

Non ob. secundum quia nec id uerũ est, & contra tex. in. l. i. in. §. usus. ff. de pcu. Immò quòd delegatũ æquiparatur pro-

procuratori scriben.in.l.more post multa, ubi Seysel in specie in prin.ff.de iu.o. iud.& in. d. §. qui mandatam in fi.& est tex.in.l.& quia in fi.eo.tit.de iu.o. iud.

Non ob.tertium & ultimũ, quia non ualet argumentum hoc casu, de iurisd. ad dominium, cum habeamus tex. claros dicentes non trasferri, & signanter in.d.§.qui mãdatam, sicuti nec aliis multis de quibus in.l.i.& ibi Deci.num. 40. ff.de iu.o.iud.& num.41. & interim potest instantia dari, dominium enim si in aliquem transferatur, reuocari non potest .l.sicut .C.de ac.& ob.not.in.l.traditionibus .C.de pac.& tamen secus est in iurisdictione .l. iuditium soluitur .ff. de iudi. Praeterea dominium esse non põt apud plures, insolidum. l. si ut certo.§.si duobus uehiculum .ff. commo. iurisdictio autem sic.c. i.§. praeterea de prohib. feu.alie.per fed.in usib.

Est uerum (ad uerbum mandata redeuntes) quod mandare† iurisdictionẽ, 15 minus est, quam praecipere & iubere, ut per glo. communiter approbatam in .l. saepe audiui Caesarem nostrum dicentẽ (allega.etiam supra licet ad aliud) .ff. de offi.praesi.& Bal.in.l.quoniam .C. de testa.& in.c.eam te per illum tex.colum.i. de rescrip.à qua non est recedendum, licet ab ea recesserint multi, ut attestatur Cur.in l.i.num.80.infra eo.& est glo. similis, in l.i.ff.quod iussu, & in l.nec mandãte.ff.de tu.& cu.dat.ab his, immò tex. in auth.ad haec. C.de iudi.& in auth. ut defuncto.fu.in §. fi. & breuiter inductio est, ex uerbo mandare, quem delegatum constitui (ut saepe dictum est) ordinariũ uero, si praecipiat, fusius Rimi. hic colũ. pen.& in l.more colum.11.& 14. de iu.o. iud.& ita seruãt Curiales Papae, & Imp. & quia in istis ut plurimum debet attendi etiam materia subiecta, & uerba secũdum eam interpretari uulga.l. si uno. ff. loca.transeo & te remitto ad plene dicta per Corse,in repe.c.grandi nu.13. de sup. neg.praela.in 6.plenius Nath.in cle.saepe in prin.colum.10.de uerbo. si. nonnihil Ias.in l.à iudice col.fi.C.de iudi.

Et quoniam de delegato saepe memi- 16 nimus, † expedit scire quis sit, est enim aliàs ordinarius, delegatus, & qui nõ ẽ, nec ordinarius, nec delegatus, ordinarius qui ordinariam habet iurisdictionẽ, delegatus qui delegatam, nec ordinarius nec delegatus, doctor legens, de quo in auth. habita. C.ne fi. pro pa.ordinarius enim non est, quia iure magistratus potestatem iudicandi non habet cum non sit talis, non delegatus, quia propriam habet iurisdictionem, & minus arbiter cũ à partibus electus non sit, innominatus igitur dicetur. & sub communi Iudicis uocabulo, relinquetur. & ut plenius declarat Zasi.in l.2.in §.his legibus latis, colum.2.ff.de ori.iu. Quis ergo ad propositum est delegatus? plures traduntur diffinitiones hic, & in rub.de offi.de.non referendae, maxime quia nulla est quae nõ possit facile subuerti.l. omnis diffinitio. ff.de regu.iu.l.i.ff. de regu.cato. & si ulla tenenda est, tenenda est illa, quae magis communiter approbatur, per Alexand. posita, ab aliisq; relata, quod is sit cui à principe, uel à delegato ipsius, uel ab alio qui mandare posit, causa committitur. Vices gerens delegantis.

Sed contra nullibi enim uideo genus in ea positum, & tamen est regulare, qđ constet ex genere & differentiis.l.i.§.dolum.ff.de dolo Bar.in.l.i.ff.de testa.

Sol.genus in illis uerbis, is est quae nihil aliud quàm iudicem designant, positum esse dicemus, principis uero & ipsius delegati seu alterius, qui mandare possit, mentione facta, ad differentiam eorum, qui mandare, seu delegare non possunt.

Verum & secundo instatur, dum dicit Vices gerens delegantis, quod adhuc male dictum sit, quoniam delegatus & Vicesgerens differunt. l. 2. C. de offic. eius qui ui. alt. ge. & ut hic per eundem Alex.late.

Sol.esto quod differant, probabiliter tamen dici potest quod etiam delegatus vices delegantis gerat, casus est clarus in l.solet ibi, fungitur vices eius qui mandauit non sua .ff.de iu.o.iud.& in.c.sanè de offi.de. ibi iudex à nobis delegatus,

Vices nostras gerit. Et si diceretur impropriè hoc idem uerum esse, quodq; uerba diffinitionis proprie intelligi debent ex quo ostendit quidditatem & essentiã rei diffinitæ. l. quis sit fugitiuus. §. errone ff. de edi. edic. respondeo quòd immò erit uerum proprie, ex quo delegatus nihil proprium habet. d. §. qui mandatam. Vices gerens autem de quo in. d. l. 2. sic; & ita tene.

Sed quæro ad prædicta nunquid mãdare † iurisdictionem, & iudicem dare
17 differant, an uero idem sint, communis opi. est, quod sint idem, vt hic attestatur Deci. quòdq; non posit is cui mandata est iurisdictio dare iudicem regulariter, seu delegare, nec iudex datus.

Probatur in. l. i. in. §. qui mandatam et in. l. fi. infra eo. & in. l. à iudice (singula referendo singulis) C. de iudi. ubi is cui mandata est iurisdictio, eam alteri non mandat idest, non delegat, nec iudex à iudice datus dat iudicem, ergo idem, licet non hoc modo inducat idem Deci. hic nu. x. ubi. q. disputat.

Et ratione etiam suadetur, quia si iudicem dare, est delegare. l. sæpe iũcta gl. ff. de offi. præsi. nec aliud mandare iurisdictionem, ut hic sequitur necessario qđ non differant, quodq; delegatus non subdeleget, nec det iudicẽ iudex datus.

Vltimo, quia mandare iurisdictionẽ est iudicem dare, ex quo ille cui mandatur iudex est, iudex datus, non dat iudicem. d. l. à iudice, ergo nec is cui mandata est iurisdictio. ergo idem.

Tamen ob. multum, quod immò differat, tex. hinc inde à Docto. allega. in. l. cum prætor in. §. i. ff. de iudi. ubi totum contrarium dicitur, quòd immò is cui mandata est iurisdictio dat iudicem, ergo diuersa, quia iudex datus simpliciter non dat ut supra & in. d. l. à iudice.

Sed iudicio meo à communi non discedentes facile responderi potest, quòd non omnis cui mandata est iurisdictio, dat iudicem sed hi tantum quibus à lege hoc idem concessum sit. Principum constitutione, Senatusconsulto, aut consuetudine propter uim imperii ut ibi dicitur, non regulariter, ergo inter hæc duo differentia nulla, idemq; mandare iurisdictionem, quòd iudicem dare, & ad istum tex. ita etiam respondet, & in proconsules, ipsiusq, delegato, exemplificat Pet. de Bellaper. q. 539. colum. i. & 2. immò quòd si is, cui mandatur iurisdictio, subdelegat, aliquo casu subdelegabit, & iudicem dabit etiam iudex datus ab ordinario, si patiatur scilicet quod delegatus excedat mandati fines, & uidebitur mandatum ampliari. l. i. §. magistrum. ff. de exercito. Alex. plenè consi. 84. colum. 2. uol. 5.

Secundo ob. text. in. l. i. in. §. fi. ff. quis & à quo. ubi ab eo cui mandatur non appellatur ad mandantem, sed à iudice dato ad eum qui dedit sic, ergo differũt.

Cui respondet Deci. cum uarios habeat intellectus, quod in eo fundamentum fieri non potest, post Barto. in. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Nec ab re ultra eum, quoniam communiter ignoratur, quod multipliciter exponitur, vt inquit Boer. relatus per Bald. in. l. nequicquam in. §. ubi decretum, in princ. ff. de offi. pcon. & in. l. i. in fi. C. de bo. po. secun. tabu. Soci. in rub. de reb. dub. in prin. & dicit etiam idem Bal. quod intellectus possibilis multiplex obscuritatem parit, ex quo intellectus agens ipsum non illuminat, consi. 218. colum. 2. uolum. 3. unde sententia lata contra legem habentẽ plures intellectus pariter ualet, ut in gl. Imo. in. l. si expressim, col. 2. ff. de ap.

Et hoc modo (ut facit Deci.) respondet Abb. in. c. cum omnes in fi. ad quod dam contrarium, de consti.

Et planè procederet sol. hæc, quando non esset aliquis ex multis approbatus communiter, uel habens probabilem rationem, ut not. in. d. l. in ambiguo. Immò quòd intelligi debet lex dubia, put de iure intelligi potest, ut in simili inquit Bal. in. l. post dotem col. 2. ff. sol. mat.

Et hoc modo etiam respondens Alexand. in. l. i. ff. eo. à Seysel. reprehensus est, dicente respõtionẽ non esse tanto uiro dignam, quia (vt dictum fuit) falsim communis intellectus tenendus est. l.

cum

eum prolatis & ibi not. ff. de re iud.

Respondeamus igitur nos, non ob. quia loquitur (vt ibi per glo.) in delegato ad uniuersitatem causarum; puta quascunq; contigisset moueri, in tali casu. quo casu non mirum est si à subdelegato ad delegantem, nō ad subdelegātem appellatur, aliàs secus, & sic non differunt, specialeq; ē. d. casu, & intellectus cōis, ut per glo. etiam in. l. solet. ff. de iu. o. iud. & Hosti. pulchre in summa de offi. de. col. 2. multa Ias. in. d. l. à iudice.

Vel & aliter (quoniam omninò hic diuinat, ex quo de uniuersitate causarū delegata, nullum uerbum) dicere possumus, quod loquatur in eo qui destinatur à Principe, patet quia exemplificat in præfecto urbis uel prætorio, quo casu certum est, quod per se omnia expedire non potest argumen. in auth. adhæc C. de iud. permittiq; videtur hac ratione q̄ habeat coadiutorem seu delegatū q̄ q̄ is subdeleget, immediateq; reputetur à Principe creatus, cū de assensu suo hoc idem fiat, uerùm quoniā auditoriū subdelegantis, auditoriū dicitur subdelegati, nimirū est si ad delegantē appellatur; & p ista sol. ē tex. in. c. Romana § prin. de ap. in 6. quā decretalem sororē dicit Pet. de Bellaperti. d. l. 4. ff. quis & à quo. q. præalleg. sup. 539. in fi. ergo aliàs si mandauerit quis iurisdictionem simpliciter, seu iudicē dederit, ab eo cui mandata ē; & à iudice dato, ad mandantem, & iudicē dantem appellabitur, & sic non erit differentia, alia parum faciunt, dic ut p eundem Deci. hic in fi.

Vltimo ultra alios facit, nam certū ē legatum proconsulis nihil propriū habere. l. legati. ff. de offi. procon. sicuti nec delegatus seu iudex datus. l. i. §. qui mandatam infra eo. & tamen si sibi mandata fuerit iurisdictio iudicē dabit. l. legatus ff. eo. de offi. procon. iudex autem datus non. d. l. à iudice. C. de iudi. ergo omnino uidebuntur differre.

Sol. nihil proprium habet legatus, antequam proconsul sibi iurisdictionem mandet, postea uero sic, iudex datus nec ante nec post, igitur non mirum si dat iudicem, & iudex uero datus non quia iudiciario munere fungitur, specialeq; est in legato proconsulis. l. solent. ff. de offi. procon. d. §. qui mandatam. l. cognitio in prin. infra eo. glo. not. in. d. l. à iudice, & ita tenedum transeundumq; est.

18 Tertio principaliter, uerbum iurisdictio † superest, declara (quid enim sit dicemus suo loco, in. l. i. infra de iu. o. iudi. tradit Barto. in. l. imperium eo. titu. glo. in §. iusiurandum in auth en. de defen. ciui.) quandam esse ordinariam, quam habetis, cui à lege Senatusconsulto, aut principum constitutione mandata est, l. i. infra eo. l. cum prætor. §. i. ff. de iudi. quandam delegatam, quam habet delegatus, ut hic, & in. d. §. qui mandatam, & in. c. sanè de offi. del. Et inquit Bald. in. l. & quia lectu. i. infra de iu. o. iud. quod delegata est personalis, ordinaria realis.

Vel & aliter, quod quidam sunt, habentes iurisdictionem propriam sub iure proprio, re & nomine, ut ordinarii, sicuti in iuribus præallegatis legitur, & in. l. more infra de iu. o. iud. Quidam alieno, ut delegati. d. §. qui mandatam & hic & in. l. solet, de iu. o. iud. Quidam uero medium quoddam tenentes, ut sunt prorogati, ita Bal. consi. 217. col. 2. nol. 3.

Sunt aliqui etiam qui eam in contentiosam diuidunt, uoluntariam, & statutariam ut per glo. in. l. i. C. de eman. lib. & rursum benè adiicientes hic de contentiosa agi, non de uoluntaria, uel statutaria, & breuiter terminus communis est, complexiuus suarum specierum, vt per Bal. in. c. licet col. 2. de proba. & licet officium & iurisdictio, idem esse uideantur, ut per glo. in rub. infra de iur. o. iud. quam ponderat, & exclamat suo more Barba. in rub. de offi. de. colum. 3. differunt tamen, ut actio & obligatio, sicut postea declarat quoniam officium iurisdictionem in potentia, deducit ad actum, ibidem num. 27. Quid appellatione iurisdictionis, ueniat i dubio scire non refert, quantum ad materiam, aliaq; multa, penitus extranea à re

petentibus tacta, prætermittenda sunt, ideo transeo ad reliqua.

Et glo.rub.capio, quæ ponit duas cō
19 tinuationes prima (vt inquit etiam Deci.est communiter approbata, quod cum supra fuerit dictum de ordinariis, deq; eorum officio, restet nunc dicere de officio de.

Ex qua colligitur, quod omnimodo illi, istis sunt digniores, quodq; iure merito præferri debuerunt, eorumq; tractatus prius poni.l.i.& secunda uulga.ff. de albo scri.

Nec ab re etiam, quia delegatus præsupponit delegantem .l. si eum .§. qui iniuriarum .ff. si quis cau. l.2. C.de offic. eius qui ui.al.ge. in terminis in .d.§.qui mandatam.

Et ita in simili dicit Barba.in rub.qui admi. colum.7.quod cum ius ciuile fuerit ante prætorium, & lex xii. tab.ipsius speculatio quoq: debet esse prior.

Nec possumus scire quid sit ius, nisi sciamus prius unde nomen iuris descendat .l. i. in princ. ff. de iusti. & iu. & planè indubitatum est.

Sed contra quia delegatus Principis delegatus est, & tamen ordinario est dignior immo & maior.(inquit text. in.c. pastoralis in .§. fi.de offi.or.& in .c. sanè de offi. de.) quod sine dubio (vt uerba innuunt ibi) verum est, in causa in qua est iudex, & nimirum quia Principem repræsentat, & sic in delegato principis, non regulariter, argumentum in l.à iudice.C.de iudi.

Tamen Deci. (alia Barba. dicta, ad idem non refero, quia tetigi aliàs, & relatu mihi digna non uidentur, ut hic per eundem Deci. num. 3. & quarto) tenet absolute intelligendum esse, quod delegatus Principis sit dignior, & maior ordinario, quodq; hac ratione in decretalibus, prius de offi.de. dictum sit, postea de offi.or.vt etiam ibi per glo. rub.declaratur.

Motus hac ratione sola, quia certum est quod in causa sibi commissa principem repræsentat quodq; est dignior, & maior ordinario, ex quo ita expresse decisum est in .d. iuribus, & maxime in d.§.fi.nec in .d. causa cadit comparatio, sed non quod non dicatur ratione.d. repræsentationis, quæ cadit in ordinario, absolute talis, & semper præferatur, maiorq; sit.

Quòd (quicquid aliàs tenuerim, quod tamen non recordor) mihi nullo modo placet, ex quo extra causam sibi delegatam, delegatus non est, ergo Principem delegantem non repræsentabit, ex quo non entium non ē qualitas, vulga.l.eius qui in prouincia.ff.si cer. pet.ergo non absolute dignior & maior quocunq; ordinario, præterea ratio legis, dictum declarat, & ad ipsum restringitur.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de lega. 2.Bald.in.l.conuenticulam colum.5.C. de ep.& cle. Sed ratio.d.iurium, quia Principem repræsentat, est prætextu causæ quæ sibi commissa est, ergo alio casu non repræsentabit.

Alias sequeretur & ultimo, ꝙ absolute etiam iurisdictioni ordinarij, posset obesse, quod tamen est falsum.

Nec officit, quod sit præpositus titulus de offi. delega. titulo de offi. ordi. quia hæc ad benè esse sunt, & de materia iuris positiui, sufficitq; pro ratione uoluntas, ut not. in .l. i. in §. pueritiam .ff. de postu. Por. in rub. inst.de testa. Vel dicamus id alia ratione factum non quia absolute sit dignior & maior quocunq; ordinario, ut in simili respondet glo. in rub. C. de bo. po. con.tab. Et hoc idem forte, quia ferè in omnibus decretalibus d. tituli, de delegato Papæ tractatur, quo casu non mirum est, si præponitur, quamuis papam repræsentet tantum in causa illa, quæ sibi commissa est.

Quod tamen sit dignior, & maior quocunq; ordinario absolute, cōiter tenetur, ut hic per Deci. nu. 5.& continuatio prædicta pariter.

20 Vnde sumpta occasione † dubitatur, nunquid saltim ordinarius habeat iurisdictionem firmiorem, & respondetur quod sic.ut per Alexand. & alios, &

& probatur cæteris sepositis, ex eo maxime, quia certum est, unum dici altero esse firmius, & fortius, si difficilius etiam rumpatur. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de mi. testa. c. i. de Treu. & pa. Vtrobiq; exempla clara sunt, & uulgaria, sed iurisdictio ordinaria difficilius tollitur quam delegata. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Rimi. plenè in. l. more colum. 15. infra de iu. o. iudi. & alii hic, ergo fortior firmioremq; iurisdictionem habebit ordinarius quã delegatus, & ita arguit etiam glo. magna in. l. fi. in fi. C. si aduer. uen. Eoq; magis, quia delegata est odiosa, ordinaria uero fauorabilis, ut per glo. adhuc in. c. i. de rescrip. in 6. Alexand. in. l. i. colum. 16. infra eo. Et in simili in progeniture iure dicitur, hac ratione etiam facilius tolli potuisse, quam si aliud fuisset, quia scilicet odiosum erat, quod primogenitus succederet in totum. c. quam periculosum 7. q. i. Ro. in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. ob. ubi post eum quoq; Seysel. col. 6. late.

Secundo etiam suadetur, quia ordinarius iurisdictionem habet, delegatus uero usum tantum, seu exercitium iurisdictionis (vt dictum est supra) ergo fortiorem omnino, immò quod nihil proprium habet, etiam quod sit delegatus Papæ. d. §. qui mandatam præallega. c. sanè, cum similibus, facit etiam uulgaris propositio quod unita virtus, sit fortior ut ordinaria iurisdictio ipsa dispersa, vt delegata. §. pe. in auth. de consan. & ute. fra. Barto. in tracta. de regi. ciui. col. 2.

Vltimo qa ordinarius suspectus recusari nõ potest, delegatus autem sic, etiam quod sit Papæ. l. apertissimi. C. de iudi. & ibi plene per Docto. Immò quod nec debet dari aditor ordinario si petatur secundum formam authen. si uero. C. de iudi. quia de consuetudine non seruatur, ut ibi per Bald. quicquid dixerit Pau. Castren. consi. 231. colum. 2. uolum. i. quod ad propositum ipsum firmiorem habere iurisdictionem arguit, ergo non delegatus, et quod Principis sit.

21 Secundo † continuat glo. ut in ea. quam reprehendunt scriben. Pau. Castren. Deci. & alii, quia non congruit rub. de delegato principaliter loquenti, quod unum semper attendi debet l. si quis nec causam. ff. si cer. pe. Sed meo quidem iudicio saluari potest, quoniam iam dixit tractari hic de iurisdictione, quæ in delegando consistit, & negari non potest, uerum hoc ipsum comprehendit, quis deleget, cui delegetur, quæ causa delegari possit, & qualiter officium suum explicet delegatus igitur non mirum est si ita continuauit & maxime, quia non uiciant ex abundanti dicta, & gratia dubitationis tollende. l. non solent. l. quæ dubitationis tollende gratia. ff. de reg. iu. saluat etiam Rimi. & benè, ut per eum, hæcq; satis sint quantum ad rub. istam de offi. eius.

IN RVB.

ADDITIO.

22 Circa illam. q. an delegatus Papæ † dicatur maior seu dignior, quocunq; ordinario, uideretur dicendum quod sic, casus est in. c. pastoralis in. §. fi. de offi. or di. & in. c. sanè de offi. de.

Et non abre, quoniam representat Papam, qui est iudex omnium ordinariorum, ut utrobiq; dicitur, & probatur ad propositum quod. o. sit iudex, in. c. cuncta per mundum & in. c. per principalem 9. q. 3.

Et ideo non mirum est, si ipse in plenitudinem ecclesiasticæ potestatis uocatus est, cæteri uero inferiores, in partem sollicitudinis. c. ad honorem de au cto. & usu pal.

Et si non seruato iuris ordine, sed omisso medio, ad ipsum potest immediate appellari. c. dilecti. c. cum sit Romana. c. si duobus, de ap. Barto. in l. omnes populi colum. 15. ff. de iusti. & iu. quod tamen non est regulare

l.imperatores.ff.de ap.

Et si in eum non cadit prorogatio, ut per Ioa. And.in.c.P.& G. in glo.ulti. de offi.de.& ita communiter tenetur, ut in prima continuatione glo. dicitur, pari modo ab omnibus approbata, ac in resol.contrarii, quod secus in tit.de offic. de.extra, factum sit non alia ratione quã ista.

Et facit etiam quia eius iurisdictio est personalis, ordinarii vero realis secundũ Bal.in.l.& quia lectu.i.infra de iu.o.iud. persona est dignior re .l. iustissime .ff.de edi.edic.ergo & delegatus Papæ. Et q̃a nunquam à generali principio fit denominatio, ubi forma est specialior, sicut in delegato Principis, ut in simili not.in rub.de uerbo. ob.in prin.

Tamen disputationis gratia, dubito ualde, & dico quòd immò dignior & maior est ordinarius, ex quo latiorem, & capaciorem habet iurisdictionem .c. in nouo 21.d.quod habeat latiorem iurisdictionem ꝓbatur in c.studuisti de of fi.le.& in.d.c.sanè &in.d. c.pastoralis ex quo ordinarius habet uniuersalem particularem uero delegatus.

Secundo, quia esto quod delegatus habeat iurisdictionem à Papa habet etiam ordinarius à lege .l. cum prætor.§. i.ff.de iudi. Vnde esto quod in causa sibi commissa sit maior d.c.sanè.d.c. pastoralis non tamen debet esse, generaliter .l. tutori.C.de nego. gest. maxime quia odiosa est delegatio & iurisdictio aliena, ubi uero de iurisdictione ordinarii agitur, illa utiq; fauorabilis est, & propria iuxta glo.not.positam in .c.i. de rescrip. in 6.

Tertio, quiã ordinarius se non intromittit, de causa quæ à Papa alicui commissa sit.c.studuisti præallega.de offi.de. nisi sententiam bene latam repererit, q̃a tunc eam confirmat, ut ibi, at confirmat superior c.uenerabilem de elec. melius in.l.i.in.§.omnia.C.de uete.iu.enu. Bal. in.l.ex placito colum.2.C.de re. permu. ergo maior & dignior.

Quarto quia appellatio nil aliud est, quam reclamatio minoris tribunalis ad maius.l.i.ff.de ap.sed à delegato Principis, ad ordinarium appellatur .l. præcipimus.§.huic saluberrime legi.C.de ap. & not.in.l.i.ff.quis & à quo, ergo maior & dignior.

Quinto & ultimo, quia non est nomen dignitatis, vt not.in.l.i.C.de digni ta.officiumq; eius non perpetuum, sed ad tempus, ergo ordinario absolute, & simpliciter dignior seu maior dici non potest, & fusius Barba.Fel.Bononien.et alii, in rub.sæpe allega.de offi.de.

Nec ob. quòd ratione repræsentationis delegatus debet dici maior, quia uerum est in causa sibi commissa, non generaliter.d.c.sanè.d.c.pastoralis. Et minus quod delegata iurisdictio sit personalis, quoniam hac attento etiam delegatus inferioris, esset maior & dignior, ordinario dictu absurdissimum.

Non ob.ulti.quia non sequitur ea de re quod absolute sit dignior, quia uerba etiam à quibus denominata est stipulatio sic essent consensu digniora, quod adhuc tamen est falsum, ut in. d. rub.not.

A communi tamen non recedentes, quòd delegatus Papæ sit maior, & dignior fatendum est; quod firmiorem iurisdictionem saltim habeat, ordinarius ex quo (aliis sepositis de quibus supra & ut hic etiam dicit Alex. colum.i.) iste licet nulliter iudicauerit, iterum tamen iudicat .l. si præses .C. quomo. & quando iud. ille uero non etiam quod sit delegatus Papæ.l. iudex posteaquam ff.de re iud.quam sic intelligit glo. in.l.si ut proponis.i.C.quomo.&quandô iud. late Pet.Bellaper.q.104.

Et si tenere uellemus, communem, ad contraria posset responderi ad primũ & secundum maxime, ut hic per Decinum. 3. & 4. ad tertium uero, quod de facto legatus ibidem sententiam confirmat, non q̃a necesse sit de iure, & ipsam exequatur, quod etiam sentit ibi glo. & bene. Ad quartum antecedens uerum esse consequens falsum, ex quo à delegato Principis ad præfectum prætorio ibi, appellatur qui erat in comitatu principis

pis perinde ac si ad Principem appellatur argumentum in .l.i. C. de præpo. labo. lib. x. & sic non quod ad ordinarios appelletur simpliciter, ut dicebatur. Ad quintum & ulti. quod licet non sit nomen dignitatis, est tamen officii, uerum dico quod etiam ordinarius officiū habet .l.i.ff. de iu.o.iud. ergo non dicetur hac ratione dignior.

Tamen alia opi. mihi magis placet, cum nec possint cauillari, iura ad idem inducta in.d. c. sanè & in.d.c. pastoralis.

SVMMARIVM

eorum, quæ in hac lege continentur. sæpe interpretata aliàs, nunc quasi epitomatæ quodam à nobis Tertio repetita.

1 *Magistratuum quinq; sunt genera.*
2 *Oppositio fortis, quòd magistratuum diuisio sit inepta. Et ibidem sol. plana.*
3 *An rex sit in gradu superillustrium.*
4 *Præfectus prætorio an sit in gradu illustrium.*
5 *Dubitatio, quòd episcopus non sit in gradu spectabilium.*
6 *Quòd immo non detur gradus superillustrium.*
7 *Resolutio.*
8 *Causæ meri imperii delegari non possu nt.*
9 *An quod maioribus magistratibus concessum est, in speciale priuilegium, uideatur inferioribus denegatum.*
Oppositio in materia, io. & ibidem sol.
11 *Argumentum à contrario sensu fortissimum est in iure.*
12 *An sit proprie & ex uerbis legis, an uero subauditus intellectus. Et quare fortissimum dixit iurisconf.*
13 *An prætor habuerit cognitionem criminum.*
14 *Si prætor mandet omnem iurisd. an uideatur mādare merum imperium.*
15 *An competentia iure cuiuslibet magistratus possint delegari, ut præbere auctoritatem manumittentibus.*
16 *Apud magistrum census olim aperiebantur Testamenta, & Romæ quidem.*
Et ibi multa de ītellectu.l. cōsulta diualia, C. de test.
17 *An quæ specialiter tribuuntur mandentur.*
Et ibi quid de his quæ aliis communicātur magistratibus.
18 *Dato quòd non, difficultas mouetur, quòd imnia quæ mixti imperii sunt delegentur. Et resoluitur facile. ibidem.*
19 *Datio tutoris an competat iure magistratus & an possit delegari.*
20 *Dato quòd non limitatur in casu.*
21 *Fortis oppositio quòd non sit mixti imperii, quæ competat iure magistratus, & quod possit delegari.*
22 *De loci seruatoribus deq; intellectu. §. ad hoc prohibemus in auth. de collato.*
23 *Argumentum à contrario habet locum in ultimis uoluntatibus.*
24 *Argumentum à contrario habet locum in contractibus.*
25 *Argumen. à contrario habet locum in statutis*
26 *Difficultas, quòd proprie sit & uere, non subauditus intellectus. Vbi etiam sol. omnia ad dicta supra num. xi. conferentia.*
27 *Causa meri imperij quæ ex causa potest delegari an delegetur quo ad cognitionem tantum.*
28 *Quid si præses sit infirmus, an deleget, ut absens.*
29 *Quid si sit publicis occupationibus impeditus.*
30 *An deleget saltim unam causam dato quod omnes non possit.*
31 *Quid si statim reuertatur, an iurisdictio ipso iure expiret, an uero necesse sit quod reuocetur.*
32 *Imperator potest delegare causas meri imperii. Delegatus principis non subdelegat, 33. & ibi quod est communior opinio.*

IN .L. I.

ADDITIO.

AD primum Bar. euidentiale. Tener enim quod quinq; sint ordines magistratuum.

Super illustris.
Illustris.
Spectabilis.
Clarissimus &
1 Infimus motus † auctoritate gl. in authen. ut ab illust. & qui super eam dignisunt, quæ verba non possunt aliter interpretari. Considerantes ultra eum, quod est rub. habens orationem perfectam, quòdq; hac de re, pro tex. quoq; potest allegari, vt not. in .l.i.ff. si cer. pe. ubi in specie Alexand. col. 2. Imo. in rub. C. ne fid. do. den.

Et fusius ac clarius glo. ibi, in uerbo magnificentissimos, cuius auctoritas non

non parua est immo, quod præstat omnibus aliis auctoritatibus, vt per Bar. in .l. ut uim, ad fi.ff.de iusti. & iu. vbi late etiam Seysel, colum.15.nonnihil Saly.in.l.i.col.4.C.de pac.

Et breuiter ita se habet etiam cōmunis opi.ut attestantur Docto. & hac ratione ab ea non est recedendum ut inquit Alexand. consi. 92. colum. i. uolu. 2.verum ad idem facit etiam tex.in.§. in summa, ibi ut uiri illustres quiq; super eos sunt inst.de iniur.quæ uerba ut dicebam supra non aliter intelligi posse uidentur.Et licet Zenoniana constitu.ibidem relata & posita in.l.fi.eo.tit.de illustribus tantum mentionem faciat, hoc tamen ex aliis debet subaudiri .c. super quæstionum in prin.de offi.de.Bar. in.l. i.col.2.in rep.C.de sacrosanc.ec.

Et melius quam alibi in.l. si quando. C.de ap. ubi si à Duce appelletur, vel Illustris fuerit, vel etiam maiori dignitate decoratus, appellatio ad magistrum officiorum deuoluitur ob Imp.absentiā ut per Bald.consi.328.colum. 2. uolum. i. si maior est dignitas quàm illustris, iā non potest esse alia quàm super illustris seu illustrisſima quod idem est ut hic p Docto. non prætermittentes quoq; ad declarationem supra dictorum, quod magnificentissimus idem est pariter, ꝙ illustris, ut hic per Deci.

Facit etiam text.in authen. maximis. C.de nup.ubi maximis decorati dignitatibus usq; ad illustres, non nisi &c. dicit ibi glo.ut superillustres, & in.l.2. C. de spor.ibi amplissimis iudicibus.

Et à simili quādo etiam iura hæc nō haberemns ostendi hoc ipsum facile potest, quia si bono melius inuenitur.l.ubi autem non apparet in prin.ff. de uerbo. ob.non est ratio qua dici ualeat, supra illustrem dignitatem, non esse superillustrem.

Ex quo etiam & ad idem facit, optimum esse, actionem habere, seu ius quo actionem prosequamur, bonum posse se tueri exceptione, & melius si quis exceptionem habeat, & officium iudicis, ut per Bart.in.l.i.in prin.C.quando, &

non

quib.quar.par.debe.lib.x.

Et regulare, quod positiuum comparatiuum supponat, quando etiam non diceretur, & è contra, ut in.c.cum dilecti, & ibi Io. And. in uerbo digniores de electio. Abb.in.c.peruenit a.in princ. de iureiu. Deci.consi.184.colum.2. uolum. i.melius etiam probatur in.d.l.ubi autē non apparet in fi.prin.ibi cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet & in.c.quam graui ibi Archiepiscopos, Episcopos reges, principes, vel alios cuiuscunq; gradus in literis nostris filios appellamus de cri.fal.

Et in .c. Valentinianus in fi. ibi ut meum ordinem decet 63.d.&dicit Arist. x. Metaph. quod in quolibet genere datur unum primum, quod omnium est perfectissimum, ut Imp.& Papa, & plus quod in terminis Imperatorem illustrissimum, hoc est superillustrem appellat Bar.in tracta.de regi.ci.q.2.colum.4. sentit Restau.Castal. vir alioquin Eruditiss. in tracta.de Imp. q.3. attestatus amplius ita etiam præceptorem suum Vincentiū Harculanum aliàs, & ex prædictis, sic tenuisse.

In contrarium autem facit, quòd immo non detur gradus iste superillustriū, quia nullibi eiusdem fit mentio, de aliis gradibus autem fit, in authen.de ap. & intra quæ tēpo.in .l. præcipimus .C. eo & in.l.fi.C.ubi se. uel cla.aliàs extenderemus legem, cum tamen nostrum nō sit, hoc idem facere.l.si uero.§.de uiro.ff. sol.mat.

Cui fundamento tenendo communem responderi potest, quod quamuis ibi non dicatur, dicitur tamen alibi in rub.ut ab il.præallega.& in .d.§. in summa, & in.d.l.si quando, implicite & uirtualiter, licet non expresse, inducendo ut supra & est ad idem arg.in.l. nominis & rei in.§.uerbum ex legibus ff. de uerbo.si.Et plus ꝙ illustrissimorum fit mētio, perinde ac si fuisset facta superillustrium ut supra.

Secundo contra communem facit, quia primus est quem nemo præcedit.l. proximus.ff.de uerbo.si.§. discipuli, in

prohe.

prohe. digestorum, sed illustres sunt in primo loco. l. fi. C. ut di. or. serue. lib. x. ergo non dabitur alius gradus superillustrium.

Sol. primus est respectu aliorum non quod non sit gradus maior, ita ut sensus sit eos esse in primo loco, post Principé, ne contradicat iuribus supra allega. & probatur in. l. & ideo. ff. de offi. procon. & in. l. 4. ff. de offi. præsi. ibi maius imperium habet, omnibus post principem, bonus tex. in. l. præcipimus. C. de ap. inducendo ut per Bal. consi. 328. colum. i. uolum. i. nec repugnat quod ita loquamur, quoniam uerum erit etiam dicere, Principe excepto neminem ipsum præcedere.

Tertio (Bar. enim & sequaces tenentes, in Papa & Imp. exemplificant) opponitur adhuc & fortius, quod gradum superillustrium non faciat, quoniam connumerat se inter illustres, asserens amplius, eius lateri semper assistere, q. q; pars sint sui corporis. l. quisquis. C. ad legem iul. maiesta.

Sol. etiam facilis ē, si dixeris quod in Senatoribus loquatur ille tex. l. ius senatorum. C. de digni. lib. x. qui pari modo fiunt superillustres. l. fi. in fi. ff. de Senato. glo. in. l. 2. C. ubi se. vel cla. & licet dixerit illustres, potest tamen declarari quod superillustres sint, quia positiuum ē ibi positum pro superlatiuo, ut in simili in l. i. in §. fi. iuncta glo. ff. ad tertul. ubi longum silentium pro longissimo ponitur, sicuti plerunq; e contra, ponitur superlatiuum pro positiuo, ut in §. illo in auth. de ap. Illustrissima pro illustri.

Quarto opponitur, quod Imperator gradum non faciat, quia non conuenit, cum ab eo omnis dignitas descendat, & sit culmen omnium dignitatum & graduum c. i. & ibi not. quis di. dux mar. uel co. in usib. & urget.

Sed et ad istud quoq; potest respōderi, quod stant ista simul quod sit culmen dignitatum, & tamen sit superillustris, seu illustrissimus, quia eo nil maius dici potest, ut in simili de genere dicit Barto. in l. i. infra de iu. o. iud. & glo. in. l. legato generaliter. ff. de lega. i.

Vel & aliter quod si simpliciter consideretur, & culmen dignitatum omniū si habito respectu ad illustres superillustris, seu illustrissimus, d. l. ius Senatorū.

Quinto facit, nam quidam iudices sunt maiores quidam minores, & quidam medias habentes iurisdictiones, hiq; sunt spectabiles, ergo īter illustres & clarissimos, ita ut non sit dare dignitatem maiorem. §. seruabunt in authē. de non alie. §. illud de ap. & intra quæ tempo. co. lib. c. anteriorum. §. illud 2. q. 6.

Sol. verbū maiores includit illustres & superillustres, & sic non obstabit.

Sexto facit, quia in eodem gradu dignitatis, est dare maius & minus. l. fi. ff. de albo scri. quo casu forte debet intelligi tex. in. l. si quando C. de ap. de quo supra, ergo non est ob id gradus superillustrium.

Ad quod dici potest etiam antecedēs uerum esse consequens falsum. d. l. 4. ff. de offi. præsi. d. l. & ideo de offi. procon.

Septimo, quia si, ubi leges de hoc gradu loquuntur, secundum inductionem superius factam, includeretur etiā Imp. sibi ipsi legem imposuisset, non dicendum. l. digna uox. C. de legi.

Sol. includitur, quia alibi profitetur se uelle uiuere legibus, l. ex imperfecto. C. de testa. suaq; lege ligari debet. l. i. ff. q. quisq; iu. nec ob. text. in. l. donationes quas. 2. C. de dona. inter ui. & vxo. quia esto quod id in donatione sit uerum, & regula fallat. d. casu non ē tamen, quod aliis non possit nec uideatur sibi legem imponere.

Octauo, quia si ab illustri appelletur appellatur ad Principem, non autem ad superillustrem. l. præcipimus. C. de ap. ergo non erit. d. superillustrium gradus.

Sol. tantum est dicere quod appelletur ad Principem quantum est dicere, q ab illustri appellatur ad superillustrem.

Nono, opponitur, hoc maxime uerū esse, cum non sit latina dictio, ut inquit Alcia. dispunc. lib. 3. c. 4.

Sed potest responderi. latinam esse si dicatur illustrissimus, uel amplissimus,

ergo barbare potuerunt etiam nostri dicere, quod de gradu superillustrium dicunt, quoniam idem est, ut supra.

Decimo, quia si esset huiusmodi, gradus superillustrium, hi deberēt Illustrissimi appellari, & tamen appellantur Illustrissimi qui sunt illustres, exēpli gratia præfectus urbis, ut infra. l. fi. §. uiros C. ubi se. uel cla. §. illo in auth. de ap.

Sol. tantum est dicere superillustris quantum Illustrissimus quo modo uocari debet Imp. & licet ita appelletur Illustris, non tamē appellatur quia ita sit, sed quia superlatiuum pro positiuo ponitur ut supra, & in .l. metum. ff. quod met. cau.

Et si opi. contra Bar. uis tenere, ea ratione teneas, quia non æque conuenit, quod is gradum faciat, qui est fons & origo graduum ac dignitatum cui rationi supra non est sufficienter responsum.

Et quia esto quod de maiori dignitate fiat mentio in locis præallega, non tamē de superillustri intelligetur, ut Imp. includat, quia in eodem gradu (ut dixi) datur maior & minor dignitas. d. l. fi. ff. de albo scrib. & ne etiam in generali sermone legis, includitur persona loquentis, maxime principis, l. inquisitio. C. de sol.

Et disputationis utilitas est, ut dignitatum ordo seruetur. l. fi. C. eo. l. i. de offi. præfec. urb. l. potioris de offi. recto. prouin. in appellationibus & aliis de quibus per Bal. consi. supra allega. 328. colum. 2. & in d. rub. ut ab illust. & ut in 2. lectu. dictum est fusius.

Quicquid sit tamen, uidetur quod i-
2 sta † diuisio magistratuum facta per Bar. sit inepta, & non uera, quodq; bene sit dignitatum sed non magistratuum, primo; quia si esset uere Illustris semper esset Illustris, spectabilis semper spectabilis, & sic de singulis, & tamen uideo qđ aliis nominibus quoq; appellantur, qui scilicet sunt Illustres, Clarissimi & alii aliis etiam titulis, de quibus hic per Seysel. col. 4. & docto.

Secundo quia magistratus in ius uocari non potest. l. 2. ff. de in ius uo. & tamen præfectus præto. & similes, uocantur. l. 2. ubi se. uel cla.

Tertio uidetur casus in d. l. si quando C. de ap. ibi nullo discrimine &c. ubi inter dignitatem & magistratum, fit differentia, & sic dum hæc duo confundunt Docto. ex his male facere uidentur.

Sed potest responderi, ad primum, quod licet aliis titulis decorentur, nō tamen tales esse desinunt nec ideo minus sunt quam magistratus. l. cum præto r. §. i. ibi cæteriq; Romæ magistratus. ff. de iudi. d. l. 2. ff. de in ius uo. l. ex omnibus. l. licet. ff. de offi. præsi.

Non ob. secundum quia id uerum est iure ffotum, at Codicis possunt, dummodo per procuratorem respondeant d. l. 2. l. fi. C. de iniur. & in auth. ut ab Illustri. & qui super eam dignitatem sunt: quæ responsio potest tolerari in criminalibus causis, in ciuilibus non est uera, & contra tex. in d. l. 2. Ideo dic aliter & melius id esse uerum in magistratibus iurisdi. non habentibus, qui possunt conueniri, & limitatur tex. in d. l. 2. ut ibi per Iaf. col. i.

Non tertium deniq; & ultimū quia esto quod ibi dignitas, & magistratus, ut diuersa ponantur, non est tamen quod magistratus dignitatem non habeat. kne mo. l. clarissimis. C. de digni. lib. 10. l. fi. ff. quis & à quo. l. i. C. de præpo. labo. lib. 16. & sic diuisio bona. Bene uerum est, quod non omnes magistratus, dignitatē habent, maxime infimi, qui de causis cognoscunt minimis, ut per Bar. hic, & in §. iudicare, & in §. sedebunt, in auth. de iudici.

ADDITIO.

Ad primum gradum superillustrium
3 Quæro in hoc gradu an rex computetur, sicuti senator consul & similes.

Videretur dicendum quod non, sed quod sit potius illustris, primo quia equiparatur præfecto prætorio, ut inq. Barto. in l. omnes populi num. 8. ff. de iusti. & iu. & Bald. in .l. i. in. §. i. ff. de offi. præfect. præto. præfectus prætorio est, Illu-

Illustris ut fatentur omnes ergo & rex, quia æquiparatorum eadem est iuris dispositio.l.si quis seruo .C.de fur.

Præterea arguendo à supraſcriptione legis, iuxta not. per Abb. in.c. auaritiæ de præben. Gemi. in.c.i. de deci. Albe. in .l. illud .C. de sacrosanc. ec.probatur in .c. nouit de offi. le. dum in supraſcriptione dicitur sic Inno. 3. illustri regi Francorum.

Immo & in .c. nouit in prin. de iudi. ubi signanter dicit adhuc papa, quod non intendit iurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare.

Et quia deniq; si ita scribit Imperatori in.c.solite, in supraſcriptione pariter, de maio. & obe. & ut hic per Alexand. colum.5. multo magis idem in rege erit dicendum.

Tamen contrarium uerius est, præsertim in eo qui non cognoscit aliquem in superiorem ut est Rex Franciæ, quo casu iura supra allega. loquuntur.

Et hoc ipsum maxime, quia in suo regno Imperator est, & Monarcha l. prima .§. de qua & ibi Barto.ff. de postu. melius Bald. in .l. exemplo in fi. C. de proba. Imperator est superillustris & in hoc gradu, ut supra ergo & rex.

Immo quod regnum est à Deo, iuxta illud 2.reg.c.x.constituit te regem Dominus ut facias iustitiam, & iudicium, & psal. 8. dum dicitur, per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, refert Abb.in.c.i.col.3.de const.

Quòdq; originem trahit à iure gentium, & quod prius fuit quam leges, ex quo omnia manu regia exequebantur l. 2.in prin.ff.de ori.in.

Et plus quod est nomen uetus, Imperatoris uero nouum, quia à Costantino cepit, primo omnium.

Nec ob.contraria, non primum, quia æquiparatio non est bona à Docto.facta in locis præallega.ex prædictis, quæ nō repeto.

Et minus secundum ac tertium quia id non tollit quamuis à papa ita appelletur, à quo ungitur, & coronatur.c.uenerabilem de elec. quod non sit superillustris & in gradu in quo etiam est ipse & Imperator. Vel & secūdo dic quod positiuum pro superlatiuo ponatur .l.i. in fi.ff.ad Tertu.vel quod uerba sunt nō disponentia.l.ex hac scriptura .ff. de do.

Non deniq; & ultimum, quia (ut ibi Imo.declarat & Alexan.hic, loquitur in Imp.Græcorum qui non erat uerus Imperator.

Quam sol.reprehendit Deci. & bene quia Cōstantino scribit qui fuit primus Imp.unde non ab re nomen nouum est ad differentiam regis.

Aliamq; sol.tradit, quod respectu Papæ Illustris sit respectu aliorum Illustrissimus, seu superillustris.

Ego uero aliter, quod non illustri dicit, sed illustrissimo & cessabit obiectū, ac sol.aliorum contrariorum, verificabitur ut supra.

ADDITIO.

Ad secundum gradum Illustrium In hoc gradu dicitur communiter quod est præfectus prætorio † uidetur mihi quod 4 hæc disputatio uana sit, quoniam hodie præfectū prætorio non habemus, ut inquit & bene Bal.in.l.obseruare in.§. proficisci.ff.de offic.procon. quod officiales olim à principe uel à præfecto prætorio sindicabantur, hodie autem à suis successoribus, cum istos (vt dixi) non habeamus.

Secundo quia ab illustribus appellatur.§.fi.in auth.de ap.l.si quando in pri. C.eo.& tamen à sententiis præfectorū prætorio non.l.i.ff.à quib. ap. non li.l.i. C.de sen.præfec.præto. ergo non erunt illustres.

Tertio quia alibi spectabilis appellatur in.l.nemo.C.de iu.o.iud.

Immo quarto quod principi æquiparatur, quoniam ipsi soli bona publicant fisco.l.i.C.ne si.iu.princ. Et cum ei scribit, ipsius celsitudinem uocat, quod est Principis proprium .l. placet. C. de excu. mu. lib. x. & dicit alibi gloriosissimum in authen. quæ supplicatio.C.de preci.Imp.offe. & his

attentis in gradu superillustrium, esse deberet, unde igitur uarietas tanta. Et quòd non sit in isto gradu probo, quia licet ad similitudinem magistrorum æquitum eligatur, datur tamen ei plenior potestas, sed magister æquitum illustris est, ergo præfectus prætorio superillustris.l.i.C.de offi.mag.milit.

Cogita tamen, & à communi non recede, quod sit in gradu illustrium.l.præcipimus.C.de ap.§.fi.in auth.de ap.& intra quæ tempo.gl.in rub.ff.de offi. præf. præto.& ut per docto.hic latius.

ADDITIO.

Ad tertium gradum Spectabilium.

5 Qui sint in isto gradu † clarum est ut hic per Doct.dicentes etiam inter cæteros, quòd est episcopus, post spe. in ti. de iu. o.iud.in princi.nume.8.qui allegat text. hoc non dicentes, in c.de persona & in c.nullus clericum,& in c.inolita 11.q.i. & in c.quibusdam de pen.

Ea de re uerum non uidetur, quòdq; potius sit illustris, quoniam æquiparatur præfecto prætorio, secundum glo.in l.i.ff.de offi.præfec.præto.

Et hinc est, quòd recitat sententiam per alium ad instar illustrium.c. fi. de re iud.in 6.

Quòdq; appellatur summus sacerdos c.unico de sacra unc. idem spe. in loco prælle.& etiam nu.23.

Et quòd deniq; causæ matrimoniales quæ reputantur graues, non solent hodie committi aliis quàm episcopis, & hodie dixi quia olim sola synodus cognoscebat, ut per But.in c.i.in fi.de spõsa.&ad propositum quòd aliis committi non soleant tradit Abb.in c.si pro debilitate colum.i.de offi.de. & ita transit Dec.& Ias.ante eum.Sed dictum spe. sustinentes, poterimus his, facile occurrere,& ad.i. dicere glo. auctoritatem probabilem esse, sed non tamen necessariã l.si interpretatione ff.de legi.

Ad secundum uero, quòd licet ad similitudinem præfecti prætorio sententiam per alium recitet, non propterea erit ut præfectus prætorio illustris.l.quod nerua.ff.depo.

Et probatur quia(ut dictum est)à sententia præfecti prætorio non appellatur à sententia episcopi sic.c. romana de ap. in 6.cle.2.de rescript.c. secundo de consue.in 6.

Immo quòd præfectus prætorio legem condit generalem ut princeps l.normam C.de of.præf.præto.not.infra & in l.imperium de iu.o.iud. episcopus non c.statuto de consti.in 6.ergo.

Non ob. tertium quia id est uerum quoad excellentiam ordinis non iurisdictionis, ut idem spe. respondet in loco supra allega.uel respectu inferiorum ut ibi.

Non ultimum, quia stant ista simul, quòd sit spectabilis & quòd ei causa grauis committatur ut hic per Bartol. sed non propterea hoc arguit quòd sit illustris.

Aliàs æquipararetur etiam Cardinali, qui(ut dicunt Docto.) est illustris pariter,& tamen est episcopo maior & dignior.c.in nouo,21.d.& fusius ut per Bar.in l.i.in §.si quis.ff.de ap.

ADDITIO.

Adhuc ad primum & secundum gradum.

6 Posset etiam argui sic† disputationis gratia, quòd non detur gradus superillustris.

Non entium non est qualitas, uulgata.l.eius qui in prouincia ff.si cer.pe. imp. in quo exemplificat Bar. non facit gradum c.i.quis di.dux,in usibus.ergo non erit gradus superillustrium. Et dato qđ faciat gradum, sitq; ad aliorum differentiam considerabilis, dico quòd in eo deberet esse præfectus prætorio, quia æquiparatur principi in condendo legem generalem l.normam C.de offi.præfec.prætorio.in publicandis bonis l. prima. C. ne si.ius.prin.&in non appellando ab eius sententia l.i.C.de sen.præfec. præto. & tamen est in gradu illustrium l. præcipimus.C.de ap.

Et uidetur ultimo esse casus, ubi cis-

dem titulis decoratur quibus princeps in l. placet. C. de excu. mu. lib. 10. & in auth. quæ supplicatio. C. de preci. Imp. offe. & in l. raptores. C. de ep. & cle. & in c. anteriorum secunda. q. 6. quibus tamen si cogitabis, tutando Bart. & communem ex supra dictis facile respondebis, ad primum scilicet uerum esse, quod non facit gradum simpliciter, sed respectu aliorum sic, & iam probatum est, ad secundum quod licet equi paretur in aliquibus, non tamen equipa ratur in omnibus. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de Iac. c. cuncta per mundum, 9. q. 3.

Ad tertium & ultimum quod quam uis pariter prædictis condecoretur titulis, non est propterea quod sit, seu esse dicatur in gradu superillustrium, quoniam maiestatem Imperatoriam uocamus quoq; communiter ut in prohe. insti. in princ. Titulusq; est qui quandoq; prætori tribuitur. l. si familia. ff. de iu. o. iudi. & tamen prætor est spectabilis.

ADDITIO.

Ad prin. legis.

7 Hic in princ. dicitur, quod ea quæ † specialiter tribuuntur, mandata iurisdictione non transferuntur, quæ uero iure magistratus competunt sic, Ias. & Deci. peruertunt ordinem literæ nos à primo dicto incipientes, dum not. ex eo, quod causæ meri & mixti imperii delegari non possunt, quodq; 8 errant † qui iurisdictionem suam mandant, ut in illatione, & in l. nemo potest. ff. de regu. iu. & in l. solent. ff. de offi. procon. & ratione quidem, ut supra quia in speciale priuilegium scilicet hoc idem maioribus magistratibus, concessum est, de quibus lex maxime confidit, electa amplius ipsorum industria. l. liquet. C. de summa tri. & fi. catho. l. i. §. fi. ff. de offi. præf. præto. Cy. in l. i. C. qui pro sua iu. dicimus hæc probabilem habere dubitationem.

Et primo, quia in speciale priuilegiū patri etiam concessum est ut possit filiā in adulterio inuentam occidere & adulterum simul. l. quod ait lex. ff. ad legem Iuli. de adult. & tamen hoc ipsum alteri mandari potest. l. Gracchus. C. eo. & idē in dignitate decurionatus dicitur, quod in speciale priuilegium conceditur alicui. l. nullus. C. de decu. lib. x. & tamen demandetur. l. filius. ff. de legatio. Et idem in uasallo, ut per Bal. in l. quisquis. C. de ep. & cle.

Secundo quia etiam de iure canonico est electa industria personæ. c. fi. de offi. de. & tamen delegantur, quia quicquid est cognoscibile, est etiam dicto iure delegabile. c. quod sedem de offi. or.

Tertio, quia ubi est electa personæ industria, etiam in casu necessitatis, delegatio prohibita est. c. si pro debilitate de offi. de. & tamē hic dicto casu est permissa ut infra uer. huius rei fortissimum est argumentum ergo persone industria nō erit electa, neq; ratio prædicta in casu præsenti uera.

Quarto quia maior industria uersatur in cognoscendo, quam in exequendo, quod ad sensum patet & tamen cognitio de mittendo in possessionem pōt delegari, executio uero non. l. cognitio. §. fi. infra eo. not. in l. iubere cauere. ff. de iu. o. iud.

Quinto & ultimo, quia electa est personæ industria etiam in proconsule cū sit de maioribus magistratibus, quia spectabilis, & tamen delegat (vt dixi in figuratione casus) l. obseruare. §. fi. ff. de offi. procon. l. cum prætor. §. i. ff. de iudi.

Sed ad primum respondetur, id esse quia pater & filius cēsentur una eadēq; persona. l. fi. C. de Imp. ita Cur. hic. & male, quia ficte procedit, & intelligitur regu. non uere, ut uerba indicant posita in d. l. fi. l. intelligendus. ff. de uerbo. signif. l. si familia. ff. de iu. o. iudi. & quia id iure ciuili uerum est, non gentium aliàs obligatio naturalis inter eos non caderet, & tamen cadit, secundum Bart. in l. frater à fratre colum. 4. ff. de condic. ind. & quia (vt dicebā aliàs) quoad quid uerum est, non generaliter & per omnia

IdemBarto.in.l.si dubitet in.§.fi.ff.de fi. deiu.signanter ita respondendo ad text. in.d.l.fi.aliàs & rursum filius pro patre utiliter non fideiuberet,& tamen fideiu bet,ut ibi.

Vera igitur sol.est,terminos non esse pares, quia non eo modo quo hic, patri in speciale priuilegium, conceditur, sed sub quadam dissimulatione permittit, aliàs non esset lex, præbens materiam delinquendi.c.erit autem lex.4.d. l.conuenire.ff.de pac. do. sicuti permittit etiam marito interficere uxorem, & adulterum.d.l.Gracchus.l.marito.ff.eo. diuersa tamen ratione marito, quia difficile est tam iustum dolorem temperare.l.si adulterium cum incestu.ff.eo.Patri quia paterni nominis pietas plerūq; capit pro liberis consilium .l. nec in ea ad fi.ff.eo.& ideo non est uerum(vt dicebatur) quod deleget, non est negandū tamen(ut dicitur in.d.l. Gracchus) fieri id potuisse,uel à patre factum sit, uel à filio,qui illi paruit acclamanti argumētum in.l.4.ff.ad legem aqui. & maxime quia iniuria facta patri, fit absq; dubio filio,& è contra.l.i.§.usq; adeo .l. sed & si unius.§.filiofamilias .l.lex cornelia.ff. de iniur.not.in.l.ut uim.ff.de iusti.& iu. & sic non ob.

Et minus, quod ad idem de decurionatu dicebatur, quia concessum est ut filio tantum pater possit legationis officium demandare.d.l.filius .l. sciendum .§.legati.ff.eo.declarat Ro.singu.603.dicens amplius,quod quamuis ea ratione Doctor legens nō possit legere per substitutum, filio suo tamen hoc onus demandabat Bal.Papiæ, & probat text. in d.l.nullus qui nexu.ibi, nisi hoc ei speciali beneficio concessum sit, ergo nihil ad rumbum quod eadem ratione possit generaliter fieri delegatio causarum meri &mixti imperii,quodq;ob hoc supra dicta non sint plusquam uera, maxime quia dicto casu non agebatur etiam de graui præiudicio ut hic. Et idem in uasallo dicemus, quamuis per substitutū seruiat, & hoc idem admittatur, quod non propterea erit uerum dicere in præsenti casu,& à simili, quod delegatio fiat maxime quia oportet quod substitutus,sit domino acceptabilis .c.i. §. firmiter,& ibi Bald.in prin.de prohib. feu. aliena. per Fed.in usib.& quia hoc casu non agitur de publica utilitate, nec de causis grauibus (ut proxime dicebam) sicuti sunt causæ meri & mixti Imperii, idem Bal.in d.l.quisquis.

Non ob.secundum quia argumentū habet fallaciam,nam bene fateor, quod de iure canonico fiat delegatio,absolute ex quo ecclesia de sanguine non iudicat nec curat(vt inquit Cur.) gladii potestatem,& glo.ante eum, in.c.in Archiepiscopatu de rapto.)c.sententiam sanguinis ne cle.uel mo.quod non placet.quia esto quod non curet, neq; de sanguine iudicet,directo & principaliter, curat tamen & iudicat per indirectum, degradando, & tradendo curiæ seculari.c. degradatio de poen. in 6.c.cum non ab homine de iud. & quia sequeretur ob hoc delegando,quod non possent delegari causæ mixti imperij, in quibus de sanguine non agitur,& tamen potest. d. c.quod sedem.Melius est ergo declarare hoc idem concessum esse,quia (ut dictū fuit)quicquid est cognoscibile dicto iure est etiam delegabile,sed nō ad propositum ubi est personæ industria electa.d. c.fi.de offi.de.c.is cui eo.tit.in 6.& sic nō concludit.

Non ob.tertium quia stant ista simul quod ex causa necessitatis delegatio fiat ut hic,& tamen sit electa industria personæ.d.c.si pro debilitate coniuncto .d. c. fi.& is cui, allega. supra nisi forte causa huiusmodi sit, ut non possit commode sine præsentia maioris magistratus terminari,& ita procedat quod dicit tex.in d.c.si pro debilitate in fi.quia tunc secus & sic licet ex causa necessitatis prohibita sit,non est tamen prohibita communiter,igitur nec arg.concludens.

Non ob.quartum quia in cognitione non timetur scandalum, ut in executione,quemadmodum not. in .d. l. iubere cauere,ergo nimirum si primo casu mādari potest,secundo autem non, & differen-

ferentiæ ratio est, quia partes magis acquiescũt maioribus magistratibus, quã minoribus. §. audient quoq; in auth. de defen. ci. sed contra quia missio est mixti imperii. d. l. cognitio. d. l. iubere cauere, ergo nec quoad cognitionem, nec quoad executionem deberet posse delegari, ut hic. Sol. tolerabile est, quod cognitio delegetur, quia etiam præses non deportat. l. illicitas. §. qui uniuersas. ff. de offi. præsi. & tamen pronunciat de deportando. l. si quis filio. §. eius. ff. de iniusto rup. irri. testa. & ut infra fusius.

Non ob. quintum & ultimum, quia eodem modo respondeo, quod delegat cognitionem, nõ executionem. l. solent ff. de offi. procon. & sa rentur infra communiter omnes, originaliter Bar. num. 6. Seysel. in. §. qui mandatam in princ.

Sed moueo difficultatem, sensus enĩ est in iuribus supra allega. quod delegatio fieri non possit, & clarè in. d. c. is cui, de offi. dele. in 6. quando personæ industria electa est, vt hic, ergo nec quoad cognitionem quia negatiua dictio præposita uerbo potest, priuat potentiam, & inducit necessitatem præcisam. c. i. de regu. iu. in 6. Sol. regula non est semper uera, ut ibi ego dixi late, per tex. in. l. stipulatio ista in. §. alteri. ff. de uerbo. ob. & in l. 2. in. §. mutui datio. ff. si cer. pe. & in. l. ut fundus. ff. communi di. inducendo ut in. d. loco feci.

Secundo etiam habet, aliud dictum,
9 maius † dubium, quoniam maioribus magistratibus solum in speciale priuilegium concessum est, ut possint delegare, non etiã inferioribus, & fuit opi. Fulgo. contra communem.

Quæ probatur et primo per tex. in l. eum qui infra de iu. o. iud. ubi ad literã dicitur, oportere eũ qui iudicare iubet, magistratum esse, & statim exemplificat in proconsule & prætore, qui de his sũt, ergo non inferioribus hoc idem concessum erit, quia esto quod exempla nõ restringant regulam, eam tamen declarãt, uulga. §. hactenus institu. de gradi. §. si quis in aliena, uers. ridiculum enim est, de re. di. co. lib.

Secundo per tex. in l. cum prætor in §. i. ff. de iudi. ubi proconsul adhuc præfectus urbis, & cæteri Romæ magistratus Iudicem dare possunt, ergo minoribus hoc idem denegatum. l. pomponius. §. i. in fi. ff. de procu. considerantes, uerbum propter uim Imperii, ibi positum, quod in magistratibus inferioribus uerificari non potest. l. magistratibus. l. iubere cauere de iu. o. iud. not. in l. imperium ff. eod.

Tertio uidetur casus in l. placet. i. & in l. fi. C. de peda. iudi. ubi præsidibus prouinciarum potestas hæc, delegandi seu iudicem dandi, & constituẽdi pedaneos data est, non etiã magistratibus municipalibus, ergo (ut dicebatur) ipsis solis in speciale priuilegium concessum.

Alias & quarto maius esset priuilegiũ inferiorum, quàm maiorum, istiq; longe deterioris conditionis, quàm illi, non dicendum. l. qui de inofficioso in fi. ibi, ne aliàs unquàm melioris fit conditionis &c. ff. de inoffi. testa. l. pupillus in pri. ff. quæ in frau. cre. cum similibus.

Quinto & ultimo, probatur, ex d. uer. quæ uero, qui aduersatur præcedẽtibus l. hoc amplius. §. de his autẽ. ff. de dam. inf. Bar. in l. prætoriæ in. §. sed si unus col. i. ff. de præto. sti. & huiusmodi est, ut omnia præcedentia repetita quidem intelligantur, exceptis his quibus expresse aduersatur, ut per eundem Bar. in l. mariti in §. fi. ff. ad legem iul. de adul. sed præcedentia sunt, ut magistratus maiores non delegent causas meri uel mixti imperii ergo delegabunt causas simplicis iurisdictionis, & quæ sibi iure magistratus competunt, ergo non alii inferiores.

Sed à communi intellectu haud recedentes, dicimus posse facile responderi & ad primum breuiter (ut dicebam aliàs uerissimusq; sensus literæ est) quod exẽpla proconsulis & prætoris ad dictum proximius referuntur. i. ad eos qui in aliqua potestate sunt, quiq; imperium habent. l. potestatis uerbo. ff. de uerbo. si. vt non possint iubere iudicare, eo die quo futuri priuati sunt, ergo principium intelligetur etiam in magistratu munici-

pali

pali,& sic inferiori.

Non ob. secundum quia dici posset, sub uerbo cæterorum de quo ibi, comprehendi etiam municipales l.cæterorũ ff.de uerbo.si.sed ob.ut supra uerbũ propter uim imperii,& uerbum cæteri, qđ similitudinem notat.l.3.§.in hac.ff.commo.l.ex omnibus ubi casus clarus, sicuti in d.l.cũ prætor.ff.de offi.præsi.&quia romæ non erant magistratus infimi, ut in l.2.in §.post originem.ff.de ori.iu.Seysel.hic col.2.& Dec.replicatur non sẽper similitudinem notare, ut per glo. in c.deinde 26.d.& quòd immo erant etiã magistratus minores, probo per text. in l.2. in prin.ff.de in ius uo. ibi neq; cæteros magistratus qui imperium habent, ergo d. dictio ibi non erit similitudinaria, & plus quòd immo erant Romæ etiam minores qui iudicem dare poterant, quiq; etiam in ius uocabant, ad maiorum differentiam.l.nec magistratibus.ff.de in iu. ita ut sit sensus, magistratus imperium habentes, & minores, qui sine imperio & sine potestate sunt, iudicem dare posse, ergo maioribus in spãle priuilegiũ (p d.tex.) hoc idẽ nõ erit cõcessum, minoribus uero denegatũ. Sed aliud adhuc strĩgit, quia dicitur ibi cæteriq; magistratus & sic copulatiue cuius natura est repetere oẽs præcedentes qualitates. l.seio.§.gaio.ff.de fun.instru. ergo de maioribus intelligetur non de minoribus. Sol. auget potius ex quo posita reperitur inter dissimilia, magistratus scilicet maiores & minores, ut hij etiam, sicuti illi, iudicem dare possint.l. ea tamen adiectio.ff.de lega.3.Alexand.consi.120. col. 2.uolum.1.

Non ob.tertium quia bene dicit in.d. iuribus quod p̃sides prouinciarum de causis uilibus non cognoscunt tametsi possint si uelint, sed non quod in speciale priuilegium fuerit eisdem concessum ut dent iudices & minoribus denegatũ.

Non quartum quia non est uerum, ex quo delegant ipsi quoq; si velint quæ sunt simplicis iurisdictionis, & multo quidem magis, sed non (vt dixi) quòd ipsis sit in speciale priuilegium concessum, ut minoribus denegaretur, & q̃ etiam causas meri imperii ex causa delegant, ut infra.

Non ob. ultimum, quia possem dicere, quod aduersatur, ex quo in præcedẽti dicitur, causas meri & mixti imperij haud posse à magistratibus maioribus delegari, hic autem à minoribus sic qq; præcedentia reperita sunt magistratuũ (& in hoc est fallacia) non maiorum q̃ nec dictum erat in prin. licet subaudiatur. Vel & aliter, quod hoc idem non sit semper uerum.§.quis autem insti.de bo.po.vel quod sufficit dum modo in aliquo aduersetur.l.nam & postea.§.sed & si quis & ibi Ias.ff.de iureiu.Ripa in.l. 2.in.§.quod si in patris in prin.ff.sol.mã.

Hoc dictum igitur commune, his nõ ob.probatur clare, in uer, quæ uero. Clarius in.l.fi.ff.quis & à quo, ubi datur iudex à magistratibus Romani populi cuiuscunq; ordinis, ergo etiam minoribus, quo tex.confirmatur quod essent ibidem etiam minores magistratus, ultra allega. supra; & in specie Fenestel.ponit rub. de mino. magistratuum speciebus, qui erant in urbe, citatus etiã hic à Purpura.numi.421.& bene, nec dubito, licet idem Deci. dicat de magistratibus maioribus intelligi, & male, ex quo uerbi generalitatẽ restringit, contra tex.in.l.præsenti.C.de his qui ad ec. cõfu.& in.l.dies festos in fi.C.de fer.& in.l. 2.C.de spor.cum maxime essent in vrbe etiam minores (vt dictum est) nec subest ratio qua debeat restringi, ut uerbum quæcunq; supra & dictum fuit heri oretenus satis, ac etiam in.1.& 2.lect.probatur etiam in.l.ea quæ .ff. ad municipa. ubi quæ magis imperii sunt, quam iurisdictionis magistratus municipalis facere non potest, ergo infertur necessario ꝙ poterit quæ sunt iurisdictionis quæq; iure magistratus competunt.

Item & ex alio, quia sic esset tex.iste, de indubitabili, quoniam si maiores sũt prohibiti ratione supra dicta causas meri imperii delegare non sunt prohibiti, quæ sunt simplicis iurisdictionis, sed nõ quod in speciale priuilegium hoc eisdẽ

sibi

sibi concessum sit, cæteris uero denegatum, cum de causis meri imperii tantum mentio facta sit. Et quia si propter specialem designationem, tametsi datio tutoris iure magistratus competat, delegari non potest.l.muto.§.tutoris datio.ff.de tute.Bal.in .l. propter magistratum.ff.de excu. tu. delegatio fiet tamen eorum quæ dicto iure competunt communiter,& regulariter.l.ius singulare.ff. de legi.cum uulga.quod tamen an competat iure magistratus pendet ab infra dicendis in gl.mandari possunt.

Et Vltimo loco, quia plus est habere modicam cohercionem quam iudicem dare,patet quia id imperii meri est,istud uero iurisdictionis, sed magistratus minores habent modicam cohercionem.l. magistratibus.ff.de iu.o.iud.ergo multo magis dabunt iudices, & sic communis opi.desen sata est.

10 Sed adhuc instatur, quòd immò magistratibus † municipalibus ius dandi iudicẽ nõ competat de.d.l. ea quæ .ff. ad municipa. vbi quæ uim imperii habent,magistratibus municipalibus non competunt,sed delegare imperii est,magis quâm iurisdictionis,ergo.sol.antecedens uerum est,consequens falsum, ut hic & in.l.Imperium infra de iu.o. iudi. & ideo (vt dicebam) si non competunt ipsis quæ uim imperii habent, competent quæ sunt iurisdictionis,quæq; iure magistra tus hab ent.

Obstat etiam tex.in.§.nulla in authẽ. de desen.ciui.ubi defensor ciuitatis non delegat,& tamen magistratus municipalis est,cui tex.pro sol.etiam dicas, quod loquitur in uicariis,seu uices agentibus defensorum, non in delegatione causarum specialiter,ut hic, & in quo est dubitatio.

Rursus instatur, quod delegari potius non debeant quæ iure magistratus, & simplicis iurisdictionis competunt. Contra uero delegari, quæ specialiter tribuuntur quia quæ iure magistratus competunt generalia sunt ergo in certa l.certum.ff.si cer. pe. incerta delegari nõ possunt, ergo.delegari uero quæ speciali ter,quia quæ sunt transmissibilia ad successores sunt delegabilia, sed dignitas transit ad successores.c.quoniam Abbas de offi.de.ergo.Sol.certa sunt non incerta quia relationem habent ad ea quæ sũt simplicis iurisdictionis, idest non meri uel mixti imperii,ergo nimirum si delegantur. Et licet (quoad aliud) dignitas ad successorem trãseat ex quo mortua non est, sed uiuit, & successor idem .l. proponebatur.ff.de iudi.l.2. C. de officiis qui ui.alt.ge.c.si gratiose,de rescrip. in 6.non tamen delegari potest,quia specialiter & nominatim,ei commissa ẽ, ut supra dictum fuit,& sic argumenta fallaciam habent.

ADDITIO.

Ad dicta aliàs in ver.huius rei.

Hic etiam not. ab omnibus quod ar-
11 gumentum à contrario sensu † in iure fortissimum est quia si potest delegari in casu absentiæ, à contrario regulariter non poterit,& idem in.l.ex co.ff.de test. ubi ex eo quod lege iulia mulier prohibita est testimonium dicere si damnata sit.l.3.§.lege iulia .ff. eo. colligitur quod in iudicio testimonium dicere aliàs poterit,à contrario (ut ibi declarat glo.) arguendo.Et in.l.qui testamento in.§. mulier .ff.de testa.ubi habetur quod licet testis in testamento esse non possit, poterit tamen aliàs, quia si lex iulia de adulteriis (vt supra dictum est) uetat damnatam, à contrario permittit regulariter.

Et in.c.cum uirũ de regula.ubi puellæ quæ sponte habitum susceperunt, ipsum deserere non possunt, ergo à contrario coactæ poterunt.

Et in.c.cum apostolica de his quæ fi. à ma.par. cap. ubi religiosi non possunt ecclesias & decimas de laycorum manu recipere, sine consensu episcopi, ergo a contrario de consensu ipsius secus.

Et ultra prædicta in .l.edem.C. loca. ubi si inquilinus ædes conduxerit, & pensionem soluerit, expelli non poterit,ergo a contrario poterit,si non soluerit

rit, expelli non poterit, ergo à contrario poterit si non soluerit, & ibi signanter Odof.in prin. not. quòd argumentū fortissimum est. Et in auth. hoc īter liberos In §.si quis autem.C.de testa. ubi si in testamento perfecto extranei instituti sīt, & in secundo imperfecto, uenientes ab intestato, eorum fauore primum tollitur, à contrario uero non si in primo pariter uenientes ab intestato instituti reperiantur, & ibi Ias.not.

Et in l.i.in prin.C.qui pro sua iu. ubi in causardm delegationibus, id maxime obseruandum est quòd ualeant ita demum, si ad iurisdictionem pertineant delegantis. ergo à contrario si non pertineant, ualebunt & ibi glo. signanter ita arguit, & mille sunt huiusmodi non referenda aliter.

Et in l.septimo mense.ff.de sta.ho. inducendo ut per Fulgo.consil.69. col.i.

Et in c.i.de duo.frat.à cap.inuest. inducendo similiter, ut idem Fulgo.facit consi.86.col.3.

Et in l.si prætor.ff.de iudic.quem adhuc idem inducit, cons.107.col.pe.nonnihil consi.118.col.2.

Verum ad materiam adde quòd communiter per dictionem si, induci uidetur, ut hic, & in l.si quis locuples. ff. de ma.testa. & per hæc duo iura ita etiam dicebat Bal.in.l.dictam col.i.C.de condic. ob cau. & sic in ui conditionis ut infra nisi sequatur absurdum.

32 Sed quare† fortissimum dixit iuriscon.? quia uenit à lege, seu ex ipsius mente, quæ pro lege accipitur, ut per glo.in d. §.mulier adducentem bo.tex.in §.testes instituta de testa.ubi non possunt in numero testium adhiberi, hi quos lex iubet improbos intestabilesq; esse, ergo adhibebuntur quos iubet esse probos, & testabiles.

Et sic propriæ & expresse quia certū est quòd uenit ex mente legis uenire ꝓprie & expresse, l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus.ff. de uerbo. si. in tantū ut dixerit in apostil. Alexand.in l. apud antiquos. C. de fur.quòd sententia lata contra argumentum à contrario sensu, dicetur nulla, tanquā lata contra expressum iuris errorem, l. si uero expressim ff, de ap.quòd dictum testatur Euerar.in locis topicis 82.in prin.editio.2. nullibi hoc idem legisse, quòd memoriæ teneat præterquam in. d.loco, bonus tex.est ad idem etiam & ultra eum in.l. prætor ait in prin.ubi Bar.& Ang.& Imo.ff. de no. o.num.

Secundo hoc idem probari uidetur, in d.l.si quis locuples ubi illud quòd à contrario sensu constat, dicitur apertissime constare, ergo expresse proprie, & ex ipsius legis mente ut ibi per Bar. Calca. cons.67.col.2.Barba.in c.2. col. 9. de so. comp.

Tertio facit nam interpretatio intrinseca & substantialis lex est. d. §. uerbum ex legibus.§.i.ī auth.de fi.ante dot.instr. nat. interpretatio Papi.hic ita inducentis quòd in lege iulia de ui. nominatim cauebatur huiusmodi est, ergo immediate ex lege uenit argumentum.

Quarto facit, quia lex non potest corrigi nisi corrigatur expresse l.i.C.de inof fi.dot.l.i.C.de indic.ui.tol.ibi legem uis celliam expresse corrigentes, uerum per argumentum à contrario, fit.auth.Diaconissam. C. de ep.& cle.ubi hoc modo corrigitur decisio.l.nulla.C.eo.ergo proprie & expresse, non autem ex coniecturis uenire dicetur.

Vltimo, statuta sunt stricti iuris, sententia, & contractus.l. quòd constitutū, ff.de mi.testa.l.i.C.si plu.una sen.l. quicquid astringende. ff.de uerbo. obl.in his habet locum argumentum à contrario, & sumitur, ergo expresse & proprie, & non ex coniecturis, quoniam aliàs non sumeretur uulga.l. 3. §. hæc uerba.ff. de nego.gest.

Sed tamen ad idem facit etiam tex.in c.i.prima.d. ubi refertur quòd Christus dixit in euangelio, quòd tibi uis fieri, aliis facito, quòdq; tibi non uis fieri aliis fecisse caueto, & tamen hoc secundum, non dicitur in euangelio nisi à contrario sensu, sic quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, uos eadem facite illis, ita Barba.in d.c.2.de so.compe.

Et

Et dato quod ex coniecturis sumeretur, quia tamen manifeste sunt, dicuntur expresse. d.l. si quis locuples .l. quibus diebus. §. quidam titio .ff. de condi. & de. & ibi Soci. in 5. not. l. licet Imperator. ff. de lega. i.

Simili modo arguitur, quia non tantum fraudem excogitasse uidetur, qui fraudat legem, quam qui fraudat legis interpretationem. l. ita fidei. ff. de iu. fi. quē text. dicit not. Bald. in. l. i. in fi. C. de proba. sed argumentum à contrario interpretatio est, intrinseca legis, ergo, & not. idem Barba. in loco de quo supra.

Nihilominus etiam quòd prædicta urgeant, contrarium tenetur communiter quòd immò dicatur intellectus subauditus, ut hic per Barto. in fi. num. 16. & non proprius, & hoc idem quia uidetur casus in. l. pecuniam .ff. si cer. pet. ubi debebas mihi x. simpliciter, ea promisisti iussu meo, titio sub conditione si nauis ex Asia uenisset (dicit tex.) ꝙ pendente conditione nihil petere potero, sed quod uidebor mihi tanquam sub cōtraria conditione eam stipulasse, si tamē, ergo non proprie & uere. §. igitur inst. de pup. sub. ibi tanquàm si ipse filius sibi instituisset hæredem.

Secundo, probatur in. l. i. ff. si tab. testa. extā. ibi quia ex coniectura non propriæ scriptus uidetur.

Tertio idem dicitur in .l. apud antiquos ibi quidam ita per coniecturam interpretati sunt .C. de fur. quòd non aliter (secundum glo. ibi) potest interpretari quàm per argumentum à cōtrario, ergo intellectus subauditus.

Quarto probatur in. l. in possessionē in. §. i. ff. quib. ex cau. in po. ea. ubi bona à creditoribus possessa, possunt uendi, dummodo non sint pupilli, uel absentis reip. causa sine dolo malo, ergo à contrario (inquit tex.) intelligetur si dolo malo absuerit, quod possint uendi. & sic improprie, non uere ponderando uerbum intelligetur. l. intelligendus .ff. de uerbo. si. cum similibus.

Quinto & ultimo, uidetur casus clarus in. c. qualis 25. d. ubi qui blasfemias dixerit in spiritum sanctum neq; in hoc seculo ei peccatum remittetur neq; in futuro, ergo à contrario quasdam culpas in hoc seculo, quasdam in futuro, datur intelligi (adhuc inquit tex.) posse relaxari, quod non aliam interpretationem habet, nisi intellectu hoc subaudito, deducendo (vt dictum est) per locū à contrario.

Et pro rei ueritate hæc communis, magis placet, quia ualidioribus rationibus etiam fulcita comprobataq; est, ut supra quàm tenuit etiam idem Barto. in. l. omnes populi num. 61. ff. de iusti. & iu. Nec ob. glo. in. d. §. mulier, quia dicam non esse ei acquiescendum, ex quo nec in .§. testes, allega. per eam hoc ipsum probatur, iuxta not. per Barto. in. l. non solum in .§. si liberationis uerba .ff. de libe. lega. dicamq; & si ibi sumatur, interpretatiue sumi & non proprie ac uere, immò quòd communem probat text. cum dicit arg. est, ut etiam hic, huius rei arg. est &c. c. sorus de uerbo. si.

Non ob. quòd id quòd uenit ex mente legis, dicitur uenire proprie, quia uerum est quando uerba & mens conueniunt ut in. d. §. uerbum ex legibus, sed hic non conueniunt, ergo. fuitq; declaratio Bal. in. l. non dubium colum. i. C. de legi. Nec officiunt hic uerba illa, non aliter itaq; mandare poterit quàm si abesse ceperit, quia sunt iurisconsulta interpretantis, quòd in lege Iulia nominatim cautum erat, & sic non proprie sumitur, sed per interpretationem. Et minus quòd sententia dicatur lata contra expressum iuris errorem & sic nulla si sit lata contra arg. à contrario sensu, quia dictum Alex. nō est uerum, & contrarium tenēt Docto. in. l. prolatis de re iud. & ī. c. i. eo. ti. extra testatur Seysel. hic & bene, tolliturq; inductio. l. prætor ait, ex responsione tradita ad. d. §. uerbum ex legibus, ut supra.

Non ob. secundū quia dicam ut dicit Bar. ibi, quod uerbum sequens uideatur scilicet tollit obiectum, ex quo sui natura fictionem importat. l. prima. §. de

iecisse uidetur .ff. de vi & vi ar.cum uulgaribus.

Non ob.tertium quia non est uerum ex quo est per argumentum à contrario & non potest dici intrinseca & substantialis ,l.i. §.quamuis .ff. de uerbo.ob. igitur nec proprie ex lege uenire & summi dicetur.

Non ob. quartum quia antecedens uerum est,consequens falsum , glo. in authen.ex testamento.C.de colla.l.si serui uestri.C.de noxa. Nec facit quod per auth. diaconissam corrigatur, decisio .l. nulla,ut supra,C.de ep.& cle,quia non est correctio sed declaratio potius iuris antiqui,ꝙ scilicet minor annis 40.ordinari non posit,seu ante.d.tempus, sicuti nec olim poterat ante annos 50.nel ꝙ ibi illud ideo sit quia uerba in sensu directo nihil poterant operari.

Non ob.ultimũ,quia id est non ꝙ ueniat proprie ex lege,sed quia statutum, & alia rationabili acquiescunt interpretationi.l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.l.quã uis.ff.de in ius uo.

Non ob. etiam text. in.c.i. prima.d. quia respondebo id pariter in euangelio Christum non proprie,sed à contrario sensu dixisse , igitur interpretatiue non uere.

Et minus quod coniectura manifesta sit,quia admittendum est adhuc, sed nõ uera ꝙex lege sit,cum hoc non dicat.

Non deniq; inductio .l.ita fidei , de iu. fi. quia nec istud negari potest, vt fraudans incidat in pœnam taciti fideicommisi , sed non quod argumentum à sensu contrario, proprie ueniat , & interpretatio sit (vt dicebatur supra)substantialis & comprehensiua , igitur non non uideo quare fortissimum arg.dixerit Iuriscon.

Et dato quod ea ratione dixisset quia ex lege proueniat,fortissimum etiam dici debuisset argumentum à simili.l.non possunt .ff. de legi. & tamen eo nihil est debilius, quia data disimilitudine corruit , ut ibi not.

Et si ex alio quia non facile tolli possit , adhuc non recte dictum uidebitur , quia immò tolli facile potest , si resultet absonus intellectus, nel si sit contra bonos mores , aut de corrigendo iure agatur,& ut per scriben.latius.Considerando etiam fortius esse ab identitate rationis,ut inquit Imo.in.l.si uero in.§. de uiro colum.pe.ff.sol.mat.

Si uero ex eo quia magis intellectu percipiatur , quàm sermonis adaptatione , debebat potius subtilissimum dici, quàm fortissimum,vt in simili in.l.cum acutissimi.C.de fideicõ.& in.l. cũ auus. ff.de cond.& de,ad differentiam subtilis & materialis,de quibus per Bal.in.l. scire.ll.ff.de legi.Igitur cogita. Vel dic qđ fortissimum dixerit , quia à naturali dispositione prouenit,ex quo duo contraria simul stare non possunt .l. ius nostrũ ff.de regu.iu.l.ubi repugnantia.ff. eo. & iura naturalia immutabilia sunt .§. sed naturalia quidem inst.de iu.na.& probatur in.l.cum lex.ff.de legi.Tamen adhuc considera,quod hac ratione attenta, nũquam tolli posset.d.§.sed naturalia,& tamen tollitur ut supra.Vel hoc solo dicamus ꝙ auxesis sit seu augmentatio, & figuratus loquendi modus, ex quo alia ẽt arg.fortissima sunt.

Et dum Deci.nititur demonstrare, ꝙ nec hic,nec in iuribus supra allega. arg. istud à contrario , locum habeat,ita ut ex eo dispositio inducatur.

Motus primo quia hoc esset contra intentionem legis,uolentis hic (vt alia de industria omittamus)in casu spali,regulam negatiuam limitare , ergo ultra nihil debet operari.l. nõ omnis.ff.si cer. pe.

Secundo quia colligi argumen. non debet,ubi datur medium,sed hic datur, quia inter permittere,&prohibere ẽ medium,non permittere,sicuti inter uelle, & nolle,non uelle ,l.i.§.scientiam .ff.de tributo.

Tertio quia inducta ad unum effectũ non debent operari,contrarium .l. legata inutiliter .ff.de adi.le.

Dic posse unico uerbo omnibus responderi , uera esse, quando lex hoc idẽ non expressisset, vt declarat in simili

Bal.

Bal.in.l.i.C.de inuti.sti.& Dec.met.post eum, consi.110.col. 2. uolum. primo, & hic, sed infideliter refert, at hic expressit in illis uerbis non aliter itaq; mandare poterit, quam si abesse cœperit, ergo.

Vel sigillatim dic ad primum, quod licet non operetur principaliter, operatur tamen secundario.l.fi.ff.de cond.ob tur.cau.Ias.in.d.l.non omnis in prin.

Ad secundum uero quod quamuis detur medium inter permittere & prohibere, non ideo minus argumentum sumi debet, ex quo sumit ipsemet Iuriscon.hoc ipsum exprimendo, à cuius verbis minime est recedendum.l.non aliter.ff.de lega.3.

Ad ult.quod est uerum, non operari contrarium quando dispositio nulla p̄cessit, at hic præcessit regula, ergo.& declarat Ange.in.l.proculus .ff. de usuf. & subinde etiam (vt dicebam supra) declaratio Iuriscon.& hinc est vltra quod exceptio in uno casu, firmat eam, in non exceptuatis.l.quæsitum.§. deniq, .ff. de fun.instruc.cum uulg.quodq; regula.d.l.legata inutiliter, aliter intelligitur, & vera quidem sit tantum in casu suo.

Ad propositum igitur non sumeretur etiam in casu nostro & iuribus supra allega.sed quia (ut dixi) præcedit regu. prohibitiua, postea limitatur, deinde declaratur, per argumentum à contrario, q̄ nisi proficiscatur is cui contigit exercitatio mandari non poterit iurisdictio, sumus in casu claro, non limitate sumi ad sensum directum, ut dicebat But.in.d.c.cum apostolicæ, in ult.not. & Deci.hic, ac in.d.consi.110.Sauilia.cons.203.num.9.uol.2.& ista pro nunc sufficiant.

ADDITIO.

Ad id an prætor habuerit cognitionem criminum.

13 Sumpta occasione † ex isto text. quoniam prætoris mentionem facit dubitāt scriben.an criminum cognitionem habuerit & sic merum imp.& breuiter dicendum est quod sic.

Casus est hic, quem induco tribus modis, primo quia maioribus magistratibus lege, Senatuscon. aut principum, constitutione tribuitur ut supra prætor est de maioribus magistratibus, eiq; hoc ipsum tribuit Senatuscon.sillanianum, ergo habebit sine dubio, quia finis habens necessariam consequentiã ad pincipium ad illud trahitur, & secundum illud declaratur.l.deniq; .§. i. ff. de mino. Bal.in.l.Antistius.ff.de acq.hæ.

Secundo quia cum dubitet Iuriscon. an mandari possit omni alio casu habilitatem supponit argumentum in.l. traditio.ff.de acqui.re.do.idest quod de crimine cognoscat.l.qui testamento .ff. de testa.

Tertio & ultimo, quia una determinatio, respiciens plura determinabilia debet illa pariformiter determinare.l. iã hoc iure.ff.de uulga.& pu.sub.sed quod de mero imperio dicitur & mixto, est respectu maiorum magistratuum, prætor est de his, ergo.

Secundo facit text.in.l.libellorum in prin.ff.ad legem iul.de adul. ubi inscriptio in crimine adulterij fiebat apud p̄torem, sed adulterium ultorem habet gladiũ.l.quamuis.C. eo. ergo. & clarius in.§. præconizamus in authen. de leno.

Tertio idem dicitur in.l.2.ff. de in ius uo.ubi prætor imperium habet, & ibi glo.declarat, merum, idest gladii potestatem & bene.l.cum prætor.§.i. ff. de iudi, l.iubere cauere infra de iu.o. iud. l. nec magistratibus.ff.de iniur.l. ea quæ .ff. ad municipa.

Quarto quia si competit præsidi, qui est clarissimus ut hic per glo. in uerbo tribuuntur .l. illicitas .§. qui uniuersas. ff.de offi.præsi.quanto magis debet competere spectabili, & sic prætori, authen. multo magis.C.de sacrosanc.ec.

Quinto quia si magistratibus municipalibus, denegatur, non denegabitur simpliciter prætori .l. magistratibus .ff. de iu.o.iud alias non differrent, quod tamen est falsum ut hic, & in.d.l.ea quæ .ff. ad municipa. & certe ita transeun-

dum esset ut transit Alex.& uidetur esse communis opi.pro qua rursum facit bonus tex.in.l.si quis iniuriam atrocem .ff. de iniur.ubi si quis atrocem fecerit iniuriam,prætor eam rem acriter exequi debet,& qui iniuriam fecit (subiicit Iuriscon.) cohercere debet quod non aliter intelligi potest,nisi corporaliter.l. fi. eo. tit.& glo.ibidem animaduertit.

Sed tamen aduertendum est, q̃a Fulgo.tenuit contrarium, respondendo ad tex.nostrum,quod sit in eo speciale,propter criminis atrocitatẽ, quia Dominus à familia fuerat necatus,quo casu multa cõcedũtur, q̃ nõ concederentur aliàs. l. si quis filio.§.hi aut in fi.ff.de iniust.test.

Quæ responsio nõ est uera, in primis quia hoc non dicit text. neq; in hoc se fundat,sed simpliciter prætorem criminum cognitionem habere, demum q̃a in dubio non præsumitur.l.i.ff. de regu. iu.uulga.glo.in.l. filium quem habentẽ ff.fa.her.& ex inductione per me facta. supra quia sibi ex S. con. hoc idem sibi fuerat demandatum, quod pars ẽ legis. Et confundi hoc etiam uidetur per tex. in.l.i.in.§.fi.ff. de suspec. tu. ubi crimen erat atrox & tamen prætor remittit tutorem ad præfec.vrbis.

Secundo respondebãt alij, præsertim Nicolaus de Neapo.in.§. cum autem insti.quib.mo.ius pat.po.sol. quod cognoscit sed non exequitur, quæ etiam uera non est,quia hoc idem disputamus, an cognitionem criminum habeat, & quia in cognitione uersatur maior industria, ideo cognitionis mentionem fecit,ea de re non ob.

Posset etiam & ultimo responderi, q̃ uerbum prætor sit uerbum generis .l. vbicunq;.ff.de regu.iu.& male,quoniam (vt dixi) finis habet necessariam consequentiam ad principium, nec à uerbis legis est recedendum, inducendo ut supra.

Respondetur etiam ad tex.in.l. libellorum secundo loco,quòd ibi est speciale pariter in adulterio.l.transigere .C. de transac.ut hic per Deci.& Rimi.quæ responsio adhuc tollitur ex supra dictis, non esse præsumendum, quamuis alia ratione, dicto casu transactio prohibita sit, in aliis criminibus autem permissa, de quibus in præallega.l.transigere.

Secundo respondetur quod uerbum prætor exponitur.i.præses,quod & si uerum sit alibi.d. casu. tamen fallit, nec à uerbis est recedendum, cum de mente legis aliter non constet sed contrarium potius.l.non aliter.ff.de lega.3.

Tertio respondetur, uerum esse quo ad libelli conceptionem, ut exinde crimen ad præfectum urbis, postea remitteret,quod utiq; dictum fuisset, uel expresse, uel appositione dictionis taxatiue,quorum neutrum factum est, ergo. Immo quod de inscriptione, & libello dixit tantum,quoniam iudicii fundamẽtum est,& si in eo sit defectus omnia corruunt.c.cum paulus i. q.i. legi. ff. de excep.rei iud.l.Acteius, in fi.cum.l.seq. ff. de aqua plu.ar.Pau.Cast.consil.65.colũ. vlt.uol.i.

Similiter ad tex.in .§. præconizamus respondetur quòd loquitur in prætore urbis Constantinopolitanæ qui habebat merum imp.de facto, quòd etiã ibi non dicitur, nec est in .d. loco de hoc uerbum.

Secundo respondetur, quod cognoscit tantum, ex quo dicit comprehensum præfecto urbis prædicte reseruari, adhuc ex supra dictis reiiciendum, & q̃a subiicit reum comprehensum, nouissima debere supplicia sustinere.

Ad tertium respondetur, quòd merũ imperium respectu prætoris intelligitur de mixto & fuit responsio Rimi.Replica tu,non esse uerum,quia(vt dicebã supra)vna determinatio respiciens plura determinabilia debet illa pariformiter determinare, quòd ita scilicet prætor merum imperiũ habeat ut alij, quoniam omnes,maiores magistratus sunt, quibus specialiter lege &c. ut sup. in princ.

Secundo respondet Deci. quòd d.iura intelliguntur,de mero imperio, in casibus specialibus, de quibus hic & in d. l.libellorum & in d.§.præconizamus,& rursum

rursum male quoniam restringitur generalitas legis, nec subsistit ratio, qua id fieri debeat.

Tertio respondent Bononien. capi. imperium in genere, quòd etiã iurisdictionem comprehendit, de directo contra illum text. dum dicit qui & coherecere aliquem possunt, & in carcerem duci iubere, quæ meri imperii sunt, ergo non iurisdictionem comprehendet maxime (ut dixi) cum sit prætor & ipse de magistratibus maioribus.

Ad quartum respondetur quòd glos. prædicta, aliter intelligitur. i. de præfec. uigilum, de proconsule, qui spectabiles sunt & non de prætore secundum Deci. Vel ut inquit Rimi. quòd non est uera, sed argumento non respondetur, dato quòd de aliis spectabilibus loquatur, quòdq; uera non sit, quòd si clarissimo conceditur debeat multo magis concedi prætori, qui spectabilis est licet alii sint spectabiles non habentes merum imp. ut hic per Alexand. quoniam argumentum de minori ad maius affirmatiue, ualet, sicuti negatiuæ de maiori ad minus. d. auth. multo magis. l. relegatorum. §. constitutum. ff. de interd. & re. & sic defensata est quantum ad ista opinio. cõmunis, ex aliis roborata etiam ut supra.

Verum instatur quòd immo cognitionem criminum non habeat prætor nec merum imperium, de. l. i. ff. de offic. præfec. urb. ubi in urbe omnia omnino crimina cognoscit præfec. urbis.

Et pondera quòd dixit omnia omnino. c. si quis iratus 2. q. 3. ad not. in l. balista. ff. ad trebel. & quòd dictio omnia uniuersalis est, iuncta cum alia dictione sui natura præcise significationis l. si nõ sortem §. indebitum, ff. de condic. ind. quòd si sic est, erimus etiam in casu reg. quòd uni concessum fuit alteri negatũ uideri, l. quòd in rerum. §. si quis post. ff. ff. de leg. i.

Sed tenendo communem dici potest quòd licet omnia crimina sibi præfectura urbis uendicauerit (ut ibi d'citur) non propterea sequitur quòd præ. or cognitionem non habuerit etiam criminum, ex quo est de maioribus magistratibus, ut hic, & not. Albe. in l. fi. ff. de offi. præt. Nec officit quòd omnia omnino dixerit, quia multiplicatio uerborum non alterat substantiam legis. l. pediculis. §. labeo, ff. de au. & ar. le. & quia locutus est eo casu iurison. plusquam expediat ut inquit Bald. in l. nequicquam in §. de plano col. 2. ff. de offi. procon.

Vel & aliter quòd absente prætore cognoscebat, & aliis magistratibus, & sic imperium habitu & potentia non actu, præterquam tamen in certis casibus enumeratis in d. l. i. & probatur. ff. de ori. iu. Fenestel. de ro. mag. c. 19.

Secundo instatur (quòd argumentũ fuit Albe. in d. l. fi.) quia si habuisset merum imp. fuisset facta mẽtio in tit. de oficio præto. & tamen fuit facta tãtum mixti. pro sol. dic licet ipse non respondeat, hanc partem tamen sequutus quòd quãuis dictum non sit ibi, satis est dictum fuisse alibi hic, & in. d. l. libellorum, & in cæteris iuribus supra allega.

Tertio instatur, quia si haberet criminum cognitionem, non remitteret tutorem puniendum ad præfectum urbis & tamen remittit. l. i. §. fi. ff. de susp. tu. sol. limitata hoc casu erat iurisd. & ad eum spectabat, igitur non mirum si ad eũ remittitur, & est unus de casibus (ut dicebam supra) in quibus habebat iurisdictionem actu. l. i. §. idem solent. ff. de offi. præfec. urb. & quia sol. realis est transeo aliis diuinatiuis & imaginariis scribentium prætermissis.

Quarto instatur, quia uiri capitales erant in hominem aduertẽtes, quòd prætor facere non poterat l. 2. §. deinde. ff. de ori. iu. ergo merum imperium non habebat, sol. hoc non dicit ille tex. sed qđ carceris custodiam habebant, quodq; interuentu eorum exercebabt merum imperium & animaduersio hæc fiebat, non quòd prætores non cognoscerent.

Quinto instatur, quia cum esset prætoris limitata iurisdictio, edicta proponendi in albo, corrigendi, uel emendandi ius ciuile successiones deferendi, &

iudicandi de bono & æquo. l. si quis id quòd ff. de iu. o. iud. l. ius autem ciuile. §. i. ff. de iusti. & iu. §. quos autem institut. de bo. po. non uideo quomodo potuerit habere cognitionem criminum. sol. plana est quòd cum omnis iuris potestatem habuerit, cum publici tum priuati, ut in locis supra allega. maxime in d. l. 2. una cum auctoritate Fenestel. non potest aliter dici nisi quòd etiam merum imperium fuerit apud eum.

ADDITIO.

In glo. iurisdictione (cætere enim nihil habent & fuerunt expedite oretenus supra in discursu) concluditur, mandata iurisdictione in genere, merum imperiũ non transferri, nec etiam si id præses cõmittat, quòd ei specialiter tributum est, quasi dicat, causas meri imperii non posse regulariter delegari nec in genere nec in specie, & bene. l. nemo potest. ff. de regu. iu. & dictum aliàs fuit satis in figuratione casus.

14 Sed ad propositum de not. q. dubito † si omnem iurisdictionem mandet alicui princeps, nunquid uideatur mandare etiam merum imperium in dubio.

Prima facie dicendum uideretur qđ sic, quia omnem iurisdictionem mandauit, & qui omne dicit nihil excludit. uulga. l. iulianus. ff. de lega. 3. c. solite de maio. & ob. unde & bene dixit Bar. in l. centurio colum. 9. ff. de uulga. & pup. sub. si testator uoluerit omnia bona sua peruenire ad talem, quòd nihil excludetur, quodq; nec trebellianica detrahi poterit.

Et Alexan. alibi, quòd dictio uniuersalis negatiua posita in c. fi. de præscript. omnem præsumptionẽ excludit absq; bona fide consi. 51. col. i. uol. 5.

Et in legato ita dicit etiam Bart. in l. generali in §. uxori nu. 4. ff. de usufr. le. qđ signum uniuersale omne, restrictionem non recipit.

Et maxime quia generalia uerba rursum, fauore publice utilitatis nõ restringuntur. l. si quis in graui. §. is quoq; ff. ad Sillania. Bal. in l. cum mulier col. 5. ff. sol. mat. late Ias. & Deci. in l. filiusfa. nu. 4. ff. si cer. pe.

Et quia sub uniuersitate multa ueniunt, quæ non uenirent aliàs l. quædam. ff. de acqui. re. do.

Item quia si iurisdictio, est nomen generis comprehendens merum & mixtũ imperium, ut no. in l. imperium infra de iu. o. iud. longe magis hoc ipsum comprehendet, uerbo uniuersali addito, ut aliquid operetur, l. si quando. ff. de leg. i. c. si papa de priui. in 6.

Vltimo uidetur casus in. l. si in aliquã ff. de offi. procon. ubi cum plenissimam habeat proconsul iurisdictionem, omnia ad ipsum pertinent.

Tamen contrarium per istam glo. uerius est, quòd immo nõ uideatur ex hoc mandari.

Et potissimum quia istud ipsum in specie nõ conbessisset uerisimiliter princeps ex quo committi non solet, ergo nec in genere l. obligatione generali. ff. de pigno.

Vnde pulchre Bald. alibi dicit, qđ in mandato pleno libero & generali. communis Perusii non ueniunt ea, quæ cõcedi nõ consueuerunt, per ipsum commune consi. 383. col. 2. uol. 3.

Et in c. i. col. 2. de prohib. feu. alie. per Fed. in usib. quòd si aliquis cõtrahat, & obliget omnia bona sua (ut fit quotidie) non propterea in tali obligatione includetur feudum.

Et fere in terminis uidetur casus, in c. quòd translationem, de offic. lega. ubi quando Papa generaliter delegat, non intelligitur delegare ea, quæ ex priuilegio sedis apostolicæ, sibi reseruata sunt.

Et etiã quia in huiusmodi principis mandato, interpretatio fieri debet, ut sic minus præiudicetur iuri communi quam possibile sit. l. si serui uestri. C. de noxa.

Et quia id quòd est apud principem, non est in commercio priuatorum & re putatur impossibile, l. apud iulianum §. fi. ff. de lega. i. ualde difficile ut ibi no. & in

§.l.gallus i §.& q d si tãcũ.ff.de lib.&post.

Ad arg.respondetur primum non obstare, quia sequeretur absurdum, quòd cum inhereat personæ principis mandãtis, uirtute horum uerborum mandaretur, & male l.legatus Cæsaris.ff.de offic. præsi.l.3.ff.pro so.cum similibus, tolle simile. Baro uendidit prædia, ubi furce esse solebant denotantes merum imperium, cum iuribus quæ ibi habebat, dicit alibi Innocen.in c.ex literis, de iu.pat.& Bald.in l.à procuratore in prin.C. man. quòd non propterea merum imperium comprehendetur, ex quo non est de natura rerum & iurium uenditorum.

Et uidetur casus in l.i.in §.nunciatio. ff.de no.o.nun.ubi citatio omnibus diebus fieri potest.& tamen non fit diebus feriatis.l.dies festos.C.de fer.

Vel respõdeamus, quamuis omnẽ iurisdictionem mandauerit, quòd tamen ciuiliter intelligi debet, excepto mero imperio.l.si cui, ff.de serui.pulchre Bald. in c.i.in princ.colum.pen.de cap.qui cu. uen.in usib. Vel & aliter cum subiecta materia non dictet tametsi uerba uniuersalia sint, quòd non tamen uniuersaliter intelligentur.l.2.ff.de legi.ubi tex.in uerbo omnes homines, idest in ciuitate existentes, exponitur, & sic secundum subiectam materiam, alios non includit ergo nec hic merum imperium omnem iurisdictionem mandans.

Non ob.dictum Bart.in d. l.centurio quia bene uerum est, si dixisset testator totam hæreditatem meam integram restitui uolo quòd non detraheretur, sed si dixit omnia bona mea, tunc detrahetur, ut ibi omnes concludunt, nec aliter dicit Bar.

Non ob.quòd præscriptio omnis excludatur in casu.c.fi.de præscrip. quia id præscriptionis odio inductum est, cum mala fide, ex quo (ut text.met dicit) omne quòd non est ex fide peccatum est, & quia negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affirmet, secundum glo.in l. hoc genus.ff.de condi.& de.

Non ob.quòd in legato, signum uniuersale nõ restrĩgatur, quia id est ex quo legata licet sint stricti iuris, habent tamẽ naturam bonefidei.l.in minorum. C. in quib.cau.in integ.rest.non est ne.& quia in re legata, censetur legatarius magis dilectus quàm hæres.l.si quis eum in fi. ff. de condi.& de.& ita etiam ad tex. in d.l. Iulianus potest responderi.

Non ob.quòd generalia uerba, fauore pub.utilitatis nõ restringantur, quia nec id est generaliter uerum, nam hæc ratio, siue fauor similis est, in l.i.C. de sacrosanc.ec. & tamen generalia illa uerba habeat unusquisq; &c.ad habiles restringuntur ut ibi per omnes.

Et quia utilitas publica bene est, ut delicta puniantur sed à iudicibus competentibus, non ab his cui de iure merum imperium demandari, non uidetur.

Non ob. etiam quòd multa sub uniuersitate ueniant, quæ non uenirent aliàs quia ex supra dictis satis responsum est, uel & aliter, dic uenire, in casu. d. l. quædam & similium, quia difficulter ab uniuersitate poterant separari, at merũ imperium hic facile, ergo.

Non ob. quòd iurisdictio sit nomen generis, quia fateor, sed non quòd mandata iurisdictione translatum etiam in eum cui mandatur, sit merum imperiũ, quoniam (ut dictum est) id uerisimiliter non concessisset princeps & quia etiam delegationes sunt odiose, & restringendæ.l.diligenter.ff.man.Bald. in l.non sine in fi.C.de bonisq, libe. & minus, qđ uerbum omnem, additum, hoc idem operari debeat quia satis est, quòd operetur, quoad totalem iurisdictionem quã habebat.l.solet.ff.de iu.o.iud.not.Gem. in d.c.si papa.

Vel dic quod operatur secũdum materiam actus super quo interponitur l. si stipulatus.ff.de usu.estq; satis, sed uerum imperium communiter mandari non solet, ut hic, ergo sub.d. uerbo non comprehendetur. Alex. cons.21.colum. 4.uol.5.

Vel quod satis operetur, si referatur ad iuris dispositionem, ut declarat Pau. Cast.in l.si duo.ff.de acqui.hæ.

N on

Non ob.ultimum, quia iudicio meo nil facit ad propositum, esto enim quòd proconsul plenissimam habeat iurisd. & maiorem quàm alius post principem, non est propterea quòd ex hoc inferatur si princeps omnem iurisd.mandat an ui deatur mandare merum imperium, & propterea negatiua pars tenenda est, qa ex diuersis non video quomodo illatio fieri possit.uulga. l.papinianus exuli. ff. de mino.

ADDITIO.

In glo.quæ uero,in prin.concluditur
15 †quòd competentia iure cuiuslibet magistratus possunt delegari, ut præbere auctoritatem manumittentibus,& non ab re(ut inquit) Alexand. quia hoc ipsũ regulariter causæ cognitionem non requirit.l.à procedente.C.de dila.l. nõ est. ff. de ma. uin. quasi dicat quòd cum sit voluntarie iurisdictionis debet posse per delegatum ac etiam extra iudicium expediri.quod etiam censuit ante eum Ro.in l.de pupillo in §. meminisse col.3. ff.de no.o.nun.

Et est simile,quia multa hoc casu permissa multis uidentur,quæ aliàs non p̃mitterentur(exempli gratia) quod à priuato debitor detineatur propria auctoritate.l.ait prætor.§.si debitorem.ff.quæ in frau.credi.

Et à layco clericus, in delicto repertus,ut per Inno.& Io.And.in c. ut famę de sen.excom.

Et magistratibus municipalibus, ex delegatione prætoris,celeritatem desidentia.l.i.l.quarta.§.duas.ff.dam.insec.

Tamen contrarium tenuit gl.in §. serui,inst.de liberti,quòd immo debet iudex pro tribunali sedere, & sic adhibita causæ cognitione ita ut hac de re nõ possit delegari,& ratio Alex.falsa.

Et male,confundiq; uidetur per iura supra alleg.& in specie eã reprobat Ro. in d.§.meminisse.

Sed urget tex.in l.2.infra eod. ubi ad literam dicitur mandata iurisd. non posse concilium exercere is cui mandatur, ergo nec dicetur competere iure cuiuslibet magistratus, quoniam tunc posset delegari, & ponderandum ibi uerbum non potest, quòd exponitur i.nullo modo c.i.ubi gl.de regu.iu.in 6.l.i.ff. de uerbo.obli.& legis generalitas, quæ efficit ut generaliter intelligatur l.i.§.q autem ff.de aleato.

Quodq; non requiratur causæ cognitio,ut supponit text. dum in secũda sui parte eiusdem mentionem facit,in prin. uero nullam,ex quo(ut dictum est)non requiritur.d.l.non est.

Secundo hoc idem probari uidetur in l.fi.C.de uindic. lib. ubi patronorum iudicio sedula seruitus,libertatem adipisci non potest,nisi apud eos magistratus quibus hoc ius competebat, ergo non omnibus nec delegabilis erat.

Tertio urget tex.in d.l.non est,ubi in prætore proconsule, & legato Cæsaris exemplificat.

Quarto urget tex.in l.i.ff.eo. ubi similiter apud prætorem,pupillus, eo etiam tutore manumitti potest.

Quinto in l.an manumittere ff. eod. Paulus testatur se asidente seu consulẽte,prætores seruos suos interdum manumisisse. Deq; proconsule,uel eius legato,facit mentionem tex.in l.apud proconsulem, de consule in l. si rogatus in §.fi.& de præfecto ægypti in l.apud præfectum ægypti.ff.eo.in legato proconsulis tamen uidetur pugnare text.in l.2. in fi.de offi.proconsu. sol. ut infra & sic exemplum omnino dubitabile.

Tamen à glo.non recedentes, p̃bari adhuc potest formalius sic, quòd causæ cognitionem nõ requirit, delegabile est aliàs non.l.nequicquam §.ubi decretum ff.de offi.procon. sed præbere auctoritatem manumittentibus,cognitionẽ non requirit,ergo hoc idem delegabile. d. l. non est.

Nec ob.text.in l.2.infra eod.quia (ut glo.met hic & Bartol.num.6.dicunt)ibi causæ cognitio requirebatur, ex quo cõcilium dicit,igitur nec mirum si delegari non potest,nec is cui mandata est iurisdictio cognoscere,stantq; simul ista qđ

dicat non potest,& intelligatur .i. nullo modo potest,hoc casu,aliàs sic.

Tollitq; dictum uerbum, quòd tum de generalitate dicebatur, tum de causæ cognitione, quoniam implicite dixit, & uirtualiter in princ.in secunda uero parte explicite, & consiliũ intelligitur idest pro tribunali quando minor xx. Annis, vult manumittere, quoniam iusta requiritur causa, ut in.§.eadem, & in §. seq. iuste autem insti. qui, & ex quib. cau. ma. non po.

Et minus text. in .d. l.fi. quia eodem modo responderi potest, & omnibus aliis iuribus breuiter, ad idem allega. quoniam esto quòd proconsul, præfectus ægypti, & prætor ac similes, manumissionibus præbeant auctoritatem non est tamen quòd delegari non possit, ex quo (vt dictum est) cognitio non requiritur .d. §.vbi decretum ac iure cuiuslibet magistratus competit, non ob.text.in.d.l.secunda de offic. procon. quia proconsul non erat prouinciam ingressus, & legato conceditur mandata sibi iurisdictione tantum ut per ordinem uideri potest, in .l. obseruare.ff.eo.tit. in cæteris ut per Alexand. fusius.

16 Secundo exemplificat glo. ver. istum, in magistratibus † municipalibus apud quos testamenta aperiuntur, audiunt causas pecuniarias, viles, & criminales leues, ac similia de quibus in .§.sed neq;, & aliis iuribus in ea allega. in auth.de defenso.ci.ut hæc pariter possint demandari.

Sed contra, quia immò coram magistro census,testamenta recitantur.l. consulta diualia.C.de testa. estq; difficultas quam mouet Cur.& glo.ante eum in.d. .§.sed neq;.

Sol.non potest coram alio quam coram magistro census recitari Romæ,alibi uero sic, & hodie ut declarat etiam Rimi.& bene & est tex.ultra eum in.l.in hac.C.de dona.Iacob.beluis.in.§. iusiurandum.col.2.in authẽ.de defenso.ciui. uel dic ꝙ sit lex localis in vrbe Constantinopolitana,in aliis autem ciuitatibus, quod alicui specialiter non competat, immò iure magistratus hodie cuilibet. §.nulla in auth.de defen.ci.in cæteris nõ est difficultas.

17 Tertio & ultimo † concludit gl. quòd quæ specialiter tribuuntur non mandãtur,aliàs sic, quæ aliis communicantur magistratibus.

Sed contra (tametsi aliquid dictum fuerit etiam supra)quia in integ.restitutio, specialiter cõcessa est magistratibus maioribus & inferioribus denegata, qa imperii est non iurisdictionis.l.in causæ §.fi.&duabus seq.ff.de mino.l.ea quæ.ff. ad municipa.& tamen delegatur.l.fi. C. ubi & apud quem.

Similiter missio in possesionem, specialiter concessa est)iterato dixerim) maioribus magistratibus,denegata inferioribus.d.l.ea quæ,l.iubere cauere de iu.o. iud.& tamen delegatur .l.cognitio.§.primo infra eo.

Confirmatur ultimo, quia in utroq; casu requiritur causæ cognitio, tuncq; delegatio prohibita ẽ .l.nequicquam .§. vbi decretum.ff.de offi.procon.&tamen fit,ergo falsa glo.opinio.

Sustinendo glo.prætermissis philateriis Decij quo ad intellectum tex.ut hic per eum,potest ad primum dici ut dicit glo.in.d.l.ea quæ quòd loquitur text. in d.l.fi.in speciali commissione, non generali,&probatur per istum tex.ibi mandata iurisdictione,non transferuntur.

Et male quia si in speciale priuilegium hoc idem maioribus magistratibus concessum est,non debet posse nec in genere nec in specie delegari, & sol.hæc, est contra illum tex.in fi.

Secundo respondetur, quod id est in minore speciale,ut adhuc glo. præalleg. dicit,& Bart.in.l. imperium num. 19. ff. de iu.o.iud.& rursum male ac cõtra tex. in.d.l.fi.in prin.quæ etiam in maioribus loquitur.

Tertio respondet,ꝙ.d.l.ea quæ,corrigitur per .d. l. fi. sed replicatur uerum non esse, cum non appareat, & in dubio legum correctio uitanda est .l. san-

cimus .C.de testa. l.i.C. de inoffi. do. & si fit, expresse fieri debet .l. fi. C.de indi uid.tol.

Quarto respondetur, illud esse ne sit difficilis causæ examinatio, & cogantur partes semper ire ad iudices maiores, quòd innuere uidentur, uerba tex. ad medium, ibi sic etenim non difficilis erit causarum examinatio.

Quæ narratiua sunt, non inducentia iuris dispositionem quicquid aliàs dixerim, nec (vt præsupponitur) ratio.d.l.vulga.l.unica.C.quando non pe. par. & quia hoc attento indistincte delegatio fieri posset, etiam in causas meri.

Quinto igitur & ultimo respondetur, illum text. loqui tantum in examinatione causæ, quæ est potius quædam animi declaratio, & postquam alia sententia sequi debet, ita ut perinde sit ac si delegatio facta non fuisset, & declarat Seysel. in .l. prima colum. 3. infra de iur. o. iudi. & ibi Rimi. ante eum colum. 8. Vel dic quod loquatur in delegatione facta à Principe, ut sentit idem Rimi. hic colum. 26. & colum. pe. vel ut per Alexand. in disputa. Rex Aragonum colum. quinta, quod omnibus competat hodie habentibus iurisd. annexam territorio, & ut quinto loco dicebam, tollitur etiam secundum quod not. in .d. l.iubere cauere, & dictum fuit aliàs supra quia in executione reali scilicet, occasionis tumultus uersatur.l. non est singulis .ff. de regu. iu. l. qui restituere.ff.de rei uen.

Non ob. tertium & ultimum quia non est plenaria cognitio, sed summaria, & hac ratione delegatio tolerabilis est, ex quo tunc cessat prohibitionis causa. Vnde non mirum est, si dispositio.l.fin.C. qui admi. non habet locum in bono. po. tribuentibus ius, vt per Ange.in.d.l.prima colum.2. Idem Seysel. ibi colum. 3. præallega.

ADDITIO.

Contra istam conclusionem instatur

18 adhuc † & uidetur, quòdq; mixti imperii sunt possint delegari, text. est in.l. nostra in.§.fi.ubi mandata iurisdictione transit imperium, quod eidem coheret, mixtum coheret iurisdictioni.l.imperii infra eo.ergo.

Sol.non transit nec merum nec mixtum, licet iurisdictioni cohereat, sed modica cohercio, sine qua iurisdictio esset nulla.l.fi.infra eo. & ita debet intelligi, quod ibi dicitur.

Secundo instatur, quia executio est mixti imperii .l. cognitio.§.i. infra eo. l. ea quæ .ff.ad municipa. & tamen delegatus suam sententiam exequitur .l.fin. C.de iud.

Sol.speciale est in delegato Principis quo casu tex.ille loqui uidetur, & probatur, quia aliàs si inferioris, non exequitur.l. à Diuo Pio in princ. ff. de re iud. uel & aliter dicamus quod exequitur per ordinarium .l. apertissimi .C. de iudi.

Tertio instatur, quia reuocare libertum ingratum in seruitutem, mixti imperii est, & est causa q̃ expeditur officio iudicis nobili, & tamen delegatur.l.2.C. de lib.& eo.lib.

Sol. negatur quòd sit mixti imperii, quòdq; expediatur officio iudicis nobili, ex quo per actionem ingrati in seruitutem reuocatur, & sic mercenario actioni deseruienti, ut ibi & in .l. pe. eo.tit.

Quarto instatur, quia datio tutoris, est mixti imperii.l.muto.§.tutoris datio ff.de tute.& tamen delegatur.§.pe.insti. de at.tu.

Sol. antecedens uerum est consequens falsum.l.nec mandante.ff.de tu to.& cu.dat.ab his nec ob.tex.in.d.§.pe. quia nõ dicit quod delegetur, sed quod iussu præsidum, magistratus dat tutorẽ & de hoc latius in glo.seq.

Quinto & ultimo instatur, de .§. si

vero quidam in authen. de exhi. reis, vbi delegatus in possessionem mittit ex primo & ex secundo decreto. & tamen missio est mixti imperii .l. ea quæ. ff. ad municipa.

Sol. loquitur in iudice ordinario, uel dicamus, quod loquatur de missione quæ fit propter periculum moræ .l. quarta. §. duas .ff. dam. infec. uel quod causa sit iurisdictionis simplicis, & missio ueniat in consequentiam, quo casu multa conceduntur, quæ non concederentur aliàs, & fusius ut per Alexand. hic & in præallega. dispu. Rex Aragonum, quoniam hæc sunt magis stringentia.

Rursum instatur, nam causa ingenuitatis & libertinitatis, est simplicis iurisdictionis, expeditur officio iudicis mercenarii deseruienti actioni, & tamen nō delegatur .l. placet. C. de peda. iud. Sol. est causa grauis ideo non delegatur .l. libertas .ff. de regu. iu. Bart. in .l. imperium nu. 24. de iu. o. iud.

Secundo instatur separatio bonorū est iurisdictionis, & tamen non delegatur .l. prima .§. de his. ff. de sepa. sol. mixti Imperii est, decretum requirens, ut ibidem in princ. Vel & aliter ut per Alexan. in. d. dispu. Rex Aragonum colum. 13.

Tertio, iurisdictionis est, quando quis punitur in corpus, cum non habet in ære .l. quicunq; .C. de ser. fugi. & tamen non potest delegari, ut not. Barto. in. d. l. imperium num. 23. de iu. o. iud. Sol. id est propter cruciatum corporis ut ibi per eum.

ADDITIO.

Ad glo. mandari, in prin.

Concludit, quod datio tutoris non

19 competit † iure magistratus, nec potest delegari, & cum ea communiter doc̄to. transeunt.

Et probatur in .l. muto in .§. tutoris. datio. ff. de tute. ubi non est imperii, nec iurisdictionis, imperii scilicet meri, ergo mixti necessario, à partibus sufficienter enumeratis .l. imperium infra de iu. o. iudi. & q. a si esset iurisd. ab ea posset appellari, & tamen non appellatur .l. 2. ff. de tuto. & cu. dat. ab his, & ut pulchre per Bald. in .l. scire oportet in princ. ff. de excu. tu. & in .l. propter magistratum .ff. eo. Item posset compromitti, & tamen non permittitur .l. nō distinguemus. §. iulianus & seq. ff. de arbi. ergo nec delegabitur, nec iurisdictio circa dationem tutele prorogabitur secundum Bal. in. d. l. propter magistratum.

Secundo probatur, quia si de quo magis inesse uidetur, & non inest, ergo nec de quo minus .l. relegatorum. §. constitutum. ff. de interdic. & re. si nec mandante præside is cui mandatur potest tutorem dare .l. nec mandante .ff. de tuto. & cu. dat. ab his multo minus poterit ipse magistratus, ergo nec delegabilis erit.

Tertio quæ specialiter, lege Senatusc on. uel principum constitutione tribuuntur mandata iurisd. non transferuntur ut hic datio tutoris specialiter tribuitur. d. l. muto. d. §. tutoris datio, ergo. Et probatur in rub. ibi, & qui ius dādi habent.

Quarto, quia in datione tutoris requiritur causæ cognitio ut per Bal. consi. 224. uolum. i. l. impuberi .ff. de tu. & cu. dat. ab his. ergo delegatio omnino prohibita .l. nequicquam .§. vbi decretū ff. de offi. procon.

Quinto & ultimo, quia cum datio fiat ex inquisitione, personæ industria eligi uidetur .§. fi. insti. qui testa. tu. da. po. l. in dando. ff. de tu. & cu. dat. ab his. ergo indelegabilis, ut supra & in .c. fi. de offi. de. & ita foret transeundum.

Nihilominus contrarium suadetur, quòd immò competat iure magistratus, & consequenter quòd sit delegabilis, per text. clarum in .l. iusdandi. ff. de tu. & cu. dat. ab his, ubi formaliter dicitur quod ius dandi tutores, datum est omnibus magistratibus municipalibus, & pondera quod, dicit omnibus. Item quod eo iure utimur, quasi dicat quòd est in uiridi obseruantia, & sic pugnat tex. iste, cum .d.

§.tutoris datio,eiusdem Vlpia.

Secundo suadetur, quia uideo sicuti præsidibus prouinciarum permissum ē tutores dare, qui sint eiusdē prouinciæ tamen uel ibi domicilium habeant.l. i. in fi.ff.eo. ita magistratibus municipalibus, qui sint eiusdem municipij uel agri.l.neq;C.qui tu. da. po.d.l.ius dandi, quod cum ita sit præsupponit absq; dubio Iuriscon.quòd possit.l.qui testamēto.ff.de testa.

Tertio uidetur mihi quod sit text. in l.ubi absunt in fi.ff. eo. de tu. & cu. dat. ab his,ubi collega magistratus municipalis tutorem dare potest.

Quarto facit text. in.l. 2. in .§. si mater.ff. ad Tertulia.ubi hæc necessitas magistratibus municipalibus iniungi uidetur.

Quinto & ulti. quia pedaneus iudex est iudex inferior.l.2.C.de peda.iud. modo dicit text.alibi, quòd sicut prætor se tutorem dare non potest,non poterit pariter pedaneus iudex,in l.prætor.ff.de tu & cu. dat. ab his, ergo alium necessario.d.l.qui testamento.ff.de testa. & in simili est etiam text.in l. uentri. ff. de tu. & cu.dat.ab his,ubi magistratus, nō dat tutorem uentri curatorem sic, ut pote ī edicto comprehensum, ergo regulariter pupillo dabit.

Sed à communi opi.non recedentes, his omnibus respondere possumus,hoc ius magistratibus competere,iussu præsidum.l.lucius §. cum testamento. ff. de admi.tu.§.sed hoc iure utimur instit. de at.tu.oporteto; sic pugnantes leges declarare,& una sine dubio aliam exponit l.non est nouum.l.sed & posteriores. ff. de legi.c.super quæstionum in princ. de offi.de.

Et si diceretur quòd hoc idem nihil aliud est,nisi fateri, quòd sit delegabilis, quodq; iure magistratus competat, respondeo ut per glo.in d.§. sed hoc iure, & not.in l.i.ff. quòd iussu. & in d. l. nec mandante omnino iussum & mādatum differre.

Tamen dubito quia, sic non erit electa industria personæ,cumq; lex specialiter,uel senatusconsultum, aut principium constitutio, hoc ipsum quibusdā concedat, non debet posse magistratib. municipalibus communicari,& quia id etiam intelligitur uerum,si non sint magnæ pupilli facultates,ut in d.§.sed hoc iure.

Secundo posset responderi,quòd delegari non possit, non habenti iurisdictionem,habēti autem sic, quomodo intelligi debet.d.l.ius dandi, & fuit sol. gl.hic & in d.§.sed hoc iure,& in d.l.nec mandante.

Adhuc non tuta, quia simpliciter dicit tex.in d.l.nec mandante, nec tutorē dare posse alium,mandāte præside, qua si dicat nullo modo uel is cui mandatur iurisdictionem habeat uel non habeat quamuis hæc l.aliam etiam habeat interpretationem ut hic per Ias. in fi. sed prima uerior.Posset etiam dici præter hæc ꝙ hoc attento .l. illa foret de indubitabili,argumentum in l.priuatorum consensus.C.de iu.o.iud.

Tertio posset responderi, quòd non sit mixti imperii, nec simplicis iurisd. d. §.tutoris datio,sed quædam specialis designatio facta à iure,ut per Bal. in l.propter magistratum.ff.de excu.tut. & in l. scire oportet in prin.ff.eo.quodq; hac ratione competebat tantum illis, quibus nominatim hoc idem concessum erat, specialiter & quòd electa personarum industria delegari non poterat, & quod deniq; magistratus potestas, loco potestatis date testatoribus,successit, de qua in §.permissum inst.de tute.

Quòd adhuc non subsistit (fuitq; opi.quorundam modernorum) quia hoc nullibi lege cautum est,præterea si uerū esset,iam non posset amplius dari tutor testamentarius,quòd quàm sit absurdū latet neminem d.§.permissum & toto ti qui testa.tu.da.po.& quia tunc personæ industria electa à testatore, dici non posset.

Vnde iudicio meo iura sic possent cōcordari,considerando ius antiquum.i.legem xii.tab.mediam iuris prudentiam, & ius nouum,ut inst.de leg.agna.suc.in

§. & hoc quidem Barto. in l. i. colum. i. ff. de lega. i. ut primo casu, maioribus magistratibus & illis maxime quibus hoc idē specialiter concessum erat datio tutoris permitteretur & isto in casu loquatur text. in d. §. tutoris datio, secundo magistratibus municipalibus, non tamen quòd iure magistratus competeret, quia obstaret text. in. d. §. Tutoris datio, limitata tamen eorum potestate, ut non darentur tutores, nisi eiusdem municipii & iubente quidem præside. d. §. cum testamento. d. l. ius dandi, quoniam pupilli præcipuum meremur fauorem. l. ex pluribus in fi. ff. de admi. tu. Tertio uero & ultimo, nec possent, nisi tenues pupilli facultates fuissent, & adhuc præsidis iussu & ita loquatur tex. in. d. §. sed hoc iure ubi etiam hoc idem not. & pro hac concordia facit quòd dicitur in. c. non debet, de consan. & affi. ubi non debet reprehensibile iudicari, si secundum uarietatem temporum &c. Et per glo. in. l. apud antiquos. C. de fur. dum dicit, distingue tempora & concordabis scripturas.

Et nota pro complemento, licet Ias. & cæteri, sentiant quòd sit mixti imperii, per tex. in. d. §. tutoris datio, nouissime Gui. Papa deci. 631. colum. 5. quod tamen non est nec imperij, nec iurisd. sed (vt dicebam supra) ex speciali quadam designatione facta à iure, ut per Bald. in d. l. propter magistratum. ff. de execu. tu.

Dato tamen quòd conclusio glo. sit uera, quòd iure † magistratus non com-
20 petat, limitatur secundum glo. hodie si pupilli facultates sint usq; ad quingentos solidos. i. aureos (solidum enim antiqui uocabant aureum à soliditate, quia purum aurum nunquam minuitur) & hoc potissimum per tex. in. §. pe. insti. de at. tu. allega. etiam supra ubi defensores ciuitatum, qui sunt magistratus municipales. possunt dare tutores, & curatores ergo (vt dicunt scriben. & est dictum commune) poterit delegari, rationem assignat Cur. in. l. i. nu. 47. de iu. o. iud.

Sed dubia est limitatio, quoniam à Principis constitutione (quod in ipsomet tex. legitur) idipsum specialiter defensoribus ciuitatum tribuitur, licet eā non habeamus, ut ibi per glo. ergo erimus in casu. d. §. tutoris datio ergo nec iure magistratus competet, nec delegabitur.

Et quoniam non simpliciter tribuitur defensoribus ciuitatum nisi una sit cum eis ciuitatis antistes, ad quod tria similia adde, de quibus Pet. de Bellaper. q. 446. columm. 2.

Et quoniam esto quòd iuridico Alexandrinæ ciuitatis. i. iusdicēti hoc idem rursus tribuatur, ibidem tribuitur, quia sic Diui Marci constitutione sibi pariter cōcessum fuerat. l. 2. supra ti. proxi. ideo cogitandum est.

ADDITIO.

Cōcludunt omnes, ut supra dictum † est proxime quòd datio tutoris sit mi-
21 xti imperii quodq; delegari non possit.

Contra quòd immò nō sit mixti imperii, quia uerbum imperii in. d. §. tutoris datio, non potest aliter intelligi nisi de mixto, ex quo certum est quod hoc casu de gladio non agitur, & tamen dicitur ibi, quod imperii non est, ergo (vt dixi) non meri non mixti nec iurisdictionis. l. iubere cauere infra de iu. o. iudi. l. ea quæ ff. ad municipa. arg. in l. 2. ff. de libe. & posthum. Immo & secundo probatur quòd iure magistratus competat per text. in l. ius dandi. ff. de tu. & cu. dat. ab his melius in l. ubi absunt inducendo ut supra & in l. prætor. ff. eo.

Tertio & ultimo, quòd possit delegari, quia si ea ratione, delegari non potest quia nominatim, lege S. con. uel principum constitutione tribuatur d. §. tutoris datio, non posset pariter, quando facultates pupilli sint usq; ad 500. solidos, quoniam id secundum principis constitutionem statutum est ut in d. §. pe. l. 2. C. de offi. iurisdi. Alexan. & tamē delegatur (ut omnes dicunt) d. casu ergo & isto.

22 Vltimo glo. format † unam oppo. quòd prohibentur fieri loci seruatores, ut in

iuribus in ea allegatis probatur clare, ergo & delegatio. Soluit quòd aliud est delegare, alind uero loci seruatorem constituere, quodq; isti constituebantur, ut explorarent crimina, & referrent præsidi & quòd deniq; prohibiti fuerunt, quoniam plerunq; sub specie boni, mala multa committebant, prout in d. locis legitur, facit bo. text. in l. illicitas in §. ne potentiores. ff. de offi. præsi.

Sed hæc sol. non est bona & confunditur per text. in l. i. in §. cura carnis. ff. de offi. præf. urb. ut hic per Alex.

Tamen potest responderi, quòd ille text. loquitur in militibus stationariis, non in seruatoribus loci. Et simile est in l. limenarchæ. ff. de ser. fu. & in l. fi. in §. hi quoq; . ff. de mu. & ho. illi enim in locis hostium finitimis stationes agebāt isti uero locis maritimis præerant, dicti non à limine (ut Accur. putat) sed à limen, dictione greca, quæ portum significat, & limenarcha scribi & pronunciari debet, non liminarcha.

Secundo soluit Barto. quòd d. iura loquuntur in latronibus, qui prouinciam spoliabant, quodq; hi prohibiti sunt, delegatio autem permissa.

Adhuc non tuta, quia aliud sonat uerbum loci seruator, indubitatumq; est prouinciam malis hominibus esse purgandam. l. congruit. ff. de offic. præsi. c. factæ sunt leges 4. d.

Tertio respondebat Petr. quòd debēt intelligi quando præses sine causa recedere uolebat, & aliquem perpetuo constituere qui prouinciam regeret & moderaretur, hic autem quòd simpliciter causam deleget, donec reuertatur. Cæteris deterior, quia omnibus modis interdicit hoc ipsum Imp. in d. §. eos, uel cum causa uel sine.

Quarto respondet idem Alex. quòd generaliter causæ delegari possunt, sed non loci seruator constitui non subsistēte impedimento, & regimen sibi ex toto committi & forte eadem est cum illa Pet. adhuc contra d. §. eos. d. uerbum omnibus modis ponderando.

Quinto igitur responderi potest (ut dicebam aliàs) quòd termini non sunt pares, primo quia nos loquimur in his quæ iure magistratus competunt, quæ possunt delegari, contrarium uero in defensoribus ciuitatum an prædictos loci seruatores, quos uicarios appellant, possent constituere, & maxime, quia diuersas lesiones subditis inferebant (ut text. met dicit in auth. ut nulli iud. in princ.) & iudicio meo, dubium non habet.

ADDITIO.

23 In gl. fortissimū, sumpta occasione† scribentes examinant, an argu. à contrario sensu locum habeat & primo, in ultimis uoluntatibus, & concludunt breuiter quòd sic.

Et probatur in. l. aliquando. ff. de condi. & de. ubi legatum sub conditione ademptum, sub contraria conditione datum intelligitur, puta centum quæ titio legaui, nolo sibi deberi nisi nauis uenerit ex Asia intra annum, quia sibi debebitur si non uenerit intra, d. tempus.

Et idem in hæreditate per. d. tex. dicit Soci. in rubri. de his quæ. pe. no. in fi. & Pau. Cast. consi. 302. colum. secunda uolumi.

Secundo probatur in. l. si legatum pure, & in l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. ubi ad literam idem dicitur, quod si legatum pure, adimatur sub conditione, perinde est ac si sub contraria conditione datum fuisset, seu quod sub contraria conditione datum intelligitur.

Tertio probatur, in l. quod pure. ff. quando di. lega. ce. ubi pariter legatum pure, si sub conditione adimatur, quasi sub conditione legatum habebitur, qđ non aliter intelligi potest. nisi contraria ut ibi etiam per glo.

Quarto probatur in l. si quis ita libertatem in §. fi. ff. de statu libe. ubi libertas pure relicta in testamēto seu legatū, sub conditione adempta ademptumq;, sub contraria conditione debetur.

Quinto & ultimo probatur in l. lucius 2. ff. de hæredi. insti. ubi substitutio euanescit, si institutus sub conditione

si

si sine liberis decesserit, liberos suscipiat.

Et sic à contrario.

Et ratione etiam suadetur, quia si (ut dicebam aliàs) sumitur in contractibus, inq; eis locum habet (quòd etiam sentit Ias.) l. inter socerū. §. cum inter. ff. de iu. do. & dicemus infra, multo magis locū habebit hoc casu. l. in testamentis de reg. iu. c. cum dilecti de dona.

Et quia in legatis, in quibus potissimum iura supra allega. loquuntur, semper fit benigna interpretatio, ut per Bar. in l. scio, in §. uxori. ff. de an. le. benigna autem erit & fieri uidebitur, sumendo sic argu. & legata confirmabuntur, ut inquit Iurisco. in d. l. legata inutiliter, ergo.

Et quia sic etiam uidemus, ut res potius ualeat quàm pereat, quòd uerba directa, efficiuntur obliqua, cum tamē sint contraria. l. ex facto ad treb. in prin. gl. in l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. & pup. sub. Bal. consi. 272. col. 2. uol. 2. & non habet dubium.

Verum est ad iura prædicta, quod dicunt Alexan. Pau. de Cast. & Deci. illi in l. si mihi & tibi in §. in legatis col. 2. ff. de lega. i. iste hic nu. 47. versi. uenio ad secundum, non probare, ex quo legatum debetur non uirtute argu. à contrario sensu, sed quia prius fuerat relictum pure, & sic uirtute ipsius, ex quo inducta ad diminutionem non operantur augumentum, & ita etiam Cur. hic nu. 59.

Et quia d. iura uerbis utuntur improprietatem significantibus, intelligitur perinde, habetur, quasi, & susius ut per eos, & hac ratione idem Cur. tenebat φ solum in legibus argu. procederet & sumeretur, & male, quoniam si erat purū, & ademptum sub conditione, non potest dici quòd debeatur, ergo si deficiat conditio debebitur, quia sub contraria conditione uidebatur relictum, ergo uirtute argu. à contrario. & non ipsius legati puri, præsertim quia qualitas ademptionis facit ut non amplius sit purum. l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iu. no. in l. edita ubi Ias. col. 2. C. de eden.

Et quia si legatum uti purum, non ualebat neq; debebatur, quia ademptum, siq; confirmatur, quasi contraria conditione relictum, non potest dici quòd hoc idem sit ex alio nisi uirtute argu. à contrario l. i. §. omnia. C. de uet. iu. enu. l. adoptio non iure facta. ff. de adop. no. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu.

Ad regu. respondetur, quòd uera sit quando diminutionem operari possunt sed hic operari non possunt, si conditio deficiat, ergo operabuntur, augumentū ergo uirtute arg. à contrario debebitur, & non (ut dicebatur) legati. l. proculus. ff. de usuf. l. deniq; §. interdum. ff. de acqui. hæ. l. cum tale. §. si. ff. de condi. & de. Barto. in l. centurio colum. antepe. ff. de uulga. & pup. sub. Moder. Perusi. in disputa. suis quarta in fi. dixi ego in collecta. in d. l. legata inutiliter.

Nec officit, quod uerba improprietatem designent, quia illud est ex quo argumentum est subauditus intellectus, ex coniecturis procedens, sed non qđ summi non debeat, & uirtute ipsius legatum non debeatur, ut ostensum est.

Dicebat etiam Seysel. quod hoc non est in d. iuribus uerum, sed φ summitur arg. à cessante dispositione, quodq; deficiente conditione ademptionis, nō debetur legatum ex arg. à contrario sensu sed ex præcedenti, legato.

Quod in oppositionem Alex. Pau. & Decii incidit, unde respondetur, qđ hoc idem tantum est dicere quantū est, quòd sub contraria conditione debeatur, ut text. met vbiq; clare dicit, à cuius uerbis minime est recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3.

Nec est uerum quod ex præcedenti legato debeatur, quia (ut dixi & repeto) qualitatis est alterare subiectum. l. aquilius regulus. ff. de dona. legatum debebatur pure fuit ademptum sub conditione, ergo si debetur, debetur ex arg. à contrario sensu.

Sed ad propositum. q. quod imo non sumatur in ultimis uoluntatibus, opponitur de. l. 2. C. de condi. inser. quæ loquitur in ultimis uoluntatibus, & tamen

non sumitur, ecce pater filiam instituit, & legatum ad diem alteri reliquit, præcepitq; filiæ, si à marito non diuertisset, ut caueret legatario, de legato præstando; cauere nolebat, dicens à contrario si dixisset testator cautionem ab ea præstandam esse, si diuertisset, quòd esset liberata, inquit Imp. quòd non ideo minus tenebitur cauere, & fusius ut hic per Dec. nu. 46.

Secundo opponitur, de l. reprehendenda. C. de insti. & clarius de l. neq; ff. de usu & ha. ubi mulieri legatus est usus ædium, si à uiro diuertisset, dubitatur an legatum debeatur à contrario, si non diuertisset, uideretur dicendum quòd nõ, & tamen debetur dato quòd non diuertat, ergo male nec in ultimis uoluntatibus sumetur.

Tertio opponitur de gl. in d. l. lucius. ff. de hære. insti. aliter inducendo sic, si filius institutus sit conditionaliter si sine liberis decessisset, non propterea à contrario si cum liberis decesserit, hi uidebũtur instituti, & est communis inductio.

Quarto opponitur, testator relicta parte uacua, sic dixit, si Ticius (quem tamen non instituerat) mihi hæres non erit, sempronius hæres esto (inquit alibi Iurescon.) quòd non propterea erit hæres Titius a contrario, si hæres esse uoluerit, neq; admittetur ad partem uacantẽ, in l. ex facto etiam. ff. de hæ. inst.

Quinto & ultimo opponitur de l. ticia. §. fi. ff. de ma. testa. ubi in testamento seruo libertas relicta est, hoc modo. Nisi rationes diligenter excusseris, liber ne esto. Et tamen à contrario esto quòd rationes diligenter excusserit non propterea erit liber.

Sed ad primum respondetur, id esse quia resultabat prauus & absonus intellectus, ac legum correctio (ut dicũt omnes) intellectus absonus si à contrario diceremus, remissam sibi cautionem si diuertisset, quæ conditio turpis est & reicienda, legum correctio quia corrigeretur decisio. d. l. reprehendenda, & d. l. neq; not. etiam in c. i. de æta. & qual. in 6. pulchre Alexan. consi. 210. colum. 3. uol. 2. & cons. 211. colum. 3. eod. lib. Imo, consi. 100. in fi. Soci. in l. rogasti in. §. fi. ff. si cert. pe. est uerum quod alias sol. tradit glo. hic, deducendo ut per Ias. & multa ad intellectum istius text. dicit Deci. sed quia ita communiter intelligitur & respondetur pro nunc cũ intellectu communi transibimus.

Addentes, non sumi, quia sic negligeretur forma edicti positi in l. i. ff. quando di. le. ced. nec uoluntati testatoris obtemperaretur, qui caueri iussit si à uiro non diuertisset ut ibi in fi. dicitur.

Et quòd in ultimis uoluntatibus absurditatem uitare debeamus inquantũ possumus, signanter per. d. tex. in. d. l. 2. & in l. Offilius Imp. ff. de lega. 3. ita dicit Bald. consil. 446. colum. 2. uolum. i. & est argum. in l. non absurdum. ff. de bo. libe.

Qui dicit etiam consi. 223. in prin. uolum. 4. quòd id quòd est absurdum non uidetur esse de mente testatoris, neq; de mente iuris, & est argu. in l. tale pactum in. §. fi. ff. de pac.

Quo modo tollitur etiam secundum uel & formali us, quòd cum conditio ut pote turpis reiciatur, & sit perinde ac si opposita non fuisset, debebitur legatum etiam quòd n on diuertat, & perinde ac si sub conditione negatiua, usus sibi ædium relictus fuisset, & ex ipsis met iuribus elicitur.

Ad tertium respondebam ego alias (Ias. enim se remittit ad dicta per eum in l. i. C. de pac.) ut supra quòd immo colligitur argu. à contrario (ut paulo ante dicebam) quia si substitutus admittitur dicto casu cum institutus decessit sine liberis à contrario excludetur si cum liberis decedat. Old. consi. 21. not. in l. ex facto in §. si quis autem. ff. ad treb.

Et si inducatur dicto modo ut proxime ex alio dic non sumi, quia regulare est, quæ sunt in conditione non esse in dispositione. l. si quis sub conditione dãdorũ. x. ff. si quis omi. cau. testa. & quia si sumeretur & uiderentur instituti, qui in conditione positi sunt. d. regula corrigeretur per subauditos intellectus autem

non

non debet induci legum correctio .i. per argumentum à contrario, ut iam dictũ est, ergo.

Non ob. quartum quia posset dici ut hic per Ias. quod id est quia ex uerbis priuatiuis non resultat habitus, tamen quia sol. hæc est dubia, & in opi. Aristonis Iabolent Pomponij Ariani & Pegasi posita ibi, dic aliter ex alioq; esse id; quia pars erat uacua, nec sibi relicta; quo casu à contrario dici non potest, tametsi hæres esse uoluerit quod ad eam admittatur cum nõ sit nec unquam fuerit hæres & est uerus sensus illius literæ.

Non ob. quintum & ultimum, quia (ut dicunt etiam omnes) verba .d. casu sunt negatiua, & cum ex uerbis negatiuis non resultet affirmatio, argumen. sumi non debet, fere eadem sol. cum præcedenti ad .l. ex facto.

Non tenenday quia uerba sunt negatiua in .l. qui testamento in .§. mulier .ff. de testa. & tamen argumentum à contrario sumitur.

Sol. uera est igitur ut ibi per tex. quia his uerbis, uidetur potius adimi libertas quam dari.

Vel & aliter, quòd ibi præcedit oratio negatiue potentiæ, non actus, quo casu dictio nisi non ponit actum sed potentiam, & est sensus, non sis liber, nisi rationes diligenter excusseris idest non possis esse liber, si uero excusseris, adhuc liber non sis, sed ad libertatem perduci possis ita Bald. in .l. si eum in .§. qui iniuriarum colum. secunda .ff. si quis cau. Verum proxima melior; quia sic data paritate terminorum, argumentum à contrario, sumeretur. Et ex his limitationes habebitis ad text. q firmant regu. in non exceptuatis, uulga. l. quæsitum .§. deniq; .ff. de fun. instruc.

ADDITIO.

Et quod adhuc in ultimis uoluntatibus sumatur probo, vltra deducta supra quia in legibus locum habet, & sumitur, fortissimumq; dicitur ut hic, & in .l. cum lex .ff. de legi. & in .l. qui testamento in .§. mulier .ff. de testa. cum similibus. Verum uoluntas testatoris; lex est .§. disponat in authen. de nup. ergo & in ultimis uoluntatibus locum habebit.

Præterea casus omissus, relinquitur dispositioni iuris communis, & pro omisso debet haberi .l. commodissime .ff. de libe. & posthu. nisi ex aliqua coniectura pro expresso habeatur, quia tunc uoluntas euidens dicetur, & pro omisso non habebitur .l. si ita de condi. & de. pulchre Abb. cons. 75. colum. 4. uolum. primo, argumen. à contrario est ex coniecturis & intellectus subauditus .l. prima si tabu. testa. exta. .l. apud antiquos .C. de fur. & dictum fuit supra ergo hac ratione, in ultimis uoluntatibus locum habebit.

Præterea in dubio semper testator uidetur uoluisse se conformare cum dispositione iuris communis .l. hæredes mei .§. cum ita .ff. ad treb. ius commune disponit argumen. à contrario fortissimum esse in iure, ut hic & in iuribus supra allega. ergo in ultimis uoluntatibus locum habebit.

Præterea ultra adducta supra uidetur casus in .l. si quis ita hæres instituatur .ff. de hæ. insti. ubi hæres institutus si legitimus noluerit hæreditatem uendicare, à contrario hæres non erit, si uendicare uoluerit.

Præterea ad idem est etiam casus in .l. si post mortem in .§. fi. ff. de leg. i. allega. per glo. in .d. l. aliquando .ff. de condi. & de. ubi seruus pure legatus sub conditione liber esse iussus fuit, (dicit text.) quod sub contraria conditione ualet legatum.

ADDITIO.

Sed forsan uidetur φ immò nõ sumatur adhuc in ultimis voluntatibus, quia si pater instituat filium hoc modo filius

meus hæres esto si uoluerit, non propterea sub contraria conditione uidebitur exheredatus.i.si noluerit.l.iam dubitari ff.de hę.insti.

Sol. hoc ideo est, quia exheredatio est priuatio, & cum priuet se filius uoluntate tantum, non inuenit exheredatio quid priuet, ea de re inepta est, & ridiculosa, ut ibi inquit text. ubi fusius Imo. & quia oportet quòd exheredetur expresse, ut per Bal.in.l.si pater col.7.C.de insti.

Plus dicit Cur.quòd tenuit alias contra communem quod nec in ult. uoluntatibus nec alio casu arg.à contrario ualeat, sed in lege tantum.

Motus hac ratione quia lex debet decidere, & prouidere omnibus casibus expresse uel per argumenta .l. non possunt .ff. de legi. unde si casus omissus non reperiatur decisus, deciditur, per argumentum à contrario, non sic in aliis dispositionibus, quia si de aliquo casu haud est prouisum, succedit decisio, iuris communis .d. l. commodissime.ff.de lib. & posthu. Calca. ante eum cons. 1.col.7.Bar.in.l.Cæsar in rep.num. 33.ff.de publica.

Et male, quoniam esto quòd omnibus casibus quis prouidere non teneatur, & in hoc disponens à lege differat, non est tamen, quòd casus omissus, sicuti in lege dicimus, non decidatur, etiam per argumentum à contrario, ex quo (vt diximus) coniectura est, & non minus coniecturis quàm uerbis uoluntas datur intelligi .l. prima .§. diuus ff.de sica.c. significasti de homi.l. continuus .§. cum ita .ff. de uerbo.ob.,l. cum auus ibi coniectura pietatis .ff. de con. di.& de.l.cum proponebatur ibi coniectura potuit admitti .ff.de leg.2.Bal.in.l. 3.in fi.C.de insti.

ADDITIO.

Adhuc instatur, quod argumentum à contrario sensu in ultimis uoluntatibus locum non habeat de.l. qui filiabus ff.de lega. primo ubi qui filiabus reliquit legatum, in eo comprehendetur posthuma, si aliqua parte testamenti, de ea mentionem fecit, & tamen à contrario si mentionem nõ fecerit non ideo minus debebitur ei legatum.

Sol. illud est quia resultaret absurdũ, & correctio .l. si quis filiabus.ff.de testa. tu. ubi appellatione filiæ etiam posthuma continetur.

Vel dic quòd immò ibi argumentũ colligitur, à contrario, quòd si de posthuma mentionem fecit in aliqua parte testamenti de ea cogitasse uideatur, à contrario uero, non, si de ea mentionem non fecit, ut ibi, clare dicitur, sed non quòd ad legatum non admittatur.

Præterea & rursum opponitur, quòd non sumatur, quia dixit tex.in .§. aliud quoq; capitulum in authen. ut cum de ap. co. quod non licet patri filium sine causa præterire, & tamen si à contrario præterierit, cum causa, testamentum non uiciabitur ut ibi in.§.siue igitur omnes, notat Ange.in.d.§.aliud quoq; capitulum.

Sol. illud est pariter quia resultaret absurdum, liberos uel falsis accusationibus condemnari, vel in parẽtum substantiis, circunscriptionem pati, ut textus met dicit in.d.§.siue igitur.

Est etiam text. quòd non sumatur in ultimis uoluntatibus in.l. mulieri & Ticio.ff.de condi. & de.ubi legatum usus. relictum mulieri si non nupserit, debetur, licet nubat & sic à contrario. sol. illud est etiam quia conditio uiduitatis tanquam turpis reicitur, & ut ibi fusius.

24 Habet locum etiam arg. à contrario sensu† secundũ omnes in contractibus, & est casus in.l.pecuniam quam.ff.si cer. pe.ubi si pecuniam quam mihi pure debebas, nomine meo alteri promisisses sub conditione, tanquam sub contraria conditione mihi promissa debetur, nec potest negari.

Et si diceretur (vt dicit Deci.hic, & Seysel.post eum) quod debetur uirtu-

te

te primæ obligationis, non uirtute argumen. à contrario sensu, replicabo (vt dicebam proxime) quòd immò illud est, eo quia, qualitatis est alterare & cum debitum esset purum, & promissio alteri facta sub conditione .l. Aquilius regulus .ff. de dona. quòd non potest aliter dici, nisi quòd uirtute .d. argumen. debeatur, ex quo debetur tanquam promissa sub conditione contraria.

Et maxime quia conuentio secunda de iure fforum nouandi animo facta ui detur.

Secundo est casus, pro ista conclusione in .l. inter socerum in .§. cum inter ff. de pac. do. vbi si factum sit pactum, de dote restituenda, liberis non extantibus, inter socerum & generum, id actum esse etiam intelligetur, dotem filiæ retineri, ea defuncta filiis superstitibus, nec posset esse clarior, & ita per istum text. arguit Soci. in .l. pecuniam supra allega. ff. si cer. pe. & dicit in materia not. Abb. in c. cum apostolica, colum. 3. de his quæ fi. à præla. si. consen. cap. & singu. Alexand. consil. 119. colum. 3. uolum. secundo. & consi. 29. colum. secunda uolum. 6. Seysel. in .l. si in sulam colum. pe. ff. de uerbo. ob. Et rationem assignat Bald. in .l. post dotem in repe. colum. i. ff. sol. ma.

Et si diceretur (ut idem Deci. dicit) quod ibi pactum nihil operaretur i sensu expresso, ex quo dos ad patrem reuerteretur .l. dos à patre .C. sol. mat. & quòd hac ratione colligitur argumentum à sensu contrario, ut aliquid operetur .l. si quando. ff. de lega. i. c. si propter de priui. in 6. replicabo colligi omnino quia contraria ratio est in casu contrario ut idem Deci. declarat consil. 216. num. 8. & consil. 232. colum. pe. uolum. secundo, patet quia non extantibus liberis, onera matrimonij haud sustinentur aliàs autem sic, perindeq; est ac si filia esset nupta, quia mariti domicilium retinet .l. filii. §. primo. ff. ad munici pa. Ad argumentum respondetur, quod operatur, quia ubi pater actionem habebat in utrunq; casum, habet in unum tantum, ut per Bald. in .l. quòd fauore colum. pe. C. de legi. Vel dic satis esse, quia dubitationem tollit, Abb. in c. certificari colum pe. de sepul. Vel quia declarat, Alexand. in .l. si quis mihi bona in .§. iussum colum. pe. ff. de acqui. hæ. Vel quia se contrahentes, hoc modo referunt ad iuris dispositionem, Pau. Cast. in .l. si duo .ff. de acqui. hæ. nõ nihil ad istum tex. dicit etiam ibi Odof. melius Bal. in .l. quòd fauore, dic ut per eos.

Tertio quia contractus à principali intentione contrahentium, iudicandus est, & ubi non apparet, recurritur ad coniecturas .l. aristo & ibi Barto. ff. de dona. plene Abb. consil. 15. colum. 2. uolu. i. sed argumentum à contrario est ex cõiecturis, ut proxime dicebam, ergo in contractibus sicuti in ultimis uoluntatibus, locum habebit sine dubio.

Quarto facit, quia contractus ex cõuentione partium legem accipiunt .l. i. §. si conueniat. ff. dep. l. legem. C. de pac. in lege sumitur, quod fatentur omnes l. cum lex. ff. de legi. ergo & in contractibus, & uidetur casus in .l. tale pactum in .§. fi. in prin. ff. de pac.

Quinto (vt dicebam aliàs) uidetur casus in .l. si cum dotem. ff. sol. mat. ubi si pactum sit factum in uno casu de dote restituenda in casu in quo factum non est mulieri queritur actio. Et ita induxit Imo. ibi colum. 4. Et in simili tradit Alexand. consi. 129. in princ. uolum. secundo si actum sit in contractu, quod rusticus spacio decem annorum expelli non posit ipso terras laborãteq; expelli poterit, si terras non laborauerit, & hoc quia in contractibus, habet locum argumentum à contrario sensu, signanter per text. in .d. §. cum inter quem dicit optimum post Bald. in .l. uenditi. C. de ac. emp. & ut per eum susius.

Tamẽ & istud dubitabile uidetur, q̃a alibi pactum factum est de dote restituẽda, si filia sine liberis decessisset, & tamẽ à contrario sensu, liberis susceptis, dos seu portio dotis non retinetur, quod ta-

men esse deberet ut in.d.§.cum inter, casus est in.l.Bebius.ff.de pac.do.vel & melius, ibi maritus fecerat pactum de lucrãda dimidia dotis si vxor sua decessisset sine liberis (& obserua quòd uulgare pactum appellauit, quia fieri consueuit) deq; altera dimidia restituenda, & tamẽ liberis susceptis non lucratur totam, quod tamen à contrario sensu esse deberet. d. §.cum inter, & est difficile contrarium, & pugnant duo hæc iura, ut per Bald. in authen.sed & si quis colum.6.C.de secun.nup.

Sol.illud est, quia pactum dotale erat conceptum in casu mortis, uerum matrimonium erat solutum diuortio, igitur argumentum sumi non debet, quia in eadem conditione sumi debet, ut ibi per Bal.& in.d.authen.sed & si quis, & melius quàm alibi consi.477. colum.4. uolum.4. Imo.in .d. l.si cum dotem colum.4.

Secundo obstare uidetur, quia stipulatio contractus est.l. eandem in prin .ff. de duob.re.Alexand.in.l.i.colum. pe. ff. de pac. uerum stipulatio requirit expressionem uerborum .l.i.ff.de uerbo.ob. ergo tacitus & subauditus intellectus, nõ debet sufficere, nec argumentum sumi à contrario, quod idem est.l.quicquid astringende.ff.de uerb.ob.

Sol.licet verba requirantur, sufficit tamen, etiam quòd à contrario arguatur, quia & id expresse uenire dicitur .l. si qs locuples.ff.de ma.testa.aliàs nec veniret in stipulatione etiam dotis augmentũ & tamen uenit.d.§.cum inter, tradit Bal. in.l.etiam in fi.C.de iu.do.

Tertio ob. quia stupulatio mulieris concepta in casu testati ut dos hæredibus suis restitueretur, non præbet uiro retentionem in casu intestati & sic à cõtrario sensu, casus est in .l. si mulier .C. de iu.do.

Sol.illud ideo est, quia uerba nõ sunt apposita per modum conditionis, sed causæ, & notandum est, cum sit impulsiua, non finalis, fauore stipulantis adiecta, quod ea cessante non cessat effectus l. 2.§.fi. ff. de dona.not. in .l. generaliter C.de ep.& cle.pulchre Saly. ibidem.

Quarto ob.text.in .l. qui mutuam in prin.ff.man. ubi si mandaui tibi ut decẽ mutuo dares Ticio, meo periculo, omisso Ticio promittendi reo, me ipsum prius conuenire poteris, si hoc literis exprimatur.i.pacto in literis contento ergo si expressum non sit, prius reus deberet conueniri à contrario, & tamen secus ibi dicitur, quod intellige hodie uerum, non olim, auth.præsente.C.de fideiu.

Glo.in.d.§.cum inter, difficultatem mouet & non soluit, sol.est igitur, id ex abundanti dictum fuisse, quoniam etiã si dictum non fuisset poterat nihilominus etiam prius conueniri de iure ffforũ & sic(ut tex.met inquit) tollende dubitationis gratia, quod ius commune nõ ledit, & ad idem tex, ille solet allegari, vt per glo.in.l. quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de regu.iu.& Bart. in.l.non impossibile col.i.ff.de pac.

Quisito & ultimo ob.tex.in.l.si extraneus in prin.ff.de condic.ob cau.ubi stipulatus sibi dotem reddi, si nuptiæ secutæ fuerint & matrimonium solutũ quomodocunq; non propterea à contrario uelle uidetur, qnòd possit retineri, si nõ sequantur, & sic in contractibus, ergo conclusio salsa.

Sol.illud ideo est, quia in contrario, non militabat contraria ratio (ut declarauimus supra) sed eadem uel maior, si ergo uoluit sibi dotem restitui in casu matrimonii & sic fauorabili, uerisimile est uoluisse multo magis si matrimoniũ non sequatur.l.Ticius.§.Lucius.ff. de libe. & posthu. Ias. plene in .d. l. si extraneus col. 2. Bald.in.l.apud antiquos.C. de.sur.

Habet locum etiam argum.à contra-
25 rio, in statutis† & in casu non prouiso à iure communi, ut per Barto.in l.omnes populi, nu.61.ff.de iusti .& iu. & hic ad fi.&(ut testantur Docto.)est communis opi.

Et probatur, quia si in legibus procedit pariter(ut supra)non est ratio cur nõ habeat locum etiam in statutis, ex quo statutum lex est.l.omnes populi.ff.de iu sti.

sti.& iu, nec differũt nisi ut genus & species, secundum Ancha. in repe. c. canonum statuta colum. 208. de consti. immo dicit Flo. in l. 2. colum. i. ff. ad legem aqui. quòd loco iuris communis, subrogatur, & plus, quòd ex eo uidetur facta nouatio legis ut ibidem subiicit, qđq; non trahitur ad præterita, sicuti nec lex, cuius natura est dare formam futuris negotiis. l. leges. C. de legi. c. fi. de const. Barto. de statuto in. d. l. omnes populi num. 44. ff. de iusti. & iu.

Et si quis renunciauerit beneficio iuris, seu dixerit rem ad se de iure pertinere, uel si sit factum compromissum ut de iure pronuncietur, omni casu statutum quoq; comprehendetur, quòd declarat ex multis, Frænch. in rub. de reg. iu. in 6. colum. 1.

Et etiam, quia statutum est quædam tacita conuentio, & hac de re æquiparatur pacto, secundum Bal. in l. si cum dotem, in prin. colum. ulti. ff. sol. mat. deq; pacto ad statutum arguitur, ut per gl. in rub. de decre. decu. li. 10. plene idẽ Bal. in l. de quibus. ff. de legi. argu. contrario locum habet in pactis. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de iu. do. ergo & in statutis.

Et quia si statutum dicat quòd nõ extantibus masculis feminæ succedant, à contrario excludentur, si extiterint masculi, ut post Cy. qui ita consuluit in ciuitate Florentiæ, decidit adhuc Bald. in prææallega. l. si cum dotem & in statu. in §. argumentum uer. 2. tamen ad istud hic Ias. & Deci. dicunt, non ab re esse, quoniam ĩ sensu directo statutum nihil operabatur. l. maximum uicium. C. de libe. præte. quo casu argu. sumitur, etiam ad correctionem iuris cõmunis, ut aliquid operetur, exinde aliam conclusionem facientes, quòd non sumatur regulariter si ex eo absurdum istud cõtingat q. s. ius cõe corrigatur c. i. de æta. & qua. in 6. c. cupientes. §. quòd si per uiginti de elec. eo. lib. & utrobiq; gl. & ut per eos susius. Interim tamen considera, quod immo in sensu directo aliquid operatur, si non aliud, istud saltem, ut etiam (licet ad aliud) dicebam supra quod declarat quodq; se refert ad iuris communis dispositionem.

Sed mirum uidetur quantum ad conclusionem principalem, quòd statutum hoc ipsum patiatur, seu quòd in statutis argu. à contrario, sumatur, nam stricti iuris esse dicuntur, nec à uerbis ipsorum propriis licet recedere uulga. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego gest. cum uulga. de quibus plene Alexand. consil. 115. colum. 2. i uolum. 2. in terminis Bal. in l. ita nobis. C. ad legem iul. de adul. ubi not. distinctionem ponit & in. l. ignorantia. C. de crimi. stel. Barto. in rep. l. Cæsar num. 23. ff. de publica. & in l. quod constitutum. ff. de mil. testa. pulchre Old. consi. 150. colum. 2. in his autem quæ. sunt stricti iuris casus omissus habetur pro omisso. l. commodissime. ff. de libe. & posthum. ergo.

Sol. esto quòd statuta huiusmodi sint non remouent tamen rationabilem interpretationem, ergo nec etiam argu. à contrario, quominus in eis sumatur, ut per Bal. in c. i. colum. 4. de const. & in auth. ingressi colum. i. C. de sacrosan. ec. nonnihil in l. i. in §. domini appellatione. 3. ff. ad Syllania. nec casus omissus dicetur, ex quo pro expresso ex coniecturis habebitur, ut supra dictũ fuit. l. licet Imperator. ff. de leg. i.

Et maxime quia (ut idem Ias. hic declarat) si non sumitur, quando aliud statutum dicit debere intelligi ad literam prout iacent, tradit idem Bal. in l. 2. C. de pat. qui fi. distra. sumi debet regulariter. l. quòd uero contra. l. ius singulare. ff. de legi.

Tamẽ cõsidera quòd hoc casu quoq; non debent legitimæ interpretationes remoueri, ut per Bar. in l. omnes populi in ult. q. 6. q. prin. ff. de iusti. & iu. Bald. in l. quamuis. C. de impub. & consi. 460. colum. 2. uolum. i. & hæc satis sint, in cæteris, quoniam abunde idem Ias. & Deci. locuti sunt, sufficerentq; omnia, si quis tractatum uberrimum desideraret, susius Euerar. in locis topi. 241. impressio. ult. & Bal. ante omnes in l. conuenticulam

lam.C.de epi.& cle.dic ut per eos.

ADDITIO.

Et quoniam in contractibus, in sententia, in statutis mandato,& aliis, arg. à contrario sensu locum habet, in quibus uerba proprie & stricte debent intelligi quòd adhuc fatentur omnes hic, redeundo ad supra dicta in uer. huius rei, uideretur dicendum, quòd uere & pro-
26 prie, sumatur, † non autem (ut se habet communis opin.) sit intellectus subauditus,& ex coniecturis.

Et in specie innuit text. in l. pomponius in §. i. ibi simul iudicatur rem meã non esse.ff.de procu. quòd repetit qualitates præcedentis uerbi, ergo uere.

Et ad idem uidetur casus in.l.quibus diebus in §.quidam Ticio.ff.de cond. & de.ibi utrobiq; enim datum uel ademptum esse, legatum.&c.ergo uere, quoniam sum es est, huiusmodi esse dicitur.l. mercis appellatione de uerb.si. & idẽ in l.si cum dotem, in prin.idem uerbũ ponderando.ff.sol.mat.

Sed(ut suo loco dixi)ob. text. in l.apud antiquos.C.de fur. & in l.i.ff. si tab. testa.exta.ubi coniectura. Itẽ appellatur ob.tex.in l.aliquando.ff.de cõd.& de.ibi tanquam sub contrararia conditione, &c.& in l.pecuniam quam. ff. si cer.pet. & in l.legata inutiliter & in.l.si legatum pure.ff.de adi.le. & in quam in pluribus aliis ubi sunt dictiones improprietatem designantes, ita ut non aliud esse possit quam ex coniecturis, alias per arg. à contrario, corrigi posset lex, & tamen non corrigitur, ut per glo. communiter approbatam in c.i.de æta. &qua. in 6. & in c.cupientes in §.quòd si per 20. de elect. eo.lib.& sic dubium non habet.

Nec ob.adducta, quia esto quòd in sententia & aliis locum habeat ex quo apertissima esse dicuntur ea quæ à contrario sumuntur l.si quis locuples. ff. de ma.testa.argu. in l.licet Imperator. ff. de lega.i.& in l.cum proponebatur.ff. de lega.2.non est propterea, quòd uere& proprie dicatur uenire, ut per dicta iura probatur.

Non text.in d.l.pomponius, quia dicam simul iudicari rem meam, per arg. à contrario sensu, sed non uere & proprie.

Et minus ponderatio uerbi esse in d. §.quidam Ticio,& in.d.l.si cum dotem, quia denotat ueritatem, quando potest, ut per Bald.in l.quæ fortuitis colum. 3. C.de pi.ac.sed hic non potest, quoniam sunt alia iura dicentia, esse ex coniecturis & subauditus intellectus, ergo.

ADDITIO.

27 Ad glo.posit, dum primo † concludit, q causa meri imperii delegari potest, quoad cognitionem tantum, non quoad expeditionem, seu diffinitionem, sententiam,& executionem, idemq; Barto.hic nume.5.uidetur optime probari in tex. nostro, dum exercitii in eo mentio fit, ibi, ut is cui contigerit exercitatio possit eam si proficiscatur mandare.

Et ibi, ideo errare uidentur magistratus, qui eum publici iudici exercitationem &c.&in fi.ibi, cognitionem prætor &c.

Secundo probatur clare, in §. adhoc prohibemus in auth.de collato.ubi similiter, delegatus, omnia potest agere, quæ iudex, præter tamen ultimum suppliciũ & membri abscisionem.

Tertio probatur per locum à speciali (ut statim subiicit Barto. & non grauabimur infra eũ aliter referre) quia si fuerit insignis latro, poterit cognoscere & punire, ex quo periculum esset pœnam differre .l. si quis filio .§. hi autem .ff. de iniusto irritoq; testa. argumentum in.l. i.&in l.de pupillo in §.si quis riuos.ff.de no.o.nun. regulariter secus erit uulg.l. quòd uero contra.l.ius singulare.ff. de legi.

Quarto probatur, quia si quoad cognitionem tantum committitur causa mixti imperii, ut puta missio in possessionem.l.cognitio.§.i.infra eod.l.iubere cauere.ff.de iu.o.iud.quanto magis hoc idem esse debet, in causa meri.l.in seruorum

rum

rum.ff.de pen.auth.multomagis. C.de sacrosanc.ec.

Quinto & ultimo, considero delegationes sui natura esse odiosas, gl. est not. in c.i.de rescrip.in 6.Bal.in l. non sine in fi.C.de bonisq; libe.Alexan.hic colum. 14.multa quodq; dispensatio hæc, est ꝑmissione legis, ex causa absẽtię, ergo debebit intelligi quoad cognitionem tantum, ut minus præiudicetur iuri communi quam sit possibile, & ut in dubio quoad hoc tantum, facta dispensatio intelligatur.uulga. l.2. C.de noxa.l.si non lex eliasentia.ff.de hæ.insti. l. tutori ibi sufficit si in paucis amici laboribus consulatur.C.de nego.gest. maxime quia si hoc idem est etiam in legato proconsulis, de quo tamen infra multo fortius erit in delegato simpliciter, & ita communiter tenetur.

Nihilominus contrarium uidetur uerius (quæ opi.fuit Gul.decu.) & hoc potis simum, quia si stat regu.generalis, qđ causæ meri imperii delegari nõ possint, quòd intelligitur etiam generaliter, nec quoad cognitionem nec quoad diffinitionem, & à regu. excipiatur absentiæ causa, debet intelligi etiam quoad cognitionem & quoad diffinitionem, quoniã aliàs non esset de regu.neq; de terminis regulæ contra.l.nam quòd liquide. §.fi. ff.de penu.lega.Barto.in.l.in his ff. de legi.& urget.

Allegat etiam Gul.text.in l.fi.C. ubi se.uel cla.sed pro rei ueritate (ut inquit Barto.& docto.) cum loquatur in delegato principis nihil facit ad propositum immo contrarium ut supra & ad idem est etiã text. in.l.à iudice in fi.C. de iud. Bar.in.l.à diuo pio, nume.2.ff.de re iud.

Et plus quòd est etiam alia specialitas ibidem, quodq; nec potest delegatus principis.d.casu accusatum condemnare, sed absoluere tantum, ut in uer.ultionis, & de isto text.fusius infra in illa.qõe an princeps causas meri imperii, deleget.

Tertio igitur facit, quia absentiæ causa ita considerabilis est, in diffinitione, ut in cognitione, ergo non est ratio, cur iudistinctè commissio etiam facta non sit, uulga.l.à Ticio.ff.de uerbo.ob.

Quarto, quia regu.habemus pro nobis, de qua re iudex cognouit, de ea pronunciare debere.l.de qua re.ff.de iudi.ꝑ quem text. ita signanter ibi dicit Pau. Cast.nonnihil Barto.in l.qui procuratorem dat.ff.de procu.& in.d.l.à diuo pio.

Et stringo fortius argu.quòd in.d.locis commissione facta quantum ad cognitionem, uidetur etiam facta, quantũ ad diffinitionẽ, & è cõtra.l.& si nõ cognitio.C.si contra ius uel ut.pub.ergo multo magis facta delegatione simpliciter ex causa prædicta.

Quinto & ultimo, quia uerba generalia, fauore utilitatis publicæ, non restringuntur.l.si quis in graui §.hi quoq; ff.ad Syllania. sed in causa meri imperii agitur de publica utilitate ergo restringi nõ debet commissio ex causa facta & generaliter quidem, non plus uno mõ quàm alio.

Et maxime quia maior industria uersatur in cognoscendo, quàm in exequẽdo, patet quia executio consistit in facto cognitio in iure, potestq; fieri illa etiam per nudum ministrum, hæc non ; igitur (ut par est) delegata causa meri imperii, ob delegantis absentiam, plene delegata intelligetur.

Considerantes etiam ubi de sola cognitione uoluit lex aliquem posse cognoscere & alium terminare, seu diffinire, quòd dixit ut in.l.3.in §.suspecti.ff.ad turpil.& in.l.i.in §.fi.ff.de susp.tu.& in.l. solent.ff.de offic. procon. & in auth.ad hæc.C.de iudi.& in d.l. & si non cognitio.C. si contra ius uel uti.pub.

Immo plus quòd qui cognoscit exequitur, quodq; cognoscere dicitur iudex, etiam exequendo.l.2.ff.de re iudi.l. fi.in princ.C.de legi.auth. si uero contigerit.C.de iudi.in tantum ut si cognitio demandata sit absq; alio, demandata etiam uideatur executio, & è contra (ut diximus) ergo multo fortius, quando causa simpliciter commissa est, quia indefinita prolata ab homine, & ad personas relata in materia fauorabili æquipollet uni-

uniuersali, l. qui filiabus. ff. de lega. 1. nos in l. si pluribus. ff. de lega. 2. immo etiã si esset odiosa ut in dispensatione inquit Butr. in c. at si clerici, in §. de adulteriis colum. 4. de iudi.

Et ita tenendum est, & dicendum ad primum, quòd licet narratiue lex exercitii, & cognitionis mentionem fecerit, non est tamen, quòd & diffinitio non cõprehendatur, ut modo probauimus nec repeto, alias maiores magistratus quib. specialiter concessum erat, ut causas mer i imperii tractarent, cum hic exercitii tãtum mentio fiat, non potuissent diffinire, quòd tamen dictum absurdissimum est, & ut hic per Deci. latius.

Non ob. secundum quia nec id in terminis. q. est, sed speciali quodam casu loquitur, quo exceptis quibusdã aliquid alicui permissum est ut hic, quòd causa indistincte delegetur ob absentiam delegantis, cum esset sui natura indelegabilis.

Immo secundum Alexan. hic, quòd probat opi. Gul. quia si omnia agere potest, præter illa duo, erit uerum dicere quòd criminales causæ possint demandari. Sed mihi clarus text. uidetur, quòd ex præcipis permissione, antequam iudices ueniant in prouincias sibi demandatas, possint per eos qui uices eorum agunt, omnia expedire præter duo prædicta, & nihil commune habeat cum materia ista delegationis, & ut per Doct. fusius hanc partem tenentes.

Non ob. tertium quia esto quòd dicto casu speciale sit, non propterea arguis ius commune in contrarium si delegatio fiat ex causa; sed aliter, quòd nec cognoscere nec terminare possit regulariter, causa non subsistente, & ita uitatur argu. & est uerissimum.

Non quartum quia in missione id nõ absq; ratione factum est, ut not. in d. l. iubere cauere; & tactum fuit supra ergo stant ista simul quòd dicto casu cognitio tãtum commissa sit, hic autem utrũq; maxime quia (ut dixi) simpliciter delegatio facta est.

Non ob. quintum & ultimum, quia immo delegatio fauorabilis est, propter publicam utilitatem, ita ut uerba commissionis restringi non debeant & dato quòd esset odiosa, adhuc probauimus ad omnia extendi. Ad aliud quoq; respondentes, quod sumus in casu claro, nec officiat quòd habetur in l. 2. C. de nõxa. quia id uerũ est in dubio, & sic quod facta sit ex causa dispensatio, quoad cognitionem, & quoad expeditionem, taliter ut non possimus esse in casu regu. l. si non lex æliasentia & similium. ff. de hæ. inst.

Non ob. etiam quod de legato procõsulis dicebatur, quia illud est ex quo limitate lex processit ulterius declarãdo, quòd solum cognoscat, & sine causa, & quòd proconsul expediat, hic autem, facta delegatione ex causa, & simpliciter quidem, ergo non potest dici solum cognitionem sibi demandatam; immò ut probaui quando etiam fuisset demandata absq; alio, etiam intelligeretur demãdata quoad expeditionem quia trahit se cum omnia consecutiua & dependentia c quia in tantum de præben. ubi gl. not. & singularis, quam exclamat Iaso in l. si. colum. 8. de consti. prin. l. fi. infra eod. l. 2. ff. de iuris. iud. nec dubito, & ita pro nũc tenendum censeo.

Quid si infirmitas esset in causa, an delegatio fieri possit dic ut per Butr. & alios, quia iudicio meo dubium non habet quòd sic.

A D D I T I O.

Dum hic absentiæ fit mentio, uidere
28 tur †dicendum ad similem casum infirmitatis puta extendi non debere.

Primo per text. nostrum, ibi non aliter itaq; mandare poterit &c. quorũ uerborum sensus est, quòd in casu absentiæ tantum poterit mandari, ergo non in casu infirmitatis.

Et est taxatiua quæ in lege excludit casus similes, restringiturq; ad id quod exprimitur, nec extenditur ultra l. i. C. bo. po. con. tab. & ibi not. nonnihil per Docto. in l. a. ff. si quis ius di. non ob.

Sol. taxatiua hominis excludit casus similes .l.3.§.cum Titio .ff.de adi.lega.ergo non legis, ut hic per Ias.ex multis, licet non hoc modo probet, sed principaliter per glo.in.l.obses.C.de præd. mi.& est sol. satis realis, quicquid dicat Deci. hic & in.d.l.i.C.de bo. po. contra tabu. & non ab re, quia quæ conueniunt in identitate rationis, non debent secundum iuris constitutionem separari l.unica .§. hoc interdictum eandem .ff. de fonte.l.posthumi de inius.testa. Sed huic sol. ob.text.in.l.secunda.C.de pat. qui fi.distra. quæ per dictionem taxatiuam loquitur, subest eadem ratio, & necessitas, & tamen omnes alios casus excludit ut per Dy. in .c. in argumentum, ad fi. de regu.iu. in 6. respondeo id odiosum esse, hic autem fauorabile, quorum duorum non est par eademq; ratio.l.cum quidam .ff.de libe. & posth. Bald.in.d.l. secunda,& hanc sol. uirtualiter sentit Imo. consi.86.colum.secunda.Idem Bald.in.l. his solis .C. de reuo. dona.& Barto.in.l.si constante in.6.q.ōe princ. ff. sol. mat. & est communis resolutio.

Non excludit etiam casum qui uerisimiliter ex mente proferentis haud suisset exclusus, ut per eundem Barto. in l.uiros .C. de diuer. offic. lib. x. Et uidetur mihi ultimo quòd sit casus, in §.quos autem insti.de bo.po. ibi per legem autem tantum uel similem iuris constitutionem &c. & in simili de eo qui promisit de suo facto tantum, not. in.l.si pactum .ff de proba.Boer.decisio. 67.num.4.par.i.

Secundo tamen quòd non habeat locum in infirmitate, neq; delegatio d.de causa fieri possit, ostenditur, quia aut infirmitas est modico tempore duratura, & tunc debet expectari, aut longo, & tunc debet dari alius iudex .l. si longius in prin.ff.de iudi.

Soluit Deci.quòd ita etiam in absentia dici potest & tamē delegatur, ergo & in infirmitate, nec displicet, immò ultra eum, quod loquitur etiā in absentia, & uos istos casus parificat, quod sit uel iudex expectādus, uel dandus alius iudex ergo cum hic delegatio fiat ex .d. causa, fiet etiam (ut diximus) ex causa infirmitatis, & in absentia ita illum tex.inducit etiam Alexand.consil.120.colum. 2.volum.7.

Vel dicamus quod termini non sint pares, quòdq; ibi loquatur in delegato infirmo, uel absente, nos autem in delegante.

Tertio ob.tex.in.c.si pro debilitate de offi.de.ubi nec etiam ex causa infirmitatis potest fieri delegatio, quod tamen facilius deberet posse fieri, ex quo iure canonum indistincte permittitur .c. quod sedem de offi.ord.Bar.in tracta.differen. inter cano.ius & ci.col.3.soluit Deci. qđ immo ibi idem est in infirmitate, ut hic in absentia nisi sit causa adeo grauis, ut delegati præsentiam requirat, tactumq; fuit supra satis, uerumq; est, sed adde tu tex.ad literam in.d.c.quòd sedem.

Quarto uidetur quòd immò non cōprehendatur casus iste, quia hæc dispensatio legis est, & facta quoad unum casum ad alium extendi non debet, probo à simili, quia in.l. mulieri & Ticio .ff. de cond.& de.ubi dispensatio mulieri facta quoad unum casum quod admittatur.s. ad legatum contra uoluntatem testatoris, non extenditur ad alium ut etiam eo hæredis portio, sibi accrescat. Item & magis in terminis, dispensat quòd filius habeat legitimam personam, standi in iudicio pro patre absente, (aliàs & regulariter non habet .l.fi. §. necessitate .C. de bonisq; lib.) & tamen non dispensat, si lesus fuerit quòd restituatur ita Bald. in l.minor lect.i.col.i.ff.de procu.estq; arg. in.l.tutori, ibi sufficit si in paucis amici laboribus consulatur .C. de nego.gest. Maxime quia est odiosa, & restringenda c.i.de fil.præsb.in6.l. fi. C.de prædi.dec. lib.x.

Vltimo in actione iniuriarum dispensat lex quod Illustris agat per procuratorem, quod adhuc regulare non est.l.pe. §.ad crimen.ff.de pub.iudi.& tamen nō uult, qđ per lit. contestationē efficiatur dominus l.i.&ibi idem Bal.in.i.col.lect.

3.ff.eo.de procu.

Sol. uera est regu. fallit in casu isto, quia qua ratione fit prætextu absentiæ, eadem fieri debet prætextu infirmitatis, ut infra diuersa autem in casibus ad idem inductis.

Quinto & ultimo obstat quia esto, quod exempla non restringant regulam, sed declarent.§.hactenus insti.de gradibus, restringunt tamen quando in lege dispositiue siue argumentatiue posita inueniuntur, ut hic & probatur per istum text, paulo supra ibi, ueluti lege iulia de adul. & in .l. ueluti & in.l.fi. ff. de iusti, & iu.

Sol.uerum esset, quando infirmitatis & absentiæ non esset facta æquiparatio à lege, sed duo hæc, æquiparantur .d. l.si longius, ergo. Et hoc est quòd dicebat alibi Bal.in.l.de quibus colum.14. ff. de legi.quando sunt plura eandem rationē habentia, si unius fiat mentio tantum, quòd exemplariter non restrictiue id fieri uidetur, esto quòd per dictiones hoc ipsum significantes non fiat, & probatur in .l. iurisgentium in .§. quinimo .ff. de pac.

Ex quibus patet liquido, partem contrariam esse ueram, ut hic per Bart. & alios, subinde declarando quomodo præcedens conclusio, & hæc quoq;, de qua infirmitate, & absentia scilicet intelligi debeat, & quia dubium non habet, & est communis transeo.

Et si quid ultra scribentes, pro ipsius confirmatione solida addendum est id solum addi debet, quod cum hæc exceptio fit in. l. posita, omnino ad similia extendi debet per consimilem etiam rationem, glo. est not.in.l.i. C. de condic. ind.& in.d.l.pbes, & in.l.marcellus, in.§. quod autem.ff.ad treb. & in.c.cum dilecta & ibi Abb.in 5.not.de confir. uti uel inuti. Bald. in.l.illud .ff.ad leg. aqui.sed quantum ad delegationis effectum, infirmitas similis est absentiæ, eidemq; æquiparatur ut hic per Ias.& Deci.ergo. Immò quòd plura uidentur esse priuilegia infirmitatis, quàm absentiæ quæ congessit aliàs Gomes olim collega, in regu.cancel.de infir.resig.q.9. ita ut non possit aliter dici, nisi quod prætextu ipsius sicuti absentiæ, omnino possit delegatio fieri. Et in materia quòd aliàs infirmus debeat potius ab officio tanquam inutilis remoueri, est tex. singu. in.l.3. C.de offic. præfec. præto. Illi. & ori.

29 Sed quid si præses esset † publicis occupationibus impeditus, poterit ne delegare causas meri imperii?

Bar.concludit quod non hic num.12. Motus per tex.nostrum, in absentia loquentem & per tex.in.l.placet.C.de peda.iud.in fi.ubi soli præsides diiudicant causas ingenuitatis, & libertinitatis, quæ sunt graues, & si fuerint occupati in cæteris, dant iudices, ergo non delegant regulariter in causis meri. Et ad idem uidetur etiam esse text.in.§.i.in authen.de iudi. ubi pluribus detenti curis, iudiciorum complent partem, per suorum assessorum præsentiam (inquit tex.) ergo non delegant.

Tamen mihi uerior uidetur contraria pars, considerando ex legibus prius per eundem Barto. allega. filiusfa. in fi. cum duabus seq. ff. de procu. quòd absentia, infirmitas, & occupationes, non modo publice, uerum etiam priuate æquiparantur, immò & quælibet alia iusta causa, ut ibi, adhoc ut quis excusetur, ne iudicium (vt promisit) suscipere compellatur, ergò & hic pariter, ut causæ celerius Terminentur l. properandum, C. de iud. & multo magis (vt præsupponit Bart.) si occupationes fuerint publicæ, delegatio meri imperii debet posse fieri. Et præsertim, quia in hoc etiam uertitur publicum interesse. Et quia cum semel fuerit facta prætextu absentiæ delegabilis, perpetuò debet esse huiusmodi, si non absimilis, causa fuerit, argu.in.l. pater in.§.quindecim .ff. de lega. 3. & in simili Bar.supra nu.11.

Nec ob. tex.noster, quia eo attento, non deberet etiam delegari prætextu infirmitatis, & tamen (vt communiter tenetur) delegatur, ergo & pari mō si publicis

blicis occupationibus fuerit impeditus.

Non ob. tex. in d. l. placet, quia. l. noua per antiquam distinguitur ut hic, ꝙ non propterea ex causa delegationem uetat ut hic, & in. l. sciendum. ff. qui sat. cogan. & in authen. offeratur. C. de lit. con.

Non ob. text. i. d. §. i. quia eodē modo respondetur, & quia sicuti per suorum assessorum præsentiam, partem iudiciorum complent, ita complent per delegationem, ex causa prædicta factam, cum sit quod delegatus fungatur uice delegātis, ut in. §. i. infra ea. l. & in c. sanè de offi. de. cum similibus.

Verum dubitatur adhuc, retentis eisdem † terminis, nunquid unam possit
30 delegare, concludit Bar. post Guliel. de Cu. quod sic, motus ex identitate rationis, & per tex. in. l. 2. in §. i. C. de his qui lat. occulta.

Contrarium uerius uidetur non per text. nostrū quia posset dici ut supra sed quia immo non est eadem ratio, patet, quia absens nullo modo nec unam nec aliam cognoscere potest, præsens uero sic, licet occupatus ex quo diligentiam sibi subsidio comparabit.

Et quia tex. allega. in. d. l. 2. nil probat sed solum, quod ubi rector prouinciæ per se potens non est, auxilium militare, implorat, ut etiam in. l. qui restituere ff. de rei uen. & in. c. i. de offi. or. & sic nil ad propositum.

Et plus quod Bar. est sibi ipsi contrarius, proxime enim uult tantum quod non possit simpliciter, hic uero sic, licet unam tantum, nam si esset in his, rationis identitas ita absolute causas meri imperii, ex ista causa delegabit, ut unam tantum, arg. in. l. solet infra de iu. o. iudi. ergo cum non sit eadem ratio, nec unā nec plures delegabit.

Sed quia tenui supra ꝙ immo deleget hac de re, simpliciter, causas meri imperii, tenebo ēt nunc ꝙ longe magis unam deleget, nec ob. ꝙ non sit eadem rō, quia immo est, ut. s. celerius (quod paulo ante diximus) terminentur. d. l. properandum. C. de iudi. Et quia repugnat, quod sit occupatus, & quod possit etiam unā cognoscere, ideo delegabit. Cogita tamen & dic in cæteris susius ut per Alex. & alios.

31 Vltimo dubitatur † quid si præses statim reuertatur, nunquid expiret iurisdictio, delegati, an uero necesse sit, ꝙ reuocetur, idem Bar. hic nu. 14. concludit, ꝙ expiret.

Motus post Pet. quia cessante causa cessat iurisdictio delegati, sed causa delegationis erat absentia ut hic ergo. c. cum cessante de ap. cum uulga. & cum eo transeunt cæteri communiter.

Et quia non dicitur recessisse, qui statim reuertitur. l. diuortium. ff. de diuor.

Considerantes etiam ꝙ cum debilem habeat iurisdictionem, accidentalem, et fictam (vt dictum ē supra) facile tollitur absq; eo ꝙ reuocetur, arg. in. l. eius militis in. §. si militia missus. ff. de mi. testa.

Immo ꝙ nihil propriū hēt, utiturq; iurisdictione mandantis, ut infra in. §. i. ita ut præside reuerso, cesset omnimō & ꝑinde sit ac si delegatio reuocata fuisset.

Et uidetur casus in. §. adhoc prohibemus, ibi oīa agat usq; ad sui præsentiam iu authen. de colla. ergo non post, & statim cessat iurisdictio licet ad istum text. dicat Deci. quod immò potestas ibi data reuocari debet & male quia si usq; ad aduentum successoris agit, sequitur, ꝙ post agere non poterit, ergo erit reuocata. Et indicat uerbum illud usq;, quod sui natura excludit. §. Emphiteosim in authen. de non alie. Alex. pulchre consi. 125. col. 2. uol. 5. Dicit etiam quod ibi erat facta omnium commisio hic autem unius causæ tantum, & rursum male, quia qua ratione reuocata præsumitur iurisdictio propter præsentiam scilicet committentis, quoad oīa, pari mō præsumetur respectu unius cusæ, arg. in. l. si duo. ff. de admi. tut. & in materia in. l. solet infra de iu. o. iudi. & sic non uidetur quod conclusio dubium habeat.

Est uerum quod dubium facit, quia res non est amplius integra delegatione facta, & maxime si cepit cognoscere, iusq; delegato acquisitum.

Præsertim quia potestatem, non tam à delegãte habet quàm à lege, quæ uult ꝙ in casu absentiæ possit fieri delegatio

Aliàs acta facta à delegato quamuis ignoranter, non ualerent, & tamen ualent. l. hoc iure. §. si quis dederit. ff. de do.

Et uidetur mihi quod probetur in. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. ubi iudiciũ soluitur uetante eo, qui iudicare iusserat, ergo non ipso iure.

Immò quòd etiam re integra poterit cognoscere. c. si super gratia de offi. de. in 6. & quia lex hoc idem dixisset si uoluisset arg. in. l. qui decem in fi. prin. ff. de sol. nullibi autem reperitur, dixisse quod ipso iure expiret iurisdictio ergo.

Tamen à prima opi. non recede, nec facit quod ius sit acquisitum delegato, maxime si cepit cognoscere, quia uerum est durante absentia, aliàs ipso iure erit iurisdictio reuocata, ut supra.

Et minus secundum quia esto quod à lege potestatem habere uideatur, & non à delegante, habet tamen sub ista conditione si absentia (vt diximus) durauerit, ergo eo statim reuerso expirabit & quia lex est causa remota delegatus uero proxima & immediata.

Non ob tertium quia ibi dominium in eum erat translatum, cui mutua pecunia dabatur, alteri danda, ita ut conueniens etiam sit, ea alteri soluta, ut eiusdem fiat, siue ignorauerit siue sciuerit mortuum esse, hic uero delegatus nullã habebat iurisdictionem. §. 1. infra ea. l. igitur non mirum si cessante causa absentiæ, expirat iurisdictio, & acta ab eo facta nihil ualent, ut pote pendente conditione absentiæ, facta.

Non quartum quia uerum est eo casu & regulariter quòd plus est, non hic ubi delegatio erat facta prætextu absentiæ, qua cessante expirat iurisdictio.

Non Quintum & ultimum, quia loquitur ille tex. in rescripto gratioso, qđ censetur perpetuum, ut per Ias. in. l. 2. in prin. & in fi. C. de diuer. rescrip. Seysel. in l. fundi. ff. de acqui. po. Et licet lex non dixerit (vt postea subiicitur) expresse dixit tamen ratione, uirtualiter & implicite, quia cessante causa &c. vt supra. l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus. ff. de uerbo. si. & ita teneo nunc, quicquid aliàs dixerim & tenuerim.

Est adhuc uerum quòd rationi generali obstat, quòd cessante causa non cessat effectus consumatus. l. 2. §. fi. & ibi Barto. ff. de dona.

Sol. non potest dici consumatus, ex quo cognoscere ceperat, & nihil actum dicitur, quotiens aliud agendum superest. l. cum Syllanianum. C. de his quib ut indi. cogita. In cæteris partibus gl. difficultatem non habet, ut hic per Barto. nu. 15. & dictũ fuit ẽe supra ideo transeo.

32 Et quoad illam. q. an Imp. possit delegare † causas meri imperii, in qua idem Bart. concludit quod sic, & est communis opi. dic ut per eum & Docto. Et considera, quod quoad istud dubitare, est disputare, de eius potestate contra text. in l. sacrilegii. C. de cri. sacri.

Immò quòd ab eo non est exquirenda ratio, sed sufficit pro ratione uoluntas, inquit Bald. in. l. impetrata. C. sen. rescin. non po.

Qui dicit etiam alibi, quod eius potestas anomala est, quodq; nulla regula clauditur, & ꝙ licet eidem, quod libet, cons. 327. col. pe. uol. i.

33 Similiter an delegatus † Principis subdelegare possit, communis est ꝙ sic, ut hic per eundem Bart. nu. 10. & probatur aperte in. l. 1. ubi etiam gl. C. qui pro sua iu. & susius dixi aliàs in. 1. & 2. lect.

Et nouissime testatur Gui. Papa ita seruari in delphinatu, decisio 624.

Sed forte contraria op. est cõmunior reprobata gl. d. l. i. ex quo electa est personæ industria, ut hic per Alex. adde Boer. deci. 6. nu. 8. & 9. par. i.

Finis.

SVMMARIVM.

§.qui mandatam.

§. QVI MANDATAM. Ex isto text.notant omnes, quòd delegatus, nihil proprium habet† quodq; utitur iurisdictione, eius qui mandauit.
1

Idemq; formaliter habetur (ut etiam dicit Deci.) in l. solet infra de iu. o. iudi.& in.l.si prætor infra eod. & in c. sane de offi.dele.& in simili in c.fi.93. d, & in c.l.94. d.

Et proprium intellige, quòd ordinarium sit, ut intelligit Dy. Iacob. Butr. & Albe.seu præcipuum secundum Iac.de Are.

Et ponderandum est uerbum nihil, quòd est uniuersale negatiuum.l.fi.ff.de libe.& posthu.ibi nihil agit.l. is qui ducenta.§.utrum.ff.de reb.dub.§. licet ibi nihil à legitimis differentes, in auth.qui bus mo. natu.effi.sui, pulchre Alex.con si.87.colu.4.uol.2. exponendum tamen ut supra.

Et quia si utitur iurisdictione eius, q mandauit, iam non aliud dici potest, nisi quòd proprium habeat nihil.

Et si utitur adhuc iurisdictione mandantis uerum erit dicere, q ipsius usũ ac exercitiũ habeat sicut procurator habet exercitium directe actionis ut idem Albe.dicit l.i.C.de ac.&ob. Alias ab ordinario non differret, qui iurisdictionem habet iure proprio.l.more de iu.o.iu.

Et facit arguendo de dominio ad iurisd.ut in l.qui furere.ff.de sta. ho. quia sicuti duo non possunt esse domini eiusdem rei insolidum.l.si ut certo.§.si duobus uehiculum.ff.commo. ita nõ potest esse iurisdictio in personam ordinarii, & delegati, usq; adeo ut necesse sit dicere, ut supra quòd usum is habeat tantum & negari non potest.

2 Sed ob. unum, si usum habet † ut procurator, uideretur dicendum, sicut procurator efficitur dominus post lit.contestatam, quòd ita efficiatur ipse.l. & quia infra de iu.o.iud.l.neq;.C.de procu.not.in l.legatus.ff.de offi.procon.

Sol.non est bona similitudo, quia procurator post lit.contestatam reuocari nõ potest, nisi ex causa.l. post litem ff. de procu.delegatus autem sic. l. iudiciũ soluitur.ff.de iud.

Et quia in procuratore uersatur damnum pecuniarium propter expensas vel aliam causam, in delegato autem non, ut per glo.in.d.l.iudicium soluitur, & Albe.hic, colum.2.Mouet difficultatem (tacito auctore) Cur.hic, & dicit hanc rationem, sibi displicere, quam iudicio meo, non bene considerauit ideo dic tu optimam fore.

Et si replicaretur, quod delegatus cogitur suscipere delegationem l.i.C. qui

pro sua iu.procurator uero non §.pe.in sti.manda.quodq; lex succurrit magis facienti actum ex necessitate, quam ex uoluntate.l.si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda.co. Respondeo regu.hoc casu fallere, quia iudicare munus publicũ est, procurare uero priuatum, quo casu esto quòd faueat lex facienti actum ex necessitate, longe magis quam facienti ex uoluntate non tamen fauet isto, ut iurisdictionem habeat propriam, & sicuti procurator efficiatur dominus, quoniã reuocari (ut dictum est) non posset, & tamen reuocatur.d.l. iudicium soluitur.

Et quia stante ea, deberet etiam transire in eum iurisd.ante lit. contestatam, & tamen non transit ut hic & in d. l. solet, & in.d.l.& si prætor.

Et quia etiam uidemus alibi qđ quis coactus restituit hæreditatem, & tamen quartam non retinet, qui uero spõte sic. l.2.§.interdum.ff. de uulga. & pup. sub. l.pe.§.fi.C.ad treb.

Et in simili in.l.2.& in.l.mater. C.de ope.lib.Ob.rursum, quia si nihil propri
3 um habet† iam non dicetur iudex, & tamẽ hoc est falsum.c.in literis & ibi Abb. de offic.dele.c.forus §.iudex de uerb.si.

Sol.iudex est, sed delegatus, & ita loquatur text.in d.c.in literis.non ob.text. in d.§.iudex, quia loquitur in ordinario ut hic per Deci. & ultra facit text. etiam in l.i.cum his quæ not. ibidem infra de iu.o.iud.& sic iudex est non simpliciter sed secundum quid, ergo non proprie talē.l.i.ff.de dona.l.hoc legatum.ff.de leg. 3. immo quòd iudex extraordinatorius dicitur.c.de cætero & ibi idem Abb. de transac.c.quoniam contra de prob. Bal. in.l.si quando.C.de dila.

4 Ob.tertio, quia saltem† habet notionem l.ait prætor in prin.ff.de re iud.ibi notionis nomen ad eos pertinet qui iurisdictionem non habet, delegatus non habet iurisd.ergo notionem, ergo male quod nihil proprium habeat.

Sol.ille tex.loquitur in arbitro compromissario, qui nullam habet iurisd.ex quo à partibus eligitur.l.priuatorũ. C. de iurisd.o.iud.ergo non in delegato ut hic.& glo.quoq; declarat.

Obstat quarto, tex.in d.c.in literis, põderando uerbum iurisdictio eius, & uerbum iurisdictio istorum, in c.fi.de offi.lega.

Primo quòd simpliciter iurisdictionẽ
5 dicit† utrobiq; secundo cum genitiuo, eius, & istorum, cuius natura est denotare proprietatem rei cui iungitur.l.2.§.locum.ff.de religio.

Et ad idem uidetur text.in l.i. ibi uel aliam iurisd.habet.ff.de iudi.

Sol.esto quòd simpliciter iurisd. fiat mentio, debet tamen intelligi de delegata, & quoad usum tantum, non aliter, ut hic ubi etiam glo.& in d.l.solet, & in d.l.& si prætor, & not.plene in d.l.ait prætor.

Nec officit genitiuus eius, & istorum quia non semper proprietatem importat, ut plene per Docto.in rubr.ff.de no. o.nun.& in d.l.ait prætor in princ. nonnihil Deci.hic.Non ob.tex.in d.l.i.quia hoc modo etiam glo. ibi respondet, qđ licet delegatam habeat, & sic usum (ut dixi) nil proprium tamen habere dicetur per tex.in l.si in §.sed quia.C.communia de lega. idemq; etiam glo.hic.

6 Quinto† ob.tex.in l.legati supra de offi. procon.ubi legati proconsulis nihil proprium habent, nisi à proconsule eis fuerit mandata iurisdictio idest delegata, ergo delegatus habet iurisd.

Sol. nihil proprium habent.nec ordinariam nec delegatam ante commissionem, post uero delegatam, & est communis resol.de qua in.l. cognitio infra eo.& testatur Sap.etiam hic.

Replicatur, speciale esse, in legatis proconsulis, in d.l.legati, ergo in contrariũ est ius commune.l.quod uero contra. l. ius singulare.ff.de legi.

Et quia tex. noster dicit nihil ppriũ.

Et quia iurisdictio est potestas de publico introducta cum necessitate iuris, dicendi & æquitatis statuendæ quæ non potuit causari in personam delegati, ab ordinario.l.i.et ibi not.ff.de iu.o.iud. et ita Dec.Sen.hic transit, et hoc ipsum cogitandum relinquit.

Sed

Sed facilis est sol. si dixerimus, ad primum quòd in hoc nulla sit specialitas, ut hic, & in c. sane de offi. de.

Ad secundum uero quod intelligitur nihil proprium habere, quod ordinariũ sit, ut supra.

Et deniq; ad ultimum, quod nihil potest dici causatum in personam delegati habentis tantum usum iurisdictionis ordinarie, ut dictum est, & hac de re delegatæ.

Ob. sexto tex. iste, ibi, uerius est enim

7 more maiorum † iurisd. quidem transferri, quod uerbum (ut inquit Cur.) sui natura importat abdicationem ab alia. l. i. in prin. de offi. præfec. præto. l. i. & ibi gl. concessit, ff. de consti. prin. l. i. ff. quis & à quo, ubi à delegato ad delegantem appellatur, si causa simpliciter committatur cognoscenda, non si mandetur iurisdictio, ex quo abdicatur à mandante.

Stringo ego fortius. & considero, qđ prius dixerat nihil proprium habere, postea, uerius esse, ꝙ iurisd. transferatur.

Sol. transfertur ut per gl. hic. i. conceditur seu permittitur à delegãte. Vel dic quod delegata transferatur, ut supra, ex quo dicitur uti iuris. delegantis.

Et si replicaretur, quod non per hoc, non abdicatur (ut replicat Cur.) respondeo ꝙ immo abdicatur, & repugnantia eẽt, quòd abdicaret delegans à se iurisd. & quod delegatus uteretur iurisdictione delegãtis. Dicit etiam quod uiolatur litera, sic exponendo uerbum transferri & male, quia licet non transferatur iurisd. ordinaria, transfertur saltem usus et exercitium, ac delegata, et quia oportet interdum à uerbis recedere, et sequi mentem Iuriscon. etiam cum aliqua literæ uiolatione. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tu. alias uideretur uoluisse se incontinenti corrigere, non dicendum. l. non ad ea ff. de condi. & de. Et sic licet uerius dixerit, non dixit tamen ut aliam quam delegatam iurisd. seu usum & exercitium ordinarie intellexerit, & est casus in. l. legatus. ff. de offic. præsi. nec facit quòd loquatur in renunciatione (ut idẽ Cur. inquit) quia qua ratione non abdicat eam à se renunciando, eadem non abdicat, delegando, seu mandando, ut hic, & in iuribus supra alleg.

Non ob. text. in l. i. quis & à quo quia loquitur in delegato ad uniuersitatem causarum, qui æquiparatur ordinario secundum communem intellectum, & dictum fuit satis in princip. legis supra.

8 Septimo & ultimo, ob. adhuc † text. iste in fi. ubi iurisd. habet, & imperium quod iurisdictioni coheret, sol. finis loquitur de modica cohercione quæ coheret iurisdictioni, ex quo alias nulla esset. l. magistratibus infra de iu. o. iud. l. fi. infra eo. & dicit posse demandari, quamuis regulariter secus sit in mero imperio magno, & ut fusius dicemus in. l. imperium. ff. de iu. o. iud. & sic non ob.

9 Et ad propositũ redeuntes, † cum delegatus nihil quòd proprium sit, habeat, inferri potest, quod non subdelegabit ut hic per Docto. Odof. in diuisione literæ, & alii post eum, Bar. in l. legatus in fi. supra de offi. procon.

Et per rationem text. l. à iudice. C. de iudi.

Et quia nemo plus iuris in alium trãsfert quam ipse habeat. l. nemo. ff. de regu. iu. l. traditio. ff. de acqui. re. do. l. obseruare. §. fi. ff. de offi. procon.

Et quia habens usum ipsum alteri nõ cedit §. i. institu. de usu et ha. ut hic per Ias. et in d. l. à iudice colum. 2. fusius.

Et nõ habet dubium, & tradit etiam Deci. consil. 356. col. 2. uol. i.

Et si diceretur ut dicit Sap. quod hoc attento delegatus ad uniuersitatem causarum, non posset subdelegare, & tamẽ potest, ut no. in d. l. à iudice, Respondeo subdelegare, quia (ut etiam dicebam supra) æquiparatur ordinario. l. fi. ubi glo. et Scriben. C. eo. sed ordinarius delegat ergo nõ ab re si ipse quoq; subdelegabit

10 Item & secundo † inferri potest non ab re esse si delegatio extinguitur morte delegantis. l. & quia infra de iu. o. iud. quod tamen non simpliciter uerum est, nisi cum declaratione Iuriscon. in d. l. et quia sed contra alibi moritur papa, et tamen

non

non extinguitur,c.si super gratia,de off.de.in 6.

Sol.id uerum est in gratiosis, ut dixi supra in prin.legis,post Ias. in l.2.in pri. C. de diuer. rescrip.nos autem in delegatione loquimur, quæ sui natura est odiosa c.primo,ubi glo.de rescript.in 6 igitur non obstabit.

11 Tertio & ultimo†inferri potest quòd delegatus nunquam dicitur esse in possessione uel quasi officii sui,exempli gratia quia uelit probare iurisd.l.2.& ibi Bald. col.i.C.de sen.Sap.hic.

Et ante eum Dec.& bene, quia is possidere dicitur,cuius nomine possidetur l.id quod §.i.ff.de acqui.po. Aliàs ultra eum refragaretur regula.l.si ut certo. §.si duobus uehiculum. ff. commo. & l. 3.§.ex contrario.ff.de acqui.po.

ADDITIO

Oppono contra id, quod delegatus
12 † nihil proprium habet, nam delegare est iudicem dare.l.sepe audiui Cesarem, ff.de offi.præsi.dare est dominium transferre .§. sic itaq; instituta de ac.de dominio ad iurisd.ualet argum.l.qui furere.ff. de sta.ho.ergo transferetur iurisd.

Solue(ut dixi supra in rub. num.14.) & nouissime quòd transfertur iurisd.usus,& quòd iurisd.est, sed delegata non propria,ex quo iudiciario munere fungitur,& iurisd.utitur eius,qui mandauit ut hic & in d.l. à iudice. C. de iudi.& in simili in rescripto iustitiæ Bal.in c.ex tenore col.2.de rescrip.

ADDITIO.

Obserua etiam,quòd delegatio man
13 datũ est†seu appellatur à lege,ut hic, & in prin.supra & in l.fi.infra eod.& in.l.2. & in l.& quia infra de iu.o.iud.& in.l.solent.ff.de offi.procon.

Vnde uidemus quòd delegatio stricti iuris est,ut per glo.in c.i.de rescrip. in 6. Bal.in.l.non sine in fi.C. de bonisq; lib. & huiusmodi etiam mandatum.l.diligẽter.ff.man.c.cum dilecta de rescrip.

Et si differentia est inter hæc duo, est quidem(ut dicebam supra) quia post litem contestatam,in procuratore,nõ potest nisi ex causa reuocari.l. post litem. ff.de procu.in delegato uero secus.l.iudicium soluitur de iudi.

ADDITIO.

Si delegatus aliquid proprium haberet,non dixisset Bar.in.l.imperium in fi. de iu.o.iud.quòd ordinaria & delegata sint eadem.

Dicebat etiam Deci. in c.literis in 4. not.de offi.de.quod habet iurisd. quantum ad effectum iustitiæ administrandæ.

Et ideo iudæus non potest esse delegatus,l.si.C.de iudæ.l.quoniam in ratione sui C.de hære.& de hoc aliàs per Docto.fusius supra in rub.eo.ti.

Et ad propositum sciendum est ultra Dec.hic in prin.quod proprium dicitur quod non conuenit pluribus sed uni tãtum,ut per Bald. in.l.in suis in rep. col. 2.ff.de libe.et posthu.ea de re, non potest delegatus habere eam iurisd. quam habet ordinarius, sed usum tantum ut supra.

14 Secundo notant Docto.ex isto†text.qđ quamuis transferatur iurisdictio (declarando tamen ut supra) quod non propterea transit merum imperium,et bene, probaturq; etiam clare,in.l.solent de offi.procon.et in.l.nemo potest. ff. de regu.iu.

Et non ab re(dicit text.et glo.hic etiã declarat)qa datur à lege quasi dicat nominatim,ac specialiter maioribus magistratibus ut supra in legis princ.ita ut in delegatione,seu mandata iurisd.non cõprehendatur,nec sit communicabile; et quoniam satis dictum fuit ibi, non insistam nunc aliter.

Tertio nota ibi, quare nemo etc. qđ
15 adeo†uerum est istud merum imperium scilicet,mandata iurisd.non transire, ut nec in legato proconsulis sit speciale,tamen etsi multa alia specialia habeat,quod etiam Deci.declarat & bene, nemoq; di

cet

et Dec. declarat & bene, nemoq; dicet (subiicit text.) ipsum aīaduersionē habere.

Aliàs (ut inquit Ias.) illatio non esset bona, quia non infertur à regula ad casū specialem communiter. l. in his. ff. de legitimmo uitiatur, & in aliis eam firmat. l. quæsitum §. deniq;. ff. de fun. inst. subinde reprehēdēdo gl. i. l. à iudice. C. de iud. & in .l. & qa de iu. o. iud. q̄ utrobiq; hoc idem dixit, ꝙ in eo sit speciale, ut ī aliis. Tamē aduerte, ꝙ imo plerūq; fit, ut per Bar. i. l. auxiliū col. 2. ꝑ illū tex. ff. de mi.

Sed transeat istud, uidetur quòd ob. multum tex. in. l. solent. ff. de offi. procō.

Sol. hic de aīaduersione loqtur, ibi de cognitione tantū, quæ fuit Pau. Cas. hic.

Verum obiectum non tollit (ut inquit Deci. seni.) quia si regula generalis, est negatiua, mandata iurisdictione scilicet merum imperium non transire, illatio etiam huiusmodi esse debet, alias nō esset ex præmissis, & male ut hic in princip. ac in illis uerbis. & ideo errare uidentur magistratus &c. & in. l. papinianus exuli. ff. de mino. Nec displicet considerādo animaduersionis mentionem fecisse, quia cognitionem supponit, & quia merum imperium est habere gladii potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines. l. imperium. ff. de iu. o. iud.

Melior igitur sol. est (ut idem met Deci. subiicit) non ob. quia loquitur in speciali commissione, nos autem in generali, licet ergo possit ex delegatione sibi specialiter facta ibi cognoscere, non pōt tamē hic aliquo mō, si sibi iurisdictio sit generaliter demādata, & ē uerus sensus.

Et patet ultra eum quia dicit text. illud genus mandati extraordinarium esse, & speciale, quod non est regulare, tamen ut hic & ibi, dum dicit statim nec enim potest quis, gladii potestatem sibi datam, ad aliud transferre, etiam (intellige) si proconsul sit, & legato simpliciter iurisd. mandet, quod ex uerbo quis, & ad alium, nō aliter sonantibus etiā elicitur, & ita tenēdū ē & ꝙ alia multa spālia habeat, no. in. l. à iudice. C. de iudi. præalle.

Et facit quod in simili habetur, in. l. in fraudem in §. fi. ff. de mi. testa. ubi miles sub reg. generali comprehenditur, licet aliis casibus priuilegium habeat.

Quarto notandum est, quod ratione
16 †cōnexitatis ueniunt in mandato etiam ea, quæ sunt alterius speciei, & maioris quam expressa. l. 2. infra de iu. o. iu. l. quotiens. C. de iud. cum similibus, & mirum uidetur quoniam stricti iuris est, & ueni re non deberent. l. diligenter. ff. man. c. cū dilecta de rescrip. tamen (ut dixi) quia cōnexa sunt, ueniunt, & in simili, in tutela in. l. quid ergo in §. pe. & ibi Bal. ff. de cōtrario iud. tu. & in transactione, in c. accusatus de hæ. in 6. & in delegatione gl. in c. licet i. 7. q. i. Ias. fusius in l. i. col. i. C. de transa. Et seruit ad materiā, eorū quæ ī simili no. in c. sedes apostolica de rescr. & in. l. quidā relegatus & ibi Soci. col. 3. de reb. dub. de clausula generali post casus spāles, ꝙ extēditur ad oīa alia remedia cōpetētia, nō tamē expressis maiora & sic cōtra, qa nō datur cōnexitas d. casu, ut hic, nōnihil Ale. cōs. 42. col. 6. uol. i. Fulg. cōs. 156. col. 2. Quinto & ultimo notādū ē, ferè ad idē, ꝙ licet mandata iurisd. nō trāseat merū imperiū trāsit tamē
17 modica †cohercio, uel qa (ut proxime dicebā) cōnexa sunt, uel & melius, qa iurisdictioni coheret (ut tex. met dicit) nullaq; esset, absq; cohercione modica. l. fi. infra eo. l. 2. l. magistratib. de iu. o. iu. & ad propositū declarat Spe. ī ti. de iu. o. iud. col. 6. Verū quæritur, cū sit cohercio uer
18 balis † & corporalis, ut in simili de degradatiōe in c. degradatio de pen. in 6. & de citatione in. l. pleriq; ff. de in ius uo. & de iniuria in l. i. ff. ꝙ quisq; iu. de qua istarū hic, debebit intelligi? sol. de uerbali sicuti & in d. l. fi. infra eo. & in d. l. 2. de corporali uero in. d. l. magistratibus, declarat Bar. in l. imperium col. 6. in prin. & ibi dicemus de iu. o. iud. & ad prædicta facit, quia hac rōe ēt patribus, & dominis, ac ꝑceptoribus data potestas est ī filios seruos, & discipulos, cohercēdi eos, sed ne tamē sup. modū seuiant. l. familiæ, ff. de uer. si. l. unica. C. de emen. prop. l. p̄rore dixit. §. præterea. ff. de pen. l. respiciendū. §. furta. ff. eo. l. 2. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. cum similib. in cæteris quoniam dictū est supra satis, & quoad primā in prin. legis loco suo, transeundum est.

SVMMARIVM

Rub.ff. de offi.eius cui man.est iu.

1 In aliquibus locis, extant statuta, ne prohemia fiant.
2 Contrarium seruandum est, ut pote non modo necessarium & utile, uerum etiam rationabile.
3 Materia ista est de apicibus iuris, in qua studio camerario Fulgo. nihil unquam addiscere potuit, & quem hydram lerneam appellat Alcia.
4 Seniorum consilia sequenda sunt & imitanda.
5 Quid sit officium.
6 An sit generale nomen ad omne ministerium.
7 An officium differat ab artificio.
8 Artificium quid sit.
9 Quare sit dictum de offi.eius & non de offi.de.ut in decretalibus.
10 An sit differentia inter unum ti.& alium.
11 An officium & potestas sint idem.
12 Quid differat ti.iste ab illo de offi.eius qui ui.alt.iud.uel prasi.ge.
13 Quid sit iurisdictio in genere & in specie.
14 Quotuplex sit iurisdictio.
15 De iusticia naturali quædam, queq; sit unde oriatur, & qui iudices sint, quibus tribuatur.
16 Mandare iurisdictionem & iudicem dare an idem sit.
17 Quinq; sunt nomina differentia, quorum unum non est aliud, Beneficium, Maleficium, obsequium, artificium, & officium.
18 Quomodo exponatur uerbum eius.
19 Quomodo uerbum cui.
20 Iudicum diuisio.
21 Continuatio prima glo.est communiter approbata, & quòd sit uera pluribus ostenditur rationibus.
22 An delegatus principis, sit maior quocunq; ordinario.
23 An ordinarius firmiorem habeat iurisdictionem

Lectura vltima.

DE OFFI. EIVS CVI MAN. est iu.

QVanquam in aliquibus locis extent statuta profitẽtibus ius Cæsareum prohibentia ne initio suarũ interpretationum prohemiis tempus contẽ-
1 nant†sed è uestigio ad rem ipsam deueniant, & statim quòd munus sibi iniũctũ est, exequantur leges scilicet docendo, atq; interpretando mihi tamen semper uisum est contrarium non modo neces-
2 sarium & utile†uerum etiam rationabile, quoniam hæc libentius (ut inquit iurecon.in.l.i.ff.de ori.iu.) perducent uos ad auscultationem eorum quæ dicturi sumus, & ne etiã (ut subiicit) illotis quodammodo manibus ad mensam tantarum difficultatum, quæ in præsentia se
3 se offerunt (est enim materia ista†de apicibus iuris, quam hydram lerneam uocat Alcia.& dicit Fulgo.quòd studio camerario nihil unquam addiscere potuit, sed tantum uoce magistra, quo casu si quis errarit excusatur, ut inquit glo.inst. de ob.quæ ex qua.de.in prin.Feli.in c.i. col.9.de re iud.immo quod tunc nullus iurecon.inuentus est, qui aliquando nõ fuerit reprehensus.l.si seruum.§.sequitur.ff.de uerb.ob.) accedere uideamur. Sic etiam Albe.magnus Bergomatũ interpres, facit in prohe.Codi.sic in rubri. de iusti.& iu.municipale ius supradictũ detestatus, admonetq; Vlp.in l.i.ibi bene est prius quam &c.& Pau.in l.lecta in prin.& ibi not.omnes.ff.si cert.pe. ea de re nos quoq; senes, seniorum consilia & uias sequentes. seu imitantes potius,
4 †quos longa ætas prudentiores effecit, aliqua etiam præmittemus, rub. hanc simul declarantes, antequam ad ipsius nigri interpretationem (quod moris est) perueniamus.

Et primo quia dictum est de officio eius cui &c.

Quid sit officium.

Secundo an ab artificio differat.

Tertio quid sit artificium.

Quarto quare dixit de offi.eius & nõ de offi.de.ut dictum est in decretalibus.

Quinto nunquid ab illo ti. iste differat.

Sexto quid differat à potestate, & quare uerbum istud hic adiectum non est, ut in decretalibus à papa.

Septimo quid differat à titulo de offi.eius qui ui.alt.iud.uel præsid.ge.

Octauo & ultimo, quid sit iurisdictio

& quotuplex.

Et breuiter quoad primum (quæq; enim sequi debeant, & quæ uitanda à uobis sint, breuiter ostendam, imitaborq; (ut dicunt) solertes tibicines, quibus satis non est discipulis suis deteriores ostẽdere cantus pariter, quos uitare debeant, nisi demonstrent etiam quomodo sit bene canendum) dico nil aliud esse, nisi opus † quod quisq; efficere debet, pro cõ-
5 ditione suæ personæ ab efficiendo dictũ quasi efficium, ut inquit Amb. offi. i. c. 8. mutata litera e, tamẽ in o, propter decorem sermonis. Vel ut agat quis, ea quæ nulli officiant, prosint uero omnibus, & ut ille fusius. Vel opus rursum ad quod unum quodq; deputatum est, nanq; sol habet officium in orbe, ad illuminandũ ignis ad calefaciendũ, aer ad humectandum, terra ad fructus ferendos. In homine oculus ad uidendum, aures ad audiẽdum, os & lingua ad loquẽdum, manus ad opus & ad ambulandum deniq; pedes. Officium habet præses & prætor, q̃ nomina sunt generalia. l. i. ff. de offi. præsi. l. ubicunq;. ff. de reg. iu. l. i. §. fi. ff. de ua. & extraor. co. inscriptusq; est ob id ti. de offi. præsi. de offi. præto. l. prætoris officium. ff. de dam. inf. habet & iudex. l. i. ibi ius dicentis officium latissimum est. ff. de iu. om. iud. l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. infec. l. qui per collusionem. §. fi. ibi officio iudicis præstentur. ff. de ac. emp. l. officium. ff. de rei uen. Aduocatus l. qui necessariò. l. sancimus. i. & 2. l. cum aduocatio. l. si quis de togatis. l. petitionem. l. post duos. C. de aduo. di. iudicio l. prima secunda tertia quarta quinta, & pe. C. de aduo. di. iudicum, & procurator, unde dicimus, quod uile est, quale illud tabellionis. l. si quis 2. l. uniuersos & utrobiq; Barto. C. de decu. li. 10. habet & delegatus ut hic & extra de offi. dele. q̃ dicitur iudex extraordinarius ut not. in. c. de cætero de trans. concludendũq;
6 tandem, † quod generale nomen sit ad omne ministerium ut inquit glo. in. l. legatis in prin. ff. de lega. 3. & nos alias hic, usq; adeo ut dicamus hinc etiam, officium suum nemini damnosum esse debere. l. sed si quis ex signatoribus. ff. quẽadmo. testa. ape. l. si seruus communis. §. iustissime. ff. de fur. c. cum non deceat de elec. in 6. officia promiscuis rerum usib. turbari non debere. l. consulta diualia. C. de testa. bonus text. in. c. nos si incompetenter in. §. sed notandum, ibi sicuti ergo Ozias à domino lepra percussus est, quia sacerdotum officia usurpare uoluit sic sacerdotibus regum officia usurpare non licuit 2. q. 7. & simile quiddam immo quod pater quoq; officium habet. l. fi. C. de dot. pro. inquisitor. c. ut officium de hære. in 6. Nec aliud in liberto desideratur. l. si non sortem. §. libertus. ff. de cõdic. indeb. Q. enim Aterinus (ut memorie proditum est) dicere solebat, quod in ingenuo, crimen dicitur, in seruo necessitatem fore, in liberto vere officiũ. Veluti si librum ad alicuius infamiam scribãt ingenuus, amici contemplatione, domini seruus, Patroni autem libertus. l. officio. C. de nego. gest.

7 Quoad secundum dico pari modo differre, † casus est in. l. nominatim ibi artificio uel officio. ff. de manu. testa. & in l. si nominatim. ff. de condi. & de. dictio enim uel communiter solet poni inter diuersa. l. hæc uerba. ff. de uerb. si. Cuma. consi. 97. colum. 2. non aliter igitur dici potest, hoc idemq; probatur clarius in l. legatis in. §. i. ibi officium artificio mutatur. ff. de lega. 3. deq; artificio fit mẽtio etiam in. l. textoribus. ff. eod. & in. l. pe. ff. de reb. dub. & in. l. si quid uenditor in. §. fi. ff. de edi. edic. & in. l. ad bestias. ff. de pen. & in. l. si societatem. ff. pro so.

Et quia perpetuum est, officium uero temporale vt not. in. d. §. i. descenditq; ab arte, ars uero facultas est quæ præceptis quibusdam ac regulis continetur. l. i. ff. de iusti. & iu. & ab arte rursum artifex l. i. C. de execu. arti. lib. x. l. inter artifices ff. de sol. estq; utile hoc idem scire, ex quo plerunq; horum fit mentio in statutis ut in simili not. Felin. Aret. & omnes in. c. post cessionem colum. i. de prob. in quibus de stricta, & propria uerborum significatione agitur. l. quicquid astringendæ. ff. de uer. ob. l. 3. §. hæc uerba. ff. de

nego.gest.

Quoad tertium dico nihil aliud esse
8 nisi opus ꝙ in arte positũ ẽ †qua rõne di
ci posset aduocati,nõ officium esse, sed artificium potius,quia(vt dixi)ius quod exercet est ars boni & æqui.d.l.i.ff. de iusti.& iu.& uidetur casus in .c. quia Episcopus ad fi.ibi & laudabilis artis inuentum 3.q.4.idemq, hac ratione in iudice, sed quia iura adeo clara sunt ut supra officium iudicis & aduocati,non artificiũ dicemus, quanquam improprie artem dixerit tex.præalleg.& seruit ad quæstionem si dispositum sit,ꝙ ex quolibet artificio soluatur decima, qui proprie artifices esse dicantur,quam disputat D.Tho. in summa .2. q. 87.artic. 2. concludens eum dici artificem qui artem exercet siue artificum opus ut supra ꝙ in arte positum est.

ADDITIO.

Ad supradicta de officio, Adde si staret statutum prout Senis, quòd qui habuerit aliquod officium à communi, non posit ad aliud assumi usq; ad certũ tempus, & aliquis eligatur ad custodiã Castri, ꝙ ad aliud intra.d. tẽpus assu mi non poterit ita Anch.in cle.i.in prin. de ui.& ho.cle.& signanter ex not.in.d.l.legatis in præallega.§.i.ff.de lega.3.

Dicit etiam Alb.in.l.i.C.ex quib.cau. ma.quod habens tunc officium,se excusauit ab alio oratoris uirtute statuti Bergomi existentis ꝙ non posit quis eodẽ tempore habere duo officia,ꝙq;admissa fuit eius excusatio per illũ text. & quia officii nomen est generale, ut supra pro quo faciebat etiam tex.in.l.nemo,ibi nec cum in utrunq; festinet&c.C.de assesso. cætere quæstiones Decii de officialibus Papæ & cõis Florentiæ uisæ sunt mihi impertinentes,tactæ tamen alias, igitur nunc non tango, dic ut ꝑ eum & hic & in rub. de offi.de.

Quoad quartum dico perinde fore ac si dixisset de offi. de. non enim aliud sonant uerba hæc,de offi.eius cui.man.est iu.nisi hoc ipsum,de offic.de.scilicet,q.a mandare iurisdictionem idem est quod delegare.l.prima.§. qui mandatam infrà eo. l.solet.l.prætor.l.more.l.&quia infra de iu.o.iud.l.cum prætor.§.i.ff.de iudi.l. i.§.i.ff.quis & à quo. Ea de re uerba intẽtioni deseruiunt non intentio uerbis .c. intelligentia de uer.si.c.Marchiõ.i.q.i.argumentum in .l. non figura uerborum ff.de ac.& ob.per circumlocutionem enim dictum est hic intrinsece & uirtualiter quod aperte simpliciter & explicite dictum est,in præalleg.rub.decretalium & ideo quanquàm uerbaliter differant (ex quo infertur ad quĩtum quæsitum)
10 realiter tamen† inter rub. istam & illam nulla in genere est differentia.

Quoad sextũ dico,quòd in nullo dif
11 ferat,† quodq; potestas & officium pro eodem ponũtur in.d.rub.de offi.de.ꝙq; hac ratione de officio hic, & ibi in multis aliis titulis simpliciter dictũ fuit,sentitq; in.d.loco Io.And.cuius auctoritas maxima est. Vel & melius quòd officiũ exercitium potestas uero potentiam designet,& respiciat, hoc est unũ sit actus aliud uero habitus ut ibi per Bald. Dec. & omnes & placet subintelligaturq;hic licet dictum non sit,argumentum in .l. oratio ibi, suppleatur ꝙ orationi deest, ff.de sponsa. & in .c. super quæstionum in prin.ibi sed illa per istam exponitur, de offi.de.uel dicamus quod melius fuerit hic sic simpliciter loqui,quam exprimere.d.verbum ibi,ex quo in genere fœminino dignitatem significat,in masculino uero potentiam,& proprie habentem merum uel mixtum imperium ita Pau.Cas.in.l.cum qui infra de iu.o.iud. & post eum Feli.in.c.significauerũt col. 2.de iudi.in delegato haud considerabile,nisi delegatus sit Principis & Papæ.c. sanè de offi.dele.c.pastoralis.§.ꝑterea de offi. ordi. ideo cogitabis,dixiq; aliter ac fusius in aliis lectu.

Quoad septimum respondeo ualde
12 differre,† quoniam hic tractatur de iudice delegato,siue de eo(hoc uerbũ enim in pandectis non uidi unquam, quanq̃ corrupto legatur delegatam, pro delatã iudicii exercitationem in.l.i. infra eod.) cui mandata est iurisdictio,ibi uero hoc

est

est ī ti.de offi.eius qui vi.alt.iu.vel præsi. ge.de eo qui pro tempore, in prouinciā missus est, ut uices defuncti præsidis gerat donec de ordinario iudice prouideatur.l.i.ff.de tuto.&cu.dat.ab his.l.i.C.de peda.iudi. cum similibus, & ex uerbis rub.elicitur. Et est ad idem etiam bonus tex.in.l.i.in.§.à præfectis.ff.de lega.3.docet Alex.hic col.4.& Rimi.in.l.i.colum. 18.& fi.infra eo.Bar.in.l.diem functo nu. 6.infra de offi.asse.

Quo modo ad octauum & ultimum,
13 dico etiam sine multa disputatione, † q nihil aliud est, nisi potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi & æquitatis statuendæ.l.i. & ibi dicemus ubi glo.Bar.& omnes infra de iu.o. iudi. & est diffinitio in genere, alia est stricte & in specie, prout expeditur officio iudicis mercenario priuatam utilitatem respiciens tradit Bar.& ibi pariter dicemus in.l.imperium num.2.& 23.infra eo.

14 Triplex alias † contentiosa fori contentiosi, voluntaria uoluntarii, & statutaria faciendi leges & statuta, ut per glo. in.l.i.C.de eman.libe.contentiosa.rursū & in materia duplex ordinaria & delegata, ordinaria quam habet ordinarius iudex, delegata quam habet delegatus, de illa infra in.d.titu.de iu.o. iud.de ista uero hic.

Verum scias & tertio quod plerunq; plenissima est, nonnunquam plenior, & aliquando semiplena, plenissima est merum imperium, plenior mixtum, semiplena uero modica cohercio deq; his in.d.l.imperium uidebimus, & infra in præallega.l.i.interim est glo.in.l. si in aliquam.ff.de offi.procon.

Est etiam & ultimo iurisdictio natu-
15 ralis, † ex natura feudorum, quam habent à consuetudine pares curiæ idest conuasalli.c.i.§.i.& ibi not.de feu. guar. in usib. si sit contentio inter dominum & vasallum specialis non uniuersalis, & de ista in.c.cæterum & ibi Bald.nume.6. de iudi. & ista sufficere deberent quantum ad uerba formalia rub.sed quia uerbum mandata prætermisimus uolo etiā uideamus (quod à materia non erit alienum ex eo occasione sumpta) an mandare iurisdictionem, & iudicem dare sint
16 idem, an uero differant † & breuiter cōmunis opi.est quod sint idem, quodq; non differant, & attestatur Deci. hic nume.10.

Et probatur primum (fusius enim ego quam ipse faciat articulum disputabo & clarius) quia iudex datus iudicem dare non potest, idest delegare.l.à iudice ubi casus clarus.C.de iudi.nec is cui mādata est iurisdictio, quia nihil proprium habet, sed utitur iurisdictione mandantis.l.i.§.qui mandatam infra eod. & qui uult delegare oportet quod iurisdictionem habeat iure proprio.l.more. ff. de iu.o.iud.ergo idem.

Secundo adhuc facit text.clarior, ubi mandata iurisdictione, quis eam alteri mandare non potest in.l.fi.infra eod.sed (ut dixi) nec iudex datus, hoc idem facere potest, ergo nulla inter hæc duo differentia uera & realis, & pondera ultra Deci.in.d.loco, duo etiam dici, non potest scilicet, & manifestum esse & in.d.l. à iudice quod iudicis dandi potestatem non habet, quasi dicat non potest ut in d.l.fi. usq; adeo ut nec sit dubitandū am plius .l.continuus.§.cum ita.ff.de uerb. ob. c. i. de regu.iu.in 6.ubi gl.§.in summa inst. de iniuri.

Tertio tamen facit, quia quæcunq; qualitate uel natura differunt uere, & realiter differunt.l.i. §. cum adiicitur. ff. de uerb.ob.l.ius autem ciuile.ff.de iusti. & iu.l.Aquilius regulus.ff.de dona.Bal. consi.200.col.i.uol.3.qualitate uel natura, duo hæc non differunt, (ut ostensum fuit) idemq; iudicem dare, quod delegare & mandare iurisdictionem, ut probatur etiam in.l.i.& 2.C.de peda.iud.& in l.obseruare in §.fi.ff.de offi.procon.& in rub.C.qui pro sua iu.ergo.

Quarto facit, nam uerba intentioni deseruiunt, non è contra intentio uerbis.l.scire leges.ff.de legi.c.intelligentia de uer.si.Bald. pulchre in c. ex parte nume.27.de ap. nec figura uerborum, sed oratione quam exprimunt, uerba obli-

bligamur.l.non figura.ff. de ac. & ob. c. Marchion.i.q.i.in uerbis tantum est differentia non in sensu, quia qui dat iudicem, mandat iurisdictionem .l. 2. in sui generalitate infra de iu.o.iu. ergo.

Quinto & ultimo facit, quia qui dat iudicem dat etiam per consequentiam iurisdictionem, idest exercitium ipsius, ut utar uerbis Iurecō.in.l.moris in prin. ff.de pen.quam habet,alias iudicem dare non posset.l.nemo.ff.de reg.iu.l. traditio.ff.de acqu.re.do.quamq; retinet nec ab se abdicat.l.legatus Cæsaris.ff.de offi. præsi.idem est in eo qui mandat, ergo iudicem dare & mandare iurisdictionē erit idem & probatur in d.§. qui mandatam declarando tamen ut ibi dicam & ut supra & ita tenendum est.

Nihilominus ad oppositum aliqua deducuntur,(& est opi.fantastica Soc.in l.i.ff.quis & à quo.)& primo text.in.l.cū prætor in.§.i.ff.de iudi. ubi ad literam dicitur quod is cui mādata est iurisdictio dat iudicem, iudex autem datus simpliciter non.d.l.à iudice, ergo differunt plusq; est mandare iurisdictionem,quā iudicem dare. Sed (ut inquit etiam Deci.& bene,nec possunt negari verba tex. ibidem) speciale est dicto casu in legato proconsulis, & in proconsule ut paulo supra dicit, quibus à lege mandatur iurisdictio, quasi dicat is qui est delegatus legis subdelegat, delegatus autem ab homine,idest iudex datus non, & nimirum quia est regulare etiam quod actus hominis distinguatur ab actu legis l.celsus.ff.de arb.ubi mitius agitur cum lege quam cum homine, & not. in .l.si pluribus.ff.de lega.2.& in.c.ex parte ubi Abb.num.25.de ap. quod indefinita legis æquipollet uniuersali,hominis autē non,prolata tamen in materia contingēti regulariter igitur is cui mandatur iurisdictio non dat iudicem, sicuti nec iudex datus.Considerando quoq; ibi ius dandi iudicem habere proconsulem scilicet & proconsulis legatum, ea ratione quia sibi à lege concessum sit, quia dicit expresse paulo inferius, ibi non autem omnes iudices dari possunt ab his qui ius dandi habent,ea de re nihil ob.

Verum ultra hæc& dicta alias in aliis lectu.videtur mihi, quod planissime possit responderi, quanquam is cui mādatur iurisdictio possit iudicem dare ut in .d. l. cum prætor, iudex autem datus nō.d.l.à iudice, non propterea sequitur quod mandare iurisdictionem & iudicē dare nō sint idem, hoc est delegare,alias subuerterentur mille iura in materia loquentia ex quibus cessant multa absurda quæ hic ad intellectum d.l.cum prætor,immo Somnia &(ut uerius dicam) deliria à Docto.dicuntur.

Vel & ultimo respondeas,quod cum sit speciale dicto casu, dictarum personarum prærogatiua,&ad ius commune arguatur, argumentum non procedat, l.ius singulare.l.quod uero contra.ff. de legi.c.præsenti.§.loca de præben.in 6.eademq; responsio est ut prius,sed formalior.

Obstat rursum huic communi opin. tex.in.l.i.in.§.i.præalleg.ff. quis & a quo ubi à iudice dato appellatur ad eum qui dedit,sed non ab eo cui mandata est iurisdictio ad mandantem, ergo differunt & omnino plus est mandare iurisdictionem quam iudicem dare.

Cui argumēto adhuc respondet Deci.quod adduci non meruit,quodq; super.d.l.i.fundamentum solidū fieri non potest,ex quo uarios habet intellectus, iuxta doctrinam Bar.in.l.in ambiguo.ff. de reb. dub. & communiter ignoratur (adde tu)quod multipliciter exponitur ut inquit Boer.Bald.in.l.i.ad fi.C.de bo. po.se.tab.& ita soluit glo.contrarium.l. 3.§. diuus. ff. de sepul.uio.in .c.i. ultima in princ.de consti.in 6.tradit Feli. in.c.i. ad fi.eo.tit.in antiq. Vnde proditum est etiā,quod licet sententia lata contra legem expressumq; iuris errorem non ualeat.l.si expressim & ibi Bar.ff.de ap.ualet tamen lata contra legem habentem uarios intellectus ratione supra dicta docet Bar.in.l.2.C.quan.prouo.non est ne. & in.l.qui Romæ in.§. duo fratres in. 6. oppo.ff.de uer.ob.

Hæc sol.tamen non satisfacit, quia com-

munis saltim tenendus est.l.i.ibi crebrior sanè est ueterum opinio.ff.de of.quæsto.c.capellanus,& ibi Abb.de fer.no.in c.primo de consti.maxime quando constat ut ibi,alias uera foret sol. ex quo fit mitudo esse non potest,ubi est opinionum diuersitas,nouissime inquit Bal.in c.quia propter nu.18.de elec.idem Abb. in c.cum omnes ad fi.de constitu.sed in d.l.i.constat, ergo.

Et propterea colligi ex hoc (à communi intellectanon discedentes)potest ad argumentum responsio, quòd loquatur text.ille(ut etiam glo.ibidem sentit) in delegato ad uniuersitatem causarum, qui æquiparatur ordinario& subdelegat quo fit ut neq; mirum sit,si nõ ad subdelegantem,sed ad eum qui sibi iurisdictionem mandauit appellatur.

Sed contra,quia si à delegato ad ordinarium appellatur, deberet sic etiam appellari,à subdelegato ad subdelegantẽ, ex quo(ut dixi)habetur pro ordinario& est glo.in.c.cum causam de ap.in uer. delegatus,not.in.l.à iudice.C.de iudi.Sol. æquiparatur ordinario ut subdeleget, non ut à subdelegato ad subdelegãtem appelletur.c.super quæstionum §.i. de offic.de. & sic sol.bona.est uerum quòd diuinatione non caret,quodq; hoc ipsũ clare non constat,& male ut in auth. de testa.imperfec.§.i.Bal.in.l. præcibus col. 4 .ibi nec enim diuinare debemus. C. de impub.bonus tex.in.l.si fideiussor in §.i.ibi ignoscendum est ei si non diuinauit.ff.man. Sed tolerabile est, quando contrarium difficulter tolli potest,ut inquit Barto.in.l.ita stipulatus colum.13.ff de uer.ob.satisq; est(ut dixi) quod communem habeamus intellectum.

Vel(ut adhuc dicebam supra)responderi potest,quamuis à subdelegato non ad subdelegantem, sed ad ordinarium appelletur, & ad eum qui iurisdictionẽ mandauit,quòd etiam dicitur in.l.i. C. qui pro sua iurisd.à iudice dato uero ad dantem non propterea sequitur; quòd idem non sit mandare iurisdictionem, & iudicem dare ex quo non aliud dicta uerba indicant quam delegare, & ita trãseundum est.

Tertio obstat,quia iurisdictio est iudicis dandi licentia.l. imperium infra de iu.o. iud. ergo is cui mandatur iurisdictio poterit delegare, iudex datus autẽ non delegat.d.l.à iudice.C.de iudi.ergo differunt.

Soluit Deci.text.in.d.l. imperium lo qui in iurisdictione ordinaria, & est uerum probo quia ubicunq; in lege fit de ea mentio.de ordinaria semper intelligitur.ut in rub.not.infra eod.ti.& ibi dixi,estq; argumentum in.l. i. in §. qui in ppetuum.ff. si ager. uectiga.nos autem de delegata intelligimus, sicuti ergo is cui mandatur iurisdictio, eam alteri nõ mandat.l.fi.infra eod.pari modo nec iudex datus iudicem dabit.d.l.à iudice,& sic non differunt.

Quarto obstat, quia is cui mandatur iurisdictio,cognoscit,diffinit,& delegat iudex datus autem cognoscit & diffinit tantum d.l.à iudice.ergo differunt.

Cui etiam respondetur ut per Deci. dico ego aliter quia idem continet argumentum istud quod alia supra dicta,qđ antecedens uerum est,si mandata sit iurisdictio à lege,ut ordinario proconsuli & legato ipsius.d.l.cum prætor.ff.de iudi.præallega.l.fi.infra eo.non si mandata sit ab homine, quia tunc nec delegabit,ergo à iudice dato nõ distinguetur, & idem erit mandare iurisdictiouem, quòd iudicem dare &(ut dixi sæpe)quãquam deleget non propterea tollit horum uerborum significationem, quòd non idem sit mandare iurisdictionem, quòd iudicem dare quando quidem delegare intelligatur,& idem utrunq; uerbum significet,et ex his tollentur facile differentiæ,quas nitũtur hic aliqui Moder.assignare,pro rei ueritate parũ subsistentes,usq; adeo ut hac de re nec aliter sint referendæ.

Quinto tamen et ultimo ob.quia habemus,quando dubium est,quod à uerbis recedere non debemus,aliàs sic.l. in conditionibus primum locum.ff. de cõdi.et de.l.non aliter.ff.de lega.3.Cy.in.l. cum uirum ad fi.C.de fideicom.sed hic

ualde dubium est, an duo hæc differant mādare iurisdictionem .s. & iudicem dare, ergo à uerbis non recedemus, quòd differant argumentum in.l.si idem.C.de codicil.

Sol.facilis est si dixeris, quòd immo dubium non est ex supra dictis, sed clarum, & cum in uerbis nō est difficultas non est admittenda uoluntatis quæstio .l.ille aut ille.§.cum in uerbis .ff. de lega. 3.& facit text.in.c.intelligentia de uerb. si.& in.l.scire leges.ff.de legi.& in.l.non figura uerborum.ff.de ac.& ob. & sic ab opi.communi non est discedendum, & quoad istam sol. dictū quoq; fuit supra acumina uerborū scilicet, pertinacibus fore omnimodo relinquendam, spiritū uero sapientibus,& not.in.l.2.C.de consti.pe.pulchre Bal.in.c.ex parte num.25. de ap.

ADDITIO.

A principio sic etiam exordiri potuisset. Nisi dixisset mihi Dauid, Immò Deus ex ore ipsius psal. 31. intellectum tibi dabo,&instruā te in uia qua gradiaris, loquere ego ero in ore tuo, teq; docebo etiam quid loquaris, quod legitur adhuc exo.4.præfari hoc mane & uobiscum loqui profecto (Ornatissimi Viri) ausus essem, de rebus maxime difficillimis, Doctoris lumine aliquo indigentibus, quia nec aliter nisi uoce magistrā doceantur, possunt intelligi, hoc est de offi.eius cui man.est iu.sed primum uobis aliud psal.dictum recitabo .c. 6. ibi, uade ad formicā iners, & considera uias eius, præceptorem enim non habet, nō ducem, non magistrum, & tamen in æstate sibi cibum parat, & in messe congregat quod comedat ut ipsius imitatione, ita etiam uos faciatis, ex quo uigilantibus & non dormientibus, iura subueniunt (inquit Iurecon.in .l. pupillus in fi.ff.quæ in frau.credi.) ibi uigilasti, igitur conditionem tuam meliorem fecisti Priusquam ergò ad istius rub. interpretationem ueniamus,& ipsius glo. more maiorum(ut aiunt)scire deberis, quòd quinq; sunt nomina in iure nostro diffe

17 rentia, quorum unum non est aliud †& primo Beneficium, Secundo Maleficiū Tertio obsequium, Quarto artificium Quinto & ultimo officium.

Beneficium est beniuola actio, gaudium tribuens capienti, & de hoc in.c. 1.in quib.cau.feu.amit.in usib. & in .l.fi. ff.de consti.prin.

Maleficium quicquid improbe admissum est,& de hoc in.l.i.in prin.ff.si fami. fur.fe.di.Bart.in .l. omne delictum ad fi. ff.de re.mi.

Obsequium actus, quem explicantes scimus ei, cui fit placiturum, & de quo in l.officio.C.de nego.gest.& in.l.si non sortem in.§.libertas.ff.de cond.ind. facit & illud uulga. obsequium amicos ueritas odium parit.

Artificium opus ab arte proueniens, Ars uero quæ præceptis quibusdam ac regulis continetur .l. nominatim .ff. de ma.testa.l.i.ff.de iusti.& iu.

Officium uero, quod quisq; efficere debet, pro conditione suæ personæ, ut hic, sequere modo, ut supra in prin. nu. 4.uer.& breuiter quoad primum.

ADDITIO.

Est etiam nonnihil dicendum ad uerbum eius, quāquàm prætermissum fuerit supra quod sic dictum est præter alia ipsius uerbi significata, quia (vt aliqui

18 aiunt)genitiui natura est† administrationem denotare, glo. est in .c. pro illorum in uer.ecclesiarum de præben.usq; adeo ut delegati tantum, (cum nihil propriū habeat.l.i.§.qui mandatam infra eo.)administrationem significet & ita transeūt & male, quia eius dicitur alibi, in rub.de offi.eius qui ui.al.iu. uel præsi. ge. & tamen delegatus ibi non est. Præterea præsupponitur, si solam administrationem significat, hoc est cognoscat, non tamen quod diffiniat, & nihilominus contrarium est uerius, quia cognoscit, & diffinit, licet non deleget (vt dictum fuit aliàs, & habetur in .l. à iudice. C. de iudi.)& facit diffinitio delegati, quæ est (vt not.in rub.de offi.de.) delegatum illum dici, cui causa committitur cognoscenda,& terminanda, ea de re dicas tu(& est resolutio uerissima) quod cum hic de

mente

mente constet, non aliud quam materialem causam significat, quandoq; enĩ est ex natura causæ efficientis, quãdoq; materialis, exempli gratia in rub. Codicis ibi, Domini Iustiniani repetite p̄lectionis constitutio, ubi sunt duo genitiui, unus est (vt dixi) ex natura causæ efficientis hoc est Domini Iustiniani, alius est ex natura causæ materialis, hoc est repetite prælectionis constitutio, & ita hic, de offi. dele. & ut supra fusius, & ubi de mente constat dixi, quia aliàs ipsius natura est significare id quod est alterius .l. seruum Titii .ff. man. l.2.§. in locum. ff. de religio. tradit Bart. & ita declarat in præalleg. rub. C. de no. Cod. fa. in prin. nu. 4.

Est etiam uerbum cui, quod pariter (vt prædicti dicunt) nullam aliam habet interpretationẽ, nisi hanc quod cũ datiuus honoris dationem significet .§. sed, & quod principi placuit, insti. de iure natu. & ibi glo. populus, quæ exponit ei idest principi, omne imperium concessit, quoad honorem, & in eum quoad onus, & idem ultra eos in .l. i. ff. de cõsti. prin. ubi gl. ei & seq. idem dicũt & in. l. muto in. §. tutoris datio. ff. de tutel. & in delegatum transferatur iurisdictio, per consequentiam etiam honor transferri uideatur, qui talis delegato de-
19 betur, qualis† deleganti. l. ossa. ff. de religio. & est simile in vice Rectore, cui pariter idem honor, qui etiam Rectori debetur. c. præcipimus ultra eos 93. d. Bart. in l. si filius. ff. de legatio. Ro. singu. 362. Feli. in. c. cum olim in prin. de offi. de. idem Bar. in. l. aliquando. ff. de offi. procõ. Corse. in. c. grandi col. 28. de sup. neg. prælat. in 6. quod tamen intellige uerum in vice Rectore creato ab uniuersitate ut in d. locis legitur, quæ interpretatio non ẽ bona, in primis quia non est uerum, qd' transferatur iurisdictio (& est error in terminis l. i. §. q mandatã infra eo. l. legatus Cæsaris. ff. de offi. præsi.) & cum antecedens sit falsum, corruit necessario consequens. c. cum ex officii de præscrip. Bal. in. l. conuenticulam col. 3. C. de ep. & cle. & maxime quia delegatus dicitur iudex extra ordinarius. c. quoniã contra in pri. de proba. Ias. in. l. ait prætor colũ. 2. ff. de re iud. item Pedaneus. l. placet. C. de peda. iud. ergo honor in eum transferri nõ potuit, nisi sit delegatus Principis. c. sanè 2. de offi. de. c. pastoralis. §. præterea, de offi. ordi. Nec ob. glo. in locis supra allega. quia patiens erat dispositum c. uenerabilem de elec. & ideo uera resolutio est, quod stet dictum uerbum cui, demonstratiue pro iudice delegato simpliciter casus est in .l. iubemus nulli in prin. ibi cui (& sic in terminis) res ecclesiastica gubernanda demandatur. C. de sacrosanc. ec. & ibi in primis verbis pariter Albe. not. ad quod facit Catullia. illud, in prin. ad Corne. nepotem. Cui dono lepidum nouum libellum Arida modo pumice, expolitũ, Corneli? ex q bus oĩbus Sumus de uerbis rub. expediti.

ADDITIO.

Ad propositũ iudicis & iurisdictionis tamẽ, adhuc scias, ꝙ quidã sunt qui eam habent, re & nomine, † ut ordinarii, qui-
20 dam nihil ꝙ proprium sit vt delegati, quidam uero tenentes medium quoddam, ut sunt iudices prorogati, ita Bal. consi. 217. col. 2. uol. 3. deq; delegatis hic (ut sæpe diximus) tractatur.

Sequitur mõ gl. rub. quam ad unguẽ recitat Bart. ut in ea, Scias igitur ex duabus cõtinuationibus, quas ponit, primã fore cõiter approbatam, ꝙ non ab re hic dicitur de delegatis cum supra dictũ fue-
21 rit de ordinariis à quibus dependent† & quorũ iurisdictione vtuntur. l. i. §. q mandatã infra eo. arg. in. l. q̃uis. ff. de præca. et qa secundo loco digniores sunt, & digniora semper p̄poni debent. l. i. ff. de albo. scri. l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. sub. l. i. C. de consu. lib. 12. Bar. in trac. de insigni. & ar. col. 2. & post eum Boeri. in trac. de aucto. ma. consi. ver. nunc condescendo, colum. 16. ubi pulcherrimam decidunt quæstio. quorum arma in exercitu præcedere debeant, illius scilicet, qui est (datis paribus tamen) in maiori dignitate. Immo (ut dicebam heri) ꝙ nec delegatus dignitatem habet, est iudex extra ordinarius, & pedaneus, & consequen-

ter non mirum si de ordinariis conuenientius fuit prius tractare. Quod etiam probatur tertio quia prius ordinarius fuit quam delegatus .l. secunda .§. post originem .ff. de ori. iu. ille enim est communiter à lege, hic uero ab homine, (ab ordinario enim fit delegatio) ergo debuit esse prius etiam ordinariorum speculatio quam delegati, ut in simili arguit Barba. in rub .qui admi. colum.7. quod non ab re prius est quoq; speculatio iuris ciuilis, quam prætorii, quia etiam (ut dixi) fuit illud prius quam istud .§. lex est .§. prætorum quoq; edicta insti.de iu. natu. Et quarto quia exemplum debet præcedere exemplatum.l.in testamento.ff. de cōdi.& de.argumentum in auth. si quis in aliquo .C.de eden.Barba. in rub.de iud. in princ. sed delegatus exemplo ordinarii, iudicat, cognoscendo, & terminando, ergo debuit exemplum ordinariorum, & tractatus omnimodo præcedere, & sic ista continuatio dubitationem non habet. Et ultimo loco etiam quia causa debet præcedere causatum .l.ubicunq; & ibi Barto.multa num. primo .ff. de int.ac.l.licet .§.ea obligatio .ff. de procu. est uerum quod in aliquibus legibus tamen tractatur(ut subiicit glo.) etiam de ordinariis, sed non officit,quia attenditur quod principaliter tractari intenditur.l. si quis nec causam.ff.si cer.pe.

Verum quæritur(prædicta enim procedunt (ut dixi) in delegatis ordinariorum) quid in delegato Principis, seu
22 Papæ † in primis dicendum est, fore secus, hoc est quod sit dignior, & maior quocunq; ordinario.

Quod primum ratione probatur, quia principem repræsentat .c. sanè secundo ibi iudex à nobis delegatus uices nostras gerit, de offi. dele. & uirtus est in repræsentante, quæ est in repræsentato Roma in fi. ibi, quia intellectu aliquo prohibitus esse uidetur .ff. de religio. argumentum in.l.cum fundum .ff.de ui & ui.ar.ibi nihil interest ipsum, an alium uoluntate eius missum, intrare prohibuerit, ex quibus uerbis idem colligitur, sed Princeps seu Papa, est maior omnibus .c.cuncta per mundum 9. q.3.l.deprecatio.ff.ad legem Rhod.de iac.ergo.

Et lege, secundo loco, quoniam alibi dicitur in.l.fi.ff.de albo scrib. quod in albo decurionum debent nomina eorum scribi, qui dignitatem à Principe sunt consecuti, postea eorum qui municipalibus functi sunt honoribus, ergo ex illo text.liquet Principem repræsentantes, fore aliis longe præstantiores & digniores ponderando uerbum, qui dignitatem à Principe consecuti sunt.

Et cum adhuc dicat text. & tertio in d.c.sanè, & in .c. pastoralis in .§. præterea de offic. ordi. hoc idem ad literam ut supra quod est maior quocunq; ordinario; non est amplius quid de quo dubitetur .l. ancillæ .C. de fur. l. gallus .§. si eius, & ibi Ias. post Barto. colum. quarta .ff. de libe. & posthu. vnde dicimus, quod quæstio est dubitabilis propositio interrogatiue facta .l. quod labeo .ff. de carbo. edic. & quod ubi est casus legis ibi non est quæstio d.l. ancillæ, Bald. in.l.i. colum. 6. C. de ser.fugi. qui præcise ita etiam arguit, in quæstione primogenituræ Roberti Regis Siciliæ filii primogeniti Caroli Andegauensis Comitis filii Ludouici Octaui Francorum Regis inuestiti alias de dicto regno à Clemen. iiii. anno sui Pontificatus primo, & Domini 1365. in.l. cum antiquioribus colum. 6. C.de iure delibe. & ideo ad propositum hacq; ratione non mirum est, si (ut inquiunt Pau.Cast. Alexand. & Ias. quod refert etiam Deci.)titulus de offi.de.præpositus est in decretalibus titulo de offi. ordi. ex quo in illo tractatur de delegato Papæ.

Quarto probatur ultra Deci. & alios per tex.& ibi not.Bald.in.l.i.colum.i.C. qui pro sua iu. ubi in delegato Principis nō adhibetur personarum distinctio usq; adeo ut ei quisq; parere debeat, quoniam (inquit idem Bald.) maior est quocunq; ordinario.

Quin-

Quinto per text. in .c. per hoc, & ibi Ioa. And. colum. i. de hære. in 6. ubi inquisitores, Papæ delegati dicuntur; quibus sanè obediendum est, ex quo (subiicit) sunt maiores quibuscunq; ordinariis, à quibus pariter iurisdictionem auocasse uidentur.

Sexto facit quod dicunt But. & Imo. in .c. fi. de transac. quod licet ordinarius non possit committere causam ap. remota potest tamen Princeps uel eius delegatus, quia est quocunq; ordinario maior, & ideo Alexand. malè intelligit eorum dicta, in .l. nemo potest quem ibi in specie Seyselus reprehendit, & bene ratione prædicta. ff. lega. i. in prin.

Septimo, & ultimo, quia si ordinarius sententiam nullam reuocat, ut per glo. in .l. iudex posteaquam .ff. de re iud. multo fortius reuocabit delegatus Principis, qui (ut dixi) est ordinario maior, ita Feli. in .c. qualiter, & quando colum. 22. de accusa. quod ultimum non firmo ut infra, & ita communiter tenetur.

Barba. tamen in rub. præallega. Contrarium sensit, de offi. dele. motus duplici ratione. Prima, quia cum ordinarius habeat iurisdictionem latiorem, & pleniorem quàm delegatus, etiam quod sit Principis, & patet ad sensum & probatur in .l. i. infra de iu. o. iudi. & per glo. in .c. in nouo. ai. d. utiq; dicetur iudicabiturq; etiam dignior, quam glo. ad idem ibidem Feli. quoq; & alii citant, dicentem ad propositum Petrum omni alio digniorem fuisse ratione administrationis.

Comprobo ego, quia hac de re uidemus etiam quòd genus ratione maioris comprehensionis est suis speciebus dignius glo. est insti. de fideicom. hæ. in rub. quæ dicit, quod cum misterio prius dictum est, de fideicom. hæ. postea de singu. reb. per fideicom. ro lic. quia genus (ut dixi) est specie dignius.

Ad quod etiam facit, quia alibi dictũ est, de gradibus cognationum, & non agnationum ex quo omnis agnatus est cognatus non è contra, ut insti. de legi. agna. tu. & de legi. agna. suc. in princ. & in .l. sunt autem ff. de legi. tuto.

Immò quod pro hoc uidetur casus in .§. non igitur, in authẽ. de desen. ciui. ubi qui præest uniuersitati aliis est maior & dignior, uni tantum ciuitati præsidentibus, ibi quanto enim quilibet pest &c. & istum tex. ad idem inducit Anch. in .c. canonum statuta in rep. col. 7. de cõsti. & faciunt dicta supra nu. 16. ad intellectum .l. i. ff. quis & à quo. de delegato ad uniuersitatem causarum, qui æquiparatur ordinario, quiq; hac ratione dignior est aliis delegatis simpliciter, & concordat tex. prouerbio .c. 14. ibi in multitudine populi dignitas regis & in paucitate plebis ignominia principis.

Secunda est ratio Barba. quia ita ordinarius representat legem, sicuti delegatus Principem delegantem, quem pariter dicimus legem animatam in terris. §. fi. in auth. de consuli. quæ parum cõcludit ad opinionem Barba. ex quo hoc stãte termini forent pares: nec unus altero dignior; ideo dic tu aliter quod ordinarius legem representat, hoc ẽ iurisdictionem habet à lege, ut delegatus principis à principe, sed ille plus quia (ut dicebam proxime ex eodem Barba. tamen) pleniorem habet etiam iurisdictionem, ergo omnino maior & dignior, vel & aliter ac melius ut infra.

Tertio igitur loco probatur, quia hæc delegati dignitas non est considerabilis absolute, sed tantum respectu causæ sibi commisse usq; adeo ut non possit cauillari tex. sic utrobiq; dicens in .d. c. sane secundo de offi. de. ibi, unde in causa, & in .d. §. præterea ibi quantum ad illud, quæ uerba sunt demonstratiua ad oculum, ut in simili in .l. i. ibi illa actione utitur si cert. peta. ff. de tritica. & Io. in ibi ubi est ille, designantq; rem seu personam, actionem uel causam aliquam particularem ut in .d. locis uidere licet.

Et hæc opi. mihi placet plurimum

quicquid ego alias dixerim in aliis lect. cum impressis tum imprimendis, quod non recordor tamen, & ad istud maxime, quia iura clara sunt ut supra.

Nec ob. si diceretur ad primum ut dicit Deci. quod non sit bona consequentia ista, habet ordinarius pleniorem iurisdictionem, ergo est dignior, quia esset hac ratione dignior delegato principis etiam in causa sibi commissa, & tamen contrarium legitur in. d. c. sanè, & in. d. §. præterea, quòd est maior quocunq; ordinario, quia respondebo id esse propter repræsentationem ut dictum quoq; fuit in inductione dictorum iurium.

Dicit etiam ad secundum quod æquiparatio non est bona quia non ita legē representat ordinarius sicut delegatus Principem, subinde alia deducendo ut per eum parum facientia, & rursum male, quia immo representat legem, cū sit ipsius minister. l. celsus. ff. de arb. ut delegatus principis, & sufficit quod uterq; iurisdictionem habeat (ut dixi) à lege, & à Principe, qui est lex animata in terris, quodq; æquiparatio sit in eo, de quo principaliter agitur, ut per Bal. in. l. curatoris colum. 2. C. de nego. gest. eo addito etiam quod ordinarius plus habet, pleniorem scilicet iurisdictionem & iure proprio, quam delegatus Principis, qui est unius causæ tantum, habetq; eam iure alieno. l. i. §. qui mandatam infra eod. d. c. sanè de offi. de. l. more infra de iu. o. iudi. Vel quod representet tantum respectu causæ sibi commissæ.

Ad ultimum dicit adhuc, quod indubitatum est eo casu maiorem esse quocunq; ordinario, cum sit causa sibi commissa de manibus ordinarii exempta, sed absolute fore dicēdum, quòd sit huiusmodi ex quo Principem representat & nusquam bene quia representat Principem (vt dixi) quoad causam tantum sibi commissam, non absolute ut maior quocunq; ordinario dicatur, aliàs iudex in simili, si quid uideret ut priuatus posset inde etiam iudicare, & tamē non potest. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præsi. nec proprie dicitur hæres quis ex re certa. l. i. §. si ex fundo. ff. de hær. insti. & hac de causa inquit Alexand. in. l. qui patri colum. 3. ff. de acqui. hæ. quod is non dicetur adire, quia non est hæres sed agnoscere, Pari modo igitur extra causam cōmissam delegatus Principis non dicetur proprie, neq; Principem representabit & ex his tollentur omnia pro communi adducta, Nam primum (vt tex. met dicit, & iam declarauimus supra) procedit in causa sibi commissa.

Secundum uero in dignitate, quæ nō sit pariter restricta ad certam causam. d. c. sanè. d. §. præterea.

Quo modo tollitur etiam tertium ꝙ sit maior quocunq; ordinario in causa adhuc sibi commissa ut formaliter dicit ibidem Papa, non absolute de quo principaliter legislator tractare intēdebat in decretalibus (ut illationi Pau. Alexand. & Decij respondeamus) ideo non mirū si titulus de offi. de. ꝑpositus ē titulo de offi. or. l. si quis nec causam ff. si cer. pe.

Quartum quoq; secum sol. habet modo prædicto quia sic ex decisione dictorum iurium. c. sanè, & §. præterea text. ille, & quod ibi dicit Bald. debet declarari. c. super quæstionum in princ. de offic. dele. l. non est nouum l. sed & posteriores. ff. de legi. cum similibus.

Non ob. quintum quia si inquisitio erat generalis uti est in crimine hæresis communiter, immo quòd dicuntur delegati ad uniuersitatem causarum, ut ꝑ Abb. in c. causam matrimonii colum. 2. de offic. de. utiq; procedit obiectum, aliàs non, & isto casu loquimur nos.

Non sextum quia restringitur ratio illa adducta per But. & Imo. ut supra.

Et simili modo tollitur ultimum, vel dic quòd non sit uerum, & breuiter concluditur quòd ordinarius sit maior & dignior delegato etiam quod sit delegatus principis, præterquam tamen in causa sibi commissa in qua est maior & dignior quocunq; ordinario, & ut supra latius, immo uana mihi uisa est disputatio, qa si non est delegatus principis nisi in causa commissa frustra dubitatur, an ordinarius

rius sit maior uel ipse absolute quocūq; ordinario.

Tenendo tamen communem, quod absolute sit maior, dubitatur (alia non tango quoad secundam continuationē, & reliqua, quia impertinentia & parum utilia mihi uidentur) an ordinarius saltem firmiorem habeat iurisdictionem, quam delegatus† & breuiter communis
23 opinio est quod sic, & originalis Archid. in c. si episcopus 2.q.6. quem refert Bald. in l. si ut proponis i. colum. 2. C. quomo. & quā. iud. & Alex. hic col. 2. pariter hoc ad literam utrobiq; dicentes & etiam Deci. hic.

Et probatur primo, quia licet sit principis delegatus non tamen habet iurisdictionem nisi in causa sibi commissa ut dictum fuit proxime, quod intellige uerum nisi rescribatur ordinario, quia tūc excitata tantum foret eius iurisdictio c. licet & ibi Abb. de offi. ordi. uel sit delegatus ad uniuersitatem causarum iuxta not. in l. à iudice. C. de iudi. & in c. cum causam de ap. at in proposito ordinarius uniuersalem l. i. infra de iu. o. iud. ergo firmiorem. Argumentum hoc tamen innuit lationem habere non firmiorem, ut supra & in c. in nouo ubi glo. 21. d.

Secundo probatur, quia si plures ordinarii sint, singulari insolidum iudicāt si sibi tamen competat iurisdictio pluribus ut singulis ut per Bart. in l. si uni in princi. de re iudi. si uero plures delegati omnes debent adesse, nisi alter iurauerit sibi de causa non liquere, ut in d. l. si uni not. & in c. fi. de arb. in 6. in glo. fi. & in c. causam matrimonii de offi. de. Quod etiā non placet considerandūq; est potius è contra hoc casu firmiorem in delegatis quam in ordinariis fore, ex propositione philosophi dicentis, uirtutem unitam fortiorem se ipsam dispersa §. hæc igitur lex in auth. de consangui. & ute. frat. nos uero quòd funiculus duplex simul stringit magis & urget quam unus c. i. de treu. & pa. Barba. in l. cum acutissimi colum. 112. C. de fideicom. auth. itaq;. C. communia de suc. l. pe. §. si uero pater. C. de adop. & ita præcise argu-it Bartol. in tract. de regi. ciui. col. 2.

Tertio tamen pro cōi facit tex. in c. fi. de re iudi. ubi si ordinarii diuersas ferant sententias, ea ualet, quæ est pro reo, si uero delegati utraq; pendet ex arbitrio delegantis, ergo omnino firmior. Adhuc debile', quia nō hac ratione hoc idem ibi deciditur, sed alia quia scilicet ordinarius non habet superiorem à quo pendeat nisi legem mortuam, delegatus autem delegantem ille iurisdictionem iure proprio iste alieno c. super literis ad fi. de rescrip. l. more de iu. o. iud. l. i. §. qui mandatam infra eo.

Et hac ultima ratione dici potest, eritq; pro ista parte quartum fundamentum, ueram fore in terminis hanc conclusionem ordinarium firmiorem habere iurisdictionem, quam habeat delegatus quanquam principis & quanquam dignior sit, data communi opi. pro uera ut supra quia scilicet iurisdictionem iure proprio habet, delegatus uero alieno perinde ac si diceremus rem meam me possidere firmiter, & à me non facile auelli posse, quia eā habeo iure proprio, ipsiusq; etiam sum dominus, de iurisdictione ad dominium arguentes, quòd argumentum recte procedit de iure. l. qui furere. ff. de sta. ho. & non si præcario eā haberem, uel mihi aliter commodata uel commendata seu deposita aliter fuisset. l. rei commodatæ. ff. como. l. licet. §. rei depositæ. ff. depo. l. i. ff. de præca. & ad hoc facit bonus text. in l. i. ibi is eam firmo iure possideat. C. de usucap. transfor. & in l. prima. C. de capien. & distrah. pi. lib. 10.

Et hinc est quinto & ultimo (alia argumenta Alexand. hic & in l. iudex postea quam colum. 2. ff. de re iudi. & Felin. in c. qualiter & quando colum. 21. de accu. parum ad propositum faciunt, nec concludunt, sicuti nec tria Decii principalia ut supra igitur non refero) quod delegatus potest cito reuocari. l. & quia infra de iu. o. iud. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. l. solent, ff. de offi. procon. not. in §. fi. in auth. ut defunc. fu. & in. l. à iudice. C. de iudi. & iudicium pro iurisdictione capi-

capitur in.d.l. iudicium soluitur, quæ est in materia principalis ut declarat Cal de.consil.4.de offi.le. ordinarius autem non, immo nec recusari suspectus regulariter l.apertissimi.C.de iudi. ergo iurisdictio eius omnino firmior.

Et simile adhuc adduci potest, quoniam sic testamentum militis, est dignius testamento pagani, sed istud illo firmius quia est secundum ius commune illud uero secundum ius speciale.l. eius militis.§.militia missus.ff.de mi.test. item actio personalis rursum dignior reali.l.iustissime.ff.de edi.edic.sed ista illa firmior ut not.in rub.ff.si certum pet. ex quo difficilius tollitur ut ibi, & postremo loco, dignius priuilegium, ratione concedentis rescriptū.l.fi.ff.de consti.prin.sed rescriptum firmius, quia est secundum ius cōmune.l.rescripta.C.de preci.Imp.offe.

Est uerum quod similia hæc nō sunt in terminis, sed faciunt maximopere, quia non oportet quod similitudo sit per omnia, & in omnibus currat ut not.in.l. non possunt.ff.de legi. & in c. translato de consti.& utrobiq; dixi.

Christus etiam æquiparauit parabolicè corpus suum templo, quando dixit Io.2.Soluite templum hoc & in tribus diebus ædificabo illud, & tamen non per omnia fuit æquiparatio, ut corpus suum esset inanimatum, (quod dicebat apollinaris hæreticus) alias esset lignum & lapis, quod quam sit absurdum latet neminem.

Et similitudo apud rhetores ratiocinatio appellatur, Græci uero uocant eam Sympathiam nostri simbolum.l.in rem §.item quæcunq;.ff.de rei uend. immo plus quod etiam à remotis admittitur secundum glo. in §. fi. in prohe.ff.orum. vel si ad istud probandum ex.d.arg. Alexand.& Feli.in locis præallega.est aliquid quod faciat, quanquam dixerint me nolle ea referre, est istud, nam iudex delegatus, si sententiam nullam tulerit, quamuis sit delegatus principis officio suo functus est.l. iudex posteaquam.ff.de re iudi.expiratq; iurisdictio statim quoniam cessante causa propter quā delegatio facta fuerat, cessat delegationis effectus.l. generaliter.C. de ep. & cle.l.si digere.§. quis de iure pat.c.cū cessante de ap.& à priuatione ad habitum non datur regressus.l.qui res §.aream ff.de sol.& probatur in terminis in.l.si ut proponis i.supra allega.in prin.q.C.quomo.& quan. iud.& tamen ordinarius eam reuocat et iterum de causa cognoscit.l.si præses.C. eo.ergo firmiorem habebit ex hoc iurisdictionem, dictaq; iura id optime probant si non obliquo legantur oculo ut faciunt aliqui dicentes tex.in d.l.si ut proponis in delegato principis nō loqui & somniant, quandoquidem illa uerba à iudice dato, et ibi alterius iudicis notioni etc.non aliud innuant, et nisi loqueretur in delegato principis, esset de indubitabili d.l.iudex posteaquam.ff. de re iud.quæ in delegato inferioris intelligitur, ut ibi per Docto.et quia istud quod dicunt Alexan.& Feli. communiter tenetur, in.d.l.iudex posteaquam idemq; Alex.hic testatur, ex prædictis sequor et audacter probo, ne q; aliud quoad conclusionem dico.

Obstat tamen nam (ut supra dictum fuit) delegatus principis repræsentat principem.d.c.sanè de offic.de. princeps firmiorem habet iurisdictionem quā omnes ordinarii, hoc nullus negabit, ergo & delegatus.

Sed non subsistit ex supra dictis, ueraq; est maior & minor, conclusio falsa, quia iurisdictionem quam habet, habet iure alieno l.i.§.qui mandatam infra eo. ordinarius proprio, & quoad dignitatē procedit, ut scilicet sit dignior quocunq; ordinario ratione repræsentationis, sed non quod habeat iurisdictionem firmiorem?

Secūdo ob. quia delegatus principis subdelegat quæ sunt meri imperi ut no. in.l.i.infra eo.& in.l.à iudice.C. de iudi. ordinarius uero non d.l.i.ibi quæcunq; specialiter lege, senatus consulto, uel principum Constitutione tribuuntur, mandata iurisdictione non transferuntur, ergo firmiorem habet iurisdictionem.

Quod adhuc non subsistit, quia id est ex quo in causa sibi commissa est maior quocunq; ordinario. d. c. pastoralis. §. preterea de offic. or. Alex. in d. l i. col. 21. sed (ut dixi proxime) non quod habeat firmiorem iurisdictionem.

Tertio & ultimo ob. quia si non haberet iurisdictionem firmiorem quam ordinarius iam non distingueretur à delegato simpliciter iudicis inferioris, & male. l. ad egregias. ff. de iureiu. l. 3. ibi sed cur non in milite diuersum. ff. de milita. test. l. nec honore ubi glo. C. de ep. & cle. bonus text. in terminis in. l. i. ad fi. C. qui pro sua iu. cui etiam dici potest distingui omnimodo, quia in causa sibi commissa, est maior quocunq; ordinario. d. §. praeterea aliaq; multa habet sibi tributa à lege, quae non habet ordinarius, sed non (ut saepe dixi) quòd in eo sit iurisdictio firmior & ita tenendum est, & à supra dicta conclusione communi non discedendum, ex quibus sumus etiam de rub. ista expediti die octaua Nouembris.

1559. Pataui, Laus Deo.

SVMMARIVM.

L. i. ff. de offi. eius cui man. est iu.

1 *Papinianus anno aetatis suae 36. perijt.*
2 *Sceuolae discipulus fuit, & praeceptor Pauli ac Vlpiani.*
3 *Procurator fisci, & praefectus pratorio constitutus à Septimio Seuero.*
4 *A militibus iussu Caracalle occisus est quia parricidium excusare noluit.*
5 *Iuris Asylum fuit, & legalis doctrina Thesaurus.*
6 *Eiusdem epitaphium ponitur.*
7 *Quare ordine turbato in eo dicatur.*
8 *Lib. sex & 30. quaestionum scripsit prater caetera.*
9 *Ista lex deberet scribi literis aureis.*
10 *Quatuor sunt ordines magistratuum secundum glo. hic.*
11 *Communis opi. tamen est, quòd sint quinq; & disputatur late.*
12 *In primo gradu superillustrium est Papa & Impe.*
13 *In secundo illustrium praefectus pratorio, Cardinalis, & Doctor qui legit an. 20.*
14 *In gradu spectabilium prator & Episcopus.*
15 *In gradu clarissimorum prasides.*
16 *In gradu infimorum defensores ciuitatum.*
17 *Hodie tamen prasidibus & pratoribus aequiparantur.*
18 *Quod duo haec differunt esse magistratum & esse de maioribus magistratibus.*
19 *Lex ista multos habet intellectus, est tamen communis tenendus.*
20 *Licet consuetudinis mentio facta non sit, attamen perinde, est ac si facta fuisset.*
21 *Dubitandi ratio multiplex, ad regulam prohibitiuam.*
22 *Decidendi.*
23 *Causae meri & mixti imperij non delegantur ut hic, quid de iure canonico.*
24 *Et dato quod non, an possit saltim consensu partium.*
25 *Quid in reseruatis principi.*
26 *Dubitandi ratio multiplex ad regu. affirmatiuam.*
27 *Decisionis.*
28 *An hodie ex generali consuetudine, causa meri & mixti imperij delegentur.*
29 *Communis opinio est quod delegatus principis subdeleget.*
30 *Causae meri imperij, delegantur ex causa absentiae necessaria, & ibi de necessitate multa.*
31 *An ad text. ibi dicatur, suppleri debeat & uerum sit.*
32 *An prator habuerit criminum cognitionem.*
33 *Quare argumentum à contrario, Iurecon. dixerit fostissimum.*
34 *An ualeat.*
35 *Alia declaratio, quare dicat Iurecon. fortissimum argumentum à contrario sensu.*
36 *Quo modo in constitutione principum, tex. possit exemplificari.*
37 *Si princeps prasidi mandet omnem iurisdictionem, an uideatur mandare merum imperium.*
38 *An praebere auctoritatem manumittentibus, competat iure magistratus.*
Et ibi de intellectu. l. 2. infra eo.
39 *An coram defensoribus ciuitatum aperiantur testamenta.*
40 *An restitutio in integrum, quae maioribus magistratibus competebat, mandari possit.*
41 *Quid in datione tutoris.*
42 *Data communi opi. pro uera, quod mixti Imperii sit, neq; possit mandari, limitatio not. hodie, quod competat etiam magistratibus absq; iussu praesidum.*
Et ibi multiplex declaratio ad. §. nos autem insti. de at. tuto.
43 *Solidi expositio, & quare aureos solidos ueteres*

res appellarent.

44 *Oppositio fortis, & ad idem solutio multiplex, multaq; de loci seruatoribus.*

45 *Monosyllaba si, multis modis ponitur in lege, & ibi quando sumi possit argumentum à sensu contrario.*

46 *De intellectu l. cum patrem. C. de cond. inser. multa.*

Et ibi quod habet locum regulariter in ultimis uoluntatibus.

47 *Quid in contractib us.*

48 *Quid in iudicijs, siue sententijs.*

49 *Quid in rescriptis.*

50 *Quid in mandato.*

51 *Quid in uerbis negatiuis.*

52 *Quid in narratiuis.*

53 *Quid si praecedat protestatio derogatoria ad actũ sequentem, an sumatur argumentum à contrario ad ipsum inualidandum.*

54 *Quid si ex tali argumento quis incideret in pœnam.*

55 *Quid in statutis si resultet correctio iuris communis.*

56 *Quid si statutum in sensu directo nihil operaretur.*

57 *Quid si dicat uerba intelligi debere ut iacent.*

Et ibi an argumentum à contrario proprie & ex uerbis ueniat an u. ro ex coniecturis.

58 *Delegatio meri imperii, an quoad cognitionem tantum fiat an uero etiam quoad diffinitionem.*

59 *An fiat ex causa absentiæ probabilis, quia de necessaria certum est quod sic.*

60 *An assertioni iudicis sit standum.*

61 *An quis dicatur absens cum est in præparatione.*

62 *Quid si præses reuertatur, an sit reuocata iurisdictio.*

63 *Quid in præside infirmo.*

PAPINIANVS
lib. i Quæstionum.

QVÆCVNQVE, anno
1 †ætatis suæ xxxvi. Papinianus, Scæuolæ discipulus, Pauli & Vlpiani
2 pceptor, †pcurator fisci primum, postea præfectus prætorio à Septimio Seuero con-
3 stitutus, auctor† huiusce legis nostræ, qa parricidium excusare noluit, dicens nõ tam facile excusari posse quam fieri (Caracalla enim ei mandarat, occiso fratre Geta, ut in Senatu & apud Populum facinus dilueret) à militibus ipsius Caracalle
4 iussu, occisus est, † qui iuris Asylũ & doctrinæ legum thesaurus uocitatus
5 est, aliisq; multis exornat titulis† Albe. immo text. met in Prohe. fforum ibi in tertio autem anno ipsum subtilissimũ, acutissimum, prudentissimum, maximum, & pulcherrimum appellando, unde Papinianiste eius discipuli dicti quoq; fuerunt, ut in loco præalleg. in §. ne autem, quod ad propositum testatum hoc epitaphio etiam Parentes reliquere.

D. M.

AEmilio Papiniano Iurecon. Procu
6 ratori fisci. †& præfecto prætorio, Papinianus Hostilius, Eugenia gracilis turbato ordine in senio, Parẽtes Mœstissimi, filio optimo fecerunt.

Anno ætatis suæ xxxvi.
7 Et turbato ordine dixit † ut etiam in. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. & iuxta illud, ordine turbato succedis Bulgare nato, quia parentes prius mori debuerunt, ut pote etiam prius orti. Is igitur præter cætera lib. 6. & 30. quæstionũ
8 scripserat, † & sic tot quot uixerat annis ut in præalleg. prohe. fforum in §. uobis autem, hæcq; lex nostra i. in primo dictarum quæstionum libro (ut in suprascriptione apparet) posita conscriptaq; erat.

Quæ si uerum est quod inquit Ias. & ante eum Mar. lauden. quod omnes philosophi non potuissent, meliorem & elegantiorem text. componere quam fecerit ipse Papinianus, deberet etiam scri
9 bi literis† aureis ut in simili inquit Bart. in l. si à te in §. si quis fundum. ff. de excep. rei iud. & Sal. in auth. habita in princi. C. ne fi. pro pa.

Verecunde igitur peto à uobis ut æquo animo & attente audiatis, quia eius dẽ legis dignitas elegãtia & difficultas nõ parua quidẽ hoc ipsum expostulat.

Primum tamen & ad euidentiam maiorum more, & quia ita docet Iurocon. ultra adducta supra in rub. ad idem in .l. i. in prin. ff. de iusti. & iu. ibi iuri operam daturũ prius noscere oportet, & in l. i. in prin. ff. de suspec. tu. ibi primum igitur, tractemus, præmittentes aliqua, & quia etiam minime sunt mutanda quæ longo tempore ita obseruata fuerunt. l. si de interpretatione. ff. de legi. l. cum quis decedens in prin. ff. de admi. tu. l. testamenta. C. de testa. ibi mos nanq; fidelissime uetustatis retinendus est.

Et primo ut per Bart. hic post glo. in uer. tribuuntur, ꝙ plures sunt magistratuum ordines† illustres, spectabiles, clarissimi, infimi, qui postea subiicit alibi glo. plenius distinxisse addendo quintũ gradum superillustriũ, & nota ꝙ supra ordinem dixit nunc gradum, est igitur gl. in auth. ut ab illustribus & qui super eam dignita. sunt in prin. quæ etiam docet non ordinem neq; gradum, sed genera quinq; magistratuum fore, habentiũ ordinariam iurisdictionẽ, superillustres illustres spectabiles, clarissimi, & infimi de quibus sigillatim uidendum est, eorumq, exempla ut facilius intelligantur iuxta illud, ut responsum congruũ accipere possis insere pacti exemplum, & quia etiam exempla sicuti digitus res ipsas ostendunt. l. ut responsum. C. de transac. Bal. consi. 357. col. 2. uol. i.

11 Sed prius dispiciendum est an uerum sit istud ꝙ dicit glo. Bar. & cæteri cõiter ꝙ quinq; sint gradus, & respõdendũ ꝙ sic.

Primo quia rub. ita dicentem habemus in auch. ut ab illustrib. & qui super eam dignitatẽ sunt, istud ipsum innuentẽ, nõ solũ infimũ, clarissimũ, spectabilẽ & illustrẽ fore, uerũ ẽt superillustrẽ, seu illustrissimũ ꝙ idẽ est ut hic per Deci. cõtra Ias. & bene, cui acquiescendũ est, cũ habeat orationem perfectam, quia pro tex. & lege solida potest allegari .c. i. §. in quibus de consue. rec. feu. in usib. c. cum omnes de consti. Feli. in rub. de accu. in prin. & cæteri in .l. i. ff. si cer. pe.

Secundo & ad idem est etiam text. in. §. in sũma insti. de iniur. ubi illustres quiq; super eos sunt, actionem iniuriarũ per procuratorẽ perseq. seu suscipere possunt dum igitur super eos sunt dicit, superillustrẽ siue illustrissimũ præsupponit, aliàs uerba illa essent ociosa, & nihil importarent non dicendũ. l. ꝙ ait lex secundũ uerã lectionẽ. ff. ad legem iu. de adul. l. ait prætor in prin. ibi nec frustra adiicitur conditione delata. ff. de iure iu.

Tertio facit tex. in. l. si quãdo. C. de ap. ubi si appelletur à Duce, appellatio deuoluitur ad magistrum officiorũ, & ad sacri pallatij imperialis quæstorem, siue (inquit tex.) Dux illustri dignitate decoretur, siue etiam maiori, ergo datur gradus, qui sit supra illustrem.

Quarto facit tex. in. l. 2. C. de spon. iuncta glo. ibi, nostris autem amplissimis iudicibus licentia sit maiores pœnas, & corporales maculas, etiã executoribus imponere, si circa lites fuerint maleuersati, amplissimis exponit glo. idest super illustribus quia de illustribus prius dixerat, ergo discretio, siue diuisio magistratuum uera.

Quinto & ultimo facit, quia Princeps se in ordine senatorum numerat. l. ius senatorum. C. de digni. lib. 12. uerum illustris non est, non spectabilis non clarissimus, non infimus ergo à partibus sufficienter enumeratis superillustris. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alie. iuris facit in simili quia plures sunt fratres, & tamen unus est primogenitus, qui hac rõne ius ẽt primogenituræ consequitur c. q̃ per carlosũ & ibi not. 7. q. i. Papa appellat se fratrẽ Cardinaliũ. c. 2. de renun. in 6. cũ tamẽ maiorẽ habeat dignitatem igitur necmirũ si superillustris quoq; dicidẽt ad illustriũ differentiã. Venetiis similiter senatus ẽ, ibiq; Senatores, & Prĩceps senatorũ caput, q. superillustris sit pariter. Cõtra quã opi. tamen glo. hic (ut dixi) tenuisse uidetur, quod quatuor gradus sint tantum, (quod enim dixit Guliel. de Cu. de tribus maximis. medijs, & minimis ut in. §. illud in auth. de ap. ubi casus clarus citatus ab omnibus, non dispuco, quia replicabitur ut per Deci. hic in prin. ꝙ illa distinctio generalis non ex

cludit aliam quæ sit magis particularis, nihil allegat, adde tu glo. in l. qui indignus. ff. de sena. & not. in rub. de uulga. & pup. sub. coniuncta glo. in §. qua ratione insti. de pup. immo quòd implicite id quod dicitur in d. §. illud, idẽ continere uidetur, quòd maximi sint illustres, medii spectabiles & clarissimi, minimi autem magistratus inferiores) & consequenter quod Papa, uel Imperator non faciant gradum, quodq; non sit dare gradum superillustrium.

Et uerior uidetur, ut etiam tenuit in quampluribus locis hic à Docto. relatis, & probatur potissimum ac primo per tex. in l. fi. C. ut di. or. ser. lib. xii. vbi illustres primo loco ponuntur, primus est quem nemo præcedit §. discipuli in prohe. ff orum, ergo ultra illustres non dabitur maior gradus, & pondera quod ibi de quinq; ordinibus magistratuum loquitur usq; adeo si daretur gradus superillustrium, ut non modo quatuor, & quinq; tantum pro ut se habet communis opinio, uerum etiam sex ordines inuenirẽtur, ideo cogitandum est.

Secundo hoc idem probatur per text. in l. præcipimus ad fi. C. de ap. cuius meminit etiam hic Deci. ubi ab illustri ad Principem appellatur, ergo non datur gradus superillustrium, quia sic ad sup. illustrem appellaretur, gradatim scilicet & non per saltum de iure ciuili. l. imperatores. ff. de ap. hæcq; est utilitas disputationis, uel ut dignitatum ordo seruẽtur, uel & aliter ut in authen. vt ab illustb. & qui super eam di. sunt, in rub. & nigro, latius Ias. hic & alii post eum.

Tertio ad idem dicebat Gul. de cu. in l. fi. C. ubi se. uel cla. quod superillustris dignitas, non est ꝓprie dignitas, sed adiectio q̃dam dignitatis ad alios qui sunt illustres, refert Alex. hic col. 5. in fi. nihil allegans adde tu simile in actione de peculio, ꝙ iussu, tributoria & similibus, q̃ nõ ꝓprie actiones sunt sed adiectiones, & qualitates q̃dam, ut per gl. in §. actiones insti. de ac. Alex. in l. i. nu. 3. ff. de uer. ob. ergo hac de re gradum non faciet ut Alex. hic dicit, & plus.

Quarto loco, quia si Imp. & Papa sũt q̃ creant magistratus & dignitates. l. i. ff. ad legem iu. ambi. c. i. §. iudices de pa. iu. fir. in usib. nõ æque cõuenit ut ipsi faciãt gradũ & sic nõ est uerum, ꝙ dentur sup illustres, ut in stipite à quo gradus descẽdunt, & tamen ipse nõ facit gradũ. c. qđ dilectio de consangui. & affi. differẽtiaq; esse debet inter dantem & accipientem c. fi. de insti. not. in l. i. C. de ser. fugi.

Quinto & ultimo facit, q̃a nõ est lex q̃ hoc dicat nullibiq; mentio fit gradus super illustris, ergo nec nos hoc idẽ dicere possumus. §. cũ igitur in auth. de non eli. sec. nub. ibi nec est lex q̃ hoc dicat, ergo nõ quinq; sed quatuor tantum sunt gradus dignitatum siue magistratuum.

Alii ẽt dicunt plus & ẽ tertia opinio ꝙ immo octo sunt gradus dignitatũ, & nobilitatis, primus Papæ, secundus Imperatoris, tertius Ducis, quartus Principis, quintus Marchionis, sextus Comitis septimus Valuasoris, octauus & vltimus Catanei, Valuasor Vasallus Imp. dicitur dignus (q̃ sint alii facile intelligitur) stare ad ipsius ualuas, Cataneus uero à Catino in quo aqua pro Imp. mensæ rursũ diebus singulis, apponi solebat, quando q̃dẽ forent hii huic officio ab imperiali culmine deputati. Valuasores rursũ ab eodẽ met cõstituebantur ꝑsides scilicet certis in vallibus Mediolani ducatus, q̃ ab illis Valuasores quoq; appellati fuerũt, & de his aliàs Alua. i. c. i. q. s. di. Dux Com. uel Mar. in vsib. q̃ q̃. de Cataneis nullibi in iure scriptũ inueniã, neq; etiã ꝙ octo sint dignitatũ gradus, nisi in quibusdam Cronicis q̃ allegari quoq; possunt, nõ mõ legendo & docendo, uerũ etiam ad decisionem causarum & de his plenè aliàs ut not. in l. i. ff. si cer. peta.

Tenendo tamen cõem ut supra ad obiecta dici pòt primũ non ob. q̃a id regulariter est uerũ, sed nihil facit quominus ẽt dicamus, primo loco poni post Principẽ. l. & ideo. ff. de offi. procon. l. 4. ff. de offi. præsi. ibi maius imperium hẽt post principem, & sic respectu sequentium; licet alius uel alii præcedant, ut not. in §. inordinatum in authen. de hære.

re. & sal. ibi primus qui iam post eum exclusus est, à lege uocatur &c. potestq; exemplo ostendi, quia satellites Episcopum præcedunt, uel præsidem, ad uena petit, quis est ille primus post Satellites, Episcopus est, respondebit interrogatus, uel præses, ergo hoc ipsum non tollit pariter quòd non sit etiã gradus superillustrium.

Et multo minus secundum, quia dicto casu tantum est dicere ab illustri ad Principem appellari, quantum est si dixisset ad super illustrem, & ideo sicuti non refert quid ex æquipollentibus fieri.l.fi.§.fi.ff.man. non ita refert quid dici maxime quia uerba intentioni deseruiunt, non intentio uerbis.c.intelligentia de uerb.si.l.scire leges .ff.de legi.cum similibus.

Non ob.tertium quia non est uerum neq; iure probatur sed contrarium potius in .d. locis hoc est in authen. ut ab illust. & in .d.§. in summa & aliis ut supra igitur nec tenendum, immò quod nec simile est bonum, ex quo id quoq; ualde dubium redditur, quod de actionibus dicitur, de peculio scilicet quod iussu & similibus.

Non ob.quartum quia negatur quan quàm dignitates à Principe creentur, quod nõ faciat gradum, ex quo ita uult ipse, quando quidem (vt diximus) se se ponat in senatorum numero, & cũ non fit ex aliquo gradu, necessario superillustris dici debebit, vt supra & si per se consideretur abstractiue culmẽ dignitatum dignitatem creans, sed si respectu illustrium concretiue erit superillustris .l. ubi autem nõ apparet ibi bono melius inuenitur.ff.de uerb. ob.

Nec est adhuc bonũ simile.d.ratione, de gradibus consanguinitatis, ad dignitatum gradus, quia bene uerum est id.d. casu, & est idẽ in personis diuinis in quibus non datur gradus, quando una altera non est maior ut Exo.c.20.ibi non ascendes ad altare meum per gradus, sed non isto ex supra dictis, immò quòd uniuersalis ecclesiæ gradu primus est Papa, qui apex dicitur, & Imp.temporalis c.non nos 40.d.bonus tex.in.c.i.eã.d.ibi multis uirtutibus splendere debet uita Pontificis ut gradui conferat decorem Christus quoq; erat Dominus, & tamẽ nobiscum sumpsit carnem, vel dic quod nõ proprie gradus sint, sed magistratuũ ordines, ut in rub.& nig.ut digni.or.ser. lib.12.& sic non ob. Nonnihil etiam ad propositum Deci.hic num.5.& hoc modo erit differentia inter dantem & accipientem.

Non ult.deniq; quia dicit implicite, & uirtualiter, vt supra & satis est.l.nominis & rei.§.uerbum ex legibus.ff.de uer. si.& ratione etiam ostendi, ut probauimus, quæ pro lege sufficit.l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excu.tuto.

Vrgent tamen aliàs & facilius contraria opinio tueri posset, cum hec dictio super illustris sit latina ut inquit Alciat. dispunc.lib.3.c.quarto, & si reperiretur gradus iste uerisimiliter aliquo in loco, uel in tracta. de dignita. uel in illo ut digni.or.ser.lib. 12. mentio facta fuisset, igitur cogita, & pro nunc à communi opi.non discedas.

ADDITIO.

Si tamen diceremus (tot nugis reiectis) quod fuerint tantum magistratus maiores & minores, non erraremus forte, quodq; maiorum erant tribunalia & Sellæ curules, minorumvero subsellia, ut in Cæsa. Tranquil. c. 84. ibi & cum subselliis tribunalia, ait. Cogita, & adde quod alibi etiam Old.ait in ecclesia sic rẽ tres gradus tantũ, Papatus Episcopatus, & aliorum inferiorum dignitatum, consi.259.col.2.

Post hæc modo (quod promisimus etiam supra) uidẽda sunt unius cuiusq; gradus exempla. Et primo qui sint in gradu superillustrium, data commu-
12 ni opinione pro uera, † & respondetur breuiter, quod est (ut supra dictum fuit incidenter) Papa & Imperator, est tamen nouissime uerum, quod in.c. solite de maio. & obe. in suprascriptione Imp.illustris appellatur, ergo non est in gradu superillustrium.

Quod dupliciter soluitur, primo, ut

per Alexan. quod loquitur de Imp. Græcorum, qui non est uerus Imp. ut ibi per Imo. & not. in .c. uenerabilem de elec. Quam responsionem improbat Deci. dicens quod immò erat uerus Imp. ex quo non dum Imperium erat translatum in Germanos patet quia Imp. appellatur, Imperialemq; ipsius dicit sublimitatem. Et male retorquebiturq; argumentum quòd immò, quia nō erat trāslatum imperium in Germanos, non uideatur uerus Imp. & quod etiam Rex Schacorum appellatur Rex, ut in. d. c. uenerabilem not. quanquàm adulando potiùs, quàm ueritatem exprimendo dixerit Inno. iii. ibi sublimitatem imperialem.

Nisi & melius, declarando replicetur quod erat uerus Imp. quia primus Christum cognouit eiusq; Vicarium, & Papæ Silnestro tradidit amplius gladium ac insignia regalia ostendens, sacra Christianorum fide imperium Romanum muniuisse .l. diui iuncta glo. C. de natu. lib. Old. consi. 180. nu. 17.

Secundo respondet Deci. quod ibi illustris dicitur, quia Papa scribebat, ergo aliorum respectu erit superillustris, qđ non displicet, sed aduertatur, quia in aliquibus Codicibus, dicitur illustrissimo & sic concordabit, quia perinde est ac si dixisset superillustri Constantino Imp. & dato ꝙ illustris dicatur & ita scripserit Papa, nō utiq; excludit ꝙ nō sit superillustris, vt Paulo inferius dicit idem Deci. & bene. l. cum furti. ff. de in lit. iu. & maxime quia constat alibi hoc idem fore uerissimum, ut supra ostensum fuit, quid de Senatoribus, Consulibus, Dictatoribus, & Patriciis dic ut per eundē Deci. quia re uera sentio etiam ego ex supra dictis, quod illustres sint, & non superillustres, & ut per eum fusius. In gradu illustrium (aliis de industria prætermissis) præfectus prætorio† Cardinalis, & Doctor legens esse uidentur, quoad primum quanquàm dicat glo. in rub. ff. de offi. præfec. præto. immo tex. in. l. præcipimus in prin. C. de ap. aduerte tamen quia Imp. olim (hodie præfectū prætorio non habemus in Italia, ut inquit Bal. in. l. obseruare in. §. proficisci colum. 2. ff. de offi. procon.) Io. præfec. præto. rescribens, ait in iudicio tuæ celsitudinis lis agitata est, in prin. & in. §. sancimus apud tuam gloriam, utiturq; similibus uerbis in authen. de ap. quæ omnino maiorem arguunt gradum quam illustrium. Alibi sublimissima prætoriana præfectura appellatur, & illustrissima in .c. anteriorum 2. q. 6. & de ap. & intra quæ tempo. eo. lib. authē. in prin. & aliis locis quam plurimis. Immò plus quod ab illustribus appellabatur. §. fi. in authen. de ap. & obiter dictum fuit supra & tamen à sententiis præfectorum prætorio non. l. prima. ff. à quib. ap. non li. l. i. C. de sen. præfec. præto. ideo cogita, & ad glo. in rub. ff. eo. respondere potes, male loqui, ad tex. uero ī. d. l. præcipimus, quod id non excludit (ut proxime dicebam) quod non sit in gradu maiori. d. l. cum furti. ff. de in lit. iu. & plus quod hodie loco eorum successerunt reges, ut inquit Bald. in. l. i. in. §. his cunabulis. ff. de offic. præfec. præto. qui dummodo non recognoscant aliquem in superiorem, & si alicubi appellentur illustres, super illustres tamen sunt. Alibi in. d. l. i. ff. de offi. præf. præto. quidam Moder. eos æquiparat auditoribus Rotæ, cogita.

Quoad Cardinales etiam aduertendum puto quia ita dicit Bal. in. d. §. his cunabulis col. 1.

Vnum ob. quod legitur psal. 44. ibi constitues eos Principes super omnem terram, Princeps est superillustris, ergo & Cardinalis.

Sol. constituuntur Principes, cum à Papa Vicario Christi assumuntur, ergo ut ab eo differant, non superillustres sed illustres tantum dicentur. Hodie tamen inoleuit mos, ut scribētes Cardinalibus nō modo illustres uerum illustrissimos quoq; eos uocent.

Et cum de his loquimur, de Cardinalibus intelligere oportet, Sanctæ Ro. ecclesiæ, non Compostellanæ, & Rauennaten. quia abusiue tales sunt ut Comites, sine Comitatu, & Canonici regulares sine

ne Canonicatu, & rex schacorum sine regno, ut supra & per glo. in c. uenerabilem de elec. nonnihil Compostella. in c. cum accessissent de consti.

Vltimo quoad doctores, dic si actu legerit annos xx. quòd efficitur Comes Palatinus l. i. C. de professo. qui in Vr. constan. libr. 10. Comitatus autem dignitas est. l. i. C. de man. prin. Pau. Castr. consil. 180. colum. 4. uolum. i. & licet maxima sit difficultas, an Comes sit spectabilis uel illustris, satis est mihi quòd doctor ipse, hoc in gradu esse dicatur, ut in proe. ffor um in rubri. ibi Theophilo, & Dorotheo uiris illustribus.

Et doctorem legẽtem dixi, quia esset alias, appellareturq; tantum egregius. l. ad egregias. ff. de iureiu.

14 In gradu spectabilium † est prætor, & (prætermissis aliis ut supra) Episcopus, de prætore tamen nullibi probatur, sed quod sit potius Clarissimus in legibus per docto. allega. hoc est in §. fi. in auth. de ap. & in l. i. ff. de reb. eo. & in l. i. C. de tuto. & cu. Illust. per. Deci. hic & Seysel. & ita de more à nobis etiam nunc dicitur. Nec obstat idem Deci. ait, quòd sit terminus generalis, quodq; Clarissimus est, qui est spectabilis, quia hoc forte, procederet, quãdo alibi cõstaret, q sit in gradu spectabiliũ, ut in simili dicebãmus supra sed nullibi constat, ergo. Cogitabis.

Quoad episcopos uideretur dicendum quoq;, quòd essent potius illustres, quia Cardinalibus æquiparantur, qui sunt huiusmodi ut supra tradit Bald. in l. ad similitudinem. C. de ep. & cle. Sol. nullum simile est idem licet, æquiparentur Cardinalibus, quia ipsis solis committuntur causæ matrimoniales, sententiamq; ferre possunt ad instar illustrium c. causam matrimonii de offi. de. c. fi. de re iud. in 6. non tamen sunt illustres. l. quod nerua. ff. de po. & ita trãsit, Bal. in. d. l. ad similitudinem.

Tamen adhuc aduerte quod episcopatus inuentus est, post aduẽtum Christi, tempore apostolorum in cõcilio publico. c. olim 95. d. Ias. in. l. si hæres in §. uicis in prin. ff. de lega. i. & quod in eccle-sia Dei ordo nullus est maior, quia Christus fuit episcopus, usq; ad eo ut nõ possit esse non Illustris potius quam spectabilis.

Et hinc est quod Papa episcopum fratrem appellat, & episcopatum culmen dignitatum in c. uenerabilis de præben. igitur cogitabis iterum & aliter exemplificabis, ut per Alex. & doct. hunc dignitatis gradum.

15 In gradu Clarissimorum † sunt præsides ut dicunt omnes: & est text. in. l. i. C. de priua. Car. & in. l. fi. C. ad legem Iu. de ui. pub. ad quod tamen aduerte, quòd non præsidum sed rectorum utrobiq; fit mentio, nec refert quoniam unũ uerbum est speciale aliud generale l. i. ff. de offi. præsi. & in simili de uerbo prætoris in. l. ubicunq;. ff. de regu. iu.

16 In gradu infimorum uero sunt † magistratus municipales, habentes limitatã iurisdictionem usq; ad trecentos aureos §. & iudicare in auth. de defenso. ci. deq; his in. l. ea quæ. ff. ad municipa. & susius in. l. imperium dicemus. ff. de iu. o. iud. & ita hic cæteri transeunt, & ibi Bart. in fi. signanter per text. in d. §. & iudicare. Dũ tamen dicunt & præsertim Deci. post alios, quod hodie præsidibus & prætoribus æquiparantur, ex quo unaqueq; ci-
17 uitas est loco prouinciæ, sibiq; merum præscripsit imperium, † ut not. in. l. fi. C. de præscrip. lon. tempo. Adde quod hac ratione possunt sibi facere statuta, & bãna ius commune coadiuuando, quandoq; præter, & nonnunquam contra nõ sine causa tamen, si superuenit &c. & ut per Areti. alias in rub. qui admi. in prin. & in specie per illam constitutionem de pa. constan. hoc ipsum cõcessum fuit à Federico Imperatore, quibusdã urbibus Lombardiæ primariis ibidẽ enumeratis, & ut declarat etiam Alb. in l. nequicquam in prin. ff. de offi. procon. & gl. in §. iusiurandum in fi. in uer. iurisdictione in ult. uerbis in auth. de defenso. ci. & hæc sufficiant, quibus adde etiã satis distinctè loquentem Marti. Gar. in tracta. de offi. q. i. quod à titu. de senatoribus usq; ad titu. de offi. præfec. præto.

itractatur de sup illustribus ab isto usq; ad tit. de offi. prætoris, de illustribus ab isto usq; ad titu. de offi. præsid. de spectabilibus ab isto usq; ad titu. de offic. procu. cæsa. de clarissimis, & alibi postea de infimis in auth. de desen. ci. & prius. Ca co. multa Alcia. ubi etiam exempla, in processu suo iudicia. fo. 31. & Cassanæ. in Catalo. glo. mun. fo. 45. col. 1.

Secundo præmittit Barto. sicuti duo hæc differunt, quod quis soluat, & ad diem uel sub conditione soluat. l. celsus ff. de arb. ita differunt hæc, quod quis sit
18 magistratus, † & sit magistratus maior, quod dictum ad unguẽ reassumpsit. Cagno. olim collega. i. l. 2. in §. quod ad magistratus nume. 227. ff. de ori. iu. mihiq; indubitatum uidetur ex his, & ut infra dicemus, quia maioribus magistratibus multa licent, & à iure permittũtur, quæ magistratibus simpliciter non permitterentur, perinde ac si diceremus, aliud est esse tale quid simpliciter, aliud secundũ quid. l. hoc legatum. ff. de lega. 3. l. i. ff. de dona. In cæteris dictis Bar. quibus committantur causæ meri & mixti imperii, quibus non, quid sit iurisdictio in genere, & quot causarum genera, quia dicemus in. l. i. infra eod. & in. l. imperium infra de iu. o. iud. & incidenter prout occurrerit infra nunc aliter non insisto.

Tertio & ultimo præmitte tu quid sit merum imperium, quid mixtũ & quid, deniq; iurisdictio simplex ut in d. l. imperium & ibi dicemus, & diximus etiã supra.

Vel & quarto etiam præmitte, quod tex. iste multis modis intelligatur † ut
19 hic per Ias. & alios in prin. quodq; communis intellectus sit cum Bart. quæ expresse scilicet & in speciale priuilegium maioribus magistratibus concessa sunt, exempli gratia merum & mixtum imperium, delegari non posse, alias sic quæ infimæ iurisdictionis sunt, & competentes iure magistratus.

Et nimirum (ut dicebam in rubri. supra) si reputatur difficilis, ex quo communiter ignoratur quod multipliciter exponitur, speciem facti nihilominus communem sequentes expediemus.

Quinto potes etiam præmittere quæ publici iudicii esse dicantur ut in. l. i. ff. de pub. iud.

Et inde quoq; quanquam tex. hic, legis, Senatuscon. & constitutionis principis mentionem fecerit tantum, non autem consuetudinis, quod tamen perin-
20 de est ac si fecisset, † quoniam legis ap. nenit etiam consuetudo, lex non scripta. l. de quibus. ff. de legi. §. ex non scripto in sti. de iu. na. immo (ut inquit Cyn. in l. i. colum. 4. C. de legi.) quod ea, est diuisio subiecti in accidentia perinde ac si diceremus, hominum quidam sunt albi, quidam nigri, notumq; illud lycurgi, leges suas rhetras appellantis, idest scriptis utendum non esse. Vel dic de industria prætermissum fuisse, quia consuetudine hæc non tribuuntur, ut per Ange. in. l. more & in. l. imperium col. 4. infra de iu. o. iud. tamen contrarium uerius est. l. cũ prætor §. i. & ibi Bald. not. in illis uerbis quibus id more concessum est. ff. de iudi. l. sacculari. §. sunt quædam ibi ibi ex more regionis. ff. de extraordi. cri. Bald. in ti. de pa. constan. ad fi. & Ias. in d. l. more col. 8.

Summa & diuide ut hic per Bart. Dubitandi ratio, quoad primum dictum, in
21 quo est regula prohibitiua † quòd causæ meri & mixti imperii delegari nequeũt, esse potuit primum quia nullus est iudex qui non habeat iurisdictionem à lege, usq, adeo ut absurdum uideatur (si uerum est quod dicitur hic quecunq; lege &c.) quod nullus inueniatur, qui possit delegare. l. & quia infra de iu. o. iud. argumentum in l. lege obuenire ff. de uer. si. l. à iudice. C. de iudi. & consequenter uitandum. l. nam absurdum. ff. de bo. li. Imo quod solum de mero imperio hic dictum est, de mixto uerbum nullum, (ut dicebat Gui. de Suza.) ergo delegabitur, quia nec nos aliter dicere possumus nec extendere legem ad id quod omissũ est, quia nostrum non est. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hæ. l. si uero §. de uiro. ff. sol. ma.

Sed pro sol. dici potest antecedens ue-

rum

rum fore, consequens falsum, quia si causæ meri & mixti imperii fuerint, delegari non poterunt alias sic, namq; primo casu, non modo à lege mandatur iurisdictio, uerum etiam expresse & in speciale priuilegium maioribus magistratibus & hoc est quod in euidentialibus diximus, post Bart. aliud esse quem fore magistratum, aliud uero quod sit de maioribus magistratibus. Ad illud uero quod de mixto Imp. nihil dixit, respondeo (ut hic per Alexand. & Ias.) quod exempla non restringunt regulam, sed declarant. §. hactenus insti. de gradi. & ideo dici solet, quando sunt plura eandem rationē habentia, etiam quod unius tantum fiat mentio, quod fit exemplariter non restrictiue inquit idem Alexand. in l. si sororem colum. 2. C. de his quib. ut ind. & Bal. ante eum in l. de quibus colum. 14. ff. de legi. qua de re (ut dixi & repeto) regulam non restringit maxime quando potest uerificari in aliis etiam quam in exemplificato, ut not. Moder. inst. quib. mo. re. cont. ob. in prin. colum. secunda, & probatur quoq; in l. ita uulneratus ad si. ff. ad legē aqui. ibi, unum proposuisse contentus ero, & melius in. l. i. ibi ex cā iudicati, C. de condic. ind. quod etiā eo in loco declarat gl. & in. l. si tibi in. §. quædam. ff. de pac. ubi furti & iniuriæ mentio tantum facta est, & tamen regula locum habet ibi posita in cæteris delictis famosis quoq;.

Secunda dubitandi ratio adhuc potuit esse, quia proconsul & ipsius legatus est de maioribus magistratibus, ut supra ostensum fuit. l. cum prætor. ff. de iudi. & tamen delegant. l. solent. l. obseruare. §. fi. ff. de offi. procon. d. l. cum prætor §. i. ff. de iudi. immo quod id etiam p̄fectus urbis facit, & cæteri Romæ magistratus, quibus (inquit Iurecon.) in. d. l. cum prætor, id more concessum est.

Sol. in d. iuribus cognitio tantum delegatur. Vel dic quod permissa sit si crimina fuerint leuia argumētum in l. magistratibus infra de iu. o. iud. dicemus in l. i. & in. l. imperium eod. ti. uel ex causa necessitatis ut infra est bene uerum. qđ dictarum legum, solutiones iste, generalitatem restringunt, sed licet quandoq; ex aliarum declaratione. Et maxime si nec desit ratio. l. non est nouum l. sed & posteriores. ff. de legi. l. quiq;. §. i. l. quamuis. ff. de in ius uo. c. super quæstionum in prin. de offi. de.

Tertia dubitandi ratio esse potuit, q̄a modica cohercio est meri imperii, & tamen potest delegari ut per Bart. in l. imperium nu. 13. de iu. o. iud.

Sol. est meri imperii minoris, & competit omnibus magistratibus. l. magistratibus, eo. ti. igitur nec mirum si delegari potest, (ut supra etiam dixi) & quia non est expresse, & in speciale priuilegium, à lege concessum maioribus magistratibus.

Quarta dubitandi ratio esse potuit, quia Episcopus seu Archiepiscopus, quæ sunt ordinis episcopalis committere potest, ipsiq; sunt de maioribus magistratibus, & hæc meri imperii, quandoquidem in eis exerceatur iurisdictio officio iudicis nobili, & ad publicam utilitatem c. quod sedem, ubi Abb. & omnes de offi. or. ergo nec regula tex. nostri generaliter uera.

Sol. id uerum est de iure canonico, non de iure ciuili ut hic, nec ab re quoniam dicto iure, quicquid est cognoscibile est etiam delegabile, ut concludunt communiter doct. in d. c. quod sedem et in c. in archiepiscopatu de rapto. Vel ex alio ut infra.

Melius facit tex. & in terminis quidē, pro ista ratione dubitandi ac quinto loco, in cle. i. in §. duro de hære. ubi hæresis causa potest delegari, & tamen est meri imperii ut not. in c. accusatus §. pe. eo. ti. in 6.

Facit etiam tex. in c. fi. ne cle. uel mo. eo. lib. ubi ecclesiasticus habens iurisdictionem temporalem & in genere & in specie, causam criminalem committere potest. Et ad idem in c. licet de offic. ui. eo. lib. ubi episcopus uicario suo, inquisitionem criminum committit pariter. Quibus responderi potest ut supra, uel et aliter, quia si possibile est, inter unū

& aliud ius, discordia induci non debet, sed concordia potius. c. cum expediat de elec. in 6. l. i. C. de inoffi. dot. ad text. i. d. c. quod sedem, dici potest, id esse quia delegans forte erat impeditus morbo, aut alio quolibet iusto impedimento, ut etiam hic dicitur ad finem, ibi, non aliter itaq; &c. & sic concordabit non autẽ obstabit, seu dubitationem faciet. Ad textu vero in d. cle. i. quod speciale sit in causa hæresis, & ut prius ad text. in d. c. fi. hoc est quod pari modo loquatur in eo qui erat impeditus impedimento tamen iuris. Et ad text. breuiter in d. c. licet fore id quoq; tolerabile, quia unum & idẽ consistorium dicitur, Episcopi & vicarii c. 2. de consue. in 6. sentitq; etiam Barba. & susius in d. c. quod sedem, sol. i. tamẽ est melior ut infra.

22 Decisionis autem ratio est, † causarum grauitas. l. in seruorum. ff. de pen. & quia lex ualde confidit de maioribus magistratibus l. i. ff. de offi. præfec. præto. usq; adeo ut personæ industria electa uideatur. l. inter artifices. ff. de sol. l. i. §. ne autẽ. C. de cadu. tol.

Et hinc est quod Imperator cui committit sigillum suum de eo confidit ut de persona propria c. nobilissimus 96. d. præallega. l. i. de offi. præfec. præto. Bal. in c. 2. ad fi. de fi. instru. Qui dicit etiam ibidem in prin. quod officia publica nõ decernuntur à natura, sed à superiore, & propter fidem personæ, ac industriam artificialem, per tex. in d. l. inter artifices, & in l. i. ibi ad istud autem negocium arbitratu ac iudicio tuo, apponas C. de cõdi. in hor. pub. lib. 10.

Et pulchre per illum tex. in c. cum parati, in prin. nume. 3. de ap. quod quando appellatur à sententia Cardinalis semper appellatio præsumitur iniusta, nec Papa appellantem audit, quia credidit Cardinalem non aliter iudicare, quam ipse Papa foret iudicaturus, & signanter adducit tex. in d. l. i. ff. de offi. præf. preto.

Et licet communis opinio se habeat fore de iure canonico secus, ut per Alexan. hic, attamen hac ratione contrariũ uerius uidetur, & est casus in c. fi. in §. is autem de offi. de. & in c. is cui eod. tit. in 6, & ita post multa transit etiam Dec. hic & Imo. ante eum in d. c. quod sedem, & in cle. i. col. 3. ff. de offi. de.

Adde non ab re hac ratione etiam quando statutum præsentiam requirit consanguineorum in contractu minoris, si procurator constitui ad idem non potest, ut ex prædictis dicit Bald. & ibi Ro. post eum in l. i. colum. 6. C. qui adm. pulchre Bar. in. l. in usucapione in §. i. nume. i. ff. de diuer. & tempo. præscrip.

Et si doctor legens non potest legere per substitutum, nisi se aliter habeat cõsuetudo. l. nemo est qui nesciat & ibi Bar. to. ff. de ino. re. uel nisi sit effectus illustris ex lectura annorum xx. l. quisquis. C. de ep. & cle. Feli. in c. i. colum. 2. de sũma tri. & clarius i c. cum omnes col. xx. de consti. & tanto magis quando factum est negatiuum, ut hic & est magna subtilitas quam tradit Bald. in. l. cum filiusfamilias in §. primo per illum text. ff. de uer. ob.

Ex hinc sumpta occasione dubitat Deci. an eo casu, quo est electa industria personæ causa possit delegari, saltim de consensu partium, quod pendet ab his quæ statim dicam, ideo interim, quo ad supra dicta sentio, quod male loqua-
23 tur, quod idem sit de iure Canonico † quod de iure ciuili, maxime in causis meri imperii ut supra etiam quod industria personæ electa uideatur, ex quo clericis sanguinis causas agitare non licet. c. clericis c. sententiam sanguinis ne cle. uel mo. & hac ratione utitur Papa in d. c. fi. eod. ti. in 6. Nec ob. text. in d. §. is autem, quia non loquitur de causa meri imperii, sed in negocio quod alicui fuerat commissum, ut illud personaliter exequeretur cogita.

Est bene uerum, quod deberent dicto iure canonum posse delegari saltim de consensu partium, quæ sunt mixti
24 imperii, † in quibus agitur de utilitate priuatorum d. §. is autem, ibi dummodo partes consentiant, & probatur in. l. si quis in conscribendo. C. de pac. & quia quæ sunt meri, neutro iure etiam de partium

tium consensu, delegari non possunt, ut per eundem Deci. hic. Adde tu ultra eum Lamber. de Rampo. latissime distinguentem in .l. pactum inter hæredes ff. de pac. & quia etiam exceptio firmat regulam in non exceptuatis casibus .l. quæsitum .§. deniq; .ff. de fun. inst. latissime Feli. ubi ponit regu. & fallen. in .c. si diligenti col. i. & 2. de fo. comp.

25 Sed quid in reseruatis Principi † de quibus late in .d. c. quod sedem, an possint delegari? Communis conclusio est quod non, ut ibi not. reseruata autem dicuntur, condere leges, restituere natalibus, ueniam ætatis concedere, legitimare Spurios, ius aureorum annulorum tradere, & similia de quibus Paulus Cast. hic in princ. & ideo si Princeps concedat iurisdictionem uniuersalem, omnia concessa uidentur, nisi sint regalia, vel de reseruatis Principi, ut adhuc not. in .d. c. quod sedem, & in .c. i. quæ sint rega. in usib. & in .l. imperium infra de iu. o. ind.

Vnum ob. quia absolutio à sententia excommunicationis latæ sententiæ, si quis iniecerit manus uiolentas in clericum, de qua in .c. si quis suadente 17. q. quarta est de reseruatis Principi, & tamen delegatur .c. fi. de offi. ord.

Resoluit Deci. illud esse, quia solita est aliis committi, & ob id quod reputatur de non reseruatis, adducendo simile, quia etiam ea quæ pendent à uoluntate principis reputantur impossibilia .l. apud Iulianum .§. fi. ff. de le. primo, possibilia vero si solita sint & facile conceduntur .c. quod translationem, & ibi not. de offic. le. & ut per eũ latius.

Aduerte tu quia istud non est simpliciter uerum, sed ita demum si iniuria fuerit leuis, non si enormis, puta mutilatio membri, vel magna sanguinis effusio, quia tunc secus, & adhoc nõ aduertit Deci. casus est in .c. peruenit de sen. exco. tradit Nico. Milis in .§. excommunicatio (is enim est, quem sæpissime citat Fel.) uer. 28. & memoratu dignũ ē. Ad illud tamẽ ꝙ impossibilia Principis (ꝙ uni. n. conceditur soli, aliis est difficile seu impossibile) si solent facile concedi, efficiuntur possibilia, adde bonũ tex. in .l. sed & si per prætorem in .§. 2. ibi quoniã aditus ꝑtor potuit ꝑmittere iuncta gl. ff. ex quib. cau. ma. & in .l. i. in .§. & permittitur iuncta adhuc gl. impetrabile. ff. de aqua quot. & esti. & dic ꝙ alias præsumerẽtur cõcessa tanto tẽpore si nõ extaret initii memoria in contrariũ. c. su ꝑ q̃busdã .§. præterea de uer. si. unde inquit glo. in .l. i. C. de serui. ꝙ longissima cõsuetudo æquiparatur, seu æquipollet ueritati, tradit Cur. Iuni. consi. 20. nu. 6.

Eò modo redeundo unde discessimus & ad ꝑpositum regulæ, ac rationis ipsius, infert Iurecon. quod non ab re errant magistratus, q̃ secus faciunt, hoc est qui delegant, exemplificando in lege iulia de adulteriis, & similibus, uultq; dicere hoc idem fieri non posse, ex quo resistit lex & uetat, & quanquam dixerit errare uidentur, est tamen perinde, ac si dixisset errant .l. i. in princ. ff. de uen. inspi. not. in .l. naturaliter, in princ. ff. de acqui. po. & in simili reprehendit Labeonem Vlpianus in .l. 3. in .§. quod ait prætor. ff. de incẽ. rui. nauf. & quanquàm dixerit ẽt exemplificando, ueluti lege iulia de adulteriis, & si quæ sunt similes, & tamen perinde adhuc ac si dixisset, & similibus .l. in summa .§. i. ff. de re iud. bonus tex. in .l. non distinguemus in .§. iulianus. ff. de arb. patet quia similes sunt in .l. i. ff. de pub. iudi. & quod etiam quando resistit lex, hoc idem fieri non possit alias delegationis actus sit nullus probatur in .l. cum lex & ibi Bar. ff. de fideiusso. Abb. in .c. cum contingat colũ. i. de iure iu. Cassiodo. q. 5. nu. i. de iure. pat.

Et per arg. ã cõtrario probat, ꝙ potest delegari tantum in casu absentiæ, ut in lege iulia de ui. ergo non regulariter .l. quæsitum .§. deniq; .ff. de fun. inst.

Et quia etiam prætor in causa domini à familia occisi ex Senatuscon. Sillaniano cognitionem non mandat, ergo multo minus expeditionẽ, q̃a si de quo magis inesse uidetur, & non inest, ergo nec de quo minus .l. relegatorũ .§. contitutũ. ff. de int. & re. c. si Paulus 32. q. 5.

Restat nunc ut ad secundam regulã affirmatiuam ueniamus,& prima dubitandi rõ esse potuit ꝙ immo q̃ iure magistratus cõpetunt, delegari nõ possint,
26 †hoc est ꝙ magistratibus inferioribus istud ipsum denogatum sit,quia potestas delegandi solum competit maioribus magistratibus quibus in priuilegiũ hoc ipsum datum est,& ita tenebat Fulgo.

Et ꝓbatur q̃a iste uer.q̃ uero, venit ad uersatiue ad præcedentẽ, apparet q̃a p̃cedens ꝓhibet,iste aũt permittit,&quia dicit q̃ uero, perinde ac si dixisset q̃ aũt, mõ certum est,ꝙ aduersatur præcedentibus in iure &in facto,ꝙq; aduersatur cũ oĩbus qualitatibus orationis,cui aduersatur.l.mariti.§.fi. & ibi Bar. ff.ad legem iu.de adul.qui ita dicit etiam in.l.prætorie in.§.i.in princ.ff.de præto. sti. & in .l. hoc amplius in.§.de his autẽ.ff. de dam. inf.exemplum scholares legunt Petrus aũt currit sine dubio intelligi debebit, idest scholaris ut in.d.locis not. Item si dicatur extantibus masculis fœmina non succedat, in eo autem quod sibi relictum est testamento facto sic,pari modo extantibus masculis intelligetur.l.seio.§.gaio.ff.de fun.inst.Bal.i l.omnes populi .ff.de iusti.& iu.& maxime quia est aduersatiua sine copula.d.l. mariti aliàs diuersitatem facti notaret, & identitatẽ iuris,vt not.in.d.§. de his autem, & per Bar.in.l.patris & filii.ff.de uulga.&pup. sub.Ias.in.l.2.ff.ne quis eum qui Ripa in l.2.in.§.quod si in patris in princ.ff.solu. mat. ergo quæ iure magistratus competunt poterant mandari, à maioribus magistratibus tantum,inferioribus autẽ erat denegatum.

Sol.satis est ꝙ aduersetur sic, causæ meri imperii delegari non possunt à maioribus magistratibus,à minoribus autẽ sic,quæ sunt simplicis iurisdictionis. Præterea dici ẽt põt sufficere, ꝙ aduersetur in aliquo ut per Ias.in.l.nã & postea in.2.sed & si quis .ff. de iure iu. & ꝙ non semper sit uerum probatur in.§. quos autem insti.de bo.po.& in.l. iurisgentium in.§.quinimmo.ff.de pac. uel dic ꝙ duæ sint regulæ oppositæ negatiua &affirmatiua deducendo ut supra & probatur,ꝙ inferiores hoc facere possint in.l.fi.ff.q̃s & à quo & in.l.ea quæ .ff. ad municipa. & quia si hoc esset uerum, ut dicebam alias tex.iste esset de indubitabili, quia si maiores magistratus sunt prohibiti delegare causas meri imperii, eis saltim ꝑmissum uidetur, ut delegent quæ sunt simplicis iurisdictionis.l.à iudice .C. de iudi.argumentum in.l. cum prætor .ff. eo.& in.c.nonne de præsump. sed non ĩ speciale priuilegium, ut ĩferioribus hoc ipsum denegatum uideatur,quia causæ tantum meri imperii expresse sunt, qđ nota.

Secunda dubitandi ratio esse potuit, quia oportet quod delegans sit de maioioribus magistratibus .l. eum qui infra de iu.o.iud.ubi tex.in proconsule exemplificat,ergo non inferioribus hoc idem permissum erit.

Sol.tex. simpliciter dicit magistratũ, cuius appellatione etiam inferiores continentur, nec facit quod in proconsule loquatur, quia id refertur ad uerbum præcedens qui in aliqua potestate sit, ut scilicet delegare non possint, eo die quo priuati futuri erant, quandoquidem actus delegationis ad eum casum deueniret à quo incipere non potest .l. existimo.l.pluribus.§. & si placet .ff. de uer.ob.

Tertia dubitandi ratio esse potuit, quia ad idem uidetur tex.in.d.l. cum p̃tor in.§.i.qui similiter exemplificat in ꝓconsule .ff. de iudi. ponderando quoq; illa uerba propter uim imperii, quæ in inferioribus non possunt uerificari,hoc est ꝙ dant iudicem & delegant, ergo nõ inferiores.

Sed pro solutione dicam ut dicebam supra in uer.præceden.quod loquuntur in his quæ sunt meri imperii, ut id facere possint ex necessitate, uel quoad cognitionem tantum. Vel de modica cohercione intelligatur,nec repeto.

Quarta dubitandi rõ esse potuit,quia hoc mõ maiores magistratus forent deterioris conditionis, quam inferiores ex quo isti delegarent, illi uero non

argumentum in .l. non solum .ff. de noxa.

Sol. (prætermitto eam quam tradit Bald. in.l. 2. in secunda oppo. C. de peda.iud.& ut hic etiam per Deci.) in primis dici potest, quod cum ipsi maiores magistratus quoq; delegent ut minores non erunt deterioris conditionis. Item quòd hoc etiam non efficit ut inferiores melioris conditionis esse uideantur, quia causæ quæ sunt simplicis iurisdictionis grauitatem non habent, quemadmodum illę quæ sunt meri, & mixti imperii, q̃ua de re nec curat lex, uel ab ipsis delegantibus cognoscantur, vel ab aliis.

Quinta & ultima dubitandi ratio eẽ potuit, quia solis præsidibus prouinciarum potestas hæc delegandi, & constituendi iudices pedaneos data uidetur.l.fi. C.de peda.iud.

Sol. hoc non dicit tex. quod solis præsidibus prouinciarum data sit potestas prædicta, & quanquam hoc facere possint, non tamen inferioribus denegata ẽ ex quo non dicit hoc sibi in speciale priuilegium concessum fuisse, & maxime ultra prædicta, quia inferiores habent iurisdictionem iure proprio, & qui sic eam habent iudicem dare possunt.l.more infra de iu.o.iud.d.l.à iudice.C.de iudi.ergo. Nec ob. quòd ad istud dicit Deci. requiri quod sit de maioribus magistratibus, quia istud est de quo disputamus, & ego dicam uerum non esse, friuolaq; sunt cætera dicta ad fundamenta communia, ideo à te ipso illis respondeas, & ita breuiter tene.

Sed adhuc dubium facit, quia tutoris datio competit iure magistratus.l.ius dãdi.ff.de tuto.& cu.dat.ab his, & tamen delegari non potest ut infra.

Sol. istud est non mõ, quia cõpetat iure magistratus, sed ẽt quia officium ẽ ita à iure specialiter designatũ.l.muto.§. tutoris datio.ff.de tute.Bal.in .l. p̄p magistratum.ff.de excu.tuto.& ut fulius dicã in glo.mandare, alia ẽt dubitationem faciunt, sed quia dicemus pariter infra, & ĩ l.imperiũ, de iu.o.iud.pro nunc transeo.

Ratio aũt decisionis est, q̃a cessat hoc
27 casu rõ prohibitiua † usq; adeo ut non ab re debeat ẽt delegatio permitti, tum personarum gratia, tum etiam causæ, & ut supra latius vulga.l.adigere.§. quamuis.ff.de iure pat.l.generaliter.C. de ep.& cle.c.cum cessante de ap.

Notandũ est mõ, ꝙ causæ meri & mixti imperii, delegari non possunt, nisi in casu absentiæ, ut ꝓbatur paulo infra, & supra rõne concludẽtissima, quã aliter nõ repeto & quia expresse ẽt dicitur idẽ in.l.nemo.ff. de reg. iu. ubi nemo potest gladii potestatem, sibi datam ad alium transferre, & in.l.placet.C. de peda.iud. & licet in Principe ultra casum prædictũ (quid ẽt fit de iure canonico declarauimus supra) efficiantur delegabiles .l. fi. C.ubi se.uel cla.istud tamen non attenditur, quia est ex accidenti, ob supremã Principi attributam potestatem.l.i.ff.de consti.prin.qui legibus subiectus non ẽ l.digna uox.C.de legi.& cui dici nõ põtest ita facis .l. 2. C.de cri. sac. & sic à d.l. nemo potest excipitur, obseruandumq; est, quia nec semper ex hoc erit uera gl. in.c.i.de regu. iu.in 6.quod negatiua dictio præposita uerbo põt, priuat potentiam & inducit necessitatem præcisam. Vnde alibi dicitur, sine tutoris auctoritate pupillum obligari non posse in .l. obligari .ff. de aucto. tut. & tamen obligatur naturaliter.l.si pupillus .ff. ad legem fal.

Considera tamen (vt hic dicit Alb. in pe.col.& Deci.in glo. posita ad fi.& Cagno.olim collega, in d.l.nemo potest ad fi.) quod hodie ex generali consuetudi-
28 ne delegantur, † & probatur in.l.cum p̃tor in.§.i.ibi quibus id more concessum fit.ff.de iud. Quibus credendum est, q̃a sunt Doctores illustres, & licet secus dicat Alex.in.l.post dotẽ col.pe.ff.sol. ma. ꝙ imo eis non est credendũ, ẽt pluribus hoc ĩ lectura attestantibus, ex quo eorũ ẽ iura interpretari, non q̃ in facto consistunt.l.si ex plagis.§.in cliuo.ff.ad legem aqui. l. arethusa .ff.de sta. ho.tamen prima opinio cõis est, de qua per Bart. in.l. de quibus in repe.colũ.11.ff. de legi.& ita

post multa attestatur Deci.met cons. 18. ad fi.uol.3.& cum Alexan.labitur etiam Purpu.in.l.2.nu.92.C.de eden.

Sed aduerte quia Albe. non dicit generalem fore consuetudinem, sed ultra montes tantum. Nec ob.tex.in.d.l. cum prætor, quia loquitur in casibus à lege permissis hoc est si modica fuerit cohercio, si necessitas urserit, uel quo ad cognitionem tantum, ut supra quod tamē ultimum non firmo, & suo loco dicemus late. Præterea dico quod consuetudo (dato quod esset generalis) non ualet nec debet seruari, ex quo oportet quod sit rationabilis, & aliàs habeat qualitates quæ à lege requiruntur & de quibus in l.de quibus.ff.de legi. & in.c.i.& fi.de cō sue.& propterea subiicitur hic illatiue, & ideo errare uidentur magistratus, qui &c.& ut proxime fuit declaratum.

Verum adhuc ob.unum de quo meminimus alias, nanq; specialiter, & in priuilegium, patri concessum est, quod possit filiam adulteram occidere.l.quod ait lex.ff.ad legem iu.de adul. & tamen delegatur filio.l.gracchus .C. ad legem iu.de adul.

Sol.id est forte propter personarum identitatem.l. fi.C.de impub.& fuit sol. Cur.friuola, ex quo ficte id uerum est non uere, quod indicat uerbum intelliguntur positum in.d.l.fi.l.intelligendus ff.de verb.si.l.si familia infra de iu.o.iud. eamq; fictionem unitiuam uocat Bald. in.l.qui in prouincia in.§.i.col.2.ff.de ritu nup. & quia iure ciuili procedit non gentium, vt per Bar.in l.frater à fratre.ff. de condic. inde. & quia non est uerum quod ibi dicitur per omnia, & generaliter, sed quoad quid ut not.Barto.in.l.si dubitet in.§.fi.ff. de fideiusso. aliàs cum patre nō posset filius litigare in casibus permissis à lege de quibus in .l.lis nulla ff.de iudi. & tamen litigat. Vera igitur sol.est, non in speciale priuilegium id fuisse patri concessum ut hic, sed sub dissimulatione quadam, alias lex præberet occasionem delinquendi non dicendū .l.conuenire.ff.de pac. dota. & non esset lex.l.i.& 2.ff.de legi. c. erit autem lex d.& quia putauit lex quod pater hoc ipsum non erat uerisimiliter facturus .l. nec in ea.ff.ad legem iu.de adult.& quia nō est delegatio sed factum filii patri acclamanti succurrentis, cui ignoscendū est, quia iniuria facta patri dicitur facta filio.l.lex cornelia, & ibi not.ff.de iniur.

Secundo notandum est, quod causæ quæ sunt simplicis iurisdictionis, quæq; competunt iure magistratus, iudicibus inferioribus possunt delegari, in quo tamen non insisto, quia satis dictum est supra in casus figuratione.

Circa tertium not.non insisto, an delegatus à lege ciuili; possit causas meri uel mixti imperii, ut hic per Alexand.& Deci.quia restituto uerbo delegatam, ut delatam legatur sicuti etiam dictum fuit supra ex quo delegare pro mandare non reperitur in Pandec.omnis disputatio cessabit, & ex eo liquet uidere, ut etiam idem Deci.inquit, quia text. dicit iurisdictionem suam mandant, ubi delegatus alias aliena utitur .§. qui mandatā infra ea.l.quodq; errant magistratus qui eam mandant, & cum delegatus non sit magistratus, nō potest consequenter dici, quod de delegato legis intelligatur tex.uel delegatam legi debeat. Neq; ex hoc uidetur posse inferri ad delegatum principis, quia & ipse quoq; lex animata in terris dicatur.§.fi.in authen.de consu. ex quo illatio ex præmissis non esset sicuti nec etiam illatio, quam facit Iure con.hic, quando dicit, & ideo errare &c. si de delegato loqueretur, & si delegatā legeremus & non delatam, quia præmissa loquuntur in maioribus magistratibus & ordinariis, an tamen delegatus Principis subdeleget cōcludit idem De
29 ci.quod sic† & pendet ab infra dicendis, interim dic ut per eum, & adde Boeri. deci.6.num.8.& dic quod ista est opi.cōmunis.

Quartum quoq; parum aut nihil habet, quod causæ meri & mixti imperii, possunt delegari prætextu absentiæ, quod secundum Deci. post glo. & alios hic intelligi debet necessarie,
30 & bene, † estq; argumentum ultra

eum

eum in. l. tutori, ibi sufficit si in paucis amici laboribus consulatur. C. de nego. gest. & melius in. l. si non lex. ff. de hære. insti. & ibi no. quod lex facilius dispẽsat quoad vnum impedimentum quàm quoad plura, bonus text. in c. consuluit ad fi. de iudæ. ibi pro magno enim debet habere, & hinc est quod lex succurrit magis facienti actum ex necessitate, quam ex uoluntate. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogã. unde infert quoq; Deci. quod multa ex causa necessitatis conceduntur, quæ alias fieri prohiberẽtur quod tamen & rursum intelligi debet necessitate durante, & est uerissimũ dic ut per eum, & not. etiam late in. l. i. ff. de offi. consu. & facit quia legi subiecta non est, seu legem non habet. l. 4. §. fi. l. aliquando. ff. de offic. procon. c. remissionem i. q. i. Et dicebat Laer. Dioge. quod antiquissimum omnium est Deus, pulcherrimum mundus, maximum locus, sapientissimum intellectus, uelocissimum tempus, & fortissimum omnium necessitas. Et Pallad. de agricul. quod feriis caret. Et che'l lupo in pregione fa confessione, e'l can per fame fa forame inquit Calca. consil. 26. nume. 14. multa Capel. Tholosa. decisio. 256. Pau. Cast. consil. 399. colum. 2. uolumi. i. & Cice. quod necessitati ne dii quidem resistunt. Et Themistocles Suadelã. i. eloquentiam, & necessitatem magnos deos esse, ego latissime necessitas, in lib. qui Gymnasium inscribitur, cum æquilibrio enim impressus est. Et magis ad propositum dico, quod in quacunq; ꝓhibitione, quanquam generali, ut hic necessitatis actus semper exceptuatus videtur. l. pater filium in prin. ff. de lega. 3. l. alienationis. ff. fami. hær. l. i. ff. de fun. do. Sauilia cons. 6. nu. 91. uol. i.

Quinto & ultimo nota ibi, & si dominus à familia occisus dicatur, (sup-
31 ple enim & uerum sit† quia dicere nõ est satis, ut per Barto. hic, & est glo. in. l. i. ff. de dolo, & in. l. i. ff. si quad. pau. fe. di. & in cle. i. de rest. in integ. Anch. consi. 249. colum. 2. Soci. consil. 283. colum. 4. uol. 2.) quod prætor cognitionem criminũ ha-
32 bebat, † ad expositionem, seu subauditionem Barto. tamen, ꝑimum aduertẽtendo, quia non est necessaria, ex quo locum habet quod hic dicitur, etiam si uerum non sit dominum à familia occisũ, ut sentit Dec. Seni. & male iudicio meo quia sensus est dictorum uerborum cognitionem à prætore mandari regulariter non posse, alias sic si proficiscatur, ut paulo supra dixerat Iurecon. ergo si uerum non sit mandari nõ poterit, nec debebit ex quo non expediet, argumentũ in. l. si prætor. ff. de iudi. Tamen considera quod text. de cognitione loquitur, quodq; dubitatio est an cognitio mandari posit, & quod concluditur tandem quod non, si non proficiscatur prætor alias sic, ergo & in hoc dubio, an id factũ sit uel non factum, demandabitur ꝑmissione legis ut supra.

Vel dic quod omnimodo subaudiatur, & uerum sit, hoc est dominum occisum, quia de familia q̃stio haberi alias non potest. l. i. §. item illud. ff. ad Syllani. immo quod inter cætera requisita, hoc idem erat maxime necessarium ut haberet locũ. d. S. Cõ. quod plene docet Ros. in trac. lib. co. ti. cogita. quod modo prætor habuerit cognitionem criminum, ad ipsum not. redeundo, probatur hic clare, & cum in uerbis non est difficultas non est admittenda uoluntatis quæstio. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. 3.

Secundo probatur per text. in. l. libellorum in prin. ff. de accusa. ubi de adulterio apud prætorem agitur, adulterii pœna est gladius. l. quamuis. C. ad legẽ Iul. de adul. ergo.

Tertio probatur in §. præconizamus in auth. de leno. ubi ultimo afficit supplicio inuitam puellam assumentem ad fornicationis quæstum.

Et maxime quarto loco, quia prætor habet imperium ut alii, & potestatem. l. 2. ff. de in ius uo. l. sed & si per prætorem §. hæc clausula. ff. ex quib. cau. ma. l. cum prætor ibi propter uim imperii, cæteri magistratus Romæ. ff. de iudi. & ita tenebat Ray. & Alb. in. l. fi. ff. de offi. præto. &

Alex.

Alexand.& Deci.hic,testatus tamen Deci. articulum fore maxime disputabilem.

Verum tu & quinto adde si præses ꝓuinciæ hanc cognitionem habebat. l. si cui .§.1.l.titia.ff.de accu.l. illicitas. §. qui uniuersas.ff. de offic. præsi. quod habebat & multo quidem magis prætor ex quo ille clarissimus est, iste uero spectabilis ut supra & ita signanter dicitur in.d.§.præconizamus, eumq; spectabilem uocat,nonnihil glo.tribuuntur,hic

Et ultra hæc ex his quæ habentur.in.l.2.ff.de ori. iu. & ex ipsa histo. populi. Ro. elicitur, quia Corne. Sylla (ut Modestus ait de re mil. ad Augustū sub ti.de præto.)q.publicas cōstituit,de falso,de parricidio,de sicariis, & prætores aliis quatuor adiecit,unde postea ius honorarium appellatum est.l. nam & ipsū ius ff.de iusti.& iu.dictusq; prætor ipse, honoratus.Fenestel.fusius de Ro. magistratibus.c. 19. usq; adeo ut istud ipsum negari non posit.

Est verum quod aliqua in contrariū faciunt & urgent ualde(hæcq; fuit opi. Fulgo.)

Et primo text.in.l.i.in prin.ff. de offi. præfec.urb.ubi omnia omnino crimina cognoscebat præfectus urbis, ergo non prætor.Et pondera uim dictorum uerborum,quasi geminata sint, perinde ac si dixisset oīo,omnino, quia geminatio multum operatur iuxta not.in.l.Balista. ff.ad treb.arguitq; magnam propositi firmitatem ut per Feli.late in c.si cautio colum.10.de fi.inst.quod dicit rursum omnia.& qui omne dicit nihil excludit.l.Iulianus.ff.de lega.3.c.solite de maio.& obe.& omnino,quæ dictio est præcise significationis,quasi dicat totaliter & nō alius.§.fi.insti.de tute.cle.i. de ui. & ho. cle.l.si mihi Meuia.§.fi.ff.de leg.3.

Soluit ex mente Albe.in loco præalle.Deci.hic,sed non ita clare ut ille, dic ergo tu non obstare,quia uendicabat sibi omnia omnino crimina præfectus vrbis uti superior,sed nō ut tolleretur imperium prætori,qui licet sit in gradu inferiori cognoscit, tamen argumentum in.l.fi.ff.de fun.inst.& quia estō quod in gradu sint dispares,in potestate tamen & imperio sunt æquales.d.l.2.ff. de i ius uo.præallega.§.hæc clausula., uel & aliter ut infra.

Secūdo in contrarium facit quia nullibi hoc ipsum legitur in tit.de offi.præto.ff.& C. sed de simplici iurisdictione tantum, ergo cum non sit lex quæ hoc dicat,ut in §.cum igitur in auth. de non eli.se.nub. neq; nos dicere possumus. l. si uero.§.de uiro.ff.sol.mat. l. si seruum. §.non dixit prætor.ff.de acqui.hæ.

Sol.licet non sit dictum ibi; dictum tamen fuit alibi ut hic & in locis de quibus supra & est satis.c.super quæstionū in prin.de offi.de.l.non est nouum.l.sed & posteriores.ff.de legi.l.nihil.ff. de con iungen.cum eman.lib.Bal.in auth.ex testamento in prin.C. de colla.quod una lex exponit aliam detrahit, addit & influit.

Tertio in contrarium facit, quia nec prætor cognoscit de suspecto tutore, si causa enormis sit, quoniam ad præfectū urbis puniendum crimen remittitur. l.i.§.fi.ff.de suspec.tu.l.i.§.item solent.ff. offi.præfec.urb.§.sed & si quis inst.de suspec.tu.

Sol.illud ideo est inquit Albe.non relatus à Decio hic, quia prætor dabat tutores,nec erat conueniens eos punire, quos forte ex gratia dedisset,l.i.C. de tuto.&cu.Ill.per.Quam sol.improbat hic Rimi.ideo ego formalius respondeo & dico, quod prætor cognitionem habebat,& ista est proprie quæstio nostra,casus est in.l.i.in §.damus.ff. de suspec. tu. sed quia delictum atrox erat ad præfectum urbis puniēdum remittitur,& ita transit Deci.licet non ita clare. Quæ etiam sol.non placet quia atrox erat etiā in casu.§. præconizamus in auth.de leno.l.i.C. de rapto.uir.& tamen prætor cognoscit,& punit ut ibi.

Ideo dici potest speciale fore Cæsarū temporibus,quibus præfectus urbis de rebus omnibus imperabat, cum Cæsares abessent ab urbe,sed non quod alias cognitionem criminū prætores quoq; non

non haberent regulariter.

Vel & aliter quod ex consuetudine tutores seu curatores ad eum remitterētur, si in tutela vel cura male uersati fuissent ut graui animaduersione punirentur. d. §. item solent, hoc ipsum uerbum ponderantes, & facit in argumentū tex. in. l. 2. in §. merito ibi & ita solet prīceps permittere. ff. ne quid in lo. pub. & in. l. si quis donaturus ff. de usuf. ibi ut ei stipulari posit usitatum est, & magis in terminis in. l. ut liberis ad fi. ibi ut solet fieri. C. de colla. & in. l. si cōstante in §. quotiens ibi, quod magis hodie usitatū est. ff. sol. mat. & quia minime mutanda erant, quæ forte longam habuerant interpretationem. l. minime. l. si de inpretatione. ff. de legi.

Vel & ultimo, quia specialiter, ipsi soli hoc munus erat iniunctum, argumentum in. l. consulta diualia. C. de testa.

Quarto (ut dicebam alias) quia si uiri capitales qui tres erant constituti fuerūt iam dici non poterit, quod hanc criminum cognitionem haberet prætor. l. 2. §. deinde cum necessarius esset magistratus. ff. de ori. iu. argumentum in. l. cum prætor. ff. de iudi. & in. d. l. consulta diualia.

Sol. (in ciuile enim est iudicare nisi tota lege perspecta. l. inciuile. ff. de legi.) bene dicit ille text. quod custodiam carceris isti habebant, & quod interuentu eorum exercebatur merum imperium, sed non quod prætores quoq; non haberent criminum cognitionem.

Vltimo pro opin. Fulgo. facit, quia si adhuc erat prætoris limitata iurisdictio, edicta proponendi tantum, §. prætorum quoq; edicta, insti. de iure na. quomodo potuit habere cognitionem criminum, limitata enim causa, limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. l. cum quædam puella. §. fi. infra de iu. o. iud. l. 3. C. de transac. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi.

Sol. stant ista simul quod edicta proponat, & si aliquis delinquat, ipsum delicti habere & cognitionem & cohercionem. l. si quis id quod infra de iu. o. iudi. ponderando in. l. si familia eod. titu. ex his uerba illa, quia hic contempta maiestas prætoris uindicatur, non aliud indicantia, nisi quod ipse quoq; merum imperiū haberet. l. pe. ibi prætor salua maiestate imperii sui. ff. de iusti. & iu. l. i. in prin. ff. si fa. fur. fe. di. & nota quod maiestas uerbum est, quod soli Deo conuenit Imperatori, et prætori, Deo ut in. l. non distinguemus in §. sacerdotio. ff. de arb. Imperatori ut in prohe. insti. et prætori ubi supra et aliter tenere erit in Parnaso somniare cum Fulgo. opinione Saturnina, iuxta text. in. l. i. ff. de senato. Ex quibus facile tolluntur responsiones traditæ ad text. nostrum, et alia iura pro communi facientia, quas quia leues sūt et ridendæ potius quam referendæ, silētio inuoluo.

Et adhuc opinionem istam incōuincibiliter probo, quia si dubitatio est an prætor possit cognitionem hanc demādare, si proficiscatur supplendo ad text. & deciditur quod sic, alias nō, supponit necessario, quod possit & ipse cognoscere. l. traditio. ff. de acqui. re. do. & est ad propositum argumentum in. l. qui testamento. ff. de testa. & ita tene.

Et nisi aliud esset solum exemplum nobis, istud ipsum suaderet, quod Cassii prætoris tribunal, cum in criminibus esset inexorabilis, scopulum reorum appellabant auctor est Cice. & in §. cumq; consules auocarentur, tradit Zasi. & bene. in l. 2. ff. de ori. iu.

Et ad supradicta redeūtes, cum istud de quo hic, & paulo superius uerum sit si is cui contigerit exercitatio in lege Iulia de ui, uel prætor si proficiscatur cognitionem mandare possit, alias nō, colligitur argumentum à contrario sensu ualere in lege immo fortissimum esse.

Quod probatur (ut dicebam alias) q a ipsa met lex sic arguit, eiq; standum est. l. prospexit. ff. qui & à quibus nec facile tolli potest, ex quo habet locum in quacunque dispositione ut infra. Vel quia prouenit à naturali ratione, quandoquidem duo contraria simul stare nequeāt.

l. ubi

l.ubi repugnantia, l.ius nostrum.ff.de re gu.iu.

Quæ rationes, meo quidem iudicio non concludunt, quia pleraq; alia (quoad primum) à lege formata, ex identitate rationis, à diuersis à simili, & eiusdem generis pluribus fortissima dici deberét & tamen nullibi hoc dicitur nisi hic.

Et quoad secundum, quia immo facile tolli potest, nec locum habet in multis casibus ut infra. Non etiam quia à naturali ratione proueniat, quia sic nullo modo tolli posset. §.sed naturalia inst. de iu.nat.l.2.§.fi.ff.de usuf.ea. re. quæ usu.con.& tamen tollitur, quia (ut dixi) multi sane sunt casus, in quibus nō procedit ut suo loco dicemus. Dic igitur qđ est figuratus loquendi modus, † quem
33 rhetores auxesim uocant, hoc est augmentationem rei quæ non est, fortisimū scilicet argumentum quod tamen sæpe parum firmitatis habet & sensit Alcia.in titu.de uer.si.lib.4.col.7. Et simili modo Iurecon.alibi sæpe, quando dicit iam dubitari non potest.l. iā dubitari.ff.de hær. insti.hic enim excessus dicitur quia nulla lex est quæ dubitationem nō habeat l.quod labeo.ff.de carb.edic. alibi uero ipsum honorari qui infamia notatur p antiphrasim in.l.i.in §.deniq;.ff.de post. & ultimo Eclipsis cum sermoni aliquid deest.l.oratio.ff.de sponsa.l.imperium, ibi iurisdictio est iudicis dandi licentia, quia debet addi in hoc est in iudicis dandi licentia infra de iu. o.iud.

Quod modo ualeat † argumentum
34 istud à contrario ultra istum tex.nostrū, ita arguentem ut supra probatur & secūdo in.l.ex eo.ff.de testi. ubi ēt dicitur ad literam ex eo quod mulier de adulterio damnata, testimonium ferre non potest à contrario colligitur, posse, si damnata non sit, & idem tertio loco in.l.qui testamento in §.mulier ad literam ff.de testa. quarto adducitur text. in c. cum uirum de regu.ubi puelle sumentes habitū uirginitatis non coactę imperio parentū, illum deserere non possunt, à contrario uero sic, hoc est si coactę, & ita præcise ibi arguit Clemens.III.

Quinto & ultimo, ut hic per Deci. Ias.& omnes, uidetur adhuc casus in c. cum apostolica de his quæ fi. à præla. si con.cap.ubi in concilio Lateranen.clerici erant prohibiti capere decimas e manibus laicorum sine consensu episcopi, ergo à contrario (inquit ibi ad fi.Innoc. iii.pariter sic arguendo) cum consensu episcopi licebit.

Sed tamen ad idem est etiam bonus text.in.l.ædem.C. loca.ubi si soluis tu conductor ædium, ab ipsis expelli inuitus non potes, ergo aliter sic, hoc est à contrario si non soluis, & ibi signanter Odof.ignarus tamen (ut puto) quare, ex supra dictis fortisimum uocatur argumentum per tex.istum.

Ad idem est text.in.l.libertus in §. patris.ff.ad municipa.ubi filius alicuius loci incola, non sequitur domicilium accidentale patris naturalis, ergo à contrario sic, si loci incola non fuerit, & ita etiam per illum tex.dicit Bal.consi.415.colum.2.uol.5.

Et in.l.i.C.qui pro sua iu. ubi delegari non potest causa, si non pertineat ad iurisdictionem delegantis à contrario autem sensu sic.

Et in.l.2.ff.de decre.ab or.fa. ubi decreta quæ non legitimo decurionum numero coacto facta sunt non ualent alias sic si legitimo numero coacto facta fuerint.

Et in.l.cum hi in §. si prætor. ff. de transac. ubi transactio super alimentis futuris absq; decreto fieri non potest, ergo à contrario super præteritis sic. l. de. alimentis.C.de transac.

Et in materia in.l.cum prætor. ff. de iud.ubi specialiter quibusdam potestas concessa est dandi iudices, ergo à contrario aliis denegata, quicquid dicat Deci.ut infra.

Et in,l.2.in §.deinde.ff.de ori.iu. ubi consul in caput Ro.ciuis aduertere non poterat; ergo in caput alterius sic, ut à cōtrario arguit Dec.hic in gl.tribuūtur.

Et in.l.cum par in §.illi, qui est.§.fi.ff. de regu.iu.ubi qui ex duobus in pœnā non incidit, pœnam ab alio petit, ergo

qui

qui in eam incidit à contrario nõ petet, ita Albe. in statu. par. 2. q. 176. col. i. Et in l. i. ad fi. C. da condic. ob. cau. ubi si res p mutata euincatur data, per condictionẽ ob causam peti potest, ergo non, si non euincatur. & ita istum tex. inducunt Bononien. in c. unico colũ. 10. de rerum per mu. in 6.

Et in pulcherrimo casu idem Alb. in statu. ea. par. 2. q. 19. ita arguit, si statutum dicat uulnerantem interdiu in quinquaginta puniri debere, noctu autem in centum, & uulnerauerit quis aliquẽ uespere, quod in centum puniri debebit, ex quo diem dicimus, cum sol est super terram seu quod est aer illuminatus à sole, ergo à contrario, cum sol non est super terram non est dies sed nox.

Facit etiam text. in. l. iurisgentium in §. dolo. ff de pac. ubi pacta dolo malo ac calliditate inita à Prætore non seruãtur ergo à contrario, quæ dolo malo inita non fuerint seruabit, d. l. Iurisgentium. §. prætor ait, eo. ti.

Facit etiam quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatũ priuilegio non utitur, puta scholaris cõtra scholarẽ auth. habita. C. ne fi. pro pa. & est simile in l. assiduis. C. qui po. in pi. ha. ergo à contrario si priuilegiatus pariter non fuerit utetur, vel & aliter ut per Alex. in. l. i. in §. ad municipium col. 2. ff. ad legem fal. not. in §. sed & hoc præsenti, in auth. de sãc. ep. Ad idem (ut dicebam hæri) si dominus à familia dicatur occisus, & uerum sit, quæstio de familia habebitur eritq; locus Senatus con. ergo à contrario non, si non constiterit l. i. §. item illud. ff. ad Senatuscon. Sillania.

Et idem (ut in edicto Prætoris) si quis dolo malo aliquid fecerit, seu quadrupes dederit damnum, & uerum sit, quod & actio de dolo, & in factum ex lege xii. tabu. dabitur ergo à contrario aliter non dabitur. l. i. ff. de dolo. l. prima, ff. si quad. paupe. fe. di. aliaq; multo plura adducere possem, sed ista sufficiant. In quibus casibus modo procedat, & an sit proprie ex uerbis legis, uel à coniectura & subauditus intellectus, dicemus postea.

Interim secundum Deci. aduertendum est, non probari in. l. nostra, mouetur tali ratione, quia intentio legislatoris fuit ista regulam negatiuam limitare ut causæ. s. meri imperii, quæ delegari non possunt, delegentur in casu absentiæ necessariæ, ergo non ut non delegentur, si is cui contigerit exercitatio, nõ proficiscatur, ex quo hoc idem foret contra ipsius intentionem & male. l. non omnis. ff. si cer. pe.

Pro sol. tu dicas subtilitatem esse quæ à iure non admittitur. l. sicut §. si debitori. ff. quib. mo. pi. uel hypo. sol. ridendam potius, quam sequendam ut inquit Albe. in. l. imperialis per illum text. C. de legi. quodq; Decio Auctori dici potest, amice summam subtilitatem secutus es, ut dicit glo. in c. primo Epis. uel Abb. in usib. Immo inquit Abb. quod hac uanitate non scribenda, læditur, angustatur, & opprimitur ueritas in c. causamq; colum. penul. de testi. Et formaliter ad argumentum quod immo est secundum intentionem ipsius sic expresse arguentis, & dicentis cum in lege Iulia de ui nominatim caueretur, posse eum cui contingit exercitatio mandare si proficiscatur, à contrario non posse si non proficiscatur, sed præsens sit, & cum dixerit argumentum nec aliud esse possit quàm à contrario, non potest dici quoq; quod sit præter intentionem ipsius.

Et ad idem facit text. in. d. l. qui testamento in. §. mulier, ibi argumento est lex Iulia. ff. de testa.

Secundo mouetur, quia argumentum à contrario colligitur, quando inter sensum directum, & contrarium non datur medium, sed hic datur inter permittere, & prohibere non permittere quemadmodum inter uelle & nolle, non uelle. l. prima. §. scientiam ubi glo. ff. de tributo. Bartol. & Imo. in l. iam dubitari. ff. de hære. insti. Cy. in. l. inuitum colum. tertia. C. de pro cu. ergo.

Quod adhuc somniũ est, quia arguit

Iurecon.(iterato dixerim)mandari posse si proficiscatur, ergo non, si non proficiscatur, quia hic nullum datur medium.

Tertio dicit ex ipsa speciali permissione, non posse argui à contrario, ex quo inducta ad unum finem operarẽtur contrarium pariter, & rursum male. l. legata inutiliter ff. de adi. le. & istud motiuum est Ro.(licet Deci. non dicat) consil. 399. col. 2. aliter tamen ut dicam statim.

Sol. igitur uera est, & argumentum habet fallaciam, quia operatur effectum contrarium ex vi necessariæ consequentiæ, deducendo ut supra & nouissime est argumentum in c. qualis ibi consequẽs intellectus pateat 25. d. maxime quia reuertimur ad ius commune, quod nõ delegentur causæ meri imperii, si non proficiscatur, & hoc idem solet fauorabile reputari. l. si unus. §. pactus uer. quod in specie. ff. de pac. c. statutum ubi gl. numerandum de præben. in 6.

Est uerum quod argumentum aliter formatur, hoc est quod non sumatur, quando resultat absurdũ, ex quo inducta ad unum effectum alium operarẽtur, & ita arguit Ro. in præalleg. cons. & Seysel. hic col. 6. & ad supradictam sol. faciunt dicta per Ias. in. l. si pecunia nu. 7. ff. de leg. 1. ubi si debitori testator fideicommissũ iniungit, ipsum à debito liberat, estq; necessarium antecedens à simili, quia grauari non potuisset, si non fuisset honoratus. l. ab eo. C. de fideicom.

Quarto dicit Dec. quod contrarius sẽsus non extenditur, ultra id quod expresse in sensu directo exprimitur, & adducit Theori. Bal. in. l. i ad fi. C. de inuti. stipu. ubi si statutum dicat quod minor 15. annorum non possint sit certia solemnitate obligari, non propterea ipsum post tempus xv. annorum habilitat.

Sol. immo extenditur, quia exprimit Iurecon. & dicit huius rei fortissimum est argumentum nec ob. doctrina Bald. post d. tempus minorem non habilitari, quia id erat contra ius commune, nec statutim exprimebat, ut ipse met ibidem dicit, totum contrarium uero hic deducendo ut supra.

Et quia ex his tollitur consideratio huiusmodi facta ad text. in d. l. ex eo, pariter & ad d. §. mulier, eam aliter non refero. Et liquet adhuc ex illis uerbis, cum alias iurisdictio etiam à præsente. mandetur quasi dicat & non merum imperium.

Et mirandum est maxime quinto loco, quod ita etiam dicat ad text. in d. c. cum uirum de regu. cum sint præcise & expresse uerba Pontificis ita arguentis, ibi per contrarium sensum sumitur, ex constitutione prædecessoris nostri Leonis Papæ.

Nec minus 6. loco quod audeat istud ipsum confirmare uiolando literam. c. cum apostolica de his quæ fi. à præla. ibi pariter, per quod indirecte datur intelligi, quod sufficit consensus episcopi.

Septimo probat etiam per text. in c. indecorum de æta. & qua. ubi prohibet Papa ne regimen ecclesiæ minori annorum 14. concedatur, & tamen à contrario maiori id permittere non uidetur. Et male, quia id erat ex quo (ut dicebam supra ad Theori. Bal. in. l. i. C. de inuti. sti.) induceretur correctio. c. cum in cunctis de elec. & hoc casu argumentum nõ sumitur ut infra.

Octauo probat, quia licet dicatur in d. c. qualis 25. d. & in. l. cũ prætor in prin. de iud. quod de uno negatur, de quibusdam concedi, & si uetetur unus iudicare quod cæteris permitti uidetur, non propterea id utrobiq; uerũ est à sensu cõtrario, sed quia illis nõ est denegatũ, & quia remota prohibitione alii iudicare possunt, seu habẽt potestatẽ iudicãdi. & male ac sophistice hoc ipsum inducẽdo, q. a ĩmo (ut tex. met dicit utrobiq; (nõ põt istud esse nisi p argumẽtũ à cõtrario sẽsu q ẽt hoc mõ formatur & ut ẽt dicitur ĩ. l. Imperator ff. de postu. ubi prohibitum ad tẽpus permissum uidetur post tẽpus & in l. statu liberum in §. stichum. ff. de leg. secundo. & not. glo. infra in uer. non aliter.

Vltimo inducit text. ĩ. l. fi. ĩ §. filiis aũt. C. de bonisq; lib. ubi filiusfamilias quãdo

patri quæritur usufructus testari non potest, nec tamen à contrario sequitur qđ testari possit de bonis in quibus patri vsufructus non queritur.

Et Ias.in.l.si post mortem in §.primo nume.tertio per illum text. ff. de lega.i. & in.l.si fundum sub conditione in §.finum.2.ff.eo.(iterato dixerim) per illum text.& ita arguit etiam Alexand. consil. 130.colum.3.uolumi.secundo. & consil. 93.col.i.uolu.3. & ita foret transeũdum.

Pau.Cast.tamen Alex.& Dec.illi in.l. si mihi & tibi in §.in legatis col.2.ff.de lega.i.iste hic nu.47.dicunt aduertendum esse, quia in.d.l.aliquando & similibus, id non est per argumentum à contrario sensu, ex quo inducta ad diminutionem non operantur augumentum.l.legata inutiliter.ff.de adi.le.sed uirtute primi legati deficiente conditione ademptionis. Et quia per uerba denotantia improprietatem & fictionem id in d. l. aliquando dicitur ibi intelligitur. l. intelligendus (ultra eos)ff.de uer.si.l.fi.C. de Imp.l.i. ff.de his qui sunt sui uel alie.iu.l. si familia infra de iu.o.iu.l.unica in prin. C. de rei uxo.ac.

Et male quia immo est per argumentum à contrario sensu, ex quo text. met dicit & non uirtute primi legati, cum non sit amplius purum propter conditionem, alterantem argumentum in .l. Aquilius regulus.ff.de dona.& ĩ .l.habebat.ff.de instito.& in l.prætor ait in §.docere ff.quod ui aut clam.

Nec ob.quod iura in materia loquantur, & maxime in d.l.aliquando per verba fictionem denotantia, ut est uerbum intelligitur, quia ad interpretationem refertur per contrarium, & quæ (ut dicebam proxime) est effectus uerbi, & nouissime adduco text.in.l.iam hoc iure & ibi Albe.in princip.ff.de uulg.& pup.sub & in.l.gallus in §.uidendum.ff.de lib.& posthum.& in.l.lex cornelia.ff. de testa. & in simili in.l.ossa in fi.ff.de religio.ibi, quia intellectu aliquo prohibitus esse uidetur.

Et minus quod inducta ad diminutionem non debent operari augumentum, quia uerum est quando dispositio nulla præcessit, alicui rei concessiua, ut puta in casu d.l.legata inutiliter legarũ factum seruo, quod erat inutile, quia si sub conditione adimatur, non dicetur datum sub contraria cõditione ut in d. l.aliquando sed ibi ualuit legatum, ergo operabitur augumentum. Et ad idem inducebam alias text. in.l.Proculus.ff.de usuf.& ibi Ange.ubi si lego usũ fructum ædium, cum hoc ne tollantur altius, uideor legare proprietatem, quoniam alias legatarius onus subire non posset & ita per illum tex.pariter d.l.legata inutiliter limitando dicebat Galliau.in.l.centurio col.107. ff. de uulg.& pub.sub.

Sed rursum & secundo quod in ultimis uoluntatibus locum habeat probo quia in lege Iulia de ui procedit & sumitur ut hic, inq; lege Iulia de adulteriis.l. ex eo.ff.de testib.l.qui testamento §. mulier.ff.de testa.immo fortissimum appellat Iurecon.ut suo loco dictum est supra ergo & in testamento & in legatis quæ sunt partes ipsius testamenti ut not. in rub.ff.de lega.primo. Et hoc quia uoluntas testatoris, non est aliud quã lex.

§. disponat in Authen. de nup. l. in conditionibus primum locum .ff. de condi. & de. usq; adeo ut hinc dicamus quod dispositio legalis æquiparatur magis ultime uoluntati quàm contractui, ita Bar. (& est communis opi.) in .l. i. in i. q. C. de his quib. ut indi.

Tertio probo, quia si locum habet in contractibus ut hic dicit Ias. & uidebimus statim, multo magis locum habebit in ultimis uoluntatibus, in quibus plenissima debet interpretatio fieri .l. in testamentis .ff. de regu. iu. c. cum dilecti de dona. Immo quòd hac ratione uerba directa efficiuntur obliqua ut per glo. in .l. uerbis ciuilibus .ff. de uulga. & pup. sub. l. ex facto in princ. .ff. ad treb. nec aliter dici potest nisi quòd ex hoc etiam argumentum à contrario omnino sumi ualeat.

Quarto probo quia in ultimis uoluntatibus fit subauditio, ex quo de benigna agitur interpretatione tunc ut inquit Barto. in .l. quæ conditio in .§. fi. in fi. per illum text. .ff. de cond. insti. Et est exemplum quia si locus loci in testamento non scribatur, debet intelligi de loco ubi testator domicilium habebat, item coniecturis elicitur testatoris mens .l. cum acutissimi .C. de fidei-com. l. cum auus .ff. de condi. & de. ergo & argui à contrario, quia argumentum huiusmodi dicitur subauditus intellectus, & ex coniecturis ut infra & in l. apud antiquos .C. de fur. d. l. aliquando uerbum intelligitur ponderando (ut supra) quod; ad interpretationem refertur, nec repeto.

Quinto & ultimo probo, quia speciale est si sequatur absurdum, & aliis casibus de quibus hic, non colligi, & ut infra .l. cum patrem secundum communem intellectum .C. de condi. inser. ergo & regulariter sic. c. præsenti. §. loca de præben. in 6. l. ius singulare. l. qđ uero contra .ff. de legi. & quia exceptio firmat regu. in casibus non exceptuatis .l. quæsitum .§. deniq; .ff. de fun. inst.

Secundo sumitur argumentum etiam 47 in contractibus † casus est in .l. pecuniã .ff. si cer. pet. ubi debebas mihi pecuniam simpliciter, eam iussu meo promisisti Ticio, inquit Iurecõ. quod obligatus es mihi, tanquam si sub contraria conditione spopondisses, quem text. dicit adhuc Deci. non probare, quia illud est non per argumentũ à contrario, sed uirtute primæ obligationis quæ pura remanet. Et male quia esto quod pura remaneat, si conditio de soluendo alteri non sit uerificata, attamen facta promissione alteri est conditionalis per argumentum à contrario, & pendet, usq; adeo ut pecunia peti non possit, & sic omnino sumitur in contractu, inq; casu d. legis, & tanquam dixit, hoc est quasi & sic interpretatiue ut proxime declarabam; quod est per locum à contrario .l. iubemus nulli .§. sane ad fi. C. de sacrosan. ec.

Secundo etiam adducitur text. in .l. inter socerum in .§. cum inter. ff. de pac. dota. ubi pactum factum est inter socerum & generum si filia sine liberis decessisset, dotem socero restitui debere, subdit ad literam text. quod id actum intelligitur ut filia defuncta liberis superstitibus dos retineatur, quod non aliter quam à contrario intelligi debet, quia ipse met Iurecon. ita arguit, & intelligi debet (addas tu) per interpretationem ut proxime etiam dicebam. Attamen nec istum tex. facere inquit Deci. illudq; ideo esse quia pactum nihil operabatur, ex quo dos mortua filia reuertitur ad patrem .l. dos à patre .C. sol. mat. ea de re ut aliqđ operetur, à contrario sensu actum uidetur, ut extantibus filiis dos retineatur.

Responde inductionem communem tenendo, quod immo operabatur quia dubitationẽ tollebat ut per Abb. i c. certificari col. pe. de sepult. uel quia juscommune declarabat ideo id est, per argumentum a contrario. Præterea si hoc esset uerum, non oportebat exprimere id actum intelligi, ut filia defuncta liberis superstitibus dos retineretur, ergo ibi necessario sumitur argumentũ a contrario.

Tertio facit(ut dicebam alias sed nunc clarius & fusius)namq; in contractibus sicut etiam in ultimis uoluntatibus, semper mentem contrahentium attendimus l.semper in stipulationibus.ff.de regu. iu. l. ita stipulatus magna, ibi ex sententia contrahentium .ff. de uerbo. ob.l.sed celsus .§.i. ff.de cont. emp. quæ ex uerbis elicitur, aut ex coniecturis, & præsumptionibus .l. labeo .§. idem tubero .ff. de sup. le.l. si seruus plurium .§.fi.ff. de lega. i. uerum argumentum à contrario est ex coniecturis, & (ut diximus supra) intellectus subauditus .d.l. apud Antiquos.C.de fur.l.i. ff.si tabu.testa.exta.ergo.

Tertio sumitur argumentum à contrario etiam in iudiciis siue in sententiis
48 † & nimirum quia in his etiam quasi contrahitur .l.3.§.idem scribit .ff. de pecu.sed in contractibus habet locum, ut supra ergo, & in sententiis quæ à iudice & in iudiciis proferuntur, & ad literam probatur in.l.Pomponius in .§.i. ff. de procu.citata etiam supra ubi si iudicatur rem meã esse simul iudicatur non esse tuam,&idem in.l.si inter me &te.ff. de excep.rei iud.

Quod ego intelligo in sententiis affirmatiuis uerum, non negatiuis, quia si iudicetur rem meam non esse,non ꝓpterea à contrario indicatur simul tuã esse, quia posset esse alterius ut text.in d.l.si inter me dicit, & sic fieret præiudicium tertio argumentum not. in .c. cum in partibus ubi Io. And. & alii de uerbo.si.& in hoc æquiuocat Dec.quod cum sit dare medium inter meum, & tuum,argumentum sumi non debet, quia non est uerum in sententiis affirmatiuis .d.l.Pomponius. Dicit etiam idem Deci.in.d.iuribus non probari cõtra Ro.ex eisdem tamen sic arguentem, consi.115.colum.2.& consi.399.colum.i. & alios hic communiter, quoniam illud est non à contrario sensu(ait) sed ex ui cuiusdam necessariæ consequentiæ, quandoquidem duo insolidum eiusdẽ rei domini esse non posfint.l. si ut certo §.si duobus uehiculum .ff. commo.

Replicatur quod immo est à contrario, quoniam uno contrariorum affirmato, aliud negatur, & inclusio unius est exclusio alterius.l.quod in rerum.§.si quis post .ff. de lega.2.l.cum prætor .ff. de iudi.Bald.in.d.l.pomponius in.§. sed & is l.i.ff.de his qui sunt sui vel alie.iu.& contrarii siue argumenti ratio postea illud quia duo insolidum eiusdem rei Domini esse non possunt. Sicut in simili dicebam supra num. 45. si monosyllaba si ponatur in lege pro quia, quod argumentum à contrario sumitur, & argumenti ratio ẽ,quia cessante causa cessat effectus.

Obiicit rursum Deci. ex uerbis sententiæ non argui, nisi quatenus inferatur necessariò post Barto. in .l. iulianus uerum debitorem colum. 4. aliàs num. 5.ff. de cond. ind. quòdq; iudex condemnans in una parte non propterea in alia uidetur absoluere.

Replicatur ad primum quòd istud ipsum infertur hic necessariò, per argumentum à contrario, & sic non ob. Ad secundum uero id esse quia capitula erant diuersa, nec actum quod super omnibus pronunciaretur, quo casu si in parte condemnatio facta est, in alia parte nec condemnatio, nec absolutio facta uidetur, & sic sententia ualet pro parte .l. Carmelia pia.ff. de iu. pat. l. quædam mulier .ff. fami. her. ex quo non propterea infertur, quod in sententiis non posfit argui à contrario, & ita Abb. in .c. cum inter declarat num. 23.ad fi.de re iud.post Bar.& Bal.in.d.l.i. C.si aduer.rem iudi.

Quarto sumitur argumentum à con
49 trario in rescriptis quoq, † .l. si per procuratorem .§. si ignorantes .ff. man. ubi si fideiussor in maiori quantitate, quàm esset debitum condemnatus sit, si sciens non appellauit, mandati actionem contra debitorem nõ habet seu ea actione contra eum agere non poterit, ergo si ignorans (inquit Iurecon.) ignorantia excusata est, & sic arguit ipse met à contrario. Et duo pondera ibi, quòd dicit intelligere licet,

nec istud esse potest nisi per interpretationem, perq; argumentum à contrario ut dicebá supra nec repeto, quodq; illatiue loquitur sic. Igitur si ignorauit.l.diuus Adrianus .ff. de custo.reo. illatio fit ex præmisis, hoc idem directo esse non potest, quia sciens & ignorans sunt opposita, ergo per indirectum, & à contrario.

Ex quibus tollitur obiectum Decii dicentis nec istud ibi probari, quòdq; non ex argumento à contrario id decidatur, sed ex regula communi quia obligatio erat in scientibus limitata, in primis quia non uideo regulam, demum quia non de obligatione limitata loquitur, sed de eo qui scienter, & prudenter non appellauit. Vltimo quia esto quòd de obligatione in scientibus limitata loquatur, necessariò inferri debet à contrario (vt dixi) quod ignorantia sit excusata, & ideo deliria sunt ista non subtilitates.

Et quòd in rescriptis locum habeat, quando etiam iura non haberemus, posset suaderi ratione (ut etiam dicebam supra in simili tamen) quia communiter ad iuris communis obseruantiam conceduntur, ita ut contra ipsum ius impetrata non ualeant.l. rescripta C.de præcib.Imp.offe. sed de iure communi & in lege locum habet ut hic, ergo & in rescriptis.

50 Quinto habet† locum adhuc in mandato .l.eum qui.§.i.ff.de acqui.hæ.mandauit enim ibi pater filio, ut hæreditatem adiret si idoneam comperisset, ergo non à contrario si fuisset minus idonea, ut etiam ibi glo.declarat & bene.

Sed contra (inquit Deci.) ibi non sumitur argumentum à contrario ex quo fines mandati sunt diligenter custodiendi, & sic erat limitatum, ita ut extendi non debeat, uulga. l. diligenter ff.man.

Replicatur & retorquetur argumentum, quod cum fines mandati custoditi non fuerint, & hæreditatem minus idoneam adierit, à contrario patrem mandantem non obliget, & sic argumenti à contrario est potius ratio, nec sophistica impugnatio Decii subsistit, alia ad idem multa possemus hic congerere, quid in statutis priuilegiis depositionibus testium, & aliis, sed quia Bald. materiam late scripsit in .d.l. conuenticulam .C. de Ep. & cle. Ias. hic, Ro. in .l. si cum dotem .ff. sol. mat. & & hii qui loquuntur de locis Topi. Euerar. Louanien. Gamma. Cantium, & alii, ad eos recurras, & si oportuerit dicemus etiam infra, Minus tango limitationem de qua hic pariter Deci. num.53. mentionem facit, non sumi .s. quando resultat prauus intellectus, & correctio iuris antiqui quia in discursu fuit dictum.

51 Sed quid in uerbis negatiuis, sumitur ne† argumentum à sensu contrario (hæc enim quæstio utilis est, & non prætermittenda) dicunt Docto. hic, quòd non, exemplificantes ut per Bal. in.d.l.cum patrem ad fi.C. de condi. inser.si pater sic dicat, si filius meus in patriá non redierit exhæres esto, quod nõ propterea uidebitur institutus hæres si redierit, & sic post eum arguentes & pcipue Ias.ex dispositionibus priuatiuis nõ resultat habitus.l.ex facto.ff.de hæ.insti.

Nec ex negatiuis affirmatio.l. titia.§. fi.ff.de ma.testa.igitur à contrario (ut dixi) non uidebitur institutus, & ita transit etiam Barba.in.l. cum acutissimi col. 72.C.de fideicom.Deci.consi.184.col.i. uolum. i. idem Ias. in.l. licet Imperator num.36.ff.de lega. i. & suadetur etiam, quia tota oratio erat ad odium ordinata quo fit vt non includat necessario, nec à contrario arguatur, filium institui si (ut dixi) reuertatur, ut per eundem Bald.in l.actione in prin.C.de transac. qui dicit ẽt q̃ inducta ad odiũ non operantur fauorem in.l.si seruus pluriũ in.§. si q̃s ante.ff.de leg.i.Dy.in.c.quod ob gratiá de regu.iu.in 6.& facit quoq; regula, quòd inducta ad diminutionem non operantur augumentum .l.legata inutiliter .ff. de adi.le.& quia potest dici casus omissus in isto exemplo relinquendus iuri communi.l.commodissime.ff. de lib. &

posthu.& probat Pau. Cast.in terminis consi.160.col.2.uol.2.

Deci.autem dicit,quicquid sit, quòd immo ita sumitur in uerbis negatiuis,sicuti in affirmatiuis per text. in.d.l.titia, quoniam uerborum de quibus ibi,quæ sunt hæc nisi rationes diligenter excussferis,liber ne esto,sensus est, non possis esse liber nisi diligenter rationes excusseris,& quod à contrario possit si diligẽter excusserit,& fuit inductio ac intellectus Bal.in.c.cum accessissent num. 10. de consti. Et male ac directo contra illũ tex.dicentem ad literam,ex his uerbis libertatem adimi potius quàm dari.

Nec ob.quòd cum libertas data non esset non potuit quoq; adimi quia priuatio præsupponit habitum.l.decem.ff.de uer.ob.quia uerum est, sed dico adimi uerbum ad potentiam referri hoc est nõ sis liber nec esse possis ratione supra dicta,quia scilicet ex uerbis negatiuis non potest affirmatio sequi,eoq; magis,quia dicit ne esto liber,& nisi rationes diligenter excusseris,quasi duæ sint negationes ad priuationem solum tendentes,vt per Dy.in.c.peccatum de reg.iu.in 6.Bald. in terminis in.c.cum olim nu.2. de elec.

Secundo dicit Deci. quòd idem Bal. tamen in exemplo supra dicto bene loquitur(quoad intellectum.l.si quis libertatem.§.fi.ff.de statu lib. contra eum adducte per Alex.non insisto, quia reuera datio libertatis,præcesserat ademptionẽ ibi,& tex.met declarat, quicquid adhuc dicat Deci.pro ut etiam dicebat ad.l.aliquando.ff.de cond.& de.& male ut ostẽsum est supra) non tamen ratione eiusdem Bald.relata proxime, sed quia inter exheredationem,&institutionem datur medium quòd est præteritio, & ad idem adduco ego tex.in.l.si inter me, & te.ff.de excep. rei iud.ubi si dicatur rem non esse meam,non propterea à contrario arguitur quod sit tua propter mediũ quia nõ posset esse mea,nec tua,sed prima solidior per tex.in .d.l.titia, per quẽ nouissime ita etiam dixit Alexand.consi.150.colum.7.uolum.5.& Deci.seni.in l.si.colum.5.C.de eden.& Regien. consi. 117.in pulchro casu ad fi.uolum.2. Bart. in.d.l.actione colum.i.idem Alexand.in l.si eum in.§.qui iniuriarum colum.3. ff. si quis cau. & quia non datur medium inter redire & non redire,quibus uerbis q.formata est,& uidebatur dicendum argumentum sumi posse,ut hic in illis verbis si proficiscatur, & ut supra dictum fuit, & tamen non sumitur,quia (ut dixi)negatiua non includit nõ ponit neq; affirmat.

Sed quid rursum in uerbis narratiuis

52† Concludunt omnes præsertim Ias. & Deci.quod nõ sumatur ea ratione, quia nec etiã sumitur à uerbis directis,& expresis iuxta not.per gl.in.l.i.C.quando non pe.par.& bene & ita signanter dicit But.in.c.publicato de elec. & in .c. cum apostolica de his quæ fi.à præla.& uidetur casus in .c. si Papa de priui. in 6. ubi ad literam dicitur si Papa narret exemptionem ecclesiæ, quòd non propter hoc exemptio probata est, nisi de libertate aliter doceatur,&rationem ibi assignat Io.Mo.& post eum Gemi.quia narratorum natura est, ut probentur,non ut probent,& adducitur etiã ubiq; tex. in cle.si summus de sen. exco. ubi casus clarus,adde tu alium ĩ .l.ex stipulatione C.de sen.ubi non omnis uox iudicis est sententia,neq; contrahentium stipulatio, & in.l.lucius in.§. quisquis 2 .ff. de lega. 2. ubi uerbis narratiuis testantis etiam cum causæ expresione non probatur debitum,neq; illud peti potest,& in.l.non nudis.C. de proba. ubi si asserã aliquem mihi esse filium idemq; ipse cõfirmet non propterea probatur filiatio, & nonnihil in .l. si forte.ff.de cast. pecu. Est uerum quòd argumen. sumi posset qq; disponeterent quando in eis fundata esset principalis intentio legislatoris & principis cle.i.de proba.Imo.in d.c.cum apostolica,idem Ias.hic. Adde tu fore necessarium aliud quoq;(& ita intelligatur tex.in d.cle.i.)qđ narratio ipsius narrantis factum respiciat,ita Cald.ubi omnia quoq; de quibus supra referũtur cõsi.2.de priui.

Aliud item & adhuc inuestigandum est

est, si protestatio derogatoria præcedat, ad actum sequentem, an argumentum à contrario sensu sumatur ad ipsum in-
53 ualidandum† dicunt doct. quod nō præcipue Ias. (& est limitatio ad supra dicta nume. 46. quod sumitur & habet locum in ultimis uoluntatibus) & probatur ad propositum per text. quem dicunt omnes singularem in. l. fi. in prin. ff. de lega. 2. ubi testator instituit filium suum deinde dixit q̄cquid obsignatum filius meus receperit ualeat iure codicillorum (ista est protestatio) postea eidem absenti scripsit epistolam, in qua sibi donabat quicquid in peculio habuisset, quæritur an ea quæ in ipsa continentur, pertineāt ad filium uidebatur dicendum qđ non, quia epistola, non erat obsignata, & sic à sensu contrario, & tamen ibi aliter decĩ ditur.

Deci. more suo multa ad intellectum istius text. inculcat, sed duo præcipuà & primo (cætera dic ut per eum) quod habeat uarios intellectus, & consequenter quod super eo stabile fundamentum fieri non possit, iuxta not. per Bartol. in. l. in ambiguo ff. de reb. dub. Et male quia satis est quod iste sit communis. l. i. ff. de offic. quæsto. dixi supra ad text. in l. i. ff. quis & à quo. secundo dicit Deci. quod immo ibi colligitur non ualere iure codicillorum quod obsignatū non est, sed non per hoc quod uirtute donationis non ualeat, ex quo diuersa est dispositio.

Et rursum male, quia sic præsup ponit duo contraria simul, quod ualeat & non ualeat, contra tex. in. l. 3. in §. ex contrario ff. de acqu. po. & in l. ubi repugnātia ff. de reg. iu.

Igitur dico ego limitationem fore uerissimam, nec ibi sumi argumentum à contrario, & ad filium pertinere, quæ in epistola continentur. Et ratio est quia factum sequens idest epistola ipsa derogat protestationi c. cum M. ferrarien. de consti. l. cum in plures §. locator horrei. ff. loca. uoluntasq; mutata præsumitur, & à protestatione recessum, & susius ut per Bald. in. l. pacta nouissima colum. 2. C. de pac. signanter per illum text. & iura supra dicta, & quia formaliter dicitur in d. §. locator horrei propositum antecedens remitti, per pœnitentiam præsumptam ex actu contrario, & hæc sufficiant.

Vel & aliter ut hic per Seysel. dici potest argumentum à contrario non sumi quia epistola foret penitus inutilis, & ultra eum semper in dubio facienda est interpretatio ut actus potius ualeat quam pereat. l. quotiens. ff. de reb. dub.

Verum quæritur post hæc, quid si ex tali argumento quis incideret in pœnā,
54 † exemplificando ut per glo. in cle. i. in uerbo facere de usu. concludunt omnes quod sumi non possit, & bona ratione Ias. hic colum. xi. immo plus Dec. quod uerum est, si de pœna non agatur et bene potestq; ex supra dictis num. 51. efficaciter comprobari.

Adde tamen tu aliterq; declara, quod ueritas uidetur pendere à significatione dictionis ultra, nanq; statutum dicebat, quod usurarius non possit accipere ultra duos denarios pro libra usq; adeo ut duo permitti uiderentur. Et hoc quia opponitur dicta dictio super eo ꝙ includi non poterat sub genere prius expresso, quo casu includit & auget. l. filium. C. de colla. l. qui ita. ff. de do. præle. Tamen (ut dictum fuit) contrarium uerius est, quia resultat intellectus absurdus, & iuri contrarius tum canonico, tum diuino, ita Bal. in l. si eum in §. qui iniuriarū col. fi. ff. si quis cau.

In statutis quoq; locum non habet (licet de materia me remiserim supra attamen quia sese offert occasio, paulum adhuc est in his immorandum) argumentum à contrario sensu, quando resultaret† correctio iuris communis, ut
55 hic per docto. & est communis opinio, & originalis gl. in c. primo de æta. & qua. in 6.

Et probat Ias. quia per subauditos intellectus non debet istud fieri, hoc est ius commune corrigi, ita glo. in c. cupiētes in §. quod si per uiginti in uerbo petere de elec. in 6. sed argumentum à cōtrario

ulo est subauditus intellectus (ut sæpe dictum est l.i.ff.si tab.testa.exta.glo.in l.apud antiquos.C.de fur.) ergo. Et aliis quam pluribus & præsertim, quia ita quoq; dicit Bald. in.l. i. adductus etiam ad idem supra nume.34.C.de inuti.stip, ubi solemnitas requiritur in minore annorum xv. non quod propterea omitti possit in maiore, ex quo ius commune corrigeretur. Et in simili Barto.in l.3. in §.cum titio.ff.de adi.le. ubi taxatiua tantum ĩ statuto apposita, sui natura exclusiua extenditur tamen ne corrigatur aliud statutum, exemplum quia unum pro delicto imponat pœnam centum, aliud uero pro eodem, quinquaginta tantum & ut per Ias.fusius.

Deci.tamen contrarium ostendere nititur, quod immo sumatur ad limites uerborum post But.in d.c.cum apostolica in ult.not.de his quæ fi.à præla. & aliquas Bal.Theori.ac Ange.in cons.ut hic per eum num.59.ita arguentium, sed dicam nimirumquia non resultabat dictis casibus iuris communis, uel aliorum statutorum correctio ut hic, & in nostro casu.

Et ad argumentum Ias. respondet, quod immo est ex uerbis, & male ac contra text.in d.l,i.ff.si tab.testa. extra, nec argu mentum sublatum est, & ita se habet communis opi.ut infra dicemus,

Ad Theori.Bal.rursus in d.l.i.C.de inuti.respondet, quod illud ideo est quia inducta ad infringendum non debent operari contrarium.

Replicatur uerum fore modo prædicto arguendo ex quo ius commune corrigeretur, & sic stringit adhuc argumentum pro communi.

Vltimo dicit ad doctri.Bartol.in d.§. cum titio, quod dispositio est limitatiua in eo quod taxatiue dicitur, sed non propterea inferri quod corrigantur alia iura aliter disponentia.

Adhuc sophistice dictum, quia si idẽ delictum est, summa diuersa, immo contraria maior pœna & minor scilicet, nõ aliter dici potest, nisi quod secundum statutum uideatur uoluisse corrigere primum.l.sed & posteriores.ff.de legi.l.pacta nouissima.C. de pac.& sic excludendo uti (sicuti dicebam) taxatiue natura est, tamen ne corrigatur, extendi debet, & à d.pœna centum concludi recessum non fuisse.

Alia tamen ratione dubia reddi posset decisio hæc, sed quia non expedit quantum ad prædicta non insisto aliter.

Verum quæritur quid si statutum in sensu directo, nihil operaretur, sumetur ne argumentum à contrario sensu, exẽplum quia dicat quod non extantibus masculis filiæ fœminæ succedant. Concludunt in hoc Docto. adhuc quod sic, quodq; masculis extantibus excluden-
56 tur † post Bald.in. l. conuenticulam co, lum.i.C.de ep.& cle.Alexand.& Ias.hic fusius.

Moti omnes quia uerba statuti debẽt ita & taliter interpretari ut semper aliquid operentur.l.si quando.ff. de lega.i, c.si Papa de priui.in 6.Bart.in l.2. ff. de usucap.Bald.in rub. C. de cont. emp, in 9.q.

Vnum solum ob tolerabile esse qd nihil operetur potius, quam quod filiæ de quarum præiudicio agitur damnum patiantur, & ideo argumentum sumi non deberet.

Cui difficultati respondet Ias. quod non pa tiuntur damnum sed lucrum amittunt potius. l. fi. C.de iu.codicil.

Et male secundum Deci.quia immo damnum patitur ratione legitimæ, quæ sine iusta causa tolli non potest. Et quia hæreditas filio debita est. l.in suis. ff. de libe. & posthum. & ut per eum latius, cuius opinioni me subscribo.

Aliter igitur ipse respondet, quod cum appareat qua de causa factum fuerit statutum fauore scilicet masculorum & gratia (addas tu) agnationis conseruãdæ.l.i.§.si,ff.de uen.inspi.l. pronunciatio §.familiæ.ff.de uerb.si. restringi non debet sed aliquid operari, & (ut dictum est) inde etiam sumi argumentum à cõtrario sensu & est uerissima resolutio.

Quam comprobo quia dato quod dam-

damnum sentiant filiæ, debet tamen sum mi vt aliquid operetur(vt dixi)quia non sentiunt indebite, quomodo regu. intelligitur, de qua in.l.fi.in §.in computatione.C.de iure deli.ratione supra dicta.

Sed moueo difficultatem, si argumentum sumatur à contrario, non ne corrigitur ius commune idest quod habetur in.l.maximum uicium.C.de libe. præ.ergo colligi nō deberet, ut diximus supra nu.55.& urget.

Sol.colligi non deberet quando statutum in sensu directo aliquid operaretur sed hic nihil operaretur, ergo (sicuti dictum fuit)colligi debet, ut aliquid operetur, & nouissime ita etiam dicit Deci. sen.in.l.ait prætor in princip. ff. de iureiu.

Vltimo dubitabitur absolute an in statutis locum habeat† & maxime si non
57 sit casus alias à iure communi decisus, uel si dicatur quod uerba ipsorum intelligantur ad literam prout iacent, nec recipiant extraneum & subauditum intellectum.

Barto.hic ad fi.sensisse uidetur quod non, & bene, quia uerba eorum, & præsertim ac longe magis quando dictum est, proprie & stricte intelligi debent.l.3. §.hæc verba.ff.de nego.gest.idem Barto. in l.quod constitutum.ff.de mi.testa.uerum argumentum à contrario est ex cōiecturis, & subauditus intellectus ut per glo.in.l.apud antiquos, immo text.ibi, quam interpretationem prisca quidem iura per coniecturam introducebant.C. de fur.&gl.postea exponit, per coniecturam.i.à contrario, & ita etiam Feli. in c. humanum genus col.2.i.d.

Ad idem(inquit Bart.)est tex. in.l.pecuniam, ponderando uerbum tanquam ut pote improprietatis significatiuum, ibi tanquam sub contraria conditione. ff.si cert.pet.& facit bonus text. pro ista ponderatione in.l.meminimus, ibi tanquam si consanguinei fuissent. C. de legi.hære.& in § fine igitur, ibi tanquam ab intestato &c.in Auth.ut cum de ap. co.Alexand.consil.87. colum.2. uolu.2.

Dico ego etiam aliter quod similitudinem notat, iuxta illud Mar.14.tanquā ad latronem existis cum gladiis me comprendere, modo simile non est idem. l. quod nerua.ff.depo. ergo contraria ueritati exprimuntur per hanc dictionem, ergo ficte & interpretatiue, & per argumentum à contrario sensu.

Ad idem facit tex.in.l. aliquando. ff. de condi.& de.ubi per uerbum intelligitur arguit Iurecon. quod ad interpretationem refertur, quæ est(vt dicebam supra nume.46.)uerborum effectus.l.iam hoc iure ad fi.& ibi Albe.ff. de uulg. & pub.sub.

Nec secus in. l. inter socerum in §. cum inter.ff.de pac.do.ego supra nu.47

Vltimo est etiam text.in.l.i.adductus pariter(licet ad aliud)supra ibi coniectura hæres non proprie scriptus uidetur. ff.si tab.testa.exta.ubi(clarius inducitur) quod ex uerbis colligi nō potest, coniectura & sic improprie elici uidetur.

Et idem in.l.cum auus.ff. de condi.& de.& in.l.3.C.de inoffi. testa. sed ex uerbis non elicitur argumentum nisi à contrario, ergo à coniecturis dicetur & ita arguit Bald.in.l.cum patrem, per illum text.C.de condi.inser. de quo sæpe etiā supra.

Sed ultra hæc probo rursum, quia si à uerbis, & eorum proprietate prouenire iam non appellaretur argumentum c.forus de uerb.si. uerum argumentum quasi argute inuentum appellatur, per locum à contrario, à lege, ergo nō proprie à uerbis prouenire dicetur, & ita in simili docet Bald.in l.scire leges ad fi.ff. de legi.ubi signanter quando plus significat lex quam loquatur, appellat argumentationem coniecturalem.

Contrarium tamen sensit Deci. hic sola hac ratione motus, quia id quod uenit ex mente expresse & proprie uenire dicitur, adde tu tex.de hoc in.l. nominis & rei in §. uerbum ex legibus ff.de uerb.si.

Secundo adde text.in. l. si quis locuples.ibi apertissime curare uidetur.ff.de ma.uind.quem ad idem inducit Bart. in l.si quis ex argentariis in §.an uero.ff.de eden.

eden.immo ibi in d.l.si quis locuples, dicit quod argumẽtum à contrario est ex expressa significatione.

Tertio facit tex.in.l.Pomponius in §. 1.allega.etiam supra nume. 48. ubi si iudicatur rem esse meam simil iudicatur non esse tuam ponderando uerbum simul quod successiue intelligitur, sed in sensu directo uere iudicatum dicitur, ergo & à contrario.l.hac consultissima C. de testa.

Quarto facit text.in.l.si cum dotem in prin.ff.sol.ma. ubi in casum in quem pepigit pater, sibi quærit actionem, à contrario uero in eo in quo non pepigit (inquit Iurecon.) esse mulieri actionem & sic proprie quia hæc est natura uerbi sũ es est.l.mercis ap.ff.de uer.si.Bal.in consi. scisma.quod est in ti.C.si quis aliq.testa. prohi.col.xi.melius in.l.per procuratorem in §.si ignorantes.ff.man.ibi ignorantia excusata est.

Quinto iudicio meo est text.in.l. die sabbati.C.de iudæ. ubi iudæi die sabbati conueniri non possunt, nec alios conuenire à contrario, & sic proprie, & ex ipsis met uerbis. Et non ab re, quia ita ꝑprie patiens patitur, sicuti agens agit. Et ad idem est etiam text.in.l.qui condemnare.ff.de re iud.

Facit quoq; & sexto quia dicimus hinc quod quisq; iuris in alterum statuerit, ipse à cõtrario eodem utitur iure.l. i.ff. eo.c.cum omnes de consti.

Sed & fortius septimo loco uidetur casus in.l.iurisgentium in §.dolo. ff. de pac.ubi pacta dolo malo inita (ait prætor) non seruabo, & tamen hoc non dixit nisi à contrario in d. l. iurisgentium in §.prætor ait, ibi ait prætor pacta quæ dolo malo inita non fuerint, seruabo, ergo à contrario, se non seruaturum, quæ dolo malo inita fuerint.

Nihilominus a prima opinione non est recedendum, satis fundata ex supra dictis non aliter repetendis. Et nouissime quia si inter cõtraria naturalis quædam pugna est.l.ius nostrum ff. de regu, iu.quomodo possumus dicere, quod argumentum a cõtrario sit proprie ex verbis legis, assumptumq; Dec.primum absolute negandum est, nec officit text.in d.§.uerbum ex legibus, quia id uerum est quando mens & uerba concordant, ergo non ex mente simpliciter prouenire dicetur proprie & expresse, ita Bal.in l.quod fauore col.i.C.de legi. & Bart.ante eum in.l.i.colum.2.ff.de no.o.nun.bonus text.in.l. non dubium, ibi quasi ex expressa legis uoluntate. C. de legi.

Non ob.secundum quia esto quod id apertissime constet, non tamen proprie & ex uerbis constare dicetur. do instantiam, quia hic etiam dicitur argumentũ fortissimum, & tamen (ut ostensum est supra) in multis casibus cadit, & minus forte est. Item manifestissimi iuris est plerunq; dicitur in lege, & tamen multum dubitationis habet .l. quod labeo .ff. de Carb. edic. & declaraui loco suo figuratum fore loquendi modum apud Iurecon. Item dico illud uerbum apertissime, ibi ad aliud referri, & non ad argumentum a contrario sensu.

Non ob. tertium quia dicam id esse ex declaratione Iurecon; & per locum a contrario ut hic, hoc est interpretatiue. l.i.ibi simul intelligemus, & sic in terminis contra ponderationem istam. ff. de his qui sunt sui uel alie.iu.& insti.de tute.in prin.

Non ob. quartum quia eodem modo respondetur, nec officit dictum de uerbo sum es est quia uerũ est id quoq; q; quando potest ueritatem importare, ut inquit Bal.in.l.quæ fortuitis colum. 4.C.de pigno.ac.sed argui proprie non potest ibi, hoc est argumentum non prouenit, ex uerbis sed ex coniecturis ergo.

Minus ob.quintum quia id est nõ ex argumento a contrario, quod ex uerbis proueniat, sed quia priuilegium iudæis concessum, non stetit in finibus concessionis, sed ultra processit lex ut æqualitas inter litigantes seruaretur, & inæqualitas uitaretur.l.fi.C.de fruc.& lit. expẽ. declarat Dy.in c.quod ob gratiam, de regu.iu.in 6.uel aliter & ad utrunq; tex.respondc, quod uere non possit conuenire,

re contra uero iudex absoluere, sed qd potestas hæc agenti negata sit, & iudici concessa non ex ipsis uerbis sed à contrario sensu, argumentum in.l.certe.ff. de præca.

Et ita potest tolli sextum ponderando tex.ibi dum dicit hoc edictum summam habet æquitatem.

Non ob.ultimum, quia respondebo Prætorē id dixisse à contrario sensu nō proprie & uerbis directis, & ut per glo. ibi latius quia una lex aliam declarat.l. utrum.ff.de peti.hæ.c. super quæstionū in prin.de offi.del. Et facit in simili quia si sic statutum dicat, quod testamenta intelligantur ad literam ut iacent, nec in expressa uulgari continebitur tacita pupillaris, quia est subauditus intellectus,& extraneus à uerbis, ut not.in.l. pcibus.C.de impub.Bal.in statu. interpræratio nu.6.

Nouissime tamen oppono, nam arguere sic à contrario ex uerbis legis, est quodāmodo declarare, ut hic facit Iurecon.& in locis supra allega.qui declarat nihil noui facit.l.hæredes palam.§.sed si notam.ff.de testa.ergo.

Sol.declaratio hæc tribus sumitur modis de quibus Pau.Cas.consi.340.in prin.uol.i.& præceteris pro congrua uerborum explanatione, & hæc est proprie interpretatio.l.i.§.q operas.ff.ad Tert.ergo nō ex verbis, sed ex cōiecturis & dicetur In cæteris gl. (eò mō redeundo unde discessimus) dū dicit, cū istud q hic legitur sit ēt ī alia publica accusatione, neq; possit diuersitatis rō assignari, q dicetur potius arg.à simili q̄ à cōtrario male loqui uidetur, ac cōtra tex.nostrū hic, ita (ut sæpe dictū ē) arguentē, ea de re nullatenus tenenda est, & indubitatū fore q in alia accusatione publica locum habeat, dictum de lege iulia de ui, quia (ut sæpe dictum est) exempla non restringunt regulam.§.hactenus insti.de gradi. Addentes amplius ad supra dicta Bal.theoricā in.l. qui testamento in.§.mulier.ff.de test.dicentis breuius, q arg. quādoq; est probabile & necessarium à sensu contrario in lege, quan do conditio apposita est, ut hic, quādoq; pbabile sed nō necessariū, si sumatur à cōtraria existētia cāæ, ut in l.si is qui aīo.ff.de acqui.po.& quandoq; nec pbabile nec necessariū, ut in.l.2.C. de condi.inser.si sequatur absurdum, & absonus intellectus, inducēdo ut supra. Modo subsequitur alia in uerbo possit quæ sentit & una cum ea Bart.hic nu.5. qd causa meri imperii possit delegari ex causa hoc est si proficiscatur Præses, quo

58 ad cognitionem tātū, †maxime in causa capitali, uel abscisione membri, q̄ duo (addas tu) sunt imperii meri maioris, ut p eundē Bar.in l.imperiū.nu. 8. infra de iu.o.iud.& pbatur ī.§.adhoc phibemus in authen.de collato.& quia speciale est in legato pconsulis (quoad tex.in.l.2.C. de offi.eius q ui.al.iud.uel Præsi.ge.Bar. hic nu.15.nihil dico, quia re uera (ut declarauimus ēt in rub.) ibi loquitur de eo qui in locum defuncti subrogatus fuit à Principe, donec de ordinario prouideretur,& nō de delegato, nec repeto habēs istud p indubitato) qui de oī crimine cognoscit, quiq; ēt de suspecto tutore pronunciat.l.solent.ff.de offi.procō.l.cognitio infra eo.&sic in contrariū ius cōe.l.q uero contra.l.ius singulare.ff.de legi.

Item & alio casu (ut subiicit Bar.post Pet.& Cy.) quia poterit adhuc exeq. delegatus, si esset insignis aliquis latro, cuius pœnam differre foret admodū periculosum.l.si quis filio.§. hi aūt.ff. de iniust.testa.vbi casus clarus, quem tex.dicit not.Bulga.in rub.C.q admi.col.i. quod hoc casu licet leges transgredi,& statuta etiam iurata,& fuit uerbum Inno.in.c.i. de consti.multa Rimi.hic,& ideo isti casus, à regula deuiantes eam firmant in nō exceptuatis.l.quæsitum.§.deniq; .ff. de fun.inst.

Probo ēt istud alia rōne ultra gl.& Bart. cognitionē tantū demādari,& nō executionē, seu diffinitionem, quia in hisce arduis oriri posset scādalum, nec ita reuereri uiderentur delegati, & timeri, ex quo nullam habent iurisdictionem, nō imperium merum uel mixtum ut magistratus maiores, quemadmodum in simili not. in. l. iubere caue

re infra de iu.o.iudi. igitur nec mirum si cognitio tantum sibi demandata est, nõ etiam diffinitio.

Et quia ultimo loco, ista est quædam dispensatio legis, & meri imperii quidem, immo quod omnis dispensatio magna huiusmodi est, ut inquit Bal. in c.quod translationem nu. 4. de offi.del. & facta ad propositum cum causa alias non ualeret, quia est uiolatio iuris communis.c. per uenerabilem qui fi. sint le. Alex. consi. 2.colum.11.uolum. i. modo habemus quod stricte interpretãda est, & si duo sint uel plura, ad quæ possit extendi ut tantum unum comprehendat casus est in .c. i. de fil. præsbite. in 6. ex quo hinc quoq; dicimus, quod in dubio semper interpretatio fit, ut minus præiudicetur iuri communi, quam sit possibile.l. si serui uestri. C. de noxa. & ita obiter disputando supra tenuimus nos, & cum glo.ac Bar.pariter Cy. Ray. & Bal.hic fusius.

Tamen Guliel.de Cu.Alex.Ias.& Deci.hic tenuerunt contrarium, moti primo per tex.in.l.fi.C.ubi se.uel cla.qui tamen non probat secundum Bar.quia loquitur in delegato Principis & ita ẽt trãsit Ias.Immo ꝙ nec diffinit ibi nisi absoluendo, condemnando autem non, & est speciale contra regulam.l. qui cõdemnare.ff. de re iud. uel dic quòd immo condemnet quoq; Principe consulto ut etiam declarat Feli.in.c. non potest colũ. 3.de præscrip. & sic nihil facit ad propositum.

Vnde secundo probat istud Gul. per tex.nostrum indistincte loquentem, nec se restringentem plus ad cognitionem q̃ ad diffinitionem, uulga.l.i.§.generaliter cum similibus.ff.de lega.præstan.qđ etiam nõ subsistit, quia immo loquitur in cognitione tantum, ibi ut is cui contigerit exercitatio, possit eam mandare si proficiscatur, quod uerbum exponitur, idest cognitio & examinatio, tantũ non etiam castigatio, Authen.clericus C.de ep.& cle.

Ideo Deci.& tertio probat (missis argu.Alexan. in disputa. Rex aragonum ĩ 2.dubio, quibus ipse met etiam ibi respondet (quia uerbum exercitatio supra in uer.& ideo errare uidentur &c.intelligitur respectu cognitionis & diffinitionis.c.i. §.fi.de so. compe. in 6. ibi exercere censuram ecclesiasticam, quem tex.licet subticeat ad idem citat Albe.in dictio.suo in uer.exercere, ergo & uerba etiam exceptionis, si Præses proficiscatur quoniam alias (inquit ipse) non esset de terminis regulæ ut per Dy. in rub, de regu.iu.in 6.& Bar.in.l.i.ff.co.

Quod etiam nõ tenemus, quia est de regula quantum ad uerba, non quantũ ad iuris dispositionem, quæ est quòd delegatus bene cognoscit, sed non diffinit, ita Bar.in.d.l.i.in.fi.ff. de regu.iu.

Vel dic quòd non sit ex toto de terminis regulæ, quoniam fit ut eidem derogetur, & declarat idem Dy. in prohe. eo.tit.in 6.col.7.

Vel ꝙ satis sit de terminis regu. quia regula in delegatione loquitur negatiue, exceptio uero affirmatiue.

Quarto probat Dec.quia dicit etiam tex.in.fi.quod cognitionẽ habebat prætor, quodq; ẽt diffinitionem comprehẽdit uerbum prædictũ, ergo & uerbum exercitatio, ex quo una pars legis aliã declarat, uulga.l.utrum.ff.de peti.hæ.Soc. in.l.i.ff.de reb.dub.

Sed retorquebitur arg.declarari præcedentia in cognitione tantum, ex quo delegatus hic, prætor uero spectabilis et unus de maioribus magistratibus erat de quibus supra.

Quinto probat Deci.quia in uer. nõ aliter facit Iuriscõ. inter iurisdictionem simplicem & merum imperium differẽtiam, quod tantum in casu absentiæ delegari põt, dicendo sic postea, sicut iurisdictio in totum mandari põt, ita debet posse in totum mandari merum imperium. Et coloratum est, quia stat differẽtia, quod iurisdictio à præsente mandatur, sed non merum imperium, uerũ ex causa absentiæ tantum, ergo stant ista simul, quod iurisdictio mandetur in totũ merum imperium uero, quoad cognitionem tantum.

Vlti-

Vltimo probat quia absentiæ ratio ita in diffinitione militat, ut in cognitione, ne delicta impunita remaneant, & ut lites terminentur .l. ita uulneratus ff. ad legem aqui. c. finem litibus de dolo & contu.

Cui rationi potest etiam responderi quod non remanebunt impunita, ex quo à delegente punientur, cui castigatio reseruata est, terminabunturq; lites ab eo pariter, ex quo absentia non est perpetua, & quod differtur non aufertur .l. si longius in princ. ff. de iudi. l. si debitori .ff. eo. & sic ut uidetis opi. glo. & Barto. quam dicit communem usq; ad sua tempora Cy. Ray. & Bald. defensata est.

Et plus dico, quòd nec etiam probatur opinio hæc in .d. §. ad hoc prohibemus, quia ut dicunt omnes non in delegato loquitur, sed in uice gerente, qui habebat limitatam iurisdictionem, usq; ad iudicum aduentum in prouinciis, in qua nec ultimum supplicium includebatur, uel membri abscisio, & est uerissimum ex quo uerba non aliud sonāt ibidem, quæ sunt hæc antequam uero in prouinciis ueniant iudices damus eis licentiam, uices agentes suos instituere, qui debeant omnia usq; ad sui presentiam agere quæ possunt ipsi iudices facere, citra tamen nouissimum supplicium, aut membri incisionem, & sic sumus in casu claro, in quo lex determinate loquitur, ita ut nec ad propositum faciat.

Minus etiam facit secundum per locum à speciali quia tex. in. d. l. solent ꝓbat contrarium.

Non tertium quia tex. similiter in .d. §. hi autem, loquitur in Præside, & sic in iudice ordinario, ut dicebat Albe. & etiam Deci. hic, & non in delegato, & placet mihi iste intellectus uerus ad illum text. Nisi replicetur quòd generalis ratio ampliat dictum .l. regula. §. & licet .ff. de iu. & fac. igno. Sed nihil est, quia restringitur ad præsidem, ne sequatur absurdum, quòd delegatus ab ordinario non distinguatur, ut per Soci. in .l. Gallus in. §. & quid si tantum .ff. de lib. & posthu. Adde quòd dubitatio est tantum an iudex non admittens appellationem condemnati ad mortem, debeat puniri, & dicit quod non, si causa id ipsum sibi persuaserit, puta delicti atrocitas, immò quòd exequi potest, & postea scribere Principi, quare non admiserit, & ita faciunt multi qui in hisce casibus literis Illustrissimi Dominii, non obediunt, sed exequuntur, & postea respondent, & est praxis desumpta ex .d. text. ut pulchre declarat Boer. decisio 153. nume. 5. par. secunda, nonnihil Bald. in .c. i. ad fin. de offic. delega. & in .c. quoniam contra num. 63. de proba. & sic nihil facit ad propositum, licet dictum, & in ordinario quidem (ut dixi) uerissimum sit. Ex rationibus igitur à me deductis ita tene, disputando ut supra in cæteris quòd de consuetudine (ut hic per Deci. in fi.) dixi quoq; supra nec repeto.

Sequitur glo. proficiscatur, quæ concludit absentiæ necessarie gratia causas meri imperii mandari posse, † & dictum
59 fuit etiam in not. sed nunc iura in ea allega. non probant, melius probatur in §. nulli in Authen. ut nulli iud. Immò nec ibi, quia loquitur ille text. in loci Seruatoribus, de quibus suo loco dictum est pariter, & sic non in delegatis, facit tamen ratio, quia necessitate nobis multa permittuntur à lege, quæ aliàs forent prohibita, argumentum ultra adducta supra in loco præallega. in l. non enim ibi, non enim negligentibus subuenitur, sed necessitate rerum impeditis & in .l. rei publicè & in .l. fin. ff. ex quib. cau. ma. & in .l. fi. ubi de pluribus absentiarum generibus per glo. ff. de resti. in integ. latius Bald. in Margari. süa, absens nu. 2.

Ampliat Deci. post Cy. hic ut procedat etiam in probabili, sumpto argu. ex not. per Barto. in .d. l. fi. nu. 5. de resti. in int. & male, quia (ut dicebā supra) dispensatio est legis, & satis, cum ex causa delegationem permittat, vt ex causa ab-

sentiæ necessariæ, hoc idem fieri posse patiatur .l.tutori,C.de nego. gest. c.i.de fi.præsbit.in 6.in simili Abb.in.c.i.eo.ti. in antiq.

Sed dubitatur an assertioni iudicis delegantis,in hoc standum sit, & dicentis profectionem sibi necessariam esse Alb.
60 hic † colum.pe.& Alexand.16. & Deci. num.69.dicunt quod sic, moti quia pro eo præsumitur,qui iurauit officium l.fi, C.ad legem iul.rep. eoq; magis quia vir bonus dicitur (addas tu) nec uerisimile ipsum uelle peierare seu mendacium dicere.l.merito.ff.p so.l.uir bonus. ff. iud. sol.l.Herennius.§.caia.ff.de euictio. glo. in terminis in.c.pastoralis 3.de offi.dele. Et quia de iurisdictione agitur potestq; etiam cognoscere an sua sit nec ne.c.prudentiam eo.ti.c.super litteris de rescrip. l.si quis ex aliena. ff. de iudi. & ita communiter tenetur Ias. uero sensit contrarium,quia cum delegatio fieri non possit nisi(ut dictum est)ex causa, ipsa probari debet.l.si forte.ff.de Cast.pecu. immo ultra eum quod est generale in regulariter prohibitis non credi uerbo dicentis causam subesse, siue casum sibi permissum esse.l.qui testamentum .ff.de p. ba.l.cum quis decedens.§.titia.ff.de leg. 3.sed hic causæ meri imperii prohibentur delegari,ergo hoc casu permitti non credetur dicenti,si causa non probetur, & hæc opi.placet.

Nec ob. contraria non primum quia illa præsumptio generalis non sufficit, ubi qualitas expressa probanda est, maxime(ut dixi)in regulariter prohibitis l. 3.§.si ad diem.ff.de re mili.& est argumẽtum in c.quoniam contra de proba.

Non secundum quia id est ratione dubii ut ibi & declarat Bald.in.c.pastoralis num.14.de rescrip.;& in .c. ex literis nu. 2.de offi.de.alias nõ cognosceret, igitur nec ex his inferri debet,quòd ei credendum sit,immo quòd nec de iurisdictione(vt dicebat Deci.) agitur, sed de delegatione, quæ ius commune uiolat, ita ut omnino hac de re profectio sit probanda.

Est uerum si foret notoria, quod sufficeret eam allegare,ut per glo. in.l. si adulterium cum incestu in .§. idem Pollioni.ff.ad legem iu.de adul.& in cle. appellanti de ap.Feli.late in c.cum ordinẽ colum.14.de rescrip.

Et ad propositum non modo absens quis actu esse dicitur,uerum etiam cum
61 est in potentia abeundi † & in præparatione(ut inquit idem Alexand.& Dec.) nec istud quoq; dubium habet quia est tex.in.l.ab hostibus i.§.fi.ff.ex quib.cau. ma.& ut per eos latius.

Adde tu eo magis uerum fore, quia lex ista non disponit signanter, quòd actu proficiscatur, ut in simili in debitore fugitiuo inquit Bald. in .l. generali in prin.C.de decu.lib.x. Et quia potentia propinqua actui actus est.l.pe.ff.de mili. testa.l.quæsitum.§.illud fortassis.ff.de lega.3.immo cum dicat rursum tex. conditionaliter si proficiscatur, nota quod est regulare conditionem adiici actui in potentia,modum uero actui in actu.l.cum tale.§.Titio.ff. de condi. & de.Bal.in.l.si societatem in fi.prin.& per illum tex. ff. pro socio.

Sed quid si præses absens reuertatur, erit ne statim, & ipso iure quidem reuo
62 cata iurisdictio,†(de breui absentia non loquor,quia tunc abesse non uideretur, ut hic per Deci.num.68.nec haberet locum text.noster, & uidetur casus in .l.si longius.ff.de iudi.& est argumentum vltra eum in.l.3. ff.de diuor.). Respondet Barto.hic num. 14. quòd sic quia cessante causa iurisdictionis delegate, cessat iurisdictio.

Deci.more suo inculcat multa,& tandem resoluit se,quòd aut res integra est aut non,primo casu uera sit Barto. opi. secundo non. Ad argumentum Barto. respondetur non esse uerum effectu cõsumato,ut ipse met dicit in.l.2.in.§.fi.ff. de dona. & subiicit quod tamen facto & expresse delegatio reuocari poterit, etiam re non integra .l. iudicium soluitur.ff. de iudi. quòd ultra eum apparet, quia iudicium dicit ibi tex.& non aliter quàm per lit. contestationem intelligitur .l. amplius non petitum .ff. rem rat. hab.

hab. ad quod etiam facit tex. in l. solent, iuncta gl. adimere. ff. de offi. procon. & si nulis in §. sed hoc quidem in uer. nullū in Auth. ut defunc. su.

Tamen cogita his stantibus quod immo nec facto, seu expresse reuocari poterit quandoquidem ius ipsi delegato acquisitum sit uulg. l. fi. ff. de pac. l. id quod nostrum ff. de reg. iu. & est argumentum in c. & si Christus in glo. seruandum de iureiu. Bal. in Marga. sua, iudex nu. 22. Nec ob. tex. in d. l. iudicium soluitur qa dicam aliter d. uerbum pro iurisdictione capi ut declarat Cald. cons. 4. de offi. le. quodq; reuocari non poterit sine causa ut in casu isto, & ut dicit etiam Abb. in c. causamq; 2. in prin. & per illum tex. de iud. uerum hic causa nō suberat, quāquam reuersus sit, quia iam erat facta delegatio nec amplius res ītegra, sed cōtraria potius, & pro ipso delegato, ergo.

Modo dubitatur adhuc & ad materiam conducit ualde, quid in præside
63 infirmo, † Bartol. hic nume. xi. post Cy. in 6. q. quanquā text. in absentia tantum loquatur, concludit tamen (de leui non loquor, (ut in simili de breui absentia dicebam supra) quia expeditum est nullo modo considerari debere quo ad effectū de quo quæritur uulga. l. quæsitum. ff. de re iud. Feli. in c. si pro debilitate colum. 2. de offi. de. bonus text. in l. i. in §. proinde. ff. de edi. edic. Boeri. decisio. 228. nume. 11. par. 2. Alexan. Ias. & Deci. hic) quod etiam in infirmitate procedat, probatur in l. i. in princ. ubi casus ad literam, ibi infirmitate uel aliqua iusta causa impeditus. ff. de offic. con. l. si longius in princ. ff. de iudi. d. c. si pro debilitate.

Et quia eadem est ratio in infirmitate, quæ est in absentia, & sic idem ius statuendum ut delegatio fiat uulg. l. à titio ff. de uer. ob. l. illud ff. ad legem aqui. & hic dilatant fimbrias idem Alex. & Dec. nu. 70. ut per eos.

Adde tu benefacere idem in infirmitate omnino dici debere, quod in absentia, quia habemus quando sunt plura eādem rationem habentia si unius fiat mētio à lege, quod id factum dicitur exemplificatiue non restrictiue ita Bald. in l. de quibus col. 14. ff. de legi. alias secus cū sit dispensatio & (ut dicebam supra) stricte intelligenda. Et cum sit exceptio a regula debet necessario extendi ad similes casus, ut per glo. in l. i. C. de condic. ind. etiā quod alibi exceptuati sint in q; alia parte iuris, ut per Fel. in c. quoniam frequenter in prin. ut lite non cont. immo quod ratio huiusmodi est, ut nō modo dictum reguler & restringat, uerum etiam ampliet, & extēdat. l. pater filium §. fundum. ff. de lega. 3. l. cum pater §. dulcissimis. ff. de lega. 2. Et plus quod nec potest dici extensio hoc casu, sed intensio potius declaratio & comprehensio plurium casuum emergentium, uti genus comprehendit suas species, & quemadmodum ex multis probat ac docet Alexand. consil. 75. colum. i. uolu. quinto. Est uerum quod aliqua leuia obstare uidebantur, adducta per Fulgo. & Ro. sed quia tolluntur facile ut per Deci. hic nume. 72. dic ut per eum nec alie. q. difficultatem habent, si præses sit occupatus multitudine causarum crimnalium, an possit delegare. Indubitataq; illa quid in principe regulariter, quoniam sic quodammodo esset de potestate eius disputare, & male l. 2. C. de cri. sac. communis uero opin. quod ipsius delegatus etiam possit ut supra declarauimus in discursu, leuia quoq; dicta in glo. non aliter, fere etiam ex supra dictis absoluta, igitur transeo, & consulto missa omnia facio, dic tu ut per Bar. hic num. 12. & 13. Alex. Ias. Deci. & alios, quia pro nunc ego, feriis tibi quoq; indictis Natalitiæ solemnitatis Christi, qui sit benedictus per secula finem facio & sessus lampada trado. die xii. Decemb. M D L I X.

Patauii.

DE OFFI. EIVS CVI MAN. est iu.

Additio.

Dum in rub. hic dicitur, quod officiũ est nomen seu uerbum generale, adde vltra dicta alias, quod etiam Argentarius habet officium. l. Argentarius in prin. ff. de eden.

Et tabelliones seu notarii qui loco argentariorum successerunt ut inquit Bal. in. l. prætor in prin. lec. i. & secunda. ff. de eden. & quod officium habeant est text. in. l. diuersos. C. de decu. li. x. pedi ssequũ & uile inquit idem Bal. in c. cum P. tabellio nume. 7. de fi. instru. unde fit etiam ut hinc publicos seruos eos dixerit Iureq con. in. l. 2. ff. rem pup. sal. fore. A seruiendo scilicet non à seruando.

Additio.

Dum etiam dicitur, quod officium ab efficiendo dicitur, mutata litera e in o. dicaturq; officium non efficium, adde tu nimirum, quia aures etiam sunt consulendæ, ut turpis sonus uerborum uitetur, figuraq; est quam grammatici Cacephaton (græce enim sic scribitur) appellant ut per glo. in prohe. insti. in prin. in uer. decoratam sine Cocophoniam alias.

Additio.

Ad id quare non sit hic dictum de offi. del. ut in decretalibus, adde non ab re quia latine delegatus iudex non dicitur, opusq; fuit hoc idem periphrastice (uelut digito) ostendere, & (ut diximus alias) p circumlocutionem, tamen inuenio text. in. l. 2. ff. si men. fa. mo. di. usum hoc uerbo ibi & tu Titio id delegaueris. Cogita.

Additio.

Ad q. Albe. in. l. i. in princ. C. ex quib. cau. maio. quod qui habet officium, excusatur à munere legationis, stante statuto Bergomi, adde bene facere text. in argumentum tamen in. l. reum criminis C. de procu.

Additio.

Dum dicitur perinde esse his uerbis, de offi. eius, præcise ac si dictum fuisset de offi. de. adde non referre, quid ex æquipollentibus dici, sicuti non refert quid ex æquipollentibus fieri. l. fi. ff. man.

Additio.

Dum dicitur quod officium & potestas sunt idem, ut dicit Io. And. in rubri. de offi. de. adde uerum non esse, quia copula est inter unum & aliud ibidẽ, quæ solet poni inter diuersa ut per gl. in rub. ff. de iu. & fac. igno. & in c. querelam de Simo.

Additio.

Ad uerbum cui, quod stet demonstratiue, ut dicebam alias ex

Catul. in prin. ibi.

Cui dono lepidum nouum libellum.

Arida modo pumice expolitum.

Corneli, adde nunc & Hor. li. i. carm. ad Pyrrham ibi.

Cui flauam religas comam? facit etiã & illud uulgatum ad propositum. Cui damus actionem, multo magis damus exceptionem l. i. §. is autem ff. de super fi. l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iu.

Cui denegatur exceptio, multo magis denegatur actio. l. nec intentio. C. de transac. Bal. in c. debitores nume. i. de iu reiu.

Additio.

Ad id de coquo, adde quod olim uilissimum fuit mancipium æstimatione & usu, postea ars haberi cœpta est & qd' erat officium siue ministeriũ prius nunc maxime est in precio, ut in oratio. pro L. Murena inquit Sylui. quod tamen artificium sit in eo, tenet Io. de Ana. in c. i. colum. 2. de sagitta. & Bal. in. l. si quid uenditor in princ. ff. de edili. ed. subiiciens quod utile est scire pro statutis facientibus mentionem de artificibus sed doct. distinctio non displicet ex no. in l. seruis in §. i. ff. de leg. 3. ut per eos.

Additio.

Quod mandare iurisdictionem & iudicem dare non differant (licet maxima sit inter docto. contentio) probatur in. l. fi. infra eo. ibi mandata iurisdictione alteri mandari nõ posse manifestũ est & in. l. à iudice. C. de iudi. ibi iudicis dandi po

testatem non habet, quod idem est & perinde ac si dixisset iudicem dare non potest iudex datus, ergo mandare iurisdictionem & iudicem dare non differunt.

Additio.

In illa q. an mandare iurisdictionem & iudicem dare sint idem & quoad intellectum l.i.ff.quis & à quo, quoniam fit mẽtio delegati ad uniuersitatem causarum, Adde & declara illum dici cui committuntur omnes causæ unius territorii, ut not.in.l.à iudice.C.de iudi.

Additio.

In ea.q.pro communi adducitur tex. in.l.fi.infra eo.vbi dicitur, mandata iurisdictione alteri mandari non posse, manifestum est declara, quid sit manifestũ, quidq; à notorio differat, ut declarat Bald.in c.fi.nume.xx. de cohab. cle. & mul.

Additio,

In illa q.an delegatus principi seu Papæ, sit maior quocunq; ordinario, dum dicitur quod sic, & ponderatur tex. in c. sane 2.de offi.de.ibi uices nostras gerit, adde quod in citatione iudicis delegati, solet dici, mandatis nostris immo uerius apostolicis firmiter obedire ut ibi dicit Abb.in prin.

Addiiio.

Dum in eadem dicitur, quod eadem virtus est in represẽtãte, q̃ ẽ in rep̃senta to, adde simile ꝙ ita honorãdus est uice rector ut rector, vice rex vt rex ipse, de q. bus ibi & in.l.filius & in.l.uicarius.ff.de legatio.not.in c.grãdi de sup. negli. p̃la. in 6.

Additio.

Dum adhuc(hoc ipsum disputando) dico, quod si ordinarius sententiam nullam reuocat, multo magis reuocabit delegatus Principis, adde, quod fuit uerbum Ange.in.l.à iudice.C.de iud.ut Feli.refert in c.qualiter & quando, primo, colum.22.de accu.sed hoc non dicit Ange.ibi, uerum est tamen, quia secundum opi.magis communem delegatus Principis est maior quocunq; ordinario. c.sane 2. de offi. de.c. pastoralis.§. præterea de offi. ordi. & secundum magis communem opinionem dixi, quia contraria aliquando in uia disputatiua uisa est mihi uerior.

L.I. QVÆCVNQVE.

Additio.

Dum hic in prin.in discussione articuli, an quinq; sint genera magistratuũ, dico quod rub. habens orationem perfectam, potest pro text.allegari, adde glo. in rub.ff.si quis testa.lib.esse iu.fue.& dic quod habere orationem perfectam uidetur tunc, quando incipit per ut uel per ne, ut illa quæ hic allegatur ut ab Illustrib.& qui super eam di.sunt. pulchre Bald.in statu.in §. rubrica nume.i. alias si per an ponitur per modum quæstionis, & tex.decidit omnia, ut ibidem plenius.

Additio.

Ad idem dum arguitur, quod Imp. non sit in gradu superillustrium, quia in c.solitæ Papa scribit Constantino ipsumq; uocat Illustrem de maio.& obe. & postea resoluitur adde quod argumẽtum à suprascriptione legis ualet, qđq; dicitur esse de tex. ut inquit glo. in cle. 2.in uersi.claustrali de rescrip.& in.l.propter insidias.C.qui accu. non po.

Additio.

Ad idem & quoad intellectum d. c. solite, an Constantinus fuerit Imp. uerus, dic quod sic, quanquam non dum imperium fuisset translatum in Germanos, quia ipsum Imperatorem appellat Papa Inno.III.ibidem.

Et quia translatum fuit, quia noluit patrocinari ecclesiæ Ro. cum ab Astulpho longobardorum rege opprimeretur, ita requisitus à Stephano xi.natione ro.ut in c.uenerabilem de elec.quod nõ propterea tollit quod non esset Imp.ut in c.Cõstantinus 1.& 2.96.d.& in.l.diui C.de natu.lib.Old.consi.180.num.xviij.

Additio.

Ad idẽ dici posset quòd superillustres sint Imp. & Papa, duo luminaria magna, ut adhuc dicitur in.d.c.solite, quasi supra omnem dignitatem, & supra se

nihil habeant, ut in simili de genere generalissimo de quo in.l.i.& ibi Barto. in princ. ff. de iu.o. iudi. quod huiusmodi est pariter ut supra se nil aliud habeat, & ad idem est glo.not.in.l. legato generaliter.ff.de lega.i.

Additio.

Dum Deci.ad idem dicit, quod appellatur illustris Constantinus in suprascriptione .d.c. solite quia Papa eidem scribit, probaui alias hanc sol. nunc displicet, quia Imp.alibi scribit Præfecto Prætorio in Authen.de ap.& tamen dicit ibi in prin. litem agitatam fuisse in iudicio suæ celsitudinis, quod nota.

Ad illud de quo hic per Deci. dicentem adhuc si clarissimus est (prætorem intellige.l.i.ff.de reb.eo.) utiq; est etiam spectabilis adde glo.in .l. fi. C. de princ. agen.in reb.lib.12.

Additio.

Dum adhuc respondet Deci. ad text. in d.c.solite, quòd esto quòd Papa scribat, & uocet Imp.illustrem, non tamen tollit quòd non sit superillustris per regu. l.cum furti.ff. de in lit.iu. mihi nunc nō placet responsio hæc, quia argumētum concluderet, si appellaretur superillustris, quòd hoc non tolleret quin esset illustris, ut paulo infra dicit de clarissimo quod hoc non tollit (de prætore enim loquitur) quod non sit spectabilis.l.i. ff. de reb.eo.l.i. C.de tuto.& cu.illust.perso.namq; aliter intelligitur reg.d.l. cum furti que sic se habet quod plus est utiq; tanti est, Cogita.

Additio.

Dum ad idem dico mirum esse quod Præfectum Prætorio ponant docto. In gradu illustrium, ex pluribus, adde qđ ipse etiam sicut princeps & Senatus poterat condere legem ut not. in. l. imperium infra de iu.o.iu.nu.8.Cassiodo.uaria.lectio.lib.6.c.3.

Additio.

Dum ego dico ad idem si cardinalium fiat mentio; quòd debet intelligi de cardinalibus proprie nō abusiuis exemplificando pluribus modis non repeto, dic etiam & adde substitutionem uulgarem & pupillarem appellari Cardinales ut in ipsa rub.not.& est argumentum in. l. i.in §.qui in perpetuum.ff.si ager uectiga.& in.l.2.in.§.1.ff.quem admo.testa. ape.& ex xii. uentis duo, Auster & Boreas.

Cardinalis uiua uox ecclesiæ etiam dicitur, ut p̄tor iuris ciuilis inquit Abb. in c.cum in iure pe.nume.2. de offic.de. & Cardinalium Senatus Sacer, Senator est illustris.l.quisquis C.ad legem iu.ma. ergo.Cogita.

Additio.

De Præfecto Prætorio multa sane hic dicuntur, adde quod erat dictator, qui summam habebat potestatem, quiq; magistrum equitum deligebat, habentem secūdam potestatem, militie gratia post eum, ad cuius similitudinē postea Præfectus Prætorio electus est, cui plenior licentia etiam data est, ad publicæ disciplinæ emendationem, ut dicitur in.l. i. formaliter nugis prætermissis scribentium hinc inde.ff.de offic.Præfec.Prætorio, vnde hinc Traianus cum cingulo donaret præfectum prætorio, hunc ensem inquit accipe, quo utaris pro me, si recte imperaro, sin minus in me ipsum conuertas, ut in Panegyri. illius inquit Plini. Iuni. deq; formula alias huius p̄fec. Præto. uidendus est Cassiodo.lib.6. c.3. uaria. lec.de quo etiam supra.

Additio.

Ad idem quis sit effectus, quod quis sit illustris uel superillustris, spectabilis; uel clarissimus, seu infimus, declarat hic ex multis Ias.fusius quam alius, Moder. Bononien.nu.22.dic ut per eos.

Additio.

Dum Bartol.hic in 2. euidentia.'dicit sicut duo sunt soluere, & ad diem soluere .l. Celsus .ff. de arb. ita aliud est esse magistratum, & de magistratibus, & sic à simili quod indicat aduerbium sicut .l. Titius. C. de ope. lib. ubi not. text. ad idem, quem sic inducit Are.in.l.ita stipulatus in §. Grisogonus colum.pe.ff.de uer.ob. male dictum uidetur quoniam simile dicitur in diuersis p̄sonis, & causis siue rebus, una

uel

uel quasi eadem qualitas seu ratio, secundum Bald. in l. i. colum. 7. C. de fur. & in l. i. in prin. C. quæ sit lon. consue. & in l. de quibus colum. 14. ff. de legi. quod unum hic uideri nequit, namq; quid ad rumbum dicere, si iussus soluere simpliciter, nec soluerit, quod moram purgare possit, & non si iussus fuerit soluere intra Kalen. Decembris, quoniam durius agitur cum homine quàm cum lege d. l. celsus, quo ad magistratus simpliciter, & ad maiores magistratus? nisi dicamus tolerari, quanquàm sit à remotis ut per glo. in §. fi. in prohe. ffo rum, Cogita.

Additio.

In casu præsentis legis, nulla dubitatio esse uidetur, quia duæ traduntur regulæ negatiua & affirmatiua, ita Bar. in l. quotiens. ff. si quis cau. Immò est regulare, qđ uerbis affirmatiuis seu negatiuis uniuersalibus formetur ut hic, tradit idem Bar. in l. iura in princ. ff. de legi. quia tamen nulla est quæ non patiatur exceptionē, & plus dicit glo. in authen. ut si. prohib. mat. deb. in pri. quod ineptum est regu. non fallere, & quia potentes dubitare facile soluunt secundum philosophum l. quod labeo. ff. de carb. edic. Bal. in l. si tutores. C. de compē. non ab re erit aliqua adducere quæ dubium faciant in hac lege, ut planè inde postea decisionem eliciamus & ut nota notior fiat, quod etiā docet Feli. in c. non dubium de sen. exco. deridetq; Papa consulentes de indubiis in c. de multa col. i. de præb.

Additio.

Dum in not. defendo communem intellectum ad uer. ea uero, quod etiam Magistratus municipales posśint quæ sunt simplicis iurisdictionis delegare, ut uerba etiam innuunt, inducendo ad idem tex. in l. ea quæ. ff. ad municipa. ubi casus clarus ea enim quæ sunt magis imperii, quàm iurisdictionis inquit. l. Cons. nō potest facere magistratus municipalis, ergo quæ iurisdictionis sic, ut hic, adde nouissime uerisimile esse, quia id fortè ibi didicerat à Papiniano hic (illius enī præceptor fuerat ut dixi in prin. legis) nec dubium habet.

Additio.

Hic in prin. dum dicitur quòd in generali mandato Iurisdictionis non uenit id quod specialiter tributum fuit, Dec. improbat, quia sequeretur quòd causæ meri imperii delegari potuissent, & subinde aliter dicit, quod sic concludi debet potius quod in generali comissione nō ueniunt ea quæ delegari non possunt, & bene quantum ad istud, sed quo ad illud cogita, quod non alius etiā sensus ē non uenire scilicet in generali mandatò quod specialiter tributum fuit, quia delegari non possunt, ex quo electa est industria personæ, nec per alium possunt explicari quàm per eum cui mandata sunt à lege S. Con. uel Principum constitutione. Cogita tamen alibi electam fore industriam personæ, & tamen delegatio fieri potest l. 2. ff. si men. fal. mo. di.

Additio,

In illo articulo an argumentum à contrario sit proprie ex lege an uero interpretatiue, si uelles tenere quod sit proprie ex lege, per tex. in l. si quis locuples ff. de ma. testa. & aliis ut hic in lecturis diximus posses respondere ad iura probantia contrarium & primo ad tex. in l. pecuniam ibi tanquam sub cōtraria cōditione. ff. si cer. pe. ponderatum p Bar. disputando hic num. ii. quod d. uerbum tanquam proprietatem designat, positū in materia iuxta id quod uerum esse potest, & proprie quidem non autem interpretatiue iuxta doctrinam Bar. in l. si is qui pro emptore col. pe. ff. de usucap. & est text. in c. fi. de offic. lega. ibi tanquam perpetua. Ad text. uero in l. i. ff. si tab. testa. extab. ibi coniectura non proprie scriptus uidetur, quod capitur pro præsumptione ut ibi dicit gl. & bene, non autem pro argumento à contrario. Et eodem modo responderi potest ad tex. in l. apud antiquos. C. de fur. ibi, Quidam eam per coniecturam ita interpretati sunt, idest per præsumptionem antiquæ regulæ, quæ erat, qui posset alium cōuenire furti, ne furti pariter conueniretur, usq; ad eo ut ea præsumptione scilicet simili modo benefi-

dei possessor furti non teneatur, si aduersus dominum serui actionem habeat, et ita alia tolli facile possent.

Additio.

Quod argumentum à contrario formatur per Monosyllabam si, ut hic inq; illis uerbis, non aliter itaq; mandare poterit quàm si abesse cœperit, & in.l.si q̃s locuples.ff.de ma.testa.Bald.in.l.dictam legem col.2.C.de condic.ob.cau.

Additio.

Ad illud de quo hic per Deci.quod quãdo inter sensum directum, & contrariũ datur medium, non colligitur argu. à contrario sensu, dat exemplum inter permittere, & prohibere non permittere, ut inter uelle & nolle non uelle.l.i.§.scientiam.ff.de tributo. adde Barto.in.l.iam dubitari.ff.de he.insti. Corn. consi. 97.ad fi.uol.i.& consi.110.ad fi. & consi. 313.nu.21.eo.lib.& consi.75.col.i.uol. 4. & quod est etiam simile, inter fateri, & negare, mediumq; eorum tacere. Inter aliquid & nihil, Hyle, quam Philosophi primordialem materiam dixerunt, ut in consti.Neap.de legi.in prin.in uerbo primordialem. Inter bonam fidem & malã non bonam nec malam.l.3.§.genera ubi glo.ff.de acqui.po. inter hæc secundum legem, & contra legem, præter, vt not.in l.non dubium.C.de legi.& in.l.stipulatio ista in.§.alteri.ff.de uer.ob.idem Cor. consi.294.col.2.uol.4. inter consentire, & dissentire, tacere ut supra nouissime Corn.adhuc consi. 82.in prin.uol.i.

Sed (ut dicebam aliàs) argumentum fallaciam habet, quia imò colligitur hic argumentum à contrario ut expresse dicit tex. nec ullum datur medium, sed solum uerba legis Iuliæ de ui nominatim recitatur, ut is scilicet cui contigerit exercitatio posit eam si proficiscatur mãdare, ergo non (vt subiicit I.Con.) si non proficiscatur, quod tantum est dicere, quantum est quod causæ meri imperii delegari non possint nisi prætextu absentiæ.

Dici etiam potest ad materiam hic, q̃ non detur medium, quia prohibet regula, permittit exceptio, exceptio & regula sunt opposita non contraria sed priuantia, quia exceptio rursum est uulneratio regulæ, & actionis exclusio.l.2.ff. de exceptio.inter opposita ut priuantia exempli gratia habitus, & priuationis noctis & diei, non datur medium l. hæc uerba.ff.de uerb.si. ergo bene arguit hic à contrario Iuriscon.& arg.sumi potest, quod si proficiscatur mandari possit merum imperiũ & delegatio fieri, alias nõ.

Additio.

Quòd arg.à contrario sensu sumatur in lege, ultra multa iura de quibus hic in lec.uidetur probari etiam in.l.fi.in.§. necessitate.C.de bonisq; libe. ubi filius sine consensu patris, non habet legitimã personam standi in iudicio, ergo à contrario habebit patre consentiente ut in simili inquit text.& ita arguit in .c. cum apostolica de his quæ fi.à Præla. si. con. cap.& in.c.nostro de pœnis & re. & in.c. quanto de usu.& in.l.ad Comentariensem.C.de custo.reo.Old.consi.74.col.3. & consi.91.ad fi.& consi.92.

Additio.

Hic in fi. prin. huius legis S. C. mentio fit, nec dicit I.Con. quod namq; fuerit, quia minime fuerat necessarium ex quo nõ poterat de alio intelligi quàm de Sillaniano, vnde hinc dicimus nominatim factam exhæredationem filii tamet si nomen expressum non sit si modo unicus fuerit, quòdq; in definita quæ nõ potest nisi ad unum referri, orationi singulari æquiparatur.l.2.ff.de lib. & posthu. arg. in.l.certum.ff.si cer.pe. & quod etiam renunciatio generalis ualet, in casu Auth. matri & auiæ (ut ibi dicit Bar.nu.14.C. quando mul.tute.offi.fun.) quia non potest pariter de alio quàm de Velleia.intelligi. Et quòd dispositio generalis quæ non potest nisi in una specie, uerificari ẽ specialis, inquit Ias.in.l.i.col.5.ff.de uulga.& pup.sub.Imò tex in.l.si optio.ff.de op.le.Bal.ante eum in auth.hoc inter liberos in prin.C.de testa.

Et ad propositum quare S. C. Sillanianum dicatur, & quæ requirantur ut locum habeat, recurre ad Ros.Beneuentan.in tract.lib.eo.ti.per totum.

Additio.

In illa q. quam formant Docto. super gl. iurisdictione, contra communem, quod mandata omni iurisdictione uideatur mãdari merum imperium seu mixtum facit quia certum est, quod iurisdictio in genere comprehendit merum & mixtũ imperium, hoc admittunt omnes, ergo mandata omni iurisdictione, etiam merum & mixtum imperium mandari uidebitur, aliàs uerbum illud uniuersale omni in concessione appositũ nihil operaretur & male. l. si quando. ff. de lega. 1. c. si Papa de priui. in 6.

Secundo quia concessio Principis, ẽ beneficium hoc casu beneficia Principum sunt latissime interpretanda. l. fi. ff. de consti. prin. ergo.

Tertio quia uerba uniuersalia nõ debent restringi ubi de utilitate publica agitur. l. si quis in graui. §. is quoq; & ibi Bar. ff. ad Sillania. sed iurisdictio est potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi & æquitatis statuendæ ut not. infra de iu. o. iudi. & in. l. imperiũ eo. ti. ergo.

Nec ob. si diceretur ut dicebam alias (aliis pro cõi facientibus satis superq; hic in lect. responsum est) ꝙ dictio uniuersalis in particularem resoluitur, absurditatis uitande gratia & fuit uerbum Fely. in. c. nemo ad fi. de Simo. quia dico quod est uerum, sed ꝙ hic nulla absurditas resultat, imò ꝙ absurdum foret nisi sic intelligeremus, quando quidem nihil sit quod magis splendeat in Principe quàm munificentia & liberalitas. Imò rursum inquit Bal. in. l. pe. in. §. fi. per illũ tex. C. de adop. quòd oĩs concessio siue priuilegium Imperatoris est liberalitas.

Non ob. dictum Bald. in statu. in uer. omne nu. 1. quod similiter aliàs adducebam ut hic in lect. anni 1560. nu. 37. ad fi. quod si quis uendat prædia & oĩa iura q̃ ibi habebat quod non propterea uidebitur uendidisse merum imprium, quia illud ideo est, ex quo non erat de natura rerum uenditarum, ut subiicit, & si replicaretur, quod nec etiam cõcedi solet, respondeo uerum fore in dubio, arg. in. l. legatus Cæsaris. ff. de offi. Præsi. at hic sumus in casu claro, & in Principe concedente, dubii & clari nõ est par eademq; ratio. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. ob. ergo. Cogita. & aliàs à cõi non recede & multa in simili congerit Old. cons. 252. col. 1. & 2.

In Glo. magistratus in illa. q. an præbere auctoritatem manumittentibus, possit delegari, disputatur iurisdictio uoluntaria & contentiosa, declara quid sit illa & ista, & in quo differant ut per glo. in. l. 1. C. de emancip. lib.

Declara subinde text. qui in materia allegatur in. l. non est. ff. de ma. uindic. de ea manumissione intelligi, ex natura tituli l. Imperatores. ff. de in diē. ad. quia nihil ad rumbũ ea quæ fiebat censu uel testamento, quia hæc duæ species auctoritate iudiciaria siue magistratus non egebat, nanq; censu fiebat, si nomen serui, iubente uel consentiente domino fuisset delatum in censum, hoc est in æstimatione facultatis, testamento uero si eam sibi in eo reliquisset testator, uindicta autẽ quia prætor virga caput serui tãgens dicebat liber esto, deq; hac (ut dixi) in præsenti. q. est uerum quod Plutarch. aliter dicebat uindictam libertatem à Vindicio seruo appellatam fuisse qui cũ nobilium coniurationem detexisset de regibus exactis recipiendis, libertate donatus est à Bruto, illis etiam securi percussis, sed ut prius melius.

Esto quod text. in. l. 2. infra eo. adhuc in ista. q. allega. dicat consilium, & ita legatur etiam in Pandec. Haloand. & Taureli iudicio meo tamen concilium legi debet à concalando. i. uocando sic appellatum (erant enim. xx. qui cum Præside iudicabant) nocabanturq; Recuperatores peregrini quia recuperabant libertatem, seruosq; reducebant ad pristinum ius illud naturale, quo liberi omnes nascebantur, & ita legitur etiam in. l. fi. C. de uindic. lib. non à considendo, uel à consilio. Cogita.

Ad istum text. in. d. l. 2. tenendo quod dicit glo. quod præbere auctoritaem manumittentibus competat iure magistra-

tus & possit delegari, potest responderi & similes tolli quod speciali ratione in seruis manumittendis non absq; causæ cognitione, quoniam apud concilium, lata lege ælia sentia à Sex. Ælio & C. sētio Coss.anno.758. fieri debebat manumissio, ne seruus minor annorum xxx. manumitteretur, neue minor xx. manu mitteret. sed non quod alias non competeret iure magistratus, nec posset delegari, & maxime ante.d.legem, tamen cogita quia res non est sine aliqua difficultate.

Ad id quod coram quocunq; magistratu testamentum potest aperiri, declara testamentum fore in scriptis, & sine, ut declarat Odof.in.l.2.C.de bo.po.secū dum tab. quodq; de testamento in scriptis loquitur glo. Et quod testamentū sine scriptis nuncupatiuum uocatur. Et quod licet istud scribatur, quo facilius probari possit.l.contrahitur.ff.de pigno. nō tamē scriptura est de substātia ipsius.

Additio.

Concilium exercere, est eam habere auctoritatem quam habet concilium sic declarat tex. in.d.l.2.infra co.

Præbere concilium idest præesse concilio, sic declara quod dicitur in.l. an manumittere.ff.de ma.uind.

Additio.

In ista q.dic quod legis istius æliæ sentiæ fit mentio in pluribus locis, præsertim in §.eadem.insti.quib.ex cau. ma.li. & in.l.si non lex.ff.de hære. insti. & in.l. adigere in §.quamuis.ff.de iu.pat. & in rub.& in.l.pe.& fi.ff.qui & à quibus.

Additio.

Puto etiam iure fforum præbere auctoritatem manumittentibus non competiisse iure magistratus quicquid dicat glo.quia uideo ubiq; de maioribus mētionem fieri, Prætoris, Proconsulis lega ti Cæsaris & similium in. l.i. in.l.an manumittere, in.l.non est.ff.de ma.uin.nouissimo iure Authenticorum sic ut in §.nulla in Auth.de desen.ci.mitto etiam casum de quo in.l.2. præallega. infra co. & in.l.fi.C.de ma.uind.& in §.eadem insti,quib.ex cau.ma.licet,& hinc dicimus nō ab re quod libertas inæstimabilis res est.l.libertas.ff. de regu.iu. quia per eam reuertitur ad primeuum ius naturale, quo omnes homines liberi nascebantur quod etiam solet fauorabile reputari, argumento glo. positæ in c. statutum de præben.in.6.Et quod etiam iudices concilii manumittentes(ut supra) recuperatores appellabantur, libertatis scilicet amissæ.quod nota.

Additio.

In resolutione contrarii.l.fi.C. ubi & apud quem, multæ sol. traduntur ut hic dico in lecturis (contrarium erat huiusmodi dicit glo.hic quod quæ erant meri uel mixti imperii erant specialiter tributa maioribus magistratibus, inferiores autem cognoscere non poterant, & consequenter nec delegari poterat. Contra quia in integrum restitutio huiusmodi est.l.ea quæ.§.magistratibus.ff.ad municipa.& tamen delegatur.l.fi.C. ubi & apud quem.) illa uera esse uidetur quod sola cognitio delegabatur & examinatio, & tolerabile est Auth.adhæc. C. de iudi .l. cognitio infra eod. quod nouissime probo quia sic rubr. ibidem loquitur secundum quam lex intelligi debet.l.Imperatores.ff.de in di.ad.ergo.

Additio.

In glo.mandari in prin.in.q.an datio tutoris competat iure magistratus, dum disputando & probando quod non, dico quod nec potest compromitti, quia est mixti imperii, adde in simili text. in.l.fi. C.ubi & apud quem, ubi causa resti. in int. est huiusmodi, & hac ratione arbitri de ea non cognoscunt, sed cur delegatur ut ibi ista autem non.l.nec mandante.ff.de tu.& cu.dat.ab his. Cogita quia pendet à ueritate articuli & disputationis ut infra.

Additio.

Dum glo.hic allegat text. in §. nos autē insti.de atil.tu.adde, quod præsumitur factum maioris iudicis rite factum, non autem minoris. Ita Bal.in.l.tutores.ff.de confir.tu. Ias.late in c.i.col. 3. qui fen.da. po.& ideo datus tutor à maioribus magistratibus cum inquisitione. i. ab his q

habent

habent merum &mixtum imperiũ,non satisdat.l.si nemo.§.i.ff.de testa. tu. si à minoribus sic d.§. nos autem, ibi legitima cautione (secundum Theophi.) & non cautela, præstanda.quia quanto quis est maiori auctoritate præditus tanto magis præsumitur pro eo, & pro facto ipsius & declarat idem Bald. in.d.l.si nemo.

Ad idem considera cur sic uelit text. in præallega.§.nos autem quod possint tutorem dare, defensores ciuitatum una cum Reuerendissimo Episcopo, (antistitæ legitur communiter)sed Episcopo melius, quia illud uerbum est generalius l.decernimus. C. de ep.& cle. quasi Episcopi temporalem haberent iurisdictionem quod absonũ esse uidetur. Nisi dicamus forte id esse,quia pupilli etiam sub protectione ecclesiæ esse dicuntur. c.ex tenore de fo.comp.nonnihil Pet.de Bella perti.q.446.

Additio.

Ad id rursum quod dicitur in d.§.nos autem, quod cautione præstita debet creari tutor,declara, de nuda cautione intelligi,quia fit mentio in lege,l. sancimus.C.de uer.si.rem scilicet pupilli saluam fore vt in.l.muto in §.i.ff.de tute.& sic cum iur. de bene administrando, & sub obligatione bonorum suorum. l.fi. §.omnem.C.de admi.tuto.

Cautela autem aliud sonat, ut in codicibus antiquis legitur, qua quisq; uir prouidus & circumspectus prospicit ne possit circumueniri. l. testamentum. C. testa.ubi uulgatum illud,abundans cautela non nocet.

Est etiam notandum dum dicit rursum una cum Reueren.&c.quod est aduerbium coniungendi, usq; adeo ut nõ possint soli præsides,tutorem dare ut inquit Bal.in.l.fi.C.de Imp.multa Gozad. Bononien.consil.71.nume. 9.& facit ad idem etiam tex.in.l.Imo.ff.de usu.& ha. & in.l.fi.ff.ad legem aqui.

Et est nouum ius Iustiniani & forte erat una de 50.decisionibus ipsius, quia dicit per constitutionem nostram licet eam non habeamus ut in simili dicit gl. l.l.admonẽdi.ff.de iureiu.& de his alias in.l.i.in prin.in glo.decisiones. C. de emen.Cod.

Additio.

Ad supra dicta redeuntes,uidetur quod illi de quibus in d.§.nos autem sint maiores magistratus,quia princeps sibi quidem &ex sua constitutione ius dandi tutores concedit.l.muto.§.tutoris datio.ff. de tu.& cu.dat. ab his.l.cum prætor.ff.de iudi.& ut hic in prin.

Ea de re satisdare non deberent & tamen satisdant,ut ibi,& ut supra dictum est. Cogita.

Additio.

Moueo aliam difficultatem præsupponitur de iure antiquo quod non competeret datio tutoris magistratibus municipalibus,nisi iussu præsidum, & quod non posset consequenter delegari, postea ius nouum superuenit Iustiniani, disponens quoad unum tantum, quod possint defensores ciuitatum etiam iussione nõ expectata, ergo uidetur quoq; disposuisse quod possit delegari. l. si quis seruo.C.de fur.& ibi not.Cogita.

Additio.

Dum hic in glo.fortissimum dico quod plerunq; si ponitur pro quia l. uideamus ff. de in lit. iu. & sic causatiue, declara quod per ipsam dictionem reditur causa, si proferatur à lege erit finalis, si ab homine necessaria, puta in teste quia uicinus, eadem, si uero uoluntaria, impulsiua,ita Bal.in c.quia propter nu. 17. de elec.

Additio.

Dum glo, prædicta dicit,quod si in ui cõditionis monosyllaba si, ponatur, argumentum non sumitur à contrario probant docto. quia si dicatur promitto tibi decem,si nauis ex Asia uenerit, clarũ est purificata conditione quod promittens est obligatus, sed non quod sumatur argumentum à contrario si non uenerit quod non sim obligatus,quia obligatio non præcessit, & priuatio præsupponit habitum.l.decem.ff. de uer.ob.& male ac contra text.nostrum & alia iura in lectu.allega.in.l.Pompo.in §.i.ff. de procu.

procu.in.l.i.ff.de his qui sunt sui uel alie.iu.in.l.si pecuniam ff.de con.ob.cau. & similia.

Nec ob. exemplum quia non ita formari debet argumentum sed aliter & ad sensum directum sic,promitto tibi decē uel dabo tibi decem si nauis ex Asia uenerit,ergo à contrario si non ueniet, nō tenebor tibi dicta decem tradere, Cogita.

Additio,

Quod Monosyllaba si quandoq; etiam pro cum ponitur iuxta illud si exaltatus fuero à terra Io.12.l.qui promisit ff. de condic.inde.i.cum & isto casu etiam sumeretur argumentum à contrario quia si cum proficiscitur Præses mandat, nō mandabit cum non proficiscitur. Cogita.

Additio.

Inquantum glo.hic in fi.sentit quod cū istud quod est in lege Iulia de ui,esset etiam in alia accusatione criminali, nec possit diuersitatis ratio assignari, non argumentum erit à contrario,sed à simili;male loqui uidetur,quia text. hoc idē dicit exemplificando, & exinde arguendo à sensu contrario, uerum exempla non restringunt regulam,§. hactenus in stu.de grad.ergo.Cogita.

Additio.

Quod argumentum à contrario locum habeat in ultimis uoluntatibus, quando non haberemus tot iura istud dicentia in.l.aliquando.ff.de condi.& de.in.l.si legatum pure ff.de adi.le.in.l.quod pure.ff.quando di.lega.ce. & similibus defensatis à morsibus tenentium contrarium hic in lecturis, posset sic ordinate demonstrari.

Nanq; exceptio in uno casu firmat regu. in non exceptuatis, l. quæsitum. §.deniq;. ff. de fun. inst. sed in ultimis uoluntatibus non sumitur si resultet absurdum.l.2.secundum communem intellectum.C.de cond.inser. ergo regulariter secus.

Secundo quia propter quod unum quodq; tale & illud magis, si de quo minus inesse uidetur, ergo de quo magis, Auth.multo magis.C.de sacro sanc. sed in contractibus locum habet l.inter socerum.§.cum inter.ff.de iu.do. & est cōmunis opi.& intellectus ad illum text. quicquid dicat Deci. ut adhuc in lectu. ostēdimus ergo multo magis in ultimis uoluntatibus .l.in testamentis .ff. de regu.iu.c.cum dilecti de dona.

Tertio in legibus habet locum ut hic & in.l.lege iulia.ff.de testi.& in.l. qui testamento in.§.mulier .ff.de testa.& dictū fuit supra uoluntas testatoris est lex . §. disponat in Auth. de nup.ergo.

Quarto casus omissus debet haberi pro omisso nisi ex coniecturis habeatur pro expresso:l.si ita.ff.de au.& ar.lega.uerum per argumentum à contrario & ex uerbis elicitur qualis fuerit testatoris mens.l.labeo §. idem tubero .ff. de sup. le.ergo.

Quinto & ultimo, quia semper testator in dubio præsumitur noluisse se cōformare cum dispositione iuris communis l.hæredes mei.§.cum ita .ff. ad treb. ius commune huiusmodi est ut ualeat, & colligatur, hocq; modo arguatur ut hic, ergo in ultimis uoluntatibus locū habebit.

Additio.

In.l.aliquando præallega.ff.de condi. & de.in fi.dicitur quod aliquando legatū est purum,& efficitur conditionale,si adimatur scilicet sub cōditione,quia sub contraria conditione relictum intelligitur, adde hoc ideo esse ut actus potius valeat quam pereat.l.quotiens.ff.de reb. dub.& quia in legatis debet fieri semper benigna interpretatio.l.Seio.§.vxori .ff. de an.lega.

Additio.

Dicunt etiam docto.hic quod argumentum à contrario locum habet in contractibus sicut in ultimis uoluntatibus. l. pecuniam.ff.si cer.pe. ubi si mihi pecuniam debeas pure, & tu promittas eam meo iussu alteri sub cōditione, puta Titio si nauis ex Asia uenisset nec ego nec Titius petere poterimus, non ego,quia obligatio mea suspensa est per appositionem à te conditionis in promissione al

teri

teri facta meo iussu,non Titius, quia cõditio non est purificata nec ante aduentum conditionis obligatio nata, & perinde ac si mihi promisisses sub contraria cõditione si nauis ex Asia non uenisset,ecce quod argumentum à contrario sumitur in contractu aiunt.

Et male (inquit Deci.) quia illud est non per argumentum a contrario sensu,sed uirtute primæ obligationis.

Quod apparet etiam quia dicit tanquam si sub contraria conditione quæ est nota impropriecatis. l. meminimus. §.sed nec & ibi Bal. C. de legi.hæ. Alex. cons.87.col.2.uol.2.

Sed potest responderi non esse uerũ ex quo prima obligatio fuerat alterata ex promissione facta Ticio sub cõditione(ut etiam dicebam alias ad intellectũ l.aliquando.ff.de cond.& de.) quo fit ut id esse dicamus omnino per argumentum à contrario sensu, & ex interpretatione I. Con. obligationem dubiam sic declarantis.

Nec ob.quod dictio tanquam sit improprietatis nota, quia si erat per argumentum à sensu contrario, uera conditio esse non poterat quicquid alias diximus disputando.Cogita.

Probatur quoq; quod argumentum à contrario sensu habeat locum in contractibus,in.l.inter socerum in §.cum inter.ff.de pac.dota.ubi pactum erat factũ inter socerum & generum, si filia sua sine liberis decederet, quod restitueretur hæreditas socero ergo inquit I. Con. à contrario si cum liberis quod retineatur.

Dicit idem Deci. illud ideo esse ut pactum aliquid operetur quoniam alias nihil operabatur,patet quia soluto matrimonio dos ad patrẽ reuertitur .l. dos à patre.C.sol.mat.

Et male(ut dicebam alias)quia immo operabatur, ex quo eo declarabatur ius commune, & sufficit ut inquit Abb. in c.certificari colum.pe.de sep. & nouissime probo per tex.in.l.matris & in. l. pe. ff. ad Tertulia ubi bona matris ab ĩtestato defunctæ spectant ad liberos quod debet intelligi quoad ius adeundi,quia eo iure quicquid acquirebat filius acquirebat patri.l.placet.ff.de acqui. hæ. & sic uerba illa nihil operantur nisi declarationem iuris antiqui:& sufficit,ergo idẽ quoad pactum in casu d.§.cum inter, ergo id erit per argumentum à contrario. Cogita.

Additio.

Potest rursum dici ad intellectum d.l. pecuniam,non esse uerum (ut dicebat Deci.)quod id sit uirtute primæ obligationis, qa facta promissione alteri meo iussu quoad me,extincta erat obligatio, quæ postea reuiuiscit(ex quo nihil dictũ fuerat) per argumentum à contrario sensu.

Et ad id rursum quod idem Deci. dicebat ad d.§.cum inter quod non est id per argumentum a contrario sed ut pactum aliquid operaretur quod operatur per argumentum a contrario, sic ius cõmune declarando ut supra.

Dum etiam dicebam in lectu. quod in iudiciis quoq; argumentum à contrario locum habet,quodq; contrarii de quo in.l.Põponius in §.i. ff. de procu.ea est rõ,quia duo non possunt esse eiusdẽ rei domini insolidum vno eodemq; tẽpore.l.si ut certo §.si duobus uehiculũ. ff.commo.respondendo obiectioni Decii ut ibi, addo simile quod etiam ea est ratio in text.nostro,si Monosyllaba si,ꝑ quia sumatur,dicendo sic, quia Præses proficiscitur delegat, à contrario quia non proficiscitur non delegabit,ex quo cessante causa cessat effectus.l.adigere §. quamuis de iure pat.

Additio.

Quod in contractibus habeat locum argumentum a contrario adhuc probatur,nanq; mens in eisdem attendi debet l.ita stipulatus magna ff.de uer.ob. quæ ex uerbis colligitur.l.labeo.§.idem tubero.ff.de sup.leg.quod non aliter esse potest nisi per argumentum a contrario ergo in eis locum habebit.Cogita.

Additio.

Volo etiam probare quod habeat locũ in ultimis uoluntatibus, quia si testator pro-

prohibeat alienationem extra familiam & perpetuum inducat fideicommissum a contrario sensu non uidebitur prohibitus hæres sibi hæredē instituere qui sit de familia ut tradunt doc.in.l.filiusfam. in §.diui.ff.de leg.i.

Additio.

In gl.possit ad intellectum.l.fi.C.ubi se.uel cla.quod cognoscentes de causis illustrium personarū possint absoluere non aūt condēnare, adde q. illum text. dicit not. Felin. & exornat in c. non potest colum.3.de præscrip. & alibi Bal. per illum tex.quoq; in proœm.ffotum col.i.quod sæpe reperitur dignitas in habitu & non in actu & exercitio.

Si quis uellet tenere opi.contra Bar. Bald. Cy. & Ray. quod quando fit delegatio causarum meri imperii ex causa absentiæ, fiat non modo quo ad cognitionem, uerum etiam quo ad executionem, quod tenuerunt Alex.Ias.& Deci. post Gul.de cu.hic posset præter cætera per tex.istud probare in.d.l.fi.C.ubi Sena.uel cla. inducendo per locum à speciali, quod ibi personarum illustriū crimen delegatur, quo ad cognitionem tā tum ex quo condemnationem sibi reseruauit Princeps igitur & regulariter quā do ex causa fit delegatio, facta intelligetur in totum, ut delegatus cognoscat, condemnet & absoluat.cogita.

Additio.

In glo.proficiscatur, dici solet, necessitatis gratia multa à lege fore cōcessa, quæ alias & regulariter essent prohibita, adde nunc exemplo posse confirmari quia alienatione prohibita, non tamen est p hibita si fuerit necessaria.l.i.2.ff.fun. dota.Corn.consi.166.nu.26.uol.2.

Et hinc uidemus quod iura emphiteotica possunt dari insolutum creditoribus etiam incōsulto Domino, ut not. in.l.si finita in.§.si quæ sunt iura & in.§. si de uectigalibus .ff. de dam. inf. tradit Bal.in.c.i.in prin.col.3.de prohib.feu. alie.per Fed.in usib.& Corn.in loco præallega.

Imò quod in quacunq; dispositione, quanquām generali, necessitatis actus

semper exceptuatus uidetur, in tantum ad idem ut si dicat statutū quod mulier non possit obligari absq; consensu propinquorum, quod in obligatione necessaria locum non habebit .l.i.C. quando decreto opus non est .l.prædium .l. magis puto.§.si pater.ff.de reb.co. Alex.ubi multi consi. 215.nu.6.

Additio.

In illa.q.de qua hic per Bar.nu.14.si Præses reuertatur, an possit reuocari delegatus, Deci.concludit quod sic etiam re non integra ponderando uerbum iudicium in.l.iudicium soluitur.ff.de iudi.q intelligitur lite contestata ut ibi etiam per glo. Adde quicquid dixerim ego in loc. disputando, quod ita quoq; tenuit etiam Bal.& clarius quod usq; ad sententiam possit reuocari in.c.cum Bertoldus num.8.de re iudica.

§. QVI MANDATAM,

Additio.

Contra istum tex.ibi nihil proprium habet, vrget ualde quod dicitur in.l.legati.ff.de offi.procon. ubi legati proconsulis, nihil proprium habent, nisi à procōsule eis mandata fuerit iurisdictio, ergo aliquid proprium habebunt hoc casu, quia dictio nisi istud ipsum ponit & includit ut dicitur in.l.actione.C. de transac. ergo & hic delegatus mandata sibi iurisdictione pariter quia non potest diuersitatis ratio assignari, & tanto magis, quia præcedit, oratio negatiua dictę dictioni nisi in præallega.l.legati, ut declarat Alexand.in.l.si eum in.§.qui iniuriarum colum. 3. ff. si quis cau. Barto. in .l. diuus.ff.de peti.hę. num. 2.Corn.consi. 261.num.26.uolum.4. & clarius dicitur alibi, quod est exceptiua significans oppositum antecedentis, cui immediate aduersatur in .l. extraneo de uen. in po. mit.& in.l.3.ff.de custo.reo, & not. in .c. cum accessissent ad fi. de constitutio. & in.d.l.actione Bertran.consi.362. num.5. uol.2.

Nec uideo quod possit aliter responderi, nisi dicamus, in legato proconsulis speciale.l.cognitio in prin.infra eod. et

go in contrarium ius commune, & quod exceptio in uno casu, siue persona, firmat regulam in non exceptuatis .l. ius singulare l. quod uero contra. ff. de legi. l. quæsitum. §. deniq; ff. de fun. instruc. instrumentoq; leg.

Vel (ut dixi in lec.) quod propriam iurisdictionem intelligamus, & quid proprium habere dicatur quoad exercitium est uerum quod merum imperium non habet l. si quid erit. ff. de offi. procon. & ut hic, pondera tamen tex. in d. l. cognitio, qui dicit propriam, & cogita, nec à prima sol. discedas.

Additio.

Ibi uerius est enim more maiorum, uerba hæc exponi debent seu capi pro uetere instituto, aut consuetudine antiqua merum imperium mandata iurisdictione non transferri. Sic Ci. famil. 3. & 10. aliisq; locis sæpe, his utitur uerbis.

Ibi animaduersionem, merum intellige imperium, ut etiam in l. si quid erit ff. de offi. procon. & ideo dicitur in l. imperium infra de iurisdictione o. iud. quod merum imperium est habere gladii potestatem, ad animaduertendum in homines facinorosos.

Et ibi imperium, non merum pro modica scilicet cohercione, sine qua iurisdictio foret nulla .l. fi. infra eod. ad differentiam imperii meri, de quo in d. l. imperium, & imperii simpliciter ut in l. fi. ff. de offi. procon.

Additio.

Maxime mirandum est quod istud de quo hic, dixerit Papinia. à Paulo annotatum fuisse, ipsius Pap. discipulo quasi eiusdem auctoritate fretus, quod esset forte o. acutissimus, & ipsius Papinia. Præfecti Præto. assessor, & est argumentum ad idem quanta fuerit Pau. auctoritas in prohe. fforum in .§. pro respõsis, & in. §. his igitur, & ut ipse Pau. de celso dicit, in. l. si seruum in .§. sequitur ff. de uerb. ob. cogita.

SVMMARIVM,

L. DIEM FVNCTO. FF. DE OFFI. ASSESSO.

1 *Res diffinitione potissimum cognoscuntur.*
2 *Quis sit assessor.*
3 *An sit necessarium quod habeat gradum.*
4 *An officium istud sit dignitas uel honor.*
5 *An assessores iurisdictionem habeant.*
6 *An hæc sit lectura Bar.*
7 *Dubitandi ratio in prima parte.*
8 *Decidendi.*
9 *Alia dubitandi ratio, aliam partem text. respiciens.*
10 *Et alia ad uersi. diuersum.*
11 *Oppositiones ad tex. fortissime.*
Et ibi sol. not.
12 *Si scholaris duodenam conducat per annum, & intra istud tempus moriatur, an hæredes ipsius salarium totius temporis soluere teneantur.*
13 *Hæredes legati seu præsidis, uita functi, an possint petere à Cæsare, siue à Repub. totum salarium.*
14 *Quid in Præside qui non dum erat officium ingressus.*
15 *Si assessor cum aliis minus consequatur, an plus sibi debitum ab hæredibus præsidis consequatur.*
16 *Alia difficultas ad uersi. diuersum.*
Et ibi resolutio plana.
17 *Quid si præses remotus sit, cum tota familia, & assessore simul.*
18 *Intellectus ad uerbum legatis in tex. quo modo legi debeat.*
19 *Intellectus 2.*
20 *Intellectus 3.*
21 *Intellectus 4.*
22 *Intellectus 5.*
23 *Intellectus 6.*

DE OFFI. ASSESSO.

PAPINIANVS LIB. XXXI.

Reſponſorum.

L. DIEM FVNCTO, Quoniam res, (vt inquit Philoſophus) diſſinitione
1 potisſimum cognoſcuntur ex quo oſtendit q.d ditatem, & eſſentiam rei diſſinitæ, ſecũdum Boe. refert Cy. in. l. i. col. ulti. C. de legi. & not. in. l. omnis diſſinitio. ff. de regu. iu. immo uolebat Plato, quòd à diſſinitione ſemper inchoaretur, forte ſentiens, quod etiam teſtatur Ci. in. i. officiorum, ex ea intelligi poſſe, & quidem facile, quid ſit id, de quo futura eſt diſputatio, & pulchrum uerbum dicebat Bald. conſi. 409. quod dictus Ser Oldradus, in prin. uol. 5. quod id uere eſt tale, cui cõpetit ueritas diſſinitionis, quòdq; circũlocutiones demonſtrant accidentia, licet & ipſa magnam partem cõferant ad cognoſcendum quid hoc eſt, & quoniã de Aſſeſſoribus hic tractatus ponitur, operæ precium fore duximus, prius dicere quid ſit aſſeſſor, & quaſi præludio quodam etiam uti, ueluti in fiſtulis, ad ea, quæ fuſius infra dicturi ſumus, & ne quodammodo, ac ultimo loco, illotis (ut aiunt) manibus ad menſam maximarum difficultatum accedere uideamur.
2 Aſſeſſor igitur is eſt, † qui aſsiſtit iudici, ipſum inſtruens ad bene iudicãdum ut hic dicunt omnes, poſt Azo. in ſumma, & Spe. hoc eo. ti. in prin. & bene. Probaturq; hæc diffinitio, in. l. i. C. eod. ibi, Spe præmiorum, atq; honorificentia ſua (de magiſtratibus loquitur Imp. qui publicas habent adminiſtrationes) prouocent eos quorum prudentiam putant ſibi neceſſariam eſſe. Et in. §. i. in authen. de iudi. ibi, noſtris enim adminiſtratoribus adſint modis omnibus aſſeſſores, & ea, quæ ſunt legum explicent. Et in. l. certi iuris. C. de iudi. iuncta glo. Et ſic debet eſſe iuris peritus, quoniam alias non poſſet eum, cuius lateri aſsiſtit, inſtruere ad iudicandum, & cæcus cœcum duceret, amboq; caderent in foueam, ut Lucæ 6. dicitur, & not. in. d. §. i. & in. l. 2. ff. quod quiſq; iu. tradit Abb. in. c. ſciſcitatus, colum. ulti. de reſcrip. Et licet hodie, de conſuetudine, non
3 aſſumantur, niſi habentes gradum † de iure tamen haud eſt neceſſarium, quoniam Doctoratus eſt dignitas. c. quanto de magiſt. Alexand. conſi. 94. conſideratis, colum. 2. uolum. i. & conſi. 27. in cauſa ad fi. uolum. 2. Iaſ. in. l. ſi quis in conſcribendo, colum. i. C. de pac. libertus à dignitate repellitur, nec Doctor eſſe poteſt. l. i. C. ad legem Viſce. l. i. C. ſi ſer. aut lib. ad Decu. aſpi. & tamen aſsidere non prohibetur. l. liberti ſupra eo. Et quod iuriſperitus eſſe debeat, audi Vlpia. dicentem in. l. in fideicommisſi, in. §. nonnunquam. ff. de uſu. Præfectis Prætorio ſuaſi, fructus reſtitui debere. Et clarius in. l. metum, in. §. ſed ex facto. ff. quod met. cau. quòd eo aſsidente Prætori interloquutus eſt, actionem, ſiue exceptionem, metum paſſo, in caſu, de quo ibi, aduerſus Cãpanos, non deeſſe. Et in. l. lex Cornelia, in fi. princ. ff. de iniur. quod Sabinus in aſſeſſorio dixit, Prætores, exemplum legis ſequutos, in actione iniuriarum, iuſiurandum deferre poſſe. Et in. l. ego. ff. de ma. uin. quod idem Vlpia. paſſus eſt, quem apud Prætorem manumitti, & ſi lictores non adeſſent. Et adde, quod hac de re, non magiſtratui, ſed aſſeſſori, culpa imputatur, ut infra d. l. 2. quod quiſq; iu. quòdq; ipſi aliquid iniuſtè facienti, proteſtari debet, ne teneatur in ſyndicatu, ut per Bald. in. l. quoniam iudices. C. de ap. Et licet aſſeſſor, ratione ſupra dicta, appelletur, ab aſsidendo proprie dictus. l. 2. ſupra eod. l. conſiliariis. l. fi. infra eod. alio tamen nomine uocatur et Comes, & cõſiliarius, ut hic, & in. l. i. in. §. ſed & ſi. ff.

de

de ua. extraordi. co. et in locis prælle-ga. et in authen. quæ supplicatio .C. de præci. Impe. offe. & certe Sophocleum illud dici potest, Reges sapientes, homi num sapientum consuetudine egent, ut sapientiores reddantur, & quia dissipan tur cogitationes, ubi non est consilium inquit Salo. prouerbio. 15. contra uero, ibi multa salus, ubi sunt multa consilia, c. prudentiam, de offi. dele. ex quo fit, ut non mirum sit, si in petendis tabulis, de cem, in institutionibus componendis, tres sexdecim, in compilatione ffforum, & Codicis, quinq;, adhibiti fuerunt, & ut fusius Cassane. in consue. Burgun.
4 fo. 6. col. i. Post hæc† sciendum est etiam & secundo, quamuis officium istud nõ sit dignitas, quòd tamen est honor, & q̃ maximus, quodq; ab eo remouentur in fames, sicuti etiam à postulando d. l. liberti. l. i. §. ait prætor .ff. de postu. l. fi. C. eo. l. laudabile. C. de aduoc. di. iudi. Vnde eorum salarium honorarium. etiam appellatur. l. q. operas .ff. loca. d. l. i. §. in honorariis. ff. de ua. & extraor. co .l. properandũ. §. pe. C. de iudi. l. i. §. i. ff. si men. sal. mo. di. nec ob. glo. in. §. fi. insti. de ex- cep. quia in ꝓcuratore uera est, ob exercitii uilitatem, à supra dictis non parum hac ratione differentis, ex quo fit, ut iudæus etiam possit esse procurator, & tamen infamis est. l. fi. C. de iudæ. Soci. cõsi. 62. in præsenti consultatione, colum. 4. uol. i. & not. plene in rub. de iust. & iu. supra & mirum uidetur, quoniam procurator large aduocatus dicitur, ut per Bal. in. l. i. in fi. C. man. & quoniam si du bius de fama repellitur. l. reum criminis .C. de procu. multo magis repelli deberet certus de infamia, & tamen admittitur, non alia ratione, nisi supra dicta pro qua facit tex. hoc ad literam dicens, in. l. si quis procurationem. C. de decu. lib. x. multa Bal. in. d. §. ait prætor, & in. l. sed, & milites, in .§. sed & ignominia missi ff. de excu. tu. Et est utilitas etiam, quia assessor & aduocatus ad subsidia, ex his non tenentur, procurator autem sic, ut pulchre testatur Gui. Papa deci. 89. sed quia, signanter per. d. l. si quis procurationem.

Tertio & ultimo, quod hodie asses-
5 sores iurisdictionem habent† uel ex forma statuti, uel ex consuetudine, uel ex generali causarum delegatione, sibi à principio officii facta, quod forte olim non erat, & declarat Bar. in. l. i. supra eo. & in. l. præcipimus, in. §. quod si à duce C. de ap. aliquid in. d. §. sed quod prætor & de delegatione ciuilium causarum intelligit, quia criminales & quæ meri imperii sunt, non delegantur communiter, ut dictum est in l. i. supra tit. primo Aduerte tamen, quia esto quod iurisdictionem non haberent olim, partibus tamen iudicis fungebantur, quando ipse publicis occupationibus erat impeditus, ut in. d. §. i. in authen. de iudi. seruatà nihilominus forma authen. ad hæc. C. de iudi. & ibi Bal. in specie, & sensit tex. in. l. i. supra eo. ibi, in his ferè causis constat, ubi glo. hoc ipsum in specie declarat.

Sed contra, quia assessor etiam Vicarius appellatur, qui nihilominus iurisdictionem habet .l. secunda iuncta glo. C. de offic. eius qui ui. al. iud. ob. l. i. .§. à Præfectis .ff. de lega. 3. c. pe. de offic. Vi. c. Romana, cum similibus, de ap. in 6.

Sol. Vicarius hodie corrupto uocabulo appellatur, sed Vicarius non est, quia (ut dixi iurisdictionem non habet, aliàs delegatus, vices gerens delegantis l. solet infra de iu. o. iudi. c. sanè, de offi. dele. diceretur etiam Vicarius & tamen Vicarius non est, ut per Alexan. in rub. de offic. eius. col. 4. late Clau. in .l. i. in .§. qui mandatam, eod. tit.

Summatur & diuiditur, vt per Docto. & licet Barto. non multum loquatur in hac lege, de ipsius materia tamen tractauit fuse, in l. i. in .§. diuus. ff. de ua. & extraordi. co. immo quod hac
6 ratione† dicunt aliqui, præcipue Alexand. hic colum. 7. & in rub. de acqui. hæ. in prin. propter uarietates & contrarietates, quæ sunt hincinde, quod hæc non est lect. ipsius, sed alterius, qui ꝓ eo legit, fretus ẽt testimonio Imo. in. l. is q̃

reus, col. 23. ff. de pub. iudi. qui dixit rursum, quòd nec alia, quæ in hoc primo libro Borum habentur, sunt scripta Bart. & ratione comprobat Purpu. hic, in ult. q. in 2. col. quia deuiant omnia à stylo eiusdem, nec ullo modo conueniunt, ego uero contrarium sentio, quo ad. l. nostrã quia in prin. & fi. se remittit ad dicta per eum in præallega. §. diuus, quo uerb. ad lectu. huius primi lib. contrarium tenuit etiam hac ratione Clau. in. l. vt uim in repe. col. pen. & bene. ff. de iusti. & iu. considerando etiam id, quod not. in. l. nemo est qui nesciat. ff. de duo. re. quòd Doctor illustris, non potest legere per substitutum, ex quo electa est personæ industria, uulga. l. inter artifices. ff. de solu. & sic nec uerum, nec uerisimile quod dicunt Alex. Imo. & alii, & est magnæ importantiæ, propter summũ Bar. authoritatem in iudicando, ut ipse Clau. dicit, in loco præallega. ego aliqua in lib. obserua. 8. c. 2.

Dubitandi ratio in prima † parte esse
7 potuit, hæredes legati, non teneri salarium totius temporis comitibus seu assessoribus præstare quia non seruierunt, cessante enim causa, cessat effectus. l. Titia Seio. §. usuras. ff. de lega. 2. & quia nõ manducat (ut uulgo dicitur) qui non laborat, nec addiscit qui non uigilat. l. quamuis. ff. de dam. infec. l. pupillus. ff. quæ in frau. cre. unde & Gene. 3. dictum est etiam, in sudore uultus tui uesceris pane tuo. quod in materia quoq; Deci. Seni. refert, in. l. Seio, in prin. ff. de an. le. ubi salarium & tẽpus diuisionem recipiunt, & fuit argu. Bertran. de mon. fauen. ut per Bart. infra pulchre Bal. in. l. Lucius, in. §. i. ff. de leg. 2. & consi. 26. super primo puncto, in fi. uol. 4. & in. l. i. ubi etiam Albe. C. de suf. glo. Bar. & Docto. in. l. continuus, in. §. si ab eo. ff. de uerb. ob. & dictat honestas, quando istud etiam iuri consonum non esset, ut hoc solatio leuentur hæredes, nec teneantur, nisi pro rata, quoniã sunt grauati morte legati, ut in simili dicitur in. l. fi. C. de in sti. & in. l. i. de his qui ante aper. tabu. & est regu. posita in. l. cum. q. ff. de iurein. maxime quia casus fortuiti, & mortis dies incertus nullo humano iudicio præuideri possunt. l. quæ fortuitis. C. de pi. ac. l. 2. §. si eo tempore. ff. de admi. re. ad Ci. per. l. i. ff. de condi. & de. immo quod Comites ipsi prospicere debuerunt, quod euenire poterat, imputãdiq; sunt, cur pacto sibi ius non reseruauerint. l. i. si quis domum. §. i. ff. loca. Bar. plene in. l. inter stipulantem in. §. sacram col. 3. ff. de uer. ob.

Quibus tamen facile respondetur, quòd immo salario residui temporis fraudari non debent, ex quo per eos non stetit, quæ etiam est decidendi ratio hic, & probatur in. l. sed addes, in. §. fi. iuncta. l. seq. quæ cum ista concordat, & in. l. qui operas. ff. loca. & in. l. Mæuia, in princ. ff. de an. le. & in. l. fi. in princ. ff. ad legem Rho. de Iac. & in. l. de die, in. §. fi. ff. qui satisda. co. & sic licet cesset causa, non tamen cessat effectus, si sit consumatus, uel pro cõsumato, hac ratione habeatur, ut per Bar. in. l. 2. in. §. fi. ff. de dona. Bal. in. l. ex diuerso, lectu. 2. in fi. ff. de rei uen. Feli. & alii plene in. c. cum cessante, de ap. & parum facit ad idem tex. in. d. l. Seio, quia eo casu solutio pro rata fieri debebat, sicuti etiam in. l. qui insulam, in. §. pe. ff. loca. et in locis pro concordantibus allega. præcipue in. l. i. C. de suf. ubi de artifice artis mechanicæ loquuntur Docto. qui longe differt ab assessore et Comite. l. i. alle. etiam supra C. eo. pulchre Bal. in. l. ædẽ colum. 3. C. loca. et ut infra latius. Minus facit rursum, quod hoc solatio debent hæredes leuari, quia leuantur successione, et hoc idem satis est, absq; eo etiam, quod fiat præiudicium tertio, cui iam erat ius quæsitum, ratione contractus, & conuenit si succedunt, ut ad onera hæreditaria quoq; teneantur. l. secundum naturam ff. de regu. iu. l. unica. §. pro secundo, in fi. C. de cadu. tol.

Quod casus etiam fortuitus sit mors, fatendum est utiq;, quodq; præuideri nõ possit, sed negandum, quod assessoribus officiat, ex quo contigit in personã conductoris nec locatori põt culpa imputari. l. si uno. §. item cum quidam. d. l.

qui

qui operas.ff.loca.cum aliis adductis supra & nouissime tradit Iaf.in addi. Por. in §.item quæritur colum.2. insti.eo. Non ob.vltimum,quia ex multis posset responderi,ut per Bartol.in.d.§. sacram, sed dico aliter,quod immo non tenetur quis considerare remota, sed propinqua .hinc Seue.ait quod quamuis prospectus futurorum ad sapientem uirum pertineat,non tamen damno afficit non cogitantem,nisi ex præsenti statu cogitare debuerit.d.l.si quis domum.l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau. Bal.in d.l.ædem colum.4.C.loca.

8 Decisionis ratio est† ut supra & probatur etiam in .l.i.in §.diuus.ff.de ua.& extraordi.co.quem text.tamen ad oppositum inducit idem Bald.in loco præallega.colum.3.& verum est, quando per eum stetit,ut ibi glo.not.in uerbo repeti,in prin.signanter Bal.in.d.l.pe. in pri. C.de condic.ob.cau.& conuenit, ut assessores inueniantur facilius d.l.i.C. eo. alias non parum detrimenti Respub. pateretur,haud permittendum,& est simile in.l.nihil & ibi Barto.ff.de ac.re.amo. clarius Iaf.in.l.si donaturus in.§.fi.ff. de cond.ob.cau.& profecto(ut inquit Cy.) honos alit artes,omnesq; incenduntur ad studia,gloria,nec est iustus ac honestus labor honoribus,præmiis;atq; splẽdore fraudandus.

Et quia si locatore moriente idem disponitur,ut hæredibus suis tota merces debeatur.d.§.diuus,non potest aliud dici,monente conductore, ut hic quoniã sunt correlatiua,nec debent diuerso iure censeri.l.fi.C. de indic. uidui.tol.l.fi. ff.de accep.l.cum qui ædes.ff.de usucap. & quia si eodem tempore cum alio fuerint,uel sibi culpa etiam imputari possit,non debebitur salarium ut infra.

Dubitandi rationem tamen faciebat,

9 †deberi,& totum quidem,etiam si cum alio eodem tempore fuissent,quia perinde esse uidetur,ac si seruissent, cum per eos non steterit, ex quo casus contigit in personam legati, & sic conductoris ut supra. Et quia beneficium hoc sibi à lege indultum late interpretandum est,eisq; non auferendum, quibus nec culpa imputari potest.l. fi. ff. de consti. prin.c.cum dilecti,de dona.c.indultum, de regu.iu.in 6. & quia adhuc iuri sibi competenti, & iam quæsito, ut diximus ex primo contractu, non uidentur tametsi fuerint cum alio,eodem tempore,renunciasse.l.cum de indebito in pri. ff.de proba.l.sicut §. non uidetur. ff.qui mo.pi.uel hypo.sol. Quæ tamen parum ob.& primum tollitur ex eo, quia cum alio esse cœperunt.hæc enim urgẽs ratio est,quamuis per eos non steterit, contigeritq; casus in personam conductoris,ne salarium eiusdem temporis à duobus consequantur,cum nec possint etiam uno eodemq; tempore duobus seruire.l.si eadem, & ibi not.supra eo.l. nemo.C.eo.tradit Bald.in l.binos, in fi. C.de aduo.di.iud.nec rursus uerum est, 9 beneficium hoc legis, sibi auferatur quodq; sibi culpa imputari non possit, quia non debebant operas locare alteri ita ut ipsimet se priuauerint hoc legis beneficio,& in culpa,quicquid dicatur, omnimodo quantum ad istud esse uideantur & conuenit, quia decisio etiam & regu. d. l. fi. limitationem recipit, si de tertii præiudicio agatur, ut hic, & in.l.impuberi.ff.de admi.tu. & per Bal. in c.ex tuarum, de Autho. & usu pa. Vltimum confunditur per text. in. l. fi. C.de cohartali.lib.xii.& ibi Bartol.not. quod quam primum habens officium, aliud acceptat,emolumentum primi pdit,& sic pari ratione assessores legati p defuncti,in casu nostro, si cum alio (ut diximus)esse cœperint. Imo quod nec d.ius potuissent sibi reseruare, protestãdo,ex quo sumus in dependentibus à potestate legis.l.Nensennius,&ibi idem Bar.in prin.ff.de neg.gef.quodq; potius cum hoc idem scienter faciunt d.iuri renunciant,& arg.retorquebitur.l. si proponas §.i.ubi Bal.in simili.ff.de inoffi.testa.& hæc pro ratione decidendi etiam sufficiant.Et quia si unum officium est, conuenit quoque ut unum salarium tantum consequantur.d.l.binos & quia si non sunt cum alio,adhuc esse uidentur

tur cum eo, qui uita functus est, et sic à cessante ratione, si cum alio esse inueniantur, sibi salarium non debebitur d. l. fi. C. de coharta. præallega. lib. xii. Potuit forte etiam esse dubitandi ratio, in uer. diuersum, pro nunc communem intellectum literæ sequentes, quia si legatus remotus est, & nō assessor, adhuc æquum non uidetur, salario fraudari debere. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. l. transactione matris. C. de transac. l. non debet. ff. de regu. iu. argu. in. l. sancimus. C. de pœ. & maxime ut male meriti ægestate laborent, ipseq; suo priuetur, & assessori debitum persoluat, uulga. l. quisquis. C. ad legem Iuli. ma. Et quia sic ciuiliter mortuus est, argu. in. l. si mater. C. de insti. de morte naturali ad ciuilem fit extensio, iuxta not. in. c. susceptū, de rescrip. in 6. & in. l. ex ea in. §. insulam. ff. de uerbo. ob. Bart. in. l. i. col. 2. ff. de testa. ergo sicuti legato uita functo, debetur assessori salarium ut supra ita sibi debebitur, si remoueatur ante tempus, uiuens, & successorem accipiat. Sed omnia resoluuntur quoq;, quod imo fraudari debet, quia præses, seu legatus, remotus uidetur ipsius assessoris culpa. l. 2. ff. quod quisq; iu. & diximus in eulden. ita ut non simus in casu regulæ. d. l. non debet, & similium, quoniam ipse se (quod aiunt) suo gladio iugulat, & damnum sua patitur culpa, ut in regu. damnum, de regu. iu. & est communis intellectus huius uer. ut infra & ipsius ratio. Nec ualet argu. ex his etiam, ut dicebatur de morte naturali ad ciuilem, quoad omnia, & generaliter. l. Deo nobis. C. de ep. & cle. declarat Bart. in d. l. i. nume. 7. de testa. sed in casibus duntaxat, in quibus hoc iure cautum inuenitur, ut per glo. in c. placuit 16. q. i. Bald. pulchre in Authen. si qua mulier colū i. C. de sacrosanc. ec. Et ad idem facit etiam, quia si culpa Assessoris remotus uidetur, iam nō aliud dici potest, nisi qꝫ per eum steterit, ergo ut hoc sit diuersū à primo casu, quod uerbum sonat Iurisconsultus omnino fraudabitur (ut diximus) salario. l. itaq; fullo, cum similibus. ff. de fur. alias ipse legatus culposus uideretur, non dicendum d. l. 2.

Ad text. istum, in prin. ibi, diem functo, adde alium in. l. i. in fi. C. de pac. similem; in. l. i. & fi. C. si reus uel ac. mor. fue. & in. l. post duos, in fi. C. de aduo. di. iudi. & considera, dum ea ratione deciditur in eo, quod salarium Assessorib. debetur totum, si legatus ante tempus mo-
11 riatur, quia finguntur seruisse, ex quo per eos non stetit, ut hic per Bar. in pri. quomodo hoc ipsum procedere possit, nam habemus, quod fictio nunquam inducitur, ubi non potest habere locum ueritas. l. qui ad certum. ff. loca. l. i. in pri. C. de rei uxo. ac. l. si paterfamilias, in fi. iuncta. l. seq. ff. de adop. loquor de inductiua, quando fingitur esse quod non est. l. qui in utero. ff. de sta. ho. ad priuatiuæ differentiam, quæ remouet illud qđ est, exemplum quod monachus ꝑ mortuo habeatur. l. Deo nobis. C. de ep. & cle. Cur. iuni. consi. 5. uideretur, nume. 42. & etiam translatiuæ, quando id, qđ est uno modo, fingitur esse alio, ut qui reuertitur ab hostibus, dicatur, eo modo, semper in ciuitate fuisse. l. retro. l. post liminium in princ. ff. de capti. omnia Bar. in. l. nec utilem, nume. 4. & 5. ff. ex quib. cau. ma. sed uere seruire non potuissent quoniam mors omnia soluit ad uulga. §. deinceps, in Authen. de nup. nec in personam legati mortui aliquid principiari potuisset, inquit in simili Pau. de cast. consi. 104. uisis, colum. 3. uolumi. i. immo Iuriscon. in. l. eius qui in prouincia. in uer. quod si stipulatus. ff. si cer. pe. & in. l. pe. ff. quæ sen. si. ap. re. ergo nec seruisse uidebuntur. Et melius est dicere, quod istud sit potius ratione interesse, ut hic per Deci. Sed facile responderi posset, & dici, ut dicit Cur. uerum quia eius responsio non est in terminis fictionis inductiuæ transeo, & respondeo aliter, quod ideo in. d. l. qui ad certū reconductio facta non erat, ex quo requiritur consensus expressus, uel tacitus. cū sit emptioni & uenditioni locatio proxima, & sic contractus, qui consensu perficitur. l. 2. ff. loca. uerum furiosus, de

quo

quo ibi consentire nõ potest nec expresse, nec tacite, quia consensum nõ habet. l. furiosi. ff. de regu. iu. l. i. §. adipiscimur. ff. de acqui. po. ergo, ubi alia ratione Assessores in casu nostro seruisse fingũtur. d. l. qui operas. l. sed addes §. fi. cum aliis adductis supra ff. loca. & istud etiam dictat æquitas, sine qua fictio stare non potest. l. sciendum. l. deniq;. l. nec utilem. ff. ex quib. cau. ma. Non ob. text. in. l. i. in princ. C. de rei uxo. ac quia fundat se Imperator pariter in specialitate dotis, non quia uere in eiusdem promissione potuerit stipulatio interponi, ideo sicuti eo casu, & simili, æquum est adhuc fingi, non minus æquum esse uidetur, qd' illo fingantur assessores etiam seruisse. Non deniq;, & ultimo, in. d. l. si pater familias, quia adoptio naturam imitatur, eaq; ratione, minor maiorem non adoptat, & est actus legitimus, per quẽ fit quis filius, qui tamen filius non est, ut not. in §. primo. insti. de adop. usq; adeo ut ad casum nostrum male applicari posit, quoniam nõ repugnat (iterato dixerim) quo minus assessores seruisse fingantur, cum per eos non steterit & quia si uixisset legatus, uere & omnimodo seruissent nec debent, hac ratione, salario totius temporis fraudari. Sed longe magis urget aliud, nam seruire est facti, potius quam iuris, patet ad sensum, & probatur in simili, in. l. cõ silio in fi. ff. de cu fu. & quia præstatio operarum, est promissionis satisfactio, satisfactio est facti, ut per Bald. consi. 508. tenor, colum. 2. uolu. 5. super his, quæ sunt facti, fingi non potest. l. sciendum. ff. ex quib. cau. ma. l. cum hæredes §. i. & ibi Barto. in prin. l. i. §. si uir. ff. de acquir. po. exemplum in possessione, cum aliquis reuertitur ab hostibus, ut sibi non quæratur, sine noua apprehensione, ex quo non fingit lex, ipsum retro possedisse, & rationem assignat Bal. in. l. deniq;, allega. etiam supra. ff. ex quib. cau. ma. quia ueritas eiusdem facti mutari non potest. Cui difficultati etiam respondetur, quod illud iõ fit, quia fictio postliminii, quæ fingit captum ab hostibus semper in ciuitate fuisse, est fundata in æquitate, ut qui per iniuriam ab extraneis detentus fuit, postquam in fines redierit, ius suum pristinum etiã recipiat. l. postliminium, in prin. ff. de capti. uerũ æquitas non patitur quod possessionem recuperet, quoniam sic locupletaretur cum aliena iactura. l. nã hoc natura. ff. de condic. ind. ergo & pulchre declarat Barto. in d. l. sciendum, & in d. §. i. & est verũ, & cum in casu præsenti secus sit, ut ostẽsum fuit proxime non aliud dici poterit, nisi quod perinde sit, ac si seruissent, seu quod seruisse fingantur, & q; non sit perpetuo uerum etiam quod fictio locum habere non possit super his, quæ sunt facti, probatur, quia qui est in utero, habetur pro iam nato. l. qui in utero. ff. de sta. ho. & pro mortuo qui uiuit. l. Deo nobis. C. de ep. & cle. l. i. §. pe. ff. de bo. po. contra tabu. & tamen ista sunt facti, & in facto consistunt, & no. Bar. in. l. si is qui pro emptore, nu. 38. ff. de usuca. & in. d. §. si uir ergo & quod hic rursum assessores seruierint.

12 Et ex his ad. q. infertur, si scholaris duodenam conducat ab aliquo per annum, & intra istud tempus moriatur, an hæredes ipsius teneãtur soluere salariũ totius temporis, & respondetur ꝑ istum tex. & per rationem superius adductam casu cõtingente etiam in personã scholaris quod sic, quodq; est fere idẽ casus, & quia uidetur quando cõducit operas illius, cum quo contrahit, uoluisse se cõformare cum dispositione iuris communis, quæ est huiusmodi. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & est casus in. l. si uehenda in prin. ff. ad legem Rho. de iac. ubi ad literam dicitur, nautæ ue cturam deberi, pro mancipio, in naui posito, et si mortuum sit, & istam, q. ponit Por. & ita decidit in §. fi. in 2. col. insti. loca. Tamen contrarium quoq; suaderi potest ex eo, quod scholaris est persona multũ priuilegiata, patet quia cogitur Dominus, ad sibi locandas domos. l. i. C. de stu. libe. ur. Ro. lib. x. l. decernimus, & utrobiq; not. C. de ep. & cle. firmat Bald. l. i. col. 5. ff. sol. ma. & sic cõtra regu. l. in te-

mandata.C.mã.potest item omissis mediis appellare ad Principem, eodem teste in Authen. habita in 4.C. ne fi. pro pa.quod tamen adhuc non est regulare. l.Impecatores.ff.de ap. Et tempore pestis, uel belli de domo recedere ante tẽpus,nec tamen ad pensionem tenetur.l. habitatores.§.fi.ff.loca.sentit Cuma. in. l.recusare,in §.fi.ad Treb.refert & sequitur Alex.in apostil.ad Bar.in.l.si uno in, §.item cum quidam.ff. loca. Item quia sumus in contractu bonæ fidei §. actionum, insti.de actio.in quo casus fortuiti nunquam comprehenduntur.l.quæ fortuitis .C. de pi.ac.inq; eo ualde exuberat bonafides.l.bonafides,ff. de po.i. tumet non secus ac ubera. Et quia deniq; poterat ante tempus recedere, etiam sine causa,soluendo solum interesse, qđ in obligationibus facti quoq; est maxime considerabile.l.si quis ab alio,§. fi.ff. de re iud.l.stipulationes nõ diuiduntur. ff.de uerb.ob.igitur ad totum non tenebitur.Est uerum quod hæc fundamenta satis debilia esse uidẽtur, quoniam scholaris est priuilegiatus in casibus à iure expressis,ut in milite.l.in fraudem §. fi. ff.de mi.testa.& in fisco. l. item ueniunt §,in priuatorum.ff.de peti.hæ. & similibus,dicimus,de quibus in.l.fi.C. de sacrosanc.ec.ubi ad propositum gl. singu. & egregia. Nec ita debitores sumus alicui priuilegiato,ut aliis iniustitiam faciamus,inquit tex.in c.ex tenore de fo.cõ. & glo.in.l.assiduis. C. qui po.in pi.ha. immo quod priuilegium unius, non debet trahi ad iniuriam alterius.l.impuberi.ff.de admi.tu. Et quia etiam in casu legis nostræ,ut dicebam heri, contractus est bonæ fidei, & tamen casus fortuitus mortis comprehenditur,obligatioq; est facti,& nihilominus solius interesse ratio non habetur,sed totum salarium solui debet. Opinio uero æquior contra Por. cuius ueritas patebit ex responsione ad primum quod pro ipso adducebatur,& in quo solo consistit, ut dicamus non esse uerum,quod militet eadem ratio,seu quod sit fere idem casus,quoniã hic assessores operas tantum præstabant, hospes uero scholaris,operas & expensas,&sic non ex præmissis illatio erit bona,cum non sint termini pares, uulga.l. Papinianus exuli.ff.de mino. & minus q̃ uideatur uoluisse se conformare cum dispositione iuris communis, quia hoc ipsum quoq; procederet, quãdo ius ita disponeret,sed non disponit, nisi(ut diximus)in præstantibus operas tantum ergo.Non ob.deniq;,& ultimo tex.in.d.l. si uehenda.quia eo casu quoq; nauta operas tantum præstabat, ut hic, & quia etiam modica merces erat consistens in labore corporali,quæ sibi ea ratione negari non poterat, arg.in l.scio.ff.de in integ. resti. & in.l. quamuis .ff. de cond. & demon. & quia ita mortuum, ac si uiuum fuisset,mancipiũ uexit casu quoq; contingente in re uecta , non in conductore,ut hic,& hoc nisi aliud actum sit,&ita sensit ibi Labeo,cõtra Paulum, uel dici potest quod habeatur rõ lucri cessantis,ut hic per Deci.& est communis opLut-no.in.l.unica. C. de sen. quæ pro eo & in.l.3.in §.nunc de offi.ff.de eo quod certo lo.tamen iure non probatur quia est interesse extra rem, de quo nul-
1 la habetur ratio, etiam quod in damno consistat.l.si sterilis.§. cum per uenditorem.ff.de ac.emp.idem Dec.in c.cum uenerabilis col.6.de excep.cogita,qa quæstio pulchra est,& quotidiana.

Et pulchrior sese offert, nunquid hæredes legati seu Præsidis, intra functi
13 †possint pariter à Cæsare, siue à repub. totum salarium petere, an uero sibi pro rata tantum debeatur. Cõmunis est breuiter,quod totum peti possit, ut per gl. præstitum hic, quæ in hac parte erit expedita, quod attestatur Ias. subiiciens plus post Albe.quod ista quæstio euenit de facto inter Cremonenses & hæredes Domini Bernardi Bononiensis,quodq; ita iudicatum fuit,nec immerito, propter Authoritatem glo.à qua non est recedendum,maxime si sit per alios Doctores Illustres confirmata,secundũ Iac. But.in.l. 2. C. qui pro sua iu. & in.l.i. in §.uideamus.C.de rei uxo.ac.quem refert & sequitur Gui. Papa in deci. suis

134. sed qualiter, ad fi. late Clau. in l. ut uim, in lectu. col. pe. & in repe. 33. & 34. ff. de iusti. & iu. & dicit Saly. in l. 1. in 4. C. de pac. quod est nauicula, quæ nos in tutissimum ducit portum, aliqua ego in l. si quis maior. C. de transac. & idem tenet etiam glo. in l. i. in §. diuus. ff. de ua. & extraordi. co. & pro ea facit (præsupponendo semper (ut Bartol. inquit) quod nihil à partibus sit dictum argum. in l. unum. ff. si cert. pet. quoniam tunc non esset disputandum, cõtractus enim legem accipiunt, & ex conuentione partium (ut aiunt) l. legem. C. de pac. l. i. §. si conueniat. ff. depo. l. contractus. ff. de regu. iu. cum similibus) quia eligitur ad instar aduocati, sed si aduocatus intra tempus moriatur, eius hæredibus salarium totum debetur. l. post duos. C. de aduo. di. iudi. per glo. hic, & Barto. allega. ergo & hæredibus præsidis argu. in l. instar. C. de iu. fi. lib. x. & in c. 2. de offic. le. & in clem. i. & ibi Cardi. in princ. de iudi. & in d. l. duo sunt uel tria, ponderanda, maxime facientia ad propositum, hoc ipsum dici debere omnino, quia officium peragere cœpit, mox qđ in solatium ad hæredes totum transmittitur, uel liberi fuerint ultimo loco, uel extranei, uel ex testamento, uel ab intestato.

Est uerum quod Fulgo. Alexan. Deci. & Cur. ac alii, dicunt quod hoc casu est speciale in aduocato fisci, & habet colorem. Sed istam solu. impugnat Ias. ex quo hoc nunquam dici debet, nisi exprimatur. l. item ueniunt §. in priuatorũ ff. de peti. hæ. Replicat Deci. ex uerbo statuimus, satis apparere, quod est noui iuris promulgatorium. c. ut litigantes, ubi glo. magistra, de offi. ordi. in 6. Et male, quoniam stant ista simul, quod nouum ius promulgetur, & tamen eo casu speciale non sit, quod probo, quia generalis ratio, quod res non sit integra, quodq; officium peragere cœperit, dictum ampliat uulga. l. metum §. animaduertendum. ff. quod met. cau. l. regula. §. & licet, ubi glo. & Bartol. ff. de iu. & fac. igno. immo quod fit extensio etiam, ex identitate rationis, de uno casu ad aliũ, quamuis in eo sit speciale. l. quod uero contra, & ibi Alb. in prin. ff. de legi. facit optimus text. in l. si uno in §. item cum quidam. ff. loca. qui loquitur in procuratore Cæsaris, & tamen locum habet etiam quod ibi dicitur, in aliis personis. Secundo facit tex. in l. i. in §. diuus. ff. de ua. & extraordi. co. & in l. qui operas. ff. loca. ubi si aduocatus pariter, qui salariũ à Domino habuit, intra tempus moriatur, illud non restituit, idest ab eius hæredibus repeti non poterit, quia (dicit Iurisconsult.) per ipsum non stetit, quominus causam egerit, quæ ratio militat etiam in casu præsenti, ergo sicuti ibi nõ repetitur hac ratione peti poterit etiam si solutum non sit, in quæstione nostra, & urget. Quamuis & ad istud dicatur, quod d. iura loquuntur in retentione, quæ fauorabilis est. l. si in area. l. qui exceptionem. §. si pars. ff. de condic. inde. & fuit responsio Dec. nec adhuc tenenda quoniam (ut inquit Cur. & bene) generalis est ratio, quæ ita militat in petitione, sicut in retentione. d. §. & licet, cum aliis adductis supra quæ non repeto.

Et adde, quod intellectum ad regu. d. l. si in area. tradit Bal. egregie, consil. 373. à maritus, colum. i. uolum. 3. & ostendit non esse perpetuo ueram. alii ad. d. iura, alia dicunt à ratione Iurisconsult. deuiantia quibus obiici potest quod dicitur in. c. in istis 4. dist. & in l. 2. C. de cri. sac. ideo eorum philaterias non refero, & transeo. Vltimo uerum est istud, quia absurdum foret maximum, & inconueniens (ut inter disputandum dicit Bar.) ex quo ipsi tenerentur insolidum, & tamen partem reciperent, nec ista ratione de mente iuris sed contra ius potius, ut per Bald. consi. 223. substitutio. uolum. iiii. & est argumen. in l. tale pactum, in §. fi. ff. de pac. Sed dicunt Scriben. adhuc nec istud concludere, præsertim Fulgo. Alexand. & Deci. quia salarium assessoribus non debetur ab hæredibus legati seu Præsidis, sed à Repub. l. fi. infra eod. & male ac contra text. in l. i. C. de assesso. ibi, spe præmiorum

& honorificentiæ eos prouocent, quorũ prudentiã sibi necessariam fore arbitrantur, alias duplici onere grauaretur Resp. non dicẽdum. l. Titia. §. q inuita. ff. de leg. 2. nec ob. tex. in. d. l. fi. quoniã non sequitur, ꝙ salarium publicũ sit quodq; ex hoc à repub. debeatur, arg. in. l. argentarius, in prin. ff. de eden. Et dicendum idem est in Doctore legente, qui si intra annum moriatur, transmittit salariũ ad hæredes, & maxime si sint Doctores illustres, ut quondã Cur. Alexandrinus, & Cagnolus collegæ, qui intra annũ mortui sunt, nec ab re, quia militant in eo rõnes, de quibus supra & in. d. l, post duos, & in. d. §. diuus, & q a salariũ honorariũ appellatur, ut dixi in euidentialibus, ex quo honoris causa præstatur, & quia in honoribus largior debet ĩterpretatio fieri, q̃ in oneribus. l. si longius. §. fi. l. sed & si susceperit. §. libertus. ff. de iudi. l. falsa §. i. ff. de cond. & de. tradit in spẽ Bal. in. l. i. ĩ ult. col. C. de suffra. & not. ẽt in. d. §. diuus, plene Ias. hic, Alex. & cæteri. Et ꝙ ita iudicandum sit ꝑ ꝑ gl. authoritatem (ut diximus) & hic, & in. d. §. diuus, sensit quoq; Alex. ĩn 5. col. Tamen Bertrandus quidã de Monte Fauentino, per Bar. relatus hic, & in. d. §. diuus, nu. 12. & Ias. hic col. 8. contrariũ tenuit, ꝙ immo non debeat consequi salarium, nisi ꝓ rata temporis, motus & ipse pluribus fundamẽtis, sed prius scias, ut idem Ias. dicit, post Albe. ꝙ iste fuit vir sua tempestate clarus concurrens Gul. de Cu. ꝙq; repetiit hãc legẽ, in Monte Pessulano, & ꝙ deniq; ad dignitatẽ Cardinalatus fuit euectus, testaturq; Albe. ipsum in cœtu Cardinaliũ postea uidisse. Quæ oĩa ad unguẽ refert ẽt Nico. Boe. in deci. suis 6. & uidetur nu. 8. & Catelia. cot. in memora. de iuris peri. ꝙ ex hac uita migrauit eo anno Bononiæ, quo ẽt Io. And. 1348. tẽpore mortalitatis, cuius meminit ẽt Bar. in. l. naturaliter, in ult. col. ff. de usucapio. Et primo, ad propositũ redeuntes, quia labor & tẽpus diuisionẽ recipiunt. l. Seio. ff. de an. le. dictũq; fuit ẽt in casus figuratione & ita per istum tex. idẽ Bar. in disputatione per Italiam, col. 4. & in Ambasciatoribus Bal. in. l. Lucius, in. §. à te peto. per illum tex. ff. de leg. 2. Sed tenendo cõem potest responderi, ut respõdent Alex. & Ias. ꝙ ille tex. procedat, & loquatur in salario debito rõne laboris simpliciter, hic autem laboris & honoris, igitur non mirum, & sentit Bar. in. d. §. diuus, col. 3. & Bal. in. l. i. in 2. oppo. C. de lega. dic tu, & in. d. l. i. clarius, & fusius. C. de suffra. Ob. tamen implicatiua quoq; posita in. d. l. qui operas. ff. loca. inducendo, ut hic per Deci. col. 10. nu. 16. sed respondetur, implicare, quo ad id tantũ, si contingat casus in personã conductoris, & quia non simpliciter de labore mechanico loqtur sed cum aliquo honore, ut hic, & pondera, ꝙ dixit honoraria, est uerum, ꝙ huic solu. cõtrariari aliquantulũ uidetur tex. in. l. si uehẽda, in prin. ff. ad legẽ Rho. de Iac. tamen si bene cogitabis, stãtibus maxime dictis in præcedẽ. q. non contrariatur, nec obstat. Secundo põt responderi d. casu non deberi legatum, nisi pro rata quia in dubio uidetur testator uoluisse grauare hæredem suum, minus quam possibile sit. l. unum ex familia. §. si rem ff. de lega. 2. hic haud considerabile. Vel & tertio, quia si testatrix unicam tantum filiam habuisset tẽpore testamenti duos tantum legatos annuos legasset, & habitationem uerisimiliter, ex quo legauit senos, cum tres haberet, argu. in. l. cum de indebito. ff. de proba. ergo duo tantũ pro rata, & non totum debebitur. l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. l. Titius. §. Lucius ff. de libe. & posthu. & quod non faciat breuiter ad propositum cõstat, quia esto quod testamenta habeãt se in aliquibus & quoad quid ad instar contractuum bonæ fidei. l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. resti. non est ne. est tamen stricti iuris, hic autem contractus bonæ fidei simpliciter, & quia loquitur in legato annuo, nos autem anni tantum, & quia sub conditione legatum relictũ erat, quod cum specificæ impleri non posset, nisi respectu filiæ uiuentis, non debebitur consequenter, nisi ipsius respectu. l. qui hæredi. l. Meuius ff. de condi. & de. Secundo, ꝓto Bertran.

facit text. in. l. i. C. de re mili. lib. x. ubi si miles stipẽdiarius capiatur ab hostibus hæredibus ipsius non debetur stipendium, nisi pro rata temporis. Sed posset responderi, ut ad. d. l. Seio, primitus dicebatur, quia militia non est dignitas. l. i. C. nego. ne mi. lib. x, l. fi. C. q mi. po. eo. lib. & est cõmunis opi. tradit Bar. in. l. fi. num. 3. ff. de mili. testa. & patet, quia libertus dignitatem habere non potest. l. i. C. ad legem Visce. dixi in euiden. & tamen militat. l. si duobus. ff. de mi. testa. l. fi. C. de liber. & eo. lib. Ex quo tollitur etiam tertium. d. l. si uno. §. item cum quidam, & quod habetur in. l. si quis fundũ in. §. imperator. ff. loca. ut hic per Bar. q̃a in his terminis loquuntur, & not. in. d. §. diuus, plenius. Posset etiam ad. d. l. primum dici illud ideo esse, quia miles nõ uacabat culpa, ut dicunt Docto. sed q̃a diuinat, à prima non discedo aliis etiam sepositis de industria, de quibus Alexan. Ias. & cæteri, nonnihil Bald. in. l. liberti, col. 5. C. de ope. liber.

Verum & quarto facit (ut adhuc Bar. dicit) quia speciale est in domesticis, & protectoribus Principis, ad hæredes salarium transmittentibus. l. fi. C. de domes. & protecto. lib. x. ergo ius commune in contrarium. l. quod uero contra. ff. de legi. cui etiam responderi posset, ut respondet Alex. hic, col. 5. ad alia iura, quod immo non sit speciale d. casu. l. neque Dorotheum. C. de Decu. eo. lib.

Quæ sol. uidetur esse contra illum tex. dum uirorum fortium mentionem facit, ideo dic aliter, quod esto quod sit speciale, id tamen ad alios etiam extenditur ex identitate rationis, ut dicebam etiam supra post Albe. in. d. l. quod uero contra, in princ. uel quod specialitas sit alio casu, ut salarium scilicet pro anno sequenti debeatur, nõ pro eo anno, quo decedunt, & prout latius per Ias. & Modernio. Quinto & ultimo facit, quia precium quod petitur, non debetur ante, sed post operam, ex quo futura non est in rerum natura. l. interdum. l. si à colono. ff. de uerb. ob. ergo promissum cõditionem habet, nec est adhuc ius aliq̃d quæsitum, ut in legibus per eundẽ Bart. allegatis, ergo nõ transmittitur, nec trãsmitti potuit. l. nam & si sub conditione, in princ. ff. de inius. testa. quod etiam ex supra dictis sublatum est, & argu. plus quam uerum, quando debetur precium intuitu laboris mechanici tantum, & ad istud ferè, omnia Bertran. motiua tendere uidentur, & quia immo spes conditionalis dispositionis transmittitur, ut etiam dicunt Moder. Bono. & bene. §. ex conditionali, insti. de uerbo. ob. ita ut à communi nullo modo sit discedendũ, quamuis de consuetudine non seruetur & maxime in Doctoribus legentibus ut supra & ista sufficiant.

Sed quid in præside, qui nondum officium erat ingressus, sed se præparauerat † an si moriatur interim, salarium ad hæredes transmittat. Concludit Barto. breuiter, quod non, Motus primo per text. in. l. si pecuniam. ff. de condic. ob cau. ubi qui pecuniam accepit ut Capuam proficisceretur, si profectus non fuerit, temporis, vel ualetudinis impedimento, etiam quod sit paratus proficisci, pecuniã restituere tenetur, potestq; à domino sine controuersia repeti. Est uerum (inquit Vlpia. ibi) quod disputando dici posset repetitionem cessare, cum per accipientem non steterit, iuncta tamen glo. sed ueritas est in contrarium. Adde simile, in. l. si uno, allega. in materia, in. §. item cum quidam. ff. loca. & fortius, quia si datum repetitur, quod tamen fieri non deberet, argumen. in. l. si in area. ff. de condi. inde. multo magis in casu nostro solui denegabitur. Secũdo, mouetur Bar. ratiõne, q̃a adhoc ut salariũ consequatur, necesse ẽ aliquo tempore seruisse, quemadmodũ in legato à simili dicitur, in. l. qui concubinã i. §. uxori. ff. de leg. 3. ubi legatũ uxori factũ, q̃ diu Capuæ cũ filio suo fuisset sibi debetur quotannis, si ambo Capuæ fuerint, etiam q̃ una non habitassent, quia filius à matre migrasset, si uero in aliud municipium transiuisset, ipsumq; mater secuta non sit, pro eo anno tantum quo vna habitauerint, ẽt si minima

14 (margin number beside "rat † an si moriatur interim")

parte ipsius habitassent, ergo nullo modo hic salarium, quia nec ullo tempore seruiuit Præses.

Tertio & ultimo facit ad idem tex.in l.post duos, ibi, ex quo hoc idem officium peragere cœpit.C.de aduo. di. iudi. inductus etiam supra nec repetam, hac ratione aliter.

Ex quibus primum non satis tutum uidetur, quia tex.in.d.l.si pecuniam, loquitur in contractibus innominatis, in quibus est locus pœnitentiæ, re integra ad quod tex.ille etiam solet allegari, nos autem in nominatis, & sic nihil ad propositum, & sentit Barto. in .d.§. diuus, nume.12.Ias.hic, & remissiue Deci.Sed contra quia iudicantur ad paria, vt per eundem Bar.in.l.quod Nerua in fi. ff. depo. & signanter in locatione, cons.159.uisa, col.2.testatus amplius ibidem, hanc esse regu.iuris antiqui. Præterea transactio est contractus innominatus, & tamē in ea pœnitentia locū non habet.l.siue apud acta, ubi Bar.in.i. lectu.col.i.C.de transac.idem Bart. in .l. dedi, in prin.ff.de condic.ob cau. Immo quod nec uerum uidetur, quod pœnitentia.d.casu locum habeat.l. si olei. C. loca.

Sol.ad primum dici potest, uerum esse in casibus, in quibus sunt similes l.naturalis.§.sed si facio, in fi.iuncta glo.ff.de præscrip.uer.l.i.§. si quis seruum uer. in conducto, ubi glo.pariter ff. depo.

Ad secundum id fauore liberationis inductum, & litium dirimendarum gratia, quod egregie declarat Alex. in.l. fratres, in fi.C.de transac.

Ad tertium quod ibi res non erat integra, alias pugnarent d.iura, & ibi Saly. docet, hoc modo concordari debere. Nihilominus Bar. Ias. & Deci. grauiter errant in hoc, ut infra & pro nūc, ipsius argu.loco aliā adducimus rationem, certum enim est, antequam sit ingressus, quamuis præparauerit se, nullū ius sibi quæsitum fuisse.l.obseruare.§.fi.ibi, est enim per quam absurdum &c.ff.de offi. procon.& in terminis in.§.illud, in authen.de administrato.ubi Reipub.emolumenta accipit administrator, cùm primum in prouinciam uenerit, ergo non ante, hoc ius quod non habet ad hæredes transmittet, uulga.l.traditio.ff.de acqui.re.do.l.nemo.ff.de regu.iu.& ita trāseunt communiter Doct.reprobata opi. eiusdem Bar.in.d.§.diuus, Pro qua tamē facit ratio.d.§.diuus, quod per eum non steterit, & quia (ut in.d. loco dicit) ius acquisitur electo, à die electionis, cōfestimq; dignitatem adipiscitur, alias nec filius hoc casu liberaretur à potestate patris, & nihilominus liberatur.§. filius, instit.quib.mo.ius pa. po. sol.l.fi.C. de consu.lib.x.idem Bart.in.l.fi.num.6. ff.de mi.testa.& quia potentia ꝓpinqua actui, actus est.l.quæsitum.§.illud fortassis .ff.de lega.3.l.pe.ff.de mili.testa.maxime in fauorabilibus, ut per Bald.in.l.i. colum.pe.ff.solu. mat. quicquid dixerit Regien.consi.19.num.14.uolum.i.& ferè in terminis Bar.in.l.i.in.i.colum.ff.de pœn.ubi si prior electus delinquat, antequam prioratum assumat, proderit sibi ad pœnæ diminutionem, sed præ paratus se hic erat in potentia propinqua, ergo mortuus salarium trāsmittet, alias non differret ab his, quibus intuitu laboris tantum debetur, non dicendum, ut proxime dictū fuit, & uidetur casus, quem hic prius Bar.citat, in.l.cum uero in fi.prin.ff.de fideicom.lib. vbi rogatus seruum manumittere cum moreretur, si non manumiserit, perinde est tamen ac si manumissus fuisset, & subdit text. quod in possessione libertatis esse uidetur, ergo idem etiam ī casu isto, sed hoc forte libertatis fauore inductum est, igitur & magis in terminis facit, quod habetur i.l.ab hostibus, in.§.sed quod simpliciter, ibi sarcinulas componit.ff. ex quib.cau.maio.considerando sicuti culpa eo casu imputari non potest ei, qui restitutionem facile obtinet, quod nec imputabitur hic Præsidi, quominus salariū ad hæredes transmittat.

Et hæc opi.in puncto iuris, uerior uidetur, quam idem Deci. & Cur. quoq; amplexi sunt. Nec ob.tex.in.d.l.si pecuniam, quia partem hanc ineuitabiliter pro-

probat, deducendo, ut per eundẽ Cur. nume. 39. & dato quod probaret opi. Barto. hic, adhuc dici posset quod procedat in salario debito intuitu laboris tantum non personæ. Non ob. secuudum quia etiam eo casu, si per matrem non steterit, eidem legatum annum debebitur ꝑpetuo, ut idem Deci. dicit. Sed melius est respondere, & signanter ad uerba illa quantolibet tempore, quæ Bartol. in argu. ponderasse uidetur, quod perinde est, ac si cœpisset.

Quo modo tertium quoq; tollitur. Non deniq; text. in d. l. obseruare, quia uerum est id, quantum ad delegationis effectum, sed non quo ad transmissionẽ salarii & iuris quod sibi irreuocabiliter quæsitum erat, arg. in. l. i. C. de his qui ante aper. tab. ubi sic etiam hæreditas quãuis non adita, transmittitur, & cessabit regu. d. l. traditio, & similium, & melius ut proxime dicebam in. §. ex conditionali, insti. de uerb. ob. & licet non debeatur salarium nisi prouinciam ingresso, & ueniente d. §. illud, debebitur tamẽ eius hæredibus, si ante ingressum moriatur, ex quo per eum (ut diximus) non stetit, & perinde ac si ingressus fuisset.

A communi tamen non recedentes eam limitat Bartol. quando per alium ingressus fuisset necessitate instante, ut in §. ad hoc prohibemus, in Authen. de col la. & bene, licet Moder. Bono. dicant aliter, qnod ibi administrare cœperat, & sic qnod non probet directo, contra uer. antequam uero in prouinciis ueniant, & ita tene deq; eius intellectu alias multa in. l. i. supra de offi. eius, somniumq; est dubitare, an hoc facere possit. ut dubitabat Rom. propter personæ industriam, quia est tex. ibi, quod possit. & in c. fi. de offic. dele. & instantias dedimus in. d. l. i. Et ex his alia multa deci di possent, quæ ratione breuitatis non scribo, & immediate ad text. reuertor, ibi, modo si non postea comites cum aliis eodem tempore fuerint quæ uerba nihil aliud innuũt, nisi tunc salarium eisdem non deberi, ratione, de qua in figuratione casus, & in. l. fi. C. de asse. & in. l. sed addes, in §. fi. ff. loca. ibi, si eodem anno ab alio mercedes non accepisti, & cõuenit quia sicuti duobus seruire non possunt. d. l. fi. non debent posse pariter salarium à duobus consequi. Et nouissime facit, quia sic duorum permutantiũ procurator quis etiam esse non potest. l. licet. §. si plures. ff. de procu. Nec Doctor legere, & esse in magistratu, ut no. in. l. lecta. ff. si cert. peta. Sed moueo difficultatem, quia mortuo Præside, officium finitum est, mors enim omnia soluit (ut aiunt) hoc idem à simili in tutela uidemus, quæ hac ratione non transit ad hæredes. l. tutela, & ibi Barto. ff. de tute. In mandato, l. inter causas, in prin. ff. man. In societate. l. adeo. ff. pro so. In seruitutibus personalibus. Vsu & usufructu. §. finitur, insti. de usuf. & in princ. de usu & ha. eo. lib. & ut plene not. in §. deinceps, in Authen. de nup. ergo hac ratione non obstante, quod cum aliis sint, deberent posse ab hæredibus legati, etiam salariũ consequi. Sed pro solu. dici potest quod licet officium finitum sit, non tamen est finitum, ut salarium consequantur, ex quo id ab aliis consecuturi sunt, cum quibus esse reperiuntur, ut hic.

Et quia obligationem iam contractã cum Præside, statim quod cum aliis esse cœperunt, remisisse uidentur, & repelli possint, ex quo actionem non habent. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de nego. gest. l. nec intentio, & ibi not. C. de transac. & quia interesse etiam hoc casu cessare uidetur, Secundo moueo difficultatem, quia ius quæsitum est assessoribus, ratione salarii prædicti, cum primum operas locarunt. l. qui operas. ff. loca. l. i. §. diuus. ff. de ua. & extraordi. co. l. post duos. C. de aduo. di. iudi. ergo non debet hoc idẽ sibi posse auferri, uulga. l. fi. ff. de pac. l. id quod nostrum. ff. de regu. iu. cui regulæ debemus inhærere, tanquam firmamento, inquit Bald. alibi, consil. 327. pridie, in fi. uolum. i. Et hoc est quod in simili dicitur in. l. si filiusfamilias. ff. de uerb. ob. quod ius acquisitum filiofamilias stipulatione, si emancipetur à patre per emancipationem ei tolli non potest. Cũ

vltra alias dicta, nouissime potest etiam responderi, quod est uerum, quod sibi auferri non potest ab alio, à se ipso autē sic, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter, ad uulgaria.l. in re mandata. C.man.l.sed si lege.§.consuluit.ff.de peti.hæ.sed hic assessores cum aliis esse cœperunt, ergo iuri iam quæsito renunciasse uidentur, quoniam uoluntas, non minus facto, quam uerbis, datur intelligi.l. reprehendenda.C.de insti.l.Paulus.ff.rē ratam ha.immo plus facto, quam uerbis l.si tamen.§.ei qui.ff.de ædili.edic.l.codicillis.§.veteranus.ff.de mil.testa. Bald.in c.dilecti, colum.i.de ap. Alexand.in not. casu, in.l.i.in.6.C.qui admi. & simile est in emente rem quam euincere poterat, qui iuri suo pariter renunciare uidetur, & contrahente cum aliquo, tanquam cū hærede, qui uidetur consentire quod sit hæres, & sic facto sibi omnimodo præiudicat.l.si proponas §.i.ff.de inoffic.testa. quem text.ita ibi Bald.summat, & dicit not.&facit, ut adhuc supra dicebā quod habetur in.l.fi.C.de coharta.lib. x. Vel ad regulam istam dicamus, ueram esse, si non sit causa, qua debeant suo iure priuari, ut per Bald.consil.420. præmittendum est, in fi.uolum.2. sed hic subest causa, ergo. Vel quod sub conditione ius acquisitum sit, argu.in.l.fi.ff.communia prædio.si aliis operas non locauerit, ergo quam primum cum aliis esse cœperunt, illud amittunt. Vltimo difficultatem moueo, quia prohibitio legis est, ne duobus seruiant, duplicatoq; officio fungantur.d.l.fi.C.eod.ubi uulgatum illud, qui binos lepores etc., uerum ratio hæc cessare uidetur in casu isto, cum aliis seruiant uere, Præsidi autem fictæ, argum.in.l.si consul.ff.de adop. ergo salario suo nullo modo fraudabuntur. Pro solutione breuiter ad istud quoq; dici potest, inductionem d.l.fi. ueram esse, sed falsum, quod salariū petere possint, quia uere sint cum aliis, ficte uero, cum ipso Præside mortuo, quia immediate q aliis seruiunt uere, cessat fictio. l. filio quem pater.ff. de libe.& posthu. not.in l.si is qui pro emptore, per Bart.in.2.colum.ff.de usuca.& officia alias sunt incōpatibilia, ut not.in.d.l.si consul.pulchre Barto.in.l.comperimus.C. de proxi.sac. scri.lib.x.& quia æquitas, in qua fundata est fictio.l.sciendum.l.deniq;.l.nec utilem.ff.ex quib.cau.ma. cum ipsi aliis non seruiunt, cessat hoc casu, ergo & fictio, uulga.l.adigere.§.quamuis.ff.de iu. pat.c.cum referante, de ap. ergo duplicatum salarium habere non poterunt.

Sed quæritur (alias difficultates tangunt Docto. dic ut per eos) quid si cum aliis minus consequantur † an illud plus sibi debitum ab hæredibus legati solui debeat. 15 Videretur prima facie dicendum, quod non, quia subesse uidetur, quid quod sibi potest imputari, cur scientes ius sibi reseruatum fore, aliis operas locauerint, argu.in regu.damnum, de regu.iu.in.6.& in.l.si postea quam, ibi, culpa enim tua id accidisse uidetur.ff.de pecu.nec debent de alio conqueri, nisi de se ipsis, ut ex multis ostendit Rom. consil.475.quoad primum, colum.2. eoq; magis, cum hoc uoluntariæ faciant, non coacti, ita ut minus etiam sit eis succurrendum.l.si fideiussor.§.si necessaria. ff. qui satisda.co. Et quia immediate quod aliis operas locant, ius quod habebant perdunt, & obligatio (ut dictum est supra) extinguitur nam & iura suas habēt mortes, & pereunt.l.si quis domum. §.i. ff.loca.Bal.consil.405.præsupposito colum.2.uolum. 2.ergo non potest reuiuiscere, quia à priuatione ad habitum non datur regressus.l.qui res §.aream. ff. de solu.

Tamen contrarium uerius est, & ita communiter tenetur, ratione interesse quod patitur, & cuius semper est habenda ratio, iuxta not.in.l.prædia.ff. de ac. emp.& in.l.curabit.C.eo.plene in.l. unica.C.de sen.quæ pro eo. Ad opposita respondetur, nihil facere, quia si cum aliis esse potuerunt, & noluerint, sunt in culpa, & salarium ab hæredibus legati consequi non poterunt, ergo coacti coactione tamen causatiua hoc faciunt, ne salarium perdant.l.fi.ff.de sepa. ergo dānum sua culpa non patiuntur, nec aliis

uo-

luntariæ operas locant, & ideo plus sibi debitum consequuntur, primumq; & secundum motiuum sublatum est.

Non ob. ultimum, quia antecedēs, quo ad istud, propter interesse, falsum est, ergo peti poterit, non quia extinctum reuiuiscat, sed quia obligatio durabat, tametsi cum aliis post legati mortem esse cœperint, quoniam minus consecuti sunt. vel dic, quod extinctum ope superuenientis æquitatis, suscitari potuerit. l. deferre. §. fi. ff. de iu. fisci. Bald. in terminis in. l. Mæuius in. §. duobus, colum. 3. ff. de lega. 2. Quid e contra si plus consequantur? concludunt docto. non teneri ad aliquam restitutionem hæredibus primi Præsidis per tex. in. l. sed addes in. §. fi. ff. loca. & ita tenendum est.

Sed ob. unum, nanq; contrariorum eadem est disciplina. l. i. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. sicuti igitur si minus consequantur sibi ab hæredibus suppleri debet, ut supra ita supplere debent ipsi hæredibus siue soluere illud plus.

Responde argumentum non procedere ubi contrariorum non est par ratio ut hic, nanq; si minus consequantur, id ab hæredibus suppletur, ratione interesse ut dictum est, sed non propterea plus soluunt hæredibus, quia uigilantes meliorem suam conditionem fecerunt diligentia, quæ sibi damnosa esse nō debet. l. fi. C. de alluuio. l. pupillus. ff. quæ in frau. credito. glo. in. c. cum clerici de pac. & maxime in hoc grauati si cum aliis esse posint eodem tempore, salarium residui temporis sibi non deberi, debent releuari, ne si plus consecuti fuerint, illud alteri non soluant, sed sibi. acquirant. l. eum qui. ff. de iureiu. & postremo quia idem iudicamus de augumento quod de re aucta. l. inter socerum. §. cum inter ff. de pac. dotali.

Vltimo, dum in uer. diversum, dicitur, quod Præses præsumitur remotus culpa assessoris, si ante tempus successorem acceperit, quodq; hac ratione salarium consequi non debet, & bene, dictumq; fuit etiam supra. Moueo difficultatem, quod immo consequi ipsum de-

16 beat† ex quo mala electio fuit in culpa, ita ut non debeat Præses excusari, uulg. l. uideamus. ff. loca. l. si soluturus, & ibi Bar. ff. de solu. & concordantes allegat, glo. in. d. l. videamus.

Sol. culpa sibi imputari non potest, quoniam assessor præsūmebatur bonus & peritus, cum profiteretur se talem. l. merito. ff. pro so. l. si quis fundum. §. Celsus. ff. loca. l. nec codicillos. C. de codicil. præterquam tamē in. l. gallus. ff. de libe. & posthu. ut no. in. l. 2. ff. quod quisq; iu. & in. l. pe. C. fi. re. ut ibi per glo. quam tamen repetiit doctiss. Alci. & Catus. Et in. l. re coniuncti, quam octo uicibus legisse dicit ibi Pet. de Bessutio priusquā eam intelligeret. ff. de leg. 3. Immo quod ipse potius est imputandus, immiscendo se rei ad se non pertinenti. l. culpa. ff. de regu. iu. c. ad aures, de æta. & qua. & ita transit etiam Barto. hic. Secundo moueo difficultatem, quod salario non ita facile priuari debeat, ex quo habenda est etiam consideratio æstimationis & famæ, quæ nobis uita charior esse debet. l. Iulianus. ff. si quis omi. cau. testa. l. iusta. ff. de ma. uindic. l. isti quidem in fi. ff. qđ met. cau. fama enim est Thesaurus inæstimabilis, sicut Lilium dans suauitatē odoris Bald. in. l. i. colum. 6. C. de confe. contra uero infamia denigrat, idē Bald. in. l. 2. in fi. C. de liber. & eo. lib. nec præsumi tam facile hac ratione culpa. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. Vnde in simili si species legata non inueniatur hæres æstimationem ipsius soluere non cogitur, nec dolus uel culpa in eo præsumitur, nisi probetur. l. cum ita. §. species, & ibi Bald. ff. de lega. 2. Vasallus etiam feudum non amittit, nisi conuincatur, quod fuerit in culpa c. i. & ibi Bald. in princ. de feu. si. cul. non amit. in usib. feu. immo quod hæc est qualitas intrinseca & naturalis, quæ præsumitur absq; eo, quod probetur, idest quod quis culpa careat, ut per Flo. in. l. 2. in 2. colum. ff. de proba. Solu. uera omnia sunt regulariter, præterquam in casu isto, ex quo præsumptio legis est, quæ loco ueræ & legitimæ probationis habetur. l. licet Impe-

tator.

ratot.ff.de lega.2. & etiam quando con tra ipsum assessorem ageretur, Et ita in simili dicitur in.l.i.C. ad legem Cor. de sica.in homicidio, quod semper dolosũ præsumitur. Et in.l.si quis maior. C. de transac.si quis contrauenial transactioni iuratæ, ut ibi not. Et in cessione à clerico facta, quæ in fraudem pariter facta præsumitur, ut per Alex.in.l.qui stipendia, in prin. C. de procu. Sed quid si Præses remotus sit† cum tota familia & Assessore simul, uel propter culpam assessoris tantum: concludit idem Barto. adhuc, ei salarium non deberi, & rursum bene, quia si in dubio remotus præsumitur assessoris culpa, & hac ratione ipse salarium cõsequi non potest, multo minus consequetur, quando de culpa constat, & quando (ut ipse inquit) expressa remotio culpæ annumeratur.l.si merces §.culpæ.ff.loca.l.pe.ff.solu.ma. Quod secus, si remotus sit propter delictum suũ proprium, ex quo (subiicit idem Barto.) tunc non deberet assessor eo fraudari, l. non debet, cum similibus.ff.de regu.iu. & exemplificat in furto & barataria, declarã barattariam fieri, quando auro iustitia uenditur, ut per Ange.in princ.& in §.si quis autem per illum tex.in Authen. ut indi.si.quoquo suf.& de qua Bald. etiam in.l.& generaliter.ff.de calum. Et Dan. Aligerius (si enim idem Bal. alibi citat Boccacium in.l. nec patronus in fi.C.de ope.lib.& F. Petrar. in addi. spe. de lib. concep. in fi. possum ego etiam idem facere sine reprehensione) can.i.in fer.c.21.& 22. Et plus (dicunt Docto.) quod hoc casu salarium etiam consequitur, quamuis alteri locasset operas suas. l. si in lege. §. si domus. ff. loca. ubi locaui fundum ad certum tempus, non soluis, inquit Iuriscon. quòd possum à te pensionem petere, & fundum nihilominus alteri locare. Quòd tamen, ex supra dictis, uerum non uidetur, nec in.d.§.domus, secundum uerũ intellectum, probatur inductio prædicta, immo si ego alteri domum locauero, quod pensionem integram non peto & est opi. æquior etiam in presenti casu arg.l.diquus.ff.de offi. præsi. & ita residet Ias.hic, & alii Moder. reiectis pluribus Deci.

Sed numquid Præses debeat habere salarium pro eo tempore, quo seruiuit, an uero totum. Videretur dicendum totum sibi solui debere; quia peragere cœpit l.post duos.C.de aduo.di.iudi. Et male; quoniam lex illa loquitur in aduocato fisci, mortuo ante tempus, nõ remoto ob culpam, ut hic Præses. Immò quòd nec pro tempore quo seruiuit deberet ei solui, ex quo præsumitur culposus fuisse, etiam per elapsum.l.si hi q. C. ad legem Iuli.de adult. & appellatur præsumptio translatiua, vt per Bal.in loco, de quo infra col.i. Tamen idem Bar. hic determinat contrarium, & cum eo cæteri communiter, quoniam (ut dictũ est) pecunia & tempus sunt diuisibilia.l. Scio.ff.de mile. sed illa.l. maxime procedit in mercede debita intuitu laboris tãtum, & quando petens non est in culpa. ideo dic, ex alio probari; & melius (ut Docto. dicunt) quia pœna non debet egredi metas delicti.l.rescriptum ff.de his quib.ut indi. Ad oppositum responde tur, quod in materia contingenti bene præsumimus ex præsenti in præteritum ex quo dabatur.d.casu concursus unius status cum naturali ueritate alterius, hic autem non, quia culposus hodie potuit olim culpa carere, & ut per Bald. late in. l.ex persona, in princ. C. de proba.& ex his erit etiam glo.fi. expedita. Obstare huic cõclusioni tamen adhuc uidetur.l. Nensennius.ff.de exc.tu.l.ẽt. ff.de leg.i. & l.Iulianus. §.offerri.ff. de ac. emp. sed quia facile tolli possunt eorum inductionem non refero, responde ut per Alex. hic Deci.& alios.

In glo.legatis, traditur intellectus ad
18 tex.ut à legatis legatur† sicuti legitur in quibusdam libris, & planissimus erit, exponendo etiam uerbum præstitum, id est præstandum, ut seq.exponit, & probatur in.l.diem functo, quæ est eiusdem Papiniani.ff.loca. Et quia si præstitum esset, amplius non deberetur, quod tamen præsupponit tex. Et est commu

nis

nis et sensus ipsius, qd' mortuo Præside salarium assessoribus debetur, à legatis præstandum. Et secundum istum intellectum casum figurauimus. Quē tamē Fulgo. impugnat, quia debet subaudiri etiam uerbum quondam, cum legatus esset mortuus l. eius qui in prouincia in prin. ff. si cer. peta. l. præcibus. C. de impube. & intelligi amplius uerbum est, p erat, & quia ultra eum, si iste esset sensus à legato dixisset, non à legatis, ut sequētia correspondeant præcedentibus. Sed nihil est, quoniam d. dictio quondam (ut inquit Ias.) subauditur etiam in .l. diuortio. ff. de nego. gest. & in. d. l. eius qui & in. l. si tutor ff. de in lit. iu. Alexan. consi. 207. col. 2. uol. 6. Imo. consi. 110. in fi. & quia uerbum est, ad omne tempus adaptatur .l. uerbum erit. ff. de uerbo. si. vel & aliter ut infra. Et licet à legatis dixerit, non à legato, ut in primis uerbis dixit de industria, quia præcedit uerbū etiam pluralis numeri, comitibus, & de legatis in genere, ibi uero de legato in specie, assessoribus scilicet defuncto legato Cæsaris, salarium deberi, quod à legatis pstandum est, nec uerbū hoc aliter (ut dicebat Fulgo.) exponetur. Immò q hoc stāte, nec erit subauditio quondā necessaria, ex quo debetur ab hæredibus legati, oneribus hæreditariis astrictis & in quos transeunt oēs actiones actiuæ & passiuæ. l. i. ff. ad treb. §. i. in Authen. de iureiu. à mo. præsti. l. i. & 2. C. de hære. ac. l. cum à matre, cum similibus. C. de rei uen. & quando præstandum etiam non diceretur in. d. l. diem functo. ff. loca. per quam ista declaratur, nec nouum est. l. sed & posteriores. l. non est nouum. ff. de legi. c. super quæstionum, in prin. de offic. dele. adhuc esset tolerabile ut per gl. in. l. si Posidonium C. ex quib. cau. infa. irro. & facit, quia sic alibi datus idest dandus etiam exponitur, in. l. i. ff. in ius uo. ut eant. & in Authen. ex causa. C. de libe. præte. irritum pro irritandum & in .§. igitur, in authen. ut cum de ap. co. euacuatum pro euacuandum, & sic intellectus communis sustinetur. Sed obiter difficultatem mouço, ex duabus his legibus, cum uerbis non differant, & sint eiusdem authoris, alteram superfluere, & male, vulga. §. quibus, in prima consti. Codi. & urget, nisi pro solu. dicamus, & uerum est, hoc idem non inconuenire, propter diuersitatem titulorum .l. 2. §. si quid autē. C. de uete. iu. enu. tradit Clau. Seys. i. l. cū filio familias, col. 5. ff. de leg. i.

Subdit ad idem glo. quod aliqui libri etiam hanc literam non habent, quodq; debet subaudiri, & rursum bene, quoniam si uerba subaudiuntur, & toleratur subauditio .l. i. ff. de testa. l. si ita fuerit, in fi. ff. de lega. 3. multo magis tolerabile erit, quod subaudiatur litera, & plus inquit Barto. in .l. fi. in repe. in 2. colum. C. de sacrosanc. ec. quod lex debet subauditione iuuari, & bene, dummodo non corrigatur alia c. cupientes .§. quod si per uiginti, de elec. in. 6. est uerum quod Bal. alibi, consi. 57. punctus colum. 2. uolum. 5. aliter dicit, quod immo, quando lex loquitur determinato mō, non debemus hoc facere, ex quo eius ē glosare cuius ē cōdere. l. fi. C. de legi. qq; ibi sistere debemus ubi lex figit pedem. l. si nō fuerint, in fi. ff. pro so. & q deniq; lex, q̄uis dura, seruanda est. l. prospexit. ff. qui & à quib. tamen primū uerius est. §. nec illud, in pri. in auth. de nup. ubi à subauditur pariter nec illud quoq; nobis (inquit tex.) relinquendū est, idest à nobis, & fisco, pro à fisco, in. l. 4. in. §. si bona. ff. de fideicom. lib. & maximè ad perficiendam orationem imperfectā, unde & bene alibi dicitur, ad edictum, ad Senatuscon. Treb. & suppletur interpretandum, ne sensus sit imperfectus. l. fi. C. de libe. præte. not. in. d. rub. ad Treb. & quando ex præcedentibus, uel sequentibus elicitur. & signanter q subauditio admittatur, ut salua sit recti sermonis rō, uidetur casus in l. i. in fi. ff. de hæ. insti. et dicit Bal. in. l. ex quā in prin. C. de fideicom. quod longe melius est coadiuuare orationem subauditione, q̄. figura quia figura destruit regulam et est subauditio ex natura breuiloquæ locutionis de qua in. l. Gallus

in.§.i.ff.de libe.& posthu.idem Bal.in.l. error,in princ.C. de testa. Ripa in rub. præallega.ad Treb.in princ.plene Albe. in uerbo subauditur,in dictiona.suo. & sic omnino intellectus probandus, uel cum à legatur,uel sine, & subaudiatur.

19 Secundo intellectus glo. est † quod legatur sine à, & adhuc præstitum, idest præstandum exponatur.& sensus sit,defuncto legato Cæsaris, salarium residui temporis deberi assessoribus legatis præstandum, pro se scilicet. & assessoribus prædictis. Verus in se,sed non quadrat ad tex.quoniam dubitatio tantum erat, an deberetur assessoribus,primum quia de ipsis loquitur in prin. & in uer. mō si non post,& in fi.secundum communes lectu. & cum dubitatio esset ipsorum respectu omni alio casu præsupponitur habilitas,uulg.l.qui testamento.ff.de testa.ergo certum quòd legatis deberetur & sic communis solidior.

20 Tertius est intellectus† ꝙ actualiter p̄stitum fuerit,& mortuo legato, assessoribus debeatur, ut hic per Ias.col.3.post Bal.& Pau.de Cas. non etiam tenendus quia in.d.l.diem functo, loca.dicitur p̄standum,& uerisimilius, & quia dubitatio est duntaxat,an salarium residui temporis sit assessoribus præstandum, ut supra.

21 Quartus intellectus est Fulgo.† quod uerbum adhuc præstitum, exponatur, idest præstitutum,taxatum, seu ordinatum,quem ex multis improbat Alexan. Ias.& cæteri,ut per eos. Adde tu,ꝙ nec ratio recti,Latiniq;, & Grammatici sermonis patitur, iuxta not.in .l. Plaucius ff.de au.& ar.le.probatur. quia si uolumus dicere,ꝙ hoc uerbum ueniat à præsto præstas, exponi deberet præstitum, idest præstatum,si à præstituo præstituis debuisset dicere Iuriscon. p̄stitutum, & non præstitum.l.cum hic status .§. si inter.ff.de dona.int.ui.& uxo.l.i.C. de bo. po.cō tra tab.ergo necessario exponetur præstitum,idest præstandum ut supra.

22 Quintus intellectus est, † ꝙ præstitutum legatur, & relatiuum quod ad tempus referatur, q̄a nec aliter legitur in pā dectis Flo.& sensus sit,salarium residui tēporis deberi assessoribus, ꝙ .s.tempus legatis præstitutū est, & sensit Seue.hic Sed cogita,cùm de tempore nō sit quæstio,sed de salario assessoribus soluendo ꝙ non pōt ad tempus referri,alias dixisset residui temporis præstituti, & longe uerisimilius est, ꝙ ad salarium referatur arg.in.l.quotiens idem sermo.ff. de reg. iu.& quia indubitatum est,tempus legatis præstitutum fore.

23 Sextus, & ultimus est † ꝙ ab hæredibus legati salarium sibi præstitum debetur assessoribus,pro ea parte, quæ sibi p̄stita est,residuum uero à Cæsare, seu à repub.petant §.festinabis,ibi, Contenti sint his, quæ sibi dantur à fisco. in Authen.de man.Prin.l.fi.infra eo.

Diuinatiuus, & nullo modo tenendus,ex quo nullum uerbum in text. de repub.& quia reipub. operas non locarant,alias sine actione experirentur, & male.l.si pupilli.§.uideamus.ff.de nego. gest.

In glo.fi.etiam(cœteræ enim fuerunt expeditæ in progressu materiæ)tene cōmunem intellectum,& in eo, legato scilicet intellige,nō autem assessore, ut sic relationem habeat ad prin.& ei aduersetur,quoniam dicit, diuersum est &c. & ut per Docto. latius, & ex his sumus etiam de lege ista,quasi per uiam summulæ expediti,die xv.Ianuarii. M D L I. Paduæ.

Additio.1556.

Ad uerbum Comites, licet pro assessoribus capiatur, habēdo respectum ad titulum sub quo lex situata est l. Imperatores ff.de in di.Ad.Adde tamen generalius intelligi posse, pro Medicis & aliis quorum meminit sub. d. uerbo Cice.(in simili Ci. citat Triso.in.l. Cicero. ff.de pen. Ita ut mihi etiam idem facere nunc liceat)in uerrem.actio.3.ibi.Comites ibi tui dilecti præfecti,Scribæ,Medici,accensi,Aruspices, præcones manus erant tuæ.

Secundo adde, quod in salariis non habet locum ius accrescendi. l. i. & ibi Bar.in princ. C. de lega. lib. x. ubi si

drio legati sint (puta ad Papam) destinati & unus desinat fungi officio legationis, salarium fungenti non accrescit. Quod etiam potest ex eo comprobari, quia datur, pro alimentis, uerum in alimentis locum non habet, ergo nec in salariis. l. dominus §. fi. ff. de usuf. & utrunq; dictũ ut singulare ponit etiam Ro. in. l. unica colum. 5. C. quan. non pet. par. Tertio & ultimo adde, quod in fine dixit diuersum esse in eo qui ante tẽpus successorem accepit, ex quo non poterat ex princ. legis idem decidi. l. Papinianus exuli. ff. de mino. uel diuersum idest contrarium principio, quoniam ibi Assessoribus salarium debetur, in fine uero non & ita exponitur in. l. cum pater. ff. de pac. dotal. & in. l. lecta in uer. sed cũ fortis. ff. si cer. pe. & ita per hæc iura exponit Albe. in dictiona. suo in uer. diuersum.

FINIS.

SVMMARIVM.

Rub. & l. diem functo. ff. de offic. assesso.

1 *Continuatio tituli ad præcedentes.*
2 *Quis sit assessor.*
3 *Vnde dicatur.*
4 *An alio nomine appelletur.*
5 *An habeat iurisdictionem.*
6 *An peritus esse debeat, & an Præses eius consiliũ sequi teneatur.*
7 *Dato quod peritus esse debeat, an possit reprobari si imperitus reperiatur.*
8 *Quorum expensis delegatus assessorem sibi assumat.*
9 *Quod lectu. ista est Barto. quicquid dicat Alexan.*
10 *Hæc lex difficilis reputatur.*
11 *Communis intellectus i. & 2 par.*
12 *Dubitandi ratio in i. par.*
13 *Decidendi.*
14 *Dubitandi ratio in 2.*
15 *Decidendi.*
16 *Quomodo exponantur uerba diem functo.*
17 *An mortuo præside ante tempus, eius officium finitum sit.*
18 *Quid in tutore, curatore, delegato, arbitro & executore & ibi de tutela honoraria aliqua scitu digna.*
19 *Quid in assessore.*
20 *An salarium à principio, uel in fine solui debeat.*
21 *Et dato quod in fine solui debeat an tamen æquũ sit solui partem in principio, pro expensis, & ubi hoc idem seruetur.*
22 *Si scholaris, duodenam conducit, & moriatur, lapsis duobus mensibus, an ab hæredibus ipsius tota peti possit.*
23 *Si præses ante tempus successorem acceperit cul pa assessoris præsumetur remotus.*
Et ibi ad declarationem l. 2. ff. quod quisq; iuris.
24 *Si quis locauit domum uel fundum & conductorem expulerit non soluentem, an possit alteri locationem facere, & agere ad integram pensionem.*
25 *Quid in doctore conducto ad legendum & principi conducenti, bellum moueatur, an sibi totum debeatur stipendium quamuis alibi legat.*
26 *Declaratio quomodo præses dicatur facere litem suam cum tamen sit aliena.*
27 *Quid sit Baratariam committere.*
28 *Verbum comitibus, exponitur, idest assessoribus.*
Et ibi quare, & an tex. in aliis comitibus locũ habeat.
26 *Intellectus primus glo. ad uerbum legatis.*
30 *Secundus.*
31 *Subauditio plerunq; fieri debet.*
32 *Sol. ad uitandam legum superfluitatem.*
33 *Intellectus text. nostri in prima parte ultra glo.*
34 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*
Et ibi quod pactum rumpit leges.
Et quod prouisio hominis tollit prouisionem legis.
35 *Si legatus seu Præses, sit mortuus ante tempus an hæredibus eius salarium totum & intergraliter debeatur.*
36 *Præses non dum ingressus est, sed se præparauerat, mortuus est, an hæredes salarium totum consequantur, & ad eos transmittatur.*
37 *Quid si ingressus fuißet per alium, an hoc casu habeat locum regula, qui facit per alium, de regu. iu. in 6.*
38 *Quid si Præside mortuo, assessor, cum alio esse potuerit, & noluerit, an salario priuari debeat.*
39 *Prima expositio ad tex. in secunda parte, ibi diuersum in eo.*
40 *Secunda.*
41 *Tertia.*

DE OFFI. ASSESSO.

COntinuatur titulus iste, ad præcedentes, ut inquiunt Pau.Cast. & Ias. & simul alii cũ eis, hoc
1 modo, †supra uisum est de offi. eorum Magistratuum scilicet qui habent iurisdictionẽ tum ordinariam, tum delegatam, uerũ quia ut plurimũ tales sunt imperiti (ubi enim plus fortunæ est, ibi est minus ingenii) & aliorum consilio egent quo instruantur. l. metum. §. sed quod Prætor ff. quod met. cau. c. statutum. §. assessorẽ de rescrip. in 6. quanquàm illiterati etiã causas sine assessore dirimere possint. l. certi iuris. C. de iudi. ideo hic dicitur, & tractatur de offic. assesso. & omnimodo necessarium uidetur. l. omnium. C. de te sta. l. omnes i. & ibi Luc. de Pe. Col. 6. de Decu. lib. x. c. prudentiam de offic. dele. plusq; uident oculi quam oculus ut ibidem, & quia (ut dicitur prouerbio. 15.) dissipantur cogitationes ubi non est cõsilium & ut in. l. 3. C. de repu. quod omnia quæ consilio recte geruntur. perpetua firmitate nituntur argumentum in l. si auiam. C. de inge. ma. qua de re assessores quoq; consiliarii appellati fuerunt l. consiliariis infra eo. & ideo si statutum prohibeat assessorem confirmari, non poterit sub consiliarii nomine recondu ci, alias fieret fraus legi, de nomine ad nomen & male. l. non dubium. C. de legi. l. fi. C. de assesso. Bald. in statu. assessor. num. i. Immo quod frauda re legem graue est. l. 2. ff. de legi.

Istam continuationem tamen impugnat Deci. quia ea attenta debuisset poni titulus iste post titu. de iu. o iud. subiiciens, istud potius arbitrarium fore, pro quo facit qđ habetur in. l. i. in §. pueritiã in glo. ratus. ff. de postu. & ita quandoq; etiam diximus nos, sed nunc more Stesichori palynodiam recantamus, & dicimus pariter, quod immo necessariũ sit ut ordo seruetur, ne ue inde nascatur cõfusio. §. inordinatum in auth. de hære. & fal. hincq; docilis redditur auditor. l. i. ff. de regu. iu. §. & cum sacratiss. in prohe. insti. Vnde & bene ad propositum ait Iure con. in. l. 2. uulga. ff. de statu. ho. his proximos atq; coniunctos applicantes titulos pro ut res patitur dicemus. Et hanc continuationem dictũm, & quæ sequuntur ostendentem, latini alias transitionem uocant, ibiq; ordo est ubi est prius & posterius. l. prolatam. C. de sen. & quod confusum sit omne inordinatũ probatur in præallega. §. inordinatum, & ineptum quodcunq; sit ordine prætermisso in. c. exhibita de iudi. Immo quod ordo intellectum præparat, sensũ aperit, & applaudet ueritati. l. quotiens ff. de usuf. Bal. consi. 336. col. 2. uol. 3.

Nec ob. motiuum Decii, quia satis ẽ quod supra à titu. de Sena. usq; ad titu. de offic. eius, tractatum fuerit de iudicibus ordinariam iurisdictionem habenti bus, ibi uero i. in d. ti. de offi. eius. de de legatis, qui (ut dixi) quandoq; sibi assumunt assessores, ita ut hic fuerit de assessoribus necessarium, & competenti quidem ordine tractare, & postea de iurisd. o. iud. in genere. l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad legem Aqui. not. in rub. de regu. iu.

Hinc pro aliquali modo introductione, quia non statim in messem (quod aiunt) iniiciende sunt manus, dubitatur

Quis sit assessor.

Secundo unde dicatur.

Tertio an alio nomine appelletur.

Quarto an iurisdictionem habeat.

Quinto & ultimo an peritus esse debeat, & an Præses eius consilium sequi teneatur, & sine multa disputatione breuiter ac conclusiue, quo ad primum respondetur, illum assessorem fore, qui ab
2 eo, †cui data est, iudicandi potestas rogatur ut sibi in cognitione causæ assideat, ipsumq; instruat donec eam ad finem debitum perducat, ita Azo. in summa de assesso. Spe. eo. ti. & alii hic, indubitatumq; est, & probatur in. l. metum in §. sed quod Prætor præallega. ibi me assidente interlocutus est. ff. quod me. cau. & in. l. i. ibi quorum prudentiam, putant sibi necessariam esse. C. eo. & in. l. ego cũ in

in uilla.ff.de ma.uind.

3 Quo ad secundum uero,†quod ab assidendo proprie assessor dictus denominatusq; est.l.2.3.5.& 6.infra eo.l. in consiliariis.C. de assesso. & sic ab ipso facto assidendi,per Antonamasiam.§.est & aliud insti. de dona. ibi & consequentia nomina rebus esse studentes.l. defensores 2.C.de desen.ci. ibi nominis sui tantum fungantur officio & melius quam alibi in.l.ita uulneratus in prin. ibi, tracta uidelicet interpretatione uocis, à cedendo, & à cede.ff.ad legem aqui. & in l.tugurii.ff.de uerb.si. not. plene omnes in.l.2.in.§.appellata.ff.si cer.peta. & hæc diximus ad propositum quia rebus de quibus loquimur, oportet cognatos esse sermones,ut supra & quia non est putandum etiam in nominis positione frustra intellectum laborare, ut in.l. qui se patris.C.unde libe.& in.l.& si sine in .§. sed quod Papinianus.ff.de mino.Bal.in trac.Scisma.quod est positum sub ti. C. si quis aliq.testa.prohib.col.7.

QuoadTertium similiter,respondendum est quod sic,† consiliarius scilicet à 4 consulendo ut supra & in.l.pe. infra eo. & in.l.consiliarios & in.l. in consiliariis, & in.l.liceat & in.l.nemo, quæ est fi. in princ.C.de assesso.& in auth. ut defunc. su.in princ.& in §.illud de iud.eo.lib.appellatur etiam domesticus l.domesticus l.i.& 2.l.nullus.C eo.& ultimo loco, comes.l.diem functo infra eo.l. diem functo.ff.loca.l.i.§.sed & si comites.ff.de va. & extraordi.co.quia iudicem sequitur,à comitatu & ut fusius suo loco dicemus familiaris non, quia non uiuit expensis Præsidis c.fi.de uer.si.in 6. l. si chorus in prin.ff.de lega.3.l pronunciatio.§. familiæ.ff.de uer.si.Gui.Papa singu.321. possent tamen præter hæc, assessores etiam laterones appellari,quia semper assistūt lateri præsidis.l.omnium.C.de testa. & seruiunt hæc ad dicta in.l.2.C.de testi.& in.l.testes eos ff.eo.& questores si forent principis.l.i.ad fi.ff.de offi.quæsto. & sic diuersis respectibus;diuersa etiam(ut uidetis)nomina à lege eidē imposita sunt non secus ac matrimonio , quod etiam connubium consortium,& coniugium appellatur & Tabellioni , qui pariter à tabulis in quibus olim testamenta scribebantur,& notarius quia in notis,quæ coram eo agebantur aguntur q; etiam ac curatissime redigebat & redigit. Et seruus publicus non à seruando tamen sed à seruiendo dictus denominatusq; est. §.cum autem insti. de adop. l. 2. ff. rem pup.sal.fo.Inno.in.c.cum P. tabellio de fi.inst.& actuarius ab actis scribendis . l. fi.C.de castrensia.lib.xii.uel exceptor. l. sed addes §.fi.ff.loca.olim numerarius.l. i. C. de numerar.eo.lib.& scriniarius l. scriniarios.C.de numerar. eo.lib. est uerum quod nos etiam Vicarium appellamus,&(ut inquit Ias.) male ac corrupto uocabulo,quandoquidem alius sit , & ualde differat ab assessore, quod etiam nos rursum ac ultra eum declarauimus. in.l.i.supra de offi.eius.

Quoad quartum igitur dic quod nō,
5 †nisi aliter per statuta terrarum prouideatur,ut per Bart.in.l.i.in fi.infra eo. idem Ias.hic Specu.in ti.de assesso.in §. officiū nu.i.Bal.in auth.adhæc.C.de iud.& probatur clare in.l.2. C. de assesso.& ita fit hodie & hac ratione format sententiam in sui personam,alias non posset inq; p sonam Præsidis,formanda esset d.l. metum.§.sed quod Prætor.ff.quod me.cau. & ibi Bald.& in statu.iurisdictio num.x. qui dubitat etiam nu.8.si infirmetur,an Præses causam alteri committere posit & concludit quod non cum declaratione tamen ut ibi per eum.

Quoad quintum & ultimum dico
6 †quod sic,ne si cœcus cœcū duxerit ambo in foueā cadant,ut Luc.6.legitur, & probatur in.l.i.C.de assesso.& in.l.2.ff.q quod quisq; iu.& in auth.de iud.in pri. iuncta glo.nostris,Dec.hic & omnes subiicientes si imperitus reperiatur, quod erit redarguendus ut Balaam ab asina& presbiteri à Daniele,& Papinianus à Pōponio.l.& si sine.§.sed quod Papinianus ff.de mino. quodq; poterit reprobari
7 †post Bald.in.l.sed & reprobari.ff.de excu.tu.immo ultra eos quod doctor etiā in sufficiēs reprobaretur.l.grammaticos

C.de professo.& medi.lib.x.l. ut gradatim.§.reprobari.ff.de mu.& ho.ne imperitia sua multi ledantur ut inquit Abb. in c.de illis i.in fi.de despon.impu. & ita in dignitate à populo constituta.. quod ab eo destrui potest ex causa,inquit etiã Fab.in §.populus,nu.3. insti. de iure natu.plene Fel.in c.ex literis colum. 4.de const.&in c.i.ad fi.de magist.& utrobiq; post Bar.in.d.l.sed & reprobari in prin. laudat in regno, Archiepiscopũ Capuanum,qui omnes à studio redeuntes examinabat,et si reperti fuissent imperiti, ac insufficientes eisdem priuilegia lacerabat.

Et si sic est,debet etiam Præses (ut aliud quod quæritur resoluamus)eius cõsilium sequi,dummodo iustum sit. l. Titium & Meuium in princ.ff. de admi.tuto.et quia adhoc positus est, & à Præside uocatus ut ipsum consulat l.sed si pupillus.§.conditio.ff.de instito.alias inepte assessoris et consiliarii nomen ut supra sibi impositum fuisset putãdum minime.l.decernimus.C.de ep.et cle. præallega.§.est et aliud,insti.de dona. et iõ si statutum dicat, quod Præses condemnetur ex delicto, commisso per eius familiam,et hoc prætextu aliquid soluerit pro delicto assessoris, id totum ab eo repetit,uel ex suo salario retinet,secundum Bald.in.l.nam et Seruius in 3.no.ff. de nego.gest.et in statut. potestas.nu.8.

Et quia de iudicibus delegatis etiam mentio facta est,unum non omitto, qđ excipi potest contra tales, ipsos iudices esse non posse,ut pote illiteratos nec habentes peritiam iudicandi, et quod hac
8 ratione † conceditur,ut posint sibi assumere assessorem partium expensis c. statutũ.§.assessorem de rescrip. in 6. Abb. in c.sciscitatus col.fi.de rescrip.&partiũ dixi,quando ipse iudex petit, quoniam si ad petitionem unius partis tantum associetur alias,ipsius expensis tantum,associatus intelligi debebit,et ita seruatur in pratica ut inquit Bal.in.l. Imperatores.ff.de tute.et ra.distra.& hæc sufficiãt sequitur nunc primum not. et singu. l. diem functo.

PAPINIANVS LIB. XXXI. responsorum.

L. DIEM FVNCTO; Ad dubitationem omnem tollendam prorsus, quia sensit inaduertenter Alexand. hic colum.7.uer.& uere puto, & nonnulli alii post eum, quod hæc non sit lectu.
9 Bar.scias † testimonio ipsius met,contrarium ostendi posse, quia se ipsum citat seq; remittit hic in prin. & in fi.ad dicta in.l.i.in.§.diuus vbi de materia late.ff.de ua.& extraor.co. immo quando hoc etiam non esset quod Alexa.friuolis mouetur rationibus, & porissimum dum dicit,quod stilus uarius est, diuersitas,& contrarietas in multis hic & in .d. §. diuus,namq; respondetur quo ad stilum quod immo idem est, & ea dem præceteris quæstio Bertrandi de monte Fauentino,ut infra quo uero ad diuersitatem et contrarietatem, nimirum fore, quia materia ampla est, naturaq; nouas semper deproperat edere formas, generanturq; in dies,atq; in nobis inq; intellectu nostro, noua phantasmata et noue opiniones.l.2.§.sed quia .C. de uete. iu.enucle.c.i.§.sed quia, quæ sue. prima cau.bene amit.in usib.l.non nunquam .ff. de colla.bo.Bal.consi.477.in fi. uolum. 5.ad quod illud Pau.etiam facit.i. ad Corinth.c.13.cum essẽ paruulus loquebar ut paruulus,nunc autem uir factus,euacuaui quæ erant paruuli.

Secundo scias quod hæc lex, multas habet lecturas,tam in prima quam in secunda sui parte ut infra tradit hic Bart.
10 et omnes, ideo difficilis † reputatur, qđ uirtualiter sensit idem Bar.in.d.§.diuus in princ. et hoc est quod dixit Aristo.in prohe.de anima,quod vbi in opinionibus discordant sapientes ibi ueritas latet,et difficulter inuenitur.Bart. in.l. in ambiguo.ff.de reb.dub,Bald.in l.i. in fi. C.de bo.po.se.tab.

11 Tertio scias, † communem esse in. i. par.agi de salario præstando comitibus defuncti Præsidis, ante finitum officiũ. In 2.uero de Præside ante tempus remo

10 pariter an assessoribus salariū residui temporis similiter debeatur.

12 Dubitandi igitur ratio† in prima parte esse potuit, arguendo à militibus ad assessores, & quia idem in assessoribus dicimus, quod in aduocatis. l. aduocati C. de aduo. di. iudi. ibi militant nanq; aduocati. l. i. §. diuus. ff. de ua. & extraordi. co. quia militibus regulariter salarium seu stipendium præstandum non est, nisi pro tempore seruitii præstiti. l. i. C. de re milita. lib. x. & sic pro rata temporis, per quem text. ita etiam dixit Barto. hic num. i. & Ias. colum. ix. & Bal. in c. i. in §. soldata quis di. dux in usi. feudo. in prin. & in. l. fi. in fi. C. de condi. inser. & est secundum eum ibi casus admodum no. ergo & assessori.

Sol. tamen plana est pro nunc (suo loco enim dicemus fusius) id esse, quia casus captiuitatis contigit in persona locatoris, idest militis, cui stipendium solui debebat hic autem contra in persona cōductoris, idest Præsidis soluere debentis igitur non mirum. Et facit quia sic etiam casus contingens in personam debitoris creditori officere non debet, maxime in salariis publicis uel aduocati ut tradit Bald. in. l. si pecuniam colum. 2. ff. de condic. ob. cau. & ad propositum diuersitatis ratio est, quia per eum ibi quodammodo stare uidetur, quominus seruiat, captiuitate impeditus, hic autem non, & mirandum est maxime, quod Spe. (ut inquit Ias. hic & bene) tā aperte errarit contra casum. d. l. in ti. de loca. in. §. postquam nume. xx. & cum eo Gemi. in c. i. de ele. non re. in 6. dicentes contrarium, quod immo miles pro eo tempore quo captus est, stipendio fraudari non debet, sed admiratio cesset, quia (ut est in prouerbio) quandoq; bonus dormitat Homerus. omniumq; memoriam habere, diuinitatis est potius quam humanitatis, immo quod solus Specu. hoc dicit, Gemi. non in d. c. i. in §. qui uero, ubi de milite nec uerbum quidem uel ad d. l. i. respondeamus ut infra statim.

Sed (ut cunq; sit) dubitationem faciebat & secundo non deberi salarium assessori, nisi (ut dictum est) pro rata temporis, quia labor & pecunia diuisionem recipiunt pro parte temporis laborauit, ergo manducet pro ea parte tantum, ut dicebam alias, & est argumentum in. l. quamuis. ff. de dam. inf. iuncta glo. ubi qui non laborat non manducat, nec uescitur pane quis nisi in sudore uultus sui, ut Gen. 3. dicitur, sicuti à simili neq; addiscit qui non uigilat. l. pupillus. ff. q̄ in frau. credito. & est casus de quo adhuc per Barto. hic nume. 3. licet ad aliud in l. scio in fi. inq; ratione sui. ff. de an. lega. Flo. in. l. si plures nume. i. ff. de nox. Bal. in d. §. soldata, & in. l. quotiens colum. 3. C. de suis & le. Cy. in. l. si bonefidei. col. 3. C. de reb. cre. & in q. notarii scribentis ita etiam Feli. in c. cum P. tabellio colū. 4. de fi. instru. idem Bald. in. l. i. in fi. ff. de testa. nonnihil in. l. atqui natura, in prin. ff. de nego. gest.

Cui rationi & text. responderi etiam potest, aliis sepositis pro nunc pariter, nimirū fore. d. casu, quia id in mero labore corporali consistit, uerūq; est ex illis uerbis sicuti negociis meis interueniebat, nos autē in intellectuali, prudētia, consilio, dignitate, & honorificentia assessoris. l. i. C. eo. l. i. §. proinde. ff. de ua. & extraordi. co. Bald. pulchre in. l. i. colum. fi. C. de suffra. estq; hac de re appellatum salarium, honorarium quoddam, ut ibi & in. d. l. i. in §. in honorariis, & in §. si cui & maxime (ut dixi) quia per eum nō stat ut ibidem in. §. diuus, & in. l. qui operas & in. l. sed addes in §. fi. ff. loc. experiorq; ego quotidie, consultor electus, honorario quodam annuo pariter, à Reuerēdo Canonicorum Ecclesiæ Paduanæ capitulo, quo nunquam usq; modo fraudatus sum, quamuis non laborem semper quia nec semper mea opera eget.

Tertio dubitationem faciebat, quia æquæ Iuri consonum est, immo à natura non alienum quod is lucrum sentia, qui sentit & onus. l. secundum naturam. ff. de regu. iu. eiq; minuatur lucrum cui minuitur & onus. l. pe. ff. de condi. & de. l. unica. §. pro secundo C. de cadu. tol. ad fi. l. si duas. ff. de excu. tu. & ibi Bal. ad fi.

fi.infert ad doctores ut salarium non cõsequantur, si lecturas deseruerint, & ad clericum non dicentem horas.

Sol.licet onus non sentiat quia Præses mortuus est, id tamen subire non recusat, quo casu procedit obiectum, & probatur in d.§.pro secundo, & in d.§.diuus igitur nec lucro (ut dixi) fraudandus est. Et est simile in Euang. Mercenarii qui tota die non laborauit sed sero tantum, & tamen tantum ei datum est, quantum illi qui uenit à principio, quia pacto ita conuentum erat.

Quarto dubitatiouem faciebat, quia nil factum dicitur quotiens quid adhuc agendum superest.l.i.ff.de ori.iu.l. cum Sillanianum.C.de his quib.ut indi.Bal. in.l.ædem, col.3.C.loca.glo.in.c.i. de sacra.non ite.usq; adeo ut literis non expeditis gratia per solam supplicationem dicatur informis, ut inquit Rota decisio 19.de concessio.præben.in nouis. Vnde Deus optimns maximus, opus imperfectionis haud nouit.c.maiores de Bap.cuius actio nostra instructio est c. significasti de electio.

Sol.hoc attento nec deberet assessor, salarium consequi pro tempore quo assedit & tamen admittunt omnes, quod idem consequatur, ideo procedit obiectum in his quæ sunt de substantia formali, non in casu nostro & his, quæ sunt de materiali.l.fi.ff.de acceptila. declarat Por.in.§.alio quoq; nume. 5.insti. quib. mo.testa.infir.immo quod fallit regu.in casu isto argumentum in.l.i.ff. de mu.& hono.

Quinto dubitationem faciebat, quia effectus suæ causæ commensurãdus est, eaq; cessante cessat effectus.l. ita autẽ in princ.l.si plures.ff.de admi.tu.l.adigere. §.quamuis.ff.de iu.pat. c. cum cessante de ap.sed causa propter quam datur Assessor Præsidi est ut ipsi assideat, ipsumq; consulat ut supra non assidet nec consulit, ex quo Præses mortuus est, ergo nec salarium habere debet, & ita arguit etiam Felin.in c. causam matrimonii, colum.fi.de offic.de. & fere in terminis in c.fi.de rescrip.in 6. ubi quãdiu aliquis est in seruitio regis seu Papæ fructus beneficiorum percipit, quo cessante cessat effectus & ibi Io. Mona. & alii.

Sol.fallit regu. quando naturalis ratio repugnat, & æquitas, quoniam tunc etiam quod cesset causa, non tamen cessat effectus.l.Plaucius.§.fi.ff.de condi.& de.l.si pecuniam in prin.ff. de cond. ob cau.Bald.in d.§.soldata, sed hic naturalis ratio repugnaret, si totum salarium denegaretur assessori ex quo per eũ non stat.d.§.diuus d.l.qui operas.l.sed addes §.fi.ibi fidem contractus impleri æquũ est.ff.eo.ergo.

Secundo fallit, quia satis est hoc casu quod certo tempore adfuerit causa. l. si quis hæredem.C. de insti.argumentũm in.l.in delictis in §.si extraneus.ff. de noxa.& est limitatio Tiraquel.in. d.c. cum cessante 4.non tuta, quia adfuit etiam certo tempore in.l.i.C. de re mili.lib.x. & tamen cessat effectus.

Tertio fallit, quia assessor tractat de lucro captando, quo fit ut cessante causa adhuc, non propterea cesset effectus, ut idem Tiraquel. dicit in d. loco post Barto.in.l.omnes populi.ff. de iusti. & iu.& in.d.§.quamuis, iudicio meo adhuc contra tex.in.d.l.i.quia etiam miles ibi tractabat de lucro captando, & tamẽ causa cessante cessat effectus ideo prima cæteris melior uerior, & tenenda.

13 Decidendi ratio est † quia (ut dictum fuit inter disputandum) per ipsum assessorem non stetit, nec est culpa quæ sibi possit imputari, quouis modo, & formaliter docet Iurecon.in d.§.diuus & in d.l.qui operas & in d.l.sed addes in §. fi.ff. loca.& pondera quod ratio generalis ẽ, esto quod in d.§.diuus de retentione agatur quæ fauorabilis est.l. per retentionem.C.de usu.quia parui refert.l. regula.§.& licet ff.de iu.& fac.igno. & hac de re dicebat etiam Bal.in.d.l.si pecuniã colum.5.licet oratores fuerint reuocati, quod tamen nihil restituunt reipub. et facit etiam bonus text.in. l. turpia in. §. pe.ff. de lega.i.et in.l. si Ticio pecuniam ff.eo.et in.l.quibus diebus in prin. ff. de condi.

condi. & de. & in l. meuia ff. de an. le.

Et si diceretur quod immo culpa carere nō uidetur, ex quo cogitare debuit quod poterat euenire, uulga. l. si quis domum. §. i. uer. idem quærit, ibi hoc euenire posse prospicere debuit. ff. loca. turpe enim est dicere non putaram & sic uel pacto uel protestatione, sibi istud ius reseruare consequendi salarium residui tēporis. l. i. §. si conueniat. ff. depo. l. legem. C. de pactis. l. si debitor. §. i. ff. quib. mo. pi. uel hypo. sol. quod quidem non fecit ergo seipsum circumuenit, ut inquit iurecon. in l. immo. ff. de lib. cau. & in l. nam si actor. ff. de rei uen.

Respondebo non ut Bononien. hic argumentum etiam non ita inducentes & Cagno. cum eis, sed formaliter sic, qđ non tenetur quis cogitare remota (nihil enim morte est certius uel incertius hora mortis. l. i. ff. de condi. & de.) sed quæ propinqua sunt Senc. teste, cuius uerba sunt hæc prospectus futurorum quamuis pertineat ad sapientem uirum, tamē non afficit damno non cogitantem, nisi ex præsenti statu cogitare debuerit, ideo nec pactum nec protestatio fuit necessaria nec se ipsum decepit & ita respōdet Bald. signanter per text. in d. l. si quis domum in l. ædem. colum. 4. C. loca. & Barto. in l. inter stipulantem in §. sacram nume. 7. ff. de uerb. ob. & in l. fundum. colum. 2. ff. de excep. & ita demum istud procedit (ad propositum text. nostri modo redeuntes.) Dummodo (dictio enim est sui natura modificatiua, ut declarat Bart. in l. quibus diebus in §. Termilius colum. 2. ff. de condi. & de. per text. in. l. cum ab eo. C. de cont. emp. quem ibi nō inuenio, igitur dic tu benefacere ad idē text. in l. i. C. de fund. pat. lib. xii.) nō fuerit cum alio eodem tempore, rationem assignat Barto. hic col. i. & Ias. in 4. not. Primam Barto. tene, quod istud ideo sit quia fingitur seruisse, quando cum alio non est, sed si uere seruisset, salarium residui temporis habuisset, ergo & quando ficte, quia non minus operari debet fictio, quam ueritas. l. qui ad certum. ff. loca. l. unica in prin. C de rei. uxo. ac. ergo non si cum alio eodem tempore fuerit, quia sic duobus seruire uideretur, quod est impossibile. l. nemo. C. de assesso. Cyn. in l. reum criminis. C. de procu. Albe. in l. i. colum. 3. C. de no. cod. compo. & ita in simili. q. dicit Alua. in c. i. col. 2. de mi. ua. qui ar. bel. depo. in usib. impugnat tamē hanc rationem hic Deci. nu. i. quod non potest fingi ipsum seruire mortuo Præside, ex quo mors omnia soluit. §. deinceps in auth. de nupt. Responde tu uerum esse, sed non quod seruire, sed seruisse dixit Bartol. ex quo per eum non stetit, & æquum est. d. l. sed addes. §. fi. ff. loca. Nec alia Ias. spernenda est quod cum isti agant ad interesse communiter. l. ex conducto. ff. loc. cesset protinus, quia aliunde salarium consequitur, melius facit tex. in l. si in lege in §. si domus. (illa enim ex cōducto loquitur in conductore) & in l. dominus horreorum in §. fi. ff. eo. tradit Spe. in titu. de loca. in §. postquam nume. 5. 8. & 16. Adde tu & tertiam, quia in contractibus bone fidei agitur de bono & æquo ut in isto. d. §. fi. ibi fidem cōtractus impleri æquū est, Barto. in l. sub prætextu prima nu. 8. C. de transac. æquum autem non est, ut salarium duplicatum consequatur cum officium unicum sit, ut per Bart. in d. l. binos in fi. C. de aduo. di. iudi. & probatur in §. illud in auth. ut iud. si. quoquo suf. ergo.

Dubitandi rō est mō in secunda parte
14 tex. † quia alteri per alterium iniqua conditio inferri non dēt vulg. l. nō dēt, & ibi concor. allegat. ff. de reg. iu. quam etiam ego adduxi alias, & Cagno. collega olim quoq; sentit, & glo. in l. transactione matris. C. de transac. Sed considera nunc regu. illam fundatam esse in præceptis iustitiæ, quæ sunt tria, honeste uiuere, alterum non ledere, ius suum unicuiq; tribuere, ut in §. iuris præcepta insti. de iusti. & iu. declarat glo. in d. regu. non debet. Et Soci. in l. Iulianus. ff. de condi. & de. & cum nō sit Præses siue legatus qui ledat sed Cæsar & respub. nec assessorē sed Præsidem ledens, quod male ad propositum facit & pro ratione dubitandi

ad istum text. Vera igitur illa est, quod cum ratio.d.l. qui operas, & similium adhuc militet i casu isto per assessorem scilicet non stari quominus officio sibi iniuncto fungatur, & operas præstet. idem ius omnimodo statui debere, qđ salario fraudari non debeat.l. à Ticio.ff. de uerb.ob.l.illud.ff. ad legem aqui. & ibi Bald.dicit quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis non sunt quoad iuris dispositionem separandi.

Et argumentum fortissimum est ut in q.t Imo. in .l.si uero in §.de uiro ad fi.ff. sol.mat.

Vel & secundo quia salario ipsum priuare poena est.l.testamento centurio. ff. de ma.test.ubi non est delictum seu culpa ibi pœna esse non debet .c. cognoscentes de consti.assessor non deliquit, nec est in culpa, quia Præses ipse remotus est,ergo.

Vltimo,quia alias ex delicto & culpa Præsidis assessor puniri uideretur, & hoc modo regu.d.l.non debet,probabiliter induci posset, sed melius ad idem facit text.in.l.2.in §.nullum.ff. de decu. & in.l.crimē.ff.de poen.& in.l.sancimus C.eo. & ad ꝓpositū male qa(ut dicitur ibi)delicta suos auctores tenere debent.

Sed pro sol.dicas primam nihil facere, qa immo per eū stare uidetur ut īfra.

Et minus secundam quia culpa assessoris remotus præsumitur,& sic satis deliquisse dicetur & esse in culpa ut infra. Eademq; ratione ultimam.

15 Decidendi ratio igitur est,† ut concludunt omnes,Barto.hic colum.i. & cæteri post glo.& uti proxime etiam dictum fuit,quia remotus præsumitur culpa ipsius assessoris.l.2.ff.quod quisq; iu.& est præsumptio iuris & de iure,quæ non admittit probationem in contrarium, ut declarat Ange.in.l.si duo in fi. ff. de acqui.hæ.l.antiquæ.C. ad Velleia. & hoc quia eius consilio aguntur omnia ita ut malum cōsilium quoq; sibi dedisse præsumatur,& per no.hic,non secus etiam dixit Pute. in tracta. sindica. Consilium nume.22.alias fo.32.colum.3. & text. in d.l.2.dicit singularissimum, nec esse adhoc alibi Bald.in Marga.sua, iudex nu. 21. uulgatumq; illud uerificari uidetur, malum consilium consultori pessimū.

16 In text.ibi diem functo,†quod etiam habetur in.l.diem functo.ff.loca. & in.l. i.in fi.C.de pac.& in.l.proponebatur in prin.ff.de cast. pecu. & exponitur diem functo,idest mortuo perinde ac si dixisset uita functo ut dicitur in.l.filiusfamilias in prin.ff.eo.sicuti enim dicimus officio suo functus est iudex,uel bene uel male.l.iudex posteaquam.ff. de re iud. quando mul.tu.officio fungatur,ut. C. eo.auctoritate qua fungor.c.cum in iure peritus de offic.de.ita diem functum dicimus,uita functum & simile, fungiq; nil aliud est,quam officium gerere, administrare,tractare,procurare, & negociari&(ut uulgo dicitur)debitum suum facere,uita fungi tamen,differt à cæteris locutionibus,quia functio præsens officiis inest,vita fungi uero,non uitæ functionem habet,sed amissionem potius, & sensus est,cum uita functum esse qui uitæ officium absoluit, & sic (ut inquit Valla elegan.5.)accusatiuo ut hic, & frequentius ablatiuo iungitur ut supra,notandum est &primo†quod mortuo Præ

17 side eius officium finitum est, ut hic in legato Cæsaris tradit Deci. & Alexand. ante eum, & est uerum in se, sed non quod hoc dicat text. dixisset enim quando aliis uerbis usus fuisset Iurecon. puta munere legationis functo,& similibus,sed dixit tantum quod erat mortuus, non ergo quod officium finitum sit,attamē(ut dixi)morte ipsius finitum est,argumentum in §. deinceps in auth.de nup.& ideo ob id dicebat Bellame.decisio.156.quod etiam ī causa beneficiali mortuo actore, moritur petitio,quæ est personalis, & reus consequitur suam intentionem de iure, ex quo absoluitur.Nec Lazarus olim resurgēs, uxorem recuperauit quoniam morte pariter fuerat matrimonium solutum, ita Albe.in.l.ex his nume.3.ff.de leg.& pro eo facit quia à priuatione ad habitum, impossibilis est regressus.l.q res.§. areā ff.de sol.l.homo liber.ff.de sta.ho.

Si in tutela inquit Barto. in l. tutela. ff. de tute. quod nec uerum adhuc uidetur quia si transit ad filios (ut ibi dicitur) tutela patris, utiq; finita non erat ipsius morte.

Sol. non transit ad filios, quia morte erat finita, sed quia filius proximior incipit esse tutor pupillo.

Et de legitima tutela tantum intelligas, non de aliis, ut ibi dicit tex. ex quo datiua, testamentaria & honoraria, sunt personales, nec personam egrediuntur ut per Bald. in l. maritum. ff. solu. mat. & in l. fi. in 26. q. C. de hære. instituen. & est casus clarus in d. l. ante pe. ff. de tute.

9 Et honoraria† de qua in l. si quis tutor (quid si legitima, datiua & testamentaria omnes sciunt) in §. quid ergo. ff. de ritu nup. & in l. quod si forte in. §. i. ff. de testa. tu. dicitur, quando plures tutores dati sunt ut tamen unus tantum gerat, alii honoris gratia, quasi custodes dati esse uidentur & inde tutela honoraria appellata est. l. 3. §. i. ff. de adm. tu. quod nota ad declarationem d. l. tutela.

Sic in cura (eo redeuntes unde discessimus) quia si curator quis fuerit creatus ut bona distraherentur isq; decesserit non dum explicato negocio alius ex integro faciendus est, inquit Iurecon. in l. cuius bonis. ff. de cura. fu. ergo morte erat finita pariter, & signanter ita dicit Bald. officium scilicet, non modo tutelã & curã morte finiri in l. i. C. si quis igno. rem m. esse.

Sic in delegato c. uno delegatorum de offi. de. ubi hoc ad literam dicitur, quno delegatorum mortuo, officium eorum expirat.

Et idem in arbitro, ut ibidem adhuc dicitur nisi aliud fuerit dictum in delegatione uel compromisso, ut ibi rursum dicitur.

Nec secus ultimo loco in executore c. fi. §. i. de testa. in 6. nisi testator aliud expresserit ut ibi. & hinc est (ut dicebam supra) quod horum officium transit ad hæredes, ut per Bald. in d. l. fi. q. 26, præallega. & in d. l. maritum, & in d. l. tutela & in l. i. ff. de fideiusso. tu. & in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cle. Ro. consil. 69. nume. 4. & in hoc non est dubitatio. Plus dico quod finitum non est simpliciter, ex quo nonnihil temporis etiam supererat, argumentum in l. i. iuncta. l. fi. C. quando tu. uel cu. esse de. & in l. i. C. de susp. tut. sed (ut diximus) morte, quæ ultima rerum linea est.

Verum quæritur quid in Assessore

20 †Alex. hic dicit, quod quoad eũ quoq; finitum est, friuolis rationibus quas nõ refero, Deci. uero contrarium, eisdem respondendo ut per eum, & istud est uerius, quia salarium consequitur perinde ac si Præses uiueret alias non si, finitum esset. Et quia sibi deberetur salarium, etiam quod cum alio esset eodem tempore, cuius contrarium tamen hic dicitur. Et quia (addas tu) finitum est Præsidis, propter ipsius mortem, ergo non assessoris, cum uiuat nec (ut sæpe diximus) stet per eum, sed propter mortem Præsidis conductoris. & ita teneas.

Et quia salarii mentio fit dubitatur hoc idemq; erit loco secundi not. an in principio uel in fine solui debeat† assessori.

Et ex mente Pau. Cast. & Alexan. respondetur, quod in principio solui debet & hoc potissimum per istum tex. dicentem, præstitum, quod est uerbũ præteriti temporis non per alia iura hic ab eisdem allega. in l. si uero non remunerandi in §. fi. ff. man. & in l. insulam in §. fi. ff. loca. quia reuera (ut dicit Deci.) non possunt ad præsentem quæstionẽ adaptari, ex quo labor & impensa utrobiq; requiri uidebatur hic autem industria tantum & opera assessoris. Immo quod ex alio non faciunt ad propositum, ex quo loquuntur quando ita erat conuentum inter partes, ut quis monumentũ faceret pecunia mandantis in d. l. si uero non remunerandi, & in d. l. insulam, ut reficeretur fornax, igitur omnino ab initio præstari debebit. l. i. §. si conueniat ff. depo.

Tamen idem Deci. dicit fore aduertẽdum, quia fuit præstitum hic, ex contingentia facti & male, quoniã uerba legis,

si proportionantur in materia in qua potest proportionari intellectus iuris, intelliguntur de iure & non de facto, ut per Abb. in c. nuper col. i. de bigam.

Secundo dicit nõ obstare, quia alios habet intellectus & in hoc bene ut inf. Immo adde tu interim quod præteritũ in lege, quandoq; futurum continet, posseq; argumentum retorqueri, & dici præstitum, idest præstãdum. l. diem functo. ff. loca. l. i. C. de legi. l. post uenditionem ibi actum iuncta glo. quæ exponit. i. agendum. ff. de aqua plu. ar. & (ut dixi) tractabitur infra latius.

Et plus quod d. uerbum præstitum ad legatum refertur, & si debetur præstitum non erat ut insti. de ac. in prin. & in §. præterea quib. mo. tol. ob.

Et tandem concludit post Io. de Plat. l. i. C. de primipi. lib. x. in fine anni fieri debere, per illum text. ubi uidetur casus clarus, quod cõmoda primipilatus, post administrationem incipiunt deberi & ita etiam Bald. ante eum in c. i. in §. soldata in fi. quis di. dux in usib. primipilus enim dicitur, ut per Abb. in c. ex parte de consue. late Capici. decisio. 129. num. xv. xvi. sed & melius, ille, qui c. & lx. militibus præest fusius Pirrh. lib. 3. de mili. offi. & maxime quod erat Centurio qui præerat decimæ legioni cæteris pstantiori. text. etiam declarat quod primipili erant qui primipilum exercebãt in l. sed & milites in §. fi. ff. de excu. tu. & ad propositum ipsius Io. de Plat. ratione locator operarum agere non potest nisi pro sua parte impleat. l. Iulianus. ff. offer ri. ff. de ac. emp.

Adde tu & supple, quod agere poterit si pro parte sua impleuerit, uel (ut hic,) per eum nõ steterit, quominus impleat, & ut supra fuit dictum sepius.

Et ita in simili dicit Bal. in. l. si pro ea colum. 2. C. man. quod fideiussor non agit antequam soluat & nisi ex contractu mandatum impleat.

Et Mercatores idem faciunt qui tamen sunt imperiti pariter. l. Quintus. ff. manda. l. si & me & Titium. ff. si cert. pet.

Additio. 2.

Dum in. 2. dubitandi ratione allego text. in l. i. C. de re milita. lib. 10. declara, quid sit donatiuum (non enim ibi idem est quod stipendium ut sensit glo. in. i. lectu. siue expositione) et dic quod illud erat quod donabatur militibus Congiarium uero plebi, ut in augusto de liberalita. eiusdem. Et à donatiis differebant hæc, quoniam donaria erãt dona militaria quæ singulis uelut optime meritis fieri solebant ut armillæ torques coronæ et similia, quod adhuc in Augusto legitur, de gestis eius circa rem militarem. et in philip. Cice. 2. ad fi.

Addjtio. 3.

Dum in 2.dubitandi ratione allego tex. in.l.Scio in fi.ff.de an.leg.pondera quod amicus fidelissimus erat testatoris, & nihilominus duabus filiabus mortis vna superstite non legatum totũ sex aureorum sibi debetur, sed pro rata duorum tantum,& quod ita arbitraretur etiã uir bonus ut uerbũ placuit indicat.l.Thays §.sorore.ff.de fideicom.lib.ea ratione.s. quia labor & pecunia diuisionem recipiunt,& est ratio generalis.l.regu.§.& licet.ff.de iu.&fac.igno.tamen id in mero labore procedit,non in honorario vt hic in lectu.

Additio.4.

Ad tex.adductum pro.i.ratione dubitãdi in.l.i.C.de re milit.lib.x. potest respõderi(ut ibi sentit glo.)illud ideo esse, qa fingi non potest quod seruierit ut hic, ex quo per eum non stetit,cum sit clarũ causam facti postliminio non contineri l.deniq;.ff.ex quib.cau.maio. Ex quo facti ueritas(ibi inquit Bal.)mutari nõ potest plene no.in.l.si is qui pro emptore. ff.de usucap.bonus tex.in.l. filio quem pater ibi ne imagine naturæ ueritas obũbretur.ff.de lib.& posthu.

Nec uidetur quod sol.i.subsistat, qđ culpa potest imputari ibi militi, qui captiuitate impeditus non potuit seruire, quia quæ fortuitis casibus eueniunt humano iudicio præuideri non possunt. l. quæ fortuitis.C.de pigno.ac.cogita.

Additio.5.

Hæc lex ad literam est posita in.l.sed addes in §.fi.ff.loca.in pandec.alias & secũdum alios in.l.diem functo.ff.eo.& melius,estq; eiusdem Papiniani ut in suprascriptione apparet, ergo uel hæc rursũ uel illa superflua.§.quibus i i.Cod.cõst.

Solue tolerari propter diuersitatem titulorum.& sic diuersis respectibus,ut declarat Feli.in prohe. rex pacificus ad fi.ante eum Odof.in.l.si quis in conscribendo colum.2.C.de pac.sic respondendo signanter,quia lex illa pariter erat posita in.l.si quis in conscribendo C.de ep. & cle sicuti.c.significantibus de lib.ob. in c.significantibus de ap.& ita declarat etiam in.l.nemo.C. de ep.aud. quæ est posita quoq; in.l.nemo.C.de postul.

Additio.6.

Pro ratione dubitandi in 2.parte, ultra adducta supra facit, quia sententia lata contra unum,alteri præiudicare non debet inquit Alex.in l.sepe colum.4.ff.de re iud.& est argumentum in.l. si unus. in §.ante omnia.ff.de pac.& in.l.i. & toto tit.C.res int.ali.ac.usq; adeo ut sic pariter remotio Præsidis, quasi sententia Cæsaris,seu reipub.non debeat assessori seu Comiti,consiliario, & domestico eius præiudicare.Et ita not.etiam in. l. frater à fratre.ff.de condic.ind. publicatis bonis patris quod non propterea publicatum erit peculium profectitium, ne filius administratione priuetur,ergo nec hic assessor(ut dixi)honorario. Et maxime quia ex facto unius non debet alius obligari l.supra iter.§.apud ferocẽ. ff.de aqua plu.ar.Ias.in.l.4.in §.cato col. 3.ff.de uer.ob.

Sed ratione decisionis tolluntur omnia non præiudicare. i. casu alteri neq; 2.filio, quoniam culpa ipsis haud poterat imputari, hic autem sic eademq; ratione alium non obligari ex facto unius,quia non ea præsumptio erat in casu.d.§.apud ferocem, quæ est hic quod assessoris culpa ante tempus fuerit remotus,nimirum igitur si diuersum ius statuitur.l.à Ticio.ff.de uer.ob.

Contra quam sol. generalem tamen facit quod habetur in.d.l.4.in.§. cato. ff. de uerb.ob.ubi uno ex hæredibus promissoris contrafaciente,perinde est ac si omnes contrafecissent,&quisq; tenetur ad pœnam pro parte hæreditaria.

Sed plana est responsio, illud ideo esse quia adiecta fuerat facto indiuiduo hoc est stipulationi quæ erat ab aliquo iter fieri,uel non fieri quominus stipulatori ire agere liceret(hæc seruitus.n. (ut se habet communis conclusio) indiuidua est) quo casu si unus ex hæredibus promissoris ut dixi contrafecerit etiam quod alii non sint in culpa ctrafecisse tamen finguntur.

Additio.7.

In secunda per tex. adhuc dum addu

co rationem. l. non debet. ff. de regu. iu. & dico quod regu. illa habuit ortum ab illis tribus præceptis naturalibus de quibus in. §. iuris præcepta insti. de iusti. & iu. adde quod fuerunt necessaria quia homo multiplicato genere humano se multis immiscuit quæstionibus, & quod præcepta ad Theoricam, instituta uero ad praxim spectant.

Additio. 8.

In ratione decidendi in secunda parte, ut supra dico quod præsumptio est iuris & de iure, quod fuerit præses remotus assessoris culpa nec admittit probationem in contrarium, declara quod præsumptio iuris, & de iure est, quando lex præsumit super certo & super eo figit pedem statuendo ut declarat Bald. in. c. quoniam frequenter num. 10. ut lite non cont. & est exemplum in. l. antique. C. ad vel. & in. l. si hi qui. C. ad legē iul. de adul. & not. i. c. iuuenis de spōsal.

Additio. 9.

Dum adhuc dico in ratione deciden di secundæ partis, quod præsumatur remotus præses malo consilio assessoris, ut salario priuari debeat & fraudari, adde prouerbium quadrare illud. Malum consilium consultori pessimum, quod unde ortum habuerit declarat M. Verrius Flac. rerū memoria dignarū lib. i.

Additio. 10.

In primo not. dum dico quod morte finitur officium præsidis, Curæ tutelæ, delegati, arbitri & executoris, adde & societatem sic morte solui, quoniam qui contrahit certam personam sibi eligit, inq t tex. in. §. soluitur insti. de socie.

Additio. 11.

In illa q. quando salarium præstandū sit supra in. i. not. dum allegando tex. in l. i. C. de primo pilo. dubitans quis esset primipilus dixiq; eum esse præceteris, qui præerat 160. militibus, & sic caput qui primum pilum ferebat, non intelligas uexillum, ut exponit Accur. in. l. sed & milites ad fi. ff. de excu. tu. sed telum, pilum enim telum uocamus, & ita dicebat Modestus de re milita. ad Theodosiū Aug. de præfecto legionis, uel ut adhuc ibi dicebam, & forte uerius est caput decimæ legionis, quia cæteris erat præstantior. Legio uero sex milium sexcentorum sexaginta sex. Cohors quingentorum, Manipulus ducentorum, Centuria centum.

Additio. 12.

In illa q. de scholare duodenam conducente, posset distingui sic, quod aut ciuis erat solitus tenere sic scholares, & lucrari, & tunc uera sit op. Decij, quod hæredes scholaris mortui intra tempus teneantur, & habeatur ratio interesse lucri cessantis, aut non, & pro rata tunc solui debeat.

Vel & melius ut inter disputandum dicitur, quod cum prestare duodenam in seruitiis & (ut ita dicam) in famulatu consistere uideatur, & sic in mero labore debebitur tātū pro rata temporis duodena. l. Seio. ff. de an. lega. & ita ego iudicarem.

Vel dic quod consuetudo seruanda sit. l. imperatores. ff. de pollicita. uulga. l. minime. ff. de legi.

Additio. 13.

Dum in ulti. not. supra dico, quod si præses fuerit remotus sua culpa, debet puniri, exemplificat Bart. si baratariam commisisset hic nu. 4. adde ad uerbum hoc Barbarum, ultra ibi dicta (quando auro iustitia uenditur alias intelligitur) declarat Io. Villan. in annalib. suis lib. 9. c. 284. melius esset si diceremus, tunc iudicium corruptum, contaminatum uero si aliquid fiat præter solitum iudiciorū ordinē, ut in partitionibus inq t Cic.

Additio. 14.

Adhuc puto quoad prædicta ad uertendū quia uidetur mihi qd̄ p̄ses ēt qd̄ male iudicauerit, & fecerit litē suā aliter tamen q̄ per baratariam, & remotus sit, nō ꝓpea debeat puniri, sed assessor quē electione putauit ꝓbum & peritum casus est in. d. l. 2. non ob. tex. in. l. fi. de uar. & extraordi. cogni. q̄a loquitur ille text, in casu claro quando certū erat à se ipso iudicasse, & nō p̄sumptiue ex cōsilio sui assessoris vt sæpe euenit nos aūt i dubio quorū duorū nō est par eademq; rō. l. cō

tinuus §.cum ita.ff.de uerb.ob.& probatur ad propositum in.l.non debet .ff. de reg.iu.& in.l.sancimus.C.de pœn.nimirum igitur si tunc punitur, ergo non aliasie cogita.

Additio.15.

Ad illud quod uerbum comitibus debet intelligi generaliter(ut dicunt aliq.) ex quo hæc lex est etiam posita in tit.loca.addebam non referre ego quia ibi id est, respectu locationis operarũ, hic,q̃a assessor, ideo exponi debet secũdum naturam tituli, Comes idest assessor comitibus.i.assessoribus, unde Pau. ad Ro. c. 12.in uno corpore multa habemus membra ait sed non quod omnia eundem habeant actum.

Additio.16.

Planissimus uidetur intellectus qui disputatus in glo. legatis si legatur eo modo ut iacet text.salarium præstitum legatis.i.quod solet præstari legatis deberi comitibus.i.assessoribus residui temporis, si ante tempus legatus Cæsaris.i.Præses moriatur, à quo solui debebat, & comitibus rursum deberi ab hæredibus ipsius legati.

Additio.17.

In glo.fi.quod in eo, legato scilicet intelligi debeat tex.& exponi.ex eo probatur etiam, quia finis habens necessariam cõsequentiam ad principium efficit ut illud attẽdatur.l.3.§.Scio.ff. de mino.Bar. in.l.i.ff.qui po.in pi.hab.&in.l.i.ad fi.C. si in co.eademq; causa,& in.l.i.colu2.C. si aduer. rem iud.Bald. i .l. Antistius in prin.ff.de acqui.hæ.sed hic in prin.quæstio est, an salarium debeatur residui temporis mortuo legato præsidis intra tempus, ergo hoc casu etiam quid si ante tẽpus successorem acceperit, quo deciditur non deberi, ex quo(ut glo. inquit & dictum est supra)assessoris culpa successorem accepit,& remotus fuit,&ut not. latius in.l.2.ff.quod quisq; iu.Et ideo dicit Bal.in Marga.sua Vicarius nume. 3. quod imperitia assessoris nocet sibi & non legato cui assidet, quodq; dolo æquiparatur.Et alibi quod si quidem illicitũ fecerit etiam de consilio assessoris ratione sui dolsi tenebitur ratione culpæ uero assessor in uer.iudex nume.xxi. co.li. & utrobiq; per text.in.d.l.2. quanquam officium acceptando uideatur fateri se peritum ut ibi not.tradit Pau.Cast. con si.34.nume.14.uolum.2.est uerum quod licet imperitia assessoris non excuset iudicem à pœna male iudicantis, excusat tamen à pœna retorcutionis ut dicit gl. in.d.l.2.& Bal.in.l.mancipia.C.de ser.fugi.præterquam in casibus de quibus per Fel.in.c.super quæstionum in §. uerum col.5.de offi.de.

Additio.18.

Vltra glo.& Bart.dicta quæro de not. q. Scitis enim quod decem scholares in societate simul uiuentes, non faciunt Collegium, sed publica auctoritas de quo alias in.l.i.in.§.quibus.ff.quod cuiusq; uni.no.& quod oportet ita ordinatũ esse, vt sit collegiũ uel à testatore uel à Principe, uel ab Episcopo vel ab aliquo simili ut illud Pylei Cardinalis prope ædes sacras.D.Antonii Confessoris Spinellorũ uinealium, & aliorum (scitis enim alia pleraq, fore.)Item quod debet habere p̃positum, tanquam caput cui cæteri tanquam membra eidem obediant,& idem dico in ecclesia collegiata; quæ similiter Rectorem habere debet perpetuum ab episcopo deputatum, sed ponamus q́d collegium sit funditus destructum à Papa, deinde temporis tractu sit reintegratũ, nunquid Rector antiquus ad Rectoriam reuertatur. Videretur dicendum q̃ non, quia à priuatione ad habitũ impossibile est regressus.l.qui res §.arcam.ff.de sol.& quia nouum collegiũ est.l.si unus §.pactus.ff.de pac. & semel exclusus perpetuus exclusus dicitur ut i femina inq; feudorum materia dicimus & in statuto quod extantibus masculis non succedãt c.i.§.quin etiam & ibi no. Ep.uel Ab.in usib.l.si cũ in annos.ff.quib. mo.usuf.amitta.Bal.pulchre cons.185.ad fi.uolu.3.

Nihilominus Bal.in c.i.nu.9. de elec. decidit contrarium si ad aliam Rectoriã non transiuit, quodq; prima debet gaudere ex quo res(licet non dicat) de facili reuertitur ad naturam suam.d. §. pactus

uer.

uer.quod in specie.

Et quia non est nouum per omnia sed loco antiqui reintegratum, siue subrogatum, quo casu omnino admitti debet l.filio quem pater.ff.de lib.& posthu.l.si donatæ.§.si sponsus.ff.de do.inter ui.& uxo.ex quibus dubitationem facientia tolluntur quoniam his stantibus nō ex toto erit priuatio, nec (ut dixi) nouū collegium, nec Rector prædictus perpetuo exclusus & ut latius in.d.c.i.de electio.

Secundo quæro quid si legatus & assessor suus.habeant iurisdictionem ordinariam, & sententias ferant cōtrarias quænamq; præualebit (intellige quod assessor habeat ex forma statuti, quia de iure non habet ut dixi in lectu. supra tradit Bar.in.l.i.ad fi.supra eo.) prima facie dicendum uideretur cū sint in iurisdictione pares, quod illa sententia præualere debeat q̄ sit fauorabilior iuxta not. i. c. fi.de re iud.& ideo si duo consultores electi fuerint ad consulēdum quid iuris iuxta no.in.l.eius qui in prouincia ff. si cer.pet.& unus consulat substitutionē directam, alter uero obliquam stabitur primo, quia illa substitutio est fauorabilior.l. coheredi .§. cum filiæ .ff. de uulga.& pup.sub.l.ex tribus. C. de inoffic. testa.

Tamen contrarium uerius est hic sententiam l.legati præualere quia legatus & assessor non sunt pares, immo quod est sub ipso legato assessor & potest quādocunq; reuocari ut delegatus l.iudiciū soluitur.ff.de iud.ex quo tollitur motiuum supra dictum dubitationem faciēs & plus quod nec id de cōsultoribus dictum pariter uerum est, ex quo iudex eligit opinionem eo casu quæ sibi magis placet.l.duo iudices.ff.de re iud. & ut latius per Bal.in.d.c.fi.nu.2.eo.titu.

Tertio quæro sunt duo oratores Veneti uel Papæ destinati ad Cæsarem, unus officium non implet, quo casu salarium ei non debetur ut hic & in.l.i.in §.diuus ff. de ua.& extraordi.co.& in.l.qui operas. ff.loca.allega.sæpe quia per eum stetisse uidetur an salarium accrescat implenti sine disputatione dic quod non, quia in honorariis non habet locum ius accrescendi inuentum alias ne pro parte hæreditas agnoscatur & p̄ parte respuatur .l.unica.§.his ita.C.de cad.tol.& p̄batur in.l.i.C.de legatio.lib.x. & ibi Bar.nu.i. quæ ratio nō potest applicari ad casum nostrum, & ideo in salariis & honorariis his locum non habet d.ius accrescendi & no.Ro.in.l.unica col. 5, C. quando non pet.par.

SVMMARIVM.

l.i.ff.de in.o.iud.

1 *Non est figurandus casus nisi ut litera iacet, quādo traditur regula.*

2 *Iudicis officium latissimum est.*

3 *Ad officium iudicis spectat dare bo. po.*

4 *Et in po.mittere.*

5 *Et dare tutorem pupillis.*

6 *An sit differentia inter ius dicentem & iudicem.*

7 *Iudex non solum potest dare bo.po. sed etiam debet facere,*

8 *Quid sit iurisdictio.*

9 *Declaratio dum dicitur, quod est potestas de pu. introducta cum necessitate æquitatis statuendæ.*

10 *An bo. po. si petatur decerni sit mixti imperii.*

11 *Quid si petatur decretalis an poterit delegari.*

12 *Mittere re ipsa in po.est mixti imperii, pronunciare de mittendo simplicis iurisdictionis.*

13 *Pronunciatio de mittendo est sententia diffinitiua.*

14 *Plus est sententiam exequi, quam pronunciare.*

15 *An missio quæ fit re ipsa possit per nuncium expediri.*

16 *An pupilli fauere causa bo. po. possit delegari.*
Et ibi quod secus est in datione tutoris.
Et ad idem,
Quæ sit ratio declaratur.

17 *Secunda ad idem ponitur.*

18 *Tertia.*

19 *An officium iudicis & iurisdictio sint idem.*

20 *Quod differunt si officium iudicis, prout coheret personæ, pro totali administratione capiatur.*

21 *An officium iudicis, prout competit parti, idē*

fit quod actio.

22 *An si in libello super officio iudicis concludatur pro ut concludi debet in actione, tanquam ineptus uitietur.*

23 *In officio iudicis per interpellationem extra iudicialem non contrahitur mora.*

24 *Declaratio.*

25 *Quid quando filia per officium iudicis tenetur dotem conferre.*

26 *Officium iudicis misericorditer imploratur.*

27 *Cum denegatur officium iudicis parti non semper eidem fit iniuria.*

28 *Quotuplex sit officium iudicis.*

29 *An iudex impartiatur officiũ suũ non requisitus.*

30 *An in officio iudicis debeat dari libellus.*

31 *An iurisdictio coereat territorio.*

32 *Quo modo cohereat personis actiue & passiue. Et ibi quod est etiam in territorio localiter.*

33 *Si princeps concedat territorium an uideatur etiam concessisse iurisd.*

34 *Quid si concedatur pars, uel in una re tantum.*

DE IVRISDICTIONE omnium iudicum.

VLPIANVS LIB. I. regularum.

I. IVSDICENTIS, Summa, diuide, & casum figura, ut per Scriben. Imò quod non est figurandus, nisi ut litera iacet, quoniam traditur

1 regula† sicuti quando traditur diffinitio & artis principia, quæ fores appellantur uelut omnibus nota iuxta illud Philosophi 2, Methaphy. in foribus quis delinquet? quasi dicat nullus, & Gen. 4. ibi, statim peccatum in foribus aderit, testaturq; latius Bal. in. l. i. in prin. ff. de iustit. & iu. & Seue. in. l. imperium, in prin. infra eo. ubi ego quoq; multa, in i. & 2. lectu. & scias, quod licet in rub. dicatur, de iu. o. iud. alibi tamen in Pandec. Flo. dicitur solum de iurisdictione.

Primum igitur nota ibi, latissimum, quòd iudicis, seu iusdicentis officium,

2 latissimum esse dicitur † idest genus generalissimum, secundum Bar. hic, continens omnia, quæ possunt expediri per ipsum iudicem, & nullum genus habēs supra se. l. cum post. §. gener. ff. de iu. do. ubi dos in genere, arbitratu soceri, quando in specie non est facta mentio alicuius quantitatis, promittitur, & promissio valet. l. legato generaliter. ff. de lega. i. ubi genus generalissimum, genus subalternum, & genus inferius declaratur, & genus generalissimum est, quod omnia continet, & nihil supra se habet.

Quod dictum, ex pluribus improbatur, & primo secundum Deci. quia in genere generalissimo species omnes comprehenduntur, & posita specie, ponitur genus, ac remoto genere, remouetur species, ut puta, homo est, ergo animal non est animal, ergo nō homo. l. si quid eatum. §. interemptum. ff. de lega. 3. d. l. legato, quod non est in latissimo iudicis officio, ex quo remoto superlatiuo, non remouetur positiuum, & ad positionē positiui, non sequitur positio superlatiui, ex quo de se superlatiuum non importat genus, neq; de positiuo prædicatur ut genus de suis speciebus, nisi participatiue. l. ubi autem. ff. de uerb. ob. unde remoto (ut diximus) scholastico doctissimo, remanet doctus, & non remouetur positiuum, licet superlatiuum sic neq; si ponamus scholasticum esse doctum, ponimus, ꝙ sit doctissimus.

Secundo, quia, ut dicit Cur. hic, pōt supra officium iudicis, considerari officium in genere, de quo in. c. i. de offi. del. forte uoluit dicere in rub. eo. ti. & ius in genere, quod ponitur in diffinitione officii, ergo non est genus generalissimũ, quia habet aliquid prædicabile, & supra se.

Tertio, non est bona cōsequentia, dicere, officium iudicis latissimum est, ergo genus generalissimum, perinde ac si diceremus, Titius doctissimus est, quia non propterea sequitur, quod genus generalissimum dicatur, seu quod sit Doctus in genere generalissimo, quod in

primum recidit.

Quarto, si est restrictum ad terminos iuris, nec potest lex transcendi.§.respon sa, insti.de iu.natu.c. erit autem lex 4. d. quomodo possumus dicere, quod sit latissimum.

Tu à Bart.non discedas, & intelligas latissimum, idest genus generalissimũ omnia continens, & nihil supra se habens, ut dicebatur, quia ut ipse Deci.hic in prin.post Bar.tamen inferius, dicit, & bene, debet intelligi non habito respectu ad superlatiuum, sed considerando officium iudicis in genere. Ex quo tollitur primum, secundum, & tertium fundamẽtum, declaro quando superlatiuũ refertur ad terminum, idest ad significationem uocabuli, tunc facit illum terminum importare quicquid sub illo includi potest, & hoc modo stat ut genus, & sic intelligatur Barto.hic, sed si referatur ad qualitatem, importat supremum gradum illius qualitatis, & hoc modo intelliguntur contraria, & declarat idem Bar. in.l.qui duos, in.i.col.ff.de reb. dub. uel unico uerbo dicatis, quod Bar.capit genus generalissimum improprie, & legaliter, non proprie & ut faciunt Dialectici.l.2.§.creditum.ff.si cer.pe.

Nec ob.ultimum, quia ipse metCur. dicit, quòd est latissimum in cognoscendo, & sic habito respectu ad ea quæ sunt facti, non iuris, quia tunc restrictum est ad terminos iuris.l. i.§. i. ff. ad Turpil.

Quæ sol.confundi uidetur (ut dicunt q; dam hic) per tex.in.l.illicitas in.§.ueritas. ff.de offi.præsi.& in.l.munerum, in.§. iudicandi necessitas.ff.de mu.& ho.ubi iudex iudicat secundum allegata & probata, probationes autem sunt facti, & in facto consistunt, ergo.& est uerum, & si ad hoc replicaretur, quòd materia ꝓbationis est arbitraria, in qua iudex potest adhibere, & non adhibere fidem, ut not.in l.admonẽdi.ff.de iure iuran. & per Bar. in.l.Lucius.ff.de his qui not. infa.& in.l. non quicquid.ff. de iudi. Respondeo, hoc iuris esse, & non facti, vt in simili de iuramento dicitur in.c.fi.de iureiu.Quã ob rem eorundem improbantium Cur. sol.melior uidetur, dicentium, uerbum latissimum, non referri ad facultatem iudicantis, sed ad ea quæ potest officium cõprehendere, quod ex supra adductis etiam potest comprobari.

Sed rursus, secundum Bar.instatur & adhuc, quòd immo latissimum non sit, ex quo (ut diximus) latissimum est id q omnia continet, & ultra illud nihil est, quod reperiatur.l.ubi autem non apparet præallega.ff. de uerb.ob. ibi, at cum optimum, uerum hic non enumerãtur ea quæ sunt meri imperii, sed mixti tantum, & simplicis iurisdictionis: ergo.

Sol.est breuiter, ut copula & stet pro etiam, & implicet omnia posse, quæ per iudicem quoq; possunt expediri.

Contra quam Fulgo. arguit de text. nostro, quia sic implicaret casum magis dubitabilem, & minus dubitabilem exprimeret, perinde ac si diceret, non solũ ad mortem condemnat, sed etiam dat bo.po.natura autem implicatiuæ, est implicare casum minus dubitabilem, expresso eo, in quo maior erat dubitatio.l. illud.ubi glo.ff.ad leg.Aquil.l.etiam.C. si.tu.uel cu.tradunt Docto. in.l. qui se patris.C.unde lib.ergo.

Secundo ad idem, natura copulæ est implicare minora expressis, non maiora clem.non potest de procu.l.fi.§. cui dulcia.ff.de ui.tri.oleoq; lega. ergo implicãdo causas meri imperii, implicaret maiora expressis.

Tertio, qa exponere, ẽt ꝓ, & est maxima uiolatio literæ: & ideo non ab re, si de mixto imperio, & iurisdictione simplici loquitur, nõ autem de mero, quod etiã ex eo patet, quia exempla sunt mixti nõ autem meri.

Quarto, quia merum imperium non competit iudicibus simpliciter, sed maioribus magistratibus, ut diximus in.l.i. ff.de officeius.

Quinto, quia merum imperium proprie dicitur potestas non autem officiũ, l.potestatis.ff.de uerb.si.

Sexto & ultimo, quia in titu.de offic. iudicis insti.nihil de mero imperio dicitur.

Ab intellectu communi pro rei ueritate non est recedendum quoniam si solum de causis mixti imperii tantum, & simplicis iurisdictionis loqui uoluisset, non fuisset usus uerbo latissimum, & maxime, vt dicebam supra in figuratione casus, cum hæc lex continuatiue ad. d.l.i.(quod maxime pondero) ff. de offi. eius. uenire uideatur, ita ut quemadmodum ibi sola meri exempla ponũtur imperii, ita hic ea mixti, & simplicis iurisdictionis. Et credo uerissimum, & in simili, & pro etiam poni uidemus, in. §. quibus. C. de no. co. compo. & in. l. i. ff. solu. mat. & glo. ibi, concordan. allegat.

Nec ob. primum, quia dicit Deci. posse responderi hoc modo, quod omnimodo uerbum latissimum conueniat mero imperio, in quo agitur de maxima potestate, sed quia quandoq; reperitur qd' quis habet merum imperium, & non cognoscit de causa ciuili. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. ad hoc remouendum de quo dubitari potuisset, dictum est, nam & bo. possessionem dare potest &c. Quæ responsio mihi non placet, quia istud habet locum in iudicibus habentibus iurisdictionem limitatam quo casu loquitur. d. §. latrunculator, non in maioribus magistratibus, ut nos, & prout declarauimus supra in. l. i. de offi. eius si igitur habebant & habent merum, nõ erat, neq; est dubitandum, etiam quod non habeant mixtum, & ea quæ sunt iurisdictionis simplicis, & est argu. in. l. quantomagis. ff. de iureiur. & in. §. filiusfa. insti. quib. mo. ius pat. pot. sol. Ideo soluit, & secundo Deci. seni. quod implicat, si bene aduertatur, casum minus dubitabilem, pater, quia utilitas publica, præferenda est priuatæ. l. utilitas. C. de primipil. lib. xii. l. i. ff. solu. mat. si ergo cognoscit iudex, & eius officium latissimum est circa ea quæ sunt mixti imperii & simplicis iurisdictionis, respiciẽtia utilitatem priuatam, quanto fortius debet posse cognoscere, & eius officium latissimum dicetur, respectu eorum, quæ meri imperii sunt, et in quibus minus dubium esse uidetur, cum publicæ utilitatis intersit, malesicia puniri. l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aqui. c. ut famæ de sen. excom.

Quæ responsio improbatur per quosdam hic, quoniam in causis meri imperii, non simpliciter consideratur utilitas publica, sed causæ grauitas, ut uidemus in. d. l. i. de offi. eius. ergo non possumus arguere de causis mixti imperii ad causas meri alioquĩ sequeretur, quod sicut causæ simplicis iurisdictionis, ad priuatam utilitatem, possunt delegari, à fortiori possent delegari causæ meri et ideo ultra eum supra in. d. l. i. dicebam, bonã esse rationem Ias. in. l. imperium in penultimum. infra eo. quod ideo causæ à trecẽtis aureis ultra, non possunt delegari, et tamen delegantur causæ criminales uiles, quia eo casu interesse priuatum est, isto autem, publicum, neq; ob id idem dici debet in causis meri, quia non simpliciter utilitas publica, sed grauitas causæ consideratur, quod nota.

Qua propter soluunt ipsi et tertio, quod dictio et in tex. nostro, nõ stat implicatiue, ex quo infra etiam repetitur, sed stat in uim copulæ. l. et in maioribus C. de ap. l. et fideicommissum. ff. de lega. 3. nec ob. contrarium, quia exempla nõ restringunt regulam, licet declarent. §. hactenus. insti. de gradi. l. damni. ff. de dam. inf. quomodo etiam respondebat hic Dec. et bene.

Sed neq; sol. ista placet, quoniam uera esset, quando prius non dixisset, iusdicentis officium latissimum esse, quomodo loqui uidentur allegata per eum, uidelicet tex. in. d. l. et in maioribus. et in. d. l. et fideicommissum.

Vnde dicendum est, quod immo implicat, et tolerabile esse, esto quod implicaret casum magis dubitabilem, ac maiora expressis, et sic tolletur nedum primum, sed etiam secundum, quoniam nos habemus, ut hic dicit Rimi. et post eum Deci. Sen. et bene, quod quando genus præcedit, et subsequitur specierũ enumeratio, non restringitur genus, quominus implicetur casus magis dubitabilis, et maiora expressis, quæsitum.

§. fi. ff. de fun. inst. sed hic genus praecedit ergo. Et ratio est, quia praecedentia magis influunt in sequentia quam è contra secundum Barto. in. l. filium. ff. quando di. leg. ced. & in. l. in repetendis. ff. de leg. 3. & est glo. communiter approbata in. l. quisquis. ff. eo. ubi conditio adiecta instituitioni, ea ratione uidetur in legatis repetita.

Sed aduerte, quia adhuc secundum praedictos, confunditur hoc per tex. in. l. cum delanionis. in. §. fi. ff. de fun. inst. ubi genus praecedit, & enumeratio specierũ sequitur, & tamen genus restringitur. Responde quod id est quia enumeratio specierum fuit facta per modum limitationis & determinationis: ideo non est mirum, si restringitur sed hic ex abundanti gratia exempli, & dubitationis tollendae: ideo non mirum, si non restringitur & declarat Bar. in. d. l. quaesitum in. §. fi. in. i. col. & ita tenete.

Quinto & ultimo, posset dici secundum eosdem, quod in isto tex. non comprehenduntur causae meri imperii, & statim cessabit contrarium, ex quo esse potest quod latissimum dicatur duntaxat respectu causarum mixti, & simplicis iurisdictionis, non etiam meri, quia in illis officium iudicis non est latissimum. l. pe. ff. ad leg. Cor. de sica. l. 2. §. i. ff. de poe. l. diuus. ff. ad leg. Cor. de fal. & stabit hiperbolice hic, ut in simili, in §. per traditionem. insti. de re. diuis. & probatur in. l. i. in uer. fortissimum supra de offic. eius.

Et male quoniam latitudo consideratur, prout omnia continet, quae per iudicem possunt expediri, ut supra dicebam, qua de re factum est etiam, ut latissimum dici posit, esto quod causae meri imperii, delegari, nisi in casu absentiae minime possint, ac alia fieri, nisi ét princeps cõsulatur, ita ut omnimo sensus sit latissimum esse, quoniam non solum de causis mixti imperii, simplicisq; iurisdictionis, sed etiam meri cognoscit. & facit quod latissimum dicatur etiam ex alio, text. in. d. l. i. in. §. i. ff. ad turp. & in. l. quid ergo. in. §. poena grauior. ff. de insa. & in. l. & si seuerior. C. eo. & utrobiq; no. Docto. quod postea & ipsi non sunt infiati. & melius quam alibi, in. l. hodie. ff. de poen. aliàs iurisdictionis diuisio esset diminuta, quae in merum imperiũ diuiditur, mixtum & simplicem iurisdictionem, ut declarabat Barto. supra in. l. i. in prin. de offi. eius & ut infra suo loco. Interim cogita.

Non ob. tertium, quia supra responsum est, quod exempla non restringunt regulam, nec repeto.

Non quartum, quia Deci. respondet uerum esse, sed quod hic de magistratibus maioribus loquimur, & de minoribus pariter, & sic in genere. Et est uerũ.

Non quintum, quia similiter idem Dec. dicit, non esse uerum, ex quo text. in. d. l. potestatis loquitur de imperio simpliciter, & capitur pro iurisdictione in genere, sed non propterea quod non dicatur etiam officium, secũdum eum, uideriq; potest, quia dictum est extra de officio & potestate iud. deleg. quae responsio uidetur contra tex. in. l. solent. in prin. ff. de offi. procon. & in. l. imperium infra eo. ideo dicas tu, quod habere dicitur potestatẽ & officium etiam, prout diuersimode etiam haec duo in personam ipsius considerari potest, ut per scriben. in d. rub. de offi. eius.

Non ob. sextum & ultimum, quia satis uerificari uidetur contrarium, ut etiam dicit Dec. & bene, in prin. in illis uerbis, quod iudex iudicat, seu iudicare debet, secundum iura, quae possunt etiã in mero imperio intelligi.

3 Secundo nota ex isto tex. quod ad officium iudicis spectat† dare bo. po. quae olim (ut dicit Deci. & bene) nuncupabatur decretalis hodie autem iudicialis. l. i. §. decretalis. ff. de suc. edic. l. 3. §. sed & si nemo. ff. de bo. po. & ideo addas tu, quod eam ob rem non poterat olim repudiari, quia nondum delata dicebatur, nisi cum esset decreta, diebus autem finiri sic, ex quo tria licet elicere. primo quod multa tacite à lege

conceduntur, quę expresse fieri prohibentur.l.2.& ibi multa not.ff.si cert. peta.& sic eo casu non est par uirtus taciti & expressi.Secundo,quod nomina plerunq; nobis ipsis uendicamus, aut rebus imponimus ab effectu, & secundū ethymologiam ipsius uocabuli, ut in.l.2.in.§.appellata.ff.si cer.pe.

Tertio, quod decretalis dicebatur, quia decernebatur à Pretore uiuo, & causa quidem cognita.d.l.3. §. si causa cognita.ff.de bo. po.iudicialis autem, quia edicto prætoris mortui hodie iudicialiter coram quocunq; iudice peti potest,ut in iuribus præalleg.& in.l.fi.C.q admi.& ibi dicetur.

Tertio nota, quod ad officium iudicis similiter spectat, mittere in possessio
4 nem,†Sed secundum Cur.[aduertendū est,quia procedit hoc in missione in po, ex primo & secundo decreto, de qua in l.si finita.in.§.Iulianus.ff.de dam. infec. & in.l.præsenti.C.de his qui ad ec. consu.non in interdicto adipiscendæ, de quo in.§.fi.inst.de interdic.quia id competit iure actionis in factum,]& est uerum.

Quarto nota,quod similiter dare tu-
5 torem†pupillis,spectat ad ipsum,qui tamen tutorem non habeant, immo etiā iudex qui habet iurisdictionem limitatam.l.solemus.§.latrunculator.ff. de iudi.potest secundum glo.in.§.sed hoc iu. insti.de attil.tu.& pupillis (ut inquit Alexan,)etiam non requisitus, post Bart. in.l.hæc autem.ff. ex quib. cau.in po. ea.

Contra quod tamen insurgit Deci. motus ex pluribus,& primo,quia habemus regulam pro nobis,quod nō impertiatur officium suum nisi requisitus.l.4. §.hoc autem.ff.de dam.inf.

Secundo,quia alia exempla tex.intelliguntur parte petente:ergo & hoc idē, quia æquiparantur,adde tu regu.l. iam hoc iure.ff.de uulg.& pup.substi.

Tertio,quia de hoc est casus in.l.2.C. de offi.eius qui ui.alt.iud.ge. ibi tutores petentibus dare.

Quarto in.l.i.in.§. magistratibus. ff de mag.conue.ibi, similiter tutores petentibus dare:ergo non aliter.Et possēt hæc duo iura induci strictius ultra eum quia sunt uerba ablatiuorum absolutiuorum, quæ resoluuntur in conditionem.l.à testatore.ff.de condi. & de.conditio autem debet impleri in forma specifica.l.qui hæredi.l.meuius.ff.de cond. & de.ergo.

Ad contrarium respondendo, quod non est satis,quod sint pupilli, ut miserabiles personæ dicantur, nisi etiam sint pauperes,ut per eum.

Ego his non obstantibus, à prima sententia non recedo & mouet me,quia pupillorum fauore multa conceduntur quæ regulariter non concederentur, & non potest inficiari.l.ex pluribus in fi.ff. de adm.tu.l.cognitio.ff.de offi.eius.l. in confirmando & ibi Bart.ff.de confir. tu. Nec ob.quod ad hoc ut dicantur personæ miserabiles, necesse est etiam quod sint pauperes,quia non est uerum, ex quo miserabilibus personis comparantur indistincte,siue pauperes sint, siue non,in rub.C.quando Imp.int.pup. ex qua licet arguere,quoniam habet orationem perfectam;secundum Bar. in.l.i. ff. si cer.pe.& facit regula.l.si quis seruo C. de furt.

Nec ob. quod regulam habeamus in.d.§. hoc autem quia sicuti fallit in aliis multis casibus, de quibus ibi, ita etiam,& rationabiliter quidem conuenit,ut fallat in isto.

Non ob.secundo,text.noster,quia esto quod comparari uideantur satis est quod comparentur quoad hoc, ut omnia officio iudicis,quod latissimum est, expediantur.Vel & secundo dicas, non inconuenire diuersis respectibus, estq; simile in.l.2.ff.de offic.procon. & in l.2. ff.de in ius uo.ubi uerbum imperium, stat proprie respectu aliorum,non tamē respectu prætoris, si de mero intelligatur,ut dixi in.l.i.supra de offi. eius circa ult.not.

Non ob.tertium & quartum, quia di

eo, quod non semper ablatiui absoluti in conditionem resoluuntur, ut not. per Bal. in l. i. in 4. oppo. C. quando non per en. par. & Moder. in rub. ff. sol. mat. pro opi. tamen Decii, dico esse in simili text. in l. ne quicquam in. §. aduocatos. ff. de offi. procon.

Sed quero, quid si iudex non dederit an in sindicatu teneatur, & debeat puniri. Quidam hic dicunt, quod sic, si petitum fuisset, alias non & est mirabile dictum Bald. in c. primo in §. iudices de pa. iu. fir. in usib. quem refert Fel. in c. sin autem. in 3. colum. de rescrip. & Lap. in l. uniuersa. C. de preci. Impe. offe. & est uerum, non per argu. Decii, quæ sublata sunt, sed per tex. in d. §. aduocatos. & ex his expedita sint textualia. cœtera dicemus in glo.

In glo. i. quæ clara est, ac breuis diuisionem minime recipiens, in prin. dum concludit differentiam esse inter iusdicentem & iudicem† & cum misterio tex.
6 id potius dixisse, quam iudicis, quomã non de omni iudice dicit, sed de eo tantum qui habet merum & mixtum imperium, & sic ut iusdicens maior iudex ac magistratus esse dicatur, iudex autem minor. Dicas, idem etiam tenuisse Guli. de Cu. & secundo, ut refert Bar. per tex. in l. 3. in §. i. ff. ne quis eum qui, ubi non habet locum actio ex illo edicto, si quis uocatum ad pedaneum iudicem, ui exemerit. & not. infra si quis iusdi. non ob. ubi, in illis uerbis, si quis iusdicenti non obtemperauerit, maior magistratus intelligitur. Pro quo & tertio facit, quia uidemus similiter notionem & iurisdictionem differre. l. notionem de uerbo. si. l. ait prætor. ff. de re iud. quasi iudicis proprium sit iurisdictio, iusdicẽtis autem notio. Vlterius & quarto, iudicare, est proprie litem dirimere inter partes. l. i. ff. de iudi. ius autem dicere etiam ubi nullum est litigium, quando interponitur decretum super alienatione bonorum minoris, ut in l. magis puto in. §. non passim. ff. de reb. eo. Vel super transactione alimentorum, ut in l. cum hi. in princ. ff. de transac. quæ sunt mixti imperii, & fuit motiuum Iaco. But. Pro quo & quinto, facit text. in l. uoluit. in. §. fi. ff. de int. ac. ubi hæc tanquam diuersa ponuntur his uerbis iurisdicendi, uel iudicandi causa præstabit, & quod dicitur in rub. C. ne quis in sua cau. sibi iusdi. uel iudicet, & pondero quod habet orationem perfectam, ita ut ex ea argu. sumi possit. l. i. ff. si cert. peta. item & sexto, quia potest intelligi iusdicens uelut species, respectu sententiæ interlocutoriæ: iudicare autem, ut genus, respectu diffinitiue, ut dicebat Alexan. Vel & septimo, iusdicentis, officiũ esse ad differentiã eorũ qui habẽt officium in habitu q̃ actu ius non dicunt, ut sunt iudices cartularii, de quibus in l. i. ff. de iudi. & sic omnino est inter iudicem & iusdicentẽ differentia.

Contrarium autem tenuit Bar. quod nulla inter eos sit differentia, & est communis opi. post Iaco. de Are. Cy. & Raymotus per tex. in c. forus de uerb. si. ubi casus apertus,

Secundo, quia sub ista appellatione iudicis, etiam maiores comprehenduntur, ut in authen. de iud. ergo dixit iusdicentis officium &c. quia sibi sic placuit. l. i. §. pueritiam. sed non quod à iudice differat.

Tertio patet, secundum Dec. quia dicitur in rub. de iu. om. iudi. & tamen in text. aliter, iusdicentis officium &c.

Quarto ad idem facit, secundum Cur. quia ponitur exemplum etiam simplicis iurisdictionis in fi. ergo iusdicens etiam refertur ad iudices minores.

Ab opin. Barto. & communi, ego quoq; non dissentio, per ea quæ adducta sunt, præter ultimum, quia non concludit ex quo sensus est huius legis, ut maior magistratus non solum possit ea quæ meri imperii sunt, & mixti, sed etiam simplicis iurisdictionis, ut supra. Item ex alio, quia ad idem uidetur casus apertus in c. iustum. 23. q. 2. ubi sunt eadem met uerba, quæ sunt in d. c. forus quod iudex dictus sit,

quasi ius dicens populo. Hinc uidemus de iudice meminisse text.in.l.si idem cũ eodem in prin.& in §.i.& in. l. eum qui. &in.l.cum quedam puella, & alibi eundem iusdicentem appellasse ut hic, in.l. qui iurisdictioni.& in.l.est receptum, & in.l.si conuenerit & in.l.fi.infra eo.& in l.i.in §.hæc autem & in.l. 2. infra quod quisq; iu.& in.l.i.in.§.i.& 2.ff. si quis iusdi.non obtem.Quamobrẽ etiam in.l.12. tab.uerba hæc erãt,ijq; præundo iudicãdo,consulendo prætores,iudices,consules,appellanto.& cum de iudice loquerentur antiqui id tribus literis indicabãt elegantius loquentes, ut statim etiam dicam. I. D. P. idest iuridicundo præfuit,seu iure dicendo præerit,ut scribit Val.Prob.de notis antiquis, & probatur in.l.2.in.§.post originem.ff. de origi.iur.

Nec ob.primum motiuum, quia ex prædictis sublatum est,& ut inquit Bar. immo etiam maiores ueniũt sub appellatione iudicis.

Non secundum,de l.3.§.i.quia id erat ex quo pedanei iudices, tanquam magistratus inferiores,non habebant potestatem mulctandi,sed non propterea sequitur ex hoc,quod non sit idem iusdicens & iudex, & minime quod dicebatur de rub.si quis iusdi.non ob.quia uolo millies , quod de maioribus magistratibus loquantur leges illæ & tituli,non est ꝓpterea quod & sub isto uerbo non ueniant,ac non includantur.d.c.forus.d.c. iustum ut supra.

Non tertium,quia non est uerum,patet quia arbiter non habet iurisdictionẽ & tamen habet notionem, & tamen nõ est iudex,nec uideo ad quid Barto. pro parte contraria induxerit hoc argu.

Non quartum, quia nec illud procedit,ex quo ius ita dicitur si non sit litigium inter partes,quemadmodum è cõtra si exter,quod ex eo potest uideri, qa ita dicit tex.in.d.c.forus & alia iura superius allega.

Non quintum,de.l.uoluit, quia respondetur secundum Alex. sed ut dicit Deci.& bene,eius responsio est falsa ex supra dictis.ut per eum. Ideo dicas aliter,prout ipse Deci.sentit, quod iudicare ibidem & iusdicere pro eodem ponũtur,perinde ac si diceretur Alexander , uel Paris.l.ad protegendam.C. de in lit. dan.tuto. Quæ sol.etiam non placet qa impropriatur dictio uel, ut not.in.l. sæpe.ff.de uerbo.si.& maxime quia procedit quod ipse dicit,quando dixisset tex. iurisdicendi seu iudicandi &c.ut loquitur gl.in.d.l.ad protegendum. Qua propter dicas tu,uerum esse , quod pro eodem ponantur , sed quod exponatur quoq; dictio uel,pro idest, prout exponitur etiam in.l.si qui à prioribus. C.de fund.patri.lib.12.& eodem modo tollitur,quod habetur in.l.i. & rub.C. ne qs in cau.sibi ius di. Et ex eo etiam clarius ostenditur,quia text.in.d.l.uoluit, dicit quod ius accipi debet cum apud magistratus po.Ro.uel Præsides prouinciarũ uel alios iudices , respondetur: ergo & maiores magistratus iudices dicuntur, quia dictio alios,ibi,hoc indicat,ex quo est similium significatiua.l. si fugitiui. C.de ser.fugi.ergo dicendo alios , indicat quod magistratus po.Ro.&Præsides qui erant de maioribus magistratibus , dicebantur iudices , & sic facit pro nobis.

Non ob.sextum , quia ut supra dicebam,& no.Dec.& bene, tollitur per d.c. forus.

Non septimum & ultimum,quia audacter negari potest,ex quo idem fuisset si dixisset iudicis officium ut supra.Quidam etiam hic dicebant, quod posset assignari bona differentia inter iusdicentẽ & iudicem,quia illud est in figura iudicii , hoc autem extraiudicialiter intelligendum,& ideo officium iudicis latissimum est,si in figura iudicii uoluerit iudicare,ut not.in.d.l.uoluit.iuncta.l.pen. ff.de iust.& iu.quod non placet , quia si latissimum est,deberet intelligi & in figura iudicii,& extraiudicialiter, & ideo tene cum Barto.ut supra conclusum est & dic quod est elegantior quidam modus loquendi apud antiquos , quam si dixisset iudex:ex quo nihil aliud est, q̃

iustitiam administrare ius dicere, & iudex seu ius dicens administrator iustitiæ unde Ci.in Verrem, Audistis ob ius dicendum Q.Varium, dicere, procuratores suos isti centum & triginta millia nũmum dedisse? idem Ci.de prouintiis cõsularibus, emisti grandi pecunia ut tibi de pecuniis creditis dicere liceret ius in liberos populos.

Additio.

Quicquid dictum sit supra posset etiam teneri, quod immo sit differentia inter iusdicentem & iudicem.

Et primo, quia uerbum iusdicentis non uidetur, appositum hic sine effectu, alicuius operationis.l.si quando. ff.de lega.i.l.quod ait lex in prin.ff.ad leg. Iul. de adulte.c.si Papa.de priuile.in 6.

Secundo, quia nomina diuersa sunt. l.si idem.C.de codi.

Tertio & ultimo, quia probat hoc idem tex.in.l.uoluit.in.§.i.ff.de int.ac. etiam supra alleg.sed aliter inducendo, quoniam dicit, apud magistratus po. Ro.uel apud Præsides prouinciarum, uel alios iudices ut sic maiores & minores denotaret, maiores in illis uerbis, apud magistratus.&c.minores, ibi, uel alios iudices quod postea & clarius appa ret, dum subiicit iusdicere, uel iudicare. & si replicaretur, quod uerbum alios iudices, indicat de maioribus etiam intelligi.l.si fugitiui.C.de ser.fugi.respondebo non obstare, nec id semper esse uerum.l.sed, & reprobari.in fi. princ. ff. de excu. tuto. ubi Doctor actu legens excusatur ab onere legationis, & quolibet alio famulatu, & tamen legatio non est famulatus. Et minime, quod sensus sit.d.uerborum iusdicere uel iudicare, ut alibi Alexander siue Paris.in. l. ad protegendnm.ff.de in lit.iu. quia longe tolerabilius est in dictione siue q̃. uel, cuius natura est disiungere.l.sæpe.ff. de uerbo.si. Nec ob.tex.in c.forus extra eo. tit.in materia præcipuus, & pro communi allega.quia si iudex dictus est, quasi iusdicens: ut ibi, necessario non erit idẽ ex quo dictio hæc, quasi improprietatis & diminutionis est nota, secundum Barto.in .l. si in rixa. in 4. colum. ff. ad leg. corn.de sica.cogita.

Secundo, ex glo.in fi.habetis notare, quod iudicem litigantibus dare, est simplicis iurisdictionis, & sic non est de mixto imperio, & est tex.in.l.imperium infra eo.

Vnam difficultatem mouet hic Ias. qđ immo sit mixti imperii, quoniã illud dicitur eẽ iurisdictionis ꝙ expeditur iure actionis id autẽ mixti imperii ꝙ expeditur officio iudicis nobili: sed iudices litigantibus dare expeditur officio iudicis nobili ad priuatam utilitatem: ergo non est simplicis iurisdictionis, sed mixti imperii & quia dicetur in. d.l.imperiũ aliter hic non insistam.

Tertio & ultimo habes secundum Barto.extra glo.quod dixit text. latissimum & non longissimum, quia intendit tractare de latitudine uirtualiter nõ corporaliter de longitndine, ex quo est ius, quid & quantum scilicet contineat, cum sit (ut diximus) genus generalissimum.

Quæ, ratio improbatur, quia eodem modo dicere non debuisset, latissimum esse, ex quo etiam latitudo est dimensio corporalis, omne enim corpus, ut Mathematici dicunt, & refert Deci.seni.hic habet tres dimensiones, Latitudinem, Longitudinem & profunditatem. Sed responde, quod eodem modo quo tractauit de latitudine uirtualiter pari modo potuisset tractare de longitudine, & ubi dixit latissimum, longissimum dicere, uerum quia non intendebat tractare longitudinem, respectu temporis & uitæ, latissimum, & non longissimum dixit, ut ipse met Barto.declarat, & est uerum, & ad id uidendus est text. psal.117. ibi, & factus est Dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem.& cxvii. ibi, & exaudiuit me in latitudine Dominus & cxviii.ibi, & ambulabam in latitudine.ubi alias longitudo etiam amentiam denotat, ut in prouerbio amens lõgus per Eras.

Glo.2.non habet difficultatem,uel si habet,super ea non insistemus,quia Barto.se remittit ad dicendum in.l. iubere cauere infra eod.& tanto magis,quia laborat super eo,super quo non est laborandum,an dare scilicet bonorum pos. sit mixti imperii,quia est text. ut etiam dicit Dec.& ibi uidebimus in.l.imperiũ ff.de iu.o.iud.

Glo.3.in uer.potest, diuiditur in tres partes, prout in prima declarat text. in 2. comprobat per diffinitionem iurisdictionis in 3.& ultima, opponit & non soluit 2.ibi, ut patet.3. ibi hodie contra.

In ea.in prin.habes, quod iudex non solum potest dare bonorum possessio-
7 nem,prout dicit† text. sed etiam debet hoc facere necessario,& hoc quia in diffinitione dicitur(ut statim uidebimus) quod est potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicendi. Secundo, ut dicit Bar.quia hoc idem probat text. in.l.munerum.in.§.iudicandi quoq; necessitas.ff.de mu.& ho.& sentit Dec.improbando Ias.quod subauditio hæc fuerit minime necessaria.Tertio, quia potestas,quam habet iudex habet etiam secum necessitatem coniunctam.d.§.iudicandi quoq; necessitas c. ut debitus de ap.quod tamen in primum & secundũ incidit,immo tendunt ad idem omnia, in tantum,secundum eum,ubi datur potestas,ut ibi etiam sit necessitas.Quarto uidetur casus in.l.non quicquid. ff. de iudi.ubi non quicquid potestati iudicis permittitur,necessitati subiicitur, statimq; etiam subiicit Bart.ergo regulariter ea quæ committuntur potestati ipsius,habent necessitatem.l.cum prætor. eo.ti.c.non ne de præsum. cum similib. & fuit inductio Decii sen.in seq. parte glo.perinde ac si diceremus non omnis homo currit ergo aliquis homo currit.

Quinto & ultimo in.l.3.§.i.iuncta gl. ff.quod met.cau.

Quæ omnia iudicio meo possunt unico uerbo resolui, & hoc modo forte procedet dictum Ias. quod subauditio glo.minime fuerit necessaria ex quo iuriscon.intentio est uelle demonstrare officium iusdicentis latissimum esse quod præcœteris in dando bo.po. consistit & non an teneatur de quo alibi dictum est ut procedant eo casu, quo per partem petatur,nam tunc necessitatur iudex impartiri officium suum,sed antequam petatur,non est dicẽdum, nisi quod iudex bonorum possessionem dare possit, nõ tamen ut necesse hoc facere habeat, & idem Dec.hic declarat & bene & est tex. in.l.4.in §.hoc autem iudicium. ff. de dam.inf. Quod tamen intellige uerum præterquam in casu quando uerteretur utilitas publica quia etiam non requisitus tenetur,& necesse habet, ut declarant nouissimi. in.l.gallus.in princ. ff. de libe.& posthum.& not.in.d. §. hoc autem. Ex quo inferri potest, ut etiam dicit Deci. & bene, improbando dictum Pau.de Cast.Alexan.& Moder. in.l.ubi pactum in pe.colum. C.de colla. quòd in his, quæ in libera potestate iudicis sunt necessitas inesse non dicatur, etiam quòd petatur à parte d.l.non quicquid, quod tu comproba, quia iudex, absentem olim damnare poterat, & hoc in libera eius potestate residebat, sed tamen necesse non habebat, quantumcunq; à parte peteretur.l.i. C. quomo.& quando iud.& not.glo. in.d.l. nõ quicquid hodie secus.l.pperandum.§.i. C.de iudi.Item Princeps, licet legibus solutus sit, attamen potest uiuere legibus, & nihilominus si petatur à parte, non compellitur, ut ibi not.& in.c.i.de proba. & rationabile quidem est, quoniam alias libere eius uoluntati relictũ non uideretur, sicuti in pœnis quoq; dicimus, in quibus potest hodie ipsemet arbitrari ut lubet.l. quid ergo.§. pœna grauior.ff.de his qui not.infa.l.hodie.ff. de pœn. l.i.§.i. ff. ad Turpil. & tamen si petatur, non habet necesse, nisi quatenus essent restrictæ ad terminos iuris, quæ tamen non firmo, quia statim dicetur latius.

In ea.glo.ibi,est enim iurisdictio &c.
8 cum ista diffinitione† transeunt communiter Docto. si tamen adiiciatur, dum

dicit, cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuendæ tanquam à persona publica,& hoc,ut dicit Bart.ne potestatem patris in filios, Domini in seruos, tutoris in pupillos includamus, quæ est iure publico introducta, ut per eum.

Et non uidetur necessaria, quia pater dominus,& tutor,faciunt ius,non autẽ dicunt,secundum Fulgo.& Ias.hic,idest coguntur passiue facere ea, quæ sunt iuris,non autem actiue. Ad quod respondet Deci.aduertendum esse,quia immo & ipsi ius dicunt actiue,cum de iure gẽtium,antequam actiones fuissent introductæ,omnia exequerentur manu regia l.2.ff.de origi.iu.quæ manus regia remãsit in Domino & patre,ut not.Barto.in. l.frater à fratre, in .5. colum. ff. de condi.ind.& probatur in.l.serui & filii. in pri.ff.de fur.ergo subauditio necessaria, tu dic quod confunditur hoc per tex.in l.qui iurisdictioni infra eo.nec ob.l. serui & filii quia loquitur in criminalibus nos in ciuilibus. Vel dic, quod uerba illa,neq; enim qui potest in furem,intelliguntur respectu correctionis nõ aliter. Vlterius, ut dicebat Butige. non est bona consequentia dicere, potestas Domini in seruos,patris in filios,& tutoris in pupillos,est de iure ciuili, quo casu loquuntur allegata per Barto. ergo est iure publico introducta.l.i.§.ius publicũ. ff. de iusti. & iu. ergo diffinitio bona absq; alia suppletione,&hæc respiciunt uerbum de publico.

Sed contra eam, dum dicit, quod est cum necessitate iuris dicendi, insurgit Ias.quia reperitur iurisdictio uera, ubi non est necessitas iurisdicendi, puta in iudicibus chartulariis,de quibus in.l. i. ff.de iudi.Secundo,in Principe,ut dicebam supra quod habet iurisdictionem, & tamen non est cum necessitate.l.princeps.ff.de legi.& est exemplum glo.l.nõ quicquid.ff.de iudi.item & tertio, si iudex sit excommunicatus uel suspensus, quoniam habet iurisdictionem,& tamẽ non est cum necessitate.c.ad probandã. de re iudi. Quarto, si iudex sit extra territorium,habet iurisdictionem,& tamẽ non cum necessitate.l.3.ff.de offi. præsi. & aliis,ut per eum. Quinto secundum Dec.seni.quia dicit tex.no.in.l.4.in.§. si tam uicinum.ff.de dam.inf. quod datis duobus iudicibus unus habet iurisdictionem sine necessitate. Sexto & ultimo,quia idem uidemus in arbitrariis,in quibus iudex habet iurisdictionem, & tamen non subest necessitas.

A glo. non credo recedendum esse, quia(ut diximus)est tex.in.l.munerum in.§.iudicandi.ff.de mu.& ho.& in.l.nõ quicquid.ff.de iudi.& alia iura allegata per Bar.quorum hæc melius probant vt ipsemet Deci.seni.dicit,& bene.

Nec ob.adducta in contrarium &primo de iudicibus chartulariis, quia id est exorbitans à regulis iuris communis,non trahendum ad consequentias.l. ius singulare.ff.de legi.c.præsenti.§.loca. de præben.iñ.6.Vel dic, quod cum administrationem non habeant,quo modo intelligimus nos inter homines,non dicuntur proprie iudices,ut ibi no.&in l.rem non nouam.C.de iud.& in.l.fi.C. ubi & apud quem.

Non ob.secundum,quia similiter eodem modo posset responderi, sed dicimus aliter,quod saltem tenetur de honestate,ut dicit Deci.post Barto.in.l. imperium infra eo.& nos late in.c.i.de proba.Quæ resolutio non placet,quia non est honestas quæ transiuerit in necessariam iuris dispositionem.l.humanitatis C.de impub.ideo prima melior, nec ab re,quia est iudex ipse omnium iudicum c.cuncta per mundum.9.q.3. l. deprecatio.ad leg.Rho.de iac. nedum supra omnem iurisdictionem sed etiam supra ius c.proposuit.de con.præb.

Non ob.tertium,quia immo est cum necessitate,remoto obstaculo suspensionis,vt in simili in.l.non tantum.ff.de re. di. & in. c. quia diuersitatem de con. præben.& secundum Cur.in arg. in.l.si soluturus.ff.de sol. Ex quo tollitur etiã quartum.

Non qnintum.de §.si tam uicinum, quia intellectus ille non est uerus, ut

ibi not.

Non sextum & ultimum, quia immo subest, quatenus ea restricta sunt ad iuris communis dispositionem, ut dicebam in prima parte glo. ad fi.

Aduerte tamen, quia si officium iudicis considere ur, ut considerant quidam hic, prout est nobile & mercenarium, facile clara erunt omnia, deducendo ut p eos. quod ego non probo, quia indistincte necessitas inesse uidetur, & maxime (ut dicebam supra) si petatur.

9 In ea. ibi, & æquitatis statuendæ† dic q optime locuta est, sed eo casu, quo de æquitate, ut dicit Dec. & bene, procedi debeat, & à regulis iuris recedi, ex causis de quibus in. c. fi. de transac. & in. l. placuit. C. de iudi. & in. l. diuus. ubi melior tex. de iure. ff. de in integ. resti.

In ea. glo. in. fi. habe, secundum Bart. quod hodie si non simpliciter agnoscatur

10 tur† coram iudice competenti iure magistratus, sed petatur decerni bonorum possessio, est mixti imperii, sicut & olim, neq; aliquid immutatam reperitur, & sic edictalis sit ut dicebam in tex. non decretalis, si pars non petat. quod per bonum simile comprobat Alexand. de eo qui est in possessione, & tamen potest petere in ea per decretum iudicis cõfirmari. l. 3. §. missum. ff. de carbo. edic. & ibi Bar. l. i. C. eo. l. i. §. qui opus. ff. de no. ope. nun. Secundo uidetur text. in. l. quotiens. ff. de actio. & obli. ubi quis potest uti prouisione legis antiquæ, & non nouæ. Tertio, quia actus agentis ultra eius intentionem operaretur, contra text. in. l. non omnis. ff. si cert. peta. Et est aliud simile. Quarto, in. l. aliam. ff. de noua. in eo qui sententiam habuit pro se, ut possit uiam executiuam relinquere, & ad actionem pristinã redire & no. latius in. l. i. ff. de iud. sic ergo dicẽdum est in casu nostro & fortius, quia si, id est in actibus contentiosæ iurisdictionis, ubi est litigium inter partes, multo magis erit in actibus uolũtariæ, ubi nullum est, auth. multomagis. C. de sacrosanc. ec. cum uulg.

Contra quam opi. duo faciunt primo simile de l. Paulus alias per procuratorẽ ff. de acqui. hæ. ubi eo ipso quod constituitur procurator ad adeundam hæreditatem, uideor adire: ergo ita uideretur dicendum, eo ipso quod uolo bo. po. agnoscere, ut agnoscam, & simile optimũ est, quia sicuti bonorum possessio, post quam decreta est non potest repudiari. l. i. §. decretalis. ff. de suc. edic. ita non potest hæreditas, ut ibi, & in. l. sicut. C. de repud. hær.

Secundo tex. in. l. fi. in §. i. C. de cu. fu. ubi bonorum possessio decretalis, de qua loquimur, in totũ sublata est: ergo succedat regula Bar. in. l. fi. ut dicunt quidam. ff. ad leg. Cor. de fal. quod non licet uti iuribus derogatis, sed fuit etiam arg. Decii hic in glo. 2. qui tenuit contra Bar.

Tertio, addo ego, bene facere tex. in. l. i. in illis uerbis satis. C. de latu. liber. tol. ubi satis absurdum est, origine rei sublata eius imaginem relinqui.

Quarto facit tex. in. §. fi. inst. de bo. po ubi loquitur negatiue: ergo eidem non poterit renuntiare glo. est in. l. i. C. ne fi. de. do. den.

Quinto quia dicitur in. l. fi. C. qui admi. ita obseruari præcipimus, ergo inducitur forma agnitionis, in his quæ sunt de forma, consensus partium nihil operatur. l. nemo potest de leg. i.

Ego à prima opi. nõ discedo, q̃ uera ẽ nõ tamẽ p supra adducta, q. a. posset tolli vt hic per Deci. in. d. glo. 2. sed ex alio, nam considero quod lex uoluit hoc introducere fauore agnoscentis, ut coram quocunq; iudice agnosceretur, & edictalis dici deberet: ergo agnoscens poterit huic fauori si uoluerit renuntiare. l. si quis in conscribendo. C. de pact. cum vulga. & præsertim quia non immutatur natura ipsius, nam esto quod coram quocunq; iudice agnosci possit, & dicatur competere iure magistratus, non tamen sequitur, ut uidetur sentire Bartol., quod non sit mixti imperii, quia consequentia non tenet eodem teste. in. l. imperium in ultimo gradu infra eod. Vlterius, quia solet iudicari fauorabile, cum res ad pristinam suam naturam reuertitur.

tur, glo. est in .c. statutum in uer. numerandum de præben. in 6.

Nec ob. primum, de l. paulus, quia id est in aditione hæreditatis, quæ solo animo (vt ibi dicitur) adiri potest, sed nos loquimur in bonorum possessione, quæ non simpliciter agnosci potest, coram quocunq; iudice, sed etiam peti, ut decernatur.

Non secundum, quia id uerum est, cum non petitur, ut proximè diximus. Nec propterea dicitur quis uti lege derogata, ex quo non erat sublata penitus vt ea vti non liceret, si partes voluissent. Vel dic licere, ex quo non est ad præiudicium alicuius, quo modo loqui uidetur Bar. in d. l. fi. ad causarum scilicet decisionem, & in iurisdictione uoluntaria in qua non extat legitimus contradictor.

Non tertium, quia in casu suo procedit, non hic, ex quo origo decretalis nõ erat sublata, ut eius imago derelinqui etiam, & assumi non posset, quemadmodum probatum extitit latius, & ita debet teneri.

Non ob. quartum, quia uerum esset quando lex ulterius processisset declarando, quod actus contra legem factus esset nullus, ut late declarat Ias. in. l. non dubium, in 4. colum. C. de legi. sed ibi simpliciter loquitur, ergo.

Non ob. quintum & ultimum, quia id fallit in forma utilitatem partiũ concernente. c. si diligenti de fo. compe.

Sed dubitat Alex. quid si petatur decretalis, ut diximus, an poterit delegari
11 † & respondet quòd sic, quia causa mixti imperij plenam causæ cognitionem requirentes, possunt delegari. l. 2. §. ut cognitio supra de offi. eius. sed hodie, cum non requiratur decretum, non requiritur etiam causæ cognitio: ergo, & pro hoc facit tex. in .§. multis autem modis insti. de liberti.

Contra quod dictum insurgit Deci. seni. motus, quia petens decretalem debet petere cum suis qualitatibus: ergo etiam cum causæ cognitione, ut not. Bald. in authen. iubemus. C. de iudi. & Pau. in. l. si duo. ff. de acqui. hæ. & est uerum. Nec ob. si responderetur, ut respõdet Cur. hic, quod esset uerum, quando impetraretur aliquid necessarium, sed cum impetretur hoc quod necessarium est minime, non refert etiam quòd inepte id fiat & sine causæ cognitione, secundum glo. in. l. vinum. ff. si cer. pet. Dic tu quod est text. in. l. i. C. de rei vxo. ac. in princ. & not. in. l. edita. C. de eden. quia tollitur ratione optima, ex quo cognitio est necessarium antecedens, & qualitas inseparabilis. Verum nos habemus, quòd ad positionem consequentis, necessariò sequitur positio antecedentis. l. illud. ff. de acqui. hæ. l. illud. l. ad rem mobilem. ff. de procu. & quod qualitas non potest esse sine subiecto. l. i. ff. de usuf. lega. haud considerabile in casu. d. l. edita, ex quo factum loco actionis succedit, tã etsi actio etiam inepta exprimatur, cogita.

Glo. in uer. in possessionem, diuiditur in tres partes in prima remouet contrarium, in 2. per uiam q. opponit, & dupliciter soluit, ĩ 3. de materia se remittit 2. ibi, sed nõ nè 3. ibi, & potes hic dicere.

In ea. in prĩ. collige, ꝙ licet mittere re
12 ipsa in possessionem † sit mixti imperii, pronunciare tamen de mittendo, est simplicis iurisdictionis, ita ut inferri posse uideatur, hoc casu delegari posse illo aũt nõ, & mirũ certe, q̃a uideretur dicendum contrariũ, ex quo hoc casu causæ cognitio requiritur, illo autẽ non l. cognitio. §. vt bonorum. l. 2. supra de of fi. eius. Sed responde, hoc esse, quia plus est ex alio mittere re ipsa, quam pronuntiare de mittendo, ut dicit Bar. & Alex. in. l. iubere cauere infra eo. ubi ad dicendum Bar. met. se remittit, & ego quoq;.

13 In ea. ibidem, habes secundo † ꝙ pronuntiatio de mittendo in possessionem dicitur sententia diffinitiua, qđ debet intelligi de missione in po. ex 2. decreto ne aliàs sit contra glo. in. l. præsenti, in .§. i. C. de his qui ad ec. confu. & in. l. Fulcinius, in .§. quid sit latitare .ff. ex quib. cau. in po. ea. & in .c. cum olim, de testi. quæ dicunt ꝙ est interlo-

cutoria, sed intelligitur de missione ex primo decreto.

Quam intelligentiam improbat Deci. quia glo. prædictæ loquuntur in missione in po. & tamen dicunt, quod est interlocutoria.

Et est verum, quia dicit, quod missio & uenditio pariter fiebat, quæ uerba nō possunt intelligi nisi in. 2. decreto, prout etiam habetur in. l. pe. ibidem allega. C. de bo. autho. iud. po.

Sed ab intellectu prædicto non recedo, quoniam rationabilis uidetur, ex quo interlocutoria dicitur, quæ fertur inter principium & finem causæ, antequā diffinitiua feratur. clem. i. ubi glo. de seq. po. & fruc. & hoc modo uerificabitur, quod interlocutoria dicetur pronuntiatio quæ fit de mittendo in po. ex primo decreto contra glo. prædictam, prout etiam intellexit Bald. in. l. plerique in. i. lectu. ff. de in ius uo. & in. l. 3. in. §. si absens in. 3. colum. ff. si ex no. cau. aga. alias autem diffinitua, ut hic, quoniam tunc finem negotio imponit, & habet uim diffinitiuæ, & latius Alexan. declarauit, & bene.

Bal. etiam hic aliter dixit, quod interlocutoria quoque appellatur diffinitiua, largo sumpto uocabulo, ex quo diffinit capitulum, de quo dubitatur. l. generaliter, & ibi not. C. de reb. cre. sed nō placet quia impropriatio maxima est, & esto etiam quod diffiniatur capitulū de quo erat dubium, non est tamen, quod inter principium & finem causæ non feratur, & propterea melius est dicere primo modo ut diffinitiua sit, si ex 2. decreto proferatur, si ex primo interlocutoria, prout colligi potest etiam ex his quæ habentur late per Specu. in tit. de primo & secundo decreto per totum. Cogita.

41 In ea. glo. ibidem, habes tertio † quod plus est sententiam ipsam exequi, seu executioni demandare, quam pronuntiare ut supra & non ab re diximus hoc ultimum delegari posse, illud autem non, & de quo late in. d. l. iubere cauere.

Inferunt tamen docto. quod si steterit statutum quod iudex non possit in fine sui officii exequi, poterit tamen pronuntiare de exequēdo, ratione ut supra & latius quam alius, per Felin. in. c. non potest. in. 2. colum. de re iudi. & ante eum Bar. in. l. solent. ff. de offi. procon.

Quod dictum non uidetur uerum, quia ubi prohibetur consequens, uidetur etiam prohiberi antecedens. l. oratio ff. de spon. ergo cum prohibeatur executio, prohibetur etiam pronūtiatio. & est argu. in. l. fraus. & in. l. contra legem. ff. de legi.

Secundo, quia pronuntiatio hæc nihil operari, uidetur ergo debet reici, ex quo ars & natura nihil operantur frustra l. qui bis idem. ff. de uerbo. obli. l. hæc stipulatio. § diuus. ff. ut lega. no. ca. & fuit motiuum Areti. in c. 2. in 3. colum. de accu. & patet ad sensum, quia si per successorem debet obseruari, habebit uim diffinitiuæ sententiæ.

Sed ad primum, tenendo dictum Barto. in. d. l. solent, respondeas uerum esse, quando diuersa ratio id non dictaret, ut habetur in iuribus præallega. & in. l. si quis officium. ff. de ri. nup. & in. l. si is. C. de prædi. mi. sed hic diuersa ratio dictat, ut in. d. l. iubere cauere, dicetur, ergo.

Non ob. secundum, quia dicam ut dicit Alexan. quod immo erit absolute interlocutoria, quæ poterit per successorem retractari, si iniusta uidebitur, secundum Bald. in. l. iudex C. de sen. & est tex. melior de iure, in. l. iure nostro. ff. de test. tu. & in. l. quamuis. & ibi Bald. ff. de reb. eo. quem tex. glo. in. d. l. iure nostro allegabat, & quos duos adducit hic Deci. seni. & bene, & sic successores possunt retractare facta suorum prædecessorum, erronea, ut dicit Bald. in. l. si accusatoribus. in. 8. not. C. de accu.

In ea. ibi, sed non ne. habes colligere, quod missio in possessionem, quæ fit re ipsa, & quæ ob id (ut diximus supra est indelegabilis † poterit per nuntium expediri, nec immerito, quia per iudicem fieri dicetur. l. ita autem. §. gesisse. ff. de admi. tu.

l.pater ex prouintia.ff. de ma. uin. & ibi glo.not.quæ allegat.d.§.ita autem.c.mulieres de sen.excom.ultra tex.allega. per Bart. in.l. qui autem.& seq.ff. de consti. pe. siue sit id quod fit, iuris, siue facti, quicquid dixerit Bald.in.l.i.in 3.colum. C.de ser.fugi.quid nuntius à substituto differat,seu delegato, dic ut hic per scriben.& seruit ad ea, quæ dicuntur per Alex.in rub.supra de offi.eius.

Glo.tutores.diuiditur in tres partes; prout format tres qq. & respondet 2. est ibi seu nonne 3.ibi,sed secundum hoc.

In ultima parte, quia in cæteris fuit dictum in.l.i.de offi.eius habes,quod licet fauore pupilli datio tutoris possit delegari, de quo ad præsens non dubitamus,& intellige quando facultates pupilli secundum communes opi.sũt 500 solidorum, non tamen fauore pupilli
16 causa bonorum possessionis†uel aliqua alia similis poterit delegari, quia considerari debet quod plerunq;, non quod raro euenit.l.nam ad ea.ff.de legi.

Quæ ratio est falsa, quia non minus frequens usus est bo.po.ut inquit Deci. seni.hic,& bene quam dationis tutoris: quod potest ultra eum uideri ex titulis de bo.po. tractantibus. Vlterius dicit Cur.non potest exprimi casus frequentioris usus quin exprimatur etiam casus de raro contingens,ut per glo.in. l.i. C. de rap.uir. Dic tu, quod hoc confunditur per tex.d.l.nam ad ea,ibi,potius &c. ubi uerum est,sed potius ad ea quæ frequentius,quam quæ per raro accidunt, se adaptat lex.Et adde meliorem de iure in.l.fi.C.de consul.libr. x. qui rationem assignat amplius,ne si alias eueniret,reperiatur indecisus,sed prima melior.

Alia,&2.ratio assignatur per Barto.†
7 non ab re esse, quia in his non est tantũ periculi, quantum in datione tutoris. Quam impugnat Cur. & dicit, quod non est bona consequentia,& quod debet dici totum è contra, ex quo ut uidimus in.d.l.i.supra de offic.eius, ea quæ sunt grauioris præiudicii non delegantur,sed reseruantur maioribus magistratibus,de quibus etiam lex magis considit.l.i.in fi.ff.de offi. præto.§. pe.insti. de attil.tu.& male,ut quidam hic dicunt, quia periculum est pupilli, si differatur negotium,non eo modo quo Cur. considerat & ideo ob id diximus,posse delegari,non aliis casibus, in quibus dilatio non ita affert præiudicium, ut in tutelæ datione,& probatur.in.l.i.ff.ad Vel.

Aliam,& tertiam, rationem assignat
18 †Cur. quod ideo id factum sit in tenui facutate pupilli,ne cogeretur ire ad Præsidem,& causa posset delegari. Quæ nõ placet,quia hoc modo præsupponitur, quod iure magistratus competat, & tamen est contra tex.in.§. sed hoc iure.insti.de at.tut.& satis superq; fuit dictum in d.l.i.de offi.eius. Ideo teneas primam uel.2.de quibus supra uel dic,ut dicam in.l.imperium.

Fauore pupilli etiam inductum esse uidetur, secundum Barto. quod causa mixti imperii,indelegabilis, possit delegari, si litigatur us sit extra prouintiam. L.i.C.quando Impera.int.pu.&uid.quæ lex non probat,secundum Deci. senior. quia quod pupillus ibi extrahatur extra suum domicilium, hoc non est lædere ius commune, sed in casu nostro læditur,quoniam causa,quæ est indelegabilis,delegatur:ergo.Cur.dicit, quod immo probat,quia sicuti pupillus est priuilegiatus, ne extra territorium trahatur coram principe,ita debet esse priuilegiatus,quod causa indelegabilis delegetur & male, quia esto quod habeat priuilegium,ne trahatur coram principe,remanet tamen coram suo iudice, & sic(ut diximus)non læditur ius commune,qđ non est quando causa indelegabilis delegatur:ergo non probat.Cogita.

Glo.fina.est clara, de qua tamen dicemus in.l.imperium infra eo.

Extra glo.quærit Barto.de pluribus, & primo,utrum officium iudicis & iuri
19 sdictio†sint idem.& concludit quod sic, si simpliciter consideretur & absolute in abstracto, prout non cohæret personæ, sed diuersimode, ut officium potestariæ Capitaneatus,Regis, et Principis, ac similium. Motus primo, quia dicitur hic,

in rub.& statim in nigro,iusdicentis officium &c.ex quo licet arguere,quod si aliud esset,lex ista non congrue hic poneretur. Secundo,quia cum dico officium judicis,dico principaliter ipsam personam cui inest administratio seu honor jurisdictionis, secundario ipsam iurisdictionem.l.honor.ff.de mu.& ho.l. fi. C. ubi & apud quem. Cum autem dico iurisdictio, denoto pricipaliter iurisdictionem. Secundo officium iudicis, cui inhæret iurisdictio,ut ĩ d.iuribus,&sic omni tempore unum & idem est, licet personæ mutentur.l.proponebatur. ff. de iudi.c.si gratiose.de rescrip.in 6.

Ad primum dicebat Cur. quod non concludit, quia interdum nigrum est generalius rubro,ut not.in.l. i.ff.si cert. peta.

Ad secundum,idem Cur. & ante eū, Deci.seni.& Butige.& Dec. quod implicat contradictionem, quoniam considerat officium iudicis, prout non cohæret personæ.& postea dicit, quod cum officium iudicis dicimus, ipsam personam principaliter dicimus.ergo male.

Tu ab opin.Barto.non discedas,& dicas optime probari eius argumētis. nec ob.responsio Cur.ad primum, quia id non est regulare,ut no.in.d.l.i.sed quod rub.sit generalior nigro,sic, ut per Bart. in.l.admonendi in.9.col.ff.de iureiu. & ut hic potest uideri.& est bo.text. in.l.i. C.de impo.luc.descrip.lib.12. regularis autem dispositio attendi debet, ut dicit Inno.in c.auditis de præscrip. ergo.

Et minime quod dicebatur ad secundum,quia si recte consideretur, non est contrarietas.quoniam primo modo Barto.intellexit de persona particulari,secūdo modo de uniuersali,& in genere & erit sensus,quod cum officium iudicis dicimus,dicimus prĩcipaliter ipsā ꝑsonā judicis ĩ genere,cui inest honor iurisdictionis &nō erit repugnātia esto ꝙ dixerit in abstracto posse cōsiderari, ꝓut nō cohæret personæ, scilicet particulari, quoniam tunc esset in concreto,quod uideri potest etiam, quia postea sequitur dicens, quod per iurisdictionem principaliter iurisdictio ipsa,secundo per officium iudicis,cui dicta iurisdictio inhæret,significamus, quoniam intelligitur officium iudicis generaliter scilicet, & non particulariter,ut sic termini sint pares. Vel dic quod intelligitur,prout non cohæret personæ uere,& dum postea ait quod cum dicitur officiū iudicis,dicitur persona ficta scilicet & representata. l. mortuo.ff.de fideiu.& ita pro certo est tenendum,& propterea idem est (ut dicebemms)licet personæ mutentur,quæ sunt accidentia ad ipsum officium,ut ꝑ Barto.in trac.de alueo.in.§.quod si. in 1. colum,Nec ob.regula quod qualitas,& accidens,non potest esse sine subiecto. l.i.ff.de usuf.lega.& quod mutata persona,statum quoq; rei conuenit mutari.c. i.de iure pat.in 6.l.cum quis sibi,in prin. ff.de solu.l.i.§.quibus.ff.de suc.edic. q̃a procedunt in casibus suis, & diuersa ratione,potestq; inibi uideri.

Et dum in contrarium dicebatur,prius facere pro alia opi.prout refert idem Bartol.quod officium iudicis præsupponit iudicem ante,qui non est, si iurisdictionem non habeat.l.i.ff.de iud.Dic nō inconuenire,si respondeatur,quod imo fuerint eodem tempore,ut hic per Cur. &D.meum,ut calor & ignis,nix & albedo,& similia.

Secundo concludit Barto.quod si capiamus officium,prout cohæret perso-
20 næ,& sic in concreto†pro totali administratione,tunc differet à iurisdictione, quia iurisdictio dicetur ius,seu potestas officium autem,exercitium illius potestatis.l.4.§.in eum.ff.de admi.re.ad ci. ꝑ ti.& est simile,ut inquit Ias. ac si diceremus obligatio est ius, & actio exercitiū illius iuris, sed fuit fundamentum Barto.infra in seq.q. prout etiam ipsemet dicit de locutione & potentia loquendi, ibidem.& non habet dubium, & sensit Deci.in rub. de offic.del. constituendo differentiam inter hæc duo, quod potestas est habitus & potentia, officium autem actus & exercitium,post Ancha. in c.ea quæ in 4.charta de reg.iu.in 6. & ita etiam dicebat Pe.ut supra refert Bar.

inq; ratione dictum est.

Quod tamen dubitabile reddi posse uidetur, primo quia officium iudicis est ius (ut in seq.q.uidebimus) ergo non exercitium, ex quo hoc facti, iliud autem iuris est.

Secundo, quia considero, quod si officium est exercitium, & iurisdictio ius seu potestas, prout diximus supra non dixisset legislator de offi. & po. iud.del. ĩ decretalibus sed de potestate & officio iudicis del. cum non æque conueniat quod actus præcedat habitum, sed habitus & potentia, actum.

Tertio ad idem facit, quia absolute etiam si in concreto consideretur, dicendum uideretur, quod idẽ esset quod iurisdictio, per glo.in rub. supra eo. cuius meminit etiam Barto.in prin.q. subiiciens quod cum supra uisum fuerit de officio iudicis in particulari, uidendum est in uniuersali, & tamen tractat de iurisdictio.om.iudi.ergo iurisdictio & officium idem esse uidetur, tradit etiam Barba.in rub.de offi.del.in.3.col.

Sed à Barto.non discedas.nec ob.primum, quia forte non est uerum, ut infra.

Non secundum, quia in coniunctis non est dare neq; prius, neq; posterius. l.quidam testamento.ff.de pecu.le.l.præposteri.C.de.testa.l.nec enim.ff.de solu.

Non tertium, quia id non est uerum ut ibi per scriben.vel dic, quod appellat iurisdictionem, officium improprie, sed proprie differt, tanquam exercitium, & res ipsa quæ exercetur, & ita est, & hoc modo dicit Barto. erit unum officium in persona cuiuslibet iudicis. l. cum apud.ff.iudi.sol.d.c.si gratiose.de rescrip. in 6.quod intellige distributiue, iuxta glo.in.l.si pluribus.ff.de leg.2.

Additio.

Quod officium iudicis, & iurisdictio differant, nouissime probatur, primo quia diuersitas est nominum in eis.l. si idem. C.de codi.

Secundo diffinitionis, quia iurisdictio est potestas de iure pub. introducta cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuendæ, ut supra officium autem iudicis, quidã rationabilis modus, quo condemnat condemnandos, & absoluit absoluendos, ut in titu.de offi.iudi.dicebat Hosti.& probatur arg.in.l.i.C.de iu.emphy.

Tertio & ultimo, titulorum, ut arguit Ias.in.l.2.in prin.ff.de iureiu. quia ponitur hic de iurisdictione: alibi autem, de officio iudicis.

Differentia autem erit, quia iurisdictio ius dicetur, officium uero factum. & quia illa est habitus istud autem actus l.inter illam.ff.de uerb.si.officiumq; tandem particularium, iurisdictio uniuersalium, ut inquit Bal.in.l.i.in fi.C.si à non comp.iudi.& est utilitas præsentis disputationis, quia licet per clausulam quidã alii, (eritq; alia differentia) conferatur iurisdictio, non tamen confertur officium nisi alii specificentur, eodem Bald. teste in loco præalleg.& uidetur casus in. c. pastoralis in §.i.de rescrip.

Tertio & ultimo concludit Bar.quod officium iudicis, prout particulariter exhibetur in quibuslibet causis, non pro administratione totali, dicetur genus generalissimum, continens omnes species officii, Nobilis mercenarii, & aduersarii ut infra & bene, & de isto loquitur hic text.noster, non de eo quando pro administratione totali exhibetur, quia tunc (ut diximus(exercitium dicetur. Vel dic ut dicit Pau.de Cast.in rub.supra eo.qui optime loquutus est, & generaliter, qđ officiũ & iurisdictio est tanquam continens, & contentum. Vel & tertio, quod differt officium & iurisdictio, ut Dominus & minister, iurisdictio est potestas, officium autem cura deducendi ipsum actum ad exercitium, neq; dicatur quod idem sit cum ratione Bar.in 2.conclusione supra quia non est uerum, ex quo aliud est exercitium, & aliud cura deducẽdi actũ ad ipsũ exercitiũ & si bene aduertatur sentit Bar. infra quem ẽt supra retulimus, dum simile adducit de locutione & potentia loquendi, ut per eum et de his alias.

Secundo principaliter quærit Barto.

en officium iudicis prout cohæret personæ ipsius,& actio, sint idem,& conclu dit,quod non immo dicit,quod stultum est hoc quærere,quoniam actio competit parti, officium autem iudicis, ipsi iudici,& est optimus tex.in.l. officium. ff. de rei uendi.item quia actio, nihil aliud est, quam ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, ut insti. de actio. in prin.& in.l.nihil aliud.ff.de actio. & ob. & officium iudicis nihil aliud, quam ius faciendi ea, quæ sibi ut iudici facienda incumbunt,differens à iurisdictione, vt actio ab obligatione l.ius dandi.ff.de tu. & cu.da.ab his.l.illicitas.§.qui uniuersas ff.de offi.præsi.l.fi.in prin.ff.de offic.pro cu.Cæsa.& latius ut per eum.

Tu aduerte,quia Barto.male loqui uidetur,non quod officium iudicis & actio nō differant, quia re uera differunt hoc casu,si non aliter,ex eo saltē, quia (ut ipse dicebat,& bene) actio parti, ius autem iudici competit, nisi aliud dicamus,sed q̄a officiū iudicis ius esse nō uidetur,at factū ut hic per scriben.& Dec. maxime post Cardi. in c.2. in. 2.col. de offi.iudi.patet,quia ut supra exercitium est potius,exercitium autem, quid facti ergo.Secundo,quia uidetur casus in.l.i. ff.de offi.consul.licet ipse Barto. dicat, quod est impropria locutio ubi officiū iudicis est ipsum facere.Tertio in .l.legatis in .§.si ex officio. (ut quidam hic dicunt)ff.de lega.3.sed male in hoc, quia de officio aliter,quam iudicis, loqui uidetur,ut diximus supra de offic. eius. Quarto quia leges allega.per eum, non probant,immo contrarium, nam uerbum ius,in illis,intelligitur,idest facultas,facultas autem consistit in facto. l. i. §.adeundi.ff.quando ap.sit.c.cum aliquibus.de rescrip.in.6.ergo,& potest etiam demonstrari, quoniam loquuntur per gerundium gerundia significant factum ut not.in rub.C.de eden.& in, l uim facit.ff.de ui & ui arm. ergo. Vel ex alio (ut dicebat D.meus) quia non fit mentio de officio. Vlterius,& quinto,minus recte etiam dictum uidetur, quod à iurisdictione differat,ut actio ab obligatione, tam & si hoc de materia præcedentis.q.sit,ubi diximus, quia obligatio parit actionem,& est mater actionis.l.licet §.ea obligatio.ff.de procu. sed tamen iurisdictio non parit officium iudicis: ergo male.

Sed ad istud vltimum respondēt quidam,quod argu.à simili concludit,dummodo in his,in quibus fit comparatio, procedat similitudo, quamuis in aliis non,post Abb.in.c.translato. de consti. & bene,& ultra eos Bald.melius in.l.curatoris in 2.colum.C. de nego.gest.per not.in.l.de quibus.ff.de legi. Vel & dici potest,ut dicit Cur.quod immo parit iurisdictio,officium iudicis, minime uerū eo modo quo parit actionem obligatio. d.§.ea obligatio,& ideo prima melior.

In reliquis cogitabitis, nisi dicamus, facti esse,si quo ad exercitium & admini strationem,ut supra dicebam,considere tur,& uidetur casus in.l.si quis officium in prin.ff.de ritu.nup. iuris autem si per se consideretur, tanquam iurisdictionē habens.

21 Tertia est.q.Barto. an officium iudicis,prout competit parti idem sit quod actio.in qua concludit breuiter, quod non, sed quod habet similitudinem cū actione.Vnde dicas tu, non omne simile est idē.l.quod nerua.ff.depo.ergo, & in hoc non insistam, quia communiter omnes simul conueniunt,maxime quo modo esse posit, quod proprie sit officium iudicis competens parti, declarando ut per eum.ex qua declaratione, friuola quædam tolluntur hic per Cur. adducta,quæ aliter non refero.

Verum ad dicta ipsius in pluribus aduertendum,puto,primo,dum dicit, qd' ubi proprio nomine potest appellari, fraudari non debet,ut cum nobis in integ.restitutio competit, excusatio,et simile, ubi autem proprium nomē haud repetitur,quod persecutio debet dici, per text.in.l.pecuniæ, in .§. persecutionis.ff.de uerbo.si.istud non probantem, secundum D.meum, quia loquitur in fideicommisso,fideicommissum autem non per officium iudicis, sed per actio-

i.& not.Bar.in.l.i.in 2.colum.ff.eo.ergo. Responde quod loquitur de iure antiquo, quo petebatur officio iudicis, ut insti.de fideicom.hæ.in prin. & declarat glo.in.d.l.actionis uerbo.& sic (ut diximus supra) non est actio sed habet similitudinem cum actione. l. actionis uerbo.ff.de actio.& ob.& si est actio, est improprie, & largo sumpto uocabulo, nõ proprie & stricte, ut per eum, & Docto. communiter.

Sed aduerte, quia hoc etiam non uidetur probari, in.d.l.actionis uerbo, immo contrarium, ex quo dicit persequutionem contineri, quæ est officium iudicis, appellatione actionis: ergo proprie, quia uerbum cõtineri, dsiegnat proprietatem, secundum Barto.in.l.cui eorum. in.§.affinitatis.ff.de postu.cui difficultati respondet uterq; Deci. non esse uerũ, & in contrarium adducunt text.in. l. in legibus.ff.de testi.iuncta.l.si qua mihi.§. i.ff.de ri.nup.ubi sponsus filiæ appellatione generis continetur, & tamen hoc est improprie, & declarat idem Barto.in l.liberorum in 5.colum.ff.de uerbo.si.& male, quia si uerbum contineri, ibidem staret improprie, dixisset utiq;, ut dixit in uer.stipulationes, ibi, quia actionum instar obtinent, sed quia prius dixerat actionis uerbo contineri in rem &c. statimq; stipulationes prætorias actionũ instar obtinere, & sic improprie, & postea actionis uerbo interdicta contineri, redeundo ad id, quod prius dixerat, datur intelligi, id proprie esse, & uerbum contineri (ut dicebatur) proprietatem designare, non improprietatem. Nec ob.text.in.l.in legibus & in.l. si qua mihi, quia potest dici, id esse, quoniam ulterius ita declarando processerũt, quod si non fecissent, proprie quidem ex uerbi natura intelligi idem debuisset, ut etiam est rationabile, & in simili respondebat Bal.in.l.eos.in.§.si autem. in 2.colum.C.de ap.& præsertim, quia actio nihil aliud est, quam ius persequendi in iudicio quod sibi debetur, officium iudicis est persequutio, quando (ut diximus) proprium nomen non reperitur, ergo idem. A communi tamen alias nõ recede, ex qua inferebat Alexand. quod in statutis appellatione actionis, uenit officium iudicis, quanuis materia sit de sui natura restringibilis. Sed quoniam non est præsentis speculationis, dic ut per eum, & scriben. & ut in.l.filium habeo ff.ad Maced.& in.l.si uero in.§.de uiro.ff.sol.mat.latius.

Tertio aduerte, dum Bar. dicit quod officium iudicis differt ab actione, quia illud nullam præsupponit obligationẽ. l.qui per collusionem. in. fi. ff. de actio. emp.l.Quintus.ff. de an. leg. actio autẽ sic, & regulariter quidem.l.licet. §. ea obligatio.ff.de procu. & primo quod dixit regulariter actionem obligationem parere, & præsupponere respectu actionis datiuæ & realis, quæ nullam obligationem præsupponit prout dicitur insti. de actio. in princ. & erat declaratio D. mei, quam sibi hic Cur.ascribit. Secundo, quod text.in.l.qui per collusionem, non probat, ex quo loquitur in officio iudicis mercenario, Barto.autem hic in nobili actioni non deseruienti. Sed responde, nihil esse, quoniam esto etiam quod loqueretur in nobili, idem diceremus, & fortius, ut dicit uterq; Dec.& bene, & probatur in.d.l.Quintus & in.l.deducta.ff.ad Trebel.

Et dicas. magis urgere contra hoc, quia ubi nulla est obligatio, ibi non accedit fideiussor.l.græce.§.illud.ff.de fideiu.melius in.l.cum quis.in.§.si quis pro reo.ff.de sol.uerum fideiussor accedit ubi quis tenetur officio iudicis.l. Marcellus.& ibi Bar.in.2.col.ff.eo.ergo.

Secundo, uidetur casus in.l.actori.C. de reb.cre.iuncta l.si prætor.ff. de indi.ubi officium iudicis & actio in factũ concurrunt, ergo obligationem præsupponit, quoniam aliter non daretur concursus.

Tertio ad idem dicit text.in.l.non solum.ff.de rei uen.quod agi potest actione legis Aquiliæ, & officio iudicis, pro re deteriorata, puta homine debilitato, uulnerato, uel uerberato, ita quod datur pariter concursus, secundum Barto.

in l.si quis missum.§.§.i.ff.de dam.infec. ergo obligationem, ut diximus, præsupponet.

Dic tu, quod Barto. est optime locutus. nec ob. primum, quia respondent quidam hic, post Rimi. uerum esse, sed quod officium iudicis præsupponit quasi obligationem, saltẽ naturalem, fuitq; responsio Barto.met.in.d.l.Marcellus& uidetur casus in. l. pecuniæ uerbum. in §.pe.& fi.ff.de actio.& ob.& melius quã alibi, in.l.si seruum.in §.fi.ff.de uerb.ob. & in.l.fi.ff.de iniu.& negari non potest, & hac ratione dicebat Cy.&bene, quem refert Bal.in.l.pe.C.quod cum eo. & in. l.fi.C.de compensa. quod etiam reali actioni potest accedere,& latius in.d.§. i. insti.de actio.

Non ob.secundum quia duobus modis respondet Cur.fueruntq; responsiones Abb.in.c.2.in.i.colum. de offi. iudi. & Barto.in.l.à diuo pio.in.§.i.ff.de re iudi.ut per eos.Sed neutra placet, quia esto quod iudicis officium dicatur latissimum, ita ut detur concursus cum omni actione, & quod factum id sit, seu permissum à lege, fauore dirimendarum litium, non propterea tollitur difficultas quoniam si(ut dicebatur) concursus datur, sicut actio in factũ, præsupponit obligationẽ ita ẽt præsupponit officiũ iudicis. Ideo dicas tu, & hoc contrarium tolli posse, ut supra quoniam præsupponit quasi obligationem.d.l. si seruum.§. fi.ff.de uerbo.ob.Vel & secundo, quod non propterea per concursum, esto qđ actio in factum præsupponat obligationem, dicetur etiam officium iudicis id facere, ex quo hoc executionem respicit sententiæ, quæ iam in rem iudicatam transiuit,& hoc est quod infra dicit Barto.in.4.q.quod officium iudicis mercenarium, quandoq; deseruit actioni propositæ, & terminatæ exequendæ, allegando not. in .d. l. à diuo pio. de re iudi. Actio uero in factum, seu iudicati, ad propositum redeundo, rem ipsam iudicatam,& sic diuersa, ex diuersis autem non infertur.l.Papinianus exuli. ff. de mino.cum uulga.ergo.

Non ob.tertium & ultimum, quia text.in.d.l.non solum secum sol. affert; dum dicit, si iudex damnum æstimauerit, petitorem cauere debere, se lege Aquilia non acturum, ita vt concursus nõ detur:ergo fallax argu.quod sicut actio legis Aquiliæ obligationem præsupponit, ita officium iudicis faciat, & est arg. in.l.quod in heredem.in.§.eligere. ff. de tribu.actio.& in.l.cum filius in.§.uariis. ff.de leg.2.& de materia plene per Alex. in.l.i.in.3.col.C.de iud.

Sed aduertẽdum est, ultra alios quaero, quia uidetur mihi necessario, quod officiũ iudicis præsupponat obligationem, nam actio personalis non trãsit in successorem.l.fi.ff.de contrahen. emp.l. æris alieni.ff.de noua. officium iudicis est huiusmodi.l.quædam.§.is autem. ff. de eden.& not.Barto.in.l.si tertius.in.§. si quis prius.ff.de aqua plu.ar.ergo sicut actio personalis præsupponit obligationem.d.§ 1.inst.de actio.ita præsupponet officium iudicis.

Responde, non esse uerum,& ꝙ immo officium iudicis, de quo in titu.de eden. prout intelligitur obiectum, datur etiã contra possidentem insolidum, sicut rei uendicatio.l.si quis ex argentariis.§.i.ff. eo.rei uendicatio nullam præsupponit obligationem(ut diximus)ergo nec officium iudicis.

Nec ob.tex.in.d.§.is autem.quia probat contrarium, ut declarant scriben.in. l.4.in.§.Cato.ff.de uerb.ob.

Ad idem,& quinto probatur, quod immo officium iudicis obligationem, præsupponat per text.in.l.cum filius.ff. si cer.pet.ubi filiusfamil.habet remediũ extraordinarium, idest officium iudicis & certi condictionem, certi condictio, obligationem præsupponit, ergo & officium iudicis.Responderi posset, ex his, quæ diximus supra sed responsio est, qđ illa certi condictio est fundata super æquitate, non autem super actione, uel obligatione aliqua, ut ibi declarant Docto.& bene.

Quarto, ad id, quod de libello dicit Barto.cum quo transeunt omnes, aduerten-

tendum est, quod, si in eo, super officio iudicis concluderetur, prout concludi debet in actione, & è contra; non propterea tanquam ineptus debe
22 ret † uitiari, ut hic plene per scriben: ea maxime ratione, quia uerba eius sunt impropria nda, ut sustineatur. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. c. examinata. de iudi. præterquam in casu, ut hic per Deci. Sed ad propositum, addas tu, bene facere, non ab re esse, quoniam si regula. l. si quis intentione ambigua. & l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiu. habet locum in criminalibus, argumen. in. l. licitatio. in. §. qui illicitæ. ff. de publi. per quem text. ita dicebat Bald. in. l. polla. in. fi. C. de his quib. ut indi. multo fortius idem dicendum erit in casu nostro, nisi replicetur, quod minus dubium est in criminalibus, fauore fisci, & propter publicam utilitatem, ut idem Bald. ubi supra testatus est, & dicebam ego in simili, in primo not. supra ea. lege, quam in casu nostro. Cogita.

Difficultatem tamen mouebat Cur. hic, quod hoc modo differentia Barto. esset inepta, & male, cum nō semper libellus ita cōcipiatur neq; uerisimile sit qd & ipse postea sensisse etiā uidetur.

Quinto, dum Barto. dicit, quod in officio iudicis, per interpellationem extraiudicialē non constituitur mora;
23 † in actione autem sic. l. cum postulassem. ff. de dam. infec. l. mora. ff. de usu. Et non ab re, quia ubi nulla obligatio est, ibi nulla est petitio, ubi non est petitio, ibi nulla mora contrahitur, & habetur in. l. lecta. in uer. sed & si quis. ff. si cert. petat. & est nobile, in mercenario uero actioni deseruienti, aliter ut idem Barto. not. infra. in. 4. q. ibi quandoq; deseruit actioni propositæ terminandæ, & est uerum. Sed posset ad hoc dici, quod licet obligationem haud præsupponat, præsupponit tamen quasi obligationem, ut supra quæ uidetur etiam operari, ut ibi esset petitio, ergo & ibi mora. Responde, non esse satis, quo ad effectum contrahendæ moræ, ex quo litis contestatio necessaria est, secundum Bal. in. l. acceptam. in. 7. colum. C. de usu. per tex. in. d. l. cum postulassem, actualiter & uere ergo quasi obligatio, ut quasi petiisse uideatur, non sufficiet, & ita est tenendum.

24 Vlterius, & erit limitatio † aduerto quod dictum Barto. in hoc procedit in officio iudicis nobili, actioni non deseruienti, ut infra & quo casu loqui uidetur text. in. d. l. cum postulassem, non autem in mercenario, ut dicit hic Ias. sed est, secundum Cur. text. in. l. item si uerberatum. in. §. fi. quem Deci. seni. allegat. ff. de rei uendi. Et ratio est, quia in eo erat petitio, ob rei uendicationem Domino competentem. d. §. fi. Sed, ut idem Deci. dicebat considera, quod in, d. §. fi. erat officium iudicis, deseruiens rei uendicationi, quæ nullam præsupponit obligationem, ubi non est obligatio, ibi non est petitio ut supra. Vbi uero non est petitio ibi nulla est mora, ergo. Responde, quod esto, quod rei uendicatio haud præsupponat obligationē, præsupponit tamen quasi, in cuius locum officium iudicis subrogatum est, & sufficit ad petendum, ergo necessario debitor in mora constituetur.

25 Secundo limitatur † in casu Bal. in. l. si soror. C. de colla. quando filia officio iudicis tenetur dotem conferre, quoniam tunc in mora per interpellationem constituitur. l. filius. in. fi. ff. de colla. do. & non habet difficultatem, ratione æqualitatis seruandæ quod expresse dicere uidetur text. ibi qua collatio fundata est, ut in rubi. C. eod. not. Sed & hic, secundum Cur. aduertendum est, quia text. prædictus non probat, ex quo id potest esse non uirtute interpellationis extra iudicialis, sed iussus iudicis, quod dictū & qui intellectus, fuit Decii senio. hic. & est rationabile ultra eum, quia si-

Tt

cuti text. ibi dixit usuras dotis filiam quoq; cogendam esse uiri boni arbitratu conferre, ita uerisimile est, eiusdem iussu collationem fieri debuisse, & ideo cogitandum est.

Sexto, dum Bart. dicit, quòd offi-
26 cium iudicis † dicitur misericorditer implorari, per glo. in rub. de interroga.actio. Adde, quod idem dicit Bart. met in.l. 2. C.de ser. fugi. & in .l. de pupillo.in .§. meminisse, in fi.ff.de no. ope. nun. & aduerte, quia imò necesse facit ut supra in glo. potest, in necessitatibus autem, nemo liberalis & misericors existit .l. rem legatam .ff. de adi. lega. ergo. Ad quod respondetur, vt intelligatur respectu partis petentis, cui non debetur quod petitur; & est ipsius Barto.responsio huic tacitæ obiectioni. Sed replicat Deci.seni.quasi deberi saltem.l.si seruum .§. fi. ff. de uerb. ob. l. promissor .ff. de consti. pe. & relinquit cogitandum, sed non tollit responsionem, ex quo dictio quasi, improprietatem denotat .l. si ante .ff. sol. mat.& tanto magis, quia non absolute dicit glo. præallega. quòd imploretur misericorditer, sed quasi, ad quod etiam Cur.aduertit, & bene, & æque etiam correspondebit dicto proximo, quod iudex quasi obligatus sit, uel dic, ut declarat Albe. hic in pe.col.

27 Septimo dicit Barto. † quòd cùm denegatur officium iudicis parti, eidem non semper fit iniuria, quod ex dictione quandoq; patet. Ideo non mirum si quandoq; appellatur à sententia lata super officio iudicis, si denegetur, ut per eum. Si autem denegetur actio semper, & bene, est uerum quòd obstat nescio quid, sed facile soluitur, ut per eundem Deci. Adde tu, bene facere quæ diximus in glo. potest, preallega. & alias differentias inter officium iudicis & actionem, ut per Scriben.

Quarto quærit Barto. quotuplex
28 † sit officium iudicis, & concludit breuiter, quod sit triplex, nobile, mercenarium, & aduersarium, ut per cum.

Sed primo aduertendum est, quia ex his tertia species, prout Moder. dicunt, Ias. & uterq; Decius, de mente tamen Alberi. hic, uidetur superflua; nam aut datur in locum deficientis exceptionis, & tunc est nobile, quemadmodum officium quod datur in locum deficientis actionis .l. quod si minor.§. fi. ff. de mino.aut deseruit actioni competenti, & est mercenarium, & sic sunt tantum duæ species, Nobile & Mercenarium, Cur. impossibile, quod dicatur nobile, quando datur in locum deficientis exceptionis, ex quo præsupponit actionem, & per se stare non dicitur, cui actioni habet aduersari. Sed responde, quod cum principaliter competat, non ut aduersetur actioni, sed in locum deficientis exceptionis, satis per se stare dicetur, & actioni aliter non aduersari, ut sentiunt quidam hic, aliter tamen deducendo, post Barto. in. l. ne quicquam in. §. ubi decretum. ff. de offic. procon. & est ultra eos argumen. in. l. uerum. ff. de fur. et in. l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. Quod pro ueritate rei mihi non placet, et credo Cur. bene loqui, quandoquidem effectus omnimodo uideatur contrariari actioni, quæ (ut dixi) præsupponitur effectum autem iura semper considerant. l. si mater. C. de insti. et bene probat text. in. d. l. uerum ibi, non factum, sed causa faciendi quæritur. ergo.

Secundo aduerte, quod hoc idem in actionibus dicimus, quasdam esse nobiles, quasdam mercenarias, ut per Ias. & Deci. pro quibus Cur. allegat text. in. l. 2. in. §. quartus in uer. pedissequæ. C. de uete. iu. enu. & bene, et potest in hypothecaria exemplificari, prout exemplificat Bald. in. rub. de offic. iudi. in. 2. colum. Adde tu benefacere, quod officium iudicis similitudinem habet cum actione, tamet si proprie non sit actio. l.

actionis uerbo.ff.de actio.& ob.& tactũ est supra.

Tertio aduerte, secundum Cur.& ante eum.D.meum dum Barto. dicit post glo.in.l.4.C.depo. quod officium iudicis mercenarium aliquando deseruit actioni, contra eius naturam, quod debet exponi, idest præter, ut exponit glo.in.l. pacisci.ff.de pact.dic tu, quod melius fecisset glo.& Barto.sine alia expositione, si dixisset præter & non contra ut idem Barto.dicit in.l.in actionibus.in.3.colũ. in uet.ergo do unam regulam.ff.de in lit. iu.

Quarto aduertendum est adhuc secundum Cur. quod non semper officium iudicis dicitur mercenarium, esto quod actioni deseruiat, sed plerunq; appellatur nobile, ut in eo, quo mediante quis ponitur in possessio.ex primo decreto, per not. in .l. iubere cauere infra eod. sed responde, id non regulare, regulaius autem rei dispositio attenditur, ut not. Inno. in .c. auditis de præscrip. ergo. & de materia dicetur alias in .d. l. iubere cauere.uel & aliter ut dixi in .2. lectu. in. 49. colum. etiam aliter inducendo. Alias differentias inter nobile, & mercenarium, colligas, ut per Docto. quia omnia referre non intendimus. Et dum Barto. primitus dicebat: referendo opi. glo. in .§. præterea insti. de actio. & in .l. 4. C. depo. quod est nobile, mercenariumq;, & quod istud deseruit actioni bonefidei secundum ipsius naturam, & stricti iuris contra, dic quod actiones bonæfidei sunt, quæ enumerantur in .§. actionum, insti. de actio. & quæ ibi non enumerantur, stricti iuris, ut dicit glo. in.l. in bonæ fidei .C. de pac. & in.l.in actionibus.ff. de in lit. iu. Vel quia de substantia illorum est bona fides, non istorum, secundum Barto. in .l. sub prætextu .i. in ulti. colum. C. de transac. & quod alias arbitrariæ sint stricti iuris, est tex. in.d.§.præterea.insti. de actio.& est communis opi.

Additio.

Posset nouissime attentari, quod immo non sit nisi unicum officium iudicis, nobile scilicet, & sic proprie simpliciter, & in potentiori, ac uero significatu, cum mercenarium actioni famuletur, nec proprie officium sit .l. hoc legatum .ff. de lega. 3. l. i. de dona. ita ut nec qualitas nobilitatis exprimi debeat, cum subintelligatur .l. i. C. de eden. ubi simpliciter de offi. iudicis mentio facta est, & secundum. communem opi.intelligitur de nobili. Cogita.

Et dato quod aliter sit, non crederem esse nisi duplex, nobile, & mercenarium ut supra quia bona diuisio, bimembris esse debet, aut ad bimembrem reducibilis.l.i.de re.di.l.2.ff.de adop.l.imperium infra eo.

Et facit etiam, quia agere & excipere sunt correlatiua.l.i.ff. de excep.l.in exceptionibus.ff. de proba. quorum æqualis est dispositio.l. fi. C. de indic.uidu.tol. Vel saltem contraria, quorum eadem pariter est disciplina. l. fi. ff. de lega. 3. l.i.ff.de his qui sunt sui uel alie.iu.

Nec ob. quod aduersarium sit etiam quod aduersatur actioni, quia id est in consequentiam uerum principaliter autem, quod exceptioni deseruiat, siue detur in locum eiusdem deficientis, ergo hoc solum attendendum. uulga. l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. Cogita.

Quinto quærit Barto. an iudex im-
29 pertiatur officium suum non requisitus † & de materia se remittit ad not. in.l.4. in.§. hoc autem. ff. de dam. infec.& ego quoq;, & maxime etiam quia dictum est supra latissimeq; uidendus est Fel.ultra eum in.c.dilectus.in.3.colum.de excep.

Sexto quærit Barto. an in officio
30 † iudicis debeat dari libellus, & lis contestari, & remittit se ad dicta, in. l. nequicquam in. §. ubi decretum supra de offic. procon. & ego etiam idem facio, quamuis Cur. & alii,

duas faciant conclusiones cum quibusdam fallen. ut per eos. Adde tu interim eundem Barto. in. l. ab hostibus in. §. sed quod simpliciter in 5. colum. in uer. sed quæro. ff. ex quib. cau. maio. tradit Alex. & concludit quod sic in. l. i. colum. 2. ff de eden.

Septimo, & ultimo quærit Bar. an iu
31 risdictio† cohæreat territorio, & multa dicit, ad quæ sigillatim aduertendum est.

Et primo dum concludit, quod non est necesse iurisdictionem cohærere territorio, ex quo sine eo esse potest, ut in iudicibus chartularis. l. i. ff. de iudi. l. fi. C. ubi & apud quem, nam hoc tutum non uidetur, ut idem Barto. dicit, & sic sibi ipsi contrarius in. l. fi. C. ubi & apud quem (iudices enim chartularii dicuntur, qui iurisdictionē habent in uolentes. l. i. præallega. ff. de iudi.) ideo declara, ut hic per Deci. nisi dicamus, quod Barto. hic bene loquatur, in. l. fi. autem male, quoniam cum in uolentes exerceatur iurisdictio istorum iudicum, satis dici potest, quod etiam extra suum territorium id faciant nec simile bonum est de rectore, ut dicit Dec. quia iurirdictionem habet contentiosam. authen. habita. C. ne fil. pro pat. Ideo cogita, & dicas tutum non esse ex alio (ut supra in glo. potest) quoniam iudices chartularii non habent iurisdictionem proprie, prout est potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuendæ.

Secundo aduerte, dum dicit, quod potest esse territorium sine iurisdictione & exemplificat in communitatibus, quæ sunt in comitatu alicuius ciuitatis, quæ nullam habent iurisdictionem, sed ciuitas habet in eas, seu principe, qui priuauit ciuitatem Brixiæ omni iurisdictione ex quo habet territorium, & tamen non habet iurisdictionem, nam uerum est primum exemplum actiue, non passiue ut declarant omnes, & ipsemet Bart. statim. & habetur in. l. pupillus. in. §. territorium. ff. de uerbo. si. & est ultra eos argu. optimum in simili, in §. testamenti autem factionem. inst. de hæ. qual. & dif.

Quoad secundum dic de ipsa priuatione, ut per Barto. in. l. aut facta. in. 2. colū. in uer. quædā sunt delicta propter quæ. ff. de pœn. ubi testatur se uidisse sententiam diffinitiuam Henrici imperatoris, qua dicta ciuitas Brixiæ priuata fuit & idem ut supra quod esto quod iurisdictionem non haberet actiue, habebit tamen passiue. & hæc duo etiam ad superius dicta seruiunt. Sed uidetur quod cōmunitates etiam actiue habeant iurisdictionem, quando magistratus uacat, casus est in. l. ubi absunt. ff. de tuto. & cu. da. ab his qu ē tex. adducit hic Deci. sen. & Cur. sed respōde, id forte esse introductum, ut declarat Bald. in. c. cum omnes. in 6. colum. de consti. fauore pupillorū, quorum gratia exorbitant regulæ iuris, ut dicebam etiam supra licet ad aliud & & probatur nouissime in. l. cum ostendimus, in fi. ff. de fideiu. tu. Vel dic, quod ciuitas habet iurisdictionem, & non cōmunitas in comitatu & est uerum. & argu. in. c. his quæ. & in c. cum olim de maio. & obe.

Tertio, dum dicit Barto. quædam iura mere realia debita à re rei, quædam debita personæ in re. Adde bo. gl. pro intelligentia iuuenum, insti. de serui. rusti. præd. & Bar. ī rub. C. de usuf. Quarto similiter, dū dicit ꝙ unū territorium, nō potest habere iurisdictionem in se ipso sed in alio, prout ciuitas in alio territorio: & idem de populo, ut per eum in fi. quem etiam inducit Dec. Adde secundum eum, quod de hoc ē casus in. l. pe. ff. de arbi. & in l. 2. ff. de stip. ser. & in. c. fi. de insti. & ultra ī. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & inferas, quod si esset populus, non recognoscens superiorem, & delinqueret, hoc stante, delictum esset impunitum, contra. l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. & c. ut famæ, de sen. excom. nisi se in iurisdictione alterius superioris submitteret, de quo dubito per d. l. liber homo, & not. in. l. si conuenerit infra eod.

Quinto aduerte in quantum concludit, quod iurisdictio cohæret officio, & personæ eius qui habet officium, & ta-

men est in territorio, & sic quod est potius qualitas personæ quàm territorij, eo potissimum medio, quia ita uidemus dominium cohærere personæ domini,& tamen est in re: de dominio autem ad iurisdictionem,bo.est argu.l.qui furere.ff.de sta.ho.ergo,nam hoc non videtur uerum, secundum Deci. ex quo dominium pluribus insolidum compe tere non potest.l.si ut certo .§.si duobus uehiculum.ff.commo.l.hæreditatem.§. pater.ff.de cast. pe. sicuti possessio .l.3.§. ex contrario.ff.de acqui. po. qua usucapio perficitur, & ex usucapione dominium acquiritur .l. siue posse.ff. de usuca.iuncto prin. insti.eo. iurisdictio autẽ sic.l.i.esto quod non allegetur.ff.de offi. consul.dixi ego in.l.i.supra de offi.eius. in vlti.not. Vlterius dominium,si in aliquem transferatur,non potest reuocari.l.traditionibus.C.de pac.l.sicut.C. de ac.& ob. iurisdictio autem sic .l. iudiciũ soluitur.ff.de iudi.eoq; magis, quia iurisdictio est de iu. ciuili .l. 2.ff. de ori.iu. dominium autem de iure gentium.l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iu.ergo. Non ob. tex.in.l.qui furere, quia licet ibi conseruetur dominium & iurisdictio furioso, non tamen sequitur quod dominium, & iurisdictio æquiparentur.

Et minime uerum. quòd sit qualitas territorii,cum sit ipsius personæ,ut 2.loco dicebat,quoniam consequentia non ualet: nam secundum Cur.usufructus est seruitus personalis .§. finitur insti.de usuf.& tamen est qualitas prædii, ut insti.eo.in prin.alio medio etiam utuntur quidam hic contra Bar.sed non uidetur ad propositum;ideo non referam.

Ego ab opi.ipsius non recedo, deducendo,ut ipse deducit, ex qua deductione satis probari uidetur argu. de dominio ad iurisdictionem procedere,quem non refero aliter,& præsertim quia hoc ad literam dicitur,in.d.l.qui furere, per quem tex.alibi etiam dixit Ancha.in cõsi.142.incip.clarior.in 3.colum. quòd sicuti dominium castri præscribitur cum titulo contra uerum dominum, ita præscribitur iurisdictio,& alibi Bal.quod sicuti ratione dominii, noua oritur actio ita ratione territorii noua oritur iurisdictio,eo casu quo loquitur, in .l.si abducta in 2.colum.C.de fur.post Bart.in.l.si dominum.ff.eo.quos sequutus est Nel. in 2.parte primi tempo.in 5.q.in prin.in tracta.ban.& alibi idem Bald.in.l. si pater in fi.C.ne de sta.def.quod iurisdictiones longo tempore sine titulo non præscribuntur, quemadmodum non præscribitur dominiũ alicuius rei. Quibus accedat,quod iurisdictio est ius ut supra &dominium ius.l.ex hoc iure.ff.de iust. & iu.& ibi no.item quod non minus fauorabile est dicere hoc casu, iurisdictionem personæ cohærere,quam dominiũ quo modo loquitur & intelligi debet d. l.q furere & declarat Nel.in d.loco & bene &tetigit unũ uerbũ etiã Dec.itẽ quia de iurisdictione uniuersali,prout de dominio interpretatur, non autem particulari,secundum uerum intellectum d. l.qui furere, quam sic Bald. intelligit in d.l.si abducta.in.2.colum.in.fi.C.de fur. & sensit Barto. hic. Nec ob. quod non absolute dominium & iurisdictio æquiparentur,esto quod id dicatur in.d.l.qui furere, prout ex duobus supra recitatis potuit uideri:immo ex tribus, quia nõ refert,ut declarat Bald.in.l.curatoris. in in.2.colum.C. de nego.gest.& scriben. in.c.translato de consti.& diximus(licet ad aliud)supra in discursu.legis,& maxime quia non potest diuersitatis ratio assignari.Et minus arg.Cur.quia ut ẽt hic quidam dicunt, & bene, usufructus, est ius in corpore,idest qualitas,quæ,ut dicebat Bar.cohæret tamẽ principaliter psonæ,arg.ĩ.l.iustissime.ff.de ædil.ædic. & ĩ.§.ĩ pecudũ inst.de re.di.& ĩ.l.ĩ pecudũ.ff.de usuf.cogita.& qbus personis cohæreat iurisdictio,quoniãBar.variasse uidetur,dicens magistratui,Principi,&populo,diç ut per Doct.Cur.& alios hic& ut infra statim.

Post hæc modo, & ad supra dictorũ intelligentiam,cogita quod sensit Deci. seni.hic,nec displicet post Barto. tamen in l.i.in.§.2.ff.de offi.præf. urb. quotiescũq; dubitamus quibus personis cohæ

32 reat iurisdictio † si dici possit, cohærere sub prædicamento agere, esse in iusdicẽte. Passiue vero, seu sub prædicamento pati, in subditis. In territorio autem localiter, seu sub prædicamento uti, uel situs, & omnia erunt plana.

Infert etiam ex supra dictis Barto. si Princeps concedat uniuersaliter territorium, quod uidetur etiam uniuersaliter
33 concessa † iurisdictio, ut per eum à quo non dissentio, & maxime per. d. regulã. l. si ita. Pro qua facit quod habetur. in. l. si duo. ff. de admi. tu. & ita omnes transeũt Cur. tamen hic dicit, fortiter obstare, quoniam impossibile uidetur hoc, si iurisdictio totaliter cohæret personæ, ut dicebam, nec sit qualitas territorii. Sed respondetur, & ita est, quod licet iurisdictio cohæreat personæ, non propterea ita cohæret, ut non sit in territorio. Ideo eo concesso, concessa est etiam iurisdictio, quæ in eo reperitur. Cogita.

Sed quid si una particula concedatur
34 uel in una † re particulari? idem Bart. (& erit limitatio ad supra dicta) dicit hic, q' non uidetur concedi iurisdictio, p text. in. l. in modicis. de contrahen. emp. ubi quædam transeunt cum uniuersitate, quæ per se non transirent. l. quædam. ff. de acqui. re. do. cum quo transeunt reliqui communiter, de quibus hic per Alexan. late. Tu aduerte, quia refragari uidetur regula supra scripta. d. l. si duo. & l. quæ de tota. ff. de rei uen. & maxime cũ bona diuersitatis ratio non possit assignari. Item quia regula. l. fi. ff. de consti. prin. ita in una particula militat, sicuti in toto territorio, quod beneficia principum latissime interpretanda sunt. Nec ob. tex. in. l. in modicis, quia procedit in casu suo, & in re quæ uenire non poterat, nisi cum uniuersitate, nos autem aliter. Cogita tamen, & à communi alias non recede: In cæterisq; dic, ut per Docto. Et ex his sit expedita breuiter hæc lex prima, die xiiii. Ianuarii MDXXXII. Paduæ.

SVMMARIVM.
Rub. de in. o. iud.

1 *Difficultas, an bene dubitent docto. hic præsertim Alexan. & Ias. nunquid ap. iurisdictionis ueniat ordinaria tantum.*

SVMMARIVM.
L. i. eo. ti. lect. 2.

1 *Iurisdictio in genere & in specie diffinitur.*
2 *Vnde dicatur.*
3 *Qualis sit in iudice, in parte, & in territorio.*
4 *Alia ad idem declaratio quo modo sit in iudice, & in territorio.*
5 *Iusdicentis dixit & non iudicis cum misterio.*
6 *Quare dictum sit officium & non iurisdictio.*
7 *Quare latissimum.*
8 *Difficultas quod implicatiua hic non implicet latissimum esse.*
9 *Casus non uidetur necessarius propter regu. quæ hic ponitur, dubium non habentem.*
10 *Attamen figuratur.*
11 *Scholia*
12 *Iudex tutorem pupillis constituere potest etiam non requisitus.*
13 *Pactum maioris iudicis & minoris an æquiparentur.*
14 *Bo. po. est mixti imperij.*
15 *Si quis uelit sibi decerni, an sit mixti imperij hodie.*
16 *An hoc casu requiratur causæ cognitio.*
17 *An subaudiri debeat ad text. quod iudex possit dare bo. po. & debeat.*
18 *Diffinitio iurisdictionis.*
19 *Re ipsa in po. mittere est mixti imperii.*
Simplicis autem iurisdictionis cognitio siue pronunciatio de mittendo ut ibi.
20 *Quæ sit diuersitatis ratio.*
21 *Difficultas quod immo exequatur qui cognoscit & pronunciat,*
22 *Quod pronunciatio de mittendo est sententia diffinitiua.*
23 *An missio actualis possit per nuncium expediri.*
24 *An alia præter dationem tutoris, possint delegari.*
25 *Quid si pupillus necesse habeat litigare extra prouinciam an causæ mixti imperii ipsius fauore possint delegari.*
26 *Dare iudicem litigantibus, an sit iurisdictionis simplicis.*
27 *An officium iudicis & iurisdictio sint idem.*
28 *Quod differt à iurisdictione ipsum considerando prout cohæret personæ.*
29 *Quid si consideretur prout exhibetur in quibuslibet causis particulariter.*
30 *Vtrum officium iudicis & actio sint idem.*

DE IVRISDICTIONE. o. iudicum.

Alias

DE IVRISDICTIONE.

IN Rub. ista, priusquam ad. l. primam ueniamus, aduertendũ puto † quia satis extra propositum dubitasse uidentur doct. hic præsertim Alexan. & Ias. nunquid appellatione iurisdictionis ueniat ordinaria tantum, an etiam delegata, cum delegata sit odiosa sui natura, & nõ proprie iurisdictio. l. i. §. qui mandatam. ff. de offic. eius. l. et si prætor. eo. tit. l. solent infra eo. l. i. §. qui in perpetuum. ff. si ager uecti. uel emphy. pe. c. i. ubi gl. not. de rescrip. in. 6.

Demum quia uerba possunt altero de tribus modis intelligi, aut secundum subiectam materiam, aut secũdum qualitatem personarum, aut secundum iuris ordinem. l. si uno. ff. loca. l. plenum. §. equitii. ff. de usu & ha. l. uxorem. §. testamento & ibi Bar. ff. de leg. 3. ergo nõ possumus dicere qđ plus de una quàm de alia intelligatur.

Vltimo, quia dicit de iurisdictione. o. iudi. quæ uerba uniuersalia uidentur, & comprehendentia non tam ordinarios maiores & minores, ac delegatum, quã etiam delegatum ad uniuersitatem causarum, chartularios, & si qui sunt similes. l. Iulianus. ff. de leg. 3. c. Solitæ, de maio. & obe. & nihilominus hic solum de maioribus & minoribus, ac delegatis tãtum tractat, deq; prædictis chartulariis scilicet, & delegatis ad uniuersitatẽ causarum, in. l. i. ff. quis & à quo & in. l. i. ff. de iudi. & in. l. rem non nouam. C. eo.

Si cogitabis paululum, respondebis facile.

Quia ad primum dici potest, uerum esse ubi doctrinaliter non procederetur ut hic, ubi ea intentione dixisse uidetur legislator, de iu. o. iudi. aut de iurisdictione simpliciter, ut in pandectis Florentinis. l. si pluribus. ff. de lega. 2. & est simile quia doctrinaliter omnis nostra cognitio à genere incipit. l. i. ff. de iusti. & iu. l. i. ff. si cer. peta. & tamen alias secus est. l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad le. Aqui.

Ad secundum uerum esse pariter alio casu, sed quod hic subiecta materia hoc ipsum dictabat, & etiam ordo iuris, postquam de ordinariis & delegatis, uisum est supra in titulis præcedentibus, & sic de personis ita ut conueniens sit uidere de eorum earumq; iurisdictionibus.

Ad tertium autem & ultimum, quod licet uerba uniuersalia sint, restringuntur tamen ad ordinarios & delegatos, ex quo alii non sunt proprie iudices. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. l. i. ff. de dona. & quod restringantur probatur in. l. fi. ubi glo. not. C. si cen. uel reliq.

VLPIANVS LIB. I. REgularum.

L. IVsdicentis officium.

Loco euidentialium, in hac diffici li (Fulgo. enim studio camerario, se sem per in alia materia aliquid didicisse testa tur (quod etiam refert Ias.) in ista autem nihil nisi uoce magistra) & quotidiana. l. i. quæ est Vlpiani disertissimi facundis simiq; Iurisconsulti, & uiri alioquin de Papiniano inquit text. in. §. sed quia. in sti. de fideicom. hæ. excelsi ingenii, scien dum est iurisd. in genere & in specie dis
1 finiri † in genere ut hic per glo. in specie ut per Barto. in. l. imperium nu. 23. infra eo.
2 Secundo dici à ditione† & iure quasi potestas iuris sit ut in prohe. insti. ibi di tioni Romanæ &c. Barto. in. d. l. im perium nume. 3. uel & melius, à iuredi cundo.
3 Tertio quod in iudice† exercitiue dicitur officium. i. exercitium, & in prædicamẽ to agere, in parte in prædicamento pati in territorio in prædicamento, scitus (de cem enim sunt prædicamenta ut per A zo. in summa in princ. Bald. in. l. de qui bus colum. 16. ff. de legi.) ita idem Bald. in. l. i. in. §. initio colum. i. ff. de offic. præ fec. urb.
4 Quarto quod in iudice† est actiue & for maliter, in territorio uero naturaliter & passiue, ut per eundem Bal. in. d. loco.
Quinto iusdicentis officium, & non
5 iudicis, dixisse cum misterio.

Quoniam non de omni iudice dice re intendebat, sed de maiori, qui habet merum & mixtum imperium.

Et sic quod ius dicens, maius quiddã sit, quam iudex, illeq; magistratus ma ior. hic minor, etiam pedaneus, simpli cem habens iurisdictionem, immo actu nullam, ut chartularius. l. fi. C. de peda. iu. l. i. ff. de iudi. l. rem non nouam. C. eo. allega. supra & consequenter quod diffe rant, ut etiam sensit glo. i. quæ ob hoc e rit expedita.

Et probatur potissimum, quia statim subiicit exempla mixti imperii, dare sci licet bo. po. in possessionem mittere, & tutorem pupillis ipsum nõ habentibus constituere, quæ non competebant nisi maioribus magistratibus. l. i. supra de of fi. eius. l. ea quæ. ff. ad municipa.

Secundo probatur, quia dicit eius of ficium latissimum esse; quod uerbum non ita passim conuenire uidetur omni bus iudicibus, alias delegatus etiam ius dicens appellaretur, dictu tamen absur dissimum, quia nullã habet iurisdictio nem. l. i. §. qui mandatam supra de offic. eius, & si habet restricta est ut ibi, & in. l. diligenter. ff. man. Bal. in. l. non sine in fi. C. de bonisq, hbe.

Tertio probatur à uerbis rub. arguen tes, iuxta not. in. l. i. ff. si cert. peta. quia di citur alibi infra si quis ius di. non ob. & non ex alio nisi ut maior magistratus in telligeretur, quod uidere licet quoq; ad idem, quia si quis ui exemerit uocatum ad iudicem pedaneum dubium est an te neatur ex edicto. ne quis eum qui. l. 3. §. i. ff. eo. ergo à ius dicente differre uidebi tur, quia pedaneum dixit iudicem, & nõ ius dicentem.

Quarto quia proprie iudicare, est li tem dirimere inter collitigantes, & pro nuntiare. l. i. ff. de iudi. ius dicere uero, e tiam ubi non est lis nec pronuntiatio cũ decretum interponitur in alienatione bonorum pupilli super alimentis & si milibus. l. i. in pri. l. magis puto. §. nõ pas sim. ff. de reb. eo. l. cum hi. in prin. & in. §. si prætor. ff. de transac. l. quæcunq;. ff. de publicia. l. ne quicquam. §. ubi decretum ff. de offi. procon. & facit etiam quod di citur in. l. 2. ff. de adop.

Quinto & ultimo uidetur casus in. l. uoluit. in. §. fi. ff. de interro. ac. ubi ad lite ram dicitur, quod edictum prætoris, lo quentis de eo qui in iure interrogatus respondit, intelligi debet, accipiendũq; est, apud magistratus po. Ro. uel præsi des prouinciarũ, uel alios iudices, quasi illi ius dicant, isti uero iudicent, quod & paulo infra declarat, subiiciens ius eũ solum locum dici, ubi iuris dicendi, uel iudicandi gratia consistat & idem in. l. pe. in fi. ff. de iusti. & iure & hæc fuit opi.

Gul.de cu.& sequacium.
Bar.autem,& ante eum Iac.de Are. Cy. &Ray.tenuerunt contrarium hic,quod imo non differant,quodq; idem sint, & ipsorum opi.uidetur communis.
Primo per tex.apertum etiam in c.forus de uerb.si.ubi iudex quasi ius dicens populo,dictus est,seu quia iure disceptet, disceptare autem iure(subiicit) est iuste iudicare à cuius uerbis non est recedendum.l.non aliter.ff.de leg.3.& considera quod ethymologia est,& propria quidē uerbi significatio. l. 2. §. appellata. ff. si cer.pe.l.i.ff.de acqui.po.
Secundo facit,quia in rub.dicitur de iuris.o.iu.in.tex.isto uero,aliter,iusdicentis officium &c.ergo idem.
Tertio facit, quia non solum exempla mixti ponit,& sic competentia maioribus magistratibus, uerum etiam simplicis iurisdictionis ergo iusdicentis uerbū etiam in iudice inferiore uerificabitur.
Quarto quia in non desiderantibus certam formam,modus loquendi non attēditur,sed effectus.l.si mater. C. de insti. tradit late Bar.in.l.Gallus.in.§.& quid si tantum.in 2.col.ff.de lib.&posth.sed hic idem resultat effectus, uel ius dicēs dicatur,uel iudex,ergo non differunt.l.fi.§. fi.ff.man.l.2.C.communia de lega.
Quinto & ultimo probatur,quia iudicis appellatione,quod plus est, maiores magistratus quoq; continentur, ut in auth.de iudi. & ut iudi. sine quo quo suf.eo.lib.
Fuerunt etiam aliqui,uolentes ut uerbū hoc ius dicentis exponeretur idest decretum interponentis, quod nihil aliud est dicere,nisi Gul.opi.confirmare ut supra quod differant,quia iudex inferior decretum non interponit.l.ea quæ.§.magistratus.ff.ad municipa.d.§.ubi decretum.
Aliqui uero,quod sic dixerit Vlpia.ut excluderet eos qui iurisdictionē habent habitu tantum,& potentia, non actu & exercitio,hiq; soli hoc uerbo includerētur.l.i.ff.de iud.l.rem non nouam.C.eo. non uerisimile, quia Chartularii nulli præsunt administrationi, nec habent iurisdictionem,ut necesse est cohærentem territorio,secundum Bar.infra in ult.colum.& in.l.fi.in.fi.C. ubi & apud quem.
Et ideo ad propositum redeundo,tenenda est opi.i.Gul.& sequacium, quod differant,& sic contra communem.
Ex supra dictis,quæ à morsibus tenētium contrarium facile poterunt defensari,absoluto articulo.
Et uidetur casus in.d.l. pe.in.fi.ff. de insti.& iu.ubi locus recte ius appellatur, in quo prætor salua maiestate imperii, saluoq; more maiorum ius dicere constituit,ergo ius dicens is est, alii autem, inferiores iudices,ponderando uerbum prætor.item salua maiestate imperii nec non saluo more maiorum, quæ omnia hoc ipsum absq; dubio arguere uidētur.
Secundo ad idem facit tex.in.l.i.ff. de iudi.ubi in simili idem met Vlpia.de maioribus magistratibus locutus, dicit ipsos tribunali præesse,de minoribus uero quod aliam iurisdictionem habent,& nõ mirum quia non omnes tribunali præerant,sed maiores tantum,& minores in subselliis ius reddebant, ut ibi grauissimus Author Budæus declarat, & bene. Et indicant tertio loco etiam nominū diuersitas.l.si idem.C.de codi.& pro rei ueritate prætores ius dicebāt Romæ.xn. de Ci.fami.lib.13.ep.14.ea res à uolcatio qui Romæ ius dicit(prætor.n.is erat urbanus)in galliam reiecta est.
Nec ob.tex.in.c.forus,quia si iudex quasi ius dicens dictus est, iam non potest concludi uere quod sit iusdicens.l.item mela.§.sed & si plures.ff ad legem Aqui. tradit Bar.in.l. si in ulti. colum. ff. ad legem Cor.de sica.& in.l.si maritus, in.§. legis iuliæ.ff. ad legem iu. de adul.alias argu.ab ethymologia uocabuli affirmatiue sumptum,ualeret,quod est falsum ut no.in.d.§.appellata& quia arbiter ius dicit,& tamen non est iudex.nec iurisdictionem habet. l. ait prætor. ff. de re iudi.l.notionem.ff.de uerbo.si. tradit Barto.hic & est argumentum etiam in. l. 3. in.§.fi.ibi quasi hostes.ff.ad legem Cor. de sica.& in.l.si quis dolo ibi quasi incēdiarius.ff.eo.
Nō ob.secundū, qa respectu ius dicētis,

uerbū improprium est, cum differant, estq; id, de quo disputamus, respectu au tem iudicis inferioris proprie, nec incon uenit. l. 2. ubi gl. magistra. ff. de offic. pro con. bo. tex. in. l. i. C. quando ci. ac. & inst. de hæ. quæ ab intes. defe. in rub. igitur au thor in genere, & improprie, locutus est hic aūt in tex. proprie Nō ob. tertiū quia differentiā nō tollit quia latisimū nō es set, nisi ei ēt cōpeteret quæ sunt simpli cis iurisdictionis. l. imperiū infra eo. ubi mixtū imperiūē cui ēt iurisdictio inest, & iurisdictio est ēt iudicis dādi licentia.

Non ob. quartum quia imo effectus diuersus est, quia (ut ostendimus) iusdi cēs decernit, iudex vero non & propte rea loquendi modus attendetur, nec eri mus in casu. d. l. si mater & similium.

Nō ob. quintū & vlt. quia uerū est im℘ prie ut dixi supra & quia lex ulterius de clarando & disponendo processit, nō in dubio & proprie, quando essemus in ma teria, in qua deberet fieri stricta interpre tatio, estq; disputationis utilitas, q̄a tūc secus, & ita in simili respondet Bar. in. l. titia, in. §. imperator in ulti. col. ff. de leg. 2. Alias tamen à communi non est rece dendum. Vel fœdere distinctionis opi. concordare possemus ex supra dictis, ꝙ aut proprie loquimur, aut improprie, si proprie, tunc iusdicens a iudice differt, & ita procedat opi. Gul. si improprie, tūc non dicentur differre, & ita procedat cō munis. Vel dic quod elegantior erat mo dus loquendi apud Iuriscon. sicuti iusiu randum, & non iuramentum, Mutuum Mutuo dare, & nō mutuare, seu mutua tio, & eiusdem generis plura. Imo ꝙ ge nuinus erat iu lege xii. tab. cum iuridicū do magistratus præficiebantur & ut la tius in. i. lect. Vel ꝙ cum aures ēt consu lendæ sint, sonabat potius ut sic diceren tur, quam iudicantis, ut in prohe. inst. in gl. decoratam, ita ut hac ratione plerūq; ius regulæ etiā contemnatur, & est arg. in. l. 3. in. §. fi. ff. de do. inter ui. & uxo. & ℘ rei ueritate effectualiter non differūt.

Sexto sciendum est, dixisse officium
6 †& non iurisdictio, quoniam uerbū est generalius, ut in rub. supra de offic. eius & ibi ostensum est late & in l. imperiū l fi. infra eo. cōsiderādo amplius ut dicūt Doc. & bene, ꝙ hoc idē designat, ut ha beat oīa, merū imperiū, mixtū & ēt iuris dictionē, ut de offi. præfec. præt. præfec. ur. & simi. quotuplex. n. sit dicemus infra loco suo. Septimo sciēdū est, ꝙ nō ab re
7 †ēt latissimū dixit ex quo merū habet imperiū, mixtū, & simplicē iurisdictio nē, ut supra de mero dictū est in. l. i. de of fi. eius de mixto hic, ī tribus primis exē plis & in 4. de simplici iurisdictione, ut ℘ Odof. et gl. hic et Bar. Et sic secundum Bar. hic ī pri. est quoddā genus generalis simū, ꝙ oīa cōtinet, et supra se nihil ha bet, argu. in. l. proximus. ff. de uerb. si. et ī simili in dote ℗missa in genere, habetur in. l. cum post in §. gener. ff. de iu. do. et in interesse ℘ eundē in l. unica in 4. col. C. de sen. quæ ℘ eo. Et latissimū dixit, quia (ut adhuc idē dicit infra et alii ante eum clarius) uirtus uniuscuiusq; rei consistit in latitudine, et nō in lōgitudine, aut ℘ funditate, ex his tribus dimensionibus; quasi dicat amplissimū, ita ut nullā pa tiatur restrictionem, et ꝙ ī latitudine vir tus cōsistat, cōferūt quæ legūtur psal. 17. ibi, eripuit me de inimicis meis fortissi mis Dominus, & eduxit me ī latitudinē saluū me fecit, quoniā uoluit me et 117. ibi, de tribulatione inuocaui Dominū, et exaudiuit me ī latitudine Dominus. et 118. ibi, et ambulabā ī latitudine, quia mādata tua exquisiui, et mille sūt hmōi nō aliter referēda. Et est simile adhuc q̄a hoc attēto, cum inquisitio fiat ex officio inquirētis, ipsius potestas ĕxtēdetur ul tra libellū, quoniam alias nō esset latissi mū ut hic. l. de minore. §. tormenta. ff. de qō. tradit Bar. in cons. 117. inci. accusatio in. i. col. & est no. limitatio ad tex. in. l. ut fundus. ff cōi di. Adeoq; ue rum, ut non ab re sit, si a libi dicatur bonum fore et expediēs ipsum habere fauorabilem in c. i. de re iud. in. 6. tradit Abb. ī. c. i. in fi. de cōst. & in. c. consuluit, in prin. de offi. de. & per glo. in. c. in iudiciis. de regu. iu. ī. 6.

Et ꝙ latissimum sit, probatur deniq; in. l. ubicunq;. ff. de inter. ac. et ibi Bar. la te, nec iudicio meo habet dubium.

Sed contra dicunt scriben.quod imo genus generalissimum esse non possit.

Quia posita specie ponitur genus remoto genere remouetur species.l.si quid earũ.§.inter emptũ.ff.de leg.3. l.i. §. huius studii,& utrobiq; glo.de iust. & iu.& tamen hic posito positiuo,nõ sequitur positio superlatiui,nec è cõtra remoto suplatiuo sequetur remotio positiui,quoniã suplatiuũ nõ pdicatur de positiuo, ut genus de suis speciebus. l. 2. §. i. ff. si cer.pe.l.legato generaliter.ff. de lega.i.

Secundo,quia imo uidetur q possit cõsiderari officium & ius in genere,quod in diffinitione officii consideratur in.c.i. siue in rub.de offi.de.ergo non est genus generalissimum,ex quo habet aliud qd supra se prædicabile.

Tertio,exẽplo materiali ostẽdi põt, qa esto q dicamus quẽ doctissimũ,nõ seqtur propterea q non sit aliquis ipso doctior.l.ubi aũt nõ apparet,ibi, bono melius iueniri põt.ff.de uerb.ob. ergo & si latissimũ sit in casu nostro, nõ sequitur ppea q.ĩ.se(ut dicebatur)nihil habeat.

Quarto,si est restrictũ ad iuris terminos c.i.de cõst.c.ne inniteris eo.ti. l. illicitas. §.ueritas.ff.de offi.præsi. quo modo possumus dicere q latissimum sit & genus generalissimum,repugnant.n. duo hæc ĩnuicem.§.adhuc autem,insti.de bo.po. ubi bo.tex.in arg.tamen.

Quinto & ultimo, quia uerbum hoc alia ratione protulisse uidetur Iuriscon. ex quo hic solum de mixto imperio & simplici iuridictione tractat,non etiam de mero,latissimum autem omnia comprehendit,ergo.

Breuiter Bar.optime locutus ẽ vt supra qa re uera tres sũt iurisdictiones cardinales ut ĩ simili ĩquit Bal.in.l. quidã elogio col.pe.C.de iu.deli.& Ias.in rubr.de uulg.in.2.correctionis facinorũ. i. meri ĩmperii,Decreti.i.mixti,&Pecuniaria.i. iurisdictionis, quæ omnia habet iusdicens,ita etiam Bal.in.c.cum dilectus, in prin.de consue.

Nec ob.adducta ĩ cõtrariũ,nõ primum, quoniã capimus genus generalissimum mõ prædicto,nõ ut faciũt Dialectici, & iõ esto q posita specie ponatur genus & è cõtra remoto genere remoueatur spẽs nec idẽ sit hic ĩ suplatiuo& positiuo nõ ppea debet Bar.reprehẽdi,patet, qa ẽt id quod est species apud Logicos,genus est apud nos,ut homo.l.2.ff.de uerb.ob. l.legato generaliter.ff.de leg.i.tradit Bal. in.l.sed & si quis,in §.quæsitum.in.4.colum.ff.si quis cau.

Item Logici uerborum corticem considerant,nos uero mentẽ.l.labeo. §. idẽ tubero.ff.de sup.le.c.marchion.i.q.i. Sufficitq; secundũ illos,ĩ alternatiuis alterã partẽ esse uerã ad ueritatẽ ipsius,secundũ nos vero plerũq; ponitur p copula,ad cuius ueritatẽ requiritur cõcursus utriusq; copulati.l.si heredi plures.ff.de cond.inst.l.si is qui ducenta.§.utrũ &ibi Pau.de cast.in prin.ff.de reb.du.

Quod &rursum probatur,qa distinguere genus p spẽs interpretatio quædã uocatur.c.i.& ibi Bal.in prin.in i.col.de no. for.fi.in usib.feu.& sic stante argu.prædicto,superlatiuum per positiuum,modo interpretatio necessaria est ubi quid dubium videtur.l.i. C. de legi.uerũ ubi est regula,ibi dubiũ esse non potest. l.quotiens,& ibi Bar.ff.si quis cau.hic est reg. ut in suprascriptione legis,ergo ad generis similitudinem non distinguetur superlatiuum per positiuum.

Cõsiderãdo ẽt,q genus pdicatur de pluribus spẽbus,seu differẽtibus spẽ, alias non esser genus, & tamen superlatiuũ positiuum supponit simpliciter ergo oĩno hi qui contra Bar.insurrexerunt,male ac perperam loquuntur, & nisi saluetur hoc modo,argum. uitari non potest maxime quia allegat not. in.l.legato generaliter.ff.de lega.i.

Nõ ob.secũdũ qa nec id uerũ est ex quo diffinitur q sit iudicis motus ad aliquid explicandũ,in cã latissime patens,nec aliud est dicere,nisi q latissimum sit ergo nihil supra se habet & in.d.rub.de offic. dele.not.alias Bal.in ulti. col.in prin.

Non ob.tertium quia in exemplo uerũ est,ueriusq; esset in casu nostro, si daretur officium latius,sed quia nõ datur ut ostensum est,exemplum in materia nõ

qua drabit.l.decem. ff. de uerbo.ob.c.ad dissoluendum, de despon.impu.

Non ob.quartum quia & id etiam ꝓcedit, ubi termini essēt speciales, ex quo restrictum genus ad unam speciem species est, authen. hoc inter liberos, & ibi Bald.C.de test.tradit Barto. in.l.si domino.ff.de lega.i.sed hic non est restrictum quia habet merum imperium, mixtum, & simplicem iurisdictionem, ergo. Immo plus quod etiam si esset restrictum, non desineret esse genus, & latissimum, ut in not.q.inquit Gemi.in.c.ne captandæ.de con.præben. in. 6.quem refert & sequitur Ias.in.l.i.in 4 colum. ff.de uulga.& pu.sub. Vel & aliter, ut in.i.lect.

Non ob.quintum & vltimum, quia ut dictum est supra licet hic de mixto& simplici iurisdictione loquatur attamen de mero tractatur in.l.i.de offi.eius.

Vel dic, quod hoc sit, ex implicatiua etiam, ut per Barto.hic, quoniam copula, & ibi, nam & bo. po.dare potest &c. exponitur & stat pro etiam, ita ut non aliud inferatur, nisi hoc, quod officium iusdicentis latissimum est, ex quo non solum habet merum imperium, ut in.d.l.i.uerum etiam mixtum & simplicem iurisdictionem, & sic idem Barto.acriter defendi potest, &ut dixi etiam licet non ita plene & isto ordine in ꝑallega.lect.i.

Sed ad implicatiuæ propositum, ad-
8 uertendum puto, quia nō uidetur quod implicet latissimum esse†ex quo non solum habet merum imperium, uerum & mixtum, & simplicem iurisdictio nem.

Et hoc quia implicatiuæ natura, est implicare semper casum minus dubitabilem.

Patet, quia dicere, etiam conscii in crimine parricidii tenentur lege pomp. de parricidiis, implicat casum minus dubitabilem parricidas teneri, & minus dubitabilem dixi, quia hoc ipsum certum est.l.ueluti.ff.de iusti.& iu.& in Decalo. legitur morte puniri debere, qui parentibus non obedierint.

Item dicere, hæreditas non adita trāsmittitur etiam ad extraneos, implicat casum minus dubitabilem, quia adhuc certum est transmitti ad suos longe magis, nec habet dubium.l.hostes C.de su. & le.l.ex militari.§.fi.ff.de mi.test. l.si infanti, & ibi Bar.C.de iu.deli.not.in. l. emancipata.C.qui admi.& in.l.unica.C. de his qui an.aper.tabu.

Et clariori exemplo ostenditur, si diceretur sic, etiam scholaris mediocriter eruditus, sciret hanc legem interpretari, quoniam implicaret rursum, longe facilius esse doctori, & magistro.

Vel sic, etiam miles castrum hoc expugnaret.&si miles, multo magis Imperator, in eoq; esset minor dubitatio.l.de precatio.ff.ad legem rho.de Iac.

Quibus optime quoq; potest prouerbium addi, sæpæ etiam est holitor ualde opportuna loquutus; quæ tamen ab his non solent communiter audiri, sed fatua potius, iuxta illud, stultus stulta loquitur, & sic casum minus dubitabilem implicans, quia si stultus opportune plerunq; loquitur, loquetur, & facilius quidem, homo prudens, & bene sensatus. Verum & ad propositum redeundo, hic implicat magis dubitabilem, quia dicendo etiā bo.po.dare potest, implicat causas meri imperii, quæ maiorem habent dubitationem, ergo.

Immo plus, quod uiolatio maxima uidetur etiam pro &, & unam dictionē ponere pro alia, ex quo diuersos effectus pariunt copulandi & implicandi, implicandi ut supra copulandi, ut in.l.si hæredi plures.ff.de cond.inst.& in.c. qa propter de elec.& ideo ad pristinam disputationrm redeuntes, non potest hac de re dici, quod ius dicentis officium latissimum sit, cum non loquatur nisi de mixto mperio & simplici iurisdictione, à uerbis aliter non recedendo, quæ clara sunt.l.non aliter.l.ille aut ille. §. cum in uerbis.ff.de leg.3.

Vltimo, dato quod hac de re latissimum fit, quia scilicet merum & mixtū imperium habeat, uerum erit dicere respectu iudicis inferioris, huiusmodi nō esse quia simplicem iurisdictionem tantum habet ipse omnibus communem. l.ea quæ.ff.ad municipa.l.i.supra de offi.

eius, & est argum. in l. cum prætor. ff. de iudi. & in l. pomponius scribit in fi. prin. ff. de procu. & tamen hoc ipsum falsum uidetur. l. ubicunq;. ff. de interroga. ac.

Quibus tamen non obstantibus à supra dictis haud est recedendum, & breuiter sepositis nugis, dictis alias in prima lectu. respondendum primum non obstare, quoniã immo dictio prædicta implicat casum minus dubitabilem, nullusq; alius sensus est, nisi ius dicentis officium latissimum fore, ex quo merum & mixtum imperium habet, & iurisdictionem simplicem, & quod si bono. po. dat, in possessionem mittit, tutorem cõstituit, & reliqua priuatam utilitatem respiciẽtia facit, multo magis habebit merum imperium, quod consistit in publica. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquili. l. congruit. ff. de offi. præsi. c. ut famæ, de sen. excom. & nihil aliud est, quam habere gladii potestatem ad animaduertendum in homines facinorosos. l. imperiũ infra eo. & sic implicat id in quo hac ratione minus erat dubitandum. Et ad idem facit, quia habemus quod quando mens legis est certa, ordo uerborum & scripturæ non debet attendi. l. nec enim ff. de solu. l. 2. §. prius. ff. de uulg. & pup. sub. tradit Barto. in authen. hoc amplius in prin. C. de fideicom. & in l. 1. in fi. prĩc. C. de nõ. Cõ. fa. & in authen. hoc ius porrectum, in 1. colum. C. de sacros. ec. q̃q; debent impropriari, ne incidamus in absurditatem. c. 1. & ibi Abb. de clan. despõ. l. nam absurdum. ff. de bo. liber. absurdũ autem esset si implicaret casum magis dubitabilem, ergo. Et quod semper absurdum uitare debeamus, inquantum possumus suadet ratio, quia aliud sequeretur. l. sancimus & ibi Bald. in princ. C. de usu. rei iudi. ex quibus friuola aliqua cessant, secum solu. afferentia, quæ non refero, relata tamen alias in 1. lectu.

Vel & secundo respondeamus, quod non inconuenit plerunq; ut implicet casum magis dubitabilem, quando scilicet præcedit genus, & sequitur specierũ enumeratio. ut hic. l. quæsitum. §. fi. ff. de fun. instruc. ubi casus clarus.

Et ratio est, quia si non implicaret casum magis dubitabilem, genus restringeretur, non dicendum, quia præcedentia magis influunt in sequentia, quam è contra. l. quisquis, ubi glo. not. ff. de lega. 3.

Et ad tollendam omnem dubitationem, intellige quando specierum enumeratio facta est gratia exempli, ut hic, & per Bar. in d. §. fi.

Vel tertio dicas, quod sicuti non inconuenit plerunq; quod implicet casũ magis dubitabilem in l. cum antiquioribus, & ibi Ias. not. in prin. C. de iu. delibe. ubi hæreditas non adita transmittitur etiam ad posteritatem, & sic implicat transmitti etiam ad extraneos in quibus erat maior dubitatio multa Alexã. consi. 116. colum. 4. uolum. 2. ita non inconueniet hic, quia uerba debent intentioni deseruire, non è contra intẽtio uerbis. l. scire leges. ff. de legi. c. intelligentia de uerbo. si. & pro ista responsione facit gl. in l. magisteriæ. C. de iu. o. iud.

Non ob. secundum quia non potest alias esse salua ratio recti sermonis, nec iudicis officium latissimum dici, nisi sic exponamus, & probatur in l. Saluius Aristo. ff. de lega. præstan. & in l. eas causas, de condi. & de. & in c. ex parte, de rescri. in tantum ut liceat his expositionibus, cum de mente constat, etiam à uerbis recedere. d. l. non aliter.

Vel ad tollendam omnem difficultatem, ut etiam dictum fuit supra à litera nõ recedamus, nec copulam alteremus quoniam erit sensus, ius dicentis officium latissimum esse, quia habet merũ imperium, ut in l. 1. supra. de offic. eius. Item & mixtum quod in danda bonorũ po. consistit, & simplicem iurisdictionẽ, & omnis rixa cessabit, nec uideo quod ita dici non possit.

Vel siue copula legamus sic, prout in quibusdam codicibus antiquis legitur.

Iusdicentis officium latissimum est, nam bo. po. dare potest. in po. mittere, pupillis tutorem constituere, & iudicẽ dare, pro absoluto habens, quod multo magis possint delinquentes coherce re,

quoniam in.l.i.dictum erat latius de of fi.eius,& sic coniungentes legem illam cum ista,quod facere licet.l.gallus. §.ille casus.ff.de libe.& posthum. & quia etiá quod dictum non fuisset subintelligeretur,quoniam id quod constituitur exépli gratia,trahitur ad omne simile. l.scire oportet.§.fi.& ibi Bar.in.2.col.ff.de ex cu.tu.

Non ob.tertium & vltimum, quia latissimum erit in iudice inferiori, aliter quam in magistratibus maioribus, quo casu loquitur.l.ubicunq,,præallega. & maxime ubicunq; æquitas id ipsum suaserit,quam semper præoculis habere debet.l.quod si ephesi.ff.de eo quod cer.lo. l.æquissimum.ff.de bo.po.secundum tabu.stant ergo ista simul, quod una ratione sit latissimum in maioribus ut hic,& alia etiam in istis, qui iurisdictione simplici non carent, ut in.d.l.ubicunq;, & est argum.in.l.si duo.ff.de admi.tu.& in.l.si chorus.ff.de lega.3. cum similibus.

Et simile,quia Imperatori etiam uti æquitate tantum licet etiá si scripta non sit.l.i.C. de legi.& tamen nec inferioribus scripta denegata est. d. l. ubicunq;, quam sic ibi declarat Bar.nu.x.

Istis(ut diximus.) sic loco euidentialium præmissis ; casum in terminis breuiter figura , quamuis necessarium non
9 sit,cum ponatur regula† quæ non habet dubium,ut dixi supra per text.in.l. quotiens,& ibi Barto.ff.si quis cau. licet ad aliud,ut etiam in.i.lectu.latius,nec exempla obscuritatem pariant, quæ ponuntur in lege tantum,ut declarent.l. ut responsum.C.de transac.§.hactenus.insti. de gra.l.i.ff.de præscrip.uer.l.bonafides. ff.depo.tradit Bald.in.l.petens in.2. col. C.de pac.sed probabile saltem, cum nihil tam clarum sit, quod sollicitam quãdam dubitationem suscipere non possit §.si uero,in authen. de tabellio. & quia dubitare de singulis non est inutile.l.nemo,ubi glo.C.de sum.tri.& fi.catho.sensit Aristo.topi.i.c. 2. immo quod potentes dubitare facile soluunt, inquit Bal. in.l.si tutores.C.de compen. Fuit igitur
10 & † alias apud Vlpianum præstantissimũ Iuriscon.authorem legis nostræ,dubitatum,quia supra in.l.i.de offic.eius.dictũ est de officio delegati, seu de causis delegabilibus,quia non possumus scire,quale sit eius officium,nisi sciamus quæ causæ possint delegari,quale esset iusdicentis nunc,& in quibus consisteret,qui ponendo regulam respondet nihil aliud esse,nisi officium latissimum , quæ etiam inclusam diffinitionem habet,ut dixi supra licet ad aliud,& repeto,post Bald. tamen in rub.de offi.de.in ulti.colum. in prin.quoniam hoc idem nihil aliud est dicere,nisi quod motus animi sit,aliqui explicandi,latissime patens , & signanter allegat istum text. Quodq; consistit in danda bo.po.in mittendo in possessionem,in dando tutorem pupillis& in constituendo deniq; iudice litigantibus.Innuens tria exempla primum secundum & tertium scilicet, esse mixti imperii,ultimũ uero iurisdictionis simplicis,& bene,quia ea magistratibus maioribus concessa sunt in speciale priuilegium,nec eidem simplex iurisdictio denegata,quamuis minoribus magistratibus etiam communicata.

Et rationem dubitãdi faciebat,quod immo latissimum non sit,quia restrictũ est ad terminos iuris, ut dicebam supra d.c.i.de consti.cum aliis ibi alleg.

Et nouissime uidemus in simili, qđ esto quod æquitatem ante oculos habeat,possitq; secundum eam iudicare, ut dicebam pariter supra.l.placuit.C.de iudi.d.l.quod si ephesi.ff. de eo quod cert. lo.l.diuus.ff.de resti.in inte. attamen debet esse regulata à iure , quoniam alias non esset æquitas,ita Abb.in.c.ex parte. in.i.colum.de offic.de.not.in.l.& si seuerior.C.ex quib.cau.infa.irro.& in.l.quid ergo.in.§.pœna grauior ff.de his qui no. infa.quodq; formam legis sequi debet, & ab ea tanquam minister non recedere l.quæ sub conditione,& ibi Bal.in prin. ff.de con.insti.item quia latitudo est dimensio, ut dicunt geometre quæ cadit in rebus corporalibus, ut officium iudicis est quid incorporale ergo latissimũ dici non potest.

Secundo dubitandi rationem faciebat, quod immo non esset primum exẽplum mixti imperii, quia si esset uerum delegari non posset nec in bo.po. danda se intromittere iudex inferior, & tamen potest.l.fi.C.qui admi.

Tertio rationem dubitandi faciebat, quod nec huiusmodi sit secundum quia si quis possesfionem adipisci uelit, interdicto adipiscendæ, sibi actione in factũ succursum est.§.adipiscendæ.§.fi.inst.de interdic.ergo iure magistratus competere dicetur.

Quarto rationem dubitandi faciebat in tertio exemplo text.in.l.ius dandi. ff. de tu.& cu.da.ab his ubi pariter tutoris datio, iure magistratus competere uidetur

Quinto & ultimo dubitandi rationẽ faciebat in ultimo exemplo, quia immo ius dandi iudicem, est meri imperii, exerceturq; officio iudicis nobili, ita ut ex hoc iurisdictionem simplicem non habeat, nec ut supra latissimum imperium sit. Quibus tamen non obstantibus, à regula, exẽplisq; ipsius rationis loco nullo modo est recedendum ut supra quod scilicet latissimum sit quia bo. po. dare potest, in po. mittere, tutorem pupillis constituere, & iudicem deniq; dare litigantibus uel aliter ut statim dicam.

Nec primum facit, quia nec id tollit, & si in iudicando sequi leges debeat, & æquitatem amplius ante oculos habere quod latissimum non sit, cum habeat merum & mixtum imperium, iurisdictionemq; simplicem, ut hic dictumq; est proxime & in.d.l.i.supra de offi.eius. Vel ipsius latitudinem considerando in his quæ relicta sunt suo arbitrio ut not. in.c.2.extra de offi.iud.c.iudicantem 30. q.i.Inno.in. c. i. de consti. Gramma. decisio. 34. nume.45.l.ubicunq;.ff. de int. ac. Nec ob.quod latitudo cadat in rebus corporalibus, quia similitudinarie dictũ est, ut hic per Seysel.subiicientem dixisse latissimum, & non longissimũ, quia id est respectu tẽporis considerabile, de quo hic non tractatur & Bart.ante eum nume.2.dic tu melius, quod latitudinis mentio facta est ultra dicta supra quia cæteris est etiam præstantior, & quia in ea continetur quoq; longitudo & profunditas, non è contra unde qui est latis humeris, ut Vlisses, est etiã prudens, lõgus uero ut aiax stultus.

Vnde F.P. quando dicit Gratiæ che à pochi il ciel largo destina, intellexit de octaua sphera à qua fluunt oẽs Gratiæ.

Non ob.secundum quia id in bo.po. iudiciali hodie procedit, (ut ibi dicit Alexan.) nos autem loquimur in decretali, ut infra.

Non ob.tertium quia exceptio in casu illo firmat regu.in non exceptuatis. l.quæsitum.§.deniq;.ff.de fun. inst.ut p Docto.& ubi non est de actione prouisum, de quibus in.l.si finita.in. §.iulianus.ff.de dam.infec.

Non ob.quartum quia non est uerũ, & in contrarium est communis opi. l. muto.§.tutoris datio.ff.de tute. disputauimusq; late in.l.i.supra de offi. eius. et pendet ab infra dicendis.

Non ob.quintum et ultimum, quia nec id uerum est.l.à iudice.C.de iud. et dictum est pariter in præalle.l.i.et ut infra latius.

SCHOLIA.

IVS DICENTIS, non iudicis, seu iudicãtis dixit, ut elegãtius loqueretur iuriscon. Vlpia. quoniam iudex et iusdicens non differunt.c.forus, de uerb. si. immo quod genuinus erat in lege.12.tabu.modus loquendi.

Et quia sonat longe melius sic dicere auribus, quæ interdum etiam sunt consulendæ et ut euitetur turpis uerborum sonus, figuraq; cacephaton, alias cocophania appellatur ut inst. in prohe. in prin. Vel ut breuitati consultum uideretur, quoniam uerbũ bissyllabum est. OFFICIVM, dixit officium rursum, & non iurisdictio, quia uerbum est generalius, ad omnia conueniens, iuxta glo.in. l.legatis in.§.si ex officio. ff. de lega. 3.& tetigimus in rub.supra de offi.eius.

LATISSIMVM EST, quia merum imperium habet mixtum & iurisdictio-

nem simplicem, ut in.d.l.i.supra de offi. eius, & hic. Item latissimum & non longissimum, aut profundum, ex quo latitudine ex his tribus dimensionibus, nihil est melius quippe quod in ea uirtus omnis consistit, ut fusius dictum est supra.

NAM ET, pro etiam ponitur, quamuis merum imperium implicet, quod est maius, cum tamen implicatiua casū minus dubitabilem implicare soleat. l. utrum.ff.ad legem pom.de par.l.hostes. C.de su.& le.l.etiam.C.si tu.uel cu.quia præcedit genus, & sequitur specierum enumeratio exemplificatiue.l. quæsitū. §.fi.ff.de fun.instruc. Vel quia plerunq; non inconuenit, quod etiam implicet casum magis dubitabilem. l. cum antiquioribus, & ibi Ias.in prin.C.de iu.del. Vel quia constabat de mente legislatoris, dic quod immo implicet casum minus dubitabilem.l.nec enim. ff. de solu. tradit Barto.in authen.hoc amplius, in. i.colum.C.de fideicom. Vel prout iacet legamus, coniungendo hanc legem cū l.i.supra de offi.eius, quod habeat merū ut ibi, & mixtum ac simplicem iurisdictionem ut hic.

Vel sine copula, quoniam exempla trahuntur ad merum imperium, quod est mixto simile.l.scire oportet.§.fi.& ibi Bar.in.2.col.ff.de excu.tu.

BO.P O. dare, olim & decretalis appellabatur, hodie non, quia iudicialis est.l. i.§.decretalis.ff.de suc.edic.l. fi.C. q. admi.& est primum exemplum mixti, & diximus in.l.i.C.eo.

IN PO.MITTERE, ex primo uel secū do decreto, de quibus i.l.si finita, in.§.iulianus.ff.de dam.infec.& hoc ut occurramus obiectioni.§.fi.inst.de interdic.quæ fieri posset, quoniam in interdicto possessionis adipiscendæ, est de actione prouisum, nec expeditur iudicis officio nobili, ut ibi per Docto. & est secundum exemplum.

TVTOREM PVPILLIS CONSTITVERE, tanquam miserabilibus personis etiam non requisitus, & est exemplum tertium & ut infra latius.

ET IVDICEM DARE LITIGANTIBVS; quod est simplicis iurisdictionis, ad mixti differentiam quartumq; legis exemplum, & loco notabiliū hæc uiderentur quoq; sufficere.

Sed tamen nota & fusius ex isto text. aliis prætermissis de quibus supra difficultatem non habentibus, quod iudex
12 pupillis† tutorem constituere potest, etiam non requisitus, ut hic dicunt Doct. & fuit ampliatio Bar.in.l.hæc autem, in prin.ff.ex qui.cau.in po.ea. & in. l.4. in. §.hoc autem iudicium, in 2.& 3.col.ff.de dam.infec.

Et hoc idem quia hi sunt miserabiles personæ.l.i.C.quando impe.inter pū.& ui.c.ex tenore, de fo.compe.c.significantibus, de offic de. Verum pro miserabilibus personis, officium etiam non requisitus interponit.l.ne quicquam.§.aduocatos.ff.de offi.procō.l.fi.§.sed & si quis, C.de admi.tu.ergo.

Secundo, quia alias ab adultis nō differrent, quibus non dantur curatores, nisi petatur.l.3.§.si pupillus, ff.de tute. nec essent melioris conditionis, dictu absurdum, & nullo modo asserendum. l. ex pluribus, in fi.ff.de admi.tu.argu men.in l.si apud.ff.de mino.& adultis dixi, quia si furiosi uel prodigi forent, à pupillis in hoc non discreparent ex quo ipsi quoq; dicuntur tunc miserabiles.l.fulcinius.§. adeo.ff.ex quib.cau.in po.ea. & in. d. l. hæc autem, in prin. idem Bar. declarat & bene.

Et est casus in.l.illud, & seq.ff.de tut. & cu.da.ab his, ubi tutor dari potest absenti & præsenti, inuito et ignoranti, nō ex alio, nisi ratione supra dicta, quā text. citat Bar.in.d.l.hæc autem.

Sed & quarto dic posse ultra eum suadeti, quia datio tutoris spectat ad publicam curam.l.3.in princ.ff.qui pe. tu. ubi tex.multum not. ergo nec mirum si iudex officium suum impartitur etiā non requisitus.d.l.4.d.§.hoc autem iudiciū, cum not.ibidem.ff.de dam.infec. & probatur efficacius, quia ad publicam utilitatem licet inquirere.l.congruit.ff.de offi.præsi.nec prohibitum est, si causa pupilli

pilli sit, puta suspecti tutoris, l. tutor. §. præterea, & ibi Barto. ff. de suspec. tu. ergo ad publicam curam spectabit etiam datio, quamuis ut dixi, non petatur.

Quinto & ultimo, quia prouidere tenetur iudex, ne bona hæreditaria pereant, ex officio, etiam nemine petente. §. ad hæc, & ibi Barto. in authen. ut spon. lar. ergo quantomagis ne pereant bona pupilli, per dationem tutoris, quoniam tutela est uis, atq; potestas in capite libero, ad tuendum eum qui propter ætatem se defendere nequit. l. i. ff. de tute. ex quo tutor personæ datur curator autem rebus. l. in copulandis. C. de nup. & certe non habet ex his dubium.

Tamen contrarium senserunt aliqui hic, moti quia regulam habemus pro nobis, a qua recedere non licet, quod iudex non impartitur officium suum, nisi fuerit requisitus. d. §. hoc autem iudicium Luc. 16. & probatur in. l. ab ea parte. ff. de proba. & per Barto. in l. 2. in 2. colum. ff. si quis in ius uo. non ie.

Secundo, quia una eademq; dispositio, non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de usucapio. neq; una determinatio respiciens plura determinabilia, debet illa difformiter determinare. l. iam hoc iure. ff. de uulga. & pup. sub. sed alia exempla intelligũtur parte petente, ergo & istud.

Tertio, quia dantur tutores pupillis petentibus. l. 2. C. de offic. eius qui ui. al. iud. ge. l. i. §. magistratibus. ff. de magistra. con. ergo è contra, si non petatur, non dantur. l. i. §. huius rei supra de officius & est argu. in. l. à testatore. ff. de con. & de.

Quarto, quia uidemus quod plerunq; pupillus, est deterioris conditionis, quam maior. l. qui autem. §. fi. & ibi Barto. ff. quæ in frau. cre. in simili glo. in. l. fi. C. de sacrosanc. ec. ergo paris saltem, ut non detur tutor ei, nisi petatur, nec iudex officium suum impartiatur, nisi requisitus.

Quinto, & ultimo, quia priuilegia, seu specialia, multiplicari non debent. l. i. C. de do. pro. l. tutori. C. de nego. gest. uerum pupillus multa habet specialia, ergo non quod tutor ei detur, si non petatur, argumen. in. l. tutori. C. de nego. gest. & maxime quia legislator hic simpliciter loquutus, uidetur uoluisse se conformare cum dispositione. d. §. hoc autem iudicium. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel.

Quibus tamen non ob. à prima opi. haud puto recedendum, ex supra dictis, & dicendum ad primum obiectum, uerum esse in dubio, & nisi contrarium doceatur. l. si fundum, & ibi Sal. in fi. C. qui po. in pi. ha. sed hic cõtrarium docetur, l. illud & seq. ff. de tu. & cu. da. ab his. ergo.

Et formaliter respondentes etiam dicimus, quod licet à regula recedere, quoniam ineptum est eam non fallere, ut in auth. ut si. prohi. ma. debi. no. in prin. maxime si æquitas suadeat, ut ibi.

Et hoc est rursum, quod Bar. inquit in l. quamuis. C. de pigno. quod est dare regulam & instantiam à regula.

Et signanter ita respondet iuriscon. i. l. i. in prin. ff. de auth. tu. quod quãquam regula iuris sit, neminẽ in facto proprio auctorari posse, tutorem tamen proprii sui debitoris, pupillo adeunti, prohibitum non esse auctoritatem accõmodare. Non ob. secundum quia idem ius est, eademq; determinatio, ut mixti imperii dicatur, quamuis pupillorũ priuilegio, inductum, quod petitio necessaria non sit in casu isto nec consequẽter differẽtia in substantia. l. fi. ff. de fun. instr. declarat Bar. in. l. i. in. 2. col. ff. de ac. & ob. Considerando maxime reg. adhuc limitari solere, ut non procedat, quãdo unũ determinabile fauorem respicit. l. si ita scriptum. ff. de ma. test. sed hic fauor pupillorum considerabilis est, ergo & not. in. d. l. iam hoc iure.

Non ob. tertium quia antecedens uerum est consequens autem falsum, præalleg. l. illud, ita ut dicta iura factum exprimant, non autem ponant misteriũ iuris. l. iulianus uerũ debitorẽ, ibi post lit.

con.ubi Ias.in prin.ff.de cond. inde.bo. text. in. l. maritus in. §. fi.in illis uerbis triennio exacto,ubi Alexan.in specie.ff. ad legem Fal.optima gl.in.l.i. C.de pro fe. & me. lib. 10. Nec officit quod sint uerba ablatiuorum absolutiuorum , quia non est uerum, & dato quod uerũ sit,non semper in conditionem resol- uuntur,ut not.late in rub.ff.solu. ma.& in.l.i.C.quando non pe.par.& ibi Bald. in. i. oppo. maxime ubi absurdum pos- set resultare,argumen. in. l. nam absur- dum.ff.de bo.lib.Vel dic, quod cum ibi fiat mentio nõ solũ tutorum, uerum ẽt curatorum,petitio refertur ad curatores non ad tutores,ut supra & faciunt not. in.l.si idem cum eodem, in.§ fi.infra eo.

Non ob. quartum quia non est regu- lare,nec attendendum l.ab ea parte.ff.de proba. & probatur in iuribus supra al- lega.

Non ob.quintum & ultimum, quia uerum est assumptum in dubio, non in casu claro,& ubi multiplicata reperiun tur,ita ut commode retorqueatur,quia si multiplicata sunt, & dari possit tutor pupillis etiam non petentibus,simplici ter locutus Iurifcon. uidebitur uoluisse conformare se cum dispositione iuris communis,ut petitio necessaria non sit

Vel fœdere distinctionis dicamus , quod aut pupillus est pauper, & isto ca- su procedat opi. prima quod possit dari tutor etiam quod non petatur,quia tũc uere miserabilis persona dicitur . c. om- nis ætas,ubi not.glo.12.q.1. tradunt ca- no.in.c.significantibus,de offi.dele. Ale xan.& alii in.l.i.ff. solu. mat. idem Ale- xan.consil.121.colum.ult.volum.i.alleg. etiam hic per Deci. Aut non,sed diues, & tunc uera sit contraria,petitionem fo re omnimodo necessariam , d.§.hoc au- tem iudicium.d.l.2.de offic. eius qui ui. al.iu.ob. Considerando etiam quamuis dicat text.in.d.l illud, quod potest etiã tutor dari absenti, intelligi tamen debe re,si petatur. Et ultimo loco, qđ si quæ in contrarium adducantur,sorte proce- dant in iudicio, in quo de ipsius iudicis interesse agi uidetur, ne reddatur eluso- rium,l.si prætor.ff.de iudi. non quod pe titio necessaria non sit.

Quæ distinctio tamen dubia uidetur quia in d.c.omnis,non dicitur quod pu pillus miserabilis sit,ita demum si pau- per fuerit.

Et minus in.d.c. significantibus, sed hoc ipsum solum in uidua necessarium fore ut talis dicatur, & cui in ecclesiasti- co iudicio etiam succurri possit.

Non etiam in.l.i.C.quand o impe.in ter pu.& propterea nullo modo petitio necessaria est.

Nec facit reg.d.§.hoc autem iudiciũ, nec inductio.d.l.2.quia supra respõsum est satis.

Non subauditio & intellectus traditus ad text.in.d.l.illud,quia dicam non esse uerum,ex quo expressisset iurifcõ.alias, si fuisset necessaria, ut in curatore,in.d.l. 2.stante responsione à nobis tradita su- pra & est arg.& in.l.unica in .§. sin autẽ, in uer.sin uero.C.de ca.tol.

Non deniq; iudicis interesse conside rabile,quia illa non est ratio, sed potius quia petitio necessaria non erat.alias ut uulgo dicitur,uestiretur unum altare, si esset necessaria & tutorem constitueret, ne iudicium reddatur elusorium absq; petitione,& aliud spoliaretur,& male.l. assiduis.C. qui po.in pi.ha.c.ex tenore, de so.com.

Vel dic, quod uera sit sine distinctio- ne opin.supra dicta,ex alio,probo,nam in datione tutoris & curatoris , pupil- lus & furiosus æquiparantur. d. l. hæc autem , & ibi Barto. in princ. ff.ex qui. cau. in pos. ea. citatus etiam supra sed furioso datur curator absq; eo quod pe- tatur ; ergo & pupillo , & nimirum quia utroq, casu finguntur petere, ita Bald. in. d. l. qui habet, in prin. ff.de tute.

Et est utilitas disputationis, quia si petitio necessaria est , & non detur , utiq; nec punietur iudex , alias autem sic , ita Barto. in. d. §. hoc autem iudi- cium , in princ.& hoc est forte quod di- cunt aliqui hic quod in sindicatu tene- bitur.

Additio.

Si uelles tamen tenere quod petitio necessaria sit in pupillo, maxime diuite, dic solido hoc fundamento suaderi posse, quia si hoc ipsum esset iudicis onus, etiam parte non petente, nõ dixisset alibi nec fuisset necessarium prouidere qđ mater filii succesione priuaretur, nisi tutorem filio pupillo petiisset intra annũ & tamen dictum est, indeq; facta prouisio, in l. sciant. C. de legi. hæ. & in l. sancimus, in §. personis. C. de admi. tu.

Et quia bene fatendum est, posse si uelit, sed non quod puniatur, si non constituerit.

Ex quo tutela, publicum munus est auctoritate, sed utilitate, priuatum. l. i. ff. de tute.

Additio.

Vel nouissime dicas, quod aut iudex potest prætendere probabilem ignorantiam, & tunc dare non teneatur non requisitus, nec debeat puniri ignorãs, alias autem sic, & colligitur ex his quæ dicit Bar. in d. §. hoc autem iudicium, in prin. & in simili uidetur tex. no. in l. bonorũ. C. qui admi.

Sed dum dicit text. adhuc, dari posse tutorem pupillis non habentibus, dubito, quare hoc dictum sit, nam nonne interest pupillorum habere plures tutores à quibus defendantur. l. nam reipub. interest. ff. de no. o. nun. argum. in c. prudentiam, de offi. de. tradit Barto. in l. bello amissi, in fi. ff. de excu. tu. ergo male & dicendum dari debere etiam si habeant.

Sol. uerum est, quando legitimi non extant, quia tunc si extarent, dantiui necessarii non sunt. l. si sororis. C. qui da. tu. po. & plus quod etiam si plures dentur, non debet tamen ꝑ plures tutela administrari. l. 3. §. i. in fi. ff. de admi. tu.

Glo. i.

Glo. i. fuit expedita supra nec eam aliter repeto, addo tamen, & Docto. reprobatio communis, quicquid disputando dixerimus confirmabitur, quod licet ius dicens & iudex idem sit, & pro eodem accipiantur uerba hæc, officiumq; eius sit latissimum, siue de maiori loquamur, siue de aliis etiam inferioribus, ut supra ostensum fuit pariter, & in hoc æquiparentur, quod non æquiparabuntur tamen quoad aliud† ex quo factũ

13 maioris iudicis rite factum præsumetur minoris autem non. l. i. ff. de offi. præfec. præto. l. liquet. C. de summa tri. & fi. cat. §. nos autem, inst. de atti. tu. declarat Bal. in l. tutores. ff. de confir. tu. & diximus in l. i. de offi. eius.

Glo. 2.

Glo. 2. in uerbo bonorum, etiam clara uidetur, quæ solum dicit, quod bo.

14 po. est mixti imperii† & non ab re, quoniam non constat in animaduersione, Causa cognita datur,

Nec potest delegari, ita ut cum esse non possit meri, nec simplicis iurisdictionis, & sic à partibus sufficienter enumeratis, iuxta not. in. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. huiusmodi necessario fit, & ad propositum singula singulis referendo, probatur in. l. 2. in §. dies. ff. quis or. in bo. po. ser. & in l. ne quicquam in §. ubi decretum, ff. de offic. procons. & in l. imperium infra eod.

Et efficacius quidem, quia mixti imperii est quoq; in po. mittere. l. iubere cauere infra eo. & hic no. omnes, ergo & bo. po. tribuere, quia parificantur. l. si q̃s seruo C. de fur.

Et rationem assignat Barto. in d. l. iubere cauere, in fi. quia officio iudicis nobili expeditur, & quia priuatam utilitatem continet, & bene, alias à mero non differret, quod respicit publicam, & est habere gladii potestatem &c. ut in præallega. l. imperium,

Glo. istam improbat ex tribus las. primo, quia est casus clarus, quod dare bo. po. sit mixti impe. in l. imperium præallega. infra eo.

Responde quod licet sit ibi casus declaratio tamen non est improbanda. l. i. §. quamuis. ff. de uen. inspi.

Secũdo improbat quia dicit esse mixti imperii, cum in animaduersione non 15

consistat, & sic non meri, ex quo multa sunt meri imperii, quæ in animaduersione non consistunt vt cōdere statuta creare tabelliones & similia.

Sol. habuit respectum potissimum ad id quod dicit iuriscon. in. d.l. imperium.

Tertio improbat, dum dicit mixti impe. esse, quia delegari non potest, cum tamē multa sint mixti quæ delegari possunt ut no. in. d.l. imperium.

Sol. non est regulare sed in generalibus tantum inferioribus (quod & ipse non negat) & in. d.l. imperium dicemus fusius.

Sed contra adhuc de.l. fi. C. qui admi. ubi coram quocunq; iudice agnosci potest, ergo mixti imperii esse nō dicetur. l.i. supra de offi. eius.

Immo & secundo quod etiam potest delegari. l. cognitio. §. fi. co. ti.

Quodq; tertio & ultimo loco non requiritur causæ cognitio ut in. d. §. fi. not. & in. d.l. iubere cauere.

Pro uera resolu. dicendum est breuiter, quod hodie decretum non requiritur, nec agnitio solemnis, ut olim, & ita intelligatur decisio dictæ. l. fi. & no. in. l. 3. in. §. si causa cognita. ff. de bo. po.

Nec posit delegari, si sit de his quæ tribuunt ius alias sic nec tunc plena causæ cognitio requiretur, ut in Carboniana, uentris nomine, & gratia litis agnoscendæ, de quibus in. l. posthumus, in, §. fi. ff. de inoffi. test. & in. d.l. cognitio.

Et differētiæ ratio est, quia in bo. po. non tribuentibus ius de modico agitur præiudicio cum po. dominum non faciant sed detentatorē alias sic ita ut nec mirum sit, si delegari possunt, alias autē non, & delegantur, quia mixti imperii, minoris sunt, secundum Bar. in. d.l. imperium in gradibus mixti, & in. d.l. iubere cauere, in fi. nec dubito. Differunt etiam quia non tribuentes ius dies continuos habent currentes, aliæ utiles. l. 2. §. dies. ff. quis or. in bo. po. ser.

Verum ad propositum quæritur, ponamus† quod uelit quis decerni bo. po. an sit mixti imperii hodie sicut oli quia 15

si sit, non delegabitur. l.i. supra de offi. eius alias secus.

Bar. hic concludit quod sic,

Et plus subiiciunt alii, quod licet agnouerit bo. po. simpliciter, poterit tamen petere ut decretum interponatur, eorum exemplo, qui sunt in possessione. & petunt in ea confirmari. l. 3. §. missum, & ibi idem Bar. ff. de car. edic. Quod etiam probatur. & secundo quia qui uult decretum interponi, dessignat nolle uti agnitione simplici, de qua in d.l. fi. sed antiqua nunquam sublata, nisi exprimatur. l. quotiens. ff. de ac. & ob. & est argum. in. l. si mulier, in. §. fi. ff. quod me. cau. ubi regula colligitur, uia qnam elegisti, illa tibi pateat.

Item, quia si agnoscentium fauore id nouo iure inductum est tertio loco, nō uideo cur fauori suo renuntiantes, possint etiam non simpliciter agnoscere, si uelint, sed cum decreto uulga. l. si quis ī conscribendo. C. de pac. eoq; magis, qa unaqueq; res de facili ad suam pristinā reuertitur naturam, & solet fauorabile reputari. l. si vnus. §. pactus ad fi. ff. de pac. c. statutum de præben. in. 6.

Quidam autem tenuerunt contrariū quod immo decretum sit nullum, nec valeat, per text. in. l. fi. in. §. sin autem. C. de cu. fu. ubi agnoscenda est bo. po. simpliciter, quæ ante alias dabatur, ita vt hodie amplius hoc modo dari non debeat.

Secundo, & rursum, quia dicit ad idē quod petitio solemnis bo. po. ex lege cōstantiniana sublata est, de qua in. d.l. fi. ergo & decretum, propter quod erat petituo.

Tertio, quia si agnoscēs illo uteretur, cum sublatum fuerit per. d. legem, incurreret pœnam falsi. l. fi. ff. ad legē Cor. de fal. & ibi Bar. §. hunc igitur in prima const. Codi.

Alias & quarto uideretur uelle subuertere dispositionem illius legis, & male, quia non facit priuatus quod non potest facere princeps. l. si quando. C. de inoffi. testa.

Quinto & ultimo, quia si legi inducēti certam solemnitatem in actibus homi

num renuntiari non potest etiam cum iuramento ut puta in testamentis,& donationibus.l.nemo potest.ff.de lega.i. l. modestinus,& ibi Bart.in.i.colum.ff. de dona. dicemus nec posse nos pariter renuntiare illi,solemnitatem tollẽtu, quia contrariorum eadem est disciplina.l.i.ff. de his qui sunt sui uel alie.iu.

Quibus tamen non ob. teneo ego opi.primam,ex supra dictis, nec facit si diceretur ad primum,quod confirmatio possessionis aliquid operatur si possesio iniusta fuisset,decretum autem hic non quia non est uerum, nec confirmatur q nullum est.l.nam & si sub conditione. ff.de iniust.testa.l.quæ ab initio.ff.de reg. iu.c.fi.de præscrip.& dato in casu. d.l.fi. &præsentis.q.quod decretum nihil operaretur,debet tamen interponi,si agnoscens uelit. l. iuste possidet. ff. de acqui. po.l.i.C.de prædi.cu.lib.10. tradit Bald. in.l.i.in.§.nunciatio,in princ.ff.de no.o. nun.

Dicunt etiam ad secundum tenentes contrarium,quod cum sublatum fuerit decretum,agnoscens non potest eo uti, haud considerabile in.d.l.quotiens, loquente in diuersis remediis, in quibus unum ab alio non tollitur,& adhuc male,quia sublatum est,nisi uelit agnoscẽs eo uti,& retorquebitur responsio, quoniam lex non resistit agnoscenti .l. cum lex,& ibi Bart.ff.de fideiu.terminiq; pares uidentur,quia agnoscere simpliciter & cum decreto diuersa sunt.l.ius autem ciuile.ff.de iust.& iu.l. hoc legatum. ff. de leg.3.l.i.ff.de dona.

Posset dici etiam ad tertium, quod cum ex toto sublatum fuerit decretum, nec reliquiæ remanserint, non debent posse ad suam pristinam naturam reuerti,ut dixi late in.d.§. pactus, & est argu. in.l.qui res,in.§.aream.ff.de solu.sed respondetur,quod reuertitur uirtute intrĩsecæ & subintellectæ reseruationis factæ à lege, ex quo hoc ipsum expresse non prohibetur.

Et nouissimo loco probatur per tex. etiam no.in.l.circa, ad fi.ff.de proba.ubi probatio admittitur etiam quod necessaria non sit in iudicio,ut mos geratur probanti,ergo & interpositio decreti hic,& longe magis.c.2.de proba.extra.

Et idem in actione, quæ in libello exprimi non debet.c.dilecti,de iudi.& tamen exprimitur,si agens uelit, nec nocet.l.edita;& ibi no.C.de eden.dummodo apte exprimatur.

Et ad idem est bo.text.in.l. quod si possessor,in.fi.ff.de rei uen.& in .c.cum uintonien.& ibi Car.in.i.colum.per locum à speciali,de elec.&quia uidemus etiam quod testamentum in quo filius est præteritus,quamuis ipso iure sit nullum potest tamen dici nullum,si uelit.l.post humo,& ibi dixi post alios late. C. de bo.po.contra tabu.

Et tenendo sic contraria nullo modo obstabunt,quia primum & secundum, ad idem tendentia, uera sunt & procedunt si agnoscens uelit uti simplici agnitione,alias decretum sibi denegari non debet.Considerando quoq;, quod uerba illa sunt narratiua,quæ non inducũt iuris dispositionem,iuxta not.in.l.unica.C.quando non pe.par. ita ut petitio sublata sit,& consequenter decretum quatenus uelit(ut diximus) agnoscens.

Non ob.tertium quia.d.l.fi. non est correctoria,sed limitatoria potius, nam tollit.l.antiquam,positam in.l.i. in.§.decretalis.ff.de suc.edic.&in.l.i.C.com munia de ma.non in totum, sed quo ad petitionem,cum illa solemnitate uerborũ quæ olim erat necessaria , & propterea esto quod uelit agnoscens decerni, non incidit(ut dicebatur)in pœnam falsi,immo quod nec decretum sublatum uidetur,secundum aliquos, sed sola uerborum solemnitas,ut not.in.d.l. fi. C. de cu.fu.

Non ob.quartum quia uerum est,quando lex resisteret,sed ut probauimus, nõ resistit,ergo.

Non ob.quintum & ultimum , quia antecedens uerum est consequens autẽ falsum,ex quo tollit solemnitatem lex, nisi agnoscens ea uti uelit.

Vrget tamen contra Barto. multum text.in.d.l.fi.de cu.fu.allega.in.d.l. fi. C.

qui admi. & text. ibidem, ponderando uerba prohemialia, ex quibus finalis intétio legislatoris colligitur.l.fi.ff. de hæ. insti.dum dicit, ut uerborum inanium captiones excludamus &c.& est quæstio parum utilis, nisi quatenus agnoscentis uoluntati satisfiat, ut alibi dicitur in.l.fi. ff.de usu & ha.& in.l.pe.ubi gl.ff.de con. ob.cau.& melius quam alibi, in.l.ei fundo, in.fi.ff.de serui.Cogita, & dic etiam ut dixi in.i.lect.in.fi.istius glo.

16 Sed quæritur, pone quod petatur hodie interponi decretum † requiretur ne causæ cognitio? Concludunt Docto.hic quod non, quia necessarium non erat.§. multis, ubi glo.insti.de liber.ubi in transitu prætoris, potest fieri manumissio, quia eius auctoritas etiam necessaria nō erat.

Alii contrarium, quia si eligit decretum, secundum ius antiquum uidetur etiam elegisse, ut interponatur, secundū illud, quo causæ cognitio requirebatur. l.oratio, de spon.l.pomponius.§.cū quis de acqui.po.l.fi.§.si autem.C. de iu.deli.ubi solemnitas non erat necessaria in manumissione, & in casu. d.§.multis, & placet hæc opi.quia cum sit actus indiuiduus, non debet posse pro parte acceptari, pro parte non.& maxime, quia ubi decretum interponitur, ibi causæ cognitio necessaria est.l.ne quicquam.§.ubi decretum.ff.de offi.procon.

Nisi saluando primam opi.dicamus, forte necessariam non esse cognitionem quia cum decreto exprimitur causa, & satis est, maxime ubi non apparet legitimus contradictor.l.si is à quo, in prin.ff. ut in po. le. & quia agitur de modico præiudicio, cum sit præambulum peti. hæ.& ut latius in.d.l.fi.& in rub. C. qui admi.

Glo.3.

In glo.ista concluditur primo ad tex. subaudiri debere, quod iudex possit da-

17 re bo.po,& debeat† & bene, licet dubitent ualde scriben. an subauditio hæc fuerit necessaria, ut per eos, & dixi late ego quoq; in.i.lectu.adde subauditionē in simili etiam, in.l.i.ff.de dolo & in. ti. ff.si quadru.pau.fe. di. & diximus in.l.i. in fi.ibi,& si dicatur, iuncta expo.Barto. in princ.nume.2.in fi.supra de offi.eius, & nimirum, quia declarationis gratia fiunt.taliter ut subaudientes non debeant reprehendi.l.i.§.quamuis.ff.de uen. inspi.l.non solēt.l.quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de regu.iu. immo inquit Barto.alibi, in.l.i.in repe.in.2.colum.C. de sacrosanc.ec.quod subauditione debet lex iuuari, & non potest negari.Placet etiam ut dicamus, quod sit necessaria, si petatur, seu agnoscatur bo. po.l. munerum.§.iudicandi necessitas.ff. de mu.& ho.olim quia decretum requirebatur hodie quia præsentia saltim necessaria est, ut supra alias autem non, quia hoc casu,& regulariter iudex nō impartitur officium suum, nisi requiratur.l.4. §.hoc autem iudicium.ff. de dam.infec. & nota ad propositum quod debeat iudex dare, necessitatem esse causatiuam, ne teneatur in syndicatu, ut in simili p gl.in.l.i.C.ut ne.inui.age.co.ex quo præcisa esse non potest. l. nam magistratus. ff.de arbi.

Sed difficultatem moueo, nam habeo, quod id quod subauditur in uno capitulo, non censetur repetitum in sequenti, patet, quia in primo capite edicti quod quisq; iuris, dolus subauditus, non censetur repetitus in secundo loquente in impetrante, ubi primum alias loquitur in iudice.§.item lapilli, iuncta glo.insti. de re.di.& per Doct.in.l.i.ff.quod quisq; iu.& forte non ab re, quoniam ex separatis non infertur.l.Papinianus exuli.ff. de mino. & nihilominus hic est secus, quia quemadmodum in bo.po.subauditur uerbum prædictum, si tamen ut diximus petatur, d.§. iudicandi necessitas, tradunt cano.in.c. ut debitus, de ap.subauditur etiam, & censetur in sequen. exemplo, missionis in po. repetitum. Pro sol.dicendum est, nec uideo aliud dici posse, quod id non semper sit uerū, maxime ubi rationis diuersitas non est inter unum & aliud capitulum, ut hic. sed diuersa est ratio in.d.l.i.in prin. ut p glo.ibi in uerbo si quis, quam not.dicit

Alex.in.4.col.ergo.

Secundo, gl.ista ponit diffinitionem
18 †ut in ea.

Cōtra quam multa adducuntur per Bar.& alios,& præcipue ac

Primo,dum dicit potestas de iure pub introducta, quia potestas patris in filiū & similium,est sacra & de publico intro ducta.l.post mortē,& ibi Bal.ff.de adop. & tamen non habet iurisdictionem,nec in eo iurisdictio considerari potest. l. nā ciuium.ff.de his qui sunt sui uel alie. iu. l.in suis.ff.de lib.& posthu.l.3.C. de pa. po.late Bar.in.l.frater à fratre. ff.de condic.inde.

Secundo,dum dicit, cum necessitate iurisdicēdi, qa iudices chartularii habent iurisdictionem,& tamen nō est cum necessitate iurisdicendi.l.i.ff.de iudi.l.rem non nouam.C.eo.

Et Princeps pariter habet, & tamen necessitati iuris non subiicitur. l. digna uox.C.de legi.l.princeps.ff.eo.

Nec iudex extra territorium existens l.fi.infra eo.

Nec excommunicatus.c.ad probandum,de re iud.

Nec in arbitrariis, de quibus in. l. in actionibus.ff.de in li.iu.& in.c.i. de re iudi. in 6. & in. l. ubicunq;. ff. de interroga.action.

Tertio & ultimo,dum dicit, & æquitatis statuendæ,quoniam à regulis iuris recedendum non est.l.illicitas.§. ueritas ff.de offic. præsi. l. prospexit. ff. qui & à quib.c.ne innitaris,de consti. & non ab re forte dicitur alibi, quod in iure omnis diffinitio est periculosa in. l. omnis diffinitio.ff.de reg.iu.& quod nulla est, quæ non facile subuerti possit in l. i. ff. de regu.cato.

Quam ob rem ut dixi alibi,& hic repeto,quia scitu dignum est, Plato diffiniens hominem,quod est Animal Bibes sine pœnis à Diogene Cinico derisus est,qui in eius auditorium Gallum gallinaccum pœnis ac pluma nudatum inuexit,dicens hic Platonis,homo est, ita ut postea latis unguibus diffinitioni adiectum sit.

Neq; Val.maxi.gloriam diffinire ausus est,unde oriatur, cuius sit habitus, aut qua ratione debeat comparari, ista omnia relinquens his, quorum in contemplandis huiusmodi rebus cura teritur.

Et sensit forte alibi iurifcon.in.l.3.in. §.i.quando dixit nullo certo modo satis diffiniri potest.ff.de testi.

Dicendum igitur puto, fore satis qđ diffinitio possit ut in pluribus uerificari.l.suus quoq;.§.puto,iuncta glo. ff. de hæ.insti.quam exclamat Aret.in.l.i.col. pe.ff.de testa.quia alias indubitatum est quod ex genere & differentiis constare debet,cumq; suo diffinito conuerti, ut in.l.i.ff.de testa.& insti.de ob.in princ.& utrobiq; not.

Vel sustinendo diffinitionem ad primum dicamus,stare ista simul, quod potestas sit in patre & similibus, & tamen non sit publica ut in iudice.

Non ob.secundum quia non habent proprie iurisdictionem, & si habent, habent in potentia non in actu, ut in.d. iuribus no.ad idem alleg.&sic territorio non cohærentem.

Non ob. tertium quia cum sit supra omnes iudices c.cuncta per mundum 9. q.3.l.deprecatio. ff.ad legem rho. de Iac. l.bene à zenone,de quad.præscrip.conuenit ut iurisdictionem habeat, quæ tamen non sit cum necessitate,sed nō pro pterea ut subuertatur ob hoc diffinitio, quēmadmodum dicebam supra & nouisime tradit in simili Bal.in diffinitione mandati,sustinendo Placen.in rub.ff. eo.in prin.

Non ob.quartum quia satis est quod habeat in territorio,cui cohæret, ut infra & in.l.pupillus,in.§. territorium. ff. de uerb.si.ex quo extra territorium,nec iudex est nec iurisdictionem habet. d. l. fi.infra eo.

Non ob.quintum quia si est excommunicatus,est extra ecclesiam,& omnē dignitatem, taliter ut nec iurisdictionē habeat,nisi absoluatur,ergo nec mirum si nec in eo potest considerari necessitas uulg.l.x.ff.de uerb.ob.

Non ob.ultimum, quia immo & in illis habet cum necessitate, quatenus ar bitrium regulatum est.l.uideamus.§.iurare.ff.de in li.iu.argumen.in.§.oportet, in authen.de iud.tradit Abb.in.c.ex parte,in.2.colum.de offi. de. & ut latius in. i.lectu.post Barto.& Docto.immo quod nec erat necessaria tanta disputatio, ex quo solum eam posuit glo.ut iudici necessitatem iniunctam esse demostraret dandi bo.po.si maxime(ut diximus)peteretur.

Additio.

Ad diffinitionis propositũ, nota adhuc, quod non debet esse diuersitatis copula intercisa, ut ista, sed continuata uerborũ serie, ut puta quemadmodũ dicunt Dialectici, homo est animal rationale, mortale, & maxima etiam quia semper subintelligitur æquitas sine qua iudex esse nõ potest.l.diuus.ff.de resti. in inte. l. quod si ephesi.ff.de eo quod cer.lo. imo quod ius semper præsupponit æquitatẽquam legis extensionem, siue potius intensionem dicere debemus, & sentit Bal. in.c. i.in.i,colum.an ma.suc.uxo.in usib.feu. ex quo etiam conuenientia quædam, siue honestas appellatur, quæ ius ipsum temperat & moderatur.l.nulli.ff.de leg. tradit Barto.in.l.i.in fi.C.eo.& propterea dici posset, omniaq; comprehendentur, quod iurisdictio nihil aliud sit, nisi potestas quædam, lege, magistratum gerentibus, concessa, quæ constabit ex genere & differentiis, conuertibilis erit cũ diffinito, & nõ intercidetur copula, nec superius adducta obstabunt in aliquo& ista sint satis.

Glo.4.

Ex ista glo.aliqua etiam colligi posse uidentur, & primo quod re ipsa, mittere in possessionem, est mixti imperii, & cõ
19 sequenter† quod missio hæc delegari nõ potest. Simplicis uero iurisdictionis, & sic delegabilis, cognitio, & pronuntiatio de mittendo.

5 Et non ab re, quia(ut supra etiam dictum est in.l.i.de offic.eius) præses prouinciæ pronuntiat aliquem esse in insulam deportandum, & tamen non deportat.l.si quis filio, §.eius.ff. de iniuſ. testa. l.illicitas.§.qui uniuersas. ff.de offi.præ.

Ad idem, Prætor cognoscit & pronũtiat tutorẽ, si de crimine accusetur atroci, puniri debere, & tamen non punit. l. i.§.fi.ff.de suspec.tu.l.i. §. item solent.ff. de offi.præfec. ur.l.i.§.suspecti.ff.ad Turpi.& adhuc dictum est in prælleg.l.i.

Cognoscit item de causa restitutionis in integrum, compromissarius iudex, & tamen non restituit.l. fi. ubi glo. nor.C.ubi & apud quem.

Et si causa delegetur, delegatus pariter sententiam suam non exequitur. l. à diuo pio, in princ.ff.de re iudi. quod tamen isto iure intelligendum est, non canonum.c.pastoralis.§.præterea, de offic. de.tradit Bald.in.l.i.in.§. in initio, in.2. col.ff.de offi.præfec.ur.

Et est simile ultimo loco, in authen. ad hæc.C.de iudi.ubi administrator seu præses, si publicis occupationibus impediatur, consiliariis suis causam cognoscẽdam committit, ipse uero exequitur, & decidit aliquid in.l.placet.C.de peda. iudi.& in.l.fi.in.§.adeo.C.ubi se.uel cla. & in.l.solent, de offi.procon.& in auth. clericus.C.de epiſ.& cle.

Et concordabunt infra inuicem contraria in.l.cognitio, in.§.fi. supra de offi. eius.& i.l.iubere cauere infra eo. & utrobiq; uerba hoc idem innuere uidentur, in.d.l.cognitio, quod mandari possit in d.l. iubere cauere autem, quod magis imperii, quam iurisdictionis, sit, & consequenter, quod mandari non possit.

Sed quæ est diuersitatis ratio? foret
20 enim† potius dicendum, missionem delegari posse, quam cognitionem, in qua maior industria considerari uidetur.

Respondet Ias. & si aliqui istud sibi ascribant hic, in d.l.iubere cauere, in. 3. colum.infra eo. quod cum hoc idem cõtineat expulsionem de possessione, ob quam solent generari magna scandala, statuit lex, non fieri nisi per maiores magistratus, quorum reuerentia partes acquiescant arg.l.i.ff.de offi.præfec.præto. in cognitione haud considerabile, & negari non potest.

Adde

Adde tu, probari in l. æquissimum. ff. de usuf. ibi cur etenim ad arma & ad rixam procedere patitur prætor, quos potest sua iurisdictione compescere & clarius in l. non est singulis. ff. de reg. iu. vbi non est singulis concedendum, quod p magistratum fieri debet, ne maioris tumultus excitandi occasio præbeatur, q̃ ratio militat etiam in missione, si fiat p iudices inferiores, q minimi sunt, & parum authoritatis habent, vt experientia docet, magistra rerum efficax, alias ualeret conuẽrio quoq; quod debitor à creditore retineri posset incarceratus, donec debitum solueret, & tamẽ improbata est à lege, tumultus excitandi (ut diximus) ratione, & quia ĩcarceratio pariter est meri imperii, quæ à priuatis concedi non potest. l. priuatorum consensus. C. de iu. o. iu. tradit Bal. in auth. sacramẽta puberum, in prin. C. si aduer. uen. & Anto. cana. in tract. de instrumen. execu. in. 32. q. in 1. col. aliquid Bal. in c. significasti ad fi. de offic. de. & idem ultimo loco in missione in possessionem specialiter ex primo decreto, ad propositum inquit Bar. alibi in l. si finita, in §. si quis autem ff. de dam. inf. quod ille contra quem est facta, nõ compellitur de possessione discedere nisi ex causa, si dubitetur ne partes ueniant ad arma, quod quidem fieri potest solum à maioribus iudicibus, signanter per. d. l. æquissimum, ergo (ut diximus) & ipsa actualis missio.

Alia ẽt & secunda assignatur rõ, q cum in missione reali exerceatur iurisdictio, quæ cohæret territorio, nõ debet posse fieri à delegato, ex quo territorium nõ habet, sed solus ille, qui habet mixtum imperium. l. à diuo pio, etiã supra alleg. in prin. ff. de re iud. l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. si. sensitq; Bald. in l. i. in §. 2. in 2. col. ff. de offi. præf. ur. & in l. ne quicquam in. §. ubi decretum, ĩ pe. ff. de offi. procon. & in c. significasti. de of. de.

Quæ non uidetur uera, quoniam delegatus, utitur iurisdictione delegantis. l. i. §. qui mandatam. l. & si prætor supra de offi. eius. c. sane, de offi. de.

Secũdo, q a de iure cano. delegatus ĩ po. mittit, & tamẽ nec dicto iure territoriũ habet. c. ex literis, & ibi no. de offi. de. & idẽ ĩ delegato prĩcipis esse declarat Bar. in. l. à diuo pio, in prin. ff. de re iudi.

Tertio & ultimo, quia magistratus muncipalis habet territoriũ, & tamen non mittit in po. l. ea quæ. §. i. ff. ad municip.

Sed potest responderi, & dici ad primũ, quod bene utitur iurisdictione mãdantis, sed non ut habeat territorium, quoniam sic etiam possent mãdari, quæ sunt meri & mixti imperii dictu tamen absurdum. l. i. supra de offi. eius.

Nõ ob. secundũ quia ẽt q territoriũ nõ habeat. mittit tamẽ dicto iure, quo omnia, quæ meri & mixti imperii sunt, absolute delegantur. c. quod sedem, de offi. ordi. & dixi in. d. l. i. de offi. eius.

Non ob. tertium quia stant ista simul, q territorium habeat ipse, & tamen non mittat, quia missio iure magistratus nõ competit. i. in eo non est cohærens territorio, ut in his, quibus d. ius mittendi à lege concessum est, perinde ac si non haberet, & ut latius per Abb. in c. si quis, contra, in pe. & fi. col. de fo. comp. & sic etiam ratio ista bona, et sensus sit, non mittere quia territorium nec ipse habet sicut nec delegatus ad effectum prædictum. Vel arg. retorque sic, quod si magistratus municipalis, qui habet territorium, nõ mittit, multominus mittet delegatus, qui territorium non habet & vt infra etiam dicam.

Tertia et ultima põt assignari, q a actus missionis cito expeditur, ubi cognitio et pronũtiatio simul de mittẽdo aliqđ tpis ĩteruallũ expostulat, igitur nec mitũ, cũ nõ fiat delegatio cõiter nisi ex cã, l. placet. C. de peda. iud. auth. ad hæc. C. de iud. §. ad hoc prohibemus, ĩ auth. de colla. si noluit lex ut actus missionis delegaretur cognitio autem sic, & dictum pariter fuit supra ĩ. l. i. ĩ uer. huius quoq; rei fortissimum est arg. de offi. eius, quæ causa tamen non appareat, neq; ex his sit, quæ delegationem permittant, quoniam tunc absolute permitti uideretur & sic ratio tuta non esset.

Et ad propositũ in simili uidemus pler

runq; etiam sic considerari à lege, quæ sunt facti transeuntis; & quæ permanentis, ut ea in notorium non transeāt, hæc autem sic, puta edictum in albo prætoris, & præconis uox. l. si uero. §. qui pro rei, & ibi Bar. in prin. ff. qui satisd. co. Item quæ momentanea, & quæ successiua, puta rem tradi, se in pristinam obligationem reponere, & insulam fabricare, ad effectus, de quibus per Bar. in. l. stipulationes non diuiduntur, in. 12. col. & in. l. si insulam, in 4. ff. de uerbo. ob. & in l. si cum exceptione, in. §. sed & si quis. ff. quod me. cau.

Item quæ celeritate absoluuntur, & quæ non. l. i. ff. de dam. insec. l. i. (singula singulis referendo) C. de execu. rei iudi.

Sed ad conclusionem ipsam redeundo,
21 moueo† difficultatem, quod immo exequatur etiam qui cognoscit & pronuntiat de mittendo, quia hoc est in criminalibus & quidem in delegato. l. fi. §. adeo supra etiam alleg. simpliciter & re missiue. C. ubi se. uel cla. l. solēt. ff. de offi. procon. auth. clericus quoq;. C. de ep. & cle. ergo multomagis in ciuilibus, & missione actuali in possessionem, de qua hic. l. in seruorum. ff. de pœn.

Sol. ex supra dictis colligitur, ut audacter dicamus, non esse uerum, & quia lex resistit, cum sit magis imperii, quam iurisdictionis sufficiatq; cognoscere & pronuntiare, arg. in. l. tutori. C. de nego. gest. & in. l. si non lex æliascētia. ff. de hæ. inst. Nec ob. contraria, quia id nō est generaliter uerum in iuribus illis, sed duntaxat, cum de rei innocentia constat, ut absoluatur. l. fauorabiliores. ff. de reg. iu. cui sol. tamē ob. tex. ī. l. i. ī §. fi. ff. de qō. ni si respondeamus, id esse ibi, quia bene uel male iudex erat functus officio suo. l. iudex posteaquam. ff. de re iud. cogita.

Rursum & aliter oppono quod uana sit dubitatio, an possit delegari, & an delegatus mittat, nec ne, quia magistratus municipalis habet territorium, & tamē non mittit. l. ea quæ. §. i. ff. ad muni. ergo multo minus delegatus, qui nullum habet territorium, immo nec iurisdictionem, nisi delegatam. l. i. §. qui mandatā, supra de offi. eius. Cogita.

Secundo, ex ista glo. colligitur, quod
22 pronuntiatio† de mittendo, est sententia diffinitiua.

Et non ab re, quia diffinit negotium principale, & quia fertur cum iudiciario ordine, & huiusmodi est ad differētiam interlocutoriæ, quæ fertur inter principium & finem causæ super aliquo emergenti uel incidenti in causa, iuxta gl. in cle. i. de seq. po. & fruc. quam celebrat & dicit sing. Are. in cons. xx. incip. in quæstione, in prin.

Et potest exemplificari in primo & secūdo decreto, quoniam missio ex primo interlocutoria est, alioq; nomine dicta appellataq; sententia tedialis, ut no. in. l. si finita, in. §. iulianus. ff. de dam. insec. & in l. 4. in. §. duas. ff. eo. & in. c. quoniam frequenter, in. §. fi. ut li. non cō. ut is scilicet contra quem fit missio, tedio affectus, ueniat respōsurus. ex secundo uero diffinitiua, ut hic, & latius in. l. præsenti, in. §. i. C. de his qui ad ec. confu. & in. l. fulcinius in. §. quid sit latitare. ff. ex quib. cau. in po. ea. & in. c. cum olim, de test. & ita etiam declarat Bal. licet d. glo. non alleget, in. l. qui restituere, in prima lectu. in fi. ff. de rei uen. & rationi cōsentaneum est.

Nihilominus putant aliqui aduertēdum esse, quia immo etiam ex secundo decreto (de primo enim non est dubitatio) appellatur interlocutoria, diffinitiua uero largo sumpto uocabulo, quo modo glo. hic debet intelligi, moti quia secus alleg. supra loquūtur, maxime in. d. l. præsenti, & in d. l. fulcinius, & in. d. c. cum olim.

Et pro rei ueritate, quicquid alias dixerim, nunc ita teneo, & probatur, quia negari non potest quod ad ipsam non procedatur contra absentem contumacem, quodq; uenditio & adiudicatio nō fiat etiam absq; li. con. ut in. l. præsenti, et aliis supra alleg. et in. l. cū proponas, et in auth. si minor. ff. de bo. auc. iud. po. et in. l. si pater. ff. de priui. cre. ergo interlocutoria necessario.

Imo ꝙ nec habet uim diffinitiuæ, ex

quo is contra quem est facta missio, auditur intra certum tempus ad reuocandam adiudicationem.l. fin. C.de iu.do.impe.usq; ad biennium scilicet, soluendo debitum interesse & expensas, præterquam tamen in causa noxali.d.l.si finita.§.postea.ff.de da.infec.& nisi statuto esset aliter prouisum, ita Bald. in.l.2. in.§.si absens in 2.col.ff. si ex noxa.cau.aga.

Et sic erit interlocutoria, quia negotium non diffinit, & quia non cum ordine iudiciario, sed sine, & absq; lit.con. fertur, qua iudiciũ formatur.l. amplius non petitum.ff.rem ra.ha.c.i.de li.con. & ibi Bal.dicẽs quod est lapis angularis ipsius, ut supra.

Et ex his inductio glo.præalleg.cle.i.de seq.po.& fruc.sublata manebit, & in specie eam quoq; reprobat, quod nõ semper sit uera, Ias.in.l.à diuo pio, in.§. in uenditione, in.i.col. ff. de re iud. Et ultimo loco ita quoq; tenuit Ancha.& bene consi.342. incip. Vicarius, in.fi.& ita transeo. Tamen cogita, quia plerũq; bona creditori non adiudicantur, sed uenduntur, & reus amplius non audiitur, & ad longum in materia uide Spe. in tit.de primo & secundo decre. in.§. nunc dicamus, in ult.col.

Tertio ex, ista glo.colligitur, q licet
23 † missio actualis, & re ipsa, mixti imperii sit, seu magis imperii, quam iurisdictionis, & indelegabilis.d. l.iubere cauere infra eo.d.l.ea quæ.ff. ad muni. poterit tamen per nuncium expediri.

Et hoc quia expeditio, est nudi facti, nec resistit lex quominus fieri per eum possit.l.is cui.§.missus.ff.ut in po. le. & in.d.l.iubere cauere, declarat Ias.i 3.col. in.fi.& signanter quidem per istam glo.

Sed contra, quia hoc ipsum facti est, nec per alium põt explicari, cum industria personæ electa sit.l.unica.§. ne autem, uer.sin uero.C.de ca.tol.

Sol.uerum est, quando factum personæ inhæret, nec potest per alium explicari, sed hic non inhæret, quominus nudum per nuncium explicetur, ergo, & uidetur casus in simili in.l. operæ.ff.de ope.lib.declarat Ias.in.l. si non sortem, in.§.libertus, in.6.col.ff.de condic.inde. Et nudum factum dixi, quia nõ esset ipse nuncius aliter capax, sicuti nec alius, potestq; in arg.commode induci etiam tex.in.§.sed cum factum.inst.de stip.ser. & in.l.cum proponas.C.de hæ. insti. & optima gl.in.l.qui hæredi.ff. de cond.& de.& eo magis, quia affert signum, quo ei credatur, alias executio non ualeret. c.prudentiam, in prin.de offi.de.c. significante.c.cum parati, & utrobiq; no. de ap.& in simili per Bal.in.c.2. & in c.qđ super his, de fi.instru. quale etiam illud de filio emancipato, qui si exhæredatus à patre querelam petat, quæ est de iure ciuili, eoq; iure penitus incognitus nõ admittitur, nisi bo.po.impeteret, gratia litis agnoscẽdæ, qua vt pote signo agnoscatur, nõ secus ac Moyses, uirga, quod cum Deo locutus fuisset.l. posthumus. §.fi.ff.de inoffi.testa.& Exo.(singula referendo singulis)c.4.

Respondet etiam glo. quod aliud sit iubere, & aliud delegare, quodq; delegatio prohibita sit, non autem iussus, sed confundi uidetur ex no.in.d.§.nos aũt, in gl.alleg.inst.de atti.tu.& in.l.nec mãdãte. ff.de tu.& cu.da.ab his ideo ꝗ melior. Vel dic quod & ista optima sit, aliter deducendo, quoniam præses iubeq magistratui quod det tutorem.l.lucius. §.cum testamento.ff.de admi.tu.l.2.§.fi. mater.ff.ad Tertu.l.diuis.ff.de tu.& cu.da.ab his & tamẽ nõ mãdat.d.l.nec mãdante.ff.eo.& ut alias latius in.l.sæpe.ff. de offi.præsi.& dictum fuit in.l.i. de officieius.

Vel & tertio dic, tolerabile esse hoc casu, quoniam nuncius uerba concipit in personam domini.l.qui aũt.§.fi.ff.de cõsti.pe.tradit Bar.in.l.i.§.i.& 2.ff. de procu.ubi dicit etiam quod est tanquam pica & organum, quo mediãte uadit uox unius ad alium, sicut per epistolam, & hinc ẽ quod raro lex nuncii mentionẽ facit, quin etiam faciat epistolæ.l.i.in fi. ff.de contrahen.emp.& inst.de ob. quæ ex consen.in prin. in delegatione haud considerabile.& ut etiam Bar.hic.

Additio.

Glo.ista in sui prin. præsupponit unum, quòd maioris iurisdictionis sit executio, quàm pronuntiatio,& est uerum, ut probauimus supra.

Sed dubito, quod si iudex ex forma statuti executionem facere non possit ultimo mense sui officii, an possit saltē pronuntiare exequendum esse? Dicunt Docto. ꝙ sic, ex quo exequi & pronuntiare exequendum esse, differūt l.si quis filio.§.eius.ff.de iniuf.testa.l.illicitas.§.qui uniuersas.ff.de offi. præsi.l.i.§.fi.ff.de suspec.tu,cōiuncta.l.j.§.suspecti,ad Turpil.l.qui se dicit.ff.de iudi. tradit Barto.in.l.si finita, in §. Iulianus,in prin.ff.de dam.infec.mult a Feli.in c. nō potest,in.i.col.de re iudi.& Abb. in c.2. de accu.& idem Bart.in l.solent.ff. de off.procon. In tantum ut successor eam sequi teneatur, si iusta sit, alias non, poteritq; reuocari, ex quo est interlocutoria, negotium in totum non diffiniens iuxta Index. C.de sen. & ibi Bald.qui idem quoq; dicit in d.l.solent.

Sed contra, quia statutum est particula legis, nec differunt, nisi ut genus & species.l.omnes populi.ff.de iusti. & iu. uerum legi fraus fieri non debet.l. contra legem.ff.de legi. quod utiq; esset, si pronunciatio permitteretur, saltim indirecte, ex quo uno prohibito, prohibetur omne id per quod peruenitur ad illud.l.oratio.ff.de spon.ergo.

Secundo, quia fieri non debet id, qđ factum non releuat.l. hæc stipulatio. §. diuus.ff.ut lega.no.ca.sed pronunciatio non releuat, quia executio fieri non potest, ergo.

Tertio & ultimo, quia potentia propinqua actui, actus est.l.pe. ff. de mi. testa.l. quæsitum.§.illud fortassis.ff.de lega.3.l. abesse.l.qui mittuntur. ff. ex quib. cau. ma.ergo prohibita executione, quæ est actus, pronunciatio etiam à statuto prohiberi uidetur, quæ est potentia ad ipsū actum deducibilis.

Quibus tamen non obstan. à prima opi.recedendum non est, nec primum facit, ꝙ fiat fraus legi, quia non est uerū, si (ut diximus) potest reuocari. Vel responde, ꝙ regula locum habeat præterquàm in casu isto, ex quo statutum, hāc interpretationem à iure fieri patitur.l.i. §.lex Falcidia,& ibi not.ff.ad le. Fal.l.2. C.de noxa.late Bar.& Scriben.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.

Non etiam secundum quia immo releuat, cum successor eam sequi teneatur, si iusta sit. Vel dic, ꝙ licet non exequatur ipse, exequitur tamen successor, & sic omnino operari uidetur.

Non deniq; tertium & ultimum, quia poterat etiam non deduci ad actum, ut supra ergo prohibitio executionis non propterea arguit prohibitionem pronūciationis & ita tene.

Glo.constituere.quæ est quinta.

Glo.hæc in ulti.sui parte, (in princ. enim clara est, & dictum fuit satis in.l.i. de offi.eius) concludere breuiter uide-
24 tur, quod licet datio† tutoris pupilli fauore delegabilis sit, esto quod mixti imperii dicatur, alia tamen, quæ huiusmodi sunt, delegari non poterunt, quamuis habenti iurisdictionem, ut puta bo. po.

Nec mirum, quia specialia multiplicari non debent.l.i.C.de do. pro.l.cum post.§.gener.ff.de iu.do.

Sufficitq, (inquit alibi text.) si in paucis amici laboribus consulatur, in.l.tutori.C.de nego.gest.

Et quia miles etiam priuilegiatus est sed non in omnibus casibus, nec libertas, ecclesia, & similes.l.in fraudem.§.fi. ff.de mi.test.l.fi.ubi bona & not. glo.C. de sacrosanc.ec.

Et ratio est secundum glo. quia lex se adaptat ad ea quæ plerunq; eueniūt, non raro, ex quo hæc (ut Theophrastus ait) contemnunt legislatores. l. iura. l. nam ad ea.ff.de legi.plerūq; autem euenit tutoris datio, & non bo.po. agnitio ergo.

Quam dicunt fatuam Docto. quia immo plerunq; etiam datio bo.po.euenire potest, ipsaq; experiētia docet, magistra rerum efficax.

Salua tu, cōparatiue hoc idem intel-

lexisse, ita ut sensus sit, bene uerum fore, quod plerūq; possit euenire bo. po. delatio, & agnitio, sed tutoris datio frequētius, ideo relaxata est etiam facilius iuris communis dispositio pupillorum fauore, hoc casu, quam illo, argum. in l. ubi autem non apparet, ibi bono melius inueniri potest. ff. de uerbo. ob. & in l. si apud. ff. de mi. quem tex. inducit Bal. in c. in præsentia. in 3. colum. de proba. & in c. cū dilecti, de dona. uocaturq; solecismus apud oratores, & schema alias à Poetis, perinde ac si diceremus, pulcher erat Eurialus, sed comparatiue ad Ganymedem, deformis. humeris superabat Æneas omnes, Pylophemi tamen comparatione, pygmeus uidebatur hominibus.

Sed adhuc contra, quia non potest exprimi casus frequentioris usus, quin exprimatur similis, secundum glo. in l. i. C. de rap. uir.

Solue ut in prima lectu. Vel dic ut prius, nō esse uerum ne detur specialiū multiplicatio. l. i. C. de do. pro.

Alia tamen ratio inde etiam assignatur, quod hoc idem sit, quia præiudiciū maius est pupillo non habenti tutorem hoc casu, quam in datione bo. po. cum habeat, ita ut delegetur illo, isto autem non & sentit Bar. hic.

Quæ periculosa quoq; uidetur, ex quo hoc attento, non deberet posse delegari. l. i. in fi. ff. de offic. præfec. præto. §. audient quoq;, in ratione sui, in authē. de defen. ci. & tamen delegatur.

Salua, præiudicium esse in hoc, quoniam cito eidem prouideri debet, ne detrimentum patiatur, quod utiq; non esset, si cogeretur ire ad iudices superiores, ergo, & est simile l. l. fi. C. ubi & apud quem.

Sed contra, quia si esset hoc uerum, delegaretur generaliter; & tamen non delegatur, nisi in casu. §. pe. insti. de atti. tu.

Dicerem igitur ego tertio, hoc ideo esse, ut in bo. po. delegatio locum non habeat quia non est de casibus à iure expressis, ut in datione tutoris, priuilegiumq; personale istud, illud uero reale ut in simili inquit Barto. in l. sunt qui in prin. ff. de re iudi. & ad propositum facit, quod delegatio nō fiat eorum, quæ sunt mixti imperii, nisi in casibus à iure expressis, quia sic uidemus etiam, quod quis præsumptionibus non est damnādus. l. absentem. ff. de pœ. nisi in casibus à iure expressis. c. afferte mihi gladium, de præsump. tradit Barto. in l. quod nec ua. in 6. colum. ff. de po. quodq; damnatus infamis non efficitur, nisi in casibus à iure expressis, & in edicto prætoris, de quibus in l. i. ff. de his qui no. infa. declarat Bald. in c. super eo. in prin. de testi. & ita in rusticis & aliis errantibus in iure, quod regulariter non excusantur, sed in certis casibus, not. in l. 2. C. de in ius uo. & in l. iuris ignorantiam. C. qui admi. & sic uel hanc, uel primam teneas.

Dicunt etiam aliqui hic, aliter, quod glo. male loquatur, quod datio tutoris, possit delegari, quia non est uerum, nisi in casu quando facultates pupilli sunt tenues, & inaduertenter quidem, cum nec ipsa aliud sentiat, ad idem allegando tex. in d. §. pe. insti. de Atti. tu. l. nō solum. §. si liberationis uerba, & ibi Bar. ff. de libe. leg. & propterea dubitatio optima est, resoluenda ut supra.

Et ad materiam nota, glo. de bo. po. intellexisse, secundum quod olim decernebatur, quoniam alias secus, ut diximus in 2. supra & probatur in l. fi. C. qui admi.

25 Sed quid si pupillus, necesse haberet litigare† extra prouinciam, an cāæ mixti imperii, ipsius fauore, hoc casu possit delegari? Bar. hic sentit quod sic.

Motus per tex. in l. i. C. quando imp. inter pup. in cuius inductione ualde scriben. insistunt.

Et hoc modo probare uidetur, quia sicuti ipsius pupilli fauore indutum est ibi ut delegatio extra prouinciam facta annulletur, ita pari ratione fieri potest delegatio, ne ire extra prouinciam ad litigandum cogatur, quoniam contrariorum eadem est disciplina. l. i. ff. de his q. sunt sui uel alie. iu.

Vel

Vel & secundo quod sicuti, si ei expediatur, potest extra prouinciam litigare ibiq; trahere alios, ita poterit in prouincia litigare, legis permissione.

Eoq; magis, quia si extensio de uno casu ad alium permissa est ex identitate rationis, etiam in odiosis, authē. quas actiones, ubi Barto. & omnes. C. de sacrosan. ec. quanto magis permitti debet in fauorabilibus, & miserabilium personarum gratia. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. c. cum dilecti, de dona. cum similibus.

Ego breuiter contrarium teneo, ex quo regulam habemus, à qua recedere non licet. l. ab ea parte. ff. de proba. tradit Barto. in. l. 2. in. 2. colum. ff. si quis in ius uo. non ie. quod quæ mixti imperii sunt non delegantur nisi in casibus à iure expressis, ut etiam dicebam supra iste non est expressus in iure, ergo.

Secundo, quia in dubio, ut pariter dicebam supra specialia multiplicari non debent. l. i. C. de do. pro. l. cum post. §. genere, de iu. do. sed hic multiplicaretur, ergo.

Tertio & ultimo, quia delegatio odiosa est sui natura c. i. ubi glo. not. de rescrip. in. 6. ergo restringenda, ut locum habeat duntaxat in casibus à lege permissis.

Nec ob. tex. in. d. l. i. quia non probat secundum primam inductionem, ex quo casus diuersus est à delegatione, stātq; ista simul, quod delegatio extra prouinciam facta, annulletur, & tamen non fiat, ne extra prouinciam ire cogatur, quoniam ita læditur ius commune si fiat, sicuti si non annulletur, annullari igitur potest, ne lædatur ius commune, & dicta ratione etiam non fieri, & sic regula contrariorum tolletur.

Non etiam secūdum aliam inductionem, quia si potest extra prouinciam litigare, multo magis poterit in prouincia, ex quo litigat coram suo iudice, uerum ubi fit delegatio, iudici suo detrahitur & ius commune læditur, quia causa indelegabilis est, ergo simile non erit bonum, quo argumen. nullum est fallacius, ut not. in. l. non possunt. ff. de legi. & in c. per uenerabilem, qui fi. sint le.

Non ob. ultimum, quod extensio in fauorabilibus fieri debet, quia uerū est, nisi ex extensione (ut diximus) ius commune lædatur, quia tunc fieri non debet, ius autem commune læderetur, hic ut supra ostensum est, ergo, & not. in. l. quicquid astringendæ. ff. de uerbo. ob. quo factum est ut dicamus etiā minus lædi debere, quam sit possibile. l. si serui uestri. C. de noxa. c. cum dilectus, de cō sue. & est exemplum in donatione, qđ ex pacto nudo oriatur actio. l. si quis argentum. §. fi. C. de dona. ut restringatur (hoc idem enim lædit ius cōmune, nec est regulare. l. iurisgētium. §. igitur cum nuda. ff. de pac.) nec habeat locū in donatione remuneratoria, aut præsumpta secundum Barto. in. d. l. iuris gentium, in. §. quinimmo: in ulti. colum. ff. eo. & ad idem facit etiam, qa non ita sumus in dubio pupillorum fautores, ut ius commune lædamus, argumen. in. l. assiduis. C. qui po. in pi. ha. & in c. ex tenore, de so. cō. & ideo sub dubio forte Bar. locutus est. Cogita.

Glo. sexta & ultima.

Glo. hæc ultima, nihil aliud dicit, nisi quod hoc est exemplum quartū simplicis
26 iurisdictionis† & bene, per text. ubi hoc ad literam elicitur in. l. imperiū in fi. infra eo.

Idest quod dare iudicem litigātibus, seu delegare, est simplicis iurisdictionis

Cum modificatione tamen, inquit glo. si causæ competant iure magistratus, & sint delegabiles, alias non, & ut latius in. d. l. imperium.

Sed pro nunc difficultatem moueo, nam certum est, quod delegatio expeditur officio iudicis nobili, nulli actioni deseruienti, ergo dici non potest, quod sit iurisdictionis, quodq; competat cuilibet magistratui, iurisdictionem simplicem habenti. l. imperium, & ibi not. infra eod. l. nequicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. procon. l. ea quæ. ff. ad municipa.

Pro sol. inuoluunt se scriben. in. d. l. imperium. Placet breuiter, ut uerbis

glo. nostræ hic inhærentes dicamus, qd delegatio sit mixti imperii regulariter, ratione supra dicta, & etiam simplicis iurisdictionis, quando causæ iure magistratus competunt, & possunt delegari, adeo ut non ab re implicando dixerit Iuriscon. in d. l. imperium, quod iurisdictio est etiam iurisdictionis, si competat actio, cui officium iudicis in delegãdo deseruiat. Puta si proposita actione, & lite pendente fieri petatur ex aliqua causa, uolueritq; non solum exempla mixti imperii hic ponere, uerum etiam simplicis iurisdictionis modo prædicto cum de mero fuerit locutus, in l. i. supra de offi. eius. vt verificaretur regula quod iusdicentis officium latissimum est, & hæc sufficiant.

Extra glo. quæstio prima Bar.

Modo sumpta occasione, de pluribus dubitare contingit, & primo an officium & iurisdictio† sint idem, & breui
27 ter Bar. aliquos casus discurrit.

Et primo quod sint idem, diuersimo de tamẽ, si simpliciter & absolute capia tur prout non cohæret personæ.

Exemplum, si dicamus officium regis uel principis, aut cuiuslibet alterius magistratus.

Nam cum officium dicimus, tũc per sonã principaliter, cui inest administratio, cum iurisdictione, & postea iurisdictionem ipsam denotamus. l. honor. ff. de mu. & ho. l. fi. C. ubi & apud quem.

Cum uero iurisdictio exprimitur, ipsam principaliter denotamus, postea officium cui inhæret.

Et sic (inquit) semper unum est & omni tempore, licet personæ mutentur. l. proponebatur. ff. de iud. c. si gratiosæ, de rescrip. in 6.

Quod unum enim sit semper, licet personæ mutentur, negari non potest, ex quo iura præallega. hoc dicunt ad literam.

Adde signanter Barto. ita quoq; dicẽtem in l. meminisse, in princ. ff. de offic. procõn. & plus quod multo magis idẽ dicetur, licet personæ & officiales non mutentur, sed reconfirmentur, per bo. tex. in argu. tamen, in l. sed si manente, ff. de preca.

Et alibi in l. cum apud, in ult. colum. ff. iud. sol. quod stipulatio iudicatũ solui non extinguitur ex iudicis mutatione, quia idem est omnino iudicium.

Et in l. cum & iudices, in 2. col. C. de iu. cal. quod si in medio litis mutetur ad huc iudex, ex eisdem actis iudicandum est, & non amplius de calumnia iurandum.

Et alibi Calde. in consil. xxi. incip. in ecclesia, de præben. quod capitulum idem est semper præsens, præteritum & futurum.

Et alibi Flo. de S. Pe. in l. seruitutes, in §. si sublatum. ff. de seru. ur. prædio. quod destructa ecclesia, de facto tamen non si de iure, adhuc indulgentiæ, quæ erant in ea concessæ à summis pontificibus, durãt, ex quo eadem esse dicitur, nec habet dubium.

Verum aduertendum est, quia paulo superius, uerba Bart. contradictionẽ & repugnantiam continere uidẽtur manifestam.

Nam dicit primo quod simpliciter & absolute officium consideratur hoc casu, prout personæ non cohæret.

Postea quod personam denotamus principaliter, cum officium dicimus, & aduertunt etiam Doct. hic.

Item quod unum est, licet personæ mutentur, & sic semper de personis facit mentionem.

Sed facilis est sol. ut dicebam alias, ꝙ intellexit, personæ non cohetere particulari.

Postea cum subiicit, personam denotari ex officii expressione, intellexit in genere. et sic in abstracto.

Et sic quando dixit, unum esse, licet personæ mutentur, adhuc in genere, & in abstracto intelligendo.

Et pro rei ueritate, sensus est, in abstracto & simpliciter, non esse officium absq; iurisdictione, neq; iurisdictionẽ absq; officio, semperq; unum & idem, ut diximus, licet personæ mutentur.

Secundo, discurrit Barto. quod diffe

28 rat† à iurisdictione, considerando officium prout cohæret personæ, & sic in concreto, ipsumq; accipiendo pro totali administratione.

Et hoc, quia iurisdictio est ius, & potestas publica, cum necessitate &c. ut supra in glo. potest. officium uero exercitium ipsius iurisdictionis. l. 4. §. in eum. ff. de admi. re. ad ci. per.

Subiiciẽs adhuc, unum esse hoc modo, in persona cuiuslibet iudicis, d. c. si gratiose. l. cum apud. ff. iu. sol. & bene.

Sed duo obstare uidentur, primo gl. in rub. supra eo. ubi officium & iurisdictio pro eodem ponuntur, dicit enim sic supra uisum est de officio uniuscuiusq; nunc uidendum est, de omni iurisdictione.

Secundo, quia si esset unum in persona cuiusq; iudicis, in casu. d. l. cum apud, fideiussores etiam tenerentur in 2. instantia, qui erant obligati in prima & coram iudice à quo, & tamen non tenentur.

Pro sol. dic primum non obstare quoniam glo. prædicta improprie locuta est patet ex supra dictis & quia postea aliter dicit in fi. quod cum fuerit uisum de iurisdictione tam ordinarii, quam delegati, uidendum esse de iurisdictione cõmuniter.

Non secundum quia id est, non quia officium nõ sit in persona utriusq;, sed quia fideiussio stricti iuris dicitur sui natura, nec debet extẽdi de casu ad casum l. i. §. uerbis. ff. de ac. & ob. Vel quia sentẽtia secunda, erat confirmatoria primæ. cum reus uicerit in ea, & in alia succubuerit, ita ut nec mirum sit, si promissor non tenetur, & declarat Bal. in. l. tale pactum, in. §. qui prouocauit, in repe. in. 3. colum. ff. de pac. Vel secundum Bartol. quia cautio iudicatum solui, erat limitata respectu certi iudicis, quo mutato perit; non quod unum nõ sit (ut diximus) in persona utriusq;, in. l. cum & iudices in. 2. colum. C. de iu. cal. & uerba eiusdẽ hic, nõ aliud innuere uidentur, & vt in i. lect. latius, ubi etiam dixi utilitatẽ resultantem ex ista disputatione.

Et nouissime, ac ad propositum abstracti & concreti, adde in simili, quod in abstracto etiam fides una est, in concreto uero plures, sicuti sunt plura indiuidua, similes tamen, ita idem Bar. in. l. i. in 3. col. C. de sum. tri. & fi. ca.

Item ius æquum & bonum primo modo l. i. in prin. ff. de iusti. & iu. secundo uero non, prout in causis exercetur. l. i. & ibi Sal. in. 2. col. C. de legi.

Item stipulatio una abstractiue consi derata, cõcretiue autem plures, propter res in ea contentas l. i. l. scire debemus. ff. de uerb. ob.

Item testamentum unum, plura uero, quia plures dispositiones complectitur, ut inquit Bal. in c. i. in §. ex eadẽ, in fi. de le. Corra. in usibus feu. et ut late dixi in lib. obser. i. obser. i. de abstracto et concreto.

Quod abstractum etiam est forma aliqua cum exclusione subiecti, ut albedo.

Concretum autem, quod significat eandem formam, cum hærẽtibus subiecti, ut album.

Et quod appellatur deniq; aliter denominans, et denominatum. Vel dic, ꝙ abstractum sit qualitas uisa ab intellectu, concretum uero, uisa ab oculo.

29 Tertio et ultimo† discurrit Bar. quod si consideretur, non pro totali administratione, sed prout particulariter exhibetur in quibuslibet causis tunc officiũ erit genus generalissimum, comprehendens omnes species officii, ut infra per quas iudex potest aliquid facere, ut hic, et bene, alias à præcedenti discursu nõ differret.

Tamen aduerte, secundum quosdã hic, quia ita hic capi deberet, et ꝓ exercitio sumi, sicuti supra quando de totali administratione agitur, argum. in. l. si duo. ff. de adm. tu. ubi tãtum debet operari species in sua specie, quantum genus in suo genere. Adde tu meliorem text. in. l. sin autem, in. §. sed et is. ff. de rei uen. ubi idem operatur rei uendicatio, quæ specialis est, ut doli præteriti habeatur consideratio, quod petitio hæreditatis, quæ est uniuersalis.

Qui

Qui postea respondent, quod quando sumitur pro totali administratione, non capit distinctionem generis & speciei, in causis particularibus autem sic, & male quoniam adhuc non assignatur ratio, stante regula prædicta, quare plus capiat uno casu, quam alio.

Ideo dic tu aliter & in forma, quidem argu. respondendo, quod regu. prædicta locum habet duntaxat, quando diuersitatis ratio assignari non potest, alias autem non, ita ut in multis casibus fallat, de quibus per Bald. in. l. sed & si quis in. §. quæsitum, in. 2. colū. ff. si quis cau. sed hic diuersitatis rō assignari potest, quoniam si capiatur pro totali administratione, capitur solum ut à iurisdictione, sicuti potentia ab actu, differat, quemadmodum ostensum est, alias autem ut solum prædicetur de pluribus officiis, nobili & mercenario, ergo, & hoc modo deducendo forte posset procedere ambigua prædictorum solu. ut supra.

Sed ultra eos aliud est, quod magis urget, quia in primis non docet Barto. quid differat officium à iurisdictione, et an sint idem ut aliis casibus, & in terminis in quibus quæstio proposita est.

Demum quia uidetur mihi, quod tātum sit dicere, quod consideretur in quibuslibet causis, quātum in quibuslibet magistratibus, prout in primo discursu, sed eo casu, officium & iurisdictio, sunt idem, ergo nec in casu isto diuersa.

Pro sol. dic ad primum, quod resoluit paulo inferius, differre. Ad secundū uero, ꝙ argu. habet fallaciam, quia in causis (ut diximus) particulariter exhibetur. In quibuslibet magistratibus uero simpliciter consideratur & in abstracto. ergo, nec mirum si stat uno casu tanquam genus alio autem non. Sed adhuc cogita si diuersa sunt quod non discrepabit casus iste à præcedenti, & ut in prima lect. latius. Et forte melius esset si diceremus simpliciter, ut diximus alias, officium oīmodo differre, consideratum ut in pluribus, & eo mō quo cōsiderari debet, à iurisdictione, ut officiū sit exercitium, siue actus & executio in facto consistens, iurisdictio uero, potestas quæ exercetur, siue potētia, quæ deducitur, tā quā Domina, & prout iuris est, ad actū l. 2. §. post originē. ff. de ori. iu. tradit Bal. in rub. de offi. de. in ulti. col.

Secunda Bar. quæstio.

Secundo, dubitare contingit, utrum offi-
30 cium iudicis † & actio, sint idem, & breuiter concludit idem Bar. quod non, si ipsum consideramus, prout personæ iudicis cohæret, sed quod differant ualde. Et bene, probaturq; secundum eū quia actio est ius prosequendi in iudicio qđ nobis debetur. §. i. inst. de actio. officium iudicis uero, ius faciendi ea quæ sibi facienda incumbunt.

Et quia actio competit parti, officiū uero iudicis, iudici.

Et sicuti differt ab actione, subiicit, differre etiam à iurisdictione, cōprobando potius ea q̄ dixit in p̄cedenti. q. q̄ istud.

Et hoc quia quemadmodū per actionem quis cōsequitur quod erat in obligatione, ita per officium iudicis producitur ad effectū ꝙ erat in iurisdictione.

Quasi officium iudicis, productio q̄dā sit iurisdictionis de potentia ad actū & facit etiam quia actio obligationem præsupponit maxime personalis ipsius actionis matrē. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. officium iudicis nullam. l. qui per collusionem. ff. de actio. emp. in fi. & indicat nominum diuersitas. l. si idem. C. de codicil. diffinitionis. l. i. C. de iu. emph. & titulorum ut in c. præsentium in §. testes & ibi Gemin. col. 4. de test. i 6. Et q̄a ubi deficit actio officiū iudicis imploratur. c. sane & ibi Bal. nu. 12. de renū, & ut per eum latius.

Sed huic conclusioni plura obstant, Et primo ꝙ sit potius factum, quā ius, nam (ut diximus ī rub. de offi. eius post Bal. tamē ī rub. de of. de. ī ult. col.) actus est, & exercitiū quoddā, quod in facto cōsistit, ut patet ad sensum, & probatur in l. legatis in §. i. ff. de leg. 3. & in. l. i. in §. si is qui nauem. ff. de exercito. ac. & in. l. consilio. ff. de cu. fu.

Secundo, quia plerunq; iudex assumit personam partis, ita ut parti competere

non uideatur actio nec ab officio ipsius differre.l.de pupillo.§.meminisse, ubi glo.not.ff.de no.ope.nun. l. bonorum. C.qui admi.tradit Bart.in.l.3.in.§.idem scribit,in 3.colum.ff.de pecu.& in. l. ait prætor,in.§.hæc uerba.ff.ne uis fi.ei. & in.l.si ob causam, per illum text.qui ad hoc allegatur.C.de euic.

Tertio & ulti. uidetur quod adhuc non differat à iurisdictione, ut actio ab obligatione,quoniam obligatio uti mater est,actio uero uti filia, uel tanquam causa & causatum.l.licet.§.ea obligatio. ff. de procu. nullibi autem legimus, quod iurisdictio pariat officium iudicis ergo.

Quibus facile responderi potest, & dici ad primum,non obstare, quoniam uerum est quod in facto consistit, sed tamen stant ista simul quod etiam sit iuris & propterea Barto. prudenter locutus est,dicens quod est ius faciendi ea, quæ sibi facienda incumbunt,& est simile in itinere,quod est ius, & tamen ire est facti,& in contractu,declarabiturq; quod habetur in.d.l.consilio, quoniam cõtrahere pariter est facti, contractus autem iuris,secundum Ange.in.l. ex hoc iure, & est uerum ac rationabile in.i.col.ff.de iusti.& iu.& ita quoq; in consuetudine inquit Bal.in.c.cum dilectus, in princ. de consue.pluraq; huiusmodi sunt, nõ scribenda aliter.

Non ob.secundum quia dici posset, id regulare non esse,nec attendendum. l.ab ea parte.ff.de proba.l. nam ad ea. ff. de legi.c.quæ à iure, de reg.iu.in 6. Sed aliter etiam respondeo, quod in eo uti iudice,officium iudicis est,uti parte uero actio,adeo ut differre omnimodo uideantur.l.si consul.ff.de adop.l. cum semel,vbi bo.tex.ff.de tute.l.fistulas.§.i.ff. de contrahen.emp.tradunt scriben.in.l. debitori.C.de pac.in prin.& ideo quando aliquis facit,seu facere potest duo cõpatibilia unum tanquam ipse,aliud tanquam alius,idemptitas personæ in altero nõ inducit uitium,uel errorẽ, inquit alibi Cald.in cons.8.inc.legatus,in fi.de præben. & ad propositum aliis prætermissis, commode probari potest, quia fingitur facere pars, quod facit iudex.d. l.si ob causam.C.de euic.ubi mulierem condemnauit iudex,sententia transiuit in rem iudicatam,bona eius à iudice vẽdita fuerunt uolebat mulier ipsa recuperare,inquit tex.non posse,quia cum teneatur de euictione, repelletur iuxta regu.quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.l. uendicantẽ.ff.eod.ergo quod fecit iudex, hac de re perfecisse uidetur,ergo non tolletur, quod non differat eius officium ab actione,regulariter competente parti & ita tene.

Non ob.tertium quia antecedens verum est, consequens autem falsum, nam si non esset iurisdictio, utiq, nec officium iudicis foret necessarium, argumen. in.l. 2. in.§. post originem. ff.de ori.iu.ita ut audacter dici possit,ab surditatis uitandæ gratia, quoniam ars & natura, nihil operantur frustra. l. quibis idem.ff.de uerbo.ob.quod immo iurisdictio officium iudicis pariat, sicuti obligatio actionem.

Vel quod Bar.aliter loquatur, quod sicuti quis per actionem consequitur ꝙ erat in obligatione ut supra ita ꝙ erat in iurisdictione.i.debitũ per officiũ iudicis ad effectũ perducitur, ꝙq; à simili arguit,& ꝙ sufficit ẽt si sit in aliqua parte tantum.l.fi.in fi.C.de tempo. in integ.resti. pe.& similitudo formata sit ab eo ꝙ est magis simile.l.i.de re.du.declarat Bal.in l.arboribus,in.2.lec.in fi.ff. de usuf.imo quod etiam si sit à remotis, toleratur,ꝙ est notandum.c.querenti,de offi.de.per quem tex.ita etiam dixit Anto.de bu.in c.non debet,in prin.de consan.& affi.& exemplificat Abb.in prohe.in 7. col. in uer.i.nota.ꝙsicut in corpore sunt quĩq; sensus ita liber ille diuidi debuit ĩ q̃nq; partes,quod est multum à remotis,& tamen sufficit & ubi in iure reperitur, ibi ẽ constitutio ratiocinatiua,ut rhetorici dicunt,quod etiam figuratiue catatypo sis appellatur, & nascitur ab exemplis, ita ut quod exempli causa dicitur,ad omne simile porrigatur.l.regula,

.§.fi.ff.de iu.& fac.igno.l.scire oportet.§ i.ff.de excu.tu.tradit Bal.in.l.i.in.prin.ff. de iusti.& iu.

Secundo, concludit Barto. quòd ius impetrandi officium iudicis,& sic competens parti, non est idem qđ actio† sed adhuc differunt.

31 Et probatur ex tribus(idem enim est dicere aliàs, quod similitudinem cum actione habeat, ut subiicit, & quod sint diuersa, ex quo simile nõ est idem.l.qđ nerua.ff.depo.& ibi Bar. & patet, qͣ codicilli similes sunt testis, & tamen non sunt idem .l. si idem .C. de codi. nec secus in præcario, & commodato dicitur in.l.i.in prin.ff.de præca.&in ultimis voluntatibus ac contractibus bonæ fidæi, in.l.in minorũ.C.in quib.cau. in integ. resti.non est ne.) & primo quia actio ex obligatione oritur.l.licet.§.ea obligatio ff. de procu. & nimirum adde tu, quia mater est, contractus pater,& necessario actio filia, uel contractus pater, obligatio filia, actio uero neptis, iuxta not. in l.i.ff.de eden.officium autẽ iudicis nullam præsupponit obligationem .l. qui per collusionem.§.fi.ff.de ac. emp. & ex conclusione libelli, elicitur, quæ utroq; casu fieri debet, ut per eum, & cano. in c.fi.de offi. iu. Adde tu quòd nec aliter cognosci potest libellantis intentio .l. non debet, in fi.ff.de dolo. declarant late scriben.in.l.certi condictio, in prin.ff. si cer.pe.Et hoc est qđ dicebat alibi Bal. in.l.si cautiones, in 3.col.C.qui accu.nõ po.ꝙ à conclusione dependet tota forma libelli, quodq; est determinatio totius, orationis, & aptitudo ineptitudoq; deniq; ipsius, intelligendo semper in ciuilibus, quia in criminalibus, non est necessaria, nec in potestate accusatoris, sed in dispositione iuris, ut idem inquit in.l.si quis.C.de ac cu. & forte quia concludit lex semper ad cõmodum fisci, eodem teste adhuc in.l.in causis, in fi. C. eo. & de materia aliàs in.l.i.ff.de eden. Et hinc est quòd ex uerbis enunciatiuis, quis confiteri non uidetur, nisi in conclusione apponantur, ut not. in .l. qui familiæ .ff. fa. her. & in.l.cum precum .C. de libe. ca. tradit idem Bald. in .l.titia, in fi. princ. ff.de lega 2.

Secundo probatur, quia interpellatio facta officio iudicis, non constituit reum in mora .l. cum postulassem .ff. de dam. infec. iure autem actionis sic.l. mora.ff.de usu.Et hoc est, quòd dicitur in.l.ubi exigitur, in .§. i. & ibi Pau. de Cast.ff.de eden. quod ubi aliquis est mihi obligatus, iure actionis, æstimatio rei fit à tempore moræ, si uero officio iudicis, à tempore quo iudex iussit. Et alibi, quod petitio quæ fit iure actionis, seu condictione ex lege, est fortior, & potentior, quam ea quæ fit officio iudicis, per Alex.in consi.vij.incip. uisis, in ult. colum.in.2. uolu. & est exemplum in statuto, quod filia fœmina non succedat, sed dote contenta sit, ut à masculis dotetur, & condictione ex statuto cogantur ad id, cogiq; possint, non autem officio iudicis. Et alibi quod ipsius moræ purgatio nõ admittitur in officio iudicis, ex quo non contrahitur nisi per lit.con. & post eam cessat regulariter, aliàs secus, in .l. acceptam, & ibi Bald.in 7.colum.C. de usu. aliquid Ias.in.l.quod te, in 6. ubi & nos multa, ff.si cer.pe.

Tertio probatur, quia officium iudicis misericorditer implorari dicitur, ex quo non debetur quod petitur, quemadmodum in actione, glo. est not. in rub. de interro. ac. Adde quod hac ratione libellus necessarius non est .l. de pupillo .§.meminisse, in fi. ff.de no. o.nun. tradit idem Bart.in.l.requirendi C.de ser.fu.quod tamen pendet ab infra dicendis, concludens alibi quoq; quod carceratus si petat se laxari, non proponit interdictum, sed officium iudicis implorat, in .l. i. in .§. per hanc 1.in fi. ff.de rei uen. aliquid Bald.in.l. 2. in.§.fi.ff.quemadmodum testa. ape. & hæc sufficiant, missis pro nunc de industria, aliis quam pluribus, de quibus per Docto.

Quarum tamen differentiarum prima dubitabilis uidetur, quia si officium

iudicis nullam præsupponit obligationem, sequeretur, quod nec pro eo quod quis debet eo modo posset obligari, nec dari fideiussor, & tamen cõtrarium tenetur, ita Barto. in. l. marcellus, in. i. colum. ff. de fideiu. & Bald. in. l. dominium C. quod cum eo. Secundo, ad idem facit, nam in materia editionis competit officium iudicis. l. i. C. de eden. & tamẽ uerba obligationem sonant. l. prætor, in prin. l. quædam. §. is autem. ff. eo. Vltimo adhuc, si non præsupponeret, non posset exerceri contra singularem successorem, & tamen exercetur l. si tertius §. si quis prius, & ibi Barto. num. 5. ff. de aqua plu. ar.

Dubitabilior tertia (secunda enim de conclusione clara est) nam usuræ in contractibus bonæ fidei debentur officio iudicis. d. l. qui per collusionem. d. §. fi. ff. de ac. emp. & tamen mora purgatur per oblationem. l. illud. §. i. ff. de pe. & cõmo. rei uen. ergo erat contracta, & ita arguit Bal. in. l. acceptam, prælleg. supra. C. de usu.

Nec quarta est absq; difficultate, quoniam si misericorditer imploratur, neq; ob hoc debeatur quod petitur, non esset necessaria appellatio, quæ tamen introducta est si denegetur. l. i. C. si sæp. in integ. resti. pos. & hinc si facta sit diuisio inter fratres per iudicem transeatq; in rem iudicatam, quod sententia reformari non potest, alias autem sic, si ad breuia ab ipsis fratribus facta sit, & fortis in felicitate emergat deceptio intolerabilis, & ratio est ad propositum, quia debuit appellare. d. l. fi. l. 2. (singula referendo singulis) C. quãdo & quib. quar. pars de. lib. x. & fuit Bal. decisio. in. l. maioribus. C. communia ut. iu.

Quibus tamen non obstantibus, ab opi. Bart. haud est recedendum, nec primum facit, quia stant ista simul, quod nullam obligationem præsupponat, & nihilominus pro eo qui sic tenetur, accedat fideiussor, quoniam reali actioni etiam accedit, quæ obligationem pariter non præsupponit, sed dominium tãtum ex parte agentis, & possessionem ex parte rei conuenti. §. omnium, insti. de ac. ergo. & quia saltem largo quodam modo obligati dicuntur. l. pecuniæ. §. uerbum persecutionis, & §. fi. ff. de uerbo. si. l. si uero. §. i. ff. de rei uen. & not. in locis supra allega. & bene.

Minus facit ad idem. secundum quia aut negandum est, ex quo datur actio ĩ factum. l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. eo. aut & melius dicendum, quod id est uerum in officio iudicis mercenario, quando incidenter petitur editio, nos autem in nobili, quorum duorum non est par eademq; ratio ut infra & in d. l. i. in fi. sensit Alexan. & rursum bene. Non deniq; tertium & ultimum quia immo cum præsupponatur quædã quasi obligatio ut dixi, poterit exerceri, si maxime eadem æquitas suadeat, & ut per Bar. latius in d. §. si quis prius.

Ad secundum quod secundum principale argumen. respicit, dici potest, quod mora contrahatur, quia adhærebat officium iudicis actioni bonæ fidei, ita tamen ut non purgetur, nisi fiat oblatio in iudicio, loco & tempore idoneo, inductioq; ipsius, argumen. secum sol. asserebat, quam ponit ad longum Bal. in. d. l. acceptam, in pe. colum. & negari nõ potest.

Tertium resoluit Bart. met hic, quod id non tollit, quod misericorditer non imploretur, ex quo esset quodammodo iniuria si denegaretur, cum facile concedi soleat. l. i. §. pe. ff. de aqua quo. & æsti. & plus dixit, quod non semper est iniuria, sed quandoq; ex quo alia differentia colligetur, quoniam in actione semper grauamen & iniuria considerabilis est, ut per Docto. hic, & in. c. exceptionem, ubi Feli. late, de excep. & nota quod gl. locuta est prudentius quam referatur, quod quasi misericorditer imploratur, & occurremus obiectionibus, quæ fieri possent, quodq; poterat hæc differentia collocari supra quod diuersa est conclusio in actione & officio iudicis, quia si in officio iudicis, concluditur quod faciat id, ad quod pars non tenebatur quasi misericorditer implorari uidetur, &

hæc ultra dicta alias in.i.lect.

Verum quæritur, quare dixerit Bart.
32 quod regulariter † actio ex obligatione oritur. Respondent Docto. dixisse cum misterio, ex quo non semper oritur, & bene, quoniam realis obligationem nõ præsupponit sed ut dictum est supra dominium ex parte agentis tantum, & possessionem ex parte rei conuenti. l. in rẽ. ff. de rei uen. §. omnium, insti. de ac. Vel ad differentiam datiuæ. l. si & me & Titium. ff. si cert. pet. sed considera tamen, quod oritur saltem ex quadã quasi obligatione. l. si seruum. §. effectus. ff. de uerbo. ob. & datiua ex æquitate, ut in d. locis not. alias uerbum debetur, positum in diffinitione actionis, insti. de ac. in prin. non uerificaretur in reali, & tamen uerificatur, ut ibi declarant Docto. & non solum personalis, uerum etiam realis comprehenditur.

Secundo quæritur an aliter differant †Dicunt Docto. quod sic, quia officium
33 iudicis est remedium subsidiarium, seu extraordinarium. l. cum filiusfa. ff. si cer. pe. actio uero ordinarium, & ideo cessat ubi de actione prouisum est. l. in causæ. ff. de mi.

Et ideo ad propositum adde tu quod dicebat Alexan. in. l. i. in ulti. colum. in prin. C. de eden. quod si quis actione in factum ex illo edicto cõpelli potest ad edendum rationes suas, non erit opus officio iudicis, & bene ex prædictis, & probatur in l. quædam, in prin. ff. eo.

Tamen aduerte, ne istud locum habeat in causis minorum tantum ex quo uidemus etiam, officium iudicis implorari, quanquam remedium extraordinarium sit, in actionibus arbitrariis & stricti iuris. l. 3. ff. de eo quod cer. lo. item ubi competit rei uendicatio & publiciana. l. si ego. ff. de publici. uel interdictum. l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in lo. pu.

Differunt etiam, quod est mirabile, quia plerunq; implorat officium iudicis quis, cum tamen non possit agere, ut fratres minores clemen. exiui, de uerbo. si. l. hæreditas, in fi. de pe. hæ. & in filiosa. etiam potest exemplificari, qui nõ agit sine patris consensu, & tamen officium iudicis implorat. l. fi. §. necessitate. C. de bonisq; libe. l. i. & ibi glo. C. qui admi.

Quoad primum exemplum, adde tu nimirum esse, quia in relictis ad pias causas, tenetur iudex impartiri officiũ suum, etiam non requisitus, imo quod non recipiunt dilationem, nec interpellationem desiderant. l. ne quicquam. §. obseruare, & ibi Barto. ff. de offi. procõ. & relictorum mentionem fecimus, quia si instituantur hæredes, hæreditas erit pro non scripta deuolueturq; uenientibus ab intestato, cum sint incapaces. l. 2. & ibi Bar. C. de his quæ pro non scrip. ha.

Quouero ad secundum declara generale non esse, quia non admittitur, ubi in forma iudicii ageret, alias autem sic. l. seruus. ff. de bo. po. tradit Bar. i. l. i. in pe. colum. C. qui admi. & hinc uidemus quoq; quod compromittit absq; patris consensu. l. licet. §. sed & si, et ibi idem Barto. ff. de pecu. quodq; legitimam personam habet adhuc in publicis iudiciis, eo. teste in. l. filiusfamili. ff. ad legem iu. de adul & in. l. post legatum, in. §. filiusfa. ff. de his qui. ut indi.

Et ultimo loco dic, quod forte hæc in illam incidit, quam Barto. supra assignauit, quia officium iudicis misericorditer implorari dicitur.

Differunt etiam & adhuc, quia ubi officium iudicis imploratur, non defertur iuramentum in litem, gl. est no. quã ibi commendant Doct. & hic pariter, in l. harum in. §. fi. ff. si ser. uen.

Adde quod incidit in primã, de qua supra cum sit ea ratione, quia officium iudicis obligationem nõ præsupponit sed quandam quasi obligationem, & not. in. l. quintus. ff. de an. le. dixiq; ego late in. l. in actionibus. ff. de in li. iu.

Differunt etiam & alio casu, quia in actione habet locum reconuentio, authen. & consequenter. C. de sen. & tamẽ si imploretur officium iudicis secus. l. sed & si restituatur, & ibi glo. ff. de iud.

Quod tamen confundi uidetur per

tex.clarum in.l.i.in.§.fi.ff.de ua. & extra ordi.co.& ita transeunt scriben.hic.

Adde distinctionis fœdere,opi.posse concordari,ut per Barto.in.d.§. fi.cuius uerba aliter hic non scribo, & pendent à dictis in d.auth.& consequenter.

Differunt etiam.quia aliquis,officio iudicis tenetur & cogi potest,ad dandũ uel faciendum, & tamen non potest cogi eius hæres.l.si socer,& ibi Alexan. in prin.ff.solu.ma.ubi pater cogitur dotare filiam,& tamen non cogitur hæres, quod tamen durum uidetur,ex quo bona ei sũt tacite hypothecata,succeditq; dos loco legitimæ,quæ nullo modo sibi potest auferri.l.3.§.sed vtrum.ff.de mino.& ideo ita hæres cogi poterit ut pater.§.i.in auth.de inieiu.à mo. præsti.& quia representat personam defuncti, & iure actiuo & passiuo formato in perso na defuncti,quod ad eum;trãsfunditur l.cum à matre.C.de rei uen.l.i. & 2. C. de hæ.ac.& ideo Alexan.in.d.l.si socer, non firmat pedem;sed dubitatiue locutus est & contrarium ut dixi uidetur verius & æquius.

Differunt etiam, quia officium iudicis mercenarium deseruit actioni ut infra sed non officio iudicis nobili,glo. est not.quam ibi exclamat Ang.in.l.hæres,in.§.fi.ff.de peti.hæ.& in. l. neq;. ff. de usu.

Et est exemplum, si petatur restitutio in integrum, quæ officio iudicis nobili petitur.l.ne quicquam.§. ubi decretum.ff.de offi.procon.& dicetur infra vt nunquam super occurrentibus lite pendente, & non deductis in libello, peti possit,quod sentẽtia feratur officio mercenario,illi deseruienti, puta super fructibus perceptis,& sumptibus ac expensis reficiendis,si iure autem actionis q̃d petatur,secus ut diximus.l.ædiles.§. itẽ sciendum.ff.de edi.edic.

Sed aduertendum est,secundum Docto.quia quemadmodum una actio alteri deseruit.l.2.§.quartus.C.de uete.iu. enu.& ut infra statim, ita unum officiũ iudicis, maxime mercenarii, debet deseruire nobili, & forte (ut ipsi dicunt) glo.in.d.locis,à d.opi.recedit.Nisi repli cetur, quod immo non debeat, inconueniensq; sit;quia mercenarium deseruit actioni,&ad hoc inuentum est, ergo non alias nobili.l.legata inutiliter.ff.de adi. le. ita ut alio iudicio in proposito exemplo omnimodo opus sit & maxime quia quid imputari agenti potest, cur ea in libello non deduxerit, haud considerabile,quando quid iure actionis petitur, quia agens sibi ius esse saluum sciebat,argu.in.l.sicut in.§.non videtur.ff.quib.mo.pi.uel hypo.sol. Cogita.

Vltimo,differunt,quia aditus iudex per uiam actionis semel fungitur officio suo,si sententiam inde tulerit, nec amplius adiri potest.l.dicere,de arbi.l.i. §.fi.ff.de quæstio .l. iudex posteaquam. ff.de re iud. si uero eius officium imploretur,secus,puta in datione tutoris, q̃a poterit iterum adiri, et reuocari datio, cum causæ cognitione.l.quamuis.ff. de rebus eo.l.si quis cum procuratorio, in fi.de procu.tradit Bart.in.l.quod iussit; in ulti.colum.ff.de re iudi.

Sed insto quod immo adeatur etiam vt cognoscat quamuis iure actionis procedatur,et quidem in eodem negotio, si sententiam tulerit, de.l.si Præses; & de.l.si ut proponis.prima.C. quomo.et quando iu. Sol. aditur et iudicat; quia prima sententia fuit nulla,et perinde ac si lata non fuisset, ut in.d. locis not. et bene,ergo non alias et regulariter. Et nota quod adiri etiam posset pro sententiæ interpretatione l.hæredes palam §.i.& ibi Barto.in fi.ff.de testa.qui idem dicit & latius in.l.ab executore,in prin. ff.de ap.&est uerum semel tantum,quoniam aliter sæpius non liceret, secundũ glo.in.l.quicquid astringendæ.ff.de uerbo.ob.quam ad idem extollit Bald.in.l. 2.in 2.col.C.de sen.expe.re.

Verum ultra Docto.adde & rursum quod differunt etiam ex alio, quoniam officium iudicis quoddã factũ est,quod implorare uidetur, qui illud implorat, secundum glo.insti.de ac.in prin.quam refert & sequitur Bald.in.l.2. proxime

quoq; allega.in 2. colum. C. de sen .ex pe.re.ubi actio alias est ius prosequendi in iudicio quod nobis debetur, ut dicitur in loco adhuc superius allega. insti. de ac.in prin.

Item quia officium iudicis perpetuũ est, actio uero non semper, si maxime prætoria fuerit, ut insti.de perpe.& tem po.ac.in prin.& in.§.i. & de officio iudicis, ad propositum, est glo.in.l.sicut. C. de præscrip.xxx.anno.quam singu.dicit idem Bald.in.l.2.in.3.colum. C. de exe. rei iu.

Vltimo differunt, quia si satisdatio fiat officio iudicis, statim cum definit esse cautum, superuenit æquitas, quæ efficit ut iterum caueatur, quod secus si iure actionis debeatur, quia extincta amplius non reuiuiscit.l. qui res. §. aream. ff. de solu.tradit Barto.in.l.3.in fi.ff.de fideiu. & Ange. in. l. quotiens. ff. qui sa. cogan.

Sed tamen adhuc adde aliam differẽtiam, quia in restitutionibus quæ petũtur officio iudicis, post uigesimumquintum annũ, tempus est quadriennii, in illis autem quæ petuntur actionis iure, alia tempora constituta sunt, ita Bar.in l.superuacuam, in.2.colum. C. de tempo.in integ.resti.pe. Et breuiter, quod nec actio sit, nec obligatio, sed quod ab his differat, est bo.text.in.l.deducta, in prin.& ibi not.Albe.ff.ad treb.

Item & aliam, quia alimenta quæ debentur officio iudicis, debentur solum in casu necessitatis. l. si quis à liberis. §. alimenta.ff.de libe.agno.quæ uero iure actionis: puta ex testamento, indistincte.l.i.§.fi.& ibi Alex.in fi.ff.de se.

Item & aliam, quia si petantur iudicis officio adhuc, appellari non potest, alias autem sic, si iure actionis, secundũ Ange.in.l.si iudex, in 2.col.ff.de his qui sunt sui uel alie.iu.

Tertio quæritur, postquam differentias uidimus, nunquid in aliquo conue
34 niant† dicunt Docto.quod sic, quia sicuti filius, libertus, & similes non possunt in ius uocare parentes absq; uenia, alias incidunt in pœnam legis.l. quiq;. §.i. l. pe.ff.de in ius uo.l.2.& fi.C.eo.pari modo non possunt iudicis officium implorare.glo.est not.in.l.cogi, in.§.si pater.ff. ad treb.& nimirum ultra eos, quia generale est eas personas, quibus reuerentia debetur, non posse absq; uenia in ius uocari.l. generaliter.ff. eo. ergo nullo mõ, uel per actionem, uel per officium iudicis, quia dictio negatiua præposita uerbo potest, priuat potentiam, et inducit necessitatem præcisam.l.i.ff.de uerb. ob.l.nemo potest.ff.de lega. i.c.i.de reg. iu.in 6.

Adde tu, quod conueniunt etiam in hoc, quia promittens non agere, non potest officium iudicis intentare l.pecuniæ.§.i.ff.de uerb.si l.quod si minor.§.fi. ff.de mino.tradit Bal.in. c.i. in i. col. de alie.iu.mu.ca.fac.

Et quia cedi potest quoq;, sicut actio l.si minoris.ff.de adm.tu.d.l.quod si minor præallega.§.restitutio. ff. de mino. sentit Barto. in consil. 95.incip. ex themate.

Quarto, quæritur, an cum exceptione† etiam sit idem, an uero differant, re-
35 spondent Docto. differre multum, & ex multis quidem, post Bart.tamen, in. l.plane, et in.l.fi.ff. de peti.hæ. et in.l.3. in.§.fi.ff.nau.cau.sta.& bene ut per eos. Adde tu, dubium non esse, quando authoritates quoq; non haberemus, quia in exceptionibus, reus actor est.l.i.ff.de excep.l.in exceptionibus ff.de prob.sed ab actione regulariter differt, ut supra ergo et ab exceptione, et ideo (ut dicũt) prohibitus excipere, non erit prohibitus officium iudicis implorare. d.l. plane, d.l.fi.de peti.hæ.& in terminis ultra eos, hoc idem tenuit etiam Anto.cana. in tracta.de execu.instru.in 50. q.per iura p̃dicta, & facit quod habetur quoq; in.l.hæreditas.ff.de peti hæ.

Quinto & ultimo quæritur, quid si statutum exorbitans à iure communi
36 † actione loquatur an comprehendat officium iudicis.

Concludunt Docto. quod sic, quia largo modo actio dici potest, & apparet ex multis, in quibus conueniunt, ut su-

pra. Verum (subiiciunt) etiam in exorbitantibus fit extensio ad casum, qui sub larga significatione in eo comprehendi possit. l. filium habeo. ff. ad macedo. l. iusta, de uerb. si. tradit Bar. in l. liberorum, in secunda q. principa. ff. eo. ergo.

Sed contra arguunt alii, quia ille qui non potest agere potest tamen officium iudicis implorare, ut in exceptione proxime dicebam, & probatur in l. hæreditas. ff. de peti. hæ. se postmodum in decidendo inuoluentes, ut per eos.

Dic tu breuiter, opi. primam esse ueram, quia idem etiam uidemus bo. po. qui large hæres est. l. 2. ff. de bo. po. & tamen uenit appellatione hæredis, ut no. concludit Alexand. in l. i. in §. hoc autē, in fi. ff. ad Trebel. & in præteritione sciēter facta à patre, quæ large est exhæredatio pariter, & nihilominus comprehensa est in §. aliud quoq; capitulum, in authen. vt cum de ap. co. loquēte in exhæredatione, prout not. in authen. ex causa. C. de libe. præte. & in filio naturali, q. nō est proprie filius. l. filium diffinimus ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. & tamē uenit in materia exorbitanti, filii appellatione, ut per scriben. in c. in præsentia de proba.

Nec ob. contrarium, quia id forte procedit in dubio, & non ubi rationis idēptitas aliud suadet, efficiens ut de uno casu ad alium fiat extensio, & quomodo statutum debet intelligi, quoniam alias forte secus, & ut latius in cle. i. ī gl. eligatur, de elec. & in l. 3. in §. hæc uerba ff. de neg. ges. & in l. si uero, in §. de uiro ff. sol. ma. no.

Tertia Bar. quæstio.

37 Tertio, dubitare contingit, quotuplex sit † officium iudicis, & breuiter Barto. latius quam glo. in §. præterea, ult. in ordine, insti. de actio. & in l. 4. C. depo, concludit, quod triplex sit, nobile, mercenarium, & aduersarium, deducendo ut per eum.

Quem impugnant scriben. quod immo sit duplex tantum, nobile scilicet & mercenarium.

Nobile, quod nulli actioni deseruit. Mercenarium, quod deseruit actioni qualiscunq; fuerit.

Et potest primum exemplificari in rest. in inte. & similibus. l. quod si minor §. fi. ff. de mi.

Secūdum uero, in actionibus bonæ fidei, uel stricti iuris. l. qui per collusionem. §. fi. ff. de act. emp. l. centum capuæ (singula referendo singulis) ff. de eo, qd' cer. lo.

Et probari per simile, quia sic etiam est reperire actionem nobilem & mercenariam, quæ alteri seruiat, & nobilis sit personalis uel realis, bonæ fidei aut stricti iuris, mercenaria uero hypothecaria quæ cū principali cumulatur §. sed neq; in auth. de fideiu. dixi ego late in l. edita. C. de eden.

Et consonat, quia omnis bona diuisio debet esse bimembris, aut reducibilis ad bimembrem diuisionem. l. imperium infra eod. l. 2. ff. de adopt. l. i. de re. di.

Considerando etiam, quod alibi dicitur, de uulga. & pupilla. sub. cum tamē quinq; sint species, & omnes ad d. duas reducibiles, ut in rub. ff. eo. not.

Et à partibus sufficienter enumeratis probatur, quia ut dicunt ita tenentes, & bene, aut aduersarium datur loco deficientis exceptionis, & tunc erit nobile, sicuti quando datur loco deficientis actionis, aut deseruit exceptioni, & tunc mercenarium dicetur, & sic effectualiter idem est, nec ab ipsis dissentio & est arg. in l. 2. C. communia de le. & in l. nomen filiarum, in §. habere, de uerb. si. & in l. 3. C. de inst. & in c. secūdo requiris, de ap.

Et plus quod ultrā omnes dicere auderem, non esse nisi unum considerabile, quod postea in nobile & mercenariū diuidi potest, ut supra sicuti imperium quod diuiditur in merum & mixtum. d. l. imperium infra eod. & adoptio in adoptionem, & arrogationem. l. 2. ff. de adop. & ius, in scriptum & non scriptū §. constat autem, inst. de iu. na. & obligatio in ciuilem et naturalem, quarum prima est à iure ciuili, ut insti. de ob. in princ.

prin.alia autem à iure gentium.l.cũ amplius.§.is natura debet.ff.de regu.iu. & anima deniq; aliis multis similibus prætermissis,de quibus in.l.si unus,in.§.pactus,& ibi diximus.ff. de pac. quæ una est pariter,licet plures habeat potentias sensitiuam,nutritiuam, & intellectualem.

Sed ad propositum, aduertendũ putant Docto. quicquid sit, quia uidetur quod nec dictum de nobili procedat,ex quo missio in po.ex primo decreto, fit iudicis officio nobili.l.ea quæ. §.i.ff. ad mu.& no.in.l.ne quicquam,in.§.ubi decretum.ff.de offic.procon.& tamen per se non stat, ut dicebatur,sed deseruit actioni intentatæ.l.iubere cauere,& ibi Bar.infra eo.

Ad idem,loquitur de nobili tex.in.l.i.C.de eden.ibi ad officium iudicis pertinere solet,&tamen deseruit actioni intentatæ,uel quæ ex illo edicto oritur. l. si quis ex argentariis.§.pertinere.ff.eo.

Vltimo,quomodo nobile potest dici, cum nõ impartiatur iudex officium suum,nisi requiratur.l. 4. §. hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.

Quæ & si urgeant prima facie,nihilo minus tolli possunt facile, & dici ad primum,quod non deseruit actioni intentatæ,sed quod ex se mittit, & ex edicto quib.ex cau.in po.ea.ut in.l.i.& in.l. iulcinius.ff.eo.& de bo.auth.iu.po.per totum,& fusius ut in.d.l.iubere cauere.

Ad secundum uero,quod immo mercenarium est,ut ibi declarat Alex. in fi. & dictum quoq; fuit supra.

Non ob.tertium quia esto quod requiratur,nobile est tamen,cũ actio non intentetur,cui famulari debeat ita vt inde quoq, mercenarium dicatur.

Et de materia etiam per eundem Bartolo.in.d.l.4.C.depo.& in.l.ubicunq;. ff. de interroga.ac.

Et nota quod mercenarium cum ministerio considerat tribus temporibus, quæ in iudiciis insunt.l.rem non nouam.§.i. C.de iudi.l.si post litem & ibi Bar. in 2. col.ff.de excep.§.fi.inst.de poe.te.li.l.amplius non petitum.ff.rem ra. ha.principio scilicet,medio,& fine,in præparatoriis & præparatis exemplaq; clara ponãtur,ut per eum,cuius uerba etiam restituenda sunt ibi,aut contra naturã actionis,ut dicat præter. Vel & aliter, ut per Docto.hic.

Quarta Bar.quæstio.

Quarto,dubitare contingit, an pos-
38 sit† iudex exercere officium suũ, absq; partis petitione.Bar.hic non respondet aliter,sed pro responsione, se remittit ad dicta plenissime in.l.4.in §.hoc autẽ iudicium.ff.de dam.infec.

Fac tu regulam negatiuam per illũ tex.& per tex.in.l.3.in.§.si pupillus, ibi sed non aliter,quam si ipse petat. ff. de tute.& in.l.i.in.§.i.ff.quod quisq; iu.ibi pariter,aduersario eius postulante maxime si præsens sitquis ætatem enim habet ipse de se loquatur inquit Bal.ĩ rub. de ap.nu.20.extra,nisi esset rusticus uel miserabilis persona,ut ibidem & hac ratione,in libello conclusio necessaria est quare peto &c.secundum Bal.in.c.i.nume.8.de lit.con.Ias.in.§.omnium num. 128.insti.de ac.& Alexã.in.l.i.in.2. col.ff. de eden.quæ tamen in po.recuperandæ uel in causis criminalibus haud desideratur,ut ibidem &rationem assignat adhuc Bal.(ut dicebam nudius tertius)in l.in causis,in fi.C.de accu.Neq; condẽnat in expensis iudex nisi petatur ut inquit Barto.in.d.§. hoc autem iudicium refert & not.Bal.in Marga. iudex num. 48.Gui.papa.decisio 221.col.2.

39 Et declara amplius† uerum esse,quãdo id quod sibi incumbit consistit, & radicatum est in parte, non autem in mero & libero ipsius officio ; & fuit sententia Oldra. quam refert & sequitur Bal.in.l.i.in §.si magistratibus.ff. de Mag.conue.

40 Et ideo limitari solet † quando inquirit an personæ sint legitimæ,necne, forte ne faciat processum frustratorium c. i. de elect. in. 6. tradit idem Bald. in authen. offeratur , in. 2. colum. de lit.con.Et facit tex.in.l.si quæramus. ff.de testa.

41 Secundo,limitari solet † ut agentem

reiciat etiam parte non excipiēte, si verba ad ipsum dirigantur,&fuit limitatio Cardi.in cle.i.in.xix.q.de re iudi.& hoc est quod dicitur, quod quādo uerba ad iudicem diriguntur, oritur fere semper officium iudicis.l.si soror & ibi glo.no. de colla.

42 Tertio,limitari solet†in procuratore mandato carente,quem reicit etiā si nō petatur,sed in primam incidit,nouissime tamen adde Bar.in.l.inter quos, in. §.aditio.ff.de dam.inf.& Alex.in.l.i. ubi alia multa ad idem,in ult.col.C.ut quæ de.aduo.

43 Quarto,limitari solet†quando certū est,& constat ex actis, agentem actione carere, ut ipsum ad agendum non admittat,quia nemo sine ea experitur. l.si pupilli.§.uideamus.ff.de nego.ges.quæ adhuc in primam incidere uidetur quoniam si admitteret eum, faceret utiq; ꝓcessum frustratorium,nouissime tamen tradit idem Alex.in.l.ubi pactum, in 5. colum.C.de transac.post gl.in.l.si unus in.§.pactus.ff.de pac. & istud concernit rectitudinem iudicii, ut ibi ait,non nihil Ange.in.l.iam tamen,in.§.si tamen. ff.iudi.sol.

44 Quinto,limitari solet†in casibus, in quibus iudici, seu iurisdictioni ipsius, aliquod præiudicium pararetur quoniā tunc supplet etiam parte non opponēte,ut declarat Bar.in.l.si quis libertatem nu.4.ff.de peti.hæ.

45 Sexto,limitari solet†in causa beneficiali.c.olim,de rescrip.c.bonæ de postu. præla.& ideo potest iudex mittere bullam male formatam ad cancellariā,corrigendam,etiam parte non petente, ut in regu.cancella.not.xxv.ad fi.

46 Septimo,limitari solet†in dote,sicuti & alias ubicunq; uertitur in causa vtilitas publica,ut in.d.§.hoc autem iudicium no.quoniam plerunq; patres,negligunt,& filia petere non audet, præ pudore uirginali, & ob patris reuerentiam quoq;,ut cogatur,secundum Inn. in.c.ad nostram 2.de iureiu.quem refert & sequitur Bal.nouel.in tract.de dote,ī 6.par.prin.in.18.speciali,incip.ex prædictis & aliis quam pluribus modis, de q bus in loco præalle.& per Soc. in regu 197.incip.iudex petitus & est simile in testamento.l.curent.ff.de testi.

47 Octauo tamen limitari ēt solet†quia nemine petente prouidere potest ne bona hæreditaria pereant,ita Bart. in.§.ad hæc,in auth.ut spon.lar.

48 Nono etiam limitari solet † quando ageretur de malitia appellantis supplātanda,quia tunc cogitur statim apostolos recipere,&statim iter arripere, apostolis eis oblatis,auth.hodie.§. apostolos, & ibi Bal. in prin.C.de ap.

49 Decimo,limitari solet†ut suppleatur etiam in his,quæ sunt notoria,& no.in d.§.hoc autem iudicium, sed in quartā incidit,nouissime tamen adde Areti.in consil.128.incip.clarissime Domine, in 3.colum. undecimo repellit testes indignos licet non petatur ut per glo.in.l.i. in.§.si Præses.ff.de magistra.conuen.plene Fel.in.c.cum I.& A.col.4.de re iudi.

Duodecimo si uideat instantiam perire potest causam expedire licet nō petatur secundum Bar.in.l.Seius & augerius.ff.ad legem fal.idem Fel.in c.consuluit de offi.de.ad fi.

Et declara,quia hæc erunt satis, cū alii non tangant,ita demum esse uerum,in casibus,in quibus supplet iudex,& officium impartitur,supplere, & officium impartiri,si id faciat intra tempus,intra quod pars petere poterat,& fuit declaratio not.Alex.in.l.ita demum,in 3.colū. C.de procu.

Verum,& adhuc in materia ista dubito uulgata est limitatio, & fere oīa cōprehendēsvt ēt dixi supra impartiri officiū suum debere, si maxime in cā fauor sit, & utilitas publica.l.congruit.ff. de offi. præsi.l.æquissimum.ff.de usuf.

Nam publice interest testamenta cōseruari.l.uel negare.ff.quemad.test. ape. & tamē si querela intentetur ab eo,cui nō non competebat, nec pars opponat, supplet iudex, nec officium suum impartitur,& nihilominus testamentum rescinditur l.posthumus §.si quis ex his ff. de inoffi. testa. Sol. interest reipub.

secundario non principaliter, ergo nec in consideratione eo modo quò limitatio.l.si quis nec causam.ff.si cert. pet.cogita.

Ponderanda etiam & post hæc sunt uerba Barto.dubitantis an posit, non autem an debeat & teneatur, quod non solum pendet ab his quæ habentur in. d.§.hoc autem iudicium, sed etiam in.l.i.C.ut quæ de.aduo.

Quinta Bar.quæstio.

Quinto, dubitare contingit, an in of
50 cio iudicis requiratur libellus† & li.contesta.Bar.etiam huic quæstioni non respondet, sed pro respōsione se remittit ad no.in rub.de interro.ac.& i.l.ne quicquam,in.§.ubi decretum.ff.de offi. procon.tamē aduerte dum allegat postea tex.iuncta glo.in.c.fi.de offi.iu.uirtualiter uidetur uoluisse concludere quod fic.l.non solum.§.si liberationis uerba, & ibi Bart.ff.de li.lega.& ita se habet regula, si principaliter imploretur, puta in resti.in integ.nō si incidenter, ut ibi, estq; uerissimum, & licet tex.prædictus lit.con.tantum mentionem faciat præsupponit tamen libellum, quia non aliter fieri posset.c.i.de lit.con.authen.offeratur.C.eo.arg.in.l.oratio, de spon.& in.l.ad legatum, & in.l.ad rem mobilem. ff.de procu.

Et ideo ad propositum, si petatur adhuc restitu.in integ.aduersus lapsum fatalium, quia non principaliter petitur, non erit necessaria lit.con.ut dicūt Do. de ro.in deci.suis ix.incip.si petatur, in. 110.in.i.colum.ubi alia multa, & ibi ēt quod incidenter imploratur, quando petitur aliquid, non propter se: sed propter aliud, & fusius ut per eos, & est arg. in.l.quotiens.C.de iud.& in.l. nullum. C.de test.& de materia per Bar.alias in. l.i.C.de ordi.iudi.

Sed contra, de authen. si omnes. C. si mi.se ab hæ.ab.ubi minor in integ. resti. perit principaliter, & sic iudicis implorat officium, & tamen lit. con. ac libellus minime est necessarius. Sol.id est, quia petebat solum restitui ad factum suum, & contra personam incertam, ergo secus si contra certam, ut ibi not.& in.l.in causæ, in.§.causa cognita. ff.de mi.& per Do.de ro.in loco de quo supra. Et consonat, quia si non est certa persona, nec creditores præsentes, repugnat quod litis contesta.fiat, aut libellus aliter porrigatur.d.c.i.de li. con. d. authen.offeratur.C.eod.& hinc pratica inoleuit, quando petitur missio in po. bonorum, nec appareat contradictor, beneficio.l.fi.C.de edic.di.ad.tol. quod nil aliud fit, nisi quod citatur solū pars in genere, ut ibi per Bar.in.7.col.

Et sic ad propositum duæ erunt ad regu.limitationes, quod libellus & lit. con.non requiratur, si incidenter imploretur, uel principaliter, contra tamen personam incertam.d.c.fi.de offic. iu.d.authen. si omnes. C. si mi. se ab hæ.ab. Adde aliam, & tertiam, ubi non est necessaria causæ cognitio. d. §. ubi decretum, & ibi Barto. in 2. colum. Et quia materia est ibidem, ad eius dicta, & per alios late me etiam remitto, & ad dicta per cano.in.d.c. fi. de offi.iu.

Sexta & ulti.Bar.quæstio.

Sexto & ultimo, dubitare contingit quid de iurisdictione, nunquid cohæreat territorio, ita ut sine eo esse non possit, & quid de ipso territorio, an posit esse sine iurisdictione.

Et adhuc Barto.multa considerat, ex cuius dictis (aliter enim eum non referam) aliqua etiam colligenda sunt, cōclusiue tamen, & sine multa disputatione.

Et primo quod potest esse iurisdictio sine territorio, & territorium sine iurisdictione.

Et bene (territorium enim terræ spacium dicitur, iurisdictione munitum, sicuti districtus, spacium aquæ, siue latitudo, munita pariter iurisdictione & imperio, quia in mari territorium considerari non potest, nisi forte ad alueum respectum habeamus. c. ubi periculum, de elect. in. 6. & declarat Bald. in rub. quæ sint rega. nota tamen quod plerunq, pro eodem

Quarto facit ultra eum, quia si non requireretur petitio iam non dixisset alibi text. quod mater per transitum ad secunda uota, non petito tutore intra annum successionem filii perdat in. l. sciát C. de legi. hæ.

Sol. id uerum est (ut dixi) ne mater successione filii priuetur, sed non quod à iudice etiam ea non petente dari nõ possit ut supra.

Quinto & ultimo facit pro opi. Decij quia hoc stante multiplicarentur specialia & male. l. i. C. de dot. pro. pulchre Barto. in. l. bello amissi ad fi. ff. de excu. tut.

Sol. non inconuenit quia sunt subalterna & subordinata ut not. in. l. si is qui pro emptore ubi Barto. colum. pen. ff. de usucap. Bal. in. l. singularia col. 2. ff. si cer. pe. & ita transeo.

In glo. i. habes cum misterio dictum fuisse hic ius dicentis & non iudicis offi
20 cium† ex quo de maiori iudice intellexit, qui habet merum & mixtum imperium, & hanc opi. etiã tenuit Gul. de cu.

Motus primo per text. in. l. 3. in. §. si quis. ff. ne quis eum qui, ubi si quis uocatum ad pedaneum iudicem exemerit, pœna illius edicti locum non habebit, quæ est alias ut teneatur ad interesse quanti actor in litem iurasset. l. pe. §. i. eo titu. ergo secus si uocetur quis à iudice maiori. l. i. in prin. ff. eo. pedaneus iudex (quod nota pro illius uerbi declaratione) est non delegatus ut intellexit Accur. in. §. illud in auth. ut defuncto. su. & in. l. fi. C. de peda. iudi. & Alcia. in praxi sua iudicia. fo. 32. sed ille qui certo nego
21 ciorum generi† & utili quidem à præside præponi solebat. d. l. fi. quiq; nõ pro tribunali, sed ad pedes ipsius Præsidis, sedere solitus erat, unde postea pedaneus dictus appellatusq; fuit, quod neq; declarauit Crini. lib. 15. c. 7. sed ad literam tantum transcripsit simpliciter pro ut iacet. d. l. fi. pedaneus igitur sic dictus est, non secus ac possessio quasi pedum positio, & de quo alias in. l. i. ff. de acqui. po. & hinc pedarii senatores quoq;, ex patriciis & conscriptis patribus ordo tertius, qui pedibus iter faciebant, non dum currulis dignitatis sellam adepti, ut pulchre declarat Fenestel. de senato. ori. c. i. & pedagium à pede pariter, quod à transeuntibus soluitur. c. super quibusdam. §. præterea de uer. si.

Secundo quia sic dicitur in rubr. ff. si quis ius di. non obtem. nec de alio, quam de maiori iudice intelligi potest quia (ut ibi dicitur in. l. i.) iurisdictionem suam pœnali iudicio defendit, id est mulcta, quæ nulli alii quam maioribus iudicibus seu magistratibus permissa est. l. eos. C. de mo. mulcta. & secundum ius suæ potestatis, quod uerbum pariter merum imperium indicat. l. potestatis uerbo. ff. de uer. si.

Tertio quia iurisdictio, à qua ius dicens appellatus est, à iure dicundo dicta ut supra explosa Bar. deriuatione de qua in. l. imperium nume. 3. præallega. alias à notione non differret, & tamen differt plurimum quia eã habẽt iudices minores. l. notionẽ. ff. de uer. si. l. ait prætor in prin. ff. de re iud. Bar. in. l. si insulam col. 3. ff. de uer. ob.

Quarto (& istud fuit argumentũ Iac.

But.qui in opi.Gul.quoq; inclinat(facit quia ius dicere proprie est, ubi nulla reperitur controuersia exempli gratia cũ interponitur decretum super alienatione bonorum minoris de quo in.l.i.& in l.magis puto in.§.non passim.ff. de reb. eo,uel super transactione alimentorum ut in.l.cum hi.ff.de transac. & in exemplis de quibus hic pariter.

Quinto & ultimo adducitur hinc in de text.in.l.uoluit in.§.i.ff.de int. ac. ibi ius solum locus est ubi iuris dicendi, uel iudicandi gratia consistit, dictio uel ponitur inter diuersa.l.hæc uerba,ff. de uer.si.c.contingit & ibi Io. And. in illis uerbis priuilegio uel instrumento de si. inst.Cuma.consil.97.colum.2. ergo. & idem in rub.C. ne quis in sua cau.iudicet,uel sibi ius dicat, & pondera quod habet orationem perfectam, quodq; ꝑ tex.potest allegari ut in rub.& in.l.i.C. ne fid.do.den. & dixi in.l. i. supra de officio.eius.

Opinio ista tamen reprobatur communiter & ita contra glo. Gul. & Iaco. But. tenuerunt Iaco. de Are. Cy. Ray. Barto.hic nume. i. & Deci. ex recentioribus interpretibus, quibusdam aliis aliorum differentiis improbatis ut per eum.

Moti & ipsi potissimum per text. in c.forus de uer.si.vbi iudex dictus est quasi ius dicens populo,ergo non differunt & considera ut dicebam alias, quod ibi est propria uerbi significatio, quæ ex plurimis inuenitur locis † tamen maxi-
22 me ex ratione grammaticali.l. plaucius, ff.de au.& ar.lega.ex diffinitione. l. i. ff. de testa. & ex allusione uocabuli ut in. d.c.forus &in.l.2.in.§.appellata.ff.si cer. pe. & in.l.tugurii.ff.de uer.si.

Sed potest responderi tenẽdo ut prius & ut teneri debet,si quasi ius dicens est, quod non proprie is sit,hoc est ius dicẽs quia dictio quasi est diminutionis nota ut per Barto.in.l.fi.nume.10.ff.ad legem Cor.de sica.& quia arbiter ius dicit,& tamen non est ius dicens, nec habet iurisdictionem.l.priuatorum. C. de iu.om. iud.l.ait prætor.ff.de re iud. & quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum l. i. ff. de arbit. nec simile est idem. l. quod nerua. ff. depo. & quia deniq; aliud est esse talem & aliud haberi pro tali.l.si maritus.§.legis Iuliæ & ibi Barto.ff.ad legem Iul.de adul.alias ab allusione uocabuli ualeret argumentum affirmatiue, quod tamen negant omnes in.d.§.appellata & in.d.l. tugurii, & sic primum motiuum istorum ita tenentium,nihil ualet, differtq; omnino iudex & ius dicens, iudicare & ius dicere.

Mouebantur tamen & secundo tenentes hanc opin.præsertim Dec.quod non differant scilicet, quia in rubr. hic dicitur de iu. o. iud. ergo idem ius dicens, quod iudex; nec aliter ius dicere quam iudicare, maxime(addas tu)quia rubr.est nigri interpres. l. i. ff.si cert.pet.

Sol. in rub. loquitur legislator generaliter,hic specialiter nec nouum, immo quod est regulare.d.l. i. & ibi Ias.colum.2.glo.in rub.C. de religio. & insti. de ob. quæ ex de. nas. in princ. primo casu improprie, quoad magistratus maiores, hic uero proprie.

Tertio mouetur Barto. post alios, quia figuratus modus est, per Syncopam,ex quo detracta litera. S. nil aliud erit ius dicens quam iudex, Vel(ut alii dicunt) periphrasis idest circumlocutio,ius dicens,pro iudice.

Quod etiam mihi erroneum uisum est quia non iudex diceretur sed iudices & male cocophoniamq; incurreremus quod sane uiciosum est ut inquit glo.in prohe.institutio.in prin. in uer. decoratã & quia figura (ex quo tolletur aliud) corrumpit regulam ut dicit Bal.in.l.eam quam in prin.C.de fideicom.

Quarto subdit, quod sub uerbo iudicis,comprehenduntur etiam maiores ĩ auth.de iud.& ut omnes obe.iud.,puin. & ut iud.si.quo quo suf. ergo & hic, dixitq; ius dicens, & non iudex quia sibi

sic placuit.

Sed ad istud quoq; respõderi potest, uerum fore, sed non quod ius dicens, hoc est magistratus maior, sit proprie Iudex ut dicebam etiam supra ad rub. istam de iu.o.iud respondendo, & iam ostẽsum est differre, ostenderurq; infra clarius.

Quinto & ultimo, quod cum loquatur tex. iste, de offi. iudicis in genere, cõtinet omnia quæ possunt expediri per quencunq; iudicem, & confirmatur quia plura ponit exempla mixti imperii ac simplicis iurisdictionis.

Cui respondetur quoq; quod bene continet omnia quæ possunt expediri, sed non per quencunq; iudicem cum dicat, ius dicentis & non iudicis, ut supra. Nec est uerum, quod ponat exemplum iurisdictionis simplicis ut infra per glo. Bar. & alios, quia imo dare litigantibus, (hoc.n. huiusmodi esse dicebant ita tenentes) iudices mixti imperii etiam est. l. cum prætor. ff. de iud. igitur non ob. & dictum fuit supra.

Instatur tamen adhuc quod differentia uerbalis sit, non attendenda, argumentum in. l. si mater. C. de inst. & in. l. 2. C. communia de lega. oportet. n. quod ex differentia nominis inducatur differentia effectus, dicebat Barba. in. l. cum acutissimi col. 112. C. de fideicom.

Sol. inducitur diuersitas effectus ut ostẽsum est, quia multa maioribus permissa sunt, quæ inferioribus denegantur, igitur realis & attendenda. l. si idem. C. de codicil.

Et nouissime probatur per tex. in. l. si filius qui patri. ff. de uulg. & pup. sub. ubi uerbum ius dicentis ad prætorem refertur, prætor est de maioribus magistratibus, & quidem spectabilis, ut per glo. in rub. ff. de offi. præto. dixi in. l. i. ff. de offi. eius ergo à iudice erit differens, aliudq; ius dicere, & iudicare aliud & clarius (vt alias dicebam in. l. pe. ad fi. ff. de iusti. & iu. ibi, ubi prætor salua maiestate imperii saluoq; iure maiorum ius dicere constituit is locus recte ius appellatur & q a nomen magistratus inferiores non erát ut dicebam heri ad intellectum. d. l. cum prætor. ff. de iud. sed maiores iuridicũdo præfecti l. 2. §. post originem. ff. de ori. iu. immo quod his tribus literarum notis. I D P. olim in lege xii. tab. omnibus ino

23 tescebat, † quorum sensus est iuridicũdo præfuit. Simbolũq; iudicis maioris erat

24 † sedẽs ꝓ tribunali, supra caput has notas inscriptas habens lãcem in manibus, à latere hinc inde mulieres quatuor, forma præstantes, fortitudinem animi. s. legum prudentiam, Armis iustitiam, & in uerbis temperantiam. Vltimo uidetur casus in. l. i. ff. de iud. ubi clare ẽt liquet distingui ius dicentem, qui tribunali p̃ sit, à iudice qui in subseliis iudicat, & simplicem habet iurisdictionem, hæcq; omnia confirmãt inductionem factam supra (aliis prætermisis nec difficultatẽ habentibus) de. l. uoluit. ff. de int. ac. & tollunt sol. Decii, quod ibi dictio uel ꝓ idest exponatur, quia uiolat literã, nec est à uerborum proprietate recedendũ. l. non aliter. l. ille aut ille. §. cũ in uerbis. ff. de leg. 3. & ita tenendum est.

Sed quæro in materia (consulto etiã glo. prætermisis, quia in euiden. & in figuratione casus & in. l. i. supra de offic. eius, dictum fuit) an officium iudicis & actio sint idem (illud quoq; de industria omittens, an differat à iurisdictione, q a non habet difficultatem, & dicemus etiam statim, interim dic ut per cũ hic, nume. 9. optime discurrentem, quando absolute consideratur, & quando personæ cohæret) & breuiter nu. seq. x. dicit duo, dueq; erunt conclusiones.

25 Prima quod non, si in iudice † consideretur immo (subdit) quod fatua uidetur questio, non aliter disputanda, ut dicebam ego supra in figura. casus, ex quo officium in iudice actio in parte cõsideratur, illud potestas à iure sibi tributa, hoc est iudici, l. i. ff. si quis ius di. non ob. ibi secundum ius siue potestatis siue ius sibi competens faciendi quæ sibi ut iudici incumbunt. l. ius dandi. ff. de tu. & cu. dat. ab his. l. illicitas. §. qui uniuersas. ff. de offic. præsi. l. fi. ff. de offic. procu. Cæsa. uel

&aliter ut per Bald.in rubr. extra de offi.iud.in prin.ista uero,idest actio,ius persequendi in iudicio quod sibi debetur ut insti.de ac.in prin.

Differt etiam à iurisd.ait Bar.ut actio ab obligatione, quia sicuti actione consequitur quis id ad quod aduersarius suus erat obligatus, ita per officium perficitur quod erat in ipsius iudicis iurisdictione,non secus ac potentia & actus.l. quæsitum.§.illud fortassis.ff.de leg.3.& quod hæc duo differant supra susius (ut dixi)nu.9.

Sed quoad rem nostram, quod actio & officium iudicis non sint idem,probatur ultra eum ex differentia nominis.l.si idem.C.de codicil.

Secūdo ex differentia diffinitionis ut supra & in.l.i.C.de iu.emphi.

Tertio ex differētia titulorum,ut per Ias.in.l.2.in prin.ff.de iureiu.Gemi.in.c. præsentium in.§.si testes colum.4.de testi.in 6.

Et quia inuentum est adhuc officium iudicis ut suppleat id in quo deficit nobis actio.l.qui per collusionem.§.fi.ff.de ac.emp.glo.in rub.ff.de int.ac.& ut infra argumentum in rub.& toto ti.C.ut quæ de.aduo.& in.l.bonorum.C. qui admi. Bal.in rub.de offi.iud.nu. 7. ergo omnino diuersum argumentum in.c.fi.de insti.Ias.in.l.i.in prin.C.de ser.fu.

Et ultimo loco, quia habere actionē est habere proprium quid.l.qui actionē. ff.de reg.iu.not.q.decidit Io.And.in reg. ignorantia iuris colum.i.eo.ti.in mercu. officium iudicis autem non,ideo Monachus qui proprium habere non potest. c.cum ad monasterium de sta. mo. nec actionem habet contra Abbatē, officiū iudicis tamē implorat.l.seruos. ff.de ali. & ciba.leg.tradit Bal.in.d.rub.de offi.iu. col.i.alias nu.5.

Et ibi subiicit ad propositum, quod tria sunt iura,bonum,melius, optimū, bonum exceptio,melius officium iudicis,optimum actio, ergo omnino differunt, ut positiuum comparatiuum, & superlatiuum.l.ubi autem non apparet. ff.de uer.ob.idem Bald.in.l. placet col.3. C.de peda.iud.

Et quoad istud non est dubitandum, sed tamen ad id quod dicitur,quod officium est ius obiicitur, dictum Bart. met supra nume. 9. dicentis officium potius esse iurisdictionis exercitium quod in facto consistit, perpenditq; Deci. probo ego primo per text.in.l.consilio.ff.de cu. fu.secundo per regu.de qua in. l.4. in.§. hoc autem iudicium.ff.de dam. inf. ubi iudex non impartitur officium suum, hoc est exercitium suæ iurisdictionis,nisi requisitus,ergo non ius,ut idem Bart. hic dicit.

Cui difficultati post multa Deci.met respondet,quod re uera non est exercitium immediate,sed ius & potestas, seu potentia,quæ immediate exercitium suscipit, fretus auctoritate eiusdē Bart.hic dum loquitur de potentia loquēdi,deq; locutione ipsa, & quia text.noster dicit dare potest, & sic cum ista declaratione fatetur contrarium.

Sed contra quia potentia propinqua actui actus est. l. pen. ff. de mi.test. d.§.illud,si ergo exercitium in facto consistit, & ius siue potestas immediate exercitium suscipit, non ius erit sed factum,&sic argumentum retorquebitur.

Vnde dicerem ego ex supra dictis difficultatem resolutam esse,quod sit ius, quodq; in facto consistat, ut in itinere, quod est iuris,ire uero facti, insti.de serui.in princ.contractus iuris, contrahere facti.d.l.consilio,consuetudo iuris,consuescere facti.l.de quibus.ff. de legi.§. ex non scripto inst.de iu.na.c.cum dilectus & ibi Bal.in prin.de consue. & possessio iuris deniq; possidere uero facti l.deniq; ff.ex quib.cau.ma.not.in.l.i.ff. de acqui. po.unde bene dicit idem Bart. quod est ius sibi competens, faciendi(ecce exercitium)ea quæ sibi ut iudici incumbunt, & non ipsum facere nisi improprie, ut subiicit statim declarando sic text. in.l.i. de offi.con.

Obstat etiam quoad aliud dictū Barto.de iurisdictione & actione ut supra quod scilicet eo modo quo per actionē consequimur quod nobis debetur, ita

officio iudicis perficiatur, quod erat in ipsius iurisdictione., quia non uidetur bona similitudo, ex quo obligatio est cā actio causatum, mater & filia.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu. & simile in actione in factum quæ oritur ex interdicto.§.fi. insti.de interdic. & in præbenda quæ oritur ex canonia.c. relatum de præbē. nullibi autem legitur quod iurisdictio pariat officium iudicis, ut in simili dicitur in.§.cum igitur, ibi nulla lex est, quæ hoc dicat in auth.de non eli. se. nuben. ergo.

Sol.Barto.arguit à simili deducendo ut supra igitur tolerabile est dum modo similitudo sit in aliqua parte.l.fi.C.de tē po.in integ.resti.pe. Abb. in.c.quemadmodum de iureiu. & in. c. translato de consti.Bal.in.l.curatoris colum.2.C. de nego.gest.immo quod etiam à remotis admittitur argumentum ut per glo.in.§.fi.in prohe.ff.orum.Plus dicit Bal.consil. 73.ad fi.uol.2.quod iurisd.est mater offi. iudicis ut ob.actionis.

Secunda est conclusio, quod idē erit etiam si consideretur in parte, † quod ꝓ-
26 bat ex tribus ostendendo prius tamen quod repugnantia sit dicere officiū iudicis fore in eo & in parte, & ut superior quod fatua illa est querere, an sit actio vt in parte.

Adde tu primum quod non est repugnantia, sed negantia.

Quædam enim aduersa sunt siue repugnantia ut sapientia & stultitia, auaritia & liberalitas, morbus & sanitas, quæ se inuicem non compatiuntur.l. ubi repugnantia.ff.de reg.iu.l.3.§.ex contrario ff.de acqui.po.

Quædam priuantia ut dignitas & in dignitas.

Quædam quæ cum aliquo conferuntur ut simplum, duplum, triplum & quadruplum.

Quædam uero negantia si hoc est scilicet illud non est.l.cum prætor.ff.de iudi.l.pomponius.§.i.ad fi. ff.de procu. & ita procedat Bar.conclusio, dicentis adhuc quod quandoq; in parte proprium habet nomen, ut in integrum restitutio, & excusatio, quod tamen mihi non placet quia nomen est quod ab ipso effectu sumitur, quæq; per officium iudicis impetrantur non quod sit officii iudicis in parte.l.præfecti etiam prætorio. ff.de mino.l.scire oportet.§. oportet.ff. de excu. tut.& paulo infra declarat.

Quandoq; tamen subiicit quod proprium nomen non habet & quod appellatur persecutio & istud est uerum.l.pecuniæ.§.persecutionis.ff. de uer.si.Bald ultra cum in rubr.de offi. iud.in prin.

Sed contra quia actio est persecutio etiam.d.§.i.inst.de ac.usq; adeo ut differre non uideantur.

Sol. differūt quia actio est persecutio eius quod debetur, iudicis autem obligatione cessante, ut inquit Bal.in loco præ alleg.& bene.

Quod differant igitur probat Bart.& primo quia actio præsupponit obligationem.l.licet.§. ea obligatio. ff. de procu.dictumq; fuit supra aliter tamen inducendo officium uero iudicis nullam. l.qui per collusionem.§.fi.ff. de ac. emp. Ob.tamen aliquid sed facilis est respōsio ut hic per Dec.nu.27.

Adde dum dicit, & Alex.ante eū col. pe.quod proprie officium iudicis nullā præsupponit obligationem large autem & improprie sic per glo.tritam † in.l.si ser
27 uum in.§.fi.ff.de uer.ob.Fel.in c.2.col.2. de offi.iud.quodq; hac ratione eidē, quasi obligationi, accedit fideiussor, qui ciuiliter & naturaliter obligatur ut per Ias. in.l.centum Capuæ, colum.4.ff.de eo ꝙ cer.lo.& istud quasi debitum transmittitur ad hæredes, transit in singularem successorem & cedi potest, ut per Nouiss.in l.non solum in.§.morte nume.786.ff.de no.o.nun.immo plus in materia editionis quod datur officium iudicis, ideo quia uerba obligationem quandam sonare uidentur.l.prætor ait in prin.l.quædam.§.is autem.ff. de eden. quomodo autem libellus formari debeat dic ut ꝑ Barto.

Secundo probat ex alio differentiam quia uno casu per interpellationem extraiudicialem pars in mora non consti-

28 tuitur,† quando officio iudicis cogi potest.l.cum postulassem.ff.de dam. infec. alias aũt sic.l.mora.ff.de usu.dixi i. l. qđ te.ff.si cer.pe.Dec.etiam hic dicit nonnihil num.31.dic ut per eum. Adde multa per Ias.insti.de ac.in princ.nu.60.

Et ad illud quid in collatione dotis, quæ fit officio iudicis, & tamen filia per interpellationem constituitur in mora, de quo per eundem Deci.nume.32.&Rimi.colum.13.& alios, Adde adhuc Dec. pulchre nu.14.ff.si cer.pe.

Tertio probat Barto.quia officium iudi
29 cis misericorditer imploratur† ut per gl. in rub.de int.ac.citata etiam supra ergo omnino ab actione differt, quia illud quod petit sibi non debetur, est uerum (subdit) si nõ fiat, quod petitur, plerũq; licere ipsum imploranti ap. interponere.l.i.§.permittitur.ff. de aqua quoti. & esti.ubi Barto.met ad fi. & nimirum qa ipsum grauat,& ratione grauaminis ap. permissa est, & nouissime tradit Ias.in. sti.de actio.in prin.nume. 66. Adde tamen si sit quid in mero ipsius iudicis arbitrio consistens, quod id poterit denegari ut per Feli.in.d.c.2.colum.i.de offi. iud.& in.c.exceptionem in princ.de excep.post Innocen.in. c. fi. de fer.idẽ Ias. ubi supra.Immo quod nec tuta est theorica Bart.in.d.§.permittitur,in casu emphiteosis in quo loquitur, si finita generatione non confirmetur descẽdẽs inuestiti,& multi tenuerunt contrarium, relati per Gozad.consi.39.num.18.tamẽ quia ita se habet opi. communis,ut per Alex.consi.80.colum.6.uolu.i. ita transeo, limitando tamen ut dicebam proxime.

Sed ad propositum dubito, si in statuto exorbitanti à iure cõmuni, fiat actionis mentio† an ueniat officium iudicis,
30 & breuiter respondet Alex.quod sic.

Motus, quia etiam quod materia sit stricta,& exorbitans, fit tamen extensio ad latam.l. filium habeo ad macedo.ubi in.l.i.eod.tit.fit mentio de filio,materia est exorbitans(odio enim creditorum S. Con.illud inductum est) & tamen uenit etiam nepos qui improprie & largo sumpto uocabulo est filius.l.liberorum ap.ff.de uer.si.d.l.filium habeo.

Et probatur in.l.actionis uerbo.ff.de uer.si.ubi actiõis uerbo etiam persequutio continetur, persecutio est officium iudicis.l.pecuniæ. §. persequutionis. ff. eo.ergo,& pondera quod dicit continetur uerbum sane proprietatem designãs l.cui eorum §.affinitatis. ff. de postu. l. hæc uerba & utrobiq; Bar. ff. ad legem Iuli.de adul.quodq; est in ti. de uerb. si. ubi de proprietate uerborum agitur ut inquit Alex.consi.126.num.6.uolu.7.& Ias.in.l.eius qui in prouinciam col. 9 ff. si cert.pe.

Tamen fallax est istud, & sepe loquũtur improprie iurecon. etiam in titu.illo ut inquit Deci.& bene, hoc idẽq; ex multis ante eum confutat Ias.in.l.emancipata colum.7.C.qui admi. & quod sit ex extẽsione per not.hic & in.l.i. ff. de eden.ita quoq; dicit in prin. insti. de ac. nume.56.primo modo igitur melius & ita per tex.in.d.l. filium habeo, dicebat adhuc idem Ias.in.§.penales nu.55.eod. ti.& lib.

Adde quod bonorum possessor non est hæres nisi large. l. 2. ff. de bo. po. §. quos autem insti.eo. & tamen uenit hæredis ap.ut concludit Alexã. in.l.i. in.§. hoc autem senatuscon.ad fi.ff. ad treb. idem Ias.in.l.i.colum. 2. ff.de uulga. & pub.sub.

Nec filius naturalis proprie est filius l.filium diffinimus. ff. de his qui sũt sui uel alie.iu.unde præteritus bo.po.cõtra tab.non habet ut testamentum patris rescindat.l.fi.C.de nat.lib.Bal.in.l.certum col.4.C.unde legi.

Nec sibi debetur legitima.l.uxorem. §.pater naturalis.ff.de legã. 3. & tamen uenit ap.filii & comprehenditur ut diximus in in materia etiam exorbitanti, & no.in c.in præsentia de proba.

Et ideo dixit Bal. in statu.in uer. filius nu.9.si statutum dicat quod filii nobiliũ pro eorum maleficiis condemnẽtur in quadruplum,quod naturales quoq; cõprehẽdentur.

Et si dicat rursum quod ad successio

nē filiorum ab intestato decedentium mater non admittatur, quod excludetur quoq; à successione pupilli, quanquam mortui ab intestato, & sic large quia testamentum facere non poterat.l.i.ff.de suis & le.Gozad.consi.35.num.4. & ita foret tenendum. Dicit tamen Deci.quia istud quod dicitur de extensione,deq; stricta significatione uerbi ad latam,(estq; dictum commune) intelligitur uerum eadem ratione subsistente, unde in conclusione Alex. cum non sit eadem ratio in actione quæ est in officio iudicis,ex quo in ea est ius magis quesitum.l.qui actionem.ff. de regu. non potest dici quod ipsius ap. ueniat officium iudicis. Immo ut dicebam supra quod qui habet actionem proprium habere uidetur, nec istud sit in officio iudicis.

Adde nihilominus oportere, quod ratio sit expressa in lege,ut in.d.l.i. & in.d. l.filium habeo, declarat Alex. met in .l. 2.ff.sol.mat.uel unica tantum possit assignari.l.quamuis ubi glo.C.de fideicō.

Ego dico aliter (quicquid sit quo ad alias decisiones) ex alio hoc idem dici non potuisse, per text. (in quo stat tota difficultas) in.d.l.filium habeo, & in.d. l.i.quia licet sit materia odiosa, est tamē fauor ibidem etiam parentum & filiorū ita ut non ab re, fiat extensio de filio ad nepotem,ut per Bal.in.l.lege iulia.ff. de ritu nup. subiiciens ob id si statutum dicat quod pater teneatur assignare portionem filio delinquenti, quod locum non habebit in auo & nepote, post Cy. qui ita de facto respondisse dicebat. Cogita.

Dum modo Bart. quærit quotuplex sit iudicis officium,dic ut per eum, bene enim locutus est, exemplaq; satis clara, & adde tantum Odof. omnia simili modo discurrentem in.l. officium colū. i.ff.de rei uen.

Et solum istud memorie commenda ut pote annotatu dignum, in NOBILI dum ait illud esse,quod nulli actioni deseruit, per se stans siue proprio motu exerceatur, siue ad postulationem alte-

31 rius,quod olim† de iure gentium, omnia exequebantur manu regia, idest regia potestate.l.2.in prin.ff. de ori.iu. quq; erat loco actionis,ut hodie Venetiis, & apud Tartaros,inquit Barto.in.l. rerum quidem amotarum .ff.de ac.re.am. colū. 2.postea actiones composite fuerunt de iure ciuili.d.l.2.§.deinde, tradit idē Bar. in.l.frater à fratre, colum. 4. ff.de cond. ind.

Et quòd pro regia potestate capiatur manus facit,quia sic etiam dicitur patria potestas,& Dominica.

Et uulgo,ius habet in manibus.

Et Io. 10.ibi, nō rapiet eas quisquam de manu mea.

Et poe. lyri, ch'alzando il dito con la morte scherza.

Et ad propositum quod istud officiū judicis nobile, successit loco d. manus regiæ, usq; adeo ut omnibus illis casibus, in quibus actionum solemnitates sublatæ sunt,ipsa manus regia remanserit,seu officium istud iudicis nobile, secundum Bar.in.l. frater à fratre præallega.col.6.ff.de condic.ind. & quanquam deportatus,siue ille cuius bona sunt publicata perdat iura ciuilia, nihilominus officium iudicis retinet pariter, quod semper implorare potest, ut tradunt, & declarant Scriben.in.l.ex hoc iure in gl. obligationes ff.de iusti. & iu. ad intellectum,l. si tibi mandauero .§. is cuius .ff. manda.

Post hæc rursum quærit Bar.hic, an Iudex impartiatur officium suum, non requisitus, & an in officio suo requiratur libellus,& lit.cont.& se remittit ad not. in .l.4. in .§. hoc autem iudicium .ff. de dam.inf.& in.l.ne quicquam in.§.ubi decretum.ff. de offi. procon. & idem facio ego, & conclusiue pro nunc dico regu-

32 lariter ac quoad primum † quod non, fallit in multis casibus de quibus in.d.§. hoc autem iudicium. Quoad secundū quod sic, ubi requiritur causæ cognitio & ubi principaliter imploratur, quan-

33 quam regula hoc† quoq; fallat in aliquibus,& ut susius not.in.d.§. ubi decretū.

Ad cuius declarationem tamen nota quod libellū ibi intelligit Iurecon.idest

34 † supplicationem, unde postea ipse princeps, seu proconsul rescripta cōcedebat l.rescripta.C.de preci.imp. offe.inq; Augusti uita, legitur (auctor est Sueto.) qđ tanta comitate adeuntium desideria excipiebat, ut quendam libellum porrigere dubitantem, ioco corripuerit, dicens, quasi elephanto stipem porrigis, sub inscriptio. seu titu. de ciuilibus gestis eiusdem.

Vltimo quærit Bart. an iurisdictio cohe-
35 reat territorio † & multa hic nu.15.considerat ut per eum ex cuius dictis collige.

Primum, quod non, quodq: necessarium non sit, & subiicit amplius, quod potest esse iurisdictio sine territorio, & territorium sine iurisdictione.

Sed primum scias, quod territorium
36 est † nomen uniuersale.l.pupillus.§.territorium.ff. de uer. si. ut diocesis de iure canonico. c.rodulphus de rescrip. Bald. cons.326.colum fi.uolum.i. comprehendens omnia quæ sunt intra fines uniuersitatis, ita ut nullus locus nullaue persona excipiatur.l.Iulianus.ff.de lega.3.l.i. §.cum urbem.ff.de offi.præfec. urb.Bal. in loco præallega.Pau. Cast.consi.63.in prin.uolum.i.

Secundo scias quod districtus idem est quod territorium.

Tertio non modo terre esse territorium, & districtus uerum etiam maris, spacium siue latitudo iurisdictione munitum, siue munita.

Quarto quod à terrendo, siue distringendo dicuntur.

37 Quinto & ultimo duplex† unū in quo exercentur, quæ sunt fori poli, aliud in quo exercentur ea, quæ sunt fori contentiosi, ut in locis supra allega. Bald. pulchre in rub. quæ sint reg. Cardi. in cle. pastoralis in.§.ut illud colu.i. de re iud. Abb.in c.licet col.2.de proba.

38 Scias etiam quod auditores Rote† habent pro territorio Curiam Romanam, ut tradit Bellame.decisio 659.

39 Et ultra hæc quod est forus † masculini generis, & forum neutri, forus est locus in quo exercetur iudicium, forum uero territorium ita Abb. in c. forus in i.col.de uer.si.

46 Vltimo † quod prædicamenta sunt decem.

Substantia.
Quantitas.
Relatio.
Qualitas.
Agere.
Maleficii.
Habere.
Vbi.
Quando.

Situs, Azo. in summa in princ.col.2. Bal.in.l.de quibus colum. 16. ff. de legi. quodq; iurisdictio in persona iudicis, ē in prædicamento agere, in persona subditorum, in prædicamento pati, in territorio in prædicamento situs, ita idem Bal.in.l.i.§.in initio col.i.ff.de offi. præf. urb.& Ias.hic.

Sed tamen (& nunc ad propositum redeo) quod sine territorio esse possit
41 † & è contra, probat primum in chartulariis qui habent iurisdictionem, & tamen non habent territorium.l.i.ubi gl. ff. de iudi.l.fi. C. ubi & apud quē. Adde cu q sunt notarii, uoluntariam iurisdictionē habentes, nō contentiosam, habitu non actu ut ait Inno. in.c.cum à nobis de testi. quā uocat Bal. habitualem ob id consi.105.colum.3.uolum.3.& chartularii à chartis conscribendis, uocati & rogati, proprie dicuntur; in Thuscia, quod testatur etiam Bar. met in.l.iubemus in.§. sanè num.13.C.de sacrosanc.ec.Boer.decisio.222.num.15.par.2.

Adeoq; uerum, ut quamuis coram quocunq: iudice hodie (ut dixi etiam supra) agnosci possit bo. po. sine ulla solemnitate, immo nec etiam ipsius nomine expresso.l.fi. C.qui admi.quod nō tamen coram chartulario agnoscetur, seu agnosci poterit ut ibi not. ubi Rimi. in specie col.2.

Et idem in Rectore scholarium, qui habet iurisdictionem iuxta not.in auth. habita.C.ne fi. pro pa. & tamen nec ipse territorium habet, ut inquit Barto. & Pau.in.d.l.fi.C. ubi & apud quem,

Vtrunq: exemplū tamen impugnat

Deci dicens quod immo & chartulariorum iurisdictio, & rectoris continentur territorio, ex quo illi instrumenta nõ cõficiũt extra ut per Bar.in.l.i.in 7.q. C.de summa tri.& fi.cat.iste uero tantum ius reddit in loco studii, estq; argumentum in.l.fi.infra eo.

Et male, q̃a illud ideo est, ne officia turbentur promiscuis actibus.l.consulta diualia.C.de test.ne ue quis ponat falcem in alienam messem c.nullus de parroc. non quod territorium habeat.

Et idem ultra Bar.uidemus, ut dicebam alias in delegato, quod iurisdictionẽ habet pariter.l.i.§.qui mandatam.supra de offi.eius, & tamen non habet territoriũ, ut dicit Bal.in.l.i.præal leg.in.§.in initio col.2.ff.de offi.præfec.urb.& in.c.significasti.de offi.de.loquor de delegato inferioris, ut utrobiq; dicit, inferendo in d. c.significasti, quod non possit in possessionem mittere, quæ est mixti imperii ut hic, quia territorium non habens in territorium non mittit. l. iubere cauere infra eo.

Probat etiam Bar.quod territoriũ è con-
42 tra possit esse sine iurisdictione† q̃a comitatus Perusii, & aliarum ciuitatum, habent territorium, & tamen non habent iurisdictionem, sed in comites potius ciuitas imo plus (addetu) quod sunt comitatus, nec territorium nec iurisdictionẽ habẽtes, ut in palatinis, qui abusiue hac ratione comites sunt quanquam dignitate non careãt.l.i.C.de man.prin. Pau. Cast.cons.180.nu.x.Bal.in c.i.in prin.qs dicatur dux com.uel mar.in usib.dixi in l.i.supra de offi.eius.

Exemplificat etiã id in Brixia, quæ olim priuata fuit iurisdictione, & tamen territorium habebat; dic tu priuatam fuisse ab imp. Henrico, ut refert Bar.in.l.aut facta in §.nonnunquã col.3.ff.de pen.imo sentẽtiam tulit subiici tunc debuisse aratro perduellionis crimine, in quod in-
43 curreratt† licet eam pœnam postea (ut dicit) misericordia motus pie & clementer relaxauerit nonnihil de ciuitatibus Thusciæ, in.l.hæreditatum nu.7.ff.ad legem fal.& signanter de Brixia ut Bar.in d.§.nonnunquam, Abb.in c.dilectus co lum.3.de simo.

Difficultatem mouet etiam Dec.quãtum ad istud resolutione facillimam dic ut per eum nume.37.

Et ultimo loco probo ut ego quoq; dicebam alias, istud uerum fore, quia si iurisdictio potest esse sine territorio (ut ostensum est) nulla ratione (suaderi potest, quod non idem quoq; e contra sit, quandoquidem contrariorum eadem sit disciplina, si non possit diuersitatis ratio assignari.l. i. ff. de his qui sunt sui uel alie.iu.ad quam regulam aduerte tã-
44 men † quia uera est quoad cognitionem, ex quo uno de contrariis cognito, cognoscitur & aliud ut ibi, sed diuersa ex quo rursum diuersi effectus sequuntur ex contrariis. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uer. ob. ita Por.insti.de his qui sunt sui uel alie. iu. in princ. stant igitur ista simul quod non sit eadem disciplina, sed diuersa; & quod, sicuti est dare iurisdictionem sine territorio, ita quoq; detur è contra territorium sine iurisdictione. Cogita.

Secundo collige ex dictis Bart quod iurisdictio coheret officio, & personæ eius, qui habet officium, quodq; est in
45 territorio, † usq; adeo ut non sit qualitas ipsius territorii, sed personæ.

Quod solida ratione probat, immo argumento, postquam declarauit, quædam fore iura, quæ debentur à re rei, ut seruitus, qualitas sui natura prædialis, quædam uero personæ in re, ut dominium, pignus, & similia, quia de dominio adhuc ad iurisdictionem arguimus, l. qui furere citata etiam per Barto. infra ad fi. ff. de sta. ho. sed dominium coheret domino, estq; in re, ergo & iurisdictio iudici, & officio ipsius, in territorio, & illum tex. in. d. l. qui furere dicit non esse alibi Bald. in Marga.sua dominus num. 5.& ita arguit idem Bar.in.l.si dominiũ nu.2.ff.de fur.

Dat tamen instantiam Deci. quod

procedat, quia duo domini eiusdem rei insolidum esse non possunt. l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commo. in iurisdictione uero secus, l. i. ff. de offic. con.

Item quia dominium si in aliquem transferatur, reuocari non potest. l. traditionibus. C. de pac. l. sicut. C. de ac. et ob. l. perfecta. C. de dona. quæ sub mo. et in regu. quod semel de regu. iu. in. 6. iurisdictio autem sic. l. iudicium soluitur. ff. de iudi.

Et quia (addas tu) dominium est de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iust. et iu. iurisdictio uero de iure ciuili. l. 2. §. deinde. ff. de ori. iu.

Sed pro sol. dicas satis esse (ex quo tollentur omnia) quod in hoc conueniant, et bona sit æquiparatio l. curatoris et ibi Bal. col. 2. C. de neg. ges. Abb. in c. translato de const. et in c. quemadmodū de iureiu. et ita in simili dicebam supra in illa. q. an officium iudicis et actio sint idē.

Tollitur ex hoc etiam responsio eiusdem Decii, quam tradebat ad tex. in. l. q. furere præallega. quod licet dominium et iurisdictio ibi conseruetur furioso nō tamen sequitur quod absolute, de dominio ad iurisdictionem arguatur, quia fateor et dico ut supra fore satis, quod similitudo sit ī hoc de quo agitur, ex quo diuersitatis ratio assignari non potest, alia ad idem dicit Deci. parum facientia quæ non refero. Et pondera text. prædi-
46 ctum. d. l. qui furere loqui in casu fauorabili retentionis. l. per retentionem. C. de usu. l. si in area. ff. de condic. inde. nec nos secus hic, ubi de iurisdictione extēdenda agitur, ex quo bonum tanto melius est, quanto est sui ipsius difusiuum, l. fi. ff. de consti. prin. dictum sane notandum semper.

Secundo probat hanc conclusionem Barto. quia sicut Imperator habet uniuersalem iurisdictionem. l. i. ff. eod. estq; mundi dominus, inquit Iurecon. in. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodi. de Iac. c. cūcta per mundum 9. q. 3. ita iudex dicitur princeps ciuitatis seu territorii cui præest. l. spadonem §. si ciuitatis princeps, ff. de excu. tu.

47 Et procedit argumētum præcise † quo ad iurisdictionem, & gubernationem, quo modo, intellexit etiam Cy. in. l. bene à Zenone in pri. C. de quad. præscrip. & Alb. in prohe. fforū col. 4. non quoad res singulorum, declarando subinde tamen dictum istud de imp. quāuis ei oēs principes subsint, oēs nationes & prouīciæ, imoq; verificari pōt in eo, illud psal. domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo quod tamen leges non extenduntur nisi ad illos, qui de facto obediunt, ut inq̄t Fab. in. §. oēs populi in prin. inst. in prohe. imo quod Veneti ēt exempti sunt & neminem in superiorem recognoscūt à tanto tempore ut nō sit hominū memoria in contrarium, & vt lusius no. in. l. hostes. ff. de capti. & per Alb. in. l. i. col. 5. C. de summa tri. & fi. cath.

Tertio & ultimo probat, quia sicuti ille qui tibi rē singularē cōcedit dominium cōcedere dicitur. l. si ita ad fi. ff. de cont. emp. ita princeps concedēdo tibi vniuersale territorium, concedit etiam uniuersalem iurisdictionem ex quibus oībus apparet, quod non cohæreat territorio ut concludit tandem, quanquam territorio terminetur. l. fi. infra eo.

Et bene, obstat nihilominus vnum nā si cohæret personæ habenti officiū & qualitas sit non territorii, sed personæ ut supra quomō dici pōt, qđ concesso territorio cōcedatur iurisdictio. l. quis ergo casus iuncta gl. ff. de pecu. l. 3. in prin. ff. pro so. no. in. l. i. per Bar. ff. de usuf. le. estq; argumentum in. l. & si sine in. §. sed quod papinianus. ff. de mino.

Sed pro sol. dicas, quamuis personæ cohæreat, quod tamen (ut Bart. met dicit) est in territorio, & hac ratione concedi potest, & nouissime tradit Pau. Cast. cō si. 99. in prin. uol. 2.

Vel dicas quod sit eadem iurisdictio nō uere sed ficte, do instantiam, obligatio debitoris transit ad hæredem, & tamen personæ defuncti cohærebat, eoq; mortuo videbatur mortua omnis qualitas. §. deinceps ī auth. de nup. & ī iuribus supra

allega. Sol. q; est ut supra quod eadem sit obligatio ficte non uere, & quod eadem obligatione numero hæres teneatur, ex quo eadem persona quoq; cum defuncto fingitur. §.i. in auth. de iureiu. à mo. præsti. Cy. in l. pacto successorum C. de pac. & in casu nostro is cui territorium concessum est, & in consequentiã iurisdictio. c. ex literis de iurepat. l. quæ dam. ff. de acqui. re. do. eadem persona cum ipso principe concedente, uel quæ ipsum representet ut late dictum est in. l. i. supra de offi. eius & ex his (cætera dicta Bar. nihil habent dic ut per eum) sumus de ista. l. i. expediti. ff. de iu. o. iu. die 9. Martii. 1560. frequentissimo attentissimoq; auditorum concursu laus Deo optimo maximo. Pataui.

Additiones.

Ad uerbum latissimum hic adde qđ in testamento ueteri (ut Euche. de quæstio. dif. uet. testa. ait) iaphet latitudinem sonat, ex quo ob id gentium nascitur multitudo.

Adde in illa. q. an ius dicens, & iudex differant, ut dicit Cy. in. l. i. colum. 2. C. ne quis in sua causa, quod ius dicitur auctoritate propria & ius dicens secundũ suam conscietiam, iudicat, & iudex pro ut est iuris & secundum allegata & probata. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præsid.

Et quo ad latitudinem adhuc quod à simili in ea consistit uirtus, & quod hinc dictus est homo quadratus, prudẽs & fortis ut Vespasianus qui erat quadrata statura & quod Aias dictus est maximus achiuorum murus, quia latitudine humerorum omnes superabat ut inq̃t Home. Iliad. & ob id Plato quoq; ita appellatus, quoniam τὸ πλάτος nil aliud sonat, & platea uia lata immo quod ius dicentis officium est longum latum & profundum habens omnes dimensiones, vt hic & in. c. 2. de offi. iud. & in c. iudicantẽ 30. q. fi. quodq; dictum est hic per quandam similitudinem, quoniã sic latitudo est cæteris præstãtior, lõgitudine, & profunditate. s. ĩdimẽsionibus geometrorũ. In illa. q. Bart. hic nu. x. quæ cadit super uerbo officium in qua concluditur ꝙ officium iudicis differt ab actione, & bene ex multis ut per eum, adde differre, quo ad ortum quia actio obligationẽ matrẽ ex qua oritur p̃supponit vt inst. de actio in prin. l. licet. §. ea obligatio ff. de procu. officium iudicis nullã. l. qui per collusionem. ff. de actio. emp. itẽ quia si mihi iure actionis debeatur quid interpellatione etiam extraiudiciali debitor cõstituitur in mora. l. mora. ff. de usu. & non si officio iudicis quid peti possit. l. cũ postulassem. ff. de dam. inf. & quoad conclusionem deniq; quoniam in actione cõcluditur parti & cõtra partem, in officio iudicis autem iudici quod misericorditer imploratur. d. l. qui per collusionem gl. in rub. ff. de int. actio. Pe. Bella p. ubi alia sanè in materia multa q. 508. signãter ad hanc. l. nostram, quem omnino uideas.

Dum format oppo. hic Deci. quod text. iste non loquatur de mero imperio quoniam exempla sunt mixti, & postea respondet quod non restringunt regulam Dic tu quod immo restringunt quia nõ potest in exemplis uerificari & ad argumentum aliter respõde, quod immo loquatur uirtualiter, cum dicit latissimũ esse, ex quo sensus est ob id non solũ habere merum imperium sed etiã mixtũ, quod in danda bo. po. consistit &c. & cõsequẽter iurisdictionem quæ inest mixto imperio ut in. l. imperium infra eo.

Ad illud de quo etiam per Bar. adhuc nu. præalleg. x. an officium iudicis à iurisdictione differat, dicerem ego quod sic quia cum iurisdictio sit in iudice exercitiue, & in prædicamento agere õfficium eiusdem iudicis erit iurisdictionis exercitium, quæ postea potestas dicitur, de publico introducta cũ necessitate iuris dicendi & æquitatis statuẽdæ ut hic no. Et licet sit in prædicamento agere nõ tamẽ est actio, & ab ea differt, ut officium quod supra satis superq; ostensum est.

Additio.

Dum Bar. hic nu. 12. post gl. in. §. præterea inst. de actio. & in l. 4. C. deposi. & post Pet. de Bellaper. & Gul. de cu. fusius et clarius ac melius, concludit officium iudicis triplex esse ut per eum.

Adde dum primo dicit nobile nulli actioni deseruiens exerceri inquirendo, & bene, quod tribus modis proceditur in iudicio accusatione instituta, denunciatione.& inquisitione, ut per Spe.in ti.de crimi.in prin. not. in. c. qualiter & quando eod.ti.dum etiam dicit in decreto interponendo consistere & exemplificari posse adde tex.in.l.i.ff.de reb.eo.& in.l.magis puto in.§.non passim.ff.eod. cætera clara sunt.

Secundo dum dicit Mercenarium deseruire actioni proponēdæ ut in citationibus pro eo facit tex.in.§.fi.inst. de pœna tem.litigan.

Et ad id quod seruit actioni propositæ exercendæ post litem contestatam, quod habetur in.l.prolatam.C.de sen.

Et ad id si actioni propositæ terminãdæ deseruit ex natura actionis,in usuris & fructibus dic rursum facere text.in.l. qui per collusionem in §.fi.ff.de ac.emp. & in.l.ædiles in §.item sciendum. ff. de edil.edic.

Restituendusq; est,ibi aut contra naturam actionis,ut præter naturam dicere uoluerit, propter aliquod extrinsecũ accidens,ut in arbitrariis pro quo dicto facit adhuc tex.in.l.3.in.§. fi. ff. de eo qđ cer.lo.aliud contra & aliud præter ut ꝑ glo.in.l.pacta quæ contra. C. de pac. & in.l.stipulatio ista ĩ.§.alteri.ff.de uer.ob. Si exerceatur etiam siue deseruiat actioni propositæ & terminatæ exequendæ ex lege allegata id etiam est plus quam clarum est à mobilibus incipere debere postea ad immobilia posse deuenire, & ultimo loco ad iura siue nomina debitorum.ad id quod dicit etiam de expensis, adde tex.in.l.properandum in. §.sin autem utraq; parte.C.de iud.&l.sancimus C.eo.Cætera sunt clara & dixi etiam in aliis lectu.ibi uideas.

Nouissime tamen adhuc puto aduertendum quia dicit Barto.officium iudicis nobile &mercenarium ac aduersariũ esse,Metaphora sumpta à nobili q̃ nulli seruit,& Mercenario cui merces debetur,quæ præmium laboris est, & aduersarium quia aduersatur actioni & cõtradicit inquantum potest dupliciter, quã do in locũ directe exceptionis proponitur & quando deseruit exceptioni ꝓpositæ. Et male, quoniam immo nobilis seruit principi vasallus domino.Nec ea ratione dici potest Mercenarium q̃a seruiat actioni,quoniam gratuitum esse debet & minus aduersarium, quia si datur loco deficientis exceptionis deberet potius dici nobile, ut illud secundum Barto.quod datur loco deficientis actionis.Et si deseruit exceptioni propositæ, deberet dici Mercenarium, ut idem supra dicit.

Vnde concluderem ego duplex esse siue dupliciter considerari posse in abstracto & in concreto in abstracto, ut in exemplis Barto.in concreto uero, quando prætextu actionũ exercetur, uel sint bonæfidei uel sint stricti iuris, & latius ut per eum & in simili vt dixi ego in lib. obserua.i.c.i.ubi de abstracto & concreto,sanè multa ad saturitatem.

In hisce xij.legibus secunda.iubere cauere,More maiorum,& quia, si quis id quod,si familia,qui iurisdictioni,si idem cum eodem,magistratibus,eum qui,est receptum,si per errorẽ,non repetibilibus (ut aiũt) egimus tanquam canes in ægypto,triduoq; eas absoluimus,sic epitomate quodam breuitati consulentes,aliarum apparatum minime prætermittentes,quantum sit satis tamen,ut uideri potest ne in nobis id unum regeratur. Nescit manum de tabula tollere,quod Prothogeni,quanquam pictori egregio obiici solebat, ex quo diligentia nimia uicio non caret,ob idq; Callimachus Cacizotechnon hoc est sui calumniator, & finem diligentiæ non habens,appellatus est,& quia etiam num,altercando nimium,atq; disputando sæpe amittitur ueritas,æqui igitur boniq; consulas tu,qui legis,inq; auditorum meorum gratiam, breuitatem amantium hoc factum fuisse existima.

SCHOLIA.

Iabolenus lib.6.ex Cassio.

CVI IVRISDICTIO.

IN.l.ista non insisto, quia dixi alias in Collectane. satis superq; satis, uiaq; Burcardica est ut inquit Cy.in l.fi.C. si man. ita sue.alie. & si quid addendum est, (natura enim nouas semper deproperat edere formas.l.2.§.sed quia. C. de uet.iu.enucle.c. i. §. sed quia quæ su. pri.cau.be.amit.in usib.& in auth.de nõ eli.se.nub.in prin.) id unum addi potest quod hic subaudiatur modica cohertio, exprimatur vero in l.magistratibus infra eo.& in.l.fi.supra de offic.eius cui man. est iu.& ad regulã facit, quia sic qui uult unum,censetur uelle omne id sine quo illud quod uult expediri non potest. l. ad rem mobilem.l.ad legatum.ff.de procu.& in simili si quis hæreditatem adiuerit ab intestato notitiam testamenti habens,eam ex testamento repudiasse censetur.l.illud.ff.de acqui.hæ.Corn.consi. 88.nume.9.uolum.i.Qui dicit etiam, & ferè ad idem,quod ubi quis partem hæreditatis sibi delatæ reliquit, censetur eã adiuisse,consi.79.num.x.uolu.4.&cum primum uoluerit quis, quod alius constituat se precario nomine emptoris possidere,quod censebitur uoluisse etiam, quod sit possessor dummodo tamen medium necessarium adhibuerit,ad possessionem in illum transferendam quia res fuerit,in præsentia.l.i.§.si iusserim.l. qđ meo.§.si uenditorem.ff.de acqui.po.cõsi.5.num.22.uol. 2. & alibi Pile.in q.suis 16.nume.2.si episcopus castrum concesserit in feudum alicui, quod eidẽ quoq; iurisdictionem concessisse uidebitur, alias commode castro uti non posset,& sanè absurdum ultra eum.l. nepos proculo.ff. de uet. si. & hinc est etiam quod cuiusq; mandati est,comprehendere nõ expressa sed expressis connexa.l. ita autem.§.si tutor.l.tres tutores. ff. de admitu.l.cum actum.ff.de nego. gest. multa Old.consi.126.in prin.& cuiusq; mandati non ab re diximus, quia hic quoq; & in.d.l.fi.de offic.eius cui man. est iurisd. de mandata iurisdictione agitur, & qđ uera sit rursum regula, si quod conceditur adhoc tendat & ubi principalis concessio certa est, pulchre declarat Bellame.dec.747.col.3. Qui ad idem inquit quoq;,si dixerim lego Meuio. x.p̃standa sibi à Titio de centũ q̃ sibi legaui, ꝗ eo ipso uideor legasse Titio, ex quo aliter ipsum onerasse non potuissem. l. ab eo. C.de fideicõ.& probatur in. l.deniq; in. §.interdum.ff.de pecu.lega.& in. l. procul.ff.de usuf.tradit Barto.in.l.cum tale in.§.fi.ff.de condi.& de.& in. d. §. interdum,decisio. 753. subiiciens facere omnia iura,dicentia,quod uolẽs quis principaliter & directe unũ disponere, uult etiam ex consequenti licet indirecte omnes effectus sibi possibiles,& sibi notos sine quibus non posset illud ad quod principaliter intendit producere, & bene,ut hic & in.l.illud.ff.de acqui. hæ. & in.l.3.in.§.qui habet.ff.de ser.urb.præd. & in.l.pe.C.de neces.ser.hæ. inst.& inst. quib.ex cau.ma.non po.in prin.

Est etiam intellectus ad regulam, uno concesso concessum non uideri id quod ex eo sequitur,si principale perimat. l. usufructuarius.§.edifficium.ff. de usufr. alias sic,si non perimat ut hic, pulchre Pet.de Bella per. in q. suis 227. & aliter quod uno prohibito omnia prohibeantur quæ sequũtur ad illud.l.non dubiũ. C.de legi. & per quæ peruenitur ad illud.l.oratio.ff.de spon.& ad idem si præcedens prohibitum sit propter sui turpitudinem longe magis dicendum est adhuc,quod id quod sequitur non ualeat nec in effectu valere possit.l.iurisgentiũ §.si ob maleficium.ff.de pac.l.si dolo.C. de inut.stip.fusius idem Pe.de Bella per. q.509.& nonnihil 510.

Et per eam determinatur etiam not. q.licet procurator ad agendum non trãsigat,quia ad id mandatum habere non uidetur.l.transactionis placitum. C.de transac.si tamen compromissum ex ne

cessitate statuti, arctantis partes ad illud fieri debeat, hoc casu ad compromittendum habebit, licet principaliter habeat ad agendum, ex quo illud necessarium antecedens est, ut per Bar. in l. indebitũ ff. de cond. ind. & Ange. in l. mandato generali. ff. de procu. Ferrarien. in d. l. transactionis placitum ad fi. Et eo casu quo transactio permissa est, nec punitur. l. gracchus. C. ad legem Iul. de ad. pari modo nec desistentia à lite, quæ ex ipsa trãsactiõe sequitur puniri debebit, de quo tamen in l. transigere. C. de transac. etsi consuetudo iurisdictionem cõferat Curiæ Mercatorum exequendi, facta pronunciatione prius in contradictorio iudicio, de exequendo, eidem iurisdictionem contulisse uidetur, pronunciandi de exequendo actualiter, quia pronunciatio prius est, & antecedens necessarium, executio uero consecutiuum & posterius, & ita declarat Ro. consi. 243. num. 3. Est etiam alius regulæ intellectus ultimo, ut ꝓcedat in his quæ sunt de natura rei, & non in his quæ per accidens contingunt quod hic not. & in pulchro casu, prati pinguis uẽditi, an aqua prædio debita cum eo transeat. declarat Bellon. consi. 27. nu. 4. Finis.

SVMMARIVM.

l. imperium. ff. de iu. o. ind.

1 *Argumentum à generis diuisione ualidissimum est in iure.*
2 *Quid sit merum imperium.*
3 *Quare merum dicatur.*
4 *Quod de gladio dicitur an intelligatur de materiali.*
5 *An merum imperium exerceatur in Belluas.*
6 *An exerceatur in mortuos.*
7 *An corpora mortuorum possint dari medicis pro anotomia.*
8 *Quare dixit merum imperium est habere.*
9 *Dum dicit homines, an feminæ comprehendantur.*
10 *Quod merum imperium etiam potestas appellatur.*
11 *Quid sit mixtum.*
12 *Quare sic mixtum imperium appelletur, & non mixta iurisdictio.*
13 *Quare dicit I. Con. mixtum imperium in danda bo. po. consistere.*
14 *Quare sic exemplificat in bo. po. tantum.*
15 *Quomodo mixto imperio iurisdictio insit.*
16 *An sit dare imperium quod neq; merum neq; mixtum sit.*
17 *Quid sit iurisdictio.*
18 *Materia huius legis est difficilis & subtilis.*
19 *Iudices quasi ius dicentes seu iure disceptantes appellati fuerunt.*
20 *Iudicia ratione iurisdictionis exercentur.*
21 *Alia est iurisdictio uoluntaria alia est contentiosa.*
22 *Officium iudicis est facti.*
23 *Principia sunt tanquam fores, notaq; omnibus.*
24 *Quare est quod Iuriscon. hic diuisionem tantum posuerit.*
25 *An diffiniatur merum imp. hic, an uero exempla ponantur.*
26 *Quod omnis pœna capitalis contingit tripliciter.*
27 *Capitalis pœna consistit in mero imperio.*
28 *An pœnæ capitalis appellatione intelligatur de morte.*
29 *Omnes presides habent merum imperium.*
30 *Merum imperium etiam in membri mutilatione consistit.*
31 *De inculcatione uerborum aliquid.*
32 *An commune idem sit quod mixtum.*
33 *Iurisdictio in genere comprehendit etiam merũ imperium.*
34 *Si princeps concedat alicui iurisdictionem in loco an eidem quoq; merum imperium concessisse uideatur.*
35 *Quid sit iurisdictio in genere.*
36 *Vnde dicta sit iurisdictio.*
37 *An merum & mixtum Imperium sub iurisdictione in genere comprehendantur.*
38 *Quot species sub se iurisdictio in genere contineat.*
39 *Quid sit Imperium simpliciter sumptum.*
40 *Quare dicatur merum.*
41 *Quid rursum sit merum imperium secundum Bart.*
42 *Quibus iudicibus adhuc competat.*
43 *Qui præest uniuersitati quæ ciuitatẽ faciat non habet merum imperium.*
44 *Quid in Romana.*
45 *Quid in illo qui præest uniuersitati facienti castrum.*
46 *Quid si præsit uniuesitati nec ciuitatem nec castrum facienti.*
47 *Quæ sint meri imperii exempla.*
48 *Merum imperium maius quid.*
49 *Quid magnum.*
50 *Quid paruum.*

VLPIANVS LIB. SINGVLARI, de officio quæstoris.

L. IMperium. Summa, diuide, & casum figura ut p Docto. & Nota primò, argumentum à generis
1 diuisione † cum species enumerantur, ut hic, in iure ualidissimum esse, frequens, & probabile, idemq; in capitulo. In genesi, de electio. & not. Bal. in. l. conuenticulam, in 3. col. C. de Epis. & cle. qui dixit etiam alibi in. l. i. C. de suc. edic. quod differentia generi adueniens, speciem semper cōstituit, & in c. i. in prin. in. i. col. de noua for. fide. in usi. feu. quod ipsum sic distinguere interpretatio, seu adiectio est, & bona est ad idem, quia cum suo diuiso conuertitur, ut diffinitio cum suo diffinito, quemadmodum dialectici dicunt. l. i. §. Dolum. ff. de dolo. tradit gl. insti. de obli. in prin. Et in adoptione ad propositum simile uidemus, pacto, & facto, quæ genera sunt pariter & in adoptionem ac arrogationem, pactum & transactionem, factum & non factum distinguuntur, l. i. ff. de pact. l. i. ff. de transac. l. Naturalis & ibi Bart. in prin. in 2. col. singula singulis referēdo. ff. de præscrip. uer. pluraq; huiusmodi sunt, breuitatis gratia non referenda. Et forte eiusdem generis diuisio facta est, quia uerbum imperiū, simpliciter prolatum, multis conuenire uidetur, ambiguumq; est, ut in simili dicitur in. l. cum stichus. ff. de sol. tum uel maximè principi. l. i. ff. de consti. prin. & cæteris magistratibus in subditos suæ iurisdictioni. l. 2. ff. de in ius uo. item Abbati in Monachos, Patri in filiū, Domino in seruum, Doctori in scholares. c. si religiosus. de electio. in 6. c. hoc nequaquam. 7. q. i. l. in suis. ff. de lib. & posth. l. 3. C. de pat. pot. l. i. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iu. auctē. habita. C. ne filius p pat. & ut etiam infra, & in simili de uerbo, Potestatis, dicitur, in. l. potestatis de uer. si. Et hinc est libello per dominum porrecto, si in eo uerbum huiusmodi sit ambiguum, scilicet, quod declarari debet, nec declaratio fieri poterit per procuratorem. l. inter stipulantem. §. sacram & ibi Bar. in 4. col. ff. de uerb. ob. quodq; æquiuocationis remouendæ causa, figura utimur, quæ appositio appellatur, &
est coniūctio duorum substantiuorum, 2
quorum unum, alterum declarat, exempli gratia, Canis stella lucet. l. quotiens in stipulationibus, ubi idem Bart. ff. eo. & de materia alias in. l. ueteribus. ff. de pac. & facit etiam quod habetur in. l. p̄tor ædixit. in prin. ff. de iniu. vbi qui agit actione iniuriarum, certum quid dicere debet, & specialiter designare quam iniuriam passus sit ne vagari uideatur cum discrimine alienæ æstimationis, arg. plane apertissimum, generaliter loquentē, obscurè loqui, perindeq; esse, ac si non loqueretur, & idem in. l. ubi autem non apparet. in. §. qui illud. ff. de uerb. obli. &

in.l.cum incertus .ff. de lega.primo imò quòd is nullam speciem complectitur, ut in appellatione, inquit Bal.quoq; cō cludens ex hoc non ualere,in.c.inter cætera,per illum textū de apel. & per text. in .l. Titiæ textores .ff. de lega. primo & alibi in.c.primo in prin.in 5.colum. qui feu.da.po.in usib. feu. Quod genus species innominata appellatur, & alibi in l.incendium .C. si cer.pet. quod intellectuale,quoddam est,non materiale, quia passionem non suscipit, nec petit, uel imaginatio potius secundùm Bart.alibi in.l.2.in .§.i.in fine.ff.de uerb.ob. Quæ non est in nostro commertio, & pro cōplemento, sciendum est, do cerido prædicta, maxime procedere, quemadmodum hic,in tantum, ut idem Bal. etiam dixerit in .c. cum accessissent in penul. colum.de consti. quòd generales theoricæ,quæ tamen præmittuntur .l. prima ff.si cer.pet.non illuminant intellectum practicum, desiderantem alios res singulares, tractatui quodam modo subiacentes, & quum de utilitate priuata agitur non determinando, & quum agitur de publica, imò quòd legis proprium est generaliter loqui .l.i.§. generaliter.ff.de lega. præstan.l. de præcio.ff.de publicia.l.i.§.quod autem.ff.de alea.l.in fraudem.§.fi.ff. de mili. testa. & declarat idem Bal. rursum in c. ad hæc, de rescrip.

SECVNDO nota, Quòd merum imperium est, habere gladii potestatem
2 † ad animaduertendum in facinorosos homines, idemq; dicitur in.l.nemo potest.ff.de regu.iu.& in .l. solent.ff. de offi.procon.& in.l.illicitas, in.§. qui uniuersas.ff.de offi.præsi.& in.l.cum uir.C. ad leg.iul.de adult.& in.l. aut damnum in prin.ff.de pœn.& in.c.solite,de maio. & obe.& in.c.dilecto, de sen. exco. in 6. & in.c.sunt quædam 23.q.5. si non explicitè sic,saltem implicitè, & per circunlocutionem,uerbum,gladii,ponderantes ubiq:, & in simili in.l.i.de offi.eius, supra ibi,quæcunq: specialiter,lege Senatus consulto,aut Principum constitutione tribuuntur,&in hoc quum habeamus lucem claram, non est dubitandum, uulga.l.ancillæ.C.de fur.

3 Sed quæritur, quare merum † dicatur Bar.hic in 2.colum.tradit tres resolutiones,prima est,ideo sic dictum fuisse quia à populo in principem translatum est, & taliter,ut nulli necessitati esset subiectum,& sic merum,idest liberum.l.Princeps.ff.de legi.l.digna uox.C.eo.l.i.ff.de consti.prin.Non tuta, quia hac ratione, cum fuerit postea cæteris magistratibus communicatum .l.si in aliquam in fi. & seq.ff.de offi.procon.l.4.ff.de offi.præsi. præallega.l.i.supra, de offi. eius.in eisdē etiā huiusmodi esse deberet.§. hoc itaq: in authen.de consu.l.fœminæ, de senato.l.fiscus.§.fi.ff.de iu.fi.l.i.ff. de lega.i.l. quæ religiosis.ff. de rei uen. cogitatu tamen absurdissimum.

Secundo, quia imperium merum, species iurisdictionis est, quod omnes admittunt,iurisditio necessitatē habet, quia est potestas de publico introducta, cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuendæ.l.i.supra eo. ergo & imperium.

Tertio,quòd liberum non sit, probari uidetur in.c.i.in prin. de natu. feu. in usib.feu. ubi si Princeps de feudo inuestiuerit capitaneos,eos tamen deuestire sine culpa non poterit, & sentit idem Bar.in.d.l.digna uox.C.de legi.& Alex. ubi multa ad saturitatem in consi.i.in 5. colum. in.2. uolum. Nisi ad primum respondeamus, ut ipsemet hic respondet, quòd est liberum quoad Principē, origine inspecta, non quo ad alios, & bene, nec inconuenit, ut tacitæ obiectioni occurramus, quia sic ab aliis nō differret,longe absurdius dictu .l. Nec honore.C.de ep.& cle.l.i.in fi. C. qui pro sua iu.c.pastoralis de offi. ordi. & ita solet limitari regu. uulga. l. eum qui.ff.de usucap. Quoniam nubere in simili bonum est,& malum,bonum in se, malū uouentibus uirginitatem.c.uouentibus 27.d. ubi alia exempla etiam leguntur, quæ non refero. Nec ob. adducta in contrarium, quia procedūt fortè propter personarum,rerumq; identitatem l. aduer-

uersus.C.de cri.expil.hæ.l.si rerum.ff.de re iudi. Ad secundum etiam idem Barto.respondet, quod licet necessariò non teneatur necessitate præcisa, tenetur tamen necessitate honestatis .d.l.digna uox.C. de legi.l. Quintus .ff. manda.l.pecuniæ.ff. de ali. & ciba.lega. ubi uerecundia est, non facere id ad quod quis tenetur & obligatus est, & declarat melius hanc differentiam idem Bart. quam hic in .l.i. ad medium .C. quomo. & quan. iud. in similiq; uidemus quod non compellit subditos ut faciāt, quæ non honeste facere possunt.l. quod ex libera.& ibi Bald.C.de ope.lib.

Sed contra, quòd imo nec præcisè iudex compelli possit, ex quo ista sunt facti, liberaturq; regulariter quis soluendo interesse hoc casu .l. Stipulationes non diuiduntur,uer. celsus .ff. de uerb. obli.l.prædia.ff. de ac. emp. l. si quis ab alio.§.fi.ff.de re iud. Ergo nec iudex (ut diximus,præcisè compelletur. Soluunt Doct.uerum esse, at in eo non procedere,q tenetur ex legis dispositione, post Bar.& alios in.d.l. stipulationes non diuiduntur,& bene,adde tu eundem in.l. si cum exceptione,in.§. sed & si quis .ff. quod met.cau.& in .l. Pomponius in 7. colum.ff.de nego.gest.& dicas idem esse in ultima uoluntate, fortè quia lex pariter uocatur .§. disponat, in auct en. de nup.& tradit Bar.in.l.fideicommissa, in .§.fi.ff.de lega.3.uel & aliter regu.procedere in facto,quod utilitatem priuatam respicit,nos autem publicam, quorum duorum non est par,eademq; ratio,arg. in .l. unica in .§.fi.C.de cadu. tol. uel in promissione facti dependente à simplici uoluntate promittentis, nos uero iurata .l. rem non nouam.C. de iudi .§. æquius,in auctẽ n.iusiuran. quod præsta. ab his .c. ad nostram, de iureiu. & in simili facit glo. in .l. si pecuniam in uer. quia iurasti.ff.de condi.ob.cau.

Non ob.tertiũ,& ultimũ,quia & ipsum quoq; facilẽ hẽt resolutionem, si dixerimus intelligendũ esse, ut intelligit Bar. met in.d.l.digna vox, à distamine rõnis non esse liberum, sicuti nec à lege diuina & naturali,sed à ciuili & positiua tãtum,& ut per Bal.late in.l. si aquam .C. de ser.& aqua,& cano.in .c.i.de ꝓba.uel ꝙ ratione personæ,ipsi Principi necessitas non insit,imperiumq; (ut diximus) liberum sit, ratione autem rei sic, & ita loquatur contrarium,secundum Barto. adhuc in.l.i.in.i.colu.C.de no.cod.fa. & ita transeundum foret,tamen Doct. cõmuniter hanc resol.reprobant, dicentes si esset uera ꝙẽt mixtũ imp.appellaretur merũ,rõne ꝑdicta à quibus non dissentio.ẽt ꝙ aliqui conati fuerint hic Bar.defendere,quos non refero, quia dicta eorum re uera relatu digna haud uidentur considerata semper origine ut supra.

Vnde idẽ secundã tradit resolutionem ꝙ merũ dictũ sit ad differẽtiã officii mercenarii actioni deseruientis, hoc est liberum,& nõ seruũ,qa si iudex inquirit ex officio, uel ꝓcedat contra malefactores accusatos, istud ipsum, ex quo iudicia criminalia actiones nõ habent,libere facit,ut insti.de pub.iud. in prin.& in.l.cõgruit.ff.de offi.ꝑsi. signãter in inquisitione loquente, siue generalissima sit, siue generalissime spãlis,iuxta nota.ꝑ Abb. in.c.qualiter & quãdo ĩ 3.col.de accu. & in quibus ĩtelligi ẽt põt sic text.iste,imo quãdo suꝑ accusatione ẽt(ut diximus) ꝓceditur,& renunciatione.d.c. qualiter & quãdo,& nota.ꝙ d.l.congruit, de generali inqſitione ĩtelligitur,ut idẽ Abb. sentit in loco de quo supra, q̃ eodẽ morbo laborat,mixtũ.i.hac de re, quoq; merũ dici debere,cũ actioni non deseruiat, & nobile sit pariter, negariq; non põt.l. à titio.ff.de uer.ob.nec facit(vt prædicti, quos paulo ante citauimus dicũt)ꝙimo cũ nõ sit separatũ ab utilitate priuatorũ quã pricipaliter respicit, mixtũ appellatũ est,& nullo mõ dici poterit merũ,qa uerũ est origine non considerata(ut dixi ꝓxime,et in hoc est punctus) aliàs autẽ sic,adeo,ut nec isto casu saluari possit.

Tertio igitur, et ult.resoluit dictũ fuisse quasi non mixtũ, et sic ad ipsius differẽtiã.i.purum et simplex,publicã utilitatẽ respiciens principaliter,ut infra, et hæc cõiter tenetur, pro qua facit text.in.l.5.

in prin.ff.de uerbo.ob.in.§. prætoriæ,in sti.de diui.stip.& in.l.si sic.ff.de lega.i.& in.l.qui res,in.§.mihi Romæ.ff.de sol.so leo ego allegare meliorem text. de iure in .l. cum seruus.ff.de condi. & demon. ibi, sed nos neq; conditionem meram putamus,quæ in datione, neq; meram quæ in facto consistit,sed eam, quæ con sistit in quadam mixtura, & idem ferè habetur in.l.veteris in prin.C.de contra hen.& commi.sti.& in.l.i.nouisime, in fi.prin.ff.de aqua plu.ar.& in.l.Aristo.in prin.ff.de dona.& sentit Barto. in.l. 2.in prin.ff.de uerb.ob.& Archi.in.c.i.de cõsecra. d. 3. ad fi. contra quam tamen tria adducuntur. Primo quia hac ratione etiam mixtum deberet appellari merũ, ex quo principaliter utilitatem priuatam respicit,ut infra. Secundo, quia attẽta ista differentia, iurisdictio quoq; hanc distinctionem pateretur, quod quædam mera sit, quædam mixta, ex quo aliquando ad publicam utilitatem exercetur.l.utilitas.C.de primipilo. lib. x.& tradit Bart.in.l.i. in priuilegio tertii temporis, in 4.oppo.ff.solu.mat. exemplumq; est etiam in debito, iure actionis,ecclesiæ, & similibus in quibus utilitas publica consistit principaliter.l.i.§. ius publicum.ff.de iusti.& iu.vel si Princeps,aut resp.mittatur in possesionem ex primo decreto, iux. no. in. l. si finita in.§.iulianus.ff.de dam.infec. Tertio, quia esto quod mero imperio non insit iurisditio principaliter, inest tamẽ accessariè,quando reus in expensis condemnatur.l.interdum.§. qui furem.ff. de fur. l.qui crimen.C.qui accu.non po.

Sed nihil faciunt, non primum quia si mixturam habet, imposibile est merum dici posse quamuis officio iudicis nobili exerceatur, Minus secundum, quia non est regulare,& hac de re non attendendum.l.i.ff.de regu. iu. l. regulariter.ff.de peti.hæ.l.eam quam.C. de fidei com.alias & in arg.quod in deposito ali quando dominium transferatur, pecuniæ numeratione.l.Lucius.l.die sponsaliorum.§.i.ff.depositi, pari modo attendi deberet, & tamen non est in consideratione, quia non procedit regulariter, eaq; res notisimos depositi terminos egreditur.l.licet.§.rei depositæ.ff.eo. & sunt uerba Iuriscõ.in d.l.lucius,in prin. & idem in locatione, & conductione.l. in naue Saupheli.l.non solet.ff. loca. Non deniq; tercium & ultimum, quia id in consideratione esse non debet.d.l. cum seruus,& quia denominatio vt dicunt Docto. & bene, semper fit ab eo quod agitur principaliter, per tex.in.l.si quis nec caussam uulga. ff. si cer. pet. Adde tu similem in .l. prætor ædixit,in .§.i.ff.de iniur.& in .l. quamuis.ff.de au. & arg. lega. & in .l. uerum .ff. de fur. & quia uere aliud dici non potest mitto enim sic meram liberalitatem alibi appellari,in.c.statutum,in.§.insuper,de re scrip.in 6. & alibi meram interpretationem,in.l.fi.C.de legi. & alibi meram fidem, in .l. omnium .C. de testa. & alibi meram subtilitatem, in .l. Titia ff.de adi.leg.& alibi meram pœnam, in l.unica,in fi.ff.si quis iusdi.nõ ob. & alibi merũ ius,in.l.i.ubi Bald.hæc omnia breuiter.C.de ob. pat. præstan. ita transeo.

SECVNDO queritur dum gladii mentio facta est ad idem, an de materia
4 li † intelligi debeat, omnes concludunt quòd sic,& in iuribus supra allegatis probatur,maxime in.d.§. qui uniuersas, & in.d.l.nemo,& in.d.l.solent, & nouissime in l.quisquis,in prin. C. ad leg. iuli. ma.& in.l.i.C.de paga.& ex uerbo, animaduertendi, quod pœnam sanguinis importat, uitæq; ademptionem, seu mortem.l.aut damnum.§.i.ff.de pœn.c. inquisitionis, de hære.in 6.dic tu quod etiam est bonus text.in.§.item lex iulia, insti.de pub.iud.& in.l.i.in prin.& in .§. quanq̃. ff.de abige.& in.l.i.& in.l.nemo aruspicẽ.C.de malefi.& Matemat. & de aĩaduersione ẽt in.l.fi.ff. de cada. puniẽ. & ita est tenendum, q̃uis subiecta materia dictet plerunq:, aliter intelligi debere,quoniam gladius etiam ciuilis est, & spiritualis,itẽ &aĩaduersio,quæ mortẽ nõ importat,uitæq: ademptionẽ.c.dilecto,de sen.exco.in.6.l.i.§.solent.ff. de offi.

offi.præfec.urb.l.Si quid erit.ff. de offic. procó.l.si quis in hoc genus. C. de epis. & cle.& tradit Bal.(singula singulis refe rendo) in l.fi.in 3.col. C. si à non comp. iud.su.ap.nisi uerbum iungatur,quo nõ aliud dici possit,ut in l.Nemo.C.de sũma tri.& fi.cat.& in l.In eum.ff.de extra or.cri.& in d.§.solent. Sed contra, quia sic non comprehenderetur deportatio, damnatioq; in metallum, Quæ tamen sunt meri imperii,& his casibus non est opus,gladio,sol.ut infra in glo.2. & dixi in prima lectu.latius.Et ad gladii propositum dicere solebat in mandatis Robertus Rex Siciliæ, ad custodiam bonorũ, malorumq; uindictam, portat princeps gladium,& exercet Imperii potestatem Luc.de pœ.i l.oẽs col.i.C.de anno.lib.x.

TERTIO quæritur,an merum impe
5 rium exerceatur in belluas† Quidam dixerunt quòd sic, per tex.in l.1. in prin.ff. si quad. pau.fe.di.& in c.Mulier.15. q̃st.i. & malè,quia tex.dixit in homines facinorosos,sensitq; glo.in c. Animaduertẽdum,quæ ob hoc erit expedita, & uerissimum uidetur,nec ob.tex.in d.l.i. quia esto ꝙ animal noxium detur, non sequitur propterea quòd in ipsum animaduertatur, quódq; gladio puniatur, ut hic,delicti ratione,ex quo, ut subiicit, sensu caret,dicíq; non potest iniuriam fecisse,& minus quod legitur in dicto.c. Mulier.Quia id ipsum pariter specialitatis rationem habet,factum eo casu fuisse,ut indignam facti memoriam refricaret,& sunt uerba Augusti.met ibi. & originaliter,Leui.c.xx.& Gen.c.9.secundũ unam expo.ibi,sanguinem enim animarum uestrarum requiram de manu omnium bestiarum,& de manu hominis.

6 QVARTO,quæritur ad idẽ† an exerceatur in mortuos,Interpretes communiter dicunt,quod non,regulariter,&bene quia nec possunt accusari, l. Defuncto.ff.de pub.iudi.ubi crimina morte extinguuntur,& idem in c.Quorundã.23. d.& in c.i.24.q.2.& in l.ult.ff. de bo. eo. qui sibi ip.mor.consci.& in §.Deinceps. in aucten.de nup.& in l.fi.C.si reus, uel accu.mor.fue.& quia homo mortuus, non est homo. l. seruo manumisso. ff. de condi. inde. l. si homo mortuus. ff. de uerbo.ob.ergo non poterit uerificari quod hic dicitur esse gladii potestatem habere ad animaduertendum in homines facinorosos, immo quod fit iniuria cadaueri,& cõtra iudicẽ posset agi actione iniuriarum ut in.d.l. Defuncto no.& in l.i.§.quotiens.ff.de iniu.& per Alex.late post Ias. Are. Pet. Cy. & Ang. in.l.si is qui.in ult.colũ.C.qui tes.fa. po.& per locum à speciali probatur ex his, quæ habentur in.l.3.ff.arbo.fur.ce.& in §.per contrarium.inst. de hære. quæ ab intes. de.& in l. cum filius in §. fi. ff. de leg. 2. & quia ultimo loco ab eodem remouetur nomen,à quo remouetur diffinitio, sed diffinitio hominis à mortuo remouetur.ergo.& in simili, de falso procuratore docet Bald.in l. Falsus. in prima colum.in fi.C.de fur.estq: arg.in l. Paulus ff.de uerbo.si.& in l.2.in §.primo.ff. quẽ admo.testa. ape.& in l. hoc legatum. ff. de leg.3.& in l.Lucius.in §.quæsitum.& ibi Bar.ff.eo.aliquid Ias.in rub. sol. mat. in 3.col.in prin.Hinc qui mortuum spoliat,ipsum offendit.l. qui sepulchra. C. de sep. uio. quanuis iniuriam non sentiat,fortè alia ratione,& fictè,ex quo nõ punitur de uulnere quis,si ipsum feriat, l.prima.C.qui accu.non po.& tradit idẽ Bal.in l.sororem.C.de his quib. ut indi. & sic ad propositum, homo est cum aliquo adiuncto,non simpliciter, nec propriè homo,ut in peccatore, qui non est pariter homo,sed aĩal, iuxta illud psal. 48.Homo quum in honore esset,nõ intellexit,cõparatus est iumentis insipientibus,& similis factus est.illis, & probat Archi.in c.principium.i 3. col. de pen.d. 2.stipulatio etiam, uel legatũ post mortem collatũ,incipit ab hærede,quia homo mortuus, cũ nihil sit, nihil habere põt,uel possidere,l.qui libertinus.§.posthumus.ff.de ope. lib. l.i.& ibi Bald.in prin.C.ut actio.ab he. & con.he. est tamen cum aliquo adiuncto quoq; si sit mutus, uel surdus, sed in eo dicta supra locum non habent,quia homo est, licet imperfectus, & animal amplius

quanquam irrationale, intelligendo de muto & surdo à natura, & non adhibita distinctione.l.discretis.C. qui testa.fa. po.ut in.c.i.an mut. uel ali. imperfec. in usib.feu.& per eundem Bald.in.l.i.in 6. col.C.de confe.

7 QVINTO, quæritur an corpora mortuorum † saltem medici posint dari pro anotamia, à iudicibus cum ex causa interficiuntur, concludunt adhuc omnes quod sic, licet hanc quæstionem indecisam relinquat Barto.in.l.fi.ff.de cad. pu.& hoc utilitatis publicæ gratia,& bene.l.ita uulneratus in fi.ff. ad .l. aquil .l. sunt personæ.ff. de religio. & sump. fu. l.bona fides,& ibi not.ff.depo.nec(vt declarauimus proximè) post alios in.d.l. defuncto,contra ipsos iudices agi poterit iniuriarum.l.Gracchus.C.ad leg. iul. de adult.& in terminis probari uidetur, in.l.quod reipublicæ .ff. de iniur. quam in not.q.inducit etiam Ro. in consil.96. incip.super eo.in prin. Sed dubium facit tex.in.d.l.fi.ubi omnibus petentibus corpora animaduersorum,ad sepulturã danda sunt,ergo non medicis, siue medicam artem profitentibus, supra dicta de caussa,nec ob.inductio d.l. quod reipublicæ, quia probat solum,si uindicãdæ reipublicæ caussa, quod fiat a magistratu, rectè & maiorum more, etiam quod ad contumeliam pertineat alicuius,eum actione iniuriarum non teneri secusq; sit, si de aliquo supplicium sumatur (vĩdicare enim nihil aliud sonat) non propterea iniuriarũ actione,quamuis id ad sontis contumeliam pertineat magistratum teneri, nihil commune habens, cadauer pro anotomia dari posse, & multominus postea,si esset iam sepulturæ traditum.l.fi.ff. de sep. uio. & uera lectio est,restituendusq; locus, ad propositum, ut uindicandæ dicat, non uenerandæ reipublicæ. Nihilominus supra dicta ratione,& quia hoc ipsum diutino tempore semper obseruatũ extitit ita ut non sit hominum memoria in cõtrarium, à prima opinione non recedo, l.hoc iure .§. ductus aquæ .ff. de aqua quot.& esti.c.super quibusdam .§.præterea,de uerb.si.& addo authoritatẽ Corne. cel. in primo de re medica, dicentis necessarium esse corpora mortuorum incidere,corumq; uiscera,atq; intestina scrutari,longeq; optime fecisse Erophilum,& Erasistratum, qui nocentes homines,à Regibus, ex carcere, acceptos uiuos inciderũt,& sic in fortioribus terminis, neq; crudele esse, sicuti pleriq; proponunt, hominum nocentium, & horum quoq; paucorum suppliciis, remedia populis innocẽtibus seculorum omnium quæri.

SEXTO, quæritur, quare dixit me-
8 rum imperium,nihil aliud esset † nisi habere gladii potestatem, cum tamen uerbum habere sui natura fictionẽ importet.c.cum haberet, de eo qui du.in mat. quam pol. per adult .l. si ex precio. C.si cer.pet.ibi simulatis habitis pro infectis quia uere facta, pro infectis haberi non possunt.c.cum in iure peritus de offi.de le.l.in bello.§.factæ.ff.de capti. & postli. re.l.non dubium,& ibi Bar.in.4.colum. C. de legi. & ad propositum dici etiam solet in.l.si maritus in.§.legis iuliæ.ff.ad leg.iul. de adul. quòd longe diuersa putantur,quem esse ciuem, & quem haberi pro ciue. Sol. facilis est, si dixerimus uerbum prædictum aliam hic pati interpretationem, ut magistratibus uere habeat, & cum effectu ac iure proprio,nec inconuenit, ratione subiectæ materiæ, ut de gladio supra declarauimus, & est simile in.l.i.in.§. hæc autem uerba .ff. q quisq: iu.& in terminis text.in.l.nomen filiarum in.§.fi.& in.l.habere.ff.de uerb. si.& in.l.stipulatio ista,in.§.habere.ff. de uerb.ob. pluraq: ad idem congerit Mathæ,afflic.in tract. iuris cong.in 5.not.8. par. subiiciens emptorem in materia illa, soluendo interesse agnato præsentãti,non liberari, quia sic non consequeretur rem cum effectu,ut dictum uerbum indicat,& ad limitationem .l. si quis ab alio.§.fi.de re iudi.cum similibus,seruire uidetur.

9 SEPTIMO,& vltimo,quæritur †(an enim hæc sit meri imperii diffinitio, vel descriptio, seu potius exemplum, glo.

prima

prima infra disputat, et ibi hoc ipsum tractabimus) dum dicit homines, nunquid fœminæ comprehendantur, uidetur prima facie dicendum, quod non quia in pœnalibus, & odiosis, strictissima semper fieri debet interpretatio. c. in pœnis. c. odia. de reg. iu. in 6. Adeo ut extensio de casu expresso, ad omissum, aut de persona ad personã, minime fieri possit, & ideo ad idem dispositio. c. 2. de cõ. præben. non punit Episcopum in alio, quàm in eo, quod est expressum, nec habet locum alia. c. cum in cunctis. de elec. priuans eligentes indignum potestate eligendi, nisi in dignitatibus pariter ibi dẽ expressis, ergo nec hic masculinũ cõcipiet fœmininum, nec poterit habens gladii potestatem animaduertere in fœminas facinorosas, traditq; in simili Are. in cons. 63. inci. in præsenti consultatione in 4. colum. & in terminis est casus, ĩ l. quirquis. C. ad leg. Iul. ma. sed tamen, quia hoc dictu absurdissimum uidetur, ex quo odium rationabile est, materiaq; conueniens ita fœminis delinquẽtibus, sicuti masculis, nec facta distinctione masculorum & fœminarũ, quibus casibus loquuntur contraria audacter secus tenendum censeo. l. 2. ff. ui. bo. rap. l. i. l. Hominis appellatione. ff. de reg. iu. immo ꝗ. figura uocis, & significatione, hoc idem dici debet, non quia masculinum fœmininum concipiat, ut glo. in. d. l. Hominis declarat & in. l. quisquis eo. tit. & ex uerbis Ci. famil. 4. deprehenditur facilè, dicentis, QVÆ SI HOC TEMPORE NON SVVM DIEM OBIISSET (Lẽtulus enim est de Tulliola loquẽs) PAVCIS POST ANNIS TAMEN EI MORIENDVM ERAT, QVONIAM HOMO NATA FVERAT.

TERTIO NOTA, quòd merum im-
10 perium, etiam potestas appellatur † & idem in. l. potestatis. de uer. si. ibi, in persona magistratuum imperium. iũcta gl. quæ, signanter text. istum allegat, & propriè quidem, quoniam & si alii imperiũ habeant atq; potestatem, ut ibidem adhuc, non tamen gladium, ad animaduertendum in homines facinorosos, habẽt, & sic impropriè, nec inconuenit uerbũ, relatum ad plura indiuidua, regulari secundum illorum naturam propriè, & impropriè c. olim de rescrip. c. causamq; de iudi. l. Pater seuerinam. §. conditionũ de condi. & de. l. 2. ff. de offi. procon. l. quamuis & ibi Bald. in i. col. C. de fideicom. dicens ad propositum, unũ prædicatum pro diuersis conclusionibus supponi posse, & hoc ipsum resoluit omnia dubitationem facientia, ut per Doct. ad idem allegantes text. in. l. 3. in. §. Pignori. ff. de reb. eo. l. Episcopale. C. de epis. aud. & in. l. eum qui infra eod. dixiq; ego in i. lect. satis. & plus nisi hoc modo distinguatur, accipiaturq; uerbũ istud hic, in potiori significatu, ut accipi debet. l. i. §. qui in perpetuum ff. si ager uecti. uel emphy. pet. c. pe. de sen. exco. quod iuris est, & in quocunq; magistratu alias uerisicabile. l. Athletæ. §. i. ff. de excu. tu. coniuncto. §. & qui potestatem. insti. eo. l. eos. C. de mo. mul. potestas ẽt facultas est aliquid faciendi. l. quotiens. §. Prætor ait. ff. de noxal. proq; officio capitur. l. i. C. si rect. prouin. & in. l. i. ff. de offi. procon. pro iurisdictione, multaq; eiusmodi sunt, quæ non refero. Sed contra istum text. facit quod habetur in. l. i. in prin. ff. de consti. prin. ubi ad literam, in illis uerbis, in eum omne suum imperium & potestatem concessit, differentia apertissimè constitui uidetur inter hæc duo, ponderando maximè copulã, & iux. glo. in rub. ff. de iu. & fac. igno. & in. c. Quærelam. de Symo. & quomodo arguit etiam Barto. in. l. sed & reprobari in. §. Amplius in. 2. colum. in fi. ff. de excu. tuto. nisi dicamus gratia euitandæ cõtrarietatis, poni ibi inter genus & speciẽ nec habere effectum suæ propriæ operationis, sicuti & alibi, de serui. & aqua, de municipibus et originariis, et utrobiq; glo. & similibus, quale illud quoq; DICITE DISCIPVLIS ET PETRO et no. Soci. in rub. de uulg. in 2. colum. immo idem Barto. in. l. in fraudem in. §. neq;. ff. de iu. fi. quod non placet, quia si idem est hic, oportet etiam quòd utrunq; sit genus uel species, ideo dicas

quod stat pro seu iuxta illud Alexan. et Paris. de quo in.l. Ad protegendum. C. de in lit. dan. tut. uel quòd potestas in larga significatione ponatur pro iurisdictione, ut glo. ibidem sensit, imperium autem, pro mero et mixto ut hic, Vel et ultimo quod idem dicere uoluerit, copulaq; & in expositiuam resoluatur, quemadmodum etiam alibi in.l.si in uẽditione.ff.de euictio.& in.l.i. ff.de transac.& quod gratia euitandæ contrarietatis, uerba, Aduerbia, Dictiones, Copulæ et similia improprientur, aliamq; patiantur interpretationem, quam eam, q̃ sibi propria sit, nimirum secũdum Bar. in.l.si statua.ff.de iniur. dicentem etiam alibi in.l.prospexit. ff. qui et à quibus, hac de re leges à legibus distingui quod fere idem est et uerissimũ, aliquid Alex. in.l.si ab hostibus.in.3.col u. et in.l. Diuortio.in 4.ff.solu.ma.et Abb.in c.i. de clan.despon.

QVARTO NOTA, quod mixtum imperium est illud, quod in se iurisdi-
11 ctionem habet† quasi dicat non esse merum et simplex, et bene, concordantq; allega.supra, et maximè in. d.l.cum seruus.ff.de condi.et de.et nouissime in. l. Rerum mixtura.ff.de usucapio.et in.l.si alieni.ff.de sol.& in.l.munerũ in.§.mixta.ff.de mu.& ho.& in simili per glo.in. l.fi.in uerbo ex vna.C.de ædic.di.ad.tol. & Barto.in.l.placet in repe.in 1. colum. in fi.& seq.C.de sacrosanc. ec. & per me in.l.petens.de contractibus mixtis.C.de pac.& hoc idem, ut subiicitur, in danda bo.po.consistit.

12 Sed iuxta prædicta, queritur† quare sic mixtum imperium appelletur, & nõ mixta iurisdictio? Respondent Docto. omneis, hoc ideo esse quia semper denominatio fit à digniori, & potentiori. l. quæritur.ff.de sta.ho.l. cum in diuersis. ff.de reli.& sump.fu.per quem text.bonum uerbum dixit Alexan.in.l.i.in 5.colum.ff.de uerb.ob.c.quod in dubiis (singula singulis referendo) de cõsec.ec. uel alta. Verum imperium dignius est, & potentius iurisdictione, ergo adde tu simile, ultra multa per eos adducta, quæ nõ refero quia si sit diuersitas formæ aliquo casu, identitas uero materiæ, diuersa tamen res, non eadem iudicabitur.l.Iulianus.§.si quis & ibi Bal.ff.ad exhib.l.si cõuenerit.§.si quis.ff.de pigno.ac.hac ratione scilicet, quia forma est materia dignior, & si rursum in una, eademq; persona plures qualitates concurrerent, potentior pariter attendetur.l.Generaliter ff.de fideiu.l.Diuus.ff.de resti.in integ.l. 3.in prin.ff.de tutel.& in no.q.tradit Barto.in.l.2.in prin.ff.de uer.ob. ergo (ut diximus) & non ab re, denominatio hic potius quoq; ab imperio, quam à iurisdictione facta dicetur, Ad idem possessio dicta est à pedum positione.l. 1.ff. de acqui.poss.& non à manu, quia pes instrumentum dignius est ad eam acquirẽdam, uilis autem & abiecta rerum mobilium, quæ manum desiderat.l.si rem. ff.eo.& declarant scriben.in.d.l.i. solutioq: decimæ, solutionem tributi præcedit, quoniam illa in signum generalis dominii soluitur, & sic ex causa potentiori, istud autem specialis, quæ est minus potens, igitur nec attendendã c. cũ non sit, & ibi Abb.in 3.not.de Deci.& si ordinarius processerit cum delegato Papæ, ipsius delegati modum seruat quoad illum actum, quia est dignior & potẽtior, licet secus sit in aliis generaliter.l.i. C.de offi.ui.c.pastoralis.§.i.de offi.ordi. c.per hoc de hære.in 6.

Et ad propositum, ultimo loco, qd' mixtum dictum appellatumq; fuerit à digniori & prædominãte qualitate, sensit etiã Bal.in.l. iubere cauere ante alios in prin.infra eo.& signanter per d.l.quæritur, de sta.ho.& ita esset transeundum Sed contra de §.si tamen. insti. de re. di. ubi aliena purpura uestimento intexta, eidem cedit, & tamen est dignior, & idẽ in.l.& si non sint in §.Perueniamus & in l.cum aurum in fi.ff.de au.et argen.lega. ubi gemma inclusa annulo, eidem cedit pariter, quæ tamen est longe præciosior. Secundo et rursus contra prædicta facit quia charta alibi, quæ mea est, et minus digna, trahit ad se scripturam longe digniorem.l.3.§.pen.ff.ad exhib. Tertio denomi-

nominatio his ſtantibus,in creatione tutoris inq; caſu.§.Nos autem.inſti.de Attil.tu.ab antiſtite , tanquam à digniori fieri deberet, & tamen iure magiſtratus competere dicitur, ſi facultates pupilli ſint infra 500.ſolidos. Quarto quod matrimonium à matre nominatur, quod tamen à patre uelut potentiori, nominari debuiſſet.c.ex literis, de conuer.infidel.Quinto,& ultimo,clericatus qualitas eſt potentior & dignior omni alia, &nihilominus iuriſditionis temporalis attenditur,in caſu. c. Romana. §. debet de appella. in 6. ergo ratio omnimodo falſa, immo quod nec probari uidetur in iſto text. ex quo mixtum componitur ex mero,& iuriſditione,ut ſupra,ergo merum debuiſſet appellari , & ſic à parte digniori,& non mixtum , quod tertia quædam ſpecies formalis eſt,ſecũdum Barto.in.d.l.ſecunda , in prin.ff.de uerbo.ob.

QVIBVS omnibus facile reſponderi poteſt,et dici ad primum,nõ ob.quoniam(ut dicebam alias)maius dignum, accedens minori acceſſorie, minus dignũ cenſetur,ergo ſecus ubi ſtant æque principaliter, quo modo regula debet intelligi.Et hinc eſt, ſi ſit collegium in loco tam clericorum quam laicorum , eorumq; poteſtas æqualis , quod clerici trahunt ad ſe laicos,ſecundum Bart. in. l.Sodales in 4.colum.ff. de colle.illi. Non ob.ſecundum , quia id quoq; ſpecialem habet rationem, ut ſcriptura cartæ cedat,ex quo ſine illa eſſe nõ potuit. l.in rem.§.ſed & id quod.ff.de rei uen.& text.met ſentit in.d.§.pe.§.literæ quoq; inſti.de re.di.cui tamen aduerſari uidetur tex.in.§.ſi quis ĩ aliena.eo.ti.&lib.niſi reſpondeatur,diſtinguendo ut ibi per glo. Non tertium,quia debuit antiſtes ibi in teſtem adhiberi,ut dixi in. l. i. in glo.mandati.ff.de offic. eius in ſecunda lectu. Adeo ut ab eo non potuerit fieri (ut dicebatur)denominatio. Quartum ſecum affert reſponſionem,ut in d.c. ex literis,& per Docto. hic, ex quo mater maiora onera portat quã pater, nec poteſt negari. Non ob. igitur quintum et ultimum , quod inducit etiam Abb. in rub.de appel.in 6.q.quia erat qualitas ſola à iure ponderata, quæ ex hoc iudicatur potentior,cæteris in actu concurrentibus,pro nihilo habitis , et reputatis.l.ſi quando et ibi Barto.C. de appella.c.A collatione.iuncta glo.de appella. in 6.et tradit Abb.in c. Auditis.de elect. et in c.poſtulaſtis,de conce.præben.igitur non mirum ſi præponderat et attenditur.

Dico inſuper etiam hic probari , nec facit quod à mero , merum dici debuiſſet,quia non daretur tertia ſpecies à mero,et ſimplici iuriſdictione differens ab intentione Iuriſcon.penitus alienum , eo maximè quia non componitur ex mero ſimpliciter, ſed ex mero imperio et ſimplici iuriſdictione, ergo mixtum imperium non ab re tanquam à digniori,& potentiori parte quoq; (ut dicebã) non autem mixta iuriſdictio,denominatum eſt, conſiderando etiam nõ magni momenti eſſe hæc,denominationemq; imponi ad libitũ, & quod amplius quælibet cauſſa probabilis ſufficiens eſt , ex alio tamen dico non probari hic, quia mixta iuriſdictio debuiſſet appellari potius quàm mixtum imperium , ex quo eidem ineſt,ut genus ſpeciei , quemadmodum infra in quarta.q.declarabimus et eſt communis opinio , genus autem dignius eſt et potentius,ſecundum glo. in rub.inſt.de fideicom.hæ.ergo , unde forte mixtum imperium,non autẽ mixtam iuriſdictionem dixiſſe affirmabimus,quia de imperio,et non de iuriſdictione principaliter tractare non intendebat.Vel quia non potuiſſet poſtea dicere ei iuriſdictionem ineſſe,ut dixit,declarando quare ſic mixtum uolebat appellari,& ut prolixius in prima lect.diſſeruimus.

SECVNDO QVÆRITVR, quare
13 dixit mixtum imp.in danda†bo.po.conſiſtere,Reſponde breuiter, & ſine diſputatione dixiſſe,q̃a bo.po.huiuſmodi eſt ut cauſſæ cognitionem deſideret , nec à magiſtratibus municipalibus, habentibus iuriſdictionem ſimplicem,dari poſſit.l.

sit.l.ea quæ.ff.ad munici.l.3.§.si causa cognita.ff.de bo.po.l.ne quicquam.§. ubi decretum.ff.de offic.procon.l.cognitio.§.fi.ff.de offic.eius.l. iubere cauere infra eod.& est utilitas, quia sic delegari non potest,alias autem si esset simplicis iurisdictionis,sic.l.i.ff.de offic.eius & in.d.locis not.Cui opin. tamen aduersari uidetur text.in.d.§.fi.& in.l.3.in.§.duas.ff.de dam.infec. nisi respondeamus mandari posse quoad cognitionem, non ut re ipsa mittat,& bene,communisq; est resolutio,cum qua pro nunc trãseo.Ad tex. in.§.duas similiter dici potest, id esse in missione ex primo decreto tollerabile, ut glo.ibi declarat & in.d.l.ea quæ,& de materia alias in l.si finita in.§. iulianus. ff.eo.ti.

TERTIO QVÆRITVR, quare sic
14 exemplificauit†in bo.po.tantum, cum tamen alia plura sint mixti imperii, de quibus in iuribus proxime allegatis, & maxime in.d.l.ea quæ & in.d. §. fi.& in. d.l.iubere cauere,Responde exemplificasse,ut breuitati studeret, quemadmodum alibi in.l.ita uulneratus ad fi.ibi, Vnum interim proposuisse contentus ero.ff.ad leg.acquil. & in. l.i.ibi, paucis agam.ff.de præscrip.uer.& in.l.i. ff.quod met.cau. Sed quia breuitas obscuritatẽ parit,iuxta illud,Breuis esse laboro, obscurus fio.dic aliter factum fuisse, quia frequentius bo.po.forte datur, quã alia expediantur,ut in simili in.l.properandum,ibi,frequentiores &c.C.de iud. & in.l.certe.in fine.ff.de preca. & in. l.2. ff. pro emp.& in.l.singulis in fi.ff. de exce. rei iud.& fere in terminis in.l. fulcinius in.§.1.ff.ex quib.cau.in po.ea.uel quia dixerat de aliis in.d.§.fi.& in l. i. supra eo. uel quia latius ea omnia tractare intendebat in.d.l.iubere cauere,uel quia ĩ mero etiam exemplum gladii tantum posuit,uel quia generale uerbum est,multa comprehendens, carbonianam maxime, uentris nomine, gratia litis agnoscendæ,& similia, de quibus in.d. §. fi. & in. l. Papinianus in. §. i. ff. de inoffic. testa.

QVARTO QVÆRITVR, quia dicit, eidem etiam iurisdictionem inesse, & hac de re mixtum appellari
15 quomodo insit†Bar.hic paulo post prin. quem aliter postea referre non grauabimur,& alii post eum concludunt communiter inesse, ut genus inest suæ speciei.l.si quid earum.§. inter emptum. ff. de lega.3. quodq; iurisdictio est genus, imperium uero, species, alias una species inesset alteri, non dicendum.l.semper.ff.de regu.iu.& hinc est ratione prædicta,quod posita specie,ponitur genus ut homo est,ergo animal,si est emptum utiq; etiam est paratum,& cognatus necessario,si agnatus.l.fi.ubi glo.C. de in int.resti.mi.l.inter agnatos.ff.unde le.& not.etiam in.d.§.inter emptum et in. l. iurisgentium in.§.sed si fraudandi. ff.de pac.et in.l.2.in.§.doli mali. ff. ui.bo.rap. quæ responsio tamen uera non uidetur secundum aliquos,quia ea attenta, idẽ dicendum foret in mero, et plus quod ex hoc mixtum ipsum quoq; appellaretur,contra istum text.directo,inter hæc duo differentiam constituentem.Secundo, quia uerba prædicta cui inest etiam iurisdictio, passiue proprie loquendo intelliguntur,ergo non uidentur posse adaptari ad genus,quod actiue speciem complectitur,l.2.§.mutui datio.ff.si cer. pet.Tertio,quia si inesset mixto, ut genus,secundum glo.in rub.inst. de fideicom.hæ.et est argumen. in. c. in nouo. 21.d,esset dignior mero imperio, comprehendens omnes species,mixtaq; iurisdictio dici deberet, & non mixtum imperium. Sed ad primum replicabimus,quod cum mero non insit eo modo,quo mixto,æque scilicet & principaliter,potest quoq; merum, mixtum appellari,& sic argumen.fallaciam habet, alias merum non diceretur,ex eoq; probatur,& plus,quia dixit tex.mixto inesse tantum,& non mero, & ut infra latius. Non ob.secundum, quia negabo,ex quo inesse,quoq; nil aliud significat, nisi intus esse, ergo actiuam habebunt interpretationem,& ad genus adaptabuntur, ita ut speciem etiam necessario complectatur, aliter nec in homine

ne inesset animal, quod tamen ē genus actiue, & quod speciem complectitur, haud dicendum. Non obstat tertium, & ultimum, quia iam respondimus supra, in .i. q. ea ratione uerum esse, sed alia mixtum imperium dixisse, nec repeto. uel aliter & formalius, quod cum minus sit genus quam species. c. in generali .c. quoniam per speciem, de re.iu.in 6. c. cum in generali, de offi.vi.eo.lib. non potest adhuc dici, & hac de re, mero imperio dignior, ergo nec mixta iurisdictio, sed prima melior, quoniam obstat glo. communiter approbata in .d. rub. insti. de fideicom. hæ.in fi. etiam quod minus sit, & generi per speciem derogetur, & ita communis opi. quantum ad prædicta, defensata manebit, uel, ut astruit Ang.& Ful. teneamus quod insit potius tanquam species, ex quo alias mixtum nō diceretur quod est quando duæ species simul concurrunt .l.2.in prin.ff.de uerb.ob.l. cum seruus.ff.de cond.& de.allega. etiam supra.l.hæreditatis.C. de peti. hæ.§. quædam, insti. de actio. quod tamen uidetur contra tex. dum dicit, cui etiam iurisdictio inest, nec (ut supra) una species insit alteri regulariter, nisi respondeamus inesse (quod sequaces Ang. & Fulgo. sentiunt) ut noua species constituatur, idest mixtum, ex mero & iurisdictione, vt ex uino & melle mulsum.§. Cum ex aliena. insti. de re. di. & consonat. Sed cogita quòd sic inesset mero, & nō mixto, adhuc contra tex. in uerbis prædictis vlteriùs sentiunt, dato quòd uerum sit, iurisdictionem ut speciem, inesse alteri speciei, nec unam esse altera digniorem & nihilominus hoc ipsum est de directo contra tex.in.d.§.quædam. ubi ex actionibus realibus & personalibus, fiūt mixtæ, quarum tamen personales sunt digniores, ut not. in rub. si cer. pet. ergo male, & propterea non est à communi resolutione discedendum. Alij quoq; ultimo loco dixerunt, quòd licet una alteri inesse non possit, potest tamen qualitas speciei, in esse alteri qualitati, ex quo non merum imperium totum, nec totá iurisdictio, concurrunt ad mixtum componendum, sed qualitas, quod etiam sic præsupponit inesse mero, & non mixto, & rursum male, ut proxime dictum fuit, ac contra istum text.

QVINTO, & ultimo, quæritur 16 an sit † dare imperium, quod neq; merum, neq; mixtum sit, Bald. hic respondet quod sic, per tex.in.l.fi. supra de offi.eius, ubi mandata iurisdictione alicui transit imperium quod non est merum, ergo nec mixtum, subdit glo. ibidem, & bene, ex quo duo hæc ad paria iudicantur regulariter .l.i.eod.tit.l.iubere cauere, infra eo. l. ea quæ .ff. ad municipal. ergo diuisio huiusce legis defectiua. Sed pro solutio. dici potest d. l. fi. de imperio cohærente iurisdictioni intelligi, & sic accessorio ad ipsam, idest, de modica coertione, non principali, & per se, ut hic, latiusq; declarat Spec. in tit. de iu.o. iud. in 6. colum. & de quo habetur etiam in .l. 2. & in .l. magistratibus, supra, & infra eo. & in c. ex literis, de offi.dele. & sic diuisionem defectiuam non esse, cousiderando amplius, cum de iurisdictione hic tractetur, imperiumq; prædictum iurisdictioni cohæreat, quod huiusmodi esse non potest, vel & aliter, ut per Docto.

17 QVINTO, & ultimo nota † quod iurisdictio, est etiam iudicis dandi licentia, idest delegandi (iudicem enim dare, est delegare, de quo tamen late per me in rub. de offi. eius. in prima & secūda lect.) quasi dicat delegationem esse actum, & exercitium iurisdictionis, quodq; non solum delegatio maioribus magistratibus habentibus merum & mixtum imperium, concessa est, sed etiam minoribus habentibus iurisdictionem simplicem, & idem in .d. rub. not. consonatq: propter d. implicatiuam etiam, & si senserint aliqui hic parum conuenire uerbis literæ, de personis delegare uolentibus, haud loquentis, & male quoniam implicite de his saltem loquitur, inducendo ut supra, & quia tantum est dicere,

iurisdictionẽ esse iudicis dandi licentiã quantum his qui eam habent, concessum fuisse à lege, ut possint delegare, nec diuersum est, quod prædicti subiiciunt aliter ad tex.d.implicatiuam adaptãtes, si id ipsum recte perpendatur, iurisdictionem scilicet, in specie non solum considerari posse in caussis cognoscendis, sed etiam in facultate delegandi, quæ est in potestate iudicis, quia inferetur necessario, implicabitq; idem, idest habentem iurisdictionem (ut diximus) delegare posse, nec opus esse mero, uel mixto imperio, & ita magis communiter tenetur, quodq; de mero, & mixto imperio, ac simplici iurisdictione tex. non loquatur. Sed contra, quia implicatiua etiam prædicta innuit, iuriscon. continuare uoluisse materiam præcedentem .l. iusiurandum etiam .ff. de iure iu. l. fi. ff. de iusti. & iu. l. etiam .ff. sol. mat. materia præcedens autem est de mero & mixto imperio tantum, ergo non de iurisdictione simplici, loqui potest.

Secundo, quia delegare caussas non est simplicis iurisdictionis, ut not. in.l.i. supra de offi.eius, & in .c. pastoralis de offi.dele. ergo uerba text. quod iurisdictio sit etiam iudicis dandi licentia, aliã habent interpretationem, ut infra.

Tertio & ultimo, quia si de iurisdictione tractauit supra in.l.2. quæ proxima est, uerisimile non uidetur, nunc idem facere uoluisse.l.hæc stipulatio .§. diuus, ut lega. no. ca. solum igitur intendit de mero & mixto imperio tractare, nec ad idem uerba præallega. obstant, quoniam sensus est mixtum imperium in bo. po. consistere, & iudicis dandi licentia, uel & melius, quod iurisdictio quæ cohæret mixto imperio, in danda bo. poss. consistit, quodq; eadem est iudicis dandi licentia, unde forte idemmet Vlpianus in.l.i. supra eo. ti. hæc duo æquiparat, quæ licet colorẽ habeãt, non officiunt tamen, quominus intellectum communẽ teneamus, ex quo id, quod prius de iurisdictione dixerat, non repetiisset, & ideo respondendum est, quod continuat eo modo quo supra, non solum maioribus magistraribus concessum esse, ut delegent, uerum etiam minoribus, iurisdictionem simplicem habentibus.

Vel & aliter, quod sicuti merum imperium in gladii potestate, & mixtum in danda bo. po. ita etiam consistit iurisdictio in iudicis dandi licentia, ita ut sic præstantissimum in suo genere habeat quoddam, unumquodq; præditorum.

Ad secundum autem, quod est contra tex. in. d.l.i. ibi, quæ uero iure magistratus competunt &c. uel quod non est simplicis iurisdictionis dicamus, ita ut maioribus magistratibus id sit denegatum, alias autem sic.

Ad tertium & ultimum quod tractauit in l.2. supra de iurisdictione aliter quam hic, uel de imperio potius iurisdictioni cohærente, de quo etiam supra & in.l.fi.de offi .eius. Nec ad idem facit quod bo.poss. & iudicis dandi licentia, æquiparentur, in.d.l.i. quia falsum est, ut ibi dicit gl. per istum text. quam communiter sequuntur Docto. & breuiter meri imperii primum est, secundum uero iurisdictionis, cogita & si alias intellectum istum tenere uelles, lege literam hoc modo, mixtum est imperium, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bo.po. consistit, & iudicis dandi licentia quæ aliter etiam in pandectis legitur, sic quod in danda bo.po. consistit, ut iurisdictio iudicis dandi licentia, uel iudicis dandi, iurisdicendi legamus. & ex his sumus de textualibus expediti.

Additio.

AD EVIDENTIAM huiuscæ not. l.quæ (ut inquit Bar. & Docto.) materiã
18 habet difficilem, & subtilem † alibi non tactam, aliqua etiam necessario præmitti possent, & primo, quod olim in initio urbis, populus Ro. incerto quodam iure agere instituit, & taliter quidem, ut omnia manu, etiam a Regibus gubernaretur, idest pro eorum arbitrio, declarando, ut dixi in rub.de eden. in 29. colum. num. 144. & habetur alias in

l.2.

l.2.in prin.ff.de ori.iu.& sic Venetiis fit, ac apud Tartaros. l.rerum, & ibi Barto. in.2.colum.ff.rerum amo.&manu fortè dixit,quia organum organorum est, & quia pro authoritate capitur, pro potestate,pro dominio, pro corpore,instrumentumq; est breuiter, quo omnia conficiuntur, secundũ Bald.in. c. significasti,per illum text. de electio. dum dicit, quod pallium debet assumi à corpore beati Petri,& per text.in.l.manumissiones quoq; .ff. de iusti.& iu.

Secundo, quod cum ad aliquem mo
19 dum † ciuitas aucta esset,leges latæ fuerunt, actiones compositæ, magistratus creati,iudiciaq; instituta, iudices quoq; quasi iusdicentes, seu iure disceptantes appellati sunt, d.l.2.in prin. præallega. & in.§.deinde, & in.§.post originem,et in.l.i.supra eo.& in c.forus, de uer.si.

Tertio, cum iudicia prædicta ratione
20 † iurisdictionis exerceantur, deq; ipsa in tit.isto tractetur, quod in genere considerari poterit,& in specie(de magistratibus enim dictum est satis in .l. i. supra de offi. eius) in genere, ut comprehendat merum imperium, mixtum & iurisdictionem, & sic nomen generis, & speciei retineat, quod nec à iure est alienum.l.i.& 2.in simili tamen .ff.de adop. l.i. ff. de pac. l. i. de transac. l.in facto .ff. de con.& demon.l.naturalis, & ibi Bar. in princ. in 2. colum. ff. de præscrip. uer. & ad propositum probatur in .§. iusiurandum in ti. in auten. de defen. ci. & in.l.Æquissimum .ff. de usuf. & in d.l.prima ibi,iurisdictionem suam mandant, de offi. eius, & in.l.i. iuncta glo. ff. de consti. prin. & sic terminus complexiuus suarum specierum dicetur eo. Bald. teste in.c.licet in 2. colum. de proba. in specie uerò, quum stat in nomine suo; de ista secundum communem intellectum loquitur text. noster, ibi iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia, suoq; loco quid sit, & quotuplex, discutiemus latius, differt etiam quoad aliud in genere; & in specie considerata, ut per Ang. in .d.l. 2. in prin. ff. de ori. iu. & idem do imperio rursum dici potest, quod nomen generis sit, & tripliciter considerari possit, primo, ut comprehendens caussas magnas, & graues merum sit, mixtum autem si medias, & si minimas tandem iurisdictio.Item & speciei,ut hic, & rursum latius,ut infra.

Quarto quod alia est iurisdictio uoluntaria † alia contentiosa .l.2. ff. de offi.
21 procon. uoluntaria quæ in uolentes exercetur, contentiosa autem, quæ exercetur in inuitos.l.2.ff.de adop. l. nec anus .C. de eman.lib. l.inter stipulantem .§. primo .ff. de uerbo. ob. Hinc confessio administratoris per modum uoluntariæ, non præiudicat, per modum contentiosæ autem sic, secundum Barto.in .l.secunda in §. quod obseruari, in 2.colum. C. de iu. cal. Qui dicit etiam in.l.præses, in princ. ff. de offi. præsi. quod hoc casu Preses habetur loco priuati, non quantum ad uoluntariam,& alibi in l.nemo, ad medium.C. de sacrosanct. eccl. quod quæ sunt de uoluntaria iurisdictione expediri possunt in ecclesiis, non quæ sunt de contentiosa, & ista breuiter, cum respectu partium talia sint, non tractantur hic, sed quæ sunt respectu iudicis, ut ordinaria, uel delegata, quæ licet exercitium uideatur diuersum, sunt tamen eadem .l.i.§.qui mandatam .l. Et si prætor supra de offi.eius.l. solet,infra eo,& declarat Bart.hic in fi. quem infra aliter non referemus, & ad propositum malè quo ad contentiosam, quia passiue uerum est eam talem dici respectu partium, sed actiue etiam respectu iudicis considerabilis est, & necessariò quidem, ita ut in mero imperio mixto & iurisdictione contineatur, quemadmodum supra, tanquam in triplici specie; & in triplici quantitate quoq;, maiori, media, & minori, maiori ad quancunq; summam, media ad tercentos solidos, minori uero ad centum, ita Bald. in .d. c. licet caussam, in præallega. 2. colum. de proba.

Quinto, & ultimo, cum officium
22 iudicis facti sit † ex quo postea distincta

oritur iurisdictio, quoniam uniuersalis prius fuit inuenta, secundum Ang. in d. l. 2. de ori. iu. & actus, seu motus ad aliquid explicandum, in caussa latissime patens. l. i. supra eo. & tradit Bal. in rub. de offi. dele. in ult. col. sciendum est id ipsum dupliciter considerari posse, ut nobile scilicet, & mercenariũ, ut nobile si motu proprio exerceatur, aliàs autem mercenarium, si deseruierit actioni proponendæ, aut propositæ, exercendæ, terminandæ, uel exequendæ, quorum exẽpla uidenda sunt per Bart. in d. l. i. in penul. colum. supra eo. post Specu. latius, de offi. o. iud. per totum, quibus sic præmissis, casum figura (summarium enim planum est, & diuisio planior) ad literã, ut iacet, quoniam cum in ea tradantur
23 artis principia † quæ sunt tanquàm fores & nota omnibus, non est quid, in quo probabiliter dubitari posit, iuxta illud philosophi 2. ethy. in foribus quis delinquet? quasi dicat, nullus, & Gene. 4. ibi, peccatum statim in foribus aderit, idest patens erit, & manifestum, & in materia reassumpsit Bal. in l. i. in prin. in i. lectu. ff. de iusti. & iu. ubi etiam similia leguntur, & hac de re monet idem philosophus, omnia quæ traduntur in artibus ad prima principia semper, tanquam ad regulas quasdam referri debere, ex quo tunc firma atq; certa sunt, quæ cum ipsis consentiunt, nec his casibus locum habebit uulgata decisio l. quod labeo. ff. de carbo. ædic. & inde est quòd credere oportet quæ dicuntur, quodq; disputãdum non est contra negantes principia, & si secus sit, positq; esse error alias in deductione conclusionum, ex ipsis. Notabilia etiam clara sunt, quid sit merum imperium, quid mixtum, & quid deniq; iurisdictio, ideo non insisto, declarando tamen horum diffinitionem non poni, sed exempla tantum.

SED QVERO pro nunc, dato quod hoc uerum sit, disputandum nihilominus infra latius, cùm triplex sit modus theoricæ procedendi, diffinitiuus, diuisiuus, & exemplificatiuus. l i. & ibi Bal. in prin. in i. lectu. citatus quoq; supra. ff. de iusti. & in. quare est quod diuisionem
24 † iuriscon. posuerit, & (vt diximus) exẽpla tantum, non autem diffinitionem? Non uideo qualiter posit responderi, nisi dicamus ideo fecisse, quia sciebat forte diffiniciones communiter esse periculosas. l. omnis diffinitio. ff. de regu. iu. l. i. ff. de reg. cat. l. mora. ff. de usu. quæ responsio tuta non uidetur, ex quo ea attenta, nec alibi poni debuisset, & tamẽ ut notum est hinc inde, infinite propemodum tradite sunt iuris iustitiæ, iuris prudentiæ, tutelæ, testamenti, peculii, & similium, de quibus in. l. i. & in. l. iustitia. ff. de iusti. & iu. & in. l. i. ff. de tutel. & in. l. i. ff. de testa. & in. l. depositi, in. §. fin. & in. l. sequenti (singula singulis referendo). ff. de pecu. Secundo igitur fecit, quia ex his facile diffinitio elici posse uidetur, uel dicamus, & tertio, quod intrinsece eam contineant, ut infra demonstrabitur, vel 4. non inconuenire, sicuti diffinitionem tantum posuit in iuribus præallegatis, hic etiam aliter processisse diuidendo solum, & exemplificando, aut quinto, quòd cum duo hæc in docẽdo, & si diffinitio ostendat quiditatem ac essentiam rei diffinitæ, præcipua sint l. i. ff. de excep. do. §. sed non usq; insti. de lega. §. igitur, in proœm. eo. lib. l. prætor. §. iulianus. ff. de colla. bo. l. bonafides. ff. depo. l. si libertus minorem, iuncta glo. ff. de iu. pat. cum similibus, diffinitionẽ ipsam omittere non dubitauit, uel ut infra, in glo. i. & ad diuisionis propositum nota, quòd à partitione differt, ut hæc sit, quando res in partes, uel membra discerpitur, illa uero generis in species ut hic, ubi imperium diuiditur in merum & mixtum, & iurisdictio in merũ imp. mixtum, & simplicem iurisdictionem, & ut latius supra. Item quod totum in genere diuiditur per species, totũ uero in specie per indiuidua, & totum deniq; in indiuiduo per partes, ita Bald. in l. cum quæstio in princ. C. de lega. fuerunt etiã aliqui, qui multo amplius dixerunt, diuisionum formas esse tres, Generis in species (ut diximus) Reiq; in partes, uel membra, & rerum ultimo loco in acciden

dentia. Vel & nouissime dicas, notari ẽt posse, merum id appellari, quod est à natura alterius cuiusq; abstractum penitus, & sic imperium hic, fuitq; uerbum Areti. per istum tex. in consil. xx. incip. in quæstione in 2. colum. Mixtum uero illud, quod de duobus simplicibus participat, mero scilicet, & iurisdictione, ut hic pariter & in. l. 2. in princ. ff. de uerbo. ob. & in. l. cum seruus. allega. sæpe. ff. de condi. & de. & in. l. naturalis & ibi Bart. in fi. prin. ff. de uerb. ob. subiiciens hoc ipsum semper subintelligi, suppositis simplicibus, ex quibus componitur nec merum, nec mixtum, ut iurisdictio, quæ largo sumpto vocabulo, imperiũ quoq; dici potest, sicuti coercio modica, seu imperium quod iurisdictioni cohæret, & de quo in. l. fi. ff. de offic. eius & est simile in. l. quamtuberonis. in fi. ff. de pecu. & in. l. A diuo pio. in §. in uenditione ff. de re iudi. & in. l. vouentium. ff. de ver. signi. ubi quædam mobilia sunt, quædã immobilia, quædam uero nec mobilia, nec immobilia, sed tertia facientia speciem, ut nomina debitorum, & declarat quoq; Barto. in. l. si conuenerit in princ. ff. de pigno. ac. & in. l. potest. ff. de autho. tu. & in consil. 50. incip. filius ad fi. & in actione, quum dicimus, quandam esse realem, quandam personalem, quandã uero anomalã, quæ, nec realis sit, neq; personalis, ut per glo. in. §. quædam. insti. de actio. & in terminis, in iurisdictione ut supra, quæ ordinaria est, & extraordinaria, idest delegata, nec repeto; alia uero nec ordinaria, nec extraordinaria, ut ea, quam notionem appellamus. l. ait prætor. in princ. ff. de re iudi. Secundo, quod cum misterio uerba hæc addidit Iuriscon. ad animaduertendum in homines facinorosos, quoniam alias furiosus, & qui habet gladii potestatem, & quisq; in belluas, diceretur habere merum imperium, quod tamen est falsum, & sic tollendæ absurditatis gratia, uel ut omnem remoueret dubitationẽ, & ad maiorem declarationem quoniã si dixisset etiam nil aliud esse merũ imperium, nisi habere gladii potestatem. absq; alio, utiq; sic intelligi debuisset, ex quo nunquã indefinita æquipollet uniuersali, ubi absurdum sequi potest. §. sed & quod principi placuit inst. de iu. na. l. ex stipulatione. C. de sen. & int. o. iu. tradit Bart. in. l. ab hostibus. in. §. sed quod simpliciter in 3. colum. ff. ex qui cau. ma. et probari uidetur in. l. nemo potest. ff. de regu. iu. & in. l. solent. ff. de offi. procon. Tertio & ultimo, quod cum tractauerit supra in. l. i. de iudicis officio, deq; imperio, iurisdictioni ipsius cohærenti in. l. 2. iure merito hic latius uoluit de mero, mixto, & iurisdictione simul pertractare, quæ species sunt (ut proxime dictum est) iurisdictionis in genere, uel et melius quod dialectico more processit, primo uerbum ambiguum ponẽdo, quod est imperium, postea distinguendo in merum, mixtum, & iurisdictionem, et regulam deniq; per exẽpla tradendo, quod est habere gladii potestatem etc. quod in danda bo. po. consistit, et quod est etiam (singula singulis referendo) iudicis dandi licentia.

Et hæc sufficiant, quoad textualia.

Additio.

Vel ad supra dicta, quod tradantur artis principia, nec sit hac de re figurãdus casus, nisi ut litera iacet, ex eo addas facile deprehendi posse, primo quia posuit iuriscon. uerbum imperium, quod ambiguum est, multisq; conuenit personis maxime Principi, respectu omniũ. l. i. ff. de consti. priu. item cæteris magistratibus, in eos qui suæ iurisdictioni sunt suppositi. l. 2. ff. de in ius uoc. item Abbati in monachos, patri in filium, & Domino in seruum, ac similibus c. si religiosus, de elect. in. 6. l. in suis. de libe. & posthu. l. i. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. Secundo diuisione, ut dilucidius id ipsum intelligeremus. l. i. ff. de excep. do & in proœmio inst. §. sed non usq; de lega. eo. lib. et diuisionem dixi, quia à partitione differt, quæ est, quum res in partes, uel membra discerpitur. l. stipulationes nõ diuiduntur. ff. de uer. ob. postea exempla, quæ ad docendum præcipue, sunt necessaria. l. ut responsum. C. de

tran-

transac.l.bona fides.ff.depo.l. prætor.§. iulianus ff.de colla.bo. Vel & aliter, quia posuit genus, tamquam uniuersalius, & à quo pendet prius omnis nostra cognitio.l.i.ff.de iusti.& iu.l.i.ff. si cer. per. §.his igitur insti. de iusti. & iu. idq; postea in species distinxit, ut per eas fieret, certius.l.qui duos.ff.de leg.i.l.meuius.§. duobus.ff.de lega.2.l.in ratione.§.incerta.ff.ad leg.fal. & appellatur secundum Bald.alibi in.l.conuenticulam, signanter per istum tex.in 3.colum.C.de ep. & cle.argu.à generis diuisione, cum species scilicet enumerantur, ubi alias minuitur, alteratur, & declaratur deniq; ut ibidem. Vel & ultimo, quodammodo à partibus sufficienter enumeratis, arg. in l. patre furioso .ff.de his qui sunt sui uel alie.iu.quia dixit imperium esse merum, mixtum, nec merum, nec mixtum, ita ut nil aliud sit amplius in consideratione, hæcq; tria omnia in materia comprehendant, merum scilicet, quà natura alterius cuiusq; rei abstractum est.l.cum seruis.ff.de condi.& de.mixtũ quia de duobus participat simplicibus l.2.in prin.ff.de verb.ob.nec merum nec mixtum, ut iurisdictio, quæ largo sum pto uocabulo, imperium etiam potest appellari, argu.in.l.fi.supra, de offi. eius, & ut infra, & est simile in iurisdictione ordinaria, ut hic, extraordinaria, idest de legata, ut in.l.i.§.qui mandatum, de offi.eius, nec ordinaria nec delegata, quã notionem appellamus, ut i.l.ait prætor ff.de re iu.di.& latius, sicuti quoq; dictum est supra, dicet non isto ordine.

GLO. PRIMA, breuis est, & non diuiditur, ex qua habes, fuitq; opinio Io.quod tria dicta tex.exemplariter po-nuntur† non ut iurisicon.intenderet merum imperium diffinire, aut mixtum, uel iurisdictionem, & est communiter approbata, nec potest re uera aliter teneri, quoniam diffinitio dẽt cum suo diffinito cõuerti.l.i.§.dolũ ff.de dolo, tradit gl.insti.de ob.in prin.adeo ut si detur casus i quo nõ cõuertatur, corruat, ut not. in.l.non dubiũ.C.de legi.quod utiq; cõtingeret hic, ut per Bar.in.l.oppo. quem aliter non referemus infra, ergo, & tactũ est incidenter supra; ob hocq; principium glo.fi.idem tenentis, erit etiam expeditum, & si non sunt exempla, est potius descriptio quam definitio, ostendens non quid sit merum imperiũ, mixtum, & iurisdictio, ut ista, sed quale.l. i. ff. de legi. sed quod exempla sint magis placet, & argu.extrinsecum, ut à contrario, & à causis, de quibus in.l.i.in.§. huius, supra de offi.eius, & in.l.licet, in.§. ea obligatio.ff.de procu.ubi à diffinitione alias intrinsecum appellatur.

Secũdo ad idem facit, quia diffinitio constare debet ex genere, & differẽtiis, ut septimo Methapy. inquit philosophus & ex nostris Bart. in.l.i.ff.de testa. uerùm hic non est genus, ergo.

Tertio, quia condere legem est meri imperii, & ad idem læuis multa pecuniaria, ut infra, & tamen hæc sub uerbis prædictis non comprehenduntur, ergo diffinitio non erit, quia nõ conuertitur, ut supra, cum omnibus diffinitis .d.l.i. d.§.dolum.ff.de dolo.

Sed tamẽ disputando, suaderi etiam posse uidetur, quod imo prædictorum diffinitio ponatur, & primo ponderando uerbum est, quod sui natura denotat essentiam, & quiditatem rei, per diffinitiones traditis.l.si maritus.§.legis iuliæ & ibi Bar.ff.ad leg. iul. de adul.l.mercis appellatione 2.ff.de uerb.si.& plus dicit Bald.alibi in consil. Schrinus. sub tit.C. si quis aliq. testa.prohi.in xi.colum. nullũ uerbum esse in toto iuris corpore positum, ita substantificum, ...

Secundo quia uerbum gladii in ciuili punitiuo, non autem materiali intelligitur c.dilecto.de sen.exco.li.6. c. nouit, de iudi. c. per uenerabilem qui fil. sint le.& hoc modo erit cum suo diffinito conuertibilis, & sic successiue de mixto imperio & iurisdictione, ut per Docto.hanc opinio.tenentes.

Tertio quia uidemus prædicta nullibi diffiniri, argu. apertissimum idem hic omnimodo iuriscon.facere uoluisse.

TV BREVITER, à prima opi. non recede, & eam ex alio nouissime cõ pro-

proba, quia si uoluisset hic Iuriscon. diffinitionem tradere, utiq; dixisset, quo quomodo, ut alibi in.l.i.ff. de tute. & in l.depositi, in fi. & in.l.diffinitio.ff.de pecu. & in.l.quis sit fugitiuus, in.§.errone ff. de edil.ædic. & in mille locis similibus quos non refero, uerum hic ne uerbum quidem est, quod diffinitionem sapiat, ergo. Et quia habere gladii potestatem, dare bo.po.ac iudicem, facti sunt, & non iuris, quæ diffiniri non possunt, ex quo demonstrātur potius .l. nihil aliud ff.de uerb.si.l.3.§.i.ff.de uerbo.sig. l. si in rem.ff.de rei uen.l.in actione .ff. de fur. & tradit Bald.in rub.de iu.fi.in 3.colum. lib.x. C.nec faciunt adducta in contrarium, quia uerum est primum antecedens, quod uerbum prædictum ostendat quidditatem & essentiam rei, ac substantificum sit ualde, si id etiam natura eiusdem patiatur, secundum Bald. in.l. quæ fortuitis.C.de pigno.ac.& est argu. in.l.si uno .ff. loca.sed consequens falsū quod hoc idem hic per diffinitiones traditas habeatur, cum non sint huiusmodi, ut supra ostensum est, istud ipsumq; ad præsens disputamus.

Non ob.secundum, quia cōfunditur per tex.in.l.aut damnum, in prin. ff.de pen.& ad idem multa supra allegata fuere, & nouissime probatur, quia uerba potius naturali quam ciuili modo debent intelligi .l. fi. C. de his qui ue. ætа. impet.l.quibus diebus.§.dominus.ff.de cond.& de.c.i.§.naturales, ubi bo.text. si de feu.defunc.cōten.sit int.do.&agna. in usib. feu. nisi aliud subiecta materia suadeat, quemadmodum in .d.c. dilecto, & simlib.

Non deniq; tertium & ultimum, qa id non arguit, propterea diffiniri in hac l.& maxime ut supra dictum est, quia exemplis omnia non minus doceri potuerunt quam diffinitione, & si contra communem tenere uelles, posses ad argu.obstantia secundum quosdam hic dicere, quod imò cōuertatur cum suo diffinito, quodq; constet ex genere & differentiis (ad alia enim non respondeo, qa dicetur infra loco suo) ex quo sensus uidetur, merum imperium potestatem eē quandam animaduertendi in homines facinorosos, & in propriis terminis idē de mixto & iurisdictione, sed quia hoc modo subaudire id, quod ipsemet Iuriscon.non dixit, est reprehendere, iuxta not.in.l.i.ff.de testa.non satis tutum erit à prima recedere, cogitabitis.

GLO. SECVNDA, difficultatem non habet, diuisione etiam facilis, ut in ea. Ex qua habes primo, quod omnis
26 pœna capitalis contingit tripliciter† & est uerum, ut in iuribus supra allega. & maxime in.l.2.ff.de pub.iud.& in.l.ædicto, in.§.rei autem capitalis.ff. de bo.po. & in.l.i.in.§.fi.ff.de bo po.contra tab. & in.l.2.clarius quam alibi.ff.de pœn.exēplificantibus in morte, deportatione in insulam, & damnatione in metallum, siue morte naturali alias, ciuili, & seruitute, & idem in.l.hos accusare, in.§. omnibus.ff.de accusa.& in.l.Quidam.et in.l. Capitalium . in prin .ff. de pen . & in.l. Sed et si quis.in prin.ff.si quis cau. et in .l.cum patronum .ff. de iu. pat. & quocunq; modo contingant ex his, sciendū est procuratorem non admitti, secundum Bar.i.l.per procuratorem. ff.de ob seq.pat. præstan.& ut alias in.l.Seruum quoq;.in.§.publice .ff. de procu.& in .l. pen .in.§.Ad crimen .ff.de.pub .Iudi. & in.c. ueniens, de accusa. si criminaliter tamē agatur, quoniam si ciuiliter quod esse potest etiam in criminalibus, tunc secus.c.tuæ de procu.c.super his, de accu.l.damus.l.fi.C.ad leg.cor.de fal.l.i.C. quan.ci.ac præiud.cri.tradit Bar.in.l.infamem in 2.colum.ff.de pub.iud.& in l. i.in prin.ff.ad leg.iuliam rep. Vtilitasq; ex alio resultat, quia isto casu iuramentum in supplementum probationis deferri potest, illo autem non.l.maritus, et ibi idem Bar.in 2. colum. ff. de quæstio. & ratio est utroq: casu. Quoniam si ciuiliter agatur, de re familiari agi tunc dicitur, & pecuniaria, si criminaliter autem, ad uindictam publicam .l. interdū & ibi Albe.not.ff. de pub. iud. d. l. i. C. quan. ci. actio &c. exemplificariq; pōt ultra supra dicta, etiam in damno dato

pu

puta seruo occiso, quia tunc ciuiliter lege aquilia, ad emendationem agi poterit; & lege Cornelia, de Siccariis, criminaliter, uindictæ ratione. l. inde neratius §. si dolo. ff. ad leg. aquil. & in furto pariter furti actione, & condictione furtiua, l. i. C. de fur. ac rapina, vi bo. raptorum, & lege iulia, de ui. l. 2. §. hoc ædicto, & ibi Bar. ff. ui bo. rapto, & ultimo loco in caussa falsitatis, criminaliter lege Cornelia de falsis, eiusq; pœna est deportatio, publicatioq; bonorum, in libero, serui autem, ultimum supplicium. l. i. in fi. ff. ad leg. Cor. de fal. ciuiliter agendo, excipiendo, & replicando, ut per Odofre. in. l. si ex falsis, in prin. C. de transac. & similibus. Non tamen ut in eisdem diuerso procedatur modo; quod est maxime obseruandum, quia semper uel ciuiliter agatur, uel criminaliter, satis est utroq: casu pronunciare super facto, ut idem Batto. declarat in. l. uiro, in prin. num. 5. ff. sol. mat.

SECVNDO, ex eadem glo. habes,
27 & post hæc, quod capitalis pœna † altero de prædictis tribus modis contingês, in mero consistit imperio, quod dictum non uidetur uerum, quia merum imperium, est habere gladii potestatem, ut supra, & in. l. nemo potest, cum simi. pal lega. ff. de regu. iu. haud considerabile in deportatione in insulam, aut damnatione in metallum. Solue ut etiam in glo. j. declarauimus, exemplificando de gladio dictum fuisse, non diffiniendo, ita ut etiam eadem in mero imperio consistant, nec tamen gladio opus sit, uel gladii mentionem fecisse, habito respectu ad ultimum supplicium, quod ex his maius esse uidetur ut infra. §. deinceps, in aucten. de nup. §. præconizamus, de leno. eo. lib. l. ultimum. l. qui ultimo. ff. de pœn. l. i. C. ne li. po. l. i. in fi. C. de priua. car. uel & ultimo, perinde esse ac si in eos gladio animaduerteretur propter æquiparationem, & quia tunc mors ciuilis est, ea autem, quæ gladio contingit naturalis, ut in. d. iuribus, & est argu. in c. susceptum, de rescrip. in 6. & in c. placuit, 16. quæst. 1. & in. l. fi. & ubiq: not. C. de epis. & cle. ubi mors naturalis non æquiparatur ciuili, nisi in casibus a iure expressis, quorum unus iste uidetur, ut pœna capitalis, quæcunq; ex his tribus fuerit, in mero imperio, quemadmodũ diximus, consistat.

SED IVXTA prædicta quæritur,
28 quid in dubio, cum uerbum † ambiguũ sit an pœnæ capitalis appellatione, intelligi debeat de morte naturali scilicet, siue ultimo supplicio, an uero de mitiori, puta exilii? Glo. in. l. i. C. ne Christia. man. tenuit de exilio intelligi debere, et quidem perpetuo, dum tex. dicit, si iudæus mancipium christianum comparatum habuerit, aut alia quacunq: caussa possederit, quod capitali sententia puniendus est, quam etiam Imo. extollit, & dicit singul. in. d. l. 2. in 4. colum. ff. de pub. iud. & Ias. in. l. transigere in. 3. C. de transac. ubi etiam similem adducit in. l. in criminali. C. de iu. o. iud. & fortè exilii mentionem fecit, idemq: nos q. proponentes de industria, quoniam deportationis, damnationisq: in metallũ pœnæ exoleuerunt penitus, neq; sunt amplius in usu, ut in d. l. 2. not. & signanter Imo. met supra citatus in 2. col. in prin. & dum dixi christianum mancipium à iudæo possideri nõ posse. intellige uerũ præterquam in casu, quando esset colonus ascriptitius c. multorum extra de iudi. & hoc ratione adiuncti, quoniã alias principaliter, & directo non liceret. d. l. i. & probari rursum ac secundo posse uidetur per text. in. l. i. C. ad leg. Cor. de fal. ubi mulier accusata lege Cor. de fal. quod partum supposuerit, non potest iudicium differre in tempus pubertatis pueri iam nati, ex quo ipse non est accusatus, & quia uerisimiliter ex fide, uocata in caussam capitis se defendet, quod verbum capitis, sane non intelligitur de ultimo supplicio, sed de deportatione tantum, publicationeq; bonorum. l. i. ff. eo. ergo & pari ratione de exilio in casu dubitationis præsentis, & quoniam legislatoris mens non est certa, quoniã tunc secus esset dicendum l. 3. C. de lib. præte. & per Imo. in. d. loco.

Ter-

Tertio probatur per text. in l. I. C. de fal. mo. ubi si quis monetam inferioris à principe falsificat, capitali pœna punitur, quod adhuc intelligitur (ut supra) deportatione, bonorũq; publicatione, & ita decidit declarãdo quoq; Abb. post alios, maxime Goff. & Hosti. in c. quãto in 2. col. de iureiu. Quarto probatur per tex. in l. præsenti, in prin. C. de his q. ad ec. confu. ubi in terminis pœna capitali, & ultimi supplicii animaduersione plectendus est, qui aliquẽ ab ecclesia extrahit, ergo nõ simpliciter capitalis pœnæ appellatione, ultimũ suppliciũ intelligemus, & nota per illũ tex. q utimur appositione figura, caussa æquiuocationis remouendæ (ut dicunt grãmatici) cõiunctioq; est duorũ substantiuorũ, quorum unum alterũ declarat, perinde ac si diceremus, canis stella lucet, quia dictũ uerbũ ambiguũ est, secundum Bar. in l. quotiens in stipulationibus. ff. de uer. ob. ut capitale hic, & est arg. in l. i. ff. de pac. traditq; idem Bar. in l. i. in prin. & in 2. col. ff. de tutel. Quinto & ultimo, quia in mitiorem partem semper debet fieri interpretatio. l. interpretatione. l. si præses. ff. de pen. & semper sequi quòd minus est. l. fi. iuncta gl. ff. de præto. sti. nec minus iustius q̃ æquius putat alibi Iuris con. in l. proxime. ff. de his q̃ in testa. del. & hac de re qđ proditũ est iactura caussæ eum esse afficiendum qui patrociniũ potentum aduocat in l. i. C. ne li. po. intelligitur etiam non ipso iure, sed p sententiã, ut ibi Docto. declarant, & si quis accusatus fuisset, q aliquẽ pluribus percussionibus offendisset, non aliter q̃ de duabus, & sic in partem mitiorem, esset accusatio interpretanda, secundũ Bar. in l. si gemina, in fi. ff. arbo. fur. cesa. imo q in his, nec lata culpa dolo æquiparatur, eodem teste adhuc, in l. i. in. §. culpa, in prin. ff. si quis testa, libe. esse iu. fac. & tamen regulariter secus est. l. quod nerua ff. depo. l. impuberibus. §. si fraus, & ibi idem Bar. ff. de susp. tuto. l. i. §. hæc actio ff. si men. fal. mo. di. & hinc est ad propositum quod inoleuit practica ex mente Docto. in locis supra allega. post Fulgo. in d. l. præsenti. C. de his qui ad ec. confu. ut assessores in sententiis dicant, & caput à spatulis amputetur, ita quod anima separetur à corpore. Ang. autem in l. sacculari, in. §. sunt quædam. ff. de extraor. cri. per illum text. dicentem, si quis in inimici prædium lapides posuisset, ne ager coleretur, alias sciret colens malo leto se periturum, insidiis illius, qui lapides posuisset (crimen enim Arabum erat Græce appellatum σκοπελισμόν) quod hanc rem præsides exequi solebãt grauiter, usq; ad pœnam capitis, tenuit contrarium, quoniam uerbum capitis ibi, mortis; & ultimi supplicii habet interpretationem, & ponderanda est præpositio usq;, & legis quidem, quæ regulariter includit id, ad quod relationẽ habet, authen. hoc ius porrectum ibi usq; ad quartam centesimæ. C. de sacrosanc. ec. late Cy. in l. à caligato. C. de nup. Secundo ad idẽ uidetur casus in l. respiciendũ, in. §. fi. ff. de pœn. ubi pœna capitis est q quis bestiis obiiciatur, simileq; suppliciũ patiatur, q nõ aliter q̃ de morte debet intelligi, quoniã alias simile nõ eẽt, nec cõparatio de eodẽ genere, & male, secundũ Bal. in l. 2. in 2. col. in fi. C. de proba. quẽ refert & sequitur Ias. in l. & si, post tres in 2. col. pariter in prin. ff. si q. s. cau. & seruit ad statutum nostrum incip. Si quis aliquem, ibi, & minus arbitrio domini potestatis, quoniam debet intelligi respectu quantitatis, non alterius generis, sub rub. de insult. uulne. & feri. Tertio probatur in l. lex iulia in. §. fi. ff. ad leg. iul. rep. ubi habens publicũ officiũ, si pecunia sibi data, uel promissa q. d. fecerit, qđ tamen faciendũ non erat, exilio punitur hodie, uel etiam capitis pœna, inquit text. ergo mortis significationem habebit, & non exilii. Quarto probatur per text. in l. i. C. de super exacto. lib. x. ubi si quis exactorum fuerit superexactionis crimine conuictus, capitali periculo. i. morte amouendus est, si sæpius id ipsum fecerit, & est secundũ Bar. casus mirabilis, q quis ferro puniatur, & quod alias pœna pecuniaria ueniret infligenda, propter consuetudinem pec

candi. l.3. C. de ep. aud. cum similibus, de q bus in.l.oēs, de dela.lib.x.& in.l. de fensionis facultas, in fi.de iu.fi.eo.lib.

Quinto & ultimo, quia in simili excommunicatio, pœna est, & nulla major in ecclesia Dei.c.corripiatur 24. q. 3. l. hi qui sanctam fidem .C. de aposta. & tamen eiusdem appellatione, in dubio, de maiori intelligitur, (quædam enim maior est à communione fidelium, & sacramentorum, quæ etiam anathematizatio appellatur, quædam autem minor à communione fidelium tantum, de quibus in c.a nobis, & in c.si uero de sen.exco.&in.c.ad mensam, in.§.euidenter 11.q.3.)c.si quem de sen.exco.ergo & capitalis hic, de morte, & ultimo supplicio pariter.

TV BREVITER à prima opi. non recede, & ad contraria dicas. Nō ob.maxime primum, quia id speciale est, propter criminis detestationem, quo casu iura & leges etiam transgredi solent .l. per omnes .C. de desen. ci. c.i.& ibi per Inno.de const.ergo ius commune in cōtrarium.l.ius singulare.l.quod uero contra.ff.de legi.c. præsenti .§. loca. de præben.in 6.uel & secundo dicamus Iurisconse ipsum declarasse paulo infra ibi, quia & ipsa res mortem comminatur, ergo de morte uerbū ipsum intelligi uoluit.l.si seruus plurium .l. talis scriptura ff.de leg.i.l.fi.& ibi Bar.ff.ad treb. uel & ultimo, id fuisse in imponendis pœnis, ius consuetudinarium quod habet potestatem in sanguine hominis ut inq t Iaf.in.l.more col.7.ff.de iu.o.iud. Purp. in.l.cunctos populos nu. 91.C. de summa tri.& fi.ca.Deci.cōsi.306.col.2.uol.2. Alex.consi.203.col.i.uol.2. & illius meminit ēt Pet. crini.in lib. de honesta discip.8.c.10.& à quo recedere non possumus, secundū Bald.in auctẽ. sed nouo iure, in 2.col.C. de ser.fugi.& i.l.quicūq; in 5.C.eo.subiiciente amplius tunc non arbitrariū ꝗ fit, sed necessariū esse, notandūq; puto ꝓ declaratione.l. q d ergo .§. pœna grauior, cū similib.ff.de his q not. infa.& idem in.l.i.in prin.C.de aduo.di. iudi.& in.l.& si seuerior, in i.col. ex q b. cau.inf.irroga.&in.l.fi.in i.lect.in 2.infra eo. imo ꝗ propter consuetudinē licet à statuto recedere, eodē teste in.d.§.pœna grauior, in repeti.in pen.col.& ad ꝓpositum d.tex.in præalleg.§.sunt q̄dam, ita intelligit idem Bal.in statut.delinquens nu.5. & interpretatio nu.2. & pœna nu. 12.Alex.cōsi.203.col.i.uol.2.& consi.ult. col.2.uol.7.Non ob. secundum quia in inductione uerbū omisum est, dū dicit capitis pœna esse bestiis obiici, aut similem pati, uel animaduerti, ꝗ pro punire simpliciter ponitur.l.si q s in hoc genus C.de ep.& cle.l.si quid erit.ff.de offi. pro con.ergo in dubio pœnæ capitis, seu capitalis mentione facta, de exilio intelligitur. Non ob.tertium, quia inductione est sublatū illud ēt esse ita intelligendū necessario, quoniā exilii prius mētionē fecerat, considerando unā legis partē, ꝑ aliam declarari debere.l.utrum.ff.de peti.hæ.Ex quo tollitur ēt quartum, quia paulo superius de pecuniaria pœna duplici dixerat, uel responderi pōt id ꝓp consuetudinem, ut inducendo declarauimus, ꝓditū fuisse, & in iuribus præalleg.ꝓbatur apertius, aut tertio & ult. id in criminibus exactionum esse speciale. Non ob.quintum & ult. quia simile nō procedit, ut Abb.ibi testatus est & Feli. cum eo.longeq; rōnabilius, arg.in excōmunicatione ꝓcedere, quæ non est pœna ꝓpria, sed medicina, q̄ in cæteris pœnis, & bene .c. cum medicinalis, de sen. exco.in 6.uel dicamus fœdere distinctionis, opinio.posse concordari sic, Quod aut mentio pœnæ capitalis facta est in lege communi, aut in lege particulari, idest statuto & municipii, si in lege communi, tunc de ultimo supplicio in dubio intelligatur, & sic in potiori significatu, quoniā ea clementiores esse nō possumus.l.i.§.qui in perpetuū.ff.si ager uectī.uel emphy.pet.l.q liberis.§.hæc uerba.ff.de uulga.& pup.sub.§.oportet)singula singulis referendo)in auctẽ.de iudi.nec secus sonabat olim in augurum lege, q̄ erat huiusmodi. Quæq; augur iniusta, nefasta, uitiosa, dira defixerit, irrita infectaq; sunto.

Quiq;

Quiq; non paruerit, capitale esto .l. 3. .§. in bello ubi bonus text. ff. de re mil. l. omne delictum .§.pe.ff. eo. & ita procedat opi. Ang. si uero in statuto, & tunc aut ex aliis uerbis aut subiecta materia, uel quia id ipsum suadebat criminis grauitas deprehendi potest mẽtem statuentium non aliam fuisse, nisi uoluisse intelligere de ultimo supplicio, & tunc ipsum uenire dicemus pariter, & adhuc procedere quod idem Ange. dicebat, aut non, & isto casu, quia uerba ipsius reputantur prætoris, quæ rationabili acquiescunt interpretationi, ut in sequen.glo. dicam, de exilio intelligatur, & ita procedat opi.prima, uera & communis.

Et si aliam Ange.tenere uellemus, posset distinctione seposita responderi ad ducta pro communi, & dici ad primum ut dicunt tenentes hanc partem, illud ideo esse, quia ita erat per alia iura declaratum, præcipue per text. in.l. iudæi.C. de iudæ.& bene, sensitq; glo.in.d.l.i.C. ne Christi.man.ipsum ad idem allegando, sed cogita in iudæis christianum circuncidentibus loqui, non mancipium possidentibus, quod longe grauius esse uidetur, & responde aliter, forte non intelligi de pœna capitali.i. ultimi supplicii, q̃a ut supra dictũ est, nõ oĩ casu eis erat ꝓhibitũ mãcipium christianum possidere.d.c. multorum de iudæ. Non ob.secundũ, quia posset dici ut supra, & quadrabit optime id esse, quia ita fuerat declaratũ ĩ.d.l.i.ĩ fi.ff.ad leg. Cor. de fal.uel & aliter, ꝙ imò de capitali pœna.i.ultimi supplicii intelligitur, & arg. retorquebitur in detestationẽ criminis, ꝙ huiusmodi ẽt est, ut hac de re accusatio nullo tempore claudatur, sed ẽt post mortẽ duret.l.qui falsam.ff.ad leg. Cor. de fal.haud tamen regulare.l.q̃relam.C. eo.l.2.C.si reus uel accu.mor.fue.&not. in.c.officii, de pœni. & re. prima tamen melior est, & magis uera. Non ob.tertiũ quia eandem habet rõnem, ex quo principi soli reseruatum est, ut monetam cudat, in signũ supremæ potestatis, usq: adeo ut crimen læsæ maiestatis uideatur eam falsificare, qđ gladio punitur.l.quisquis.C.ad leg.iul.ma.ergo regulariter secus. Non ob.quartũ, quia id quoq; forte maioris declarationis gratia expressum est, & ut oĩs dubitatio tolleretur penitus l.nemo aruspicẽ ubi not.tex.C. de malefi.& mathemat. nõ ꝙ pœnæ capitalis appellatio, non esset satis.l.non solent.l.q̃. dubitationis tollẽdæ gratia.ff.de reg.iu. l.i.§.q̃uis.ff.de uen.inspi. Non ob.quintum & ult.quia & id ꝓcedit, nõ simpliciter, & in dubio, sed ex caussa.l. respiciendũ, in prin.l.aut facta.ff.de pœn.l.q.d ergo.§.pœna grauior.ff.de his q̃ not. infa. imo ꝙ nec semper regula est uera, nec in oĩbus casibus uendicat sibi locũ, alias si quis uulneret aliquẽ, & non occidat, nõ ꝓ̃sumetur ẽt ĩ dubio, ꝙ habuerit animũ occidendi, & tamen secus est, si cõtrariũ non ꝓbetur.l.si nõ conuicii.C.de iniur. ergo nõ in mitiorẽ partẽ fiet interꝓ̃tatio. & ẽ arg.in.l.fi.C.de his qui ue.eta.impe.

TERTIO, & vlt.habes ex gl.ꝙ oẽs presides habent† merũ imp.l.illicitas.§.q̃ vni
29 uersas.ff.de offi.ꝓ̃sid.& bene, vel sit uero bũ ꝓ̃sides, generale, uel speciale, quia si generale ꝓ ut ẽt in.d.l.sacularii, cæteri continebuntur, de quibus in.l.i.ff.de offi.eius.in prin.l.i.ff.eo.l.3.§. ꝑterea .ff. de susp.tu.l.2.ĩ fi.C. de peda.iud.l.i.ĩ pri. ff. de tu.& cu.dat.ab his, aucten.nisi breuiores. C.de sen.experi.reci.si uero speciale & respectu clarissimorũ, id ipsum quoq; ipsi habebunt, & multoquidẽ magis spectabiles, illustres & supillustres, ut in d. .§.qui uniuersas, & in.l.i.in.§.suspecti.ff. ad turpil.& dixi late in.d.l.i.in gl.tribuũtur, de offi.eius.nec nunc repeto aliter, ẽ uerũ (ut subiicit glo.) ꝙ aliqui senserunt merum imp.soli Principi cõpetere, qđ cum ultimo loco recitet, tenuisse uidetur, iuxta gl.in.l.q̃ filiũ, in.§. sabinus.ff. ad treb.sed falsũ est, confunditurq; ex supra dictis, nisi saluemus, intelligendo in potestate absoluta, q̃ ipsi soli cõpetit .l. princeps.ff.de legi.l.digna uox .C.eo. & male, quoniã hoc ipsum esset de indubitabili, & ideo licet ultimo loco retulerit quia tamen retulit quosdã ita tenuisse, non propterea approbauit eorum opi.

ut in simili not.in rub.si cer. peta. & in l.certi conditio, in princ. ff. eod. & in l.i.C.qui & aduer. quos, & est limitatio quæ solet tradi ad.d.§.Sabinus,cogita.

GLO. TERTIA, fuit expedita in 2.not.idcirco dicta ibi non aliter sunt in præsentiarum repetenda, dum tamen ultimo loco sentit, quod ibi de īdustria prætermissum est, merum imperium etiam in membri mutilatione consistere
30 † quodq; sit ut supra habere gladii potestatem ad animaduertendum in animatum corpus, totum, uel partem, declaranda est, ut iure nouissimo autenticorum procedat, ex quo probatur apertè in.§.ad hoc prohibemus, in aucten. de colla.per quem tex.etiam dixit glo.in.l. 2.C.de offi. eius qui ui.alte. iud. ob. & hoc quoniam membri abscisio erat incognita iure ueteri fforum. Sed contra de.§.pœna,insti.de iniur.ubi lege 12. tabul. propter membrum ruptum pœna talionis constituta est. Secūdo ad idem facit,quia q manū amisit,quod debet in pœnam intelligi, ut sic sit de dubitabili,alias dubitationem non haberet, testamenti factionem non amittit, ergo membri mutilatio,siue abscisio, de iure fforum etiam cognita erat. Tertio & ultimo, quia impossibile est totum non tangi,cum primum tangitur pars.l. uulgaris.ff.de fur.quem text.ad idem inducit Bal.in.c.i.in.§.iniuria in 4. col.de pa. iu.fir.in usib.feu.ergo merum imperiū in parte non erit considerabile.

Breuiter à declaratione supra dicta non est discedendum, nec ob.primum, quia re uera(ut dicunt Docto.)stant ista simul, quod id lex 12.tab.statuerit,& tamen pœna sit fforum iure penitus incognita, estq; arg.ultra eos in.l. si diutino ff.de pœn.& in simili per Bar.in.l.i. in 2. colum.ff.de lega.i.ubi pulcherrimus discursus,& Bald.in.l.si quis sub conditione in ult.ff.de testa.tu. vel & aliter quòd non erat pœna præcisa, ex quo poterat æstimatio præstari quāti iudex æstimasset ut ibi, sed prima melior, quoniam satis est eo iure, ut diximus;membri abscisionem cognitam fuisse,vel&ultimo quod licet talionis pœna esset constituta tunc,quia tamen de mutilatione mēbri non agebatur ex caussa, de qua. hic,non officit quominus dicamus declaratiōem esse uerissimam.d.§.Ad hoc prohibemus.Non ob. secundum, quia respōdebo ītelligi de amissione manus, aliter quàm ī pœnam,nec facit quod sic dubitationem nō haberet,quia tex.met soluit hoc ipsum, imo habere, ex quo scribere nō poterat, consyderando etiā si sic esset, quòd dixisset,arg.in l. vnica. in §.sin autem.in uer.sin uero.C.de cad. tol.non dixit.ergo.

Non ob.tertium,quod etiam probatur per tex. in simili, in l. Possideri. in prin.ff.de acqui.po. & in l.ne quid.ff.de incen.rui.nauf.& in c. Defleat. de regu. iu.quia respondetur, uerum esse uirtualiter, ex quo anima est in toto,& qualibet parte totius,ut infra dicemus, & ꝑ nunc fuit uerbum Bar.in l.Stipulationes non diuiduntur.in 2. col. ff. de uer. ob.sed non propterea,quòd totum etiā à parte non distinguatur,nec possit esse in parte, absq; eo ꝙ sit in toto, merum imperium,& hinc est,in casu d.l.uulgaris.aliis sepositis,ꝙ licet totum integrale acerui frumenti contractetur, non tamen auferens tenebitur furti, nisi ratione partis ablatæ,si ex eo modium abstulisset, ex quo totum etiam, ut subiicit, tetigisse uidebitur, qui autem alicuius tetigit.& ita tene.

G L O. Potestas,in tex. pariter expedita fuit,ideo nec in ea insisto,quantum ad uim ipsius uerbi, sed tamen conside-
31 ra † nouissimè inculcationem esse dicere, quòd merum imperium est habere gladii potestatem &c. & postea ꝙ potestas etiam appellatur,ut in simili inquit glo.in l.certi conditio. in prin. ff. si cer. pet.& in l.lecta.ff.eo.& Bar.in l.ædita.in 10.col.C.de æden.& in l.prima in prima ff.de offi.procu.ce.

G L O. Magna, diuiditur in sex partes ut hic per Docto. & ex ea colligitur primò,ibi uel uerius,idem esse commu
32 ne † quod mixtum, quoniam Ir. exponit mixtum, idest commune, quasi ex di-

diuersis compositum, imperio scilicet, & iurisdictione, & male, quoniam commune est, quod non uno eodemq; tempore de utroq; participat, mixtum autẽ sic, ergo mixtum dici debuit ex diuersis compositum, absq; dicta expositione. §. item mixta. insti. de actio. §. si uero. in auctẽn. de non eligen. se. nub. uel, ne obiiciatur quod habetur cõmunia prædio. communia de lega. & cõmunia ut iud. ubi commune omni tempore utriq; extremorum conuenit, aliter malè loqui dicamus, quia mixtum est, quod in præcedẽtes substantias resolui non potest, & sic à simili in casu nostro, commune uero quod resoluitur l. 1. C. communi di. l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. re. do. quòd mixtum tamen ratione prædicta dici debeat docto. admittunt, ex quo prima declaratio, ut glo. met testatur, & bene, præsupponit merum secum iurisdictionem non habere, cogitatu absurdissimum, quia habet, licet non eo modo, quo mixtum, ut etiam supra tetigimus. Et ad q. breuiter inferri potest, si statutũ faciat mentionem sentẽtiæ diffinitiuæ, nunquid comprehendat latam in caussa summaria, & breuiter (non enim disputo si diceret meram, quia tunc dubitationem non haberet, à uerbisq; claris ipsius recedendum haud esset, uulga. l. non aliter. ff. de lega. 3. et idem si solemnitates requisitæ a iure procedẽdo fuissent ab eo sublatæ (ut per docto. hic) uideretur dicendum quod non, et potissimum, quia esto ꝙ hæc diffiniat negociũ principale, attamen non simpliciter et propriè diffinitiua appellatur, uim interlocutoriæ habens, quæ sine lit. contestatiõe, alioq; iuris ordine fertur, l. stipulationum aliæ. in prin. ff. de uerb. ob. l. inter tutores. ff. de admi. tu. l. cum seruus. ff. de condi. et de. et de materia aliàs latè in cle. dispendiosam. de iudi. et in cle. sæpe, de uerbo. signifi. et per Bart. in extrauagan. ad reprimen. in uerbo, summariè, & seq. & in terminis tenuit glo. in l. fi. in. §. necessitate, magna ad mediũ C. de bonisq; libe. & in. c. dudum. ĩ uer. responsionem. de electio. Idemq; Bart. in l. Titia. in. 2. col. ff. de accusa. aliàs sequeretur quòd etiã ueniret absolutoria ab obseruatiõe iudicij, quãdo reus soluit, Non dicendum, quia esto pariter quòd finem controuersiæ imponat, & hac ratione ab interlocutoria differat, lata ob libellum malè conceptum, & de qua in l. Properandum. in. §. Et si quidem. C. de iudi. non tamen desiderat solemnitatem iuris, & latius ut per Bar. ĩ. d. l. Titia. Secundò adde posse probari, quod fere tamen ad idem tendit, quia id non dicitur esse proprie tale, quod non est simpliciter tale. l. Hoc legatum. ff. de lega. 3. l. i. ff. de Dona. l. si quis sub conditione dandorum decem. ibi, nequè enim legatarius est. ff. si quis omi. cau. testa. sed diffinitiua in caussa Summaria lata, puta alimẽtorum, uel actionis ad exhibendum, aut quia modica summa sit, & simili iuxta. not. in. l. si quis à liberis. in. §. Si quis. ff. de libe. agno. & in. l. 3. in. §. Sciendum. ff. ad exhib. & in auctẽn. Nisi breuiores. C. de sen. ex pe. reci. non est simpliciter talis, ergo propriè diffinitiua non dicetur, ergo nec in statuto locum habebit, de diffinitiua simpliciter loquẽte. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. c. ĩ nostra. de iniur. Tertio facit in simil, q̃a confessionis appellatione, nõ uenit habens negationem implicitam, exempli gratia, si mulier exceptionem lenocinij obijciat marito, l. si quidem. C. de exceptio. c. serpens. de pen. d. i. tradit Bald. in l. cum mulier. in 13. col. ff. solu. mat. ergo nec hic diffinitiua prædicta, & ita esset transeundum.

Sed in contrarium facit, quòd imò ueniat, & comprehendatur in d. statuto, quia sententia diffinitiua dicitur, quæ diffinit negotium principale, non attenta aliter forma procedẽdi, & quæ aliam non expectat, glo. est in l. qui restituere. ff. de rei uen. & in clem. i. in uer. diffinitiua. de seq. po. & fruc. imò tex. in l. i. ff. de re iud. & tradit Bart. signanter in caussa alimentorum, quæ summaria est ut supra, in d. l. si quis à liberis. in. §. si uel parens. & seq. ff. de lib. agno. aliquid Alex. in l. patris & filii. in 3. col. ff. de uulga. &

pup.

pup.sub.per glo.in d.clem.i.& in l. 2. ff. de ap.re.sed ista est huiusmodi. ergo.

Secundò, quia qualitas condemnationis, uel absolutionis est potentior ergo de illa hac ratione debet iudicari, ut de diffinitiua .l. quæritur.ff de sta. ho .l. diuus. ff. de in inte. resti.l.ob carmen.§. si testes.ff. de testi. l. qui habet.i prin.ff. de tutel.Bar.in simili. in. l.si quando.C. de appella. Tertiò uidetur casus in d. clem.Sæpe.in prin .& i uer.Sententiam ubi utrobiq; diffinitiua appellatur; à cuius uerbis, cum sint clara, recedere non debemus.l. Ille, aut ille. §. cum in uerbis ff. de lega.3.

Quartò adde tu simile, quia in priuilegijs stricta pariter,fit interpretatio.l. i. & ibi Bal.in prin.C.de legi.& tamen si alicui concedatur à Principe, quòd legitimare possit spurios,poterit etiam legitimare spurios incestuosos, ita idem Bal. in.c.Innotuit, in fi.de electio.Sed aduerte,ne forte hoc dicat, quia nomen spurius generis est, dictus quasi extra puritatem natus,ita ut nō sit ratio, quæ magis ad unam speciem restringi debeat, quàm ad aliam.l.i.C.de libe.præte:&declarat Bal.met in loco præallega.Probo igitur aliter.Quītò &ultimò, quia licet uerbo statuti stricte debeāt interpretari, d.§.Hæc uerba.rationabili tamen acquiescunt interpretationi, quæ iuri sit consona.c.cum dilectus,de consue.l.ab hostibus.§. fi.ff. ex qui. cau. ma. tradit late Bart. in .l. omnes populi in 2.colum.de iusti. & iu.& cano. in.c.i.de consti. uerū rationabilis interpretatio,& iuris consona ex supra dictis est, eam etiam esse diffinitiuam,quæ fertur in caussa summaria, ergo, & hanc partem ueriorem arbitror.

Nec ob.adducta in contrarium,quia fallacia sunt,& maxime primū, ex quo exceptio doli uim appellationis habet l.non distinguemus .§. cum quidam .ff. de arbit.& matris præteritio,uim exheredationis .l. illud .§. ad testamenta fœminarum.ff. de bo.po. contra tab.& tamē nec exceptio est appellatio, nec pterítio exhæredatio,ut in.d.locis,& idem in iuramento dicimus quod uim transactionis habet.l.2.ff.de iure iu.quodq; tamen non sit transactio,quia seruus non transigit, & nihilominus iuramentum desert.l.quidam de peculio .ff.eod.ergo nec diffinitiua interlocutoria hic, licet uim habeat interlocutoriæ, ergo in statuto,de diffinitiua simpliciter mentionem faciente,comprehendetur.

Non ob.secundum,quia nec id semper est uerum,ex quo pignoris appellatione,uenit prætorium, quod tamē simpliciter non est pignus.l.si pecuniam.ff. de pigno.ac.vel dic assumptum esse uerum, consequens autē falsum , quoniā denominatio,ab eo,quod est magis proprium,fieri debet,& ut nomen sit consequens rei.l.iudicatum.ff.iud.sol.sed in causa, quamuis summaria, sententia (vt diximus) negocium diffinit,ergo diffinitiua,& ꝓprie quidem appellabitur, & in statuto de sententia diffinitiua mētionem faciente comprehendetur.

Non ob.tertium & ultimum, quia imo uenit ut ibi idem Bal.declarat & bene,& maxime in criminalibus, ergo, & sententia hic lata in caussa summaria, licet uim habeat interlocutoriæ, & quia dixi etiam in prima lectu. non insisto nunc aliter.

Secundo ex eadem glo.ibi, & dic,colligitur,quod iurisdictio in genere,comprehendit † etiam merum imperium,
33 idq; latius & clarius Bart. insra in.i. col. in 3.q.&nos in euidentialibus,& nō habet dubium .§. iusiurandum in fi. in auctén. de desen. ci. l.i.ibi iurisdictionem suam mandant,supra de offi.eius,& qa iurisdictio à ditione dicitur,idest à potestate, nec aliud sit merum imperium , q̄ potestas, ut hic, quod ultimum tamen non uidetur posse subsistere, quia iurisdictio potestas est.l.i.supra eo.ergo si idē potestas esset,quod iurisdictio,idem cōsequenter per idem diffiniretur, & male quoniam sic non manifestaretur diffinitū,sed remaneret æquè,& penitus ignotum,ut dicunt dialectici, & in simili D. meus reprehendit etiam diffinitionem protestationis primam Bart.in.l.non solum

lum. in §. morte. in prin. ff. de noxa. num. imò nec aliud, quòd à ditione dicatur uerum est, quoniã arg. ab allusione uocabuli nunq̃ sumitur affirmatiuè, & minus quando diffinitiuo repugnat. l. 2. §. appellata ff. si cer. pet. l. Notionem. §. Instrumentorũ. ff. de uer. si. c. fortis. extra eo. ti. uerùm hic sumitur affirmatiuè diffinitioq; repugnat, aliàs patria potestas etiam esset huiusmodi, & male, ergo. Sed dic ad primum non esse diffinitionem, sed partem diffinitionis, ita ut nec idem, per idem diffiniri uideatur, alias homo etiam est animal, & tamen non sunt idem, Ad secundum uerò, q̇ imo non repugnat diffinitio, ex quo pater etiam habet iurisdictionem in filiũ, ut Docto. dicunt, considerantes in eo, et similibus manum regiam de iure gentiũ remansisse, de qua in l. 2. in prin. ff. de ori. iu. post Bart. in l. frater à fratre in 5. colũ. ff. de condi. inde. sed non placet, quia nõ habet, eo modo omnino, quo iudex. l. 3. C. de pat. pot. ideo dicas tu aliter, assumptum uerissimum esse, consequens uero falsum, quoniam esto quod patria potestas sit potestas, non est tamen eo modo, quo diffinitur, a ditione igitur appellatur, idest à potestate, quæ (ut etiam infra dicemus) est cum necessitate iuris dicendi. Ad tertiũ & ultimum, quod ualet saltem ad uerificandam allusionem, ut ĩ d. loco not. & in l. i. latius, ff. de acqui. po. & maximè in nominibus appellatiuis, ut in rub. solu. ma. in prin. & ibi per Bar. Cogita.

Et ad. q. inferri rursum posse, seu ad decisionem. q. dicas, si Princeps simpliciter alicui iurisdictionem concedat in lo-
34 co† ut eidem quoq; merum imperium cõcessisse uideatur per supra dicta, & specialius quia eiusdem beneficium, & concessio, latissimè semper est interpretanda. l. fi. ff. de consti. prin. per quem tex. in simili dixit Bar. in. l. i. in. §. cum urbem in i. col. ff. de offi. præfec. urb. quod si pariter alicui castrum, uel uillam concedit, eidẽ quoq; omnis iurisdictio concessa uidebitur, & alibi in. l. si quando. C. de bo. ua. lib. x. quod si concedat adhuc rem alicui statu integro, intelligetur cum pertinentiis, cum omni iure suo, cum instrumentis, & fructibus, ac mancipiis, eam concessisse, & alibi Bal. in. l. liberti, in 7. col. C. de ope. lib. quod si concessit iurisdictionem in castro, alicui nobili, concessio realis hac de re, & non ad uitam tantum facta uidebitur, & idem tenet Bart. in. l. pater in. i. colu. ff. de serui. lega. alias à priuilegio beneficium non differret, haud dicendum. l. forma. §. quanquam. ff. de censi. & nimirum ad propositum, ut dicitur in. d. l. fi. quia à diuina indulgẽtia proficiscitur, argumentũq; est in l. fi. C. de præscrip. lon. tem. & ad hæc plura congeri possent, quæ ratione breuitatis non scribo.

Sed aduertendum est, quia ex multis etiam contrarium suaderi posse uideretur, & primo quoniam (vt Ange. hic sensit) infeudatus de castro, uel de ciuitate cum iurisdictione, statuta condere non poterit, quod tamen est meri imperii. l. i. de con. prin. & ut infra, ergo iurisdictio merum imperium non comprehendit.

Secundo quia si concedatur cum isto superlatiuo plenissima, uel omnimoda, tunc verum erit comprehendi. l. si in aliquam. §. cum plenissimam, iuncta glo. ff. de offi. procon. clem. i. de fo. compe. quã inducit Abb. in. c. quod sedẽ, paulo post prin. de offi. ordi. ergo non si simpliciter, Imò & tertio quod signo omnis addito, concessum merum imperium non uidebitur, secundum Bal. in. c. quanto, in fi. de iudi. & non ab re, quia non prædicatur de pluribus differentibus specie, sed numero, ergo multo minus concessa iurisdictione simpliciter, & limitabitur (vt dicunt hanc partem tenentes) decisio. l. si pluribus. ff. de lega. 2. indefinitam scilicet uniuersali non æquipollere.

Quarto probatur hoc ipsum esse etiam uerissimum, quia merum imperium, cũ supremum sit, specialem concessionem quoq; desiderare uidetur, argu. in. l. pomponius in prin. ff. de procu. l. non solum. §. fi. eo. ti. l. illud, uer. si talis. ff. de mino. l. vel quæ pater familias. ff. de religio. l. 4. §. i. ff. de dam. infec. ergo non simpliciter iuris-

iurisdictione concessa, & tradit idem Bal. in loco præallega. Quinto & ultimo est pro ista parte casus, in. l. i. in prin. supra, de offi. eius, ubi mandata iurisdictione quæ specialiter tribuuntur, lege, S. con. uel Principum cõstitutione (hæc enim uerba nihil aliud sonãt quam merum imperium) non transferuntur.

TV A prima opi. breuiter non discedas & adducta pro contraria parte, dicas non obstare, quoniam primum, ex mente quorundam, loquitur de infeudato cum iurisdictione tantum, & sic in specie, ergo secus si in genere, & apparẽter uidetur uerum, sed iudicio meo Ange. narrat, & non disponit, igitur obiectum non tollitur, uulga. l. i. C. quando non pet. par. considerando etiam in casu magis dubio intelligi debere, quodq; dubitationem sic non haberet, propter taxatiuã, iuxta not. in. l. i. ff. si quis ius di. non ob. ea de re respõdetur aliter, quod non sit uerum per prædicta, & arg. retorquebitur amplius. quòd imò statuta cõdere poterit, ex quo feudum beniuola actio est, gaudium tribuens capienti. c. i. in quib. cau. feu. ami. in usib. feu. & consequenter tanquam fauorabilis extendẽda. l. cum quidã de libe. & posthũ. c. odia. per locum à contrario, de regu. iu. in 6. uel & tertio, dato quòd non possit, nec merum imperium comprehendatur, id esse, quoniam feudum contractus est cõsuetudinarius. l. de quibus, ubi glo. ff. de legi. nominatus propter formam datam ratione inuestituræ, & iuramenti, de quibus in. c. i. de no. for. fideli, eod. lib. sicut emphyteoticus propter scripturam. l. i. C. de iu. emphy. c. i. de censi. in 6. tradit Bar. in. l. iurisgentium, in. §. quinimo. ff. de pac. & stricti iuris, nõn bonæ fidei. c. i. de cogni. feu. & quia non est enumeratus in. §. actionum, insti. de actio. ut arguit glo. in. l. in bonæ fidei. C. de pac. ergo etiam stricte interpretandus, uerbaq; eius in concessione apposita, & est arg. in. l. ut iuris iurandi, in. §. si liberi, & ibi Bar. ff. de ope. libe. dicens tradita in materia feudali exorbitare à reg. & dispositione iuris. Non ob. secundum, quia nec ipsum uerum est, ex quo uerba prædicta ad maiorem declarationem adiciuntur. l. i. §. quamuis. ff. de uen. inspi. l. quæ dubitationis tollendæ gratia. ff. de regu. iu. quod adhuc mihi non placet, considerando procedere, quando alibi hoc ipsum decisum reperiretur, & propterea responde aliter ad tex. in. d. §. cum plenissimam, illud ibi dictum fuisse per modũ rationis, omnium partes scilicet qui Romæ ius dicunt, ad proconsulem pertinere, quia plenissimam habet iurisdictionem, & sic in casu claro, ut ab aliis magistratibus differret. Nos autem in dubio loquimur, quorum duorum nõ est par, eademq; ratio, ut in simili inquit Bar. in. in. l. si conuenerit. ff. de pac. & in. l. tutor, in. §. non est. ff. de admi. tu. & in. l. cum aurum, in. §. perueniamus. ff. de au. & ar. leg. & in. l. 3. in. §. si duobus in fi. ff. de adi. lega. & Alexand. in. l. fi. C. de transac. ergo. ad clem. i. uero, de so. comp. quod id etiam speciali ratione ibi est determinatum, ex quo Episcopi in alienis diocesibus moram trahentes, iurisdictionem quanquam in subditos, ex Clemẽtis indulgentia, exercere debebant, ergo non merum & mixtum imperium, nisi expressum fuisset per dictionem prædictã, arg. in. l. 2. C. de noxa. & ĩ c. cum dilectus de consue. cum similib. & in. c. i. ubi glo. not. de rescrip. in 6. Non ob. tertium, q͂a communis opi. est in contrarium, quam tenuit etiam Abb. in. d. c. quod sedem, de offi. or. & in. c. licet caussam in princ. de proba. & ita respondent sic tenentes, hic & in. d. c. licet caussam, à quibus non dissentio, & efficaci ratione probo, quia genus, uniuersale quoddam appellatur habens suas partes subiectiuas, seu prædicamentales, idest species, ut animal, homo, bos, asinus, & similia, ergo concessa simpliciter iurisdictione, & in genere, concessum etiam erit merum imperium. l. 3. in fi. ff. de offi. præsi. & multo magis quidem uniuersali dictione addita. Non ob. quartum, quia procedit in casu suo, & non hic in concessione, quæ (vt diximus) fauorabilis est, & latissimè debet interpretari, Adeo ut nec aliud

manda-

mandatum in specie requiratur.d.l.3. ff. de offi.præsi. ex quo tollitur etiam quintum & ultimum, in delegatione loquẽs odiosa sui natura.d.c.primo, de rescrip. in 6.& quum alteri iurisdictio demandatur, non (ut dixi) quum fauorabiliter cõceditur in loco, & si replicaretur, quod imò concessio, etiam hic, odiosa dicetur quodq; agitur tunc de diminuenda iurisdictione ciuitatis, cui locus subiectus est, & quòd deniq;, dato etiam quod esset fauorabilis, in specie potius uerbum ipsius in concessione prædicta prolatũ, debet intelligi, quam in genere.l.hoc legatum, & ibi Bart.ff.de lega.3. Respondeo, primũ fallaciã habere, nec eẽ in cõsideratione, quoniã sic liberalitas principis fræno subiaceret, & coerceretur, à simpliciq; delegatione parum, aut nihil differret, haud dicendum .l. deprecatio ff.ad leg. R hod.de iac.l.fi.melius quã alibi.C.de præpo.agen.in reb.lib.x.l.pe.C. de dona.inter ui.& uxo.l.sancimus.§.exceptis.C.de do.l.cũ multa.C.de bonisq; lib.& dicemus latius infra, quando ad ciuitatem & Principẽ spectet. Secundum pariter fallax est, & intelligendũ in casu suo uerũ, supra dictis de causis, & plus, ꝙ nec id ẽt generaliter ꝓcedit, ut dixi in l.ædita.C.de æden.late, uel responde, in dubio sic capi ex uolũtate testatoris, nõ ubi agitur de proprietate uerborũ, quoniã tunc uenit oẽ, qđ sub suo genere cõtinetur.l.inter uestẽ.ff.de au.& arg.lega. & hinc est, ꝙ in contractibus regula locum non hẽt.l.cum quæritur, & ibi Socinus.ff.de reb. dub. quem referunt hic quidam, & sequuntur, & male, confundiq; uidetur per tex.in.l.2.ff. si cer. peta. ideo ut prius dicendũ est, & si disputatiue contrariũ tueri uellemus, ad arg.l.fi. de consti.prin.in quo tota difficultas cõsistit, posset responderi, ut Doct.hãc partẽ tenentes dicunt, post Ang.in.d.l.fi. in prin.id ipsũ non obstare, quoniam intelligitur uerũ motu ꝓprio, non ad postulationẽ partis, q̃madmodũ in dubio p̃sumitur.l.si quando secundũ unũ intellectũ.C.de opc.pub.quæ responsio colligitur ex not.ẽt in.d.l.si quando .C. de bo.uacan.lib.x.& posset ex pluribus cõꝓbari, & maxime, q̃a in simili uidemus, ꝙ si priuilegiũ personale cõcedatur motu ꝓprio, personã non egreditur, si aũt ad partis postulationẽ sic.§.plane, & ibi not.insti.de iu.na. & si ius introductum sit primo casu alicuius fauore, quod ad eius odium non retorquetur, Secundo uero sic.l.i.§.si quis.ff.ꝙ quisq; iu. l.3. ff. de legi.& est declaratio ad uulga.reg.l.ꝙ fauore.C.de legi.& c.quod ob gratiam, cum similibus, de regu.iu. in 6. & quod deniq; factum motu proprio non uitiatur, alias autem ad partis petitionem sic c.si motu proprio, de præben. in 6. sed quia Princeps concedens, Princeps est, habens plenitudinẽ potestatis, siue motu proprio cõcedat, siue ad partis postulationem, ut in simili de iudicis officio nobili, inquit Barto.in l.i.in 5.col. supra eo.utroq; casu dici posse uidetur, cõcessionem extendi debere, ut supra, & uerbum iurisdictionis generale, comprehẽdere etiam merum imperium, nec d.l.fi. esse restringendam, ideo responde tu aliter, si sic tenere uelles, uel motu proprio uel ad postulationem partis, iurisdictionem concedat merum imperium nõ cõprehendi, quoniam huiusmodi est, ut non facile concedi soleat.d.l.i.supra, de offi.eius.l.1.ff.de offi.præfec.præt.l.fi. C. de fideiusso. & ideo in simili dicit alibi Bal.in.l.fideicommissa, in.§.si seruo, per illum tex.ff.de leg.3.quod quis non præsumitur uelle id, quod fieri haud cõsueuit, & multo minus Princeps.l. si quando.C.de inoffi.testa. subiiciens ex hoc, quod si clericus secularis impetraret p̃bendam, insolitam clericis secularibus assignari, non ualebit impetratio, licet Papa omnia possit, claue tamen non errante, imò quod hoc uerum esset, & nunc ad propositum, etiam quod motu proprio conferatur, & ad idem facit, quod habetur in.l.obligatione generali .ff. de pigno. ubi non uenit in generali obligatione, quod quis in specie uerisimiliter haud cõcessisset, ergo nec in generali concessione iurisdictionis, merum imperium, ex prædictis

& ratio est (NOTA) quia cum uerba gẽneralia, dubia sint, & consensum non habeant, sine consensu effectum sortiri non poterunt.l. obligationum substantia.ff.de actio.&ob.l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau.l.filius fami.ff. de dona.l.si pater.ff.quæ in frau.cre.tradit Cy. in.l.i.C.quæ res pi.ob.po.considerando ultimo, à uoluntate Principis dependẽtia impossibilia reputari; & ipsi pariter reseruata, nisi concedi soleãt.l. apud iulianum.§.fi.ff.de leg.i. sed merum imperium non facile concedi solet, ergo, non ob.doctri.Bar.in.d.§. cum urbem, quia longe tolerabilius id in iurisdictione eẽ uidetur, concedi solita, quàm in mero imperio, ex prædictis, quibus tollitur ẽt quod dicit in.d.l.si quando. Vel responde illud esse, quia uerbum integro statu efficit, ut perinde sit, ac si omnia specificata fuissent, ut ibi not.& eadem ratione quod dicebatur pariter de concessione reali ut supra tollatur. Non ob.ultimũ quod sic à priuilegio non differret, quia nouum non est, sicuti quando de tertii præiudicio agitur, & simili casu, ut ibi per Docto.& hæc sufficiant, quia diximus quoq; in.d.l.prima, de offi.eius.

VEL fœdere distinctionis, omnia sic concorda, quod Princeps non recognoscens superiorem donauerit iurisdictionem alicui in loco, aut simpliciter concesserit, vt primo casu merũ imp.ẽt comprehendatur, & ita se habeat .i.opi.d.l.si quando.C.de bo.ua.lib.x.d.l.fi.de cõsti. prin.c.cum dilecti, de dona. secundo uero non, & ita ꝓcedat secunda, quã sensit Fel.in.c.qd' sedem, citato ẽt supra, & bene, de offi.ordin.in cæteris, quot sint gradus iurisdictionis, non est immorandũ, q͂a suo loco dicemus ĩfra, & minus quæ sint ea, q͂ possint delegari, & q͂ non, ut subiicit, & an delegatus subdeleget nec ne ut in gl.ult.quoniã in rub. & .l.i.de offi. eius, tactum est late. Addendo tamen in sol.contrarii, nouissime.l.à iudice.C.de iudi.secundo loco firmati per Bart. post eã, primã non esse veram, & confundi ꝑ tex.in.d.l.i.in.§.qui mandatam ibi, nihil habet, de offi.eius.& est arg.in.l. si is qui ducenta, in.§.utrum.ff.de reb.dub.secũdam uero sic, & probari in.d.l.à iudice. Item & tertiã Pet. quæ in idem recidit, quoniã delegari non põt personæ defectu, ex quo (ut dixi) iurisdictionem non hẽt proprio iure, arg.in.l.neq;.C.de procu.ubi procurator à simili, ex defectu ꝑsonæ, ante litem contesta. ꝓcuratorem non constituit, cum nõdum sit effectus dominus litis, ergo nec delegatus subdelegat, proprium (ut supra) nihil habens, etiam (quemadmodnm subiicit) quod caussa delegabilis sit, declara tu, idest nõ meri & mixti imperii, quoniam tunc indelegabiles dicuntur.d.l.i.

DE IVRISDICTIONE in genere.

QVÆRIT igitur Bar.& post hæc, primũ quid sit iurisdictio in genere, & respondet, ꝙ est potestas publice introdu-
35 cta † cum necessitate iurisdicendi, & æq̃tatis statuendæ, se postea remittendo ad not.in.l.i.supra eo.ubi & nos multa. Adde nouissime tamen hoc idem, secundũ nos, intelligi debere, quoniam dialectici non diffiniunt nisi species, & ut infra, & forte hac de re, idem Bar.alibi dicebat, in l.2.in.§.& harum, ad fi.ff.de uerbo.ob. ꝙ genus imaginatio quædam est, à cõmercio hominum penitus aliena, & bene, arg.q; est in.l.prætor ædixit, in prin.ff.de iniur.& in.l.cum incertus.ff.de lega.i.& in.l.incendium, & ibi Bal.C.si cer.pet.tamen considera secundũ gl.in.l.i.ff. de iusti.& iu.ibi ẽt diffiniri ius in genere, & ut infra. Secundo adde dum supplet verbum in.d.l.i. tanquam à publica persona tacitæ obiectioni occurrens potestatis quam habet pater in filium, Dominus in seruũ, tutor in pupillũ, & similes minime necessarium fuisse, quia diffinitiones subauditione sunt adiuuandæ maxime quando aliqua ut nota prætermissa sunt, quemadmodum in enthymemate docet Iuriscon.in.l.i.ff.si cer.pe. & in simili per Bar.in.l.i. per illum text. ff.de testa.& in.l.i.in repe.in.2.colum.C. de sacrosanc.ec. & unum uerbũ dictum est ẽt supra. Tertio, & ultimo adde (reliqua enĩ plana sunt (æquitatis mentionẽ fieri

fieri in ea, quoniam iudici maxime uidetur necessaria .l. quod si ephesi uulg. ff. de eo quod cer.lo.l.placuit.C.de iudi.c. fi.de transac.& hoc est quod dicitur in.l. si quis à liberis, in prin.ff.de libe. agno. oportere iudicem perpēdere singulorū desideria, in his quæ ex charitate sanguinis, æquitateq: descendunt, si tamen sit à lege informata.§.oportet, in auctēn.de iudi.& declarat Abb.in.c.ex parte, in 2. colum.de offi.dele.& hac de re Pau.Ca. in.l.i.in.i.colum.ff.de iusti.& iu.inuehitur in mercatores, de se ipsis nimium confidentes,& iudicantes secundum æquitatem, quam nesciunt, & ignorant, & huiusmodi est, qua utuntur domini Veneti,& alibi propter æquitatem Marcelli sentētiam admissā fuisse, in.l.quod dicitur, in.§.fi.ff. de impen. in reb. dota. fac.& alibi æquum esse, aduersarium nō decipi, in.l.vulgo.ff.de admi.tut.in stipulationibus prætoriis etiam, & iudicialibus, admittitur purgatio moræ, qa fundātur in æquitate.d.l.qđ si ephesi, in cōuentionalibus uero nō, qa iudicātur ex mente contrahentiū.Ita Bat.in.l. si insulā, in.2.col.ff.de uer.ob. & mille sunt huiusmodi, q̄ nō refero, & forte qa oīs lex seueritatē hēt,& inhumana videtur, sed ad prudentiā spectat ex aliis tamen legibus iudicare, quibus casibus sit rigor relaxandus, unde illā Moysis de adulterio in adultera, sua mansuetudine, CHRISTVS IESVS, MARIÆ filius, temperauit. Ioan.8. c. vt lignū positū in aquis Marat, quas (Historia nota est Exo.c.15.) dulces è uestigio reddidit, uerbaq; psal. īdicāt manifestius, dicētis, PROPTER VERITATEM, ET MANSVETVDINEM, ET IVSTITIAM, DEDVCET TE MIRABILITER DEXTERA TVA. c.44.

SECVNDO quærit, unde appelletur dictaq; sit iurisdictio, & respondet à di-
36 tione, † q̄ potestas est, appellari, & iure, amplius, quasi iuris potestas, ut in proe. insti.ibi, ditioni Romanæ,& in.l.2.C.de liber.& eo.lib.& bene, tactūq; est ēt supra in gl.magna, in prin.nec repeto, Addo tamen nouissime,& si dictū de se uerum sit, nihilominus non probari in iuribus præalleg.non in proe.insti.quia de iurisdictione probat, idemq; in .§. fi. in auctēn.de non eligen.se. nub. & in .§.fi. de leno.eo.lib.&in.§.hæc considerantes ut om.ob.iud.prouin.eo.lib.& in.l.2.in .§. capta.ff. de ori. iu. non unde dicatur duo longe differētia inuicem, & minus in.d.l.2.quia de dominio intelligitur, ex quo iurisdictio in priuato locū non hēt arg.in.l.priuatorum.C.de iu.o. iud. nisi ad primū replicemus satis esse, q̄ ditio potestas sit, ut in.d.iuribus, & reg.3.c.4. ibi Solomō autem erat in ditione sua, quodq; iurisdictio, q̄ similiter potestas est, ea ratione a ditione dicatur, addita tamen litera c. Ad secundum uero, q̄ licet capiatur pro dominio, in priuato, ex eo tamen arguitur ad iurisdictionem in iudice.l.qui furere.ff.de sta.ho.& ita etiā Ci.vltra tex.supra alleg.in ver.3.ibi itaq; M.Scaurus qui.Cn. Dolobellam accusauit, istum in sua potestate ac ditione tenuit, uel aliter respondeamus, dici iurisdictionem à iudicibus, utrunq: uero à iure dicundo, idest pronunciando,& sic iudex iusdicēs, iurisdictio uero iuris pronūciatio.l.i.supra eo. c. forus de uer. si.& melius, quia re uera, aliud est ditio, sine.c.& aliud dictio, cum c. cogita.

37 TERTIO quærit, an merum † & mixtum imperium sub iurisdictione in genere considerata, comprehendantur, & respondet, quod sic, uerissimumq; est, & declaratum sæpius, ideo nec in hoc nunc aliter insistam, & dicam etiam statim, minusq; in eo, quod de mixto subiicit, idem esse cum iurisdictione, ex quo ei inest, tanquam genus speciei,& bene quoniam disputatū fuit pariter in not.

38 QVARTO igitur quærit † quot species sub se iurisdictio in genere contineat, & respondet continere duas tantum, imperium .s. simpliciter sumptum, declarata.quod non sit merum, uel mixtū,& iurisdictionem, quæ licet sit species, ut hic in fi.retinet tamen nomen generis.l.i.& 2.ff.de adop. idemq; sensit in summario sed hoc ipsum non videtur uerum, quia imo, ut prius referendo glo.dicebat (nū

enim diſputo nũc an modica cohercio ſpeciem faciat, & ſub dicto genere compræhẽdatur, quia examinabimus (quod etiam antea teſtati ſumus) ſuo loco ſatis) & in figuratione caſus docet, iuriſdictio genus eſt, comprehendens merũ imperium, mixtum, & iuriſdictionem in ſpecie, cui difficultati occurrit tacite, dictas opiniones recitando, & eſt uerum mediate hoc ultimum, non immediate intelligi debere, quoniam merum, & mixtum ſunt ſpecies immediate imperii, immediate autẽ iuriſdictionis in genere, imperium & iuriſdictio, arg. q; eſt in.l.ſed ſi plures, in .§. in arrogato .ff. de uulg. & pup. & in.l.uxori.ff.de au. & ar. lega. & in.c.requiſiſti, & ubiq; not. de teſta. Sed rurſum contra, quia iutiſdictio ineſt mixto imperio, ut genus ſpecici, dictumq; fuit ſupra, ergo mixtum imperium erit ſpecies immediata iuriſdictionis, quod hic aliqui non ſoluunt, ideo dic ineſſe, & quod amplius mixtũ imperiũ ſit mediata ſpecies iuriſdictionis, immediate tamen coniuncta, uel nõ multum remota, & hoc caſu idẽ, quod de immediata, iudicamus, ut ĩ.d.iuribus & in ſimili tradit Areti.in conſ.29. incipien.diligenter, in 7. colum. & latius in conſi.6.incip.uiſo inſtrumento, in pen. colum. vltimo mouent difficultatem p̃dicti, cum habeamus, quod omnis bona diffinitio debet conſtare ex genere, & differentiis, quodq; genus ipſum magis propinquum eſſe debet.l.i.&ibi Bar. ff.de teſta. quare ẽ, quod in diffinitione meri, non dicimus, quod imperium ſit, ipſum ponendo loco generis, ſi ſub ſe continet merum & mixtum immediate ſed aliud ut infra, ubi hæc aliter non referemus, & reſpondent quod cum idem ſint, & Synonyma, ſi in genere ſumantur, poteſt poni etiam pro genere imperium, nec diſplicet.l.i.ff.de conſti.prin.l. 2.ff.de in ius uoca.l.fi.ſupra de offi.eius. Sed reſponderem ego aliter, non dici, vt turpis uerborum ſonus uitaretur, maxime in diffinitione obſeruandum, & cocophonia figura appellatur.l.i. ff. ad trebel.l.3.§.fi.ff.de do.int.ui. & vxo. tradit glo.in proe.inſtitu.in ver.decoratam, & ne idem, per idem diffiniri uideretur, quod tamen à ſupradictis pendet, in gl. magna, in prin. & dicemus etiam infra, ſi oportuerit, interim cogita.

DE IMPERIO SIMPLICITER ſumpto.

QVINTO, quærit quid ſit imperiũ
39 ſimpliciter ſumptum, & reſpondet † q. nihil aliud eſt, niſi iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur, declarando ſubinde uerba prædicta, ut per eum cum quo omnes tranſeunt, ſed dum dicit ſic diffiniri, imperiumq; appellari, quia re uera ex imperio, & poteſtate iudicis procedit, non autem ex aliquo iure, quod apud partem reſideat, aduertẽdum eſt, quia imò, etiam in magiſtratibus inferioribus verificari poſſe uidetur l.poteſtatis uerbo.ff.de uerb.ſi. conſiderando ad idem quoq; plus & minus ſpecie nõ differre.l.fi.ff.de fun. inſt. quodq; omne officium iudicis in eo reſidet, & non in parte, iux.not.per Bar. in.l.i. ſupra eo. Sed nihil eſt quoniam in magiſtratibus inferioribus non eſt imperiũ proprie, nec poteſtas, ut dixi in not.&in l.i.ad ſaturitatem, de offi.eius. Alias nec in cauſſarum delegationibus differrent, quod tamen abſurdum eſt dicere.

Non ob. ſecundum, quia id uerum eſt in eo quod eſt plus & minus, qualitate, ut in .d.l.fi. non ſubſtantia ut hic, & eſt exemplum primi, quando dicimus, hominum quidam parui, quidam magni. Secundi uero, homo & aſinus, ita Bart. in.l.i.in pen.col.ff.de actio.& ob.& in .l. 3.in.§.genera.ff.de acqui.po.ergo.imperium habent magiſtratus maiores, inferiores autem non, ex quo tollitur etiam ultimum, quia immo officium inferioris, reſidet in parte, cum ſit mercenariũ actioniq; deſeruit neceſſario, & ut in.d. l.i.latius.

DE MERO IMPERIO.

SEXTO, quia imperium diuiditur ut hic, & paulo ſupra dictum eſt, in merum & mixtum, tractaturus de mero,

quæ-

40 quærit † ordine præpostero.l.i.ff. de tutel.& in primo officiorum Ci.docuit, q tamen à iure non est alienum.l.i.ff.de iusti.& iu.quare dicatur merum, & respōdet tribus modis, vt per eum, tene ulti. responsionem,& dic, ut in not. disseruimus, quantum est satis.

SEPTIMO, quærit, quid sit merum
41 imperium,& respondet † primo, ex mēte Iaco. de Are. quòd nihil aliud est nisi iurisdictio seuerioris ultionis inferendæ publicam utilitatem respiciens, postea improbat, quia condere legem, est meri imperii.l.non ambigitur.ff.de legi.l.i.de con.prin. & nihilominus condi potest, taliter ut seueriorem ultionem non contineat, sed acquisitionem, uel conseruationem potius.l.legis virtus.ff.de legi.& transit. Confirma tu ex mente Doct. nō esse bonam, etiam quia non cōuertitur cum suo diffinito, requisitum maxime necessarium in materia, ex quo idem significant, ut dialectici dicunt,& probatur amplius non conuerti, quia læues mulctæ, quæ pro delictis imponuntur, sunt meri imperii, ut infra, & tamen nō sunt seuerioris ultionis, ergo male secū dum glo. citatam etiam alibi supra, in.l. non dubium.C.de legi.& quum huiusmodi sit quoq; modica cohercio, quēadmodum suo loco dicemus pariter non comprehensa ratione prædicta in ea, non potest probabiliter non redargui,& non dici, nisi defectiua & insufficiens, contra tex.in.l.i.ff.de iusti.& iu. & ita esset transeundum, sed tamen saluāt aliqui, intelligi posse de potestate condendi legem in genere, simile adducentes, de quo in .d. l.i. ubi ius est ars boni, & æqui & tamen quandoq; bonum est tantum, quandoq; æquum tantum, nec propterea diffinitio falsa est, quia de eo loquitur in genere, ut ibi per glo. Adde tu, diffiniri pariter iurisdictionem in genere supra,& imperium simul, adeo ut nec istud ipsum nouum uideatur.l.suus quoq;.§.puto.ff.de hæ.insti.& est arg. in l.qui iure militari.ff. de mili. testa. vel & aliter, quod licet actu condere legē, non sit semper iurisdictio seuerioris ultionis est tamen habitu, seu aptitudine, etiam satis, ac à lege maxime considerabile .l. iustitia.ff.de iusti.& iu.§.his uerbis, insti. de le.aquil.c.maiores.§.cæterum, de baptis.& in not.casu tradit ad propositum Bar.in.l.sed & si possessori, in prin. in i. colum.ff.de iure iu. ubi dominus etiam aptitudine habet rei uendicationem, & Bal.alibi in.l.si uxor.C.de bo. autho.iudi.possi.dicens, quod licet aditione hæreditatis actiones personales cōfundantur, si creditor hæres instituatur, non tamen confunduntur reales, ex quo aditione facta aptitudine tantum durant contra tertium possessorem, uel & ultimo quod cum sit iurisdictio seuerioris ultionis, ut in pluribus, dicaturq; in exēplo ipsius, quod est habere gladii potestatem ad animaduertendum &c. satis potest tolerari.d.l.suus quoq; d.§.puto, iuncta glo.quam commendat Areti. in l.i.in pen.colum.ff.de testa.& est simile, quia testamentum dicitur iusta sententia, idest solennis .d.l.i. & tamen potest fieri inter liberos ad pias caussas,& à milite quidem, in expeditione degente, & tamen his casibus iuris rigor relaxatus est, diciturq; testamētum,& ualet.l. hac consultissima.§.ex imperfecto.C. de testa.au&ten.similiter.C.Ad leg.fal.l. milites.C.de mil. test. item pactum est duorum pluriumuè in idem placitus & consensus, idest uoluntarius,& tamen coactus etiam consensus est, et comprehenditur.l.si mulier.§.si metu .ff. quod met. cau.et alibi usucapio acquisitio dominii per continuationem possessionis temporis lege diffiniti.l.3.ff.de usucap.& tamen præscriptioni actionum personalium aliorumq; iurium in ipsa comprehensæ (eo enim ffórum præscriptio, usucapio appellata est) minime cōuenit, in diffinitione peculii, etiam serui mentio tantum facta est, & tamen conuenit quoq; Vicario.l.depositi.§.fi.& l.sequenti.ff.de pecu.& idem in tutela quæ secū dum unam expositionem est uiolenta potestas, & tamen non excluditur uolens.l.i.ff.de tutel.l.in eos, eod.tit.l.2.C. quando mul.tu.offi. fun. po. & in mandato

dato ultimo loco, est officiũ honestũ, gratis susceptũ,ab amico exhibendũ.l.i. in fi.ff.man.&post Pla.tradit glo.in rub. eo.tit.& lib.& tamen contrahitur mãdatũ,etiam si non sit amicus, ita Bal. in.d. rub.in pri.post Rày.de fur. qa generalis tamen nõ est, nec conuertibilis cũ suo diffinito,ut inquit labeo reprehendens seruium, in diffinitione doli, in l. i. in §.Dolum.ff. de dolo.non est facile asserendum eam bonam esse, &cogitandũ.

Secundo diffinit etiam merum imperium ex mente Pet.alia Gul.prætermissa,de industria, quã nec nos referemus, ut nihil aliud sit nisi iurisdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur,uel per accusationem,publicam utilitatem respiciens, subinde declarando, ut per eum. Adde,dum dicit, quod uerbum iurisdictio, & publicam utilitatem respiciens, ponuntur in ea,loco generis & differentiæ,ex hoc uerificari quod inquit Philosophus 7.methaphy.diffinitionem constare ex his duobus, quòdq; genus primum,differentia uerò secundum, in ea obtinet locum,&prædicatur illud, amplius in quid,istud uero in quale substãtialiter, & in hoc à descriptione differt, quæ cõstat ex accidentibus, puta quòd homo sit aïal risibile, uel dicamus diffinitionem esse declarationem per essentialia,descriptio per accidentalia, Secundo adde dũ rursum uel per accusationem subijcit,quòd uerbũ officio iudicis nobili,maximè inquisitionẽ comprehendit.l.Congruit.ff.de offi. præsi.l. Is apud quem cum not. ibidem .C. de æden.c.Qualiter&quando.de accusa.& maximè dixi,quia etiam accusatio ipsũ desiderat, ꝓceditq; tunc pariter iudicis officio nobili,ut idem Bar. declarat, asserens ultra verbum,necessarium non fuisse, appositum tamen gratia dubitationis tollendæ,quod tertio addas tu ꝓbari in.l.quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de reg. iu. & in.l.i.in.§. quanuis.ff. de uen.inspi.&in.c.i.de no.for.fi.in vsib. feu.& cum ista diffinitione breuiter,omnes transeunt communiter.

SED ADVERTENDVM EST, quia multa etiam contra eam obstare videntur, & primo dum sentit accusatione instituta, procedi etiam officio iudicis nobili,istud ipsum cõfundi,per theoricam Barto.in .l. iudex postea quam in prin.ff. de re iud. concludentis officium iudicis deseruiens accusationi institutæ esse mercenarium,sicuti quum deseruit in iudiciis ciuilibus actioni propositæ, & non ab re, quia accusatio est fundata in persona accusatoris,sine eo non procedens,iuxta illud Ioan.8.c. MVLIER QVIS TE ACCVSAT? Et habetur in.l.rescripto,in.§.si quis.ff.de mu.&ho. & in.l.2.in.§.si publico, ubi Barto. in.2. col.ff.ad leg.iul.de adult. & in.c.i.de accusa.& forte accusare,pro agere alibi ponitur,in.l.qui accusare.C.de æden.& est arg.in.l.absentem.ff.de poen. tradit Bal. in.l.i.in ult.colum.C. de su. tri. & fi. ca. & quia obligatio naturalis, ac ciuilis, quum actio competat,oritur ex delicto priuato, & fortius si agatur pro delicto criminaliter .l.i.§.i. ff. de fur.§.i. insti. de ob.quæ ex del.nas.tradit Are.in rub.extra de accusa.ergo mercenarium necessario.l.qui per collusionẽ.ff.de actio.emp. pro delicto criminaliter tamen intelligi de naturali tantum,propter consensum l.ex hoc iure,&ibi Bar.in pen.colum.ff. de iusti.et iu.uel delicta nominata sint, uel innominata,ut idem Bar. exemplificat in.l.senatus in prin.ff. de accusa. Secundo minus uerum uidetur, quod utilitatem publicam respiciat semper,quia absoluere reum à poena, est meri imperii.l.solent.ff.de offi.ꝓcon.et tamen hoc ipsum pertinet et spectat ad priuatum, seu priuatam utilitatem respicit, ergo non publicam, et quia condere legem, meri imperii est, et tamen non semper respicit utilitatem publicam,pariter.l.i. .§. huius studii. ff. de iusti. et iu. ubi ius quoddam publicum est, quoddam priuatum. Tertio quia si respub. peteret se in integrum restitui, uel mitti in po. ex primo decreto,ageretur officio iudicis nobili,ad publicam utilitatem, et tamen hæc non sunt meri imperii. Quarto,quia si iurisdictio hic ponitur(vt ipse

met

met Bar.declarat, tanquam genus generalissimum, iam non erit immediatum, l.legato generaliter.ff.de lega.i.& nihilo minus in diffinitione est quam maxime necessarium, ut animal in homine, sic homo est animal rationale. Quinto & ultimo, quia genus generalissimum est illud quod supra se nihil habet prædicabile.l.cum post.§.gener. & ibi not. ff.de iu.do.d.l.legato generaliter, & tradit Bar.in.l.i.supra eo.in prin.sed iurisdictio habet supra se potestatem, ut hic,& dictum fuit sæpius in discursu, ergo.

QVIBVS TAMEN non obstan.ab ipsa haud est aliquo pacto recedendum, Nec primum adduci meruit, quoniam (vt dicunt Doct.omnes,& bene) esto ꝙ accusatio parti competat læsæ, expeditur tamē officio iudicis nobili ad publicam utilitatē.l.ita uulneratus .ff. ad leg. aqui.l.licitatio.§.quod illicite .ff. de publica.l.fi.ff.de priua.del.l.fi.ff. de fur.l. fi. ff.de iniur.estq; argu.in.l.in caussæ,& in l.quod si minor, in .§.fi. ff. de mino. & fuit sol.eiusdem Bar.in.l.quid ergo,in.§. pœna grauior in 2. colum.signanter per d.§.quod illicite.ff.de his qui not.infa.et alia ut supra prudentius loquutus,ut ēt hic,q̄ in.d.l.iudex posteaq̄,& idē in.l.p̄tor ædixit,in.§.si dicatur in prin.ff. de in iur.& Bal.clarius ī.l polla,in fi.C.de his q.b.vt indi.&Abb.in.c.nulli,&ī.c.de his in prin.de accusa.&Alex.in.l.i.in 2. & 3. col.ff.de edē.subiiciēs hac rōne, in libello cōclusionē non desiderari, ita ut obligatio quæ oritur,oriatur fisco ēt,& non parti, quamuis esset quoq; pœna pecuniaria.l.3.ubi glo.ff.de sep.uio. & tradūt Cano,in rub.de iudi. & adduci ad idem potest hoc ipsum esse uerissimum, quia in inquisitione quoq; fama est loco accusatoris, alias ex tribus personis iudicium non consisteret, ut not.in rub. de iudi.extra.c.qualiter & quando,de accusa.minus facit secūdum,quia (vt adhuc dicunt Scriben.& rursum bene) imo id publicam utilitatem respicit.l. absentē, l.si nō defendantur.ff.de pœn.l. seruum quoq;.§.publice.ff.de ꝑcu. adde tu meliorem tex.de iure in.l.i.in fi. ff. de quæstio. & considera bene publice interesse defendi & absolui ne innocens feriatur, quod satis iniuriosum esset, sed nō post quam defensus est,quoniam tunc utilitas priuata uidetur, replica utilitatem priuatam esse secundario,publicam autem principaliter,& ad propositum maxime considerabile.d.l. solent.l. si quis nec caussam,cum uulga.ff.si cer.peta. & ad.§.huius studii dicas , quod licet fiat lex fauore priuati, habet tamen postea uim generalis constitutionis.l.fi.C.de legi.& fuit sol.Bar.in.l.nemo.C. de sen. & int.o.iud.dicentis quod sententia etiam principis ius facit quo ad omnes,& consultatio pariter,si ius introducere cogitabat,& in simili in.l.i.in.i.col. ff. de regu. cato.& post eum Corse.in singu. Consultatio,ubi multa.

Non ob.tertium, quia potest sepositis responsionibus eorum,qui difficultatem mouerunt,responderi, & dici, facilisq; est responsio,non esse meri imperii ex quo officio iudicis nobili expeditur id, & ad publicam utilitatem quidem, sed non inquirendo,aut accusationi institutæ deseruiendo, vel & aliter quod hoc casu forte loco priuati habebitur,et hoc prædicti sentiunt,quod maxime ꝓbo iuxta not.in simili in.l.item ueniunt in.§.in priuatorum.ff.de peti.hæ.& in.l. fi.C. de sacro sanc. eccl. dicentes quoq; ad quartum, nihil aliud poni potuisse, quam imperium,quod idem est in genere,quod iurisdictio,ut supra, ergo & ipsum quoq; genus generalissimum fuisset,quasi dicat immediatum dari nō potuisse. Adde tu,tolerabile esse ex caussa de qua supra in 4.q.in fi.& nouissime ꝓbatur in.l.debitor.ff.de uerb.si.& dixi etiam ego in rub.de offi.eius,in 2. lect. in 2.q.&quia etiam sic species mediate esse possunt iurisdictionis, ut ibidē in prin. nec repetimus.

Non ob.quintum & ultimum, quia non est uerum, ex quo idem est quod potestas .l.i.ff.de consti.prin.& dictum ē pariter supra, alias prædicabile haberet etiam imperium supra se, nullo modo dicendum,& sic diffinitio desensata manebit.

nebit. Vel ut docuimus alias, q̃a diffinitio debet esse breuis, periculosa sui natura aliàs, et quia in multiloquio peccatum abesse non solet. l. omnis diffinitio ff. de reg. iu. l. i. ff. de regu. cato. l. mora. ff. de usu. & si fieri potest duobus terminis tantum, quod etiam expressit in lib. de orato. Ci. dicens nihil aliud esse, nisi breuem, & circunscriptam quandam rei explicationem, posset sic formari, merum imperium est iurisdictio publicam utilitatem respiciens, quæ cum in mixto uerificari haud ualeat, non etiam in simplici iurisdictione, intelligiq; debeat principaliter, & non in consequentiam, utilitatem pub. respicere. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. iuri consentanea ualde uidebitur. cogita.

OCTAVO, quærit ad idem quibus iudicibus competat merum imperium,
42 †& respondet multifariam, ut per eum ex cuius dictis collige, & PRIMO, quod ille qui præest prouinciæ, seu uniuersitati; quæ prouinciam faciat, habet merum imperium, de iure communi prouinciã intelligendo, iuxta not. in. l. fi. C. de præscrip. lon. temp. & in. l. not ionem, in pri. ff. de uerb. sig. & in. c. i. 99. d. secundum communem usum loquendi Apuliam, terram laboris, Siciliam, Franciam, Germaniam, Normandiam, Burgundiam, & similes, ut per Hostien. etiam in. c. nõ nulli, in prin. de Rescrip. l. si eadem. ff. de. assesso. l. per prouincias. C. de ædif. priua. Italia semper excepta à Roma circũ quaq; centesimo lapide clausa, siue ad Galliam usq; & Siciliam extensa, quod declarat gl. in. l. i. ff. de offi. præfec. ur. uel quãta sinus Ionicus, & mare Tyrrhenũ, tertieq; à terra complectuntur alpes, ut alii tradunt, quoundam magna Græcia etiam appellata, imo & a Iano, Ianicula. Camesena, à Camese. Saturnia, à Saturno. Saleombrona, à Gentilibus, Ausonia item, & Oenotria, & rursum Apænina, ab Apin, quã Taurinam Antiochus Syracusanus interpretatus est, Græci, à bobus Herculis, quia opimos gignit, postremo à duobus fratribus Hesperia, & Italia, hocq; nomen retinuit, quod in Apæninos montes, Cisapœninam, & transapœninam, diuiditur, quia ad propositum, non prouincia, sed prouinciarum domina dicitur. d. l. notionem, in prin. §. hæc considerantes; iuncta glo. in prouincia, in aucten. vt omnes obedi. iud. pro. Hodie tamẽ (proh dolor) famula, & serua, ita ut in ea non amplius præsides sint, sed eorum loco Rectores. l. ex omnibus, & ibi Bal. ff. de offi. præsi. & ꝓbatur quod is habeat imperium merum in. l. illicitas, in. §. qui uniuersas. ff. de offi. præsi. & in. §. iusiurandum, in aucten. de defen. ci. & in. l. 4. ff. de offi. præsi. & in l. i. & per totum, de offi. Recto. pro. tradit idem Bar. in. l. i. in prin. ff. de dam. insec. & cum eo transeunt omnes communiter. Sed contra, quia deportare in insulã est meri imperii. l. 2. ff. de poen. l. 2. ff. de pub. iudi. & dictum est supra in glo. potestatem, latius, ac minus quam damnare in metallum, & tamen is, qui prouinciæ præest non deportat quod omnes admittunt pariter, ut ibi per glo. & in. l. inter. ff. de interdic. & rele. Sol. facilis est si dixeris non posse, & si minus sit, quia insulas non habet, & quia id ipsum est de reseruatis Principi, in signum supremæ potestatis, ut not. in. d. §. qui uniuersas, & in. l. i. in. §. deportatos. ff. de lega. 3. sicuti est quod ipse solus legem condat, l. fi. C. de legi. de quo tamen infra, Natalibus restituat. l. i. & per totum. ff. de nata. resti. veniam ætatis concedat. l. i. C. de his q̃ ue. æta. impe. & similia, de quibus etiam quo ad Papam, in. c. quod translationem, de offi. dele. & dixi quoq; in. l. i. in 2. lectu. in 49. colum. ff. de offi. eius, & hac de re deportatus ubiq; deportatus est, nec deportatio sectionem recipit, sicuti nec imperium, quod non est in bannito, ex quo opi. eorum confunditur, q̃ dicebant bannitos nostri temporis æquiparari deportatis, & male, vt per Bald. in l. i. in 6. colum. C. de hæ. insti. & sic defectu insulæ, non iurisdictionis, quo casu limitatur regula. c. cui licet, de reg. iu. in 6. & l. non debet. ff. eo. tit. & est argu. in. l. neq; . C. de procu. inducẽdo, ut per Bar. suprą in 2. oppo. quem retulimus nos in glo.

gl.fi.post magnam, in fi. uerificabiturq; satis in relegatione,quæ minus est, sensitq; idem Bar.in.l.relegatorum,in prin. ff.de interdic. & relega. & est declaratio ipsam procedere,ubi ea ratio,per quam mihi licet quod est plus, concurrit etiã in eo quod est minus, ut mihi liceat: Alias non. Ita Ro.in consi. 436. incip. quod indultum,in fi. Sed nunquid saltem posSit pronunciare quem esse deportandum, uideretur dicendum quod non,quia prohibitus aliquid facere,prohibitus etiam esse uidetur facere omne, & totum id, quo ad illud peruenitur .l. oratio.ff. de sponsa. & tamen contrariũ uerius est, perpetuaq; obseruatione dignum.l.si quis filio.§.eius qui,&ibi Bal. in prĩ.ff.de iniuſ.rup.irritoq;testa.dixiq; in i.lect.latius,nec ob.regul.oratio,quia non est uera,ubi antecedens ad prohibitionem consequentis,directo non est ordinatum,secundum Bart.in.l.2.in fi. supra eo.sed hic ordinatum non est,vt spõsalia ibi ad matrimonium, ergo. Imò quod nec libere ipsi merum imperium habent.l.aut damnum.§. proinde .ff. de pœn. & ad propositum deportationis, considera si est de reseruatis principi,q alii insulas non habent,quomõ sic præfecto urbis concessa est .l.i.in prin. ff. de offi. præfec. vrb. & dic specialiter sibi id concesſũ fuiſſe ex epistola diui Seue.ad Fabium Cilionem P.V.d.l.i.d.l.inter.vt supra.

43 Secundo collige, quod qui præest uniuersitati,quæ non prouinciam† sed ciuitatem faciat, non habet merum imperium de iure communi.§.iusiurandum, in aucten.de defen.ci. & probatur in .d. .§.qui uniuersas, quia si qui præsunt uniuersitati, facienti prouinciam,habent necessario, non præsidens illi, quæ ciuitatem facit.l. cum prætor .ff.de defen. ci.& mirum uidetur,cum non posSit cõstitui alias sine licentia regia, seu principis.l.per prouincias.C.de ædifi. priua.l. 3.& ibi Bar.in fi.prin. ff. de uerbo. signi. l.ex hoc iure,ubi glo.ff.de iusti. & iu. Sed nihil est,quia specialis requiritur cõcesſio.l.i.supra de offi.eius,estq; argu.in l.Papinianus exuli .ff. de mino. & in .l. obligatione generali,& melius ff.de pigno.& intellige in ciuitate insigni,Episcopũ habente, quoniam alias dictum nõ haberet dubitationẽ,declaratq; Bar. in.d.l.2.& in simili Cano.in .c.statutum de rescrip.in 6.Verum instatur secundũ Docto.condere legem est meri imperii, ut diximus proxime, quam potestatem habent Comites,Duces, & similes ciuitati præsidentes,ergo ciuitas est,q̃ merũ habet imperium, uocanturq; leges prætoriæ,secundũ Bar.in.l.5.in fi.prin.ff. de uerb.ob.qui postea respondent, hoc ipsum intelligi quo ad ius comitatus, & ducatus,non respectu Præsidentis,quemadmodum nos, gratia iuris reddendi,& male quoniam sic restringunt meri imperii naturam,diuersificantq; casũ non assignata diuersitatis ratione, contra tex.in.l.si libertus minorem.ff.de iu. pat.Ideo responde tu aliter, non esse uerum ex eo q habeant merum imperium quia leges locales sunt,non generales l. omnes populi.ff.de iusti.& iu.c.i.de cõsti.in 6.& ut infra alias sic nulla esset ciuitas,quæ merum imperium non haberet.d.l.omnes populi.Cogita.

ET ISTVD IPSVM inquit Barto. fallit in urbe † seu ciuitate Romana .l. 44 .i.§. cum urbem .ff. de offi. præfec. urb. & similibus, puta Veronæ & aliis Lombardiæ,ut subiicit,ex constitu.Fede.impera.in extrauagan.de Pa. Constan. cuius meminit ter in.d.§.iusiurandum, in fi.in aucten.de defen.ci. & idem Bart. in d.l.i.ff.de dam.infec.& in .l. secunda aliquid,in prin.ff.de iu.fi.&similibus dixi, quia huiusmodi argumen. nascitur ab exemplis,& quod exempli causſa, dicitur porrigitur ad simile, secundũ Bal.in l.i.in prima lect.in prin.ff.de iusti. & iu. & probatur in.l.regula, in.§.fi. ff. de iu. & fac.igno.& idẽ in urbe Constantinopolitana,q̃ gaudet priuilegio Romanæ l.i.C.de priuil.ur.constan.lib.x.& si ultimo loco hoc ipsum haberẽt ex consuetudine,uel præscriptione, iuxta not.ĩ.l. more infra eo.maxime tanti tẽporis, cuius initii memoria nõ extaret ĩ cõtrariũ

l. hoc iure .§. ductus aquæ .ff. de aqua. quot. & æsti. l. cum de in rem uerso, & ibi Bar. in 3. colum. ff. de usu. c. super quibusdam. §. præterea de uerbo. signi. & ad hoc ultimum, de consuetudine, adde bo. tex. in. l. si fine in. §. lucius. ff. de admi. tu. ibi, moré hunc, ac consuetudinem semper obseruatam sequutus, & dic rationem esse, quia altera natura est . l. i. §. bestias. ff. de postulan. l. si quis posthumos. ff. de libe. & posthu. l. i. ad macedo. patet, quia consuetudo est sæpe. l. de quibus, & ibi Docto. ff. de legi. natura semper, modo sæpe, & semper conuertuntur, ergo, & ideo (vt philosophus inq t) ex frequentatis actibus, fit habitus. Ad idem libellus habens hæc uerba, peto Titium condemnari secundum formã iuris & statutorum, non ualet, cum hoc casu oriatur conditio ex lege, quæ est ciuilis, & tamen ex consuetudine toleratur. l. interdum, & ibi not. ff. de pub. iud. imò facit, ut reseruata Principi, haud reputentur impossibilia. l. apud iulianum .§. fi. & ibi per Alex. ff. de leg. i. non tamẽ regulariter, dixiq; ego supra, licet ad aliud. Item ut remissio fiat ad locum delicti. l. sepulchri, ubi Bar. ff. de sep. uio. nec effectus puniatur, quamuis crimen esset atrox, Alexan. teste in. l. i. in .§. fi. in fi. ff. quod quisq: iu. & declaratur quod habetur in. l. si quis non dicam rapere .C. de Epis. & cle. fortior amplius quam iuramentum, secundum Bal. in. l. uel uniuersorum, in prin. ff. de pigno. ac. probabile breuiter omne, quod esset à iure ꝓhibitum. §. quia uero in auctẽ. de desen. ci. l. non tãtum. ff. de decu. declarat Abb. in. c. cum uicesimum, in fi. de offi. dele. & in terminis Bal. in. l. etiam in pen. col. C. de execu. rei iud. & alia sunt huiusmodi propemodum infinita, quæ non refero, intelligendo semper de consuetudine disponente, non exponente, quia hæc alium habet sensum, & appellatur usus intelligendi, loquendi, & utendi, ita idem Bald. in. l. de quibus, præallega. in pen. col. ff. de legi. Adde, item quoad dictum de præscriptione, probari in. l. viros. C. de di. offi. lib. x. & in. l. 2. C. de fun. limi. eo. lib. quæ tamen secundum Bald. hic loquuntur in consuetudine, & est uerum longeq; tolerabilius, quia cõsuetudo tolli potest per principem . l. fi. C. de testa. præscriptio uero, non facile. §. i. in auctẽn. vt ec. Ro. gau. priui. cen. anno. est tamen communis opinio, nec pro nunc ab ea recedendum, & dicendum simul, consuetudine præscripta intelligi debere, tribus concurrentibus, actu scilicet superioris scientis, & tacentis. Item præscribentis etiam continuantis, & inferioris deniq; obedientis, alias secus ita idem Bal. in. l. fi. in 7. col. C. de iu. lib. & etiam ut infra, & ad ꝓpositum, ultra Bar. idem dicendum est in ciuitate libera, quæ superiorem non cognosceret, vt Venetiarum, & si qua est similis, & not. in. l. infamem. ff. de pub. iudi. & in. l. hostes. ff. de capti. & postli. re. uel si sibi istud ipsum vendicasset. l. barbarius. ff. de offi. præto. l. i. §. de qua re, & ibi Bar. ff. de postu. q etiam sensit hoc idem in. l. præsides. C. de epis. audi. aut quia princeps quoquo modo ĩ literis ciuitatis scriptis mẽtionẽ fecisset, secundũ eundẽ Bar. in l. i. C. de metopo. beri. lib. x. ꝙ tamen ultimũ confundi uidetur per tex. in clem. si summus, de sen. exco. in 6. & ꝗa uerba enunciatiua sic ꝓ ꝓ aliud emissa non disponunt. l. ex hac scriptura. ff. de dona. l. neq; professio. C. de testa. l. non nudis . l. non epistolis. C. de proba. l. i. §. iulianus ff. de lib. agno. c. illud, de præsump. c. per tuas de proba. & in. d. cle. si summus clarius legitur, q̃ alibi, declaratq; ĩ simili q. Ro. in cõs. 340. incip. circa primũ, ĩ 2. col. & si diceremus pro cõplemento, ciuitates oẽs hodie, cum successerint loco ꝓuinciarũ, ꝙ & cæteri interpretes testãtur per gl. cõiter approbatam in. d. l. fi. C. de præscrip. lon. temp. sine disputatione, habere merum imp. satis esset, sed tamẽ aduerte quia habent, non quia successerint loco prouinciarum, sed quia (vt diximus) ipsum ex consuetudine præscripserunt, & nouissime tradit Barto. in. l. quominus in 2. col. ff. de flumi. Cogita.
45 TERTIO collige, ꝙ qui præest uniuersitati, nõ facienti ciuitatẽ† sed castrũ, siue mu-

municipium, nullam habet iurisdictionem, si illi subsit, alias autem sic, & eandem quam habet defensor, intellige limitatam, l. Qui ex uico ff. ad mu. l. 3. C. de na. lib. l. Nulli, uer. Quod si i uico C. de epis. & cle. & ex ordine titulorum, qđ argu. est optimum in iure, secundū glo. in rub. de eo per quem fac. erit, & in. l. 2. C. de confir. tū. & in. l. 3. ff. de offi. eius. ꝓbatur deducendo, ut per eum, & singula singulis referendo, & limitatam dixi, usq; ad trecentos aureos hodie, quia olī non habebant nisi usq; ad quinquaginta, ex quo infimi magistratus sunt, ut diximus in. l. i. supra de offi. eius. & habetur etiam in. §. & iudicare, in aucten. de defen. ci. & in. l. i. C. eo. ti. & idem ad literam dicit Bar. met, in d. l. i. in 2. col. ff. de dam. inf. & est ad idem, ut dicūt Docto. argu. optimum. ī l. Sic eueniet. ff. ad leg. Iul. de adult. ubi; qui non est suæ potestatis, alium in potestate habere non potest, & bene idemq; in. l. homo liber. ff. de acqui. re. domi. & in. l. à iudice, addas tu. C. de iudi. Sed contra, quia iudæi sunt serui. c. & si iudæos, de iudæ. & tamen habent filios in potestate, quia more Romano uiuunt. l. i. l. iudæi. C. eod. ergo simile, & arg. fallax, nisi dicamus, verissimumq; est, eos non esse seruos, ea seruitute, quâ libertatem amittant penitus, alias retineri, & uendi etiam possent, sed tali quali, & nudo nomine potius, quam aliter, quemadmodum uxorati, qui in seruitute esse dicuntur. l. 2. ff. de lib. ho. exhib. & nihilominus filios in potestate habent, & hoc pacto commode procedet & uerificabitur, & declarat Alex. in consi. 71. incip. ponderatis, in 2. colum. in 2. vol. Sed contra ipsam conclusionem principalem facit, quia castra propemodum infinita huic ciuitati subsunt, & tamen iurisdictionem habēt ut Plebis sacci. Campi sancti Petri, Castri Baldi, & similium, imo & merum imperiū, quod plus est, prædictis tamen exceptis, ergo non generaliter uera, præterea eo casu quo habent iurisdictionem, ut defensores debent & habere modicā cohercionem, ut illi. §. audient, quoq; in aucten. de defen. ci. & est arg. in. l. fi. supra de offi. eius. ergo & merum imperiū adhuc, quia coercio, quamuis modica, & huiusmodi est, ut infra. Sol. facilis uidetur, si dixeris habere ex principis concessione, uel de consuetudine longo tempore præscripta, ut supra non quod de iure uerum sit, ut hic per Doct. post Bar. tamen, in præalleg. l. i. de dam. infec. Nō ob. secundum, quia id est, ex quo iurisdictio alias esset nulla. d. l. fi. & suo loco dicemus late. alia friuola quædam à Docto. adducuntur, quæ non refero.

QVARTO, & vltimo collige, quod
46 qui præest † uniuersitati, quæ nec prouinciam, nec ciuitatem, uel castrū faciat iurisdictionem non habet, & multo minus merū imp. l. fi. C. de iu. o. iud. quæ ꝓbat contrarium, dicens periniquum & temerarium esse eorum iurisdictionem declinare, qui negociationes exercent, & ita etiam eā intelligit glo in. l. recepti tia in fi. C. de consti. pecu. & Bar. in. l. omnes populi in 3. colu. ff. de iusti. & iu. & Bal. in proe. fforum, in. i. in fi. & uiua ratione probatur, quia condere statuta, iurisdictionis est. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. at isti statuta condunt, ut per istum tex. inquit etiam Bar. in. l. sodales in 3. colum. ff. de colle. illi. ergo, & si diceretur iurisdictio est limitata, in negociis spectantibus ad artem, non in genere, respondeo non officere, quoniā iurisdictio est, & ordinaria quidē, quam non solum lex, consuetudo, Princeps, & populus dat, uerum etiam uniuersitas, ut in d. loco, eoq: magis quia vt plurimum Principis consensum habent, secundū Aret. in cōsi. 33. incip. consultatio, in pri. vel dic quod loquitur ī iurisdictione accumulatiua ad maiorem, non priuatiua quemadmodum aliæ, & fuit intellectus Ro. in consi. 393. incip. præsens, in prin. & quia tetigi ēt in i. lect. non insisto aliter, limitādo dictum adhuc in mero imperio, quando ex priuilegio prædictis quoq; concessum esset ut lanificio hic, (Rectori. n. id ipsū concessum ē, usq; ad mutilationē mēbri inclusiue) ꝓbaturq; ex supradictis, q̄ nō repero, & in docto-

xibus deniq; (vt subiicit idem Bar.)licet de facto non seruetur per not. in auctē. habita.C.ne fil. pro pat. quod tamen sine declaratione uerum esse asserit faciēs mentionem de iurisdictione tantū,Bar. in q.incipiente,adunantia, 5.in ordine, in 3.colum.& in.l.i.in 2.colum.C.de digni.lib.x.& Bal.in.l.i.in .§. interdum .ff. de legi.tu.& Abb.in.c.ex literis,in 2.col. de consti.primū tamen uerius est,ipsaq; experientia docet, ultimo loco intelligendum in scholaribus laicis, non clericis c.ecclesia sanctæ Mariæ, de consti. & testatur Archid.in.c.inolita in 2.colum. xi.q.i. Sed dubito si de facto non seruatur,quare hoc ipsum Bar.scripserit, paria enim sunt quod lex facta non sit, uel sit facta, & ex consuetudine non seruetur,quasi abrogata,argu.in .l. in lege .ff. de contrahen.emp.& in .l. duo sunt Titij.ff.de testa.tu.& in .§. hunc igitur, de iusti.co.confir.& in.§.fi.melius quam alibi, ibi, quoniam nō utendo perempta est,in aucten.quib.mod.na.effi.sui,& in l.fi.& ibi Bar.ff.ad leg.Cor.de fal. Sol. declarationis gratia,id factum esse dicas & ad aliorum iurium intelligentiam .l. i.in prin.C.de lau.lib.tol.l.i.in fi.de coniun.cum eman.lib.§.i.insti.de testa. vel quia in scholis prædicta haud debent ignorari, quod fere in idem recidit, rudium gratia, argu. in.c.i. de no.for.fide. in usib.feu.vel & melius, quia lex semper nisi abrogata sit,& de industria quasi abrogata dixi,pro se præsumptionem habet,si de consuetudine non excipiatur,quod nota,quia solemne verbum. ē Bart.in.l.de quibus, & sic in terminis in 4.colum.ff.de legi. Verum adhuc quæritur, quid si de nouo studium concessum sit Principis authoritate, ut nunc Maceratæ,habebunt ne locum supra dicta? Abb.in c.cum olim,in fi.de consue. quem Docto.hic referunt,& sequuntur dicit talem consuetudinem considerabilem non esse, & bene quoniam, esto quod eius uis parua non sit, l. 2.C. quæ sit lon.consue.attamen non est talis, ut uincat legem vniuersaliter,& ita est pro rei ueritate tenendum. Sed quid, si studium unius ciuitatis translatum,ex aliqua caussa,in aliam fuisset nouiter,esset ne considerabilis consuetudo prædicta? Videretur adhuc dicendum, quod non per tex.in simili,in c.recolentes,in fi.de sta.mo.vbi ecclesia unita alteri ecclesiæ, regulatur secundum illam, cui unitur, & non è contra, per quem ita etiam dixit Pet.de Peru.in tracta.unio. in .i. col. subiiciens post Archid.in.c.& temporis 12.q.i.quod ecclesia,ad quam fit unio, ē mater,quæ autem unitur filia,ergo conuenit illam ad se istam trahere, & non (vt diximus)è contra.c. quod in dubiis, de consec.ec.uel alta.cum similibus, ergo & pari modo,studium, secundum ciuitatem,in quam translatum est, Vel si unio non est proprie,sed augumentum potius,ut in simili in.l.uerum.ff.de pet. hæ. Quia idem iudicamus de eo, quod de re aucta,quæ suum præexistens est .l. etiam, & ibi per Docto. C. de iu. do. & maxime si translatio fiat, vt ibi uigeat perpetuo, quoniam si ad tempus quemadmodum Florentiæ, aliquando factum est,propter bella,uel pestem,tunc de indubitabili esset quæstio. Cogita.

NONO modo quærit Bart. & ultra, quæ sint huiusce meri imperii exempla
47 † & respondet breuiter, sex modis ipsū considerando, maximum esse, maius, magnum, paruum, minus, & minimū & subinde latius, ut per eum, ex cuius dictis pariter.COLLIGE,ET PRIMO maximum imperium esse,habere potestatem conden di legem generalem, qđ ex eo licet uidere (vt subiicit) quia soli Principi,Senatui,Præfectoq; Prætorio, competit (Magister militum enim tuebatur imperium contra hostes præfectus prætorio autem excubias agebat ad salutem Principis, & ita erat Imperatori annexus,ut magister militum dictatori,nec hodie præfectum prætorio habemus, sed dici potest quod ei æquiparentur auditores Rotæ Romæ, & Vicarius Papæ in terris ecclesiæ uel & aliter dicas quod Prefectus prætorio erat ille qui præerat Auditorio Cæsaris,& quod loco eius hodie successerunt reges, vt

sen

sentit Bal.in.l.i.ff.de offi. præfecto pto.) l.fi.C.de legi.l.non ambigitur.ff.eod. l.i. ff.de consti. Prin.§. sed & quod Principi placuit,insti.de iu.natu.l.normam,alias formam(singula singulis referendo) .C. de offi.Præfec.præto.& idem de iure canonico.c.primo,& fi.de consti. Abb. in c.quod sedem,in 3. colum. de offi. ordi. & maximum dicit, quasi omnium præstantissimum,& quo aliud maius excogitari non possit,ut in vsuris centesimis habetur etiam, quas hoc nomine à simili,maximas appellat,Iuriscon,in.l.qui si ne.ff.de nego.gest. & in maxima capitis diminutione.§.maxima,insti.eo. & magis in terminis, in dignitatibus illustriũ personarum,alibi in .l. maximarum .C. de excu.mu.lib.x. hinc uestalis maxima appellata ẽ,Cornelia quam stupri damnatam defodi imperauit Domitianus, quæ aliis erat præfecta , nos abbatissam dicimus,cognomẽtumq; Fabio datum est , & (ut notum omnibus est) eo maxime, Pontifices decorantur inter potus genera , uinum maximum est, inter metalla,aurum,Inter feras leo, inter animantia,homo. Inter sydera, Sol, & inter omnia deniq; Deus. Dicit item legem generalem(quomodo enim cognoscatur, habetur in .l. leges .C. de legi.) quia condere particularem, unicuiq; cõpetit , iurisdictionem habenti , ut supra .l.omnes populi.ff. de iusti. & iu. l. i.C. de emã.lib. item Præfecto prætorio hoc ipsum,ut Principi , senatuiq; competere,ex quo sublimissima etiam Prætoriana præfectura decoratus dicitur, nec ab eo licebat appellare , sicuti nec à Principe,eidem supplicari autem sic,ut in auϑen.quæ supplicatio.C.de preci.impe. offeren.l.i.C.de sen.Præfec. præto.l.i. ff. à quib.appel.non li.c. Anteriorum 2. q. 6.& ita transeundum esset.

Sed aduertendum puto , ne plura ad idem obstare uideantur,& primo,secundum Docto.quia merum imperium,de quo hic,respectu iurisdictionis in se necessitatem habentis considerabile est, ꝗ ex ipsius iurisdictionis diffinitione liqͭt ut supra & clarum est, legem uero condere , à libero Principis arbitrio pendet ergo exemplum minime conueniens, aliter addas tu , actus uoluntarius à necessario non distingueretur, haud dicendum,quia in simili nouatio necessaria, pignus non perimit,uoluntaria uero sic l.aliam.ff.de noua.l.solutum, & ibi Bar. in prin. ff. de pigno. actio. qui ita etiam in gestore necessario, & uoluntario , distinguens arguit in.l.Pomponius 2.in.i. colum.ff.de nego.gest.& est argumentũ in.l.si fideiussor in.§.si necessaria .ff. qui satisda.co.

Secundo quia respicit pœnam delictorum,ex illis verbis, quod est, habere gladii potestatem , ad animaduertendum &c.& clarius in .l. nemo potest .ff. de regu.iu.& in.l.solent ff.de offi.pcon. & in.l.aut damnum,in prin. ff. de pœn. & similibus,cum potestate legis condẽdæ rursum, nihil commune habens.

Tertio,quia dicitur merum imperiũ, ad differentiam mixti , ut supra tactum est, ergo non in potestate legis condendæ consistit.

Quarto,quia potestas prædicta regulata esse debet .c. erit autem lex 4. d. in Principe autem legibus soluto , libera l.princeps de legi.l.digna vox .C. eo. ergo male.

Quinto, quia nec Senatus hodie cõdit legem,quidquid dicatur,patet,quoniam olim uice populi hoc faciebat .§. Senatus con. insti. de iu. natu. populus autem omne ius trãstulit in principem l.i.ff.de consti.prin.ergo.

Sexto falsum quoq; uidetur , quod Præfectus Prætorio faciat legem generalem.d.l.normam.

Septimo, & ultimo, quia si maximũ est,non aliud in tex. poni debuisset pro exemplo , & tamen secus factum reperitur.

QVIBVS facile responderi potest, & dici ad primum , quòd imò Princeps necessitatur legem condere,ut humana coerceatur audacia , & ut tuta sit inter improbos innocentia, nec minus commodis subditorum hoc medio succurrere , quam gladio animaduertendo in ho-

homines facinorosos, casus est in.l.congruit.ff.de offi.Præsi.& clarius quàm alibi in.c. factæ sunt leges.4 d.& quia iudicandi necessitas, de qua in l.munerum.§.Iudicandi necessitas, ff.de mu.&ho.in genere etiam Principem comprehendit l.fi.in prin.ibi,& partibus cominus cõstitutis sententiam dixerit.C.de legi. Ad secundum uero, quod commune habet satis, ex quo condita lex, seueriorem ultionem continere potest.l. saecularii.§. sunt quædam.ff. de extraord. cri.cum similibus, uel & aliter, quia merum imperium exerceri cõmuniter non solet, nisi à maioribus magistratibus, ergo & condere legem (ut inquit Bar.) erit huiusmodi, quia potestas est, quæ soli Principi competit, &ut supra gradu maxima appellata, seu imperium merum maximum. Tertium fallaciam habet, quia antecedens uerissimum est, merũ ad mixti differentiam dictum fuisse, sed consequens falsum, quod ob hoc in potestate legis condendæ haud consistat; ex quo de publica vtilitate agitur vtroq; casu, ubi in mixto priuata est considerabilis, & negari non potest. Non ob. quartum, quia profitetur se uelle uiuere legibus, ex hac ratione libera non dicetur, nec in eo magis liberum quam esse debeat de iure d.l.princeps & aliis allega.supra,& latius in.l.si aquam.C. de serui.& aqua, & in.c.i. & utrobiq; not. de proba.& in.l.ex imperfecto.C. de testa. & minus quintum quia dato quod uerum uideatur, iuxta not.etiã per Bar. in.d.l.fi.C. de legi. satis erit exemplum posse in Principe uerificari, uel ut tunc & antequam à populo in principem imperium translatum fuisset. Non ob. sextum, quia.d.l. formam, quæ sic legi debet.l.apertissimi.C. de iudi. hoc non dicit. sed contrarium secundum inductionem Bar. hic et in.l.i.in.i. colum. ff. quod quisq; iu.& est communis intellectus, et dixi alias in rub.C. qui admi.late, considerando tamen ei non esse permissum licet generalem legem faciat, ut Princeps, legem condere alii legi cõtrariam, et in hoc differt à Principe.

Non ob.septimum & ultimum, quia id non absq; ratione factum uidetur (ut Doct.incidenter dicunt,& bene) ex quo est gradus frequentior, adde tu simile in l.fulcinius, in.§.i.ibi frequẽtissima enim est hæc caussa possessionis .ff. ex quib. cau.in po.ea.& per Bar.in.l.2.ff.pro empto.& Bal.in rub.ff.mãda.& dixi in rub. si cer.pet.quare sic allegatur, & non de reb.credi.Cogita.

SECVNDO Collige, maius impe-
48 rium esse † habere gladii potestatem, ad animaduertendum in homines facinorosos declarando, ut per eum, cum quo omnes transeunt, dictumq; est supra, & maxime de intellectu.l.qui manus.ff.de testa.igitur non insisto, & si quid addendum est id unum maxime not.addi potest, quod imo quidquid dixerit hic abscisio membri, non ueniat pœnæ capitalis appellatione, patet quia damnatus pœna capitali testamenti factionem nõ habet.l.eius qui.§.i.ff. de testa. & tamen secus in eo, cui membrum abscisum est, d.l.qui manus, quod per locum à speciali ac secundo comprobari potest, quia uenit alibi in c.i.in.§.si quis de pa. te. in usib.feu. ergo non regulariter.l. ius singulare.l.quod uero contra.ff.de legi. Tertio & ultimo uidetur casus apertus, ubi tanquam diuersa ponuntur, in.§.ad hæc, in auctẽn.de collato. Nihilominus ab opi.ipsius haud est discedendum, de animaduersione intelligi, per quam uita adimitur in totum, uel si membrum abscindatur.l.fi.ff.de fun.instruc.& ut infra, in modica coercione dicemus pariter,& quia anima est in toto, & in qualibet parte totius, quod rursum in gl.animaduertendum, supra induximus post Bar.in.l. stipulationes non diuiduntur, in 2.colum.ff.de uer. obliga.

NEC OB. primum, quia.d.l.qui manus, intelligo si testanti, seu testari uolenti abscisa sit, aliter quam in pœnam, ut in loco præallegato probaui, nec repeto, minusq; secundum, quia respondebo, etiam quod in materia feudali loquatur, loqui secundum ius commune à iure non alienum, & tunc extendetur

nec feudalis materia erit in consideratione, quod pro limitatione Bar. nota in l. ut iurisiurandi, in §. si liberi. ff. de ope. lib. & declarat Alex. in l. diuortio, in §. si fundum. in 2. col. ff. so. mat. post Imo. in c. potuit loca. Nō deniq; tertium & ultimū, quia uerba aliter ibi sonant, ab istis ualde differentia, quæ sunt nouissimum supplicium, & membri abscisio, Igitur nec mirū, quia nos de capitali pœna loquimur, & prædicta uera sunt de iure ciuili, de iure canonico autem maius imperium est degradatio, & traditio curiæ seculari, quæ ultimo supplicio æquiparatur. c. cum non ab homine de iudi. c. qualiter & quando, & ibi not. de accu. tradit Abb. in c. quod sedem, in 3. colu. de offi. ordi. & sic de actuali intelligēdo, quoniam alias uerbali, clericus priuilegium non amittit, secundum eundem in c. nouimus, in prin. de uerbo. sig. imò quòd degradatio etiam est de iure ciuili alias vocata exauctoratio. l. 2. §. i. ff. de his qui not. infa. l. qui de libertate. ff. de lib. cau. Ang. in l. testamenta. C. de mili. testa. taliter ut doctor ad pœnam mortis, uel abscisionis membri non condemnetur, nisi degradatus, secundum Bar. in l. i. in 2. col. C. de digni. lib. x. & est argu. in l. i. in prin. ibi, cuius merito quis nos sacerdotes appellat. ff. de iusti. & iu.

SECVNDO, & adhuc ad prædicta addi potest, quod abscisio membri simpliciter, de manu intelligitur, & hodie etiam seruatur, auctē. sed nouo iure. C. de ser. fu. §. pen. in auctēn. ut nulli iud. & tradit glo. in §. coges autem, de defen. ci. co. lib. utileq; est ad statuta, prædictorū mentionem facientia, & nimirum, quia manus (vt dicebam supra, licet ad aliud) organum est organorum, quo omnia cōficiuntur, post Bal. in c. significasti, de electio, & nouissime sciendum est, de manu proprie intelligi, quia si manus esset ad operandum non apta, manus non esset, nec de ea intelligeretur. l. paulus. ff. de uerb. signi. l. 2. §. i. ff. quemadmo. testa. ape. & not. in d. auctēn. sed nouo iure, & vt in i. lect. latius, quod tamen ad propositum in pœna talionis. l. 12. tab. inuenta forte locum non haberet. §. pœna insti. de iniur. Sed in materia quæritur, quid de missione in carceribus, an sit de isto gradu? Idem Bart. concludit quod sic, si ad pœnam fiat iure canonico, quoniā ciuili prohibitum est, non si ad custodiā donec de maleficio inquiratur, q̄a hoc etiam minoribus magistratibus concessum est. §. & iudicare, in auctē. de defen. ci. l. liminarche, de ser. fugi. l. aut damnū §. solent. ff. de pœn. c. quamuis de pœn. in 6. & tradit Inno. in c. qualiter & quando, de accusa. & ut per eum latius, a quo non est discedendum, & dicendum amplius quo ad primum, dum subiicit æquiparari damnato ī metallum, idem dixisse etiam Abb. in d. c. quod sedem, in 3. colum. præallega. de offi. ordi. & signanter hoc ipsum posuisse dicto iure in gradu isto, imò quod parricidio æquiparat Bal. in c. i. in §. deniq; in i. colum. quæ fu. pri. cau. ben. ami. in usib. feu. & non fit nisi pro grauissimo crimine, puta hæresis, & simili, quemadmodum testatur idem Abb. in d. c. nouimus in 2. colum. de uerbo. si. subiiciens (quod ad declarationem ē memoriæ commendandum) non tamen ita arctam esse debere, neq; cibum sic damnato ita attenuandum, quamuis sit panis & aqua (carcer enim pœnitentiæ, non pœnæ appellatur, Ange. teste in l. miles in §. ædictum ff. de mili. testa.) ut uerisimiliter periculum mortis incurrat, quia tunc prælatus ipsa sequuta, irregularitatem non uitaret, post Io. de ligna. in clem. i. de peni. & re. & idē in c. ad audientiam, de cri. fal. Sed aduertendum est, quia utrunq; dictum falsum uidetur, quod imò iudex ecclesiasticus ad perpetuas carceres, & de iure canonico, non condemnet, secularis autem sic, & consequenter de iure ciuili probatur primum per glo. in d. c. nouimus, mandantem prælatum pro clerico delinquente, intercedere debere iudici, exemplificando, & ad memoriā reducendo eos, qui post delicta grauia, atq; atrocia, pœnitentiam egerunt, ut Petrus, Paulus, Dauid, Ioannes Chrysostomus, Magdalena, & similes, imò

quod

quòd de custodia meminit tex.ut in d. §. solent.in d.c. ad audientiã. ergo non ut damnet, modo supra dicto, & magis in terminis Ro. in sing.suis 703. incip. tu scis. Alias obstaret,si damnationi in metallum æquiparatur & parricidio ut supra, quod habetur in c. Sententiam sanguinis, ne cle. uel mo. Secundum uerò quod secularis possit,probatur per tex.in l.Incredibile.C. de pæn.& in l.seruus.eo.tit.& in l.mandatis.ff.de poe.Respōde breuiter ad primum,&dic non obstare,quia id uerum est post quàm reus curiæ seculari traditus est per supra dicta, ne irregularitatē incurrere uelle uideatur, & ut latius in d.c.nouimus, non ut dicebatur, quod damnari non possit, etiam quòd in d.c. Ad audientiam,de custodia fiat mentio eo casu, d.c. quanuis, de pœn.in 6. Ad secundum uero, quòd Ro. loquitur in iudice procedente contra laicum de crimine ecclesiastico, non contra clericum quo casu esto quòd de foro ipsius,quantum ad conuentionem effectus sit, non tamen effectus est quantum ad pœnam prædictam,usq; adeo,ut decisio c. Quãuis.in materia de pœn.in 6.intelligi debeat in clerico criminoso, & non laico, effecto de foro ipsius,modo supra dicto nec ipse ibidem negat,post Oldra. in cõsi.86.incip.quæritur, uel speciale dicas eo casu, qđ magis placet,& tenuit Feli. in c. Cum sit generale. in 9. col. de fo. compe.Ad tertium,& ultimum deniq; quod licet æquiparetur damnationi in metallum,& parricidio, non propterea est idem, l.quod nerua.ff.depo. & quia non est sententia sanguinis, sed pœnitētiæ ut supra,aliàs, nec degradatio actualis sibi esset permissa, dictu tamen absurdissimum,d.c.Cum non ab homine. & similibus, de iudi. ex quo non est sententia sanguinis directo, ut in prima lectu.etiã dicebam,&bene, notandumq; est pro limitatione d.c. Sententiam, & ad propositum degradationis obserua, quòd licèt aliàs fieri nõ possit,nec tradi exinde clericus curiæ seculari,nisi deuenerit in profundum malorum, & effectus fuerit incorrigibilis, poterit tamen men absq; hoc, si falsificauerit literas apostolicas.c.ad falsariorum,& ibi Abb. in.2.colum. de cri.fal. aliquid glo. in .c. ad audientiam,eo.ti.secundum de l. incredibile, & aliis secum responsionem habet,in seruo procedere, & idem in.d. l.aut damnum, in.§.fi.ff.de pœn. ergo non in libero,&ipsamet iura declarant. Adde simile in crimine falsi,inq; homine libero,pœnam esse deportationis in insulam, et publicationis bonorum in seruo uero ultimum supplicium .l. i.§. fi.ad leg.Corn.de fal. Ad idem pactum, quod ego possim te detinere propria authoritate,non ualet, quia meri imperii est,pactoq; ut dixi, concedi non potest, et tamen ualet in seruo .l.interdum.§.q. furem.ff.de fur.declarat Bal.in l. si unus in.§.pacta.ff.de pac.et Bart. ante eum in l.alia,in.§.i.in 2.colum.ff.sol.mat.et hac de re forte alibi inquit vltimo loco iuriscon.in.l.hos accusare,in.§. omnibus.ff. de accusa. quod ei publicari bona non possunt,quia nihil habet, non etiam deportari,ut ciuitatem amittat,quia ciuis non est,ergo ultimo affici supplicio,uel in perpetuis;uinculis damnari,quemadmodum in d.iuribus continetur. Verũ aduerte,quia imo in libero hoc idem esse uidetur .l.sine præfinito.ff.de poe.ubi, damnari potest quis in metallum perpetuo, ergo & in carceribus, quia æquiparantur ut supra,solue ut per glo.in.d. l.incredebile,quod tenet pronunciatio, donec reuocetur,&si fieri non debuerit, arg.in.l.patre furioso .ff. de his qui sunt sui uel ali.iu.& in.l.i.in.§ biduũ.ff.quando ap.sit.

TERTIO collige,magnum imperiũ
49 † esse,quando perditur ciuitas tantum per deportationem, ut in iuribus ab eo allega.de quibus mentio, supra in glo. potestatem facta est, nec repeto, addo tamen in tantum esse uerum (quod astruunt Docto.)ut is qui huiusmodi pœnam patitur,retineat ea quæ sunt iuris gentium,ut emere,& alia similia facere non quæ sunt iuris ciuilis,ut ibi, & eligendi facultatem habeat, nec ea per deporta-

portationem amittat, quæ minor capitis diminutio appellatur .l. quidam, in fi.ff.de pœn.l.cum pater.§.hæreditatem ff.de lega.2.§.minor singula singulis referendo insti.de cap.dimi. & dum contrahit etiam, addas tu, actio sibi quæritur .l.si mandauero .§.is cuius.ff.man. tradit Barto.in.l.ex hoc iure, in pen. colum. ff. de iusti. & iu. & hanc pœnam quoq; habet ecclesia c.primo de calum. notatq; Abb.in.d.c.quod sedem, aduersatur tamen d.§.is cuius tex.in.l.deportati.C.de bo.ꝓscrip.iō uide gl.utrobiq; Sed contra, quia mortuus reputatur.l. prima.§.fi.ff.de bo.po.cont.tab. l.actione.§.publicatione .ff.pro so. & est simile in.c.placuit 16.q.prima, imo defunctus appellatur alibi, in.l. si mater, ubi glo.signanter citat d.§.fi. C. de insti. & substi.sub cond.fac. & sensit Bal.in.l.lata.C.de appella.& ideo in.l.sed si hac in .§.liberos .ff.de in ius uoc. dicitur si patronus ad peregrinitatem redactus sit, cum amisisse honorem.

Secundo quia mulier pariter deportata perdit dotem, & penes maritum remanet.l.sed si alia lege.ff. de bo. dam. ergo perinde, ac si mortua fuisset, & ad idẽ facit tex. Tertio.in.l.quotiẽs in fi.ff.de noua.ubi si ꝓmissor pendente conditione deportetur, nouatio fieri nõ poterit, ẽa ea postea existente, ratione prædicta, & nota ad intellectum, quod pœna hæc in locum interdictionis aquæ, & ignis, succesit.l.ædicto.ff.de bo.po.l.i.§.hi q; bus.ff.de lega.3.l.3.ff. ad leg. iul. pecu. l. 2.§.i.ff.de pœn.d.§.minor.insti.de ca.di. qua perinde erat qui eam sententiam exceperat, ac si morte mulctatus fuisset, ex quo usu earum rerum, quibus hominum uita constat (ex utroq; enim permixto simul, non ex igne solum, ut Heraclitus dicebat, uel ex aqua, ut Thales, cuncta generantur) sibi interdictus erat quãuis postea utraq; exoleuerit, nec de iure canonico infligatur, ut dixi supra, post Inno.in.l.2.in 2. colum. ff. de pub. iudi.& ad propositum hoc est forte, qđ dixit Bal.in.l.i.in fi.C.de monop. quod his insulæ assignabantur, ut aeris intemperie, citius morerentur, sicuti quõdam Rex Aragoniæ faciebat, ergo de gradu maiori, & sic proximo esse uidetur, non (ut diximus) magno.

Tamen à prima opinione Bart. non est recedendum, & dicendum ad primũ ꝓ mortuo haberi, ac reputari, quemadmodum Docto. declarant, & bene, quo ad eius commodum, non quo ad alia, quia nihil capere potest, & est simile in l.Deo nobis C.de Epis.& cle.ubi ingressus monasterium habetur pro mortuo quo ad seculum, non quo ad alia, auten.ingressi, & ibi Sali.in ult.colum. post glo.C.de sacrosanc.eccl. Ad idem dixit Bart.in.l.statius, in .§. Cornelio.ff. de iu.fi.quod quantum ad matrimoniũ religio & mors naturalis æquiparantur non quãtum ad fideicommissum, ideo institutus rogatus de restituendo post mortem non efficit, si religionem ingrediatur, ut substitutus admittatur, Aliterq; responde, quod esto, quod habeatur pro mortuo, non tamen uere mortuus est.c.cum haberet de eo qui du. in mat. quam pol.per adul.l. si maritus .§. legis iuliæ, & ibi Barto.ff.ad leg.iul. de adulte.d.l.cum pater .d.§. hæreditatem ff.de lega.2. & propterea iura lonquentia in mortuo, non debent sibi uendicare locum generaliter, in eo q̃ ficte mortuus est, vt in simili not.in .l. omne delictum, in prin.ff.de re mil.de bannito & in.l.si mora, solu. mat. & declarabitur theorica Bar.& aliorum in .l. ubi pactũ in ult.colum.C.de transac. posse quempiam comparere, quomodocunq; iudex procedat, uel inquirendo, uel aliter, & allegare bannum occisi, ac ipsum ostendere, & petere, ut aliter contra inquisitum haud procedatur, dummodo bannitus sit ex ueris probationibus delicti, non autem ficte, & ex contumacia, & ita statuta etiam de prædictis loquentia intelligi debent, ut nostrum hic, incip. aliquis de malefacto. Nec ad idem facit quod defunctũ dicat deportatum, text.in.d.l. si mater, quia respectu mortis naturalis, stabit proprie, respectu daportationis im-

proprie.l.2.ff.de offi.procon .l. pater seuerinam .§. conditionum .ff. de condi. & dem.d.l.i.d.§.fi.ff.de bo.poss.con.tab. Et minus quod honore priuetur propter peregrinitatem , quia infamis etiam honore priuatur aliis casibus , & tamen uiuit, licet cum dedecore. Secundum secum habet responsionem, id ipsum uerum esse constante matrimonio, non soluto, quia actionem habet, & dotem repetit, quasi humanitatis intuitu, tunc actio nata uideatur, ut tex.met subiicit,ergo mortua,deportatione dici non potuit, quoniam nec soluto matrimonio, ei actio prædicta competiisset.

Non ob.tertium & ultimum , quia non ea ratione, ut dicebatur, nouatio fieri prohibetur, quia promissor mortuus sit, sed quia eo deportato non est persona,quæ obligetur,& tex. met rursum aperit,& est uerum , & ex his reliqua cessant,& est disputationis utilitas quia domini nostri Veneti hac deportatione utuntur, & seruant de iure,usq; in hodiernum diem. Insuper difficultatem non tango, quam excitant Docto.de.l.illicitas.§.qui uniuersas.ff.de offi.præsi.quia dixi supra.

QVARTO collige (an enim caussæ liberales sint de mero imperio, non disputo, quoniam certum est quod non, & pendet ab infra dicendis (ut idem met Barto.quoq; inquit)merum imperium paruum esse† si relegetur aliquis,
50 quod tenuit glo.in.l.nulli .C.de sen. & int.o.iudi.& in.§.relegati,insti.qui.mo. ius pat. pot.sol. & de materia alias in.l. prima.C.de hæ.insti. & ratione suadetur, quia si esset de alio gradu maiori, non posset agitari per procuratorem, nec sententia in absentem ferri, & tamen utrunq; fieri potest .l.pen. §.ad crimen.ff.de pub. iudi.l. seruum quoq; .§. publice .ff.de procu .l. Absentem .ff. de pœn.l.Papi.exuli.ff. de mino. & quod merum sit patet amplius , ut subiicit, quia expeditur officio iudicis nobili , ad publicam utilitatem, nec dubito. Tamen aliqua obstare etiam uidentur, nisi remoueantur, & primo, quia relegatus efficitur īfamis.l.cognitionum ff.de ua.& extraordi. cri. per quem tex. ita etiam dixit Barto.in q. incip. Lucanæ ciuitatis in 5. colum.caussa uitæ, & famæ, æquiparantur .l.iusta .ff. de ma. uind. l. isti quidem in fi. ff. quod met. cau.l.iulianus.ff.si quis omi. cau. testa. Ergo de alio gradu erit quamparuo.

Secundo quia relegato non potest dari licentia reuertendi nisi à Principe, l.relegati,in fi.ff.de pœn. ergo de gradu maximo erit,argu.in.l.fi.C.de legi.& satis dictum est supra.

Tertio & ultimo, quia bene infertur ex ratione per eum allega.quod sit meri imperii, sed non de isto gradu, imo quod eam repetit etiam infra, in 5. gradu,qui est minor.

Sed dic ad primum fallaciam habere, non ut dicunt aliqui, & si possit tolerari, quod quo ad pœnam corporalem id non procedit, uerũ aliter, quod eo stante in pœna relegationis,non admitteretur procurator,sicuti nec admittitur quum agitur de uita hominis, & nihilominus hoc est falsum.d.§. ad crimen,& aliis ut supra.

Non ob.secundum, quia nec id procedit ex quo stant ista simul,quod Principis licentia requiratur, & tamen non sit de alio gradu, ex quo sententia (vt dixi) in absentem ferri potest, Et ita quoq; tollitur tertium ex dicta ratione, scilicet inferri relegationem esse meri imperii, & non de isto gradu, sed considera inferri saltem ex alio, quia per procuratorem agitur, & (ut dixi rursum)quia in absentem fertur, nec facit quod ratio ista repetatur infra, in quinto gradu, quia minoribus magistratibus ibi competit,hic autem maioribus adeo ut utroq; casu officio iudicis nobili expediatur ad publicam utilitatẽ, & gradus nihilominus eo respectu sint diuersi,& unus altero maior. Cogita, & dic hanc relegationem,& exilium, seu meri imperii gradum, & uerberationẽ, etiam ecclesiam, iusq; canonicũ habuisse d.c.i.de cal.c.in archiepiscopatu de rapto.

v.accedens 50. d.c.ad audientiam, & ibi Abb.qui idem not.etiam in d.c.quod se dem, de offic. ordi. bannitosq; nostri temporis, non deportatis, nec relegatis æquiparari. Non deportatis, quoniam illi(ut supra dictum est) haud retinent, quæ sunt iuris ciuilis, isti autem sic,ut not.in.d.l.i.C.de hæ. insti. & in .l. illicitas,in.§.qui uniuersas.ff.de offi.præ si. Non relegatis, quia sunt infames, l.cognitionum .ff. de ua. & extraor. cri. & proxime dictum est pariter, isti autem non,nisi infamia facti.l.fi.& ibi Bal. C.de requi. re. & de materia alias in; locis supra allega.& in.l.amissione,in.§.q. deficiunt,de capi.di. & si æquiparantur his,relegatis, potius quam deportatis, æquiparari debent.

SED QVÆRITVR, quid in pœna † per quam corpus alicui acriter torquetur, idem Barto. dicit esse meri imperii,& de isto gradu quidem, per text. in.l.si quid erit.ff. de offi. procon. statim inserendo ad torturam, si quis eam patiatur ad pœnam, quoniam si ad inuestigationem posset esse iurisdictionis & expediri iudicis officio mercenario .§. si uero ignoti,in auctẽn. de testi. quasi dicat (vt declarant Docto.& bene)in caussa ciuili, quoniam alias in criminali indistincte est meri imperii, ex quo expeditur officio iudicis nobili, ad publicam utilitatem .l.cum seruus.ff. de condi.ob cau.l.interdum.§.qui furem, & utrobiq: idem Bar.ff.de fur. & ut per eos latius.

Tamen urgentissimam difficultatem mouent postea, dicta distinctione spreta, quod imò sit indistincte meri imperii, per text.in.l.defensores .C.de defen.ci.considerando quo ad pœnam defensoribus ibi non prohiberi, quia ipsis non competebat, ergo ea ratione,q̃a est meri imperii, secundo quia est maior pœna, quam utriusq; manus abscisio.§. pena.in auctẽn.ut nul.iudi. & hac de re etiam reprehendi meretur Barto. quod membri abscisionem posuerit in maiori gradu, & non torturam. Quæ duo possunt facile tolli, & dici ad primum, omnimodo intelligi in caussa criminali, ac respectu pœnæ,quanuis ipsis non competeret, declarando, quod à iure non est alienum .l.prima .§. quamuis .ff. de uerb. inspi. & hoc quia etiam dicit nullas eos mulctas infligere debere, & tamen infligunt .l. secunda .C. de spor. Ad secundum uero, id esse in dolore intelligendum, non in pœna, ex quo cito transit, ubi alias in tortura fit omnium membrorum dissolutio. Sed tamen priores inductiones urgent, & ueriores ui dentur, & ad idem, ac longe magis aliud tertio loco facit, quia si corpus acriter affligetur, ex hoc caussa non erit in qua possit procurator interuenire .d. §.ad crimen, & aliis allega. supra. ergo de hoc gradu esse non dicetur. Cogita. & plus quod dicit Bar.in.l.si clericus.C. de ep.aud.& in.l.i.in fi.C.quib.ad lib.p. ue.non li.quod tortura & carcer,de quo supra æquiparantur, & Bald. alibi, quod imò æquiparatur morti, ex quo corpus cruciatur, in .l. i. in pen.colum. C. unde ui. Nota etiam quod de iure canonico clericus torquetur, non tamen à laico, quanuis de mandato superioris,licet contrarium seruetur,& male de facto, ut per Abb.in c. ut famæ,in fi. de sen.exco.

52 QVINTO COLLIGE,merum imperium† etiam minus esse,quod in modica cohercione cõsistit,minoribus magistratibus pariter competens, ut in .§. audient quoq; in auctẽn.de desen. ci. & in.l.magistratibus, infra cod. & in .l. leuia, de accusa. quæ tamen non probat loquens in ꝓconsule,aliæ sic,& maxime ac melius d.l.magistratibus, ponderando,ut alias dicebam,aduersatiuã, autem,quæ vt bene aduersetur præcedẽtibus,eiusdem generis esse debet,l.mariti.§.fi.& ibi Bar.ff.ad leg.iul.de adul.Sed ultimum supplicium cui aduersatur,est meri imperii ut supra, ergo & modica cohercio,eoq; magis,& tertio subiicit idẽBar.hic,q̃a officio iudicis nobili expeditur ad publicã utilitatẽ,nec secus sensit Abb.i.c.fi.in 7.col.de fo.comp,&in 9,

clarius, & est argu. in .l. ita uulneratus, ad leg.aquil.& in.c.ut famæ, de sen. exco. & hanc modicam cohertionem habet etiam ius canonicum, inquit idem Abb.in.d.c.quod sedem,in 3.colum. de offi.ordi.probaturq; in c.ex literis, & in c.pastoralis,de offi.dele. Sed unum obstare fortiter uidetur, quod habetur in l.fi.supra de offi.eius, ubi modica cohercio non est merum imperium, nec pōt litera cauillari, & clarius in.l.i.in.§. qui mandatam eo.tit. Tertio, & ultimo, quia si haberent merum imperium,non dubitasset alibi text.in.l.fi. C. qui admi. an agnitio bo.po. posset fieri coram eis. Breuiter ad primum respondet idē Bar. hic,& in.l.2.in.i.colum.supra eo. intelligi debere non de cohercione reali, quæ fiat ad uindictam maleficii, sed uerbali officio iudicis mercenario,ad expeditionem caussæ,& est ultra cum simile in citatione, ut uerbalis, pariter cuicunq; permissa sit,etiam nuncio, Realis uero non, nisi ordinario .l.pleriq;,& ibi Bar. met.ff. de in ius uo. & appellatur imperium,quod neq; merum, neq; mixtum est,iurisdictioni cohærens,&consistit in condemnatione expensarum,in denegatione audientiæ contumaci, contra quē. omnia iura clamant,& similibus,de quibus in .d. l. magistratibus, vnde non abre,mandata iurisdictione dixit mandari imperium quoq;, quod non est merum quia si huiusmodi esset, non mandaretur.l.nemo potest .ff.de regu.iu.l. solent ff.de offi.procon.l.i. supra de offi. eius. Et quia alias iurisdictio sine cohercione ista uerbali nulla esset, & inefficax, & idem in.l.2.supra eod. & ita etiam transeunt cæteri, & bene, ex quibus secundum quoq; tollitur, quod ad idem tendit,loquens signanter de dicto imperio iurisdictioni cohærente, quod merum non sit, & modica cohercio dicitur, q.a crimen etiam læue est,quod quale sit declarat Bar.in.l.leuia, præallega. ff. de accusa.& melius in.l.non solū in.§.si man dato meo,in 2.colum.ff.de iure iu. Non ob.tertium & ultimum, quia non dubitat, sed decidit, ius antiquum corrigendo, quo cautum erat agnosci bopo.non posse, nisi caussa cognita, & coram iudicibus habentibus merum, & mixtum imperium .l.3.§. si caussa cognita.ff.de bo po. & agnoscatur etiam corā duumuiris,idest magistratibus municipalibus,licet simplicem habeant iurisdictionem, pro constanti supponens,modicam cohercionem quoq; sibi competere,ex supra dictis, uerum aduertendū adhuc est, quia imo uidetur quod non competat magistratibus municipalibus nam pœna corporalis, quanuis modica ut hic, est maior quacunq; pecuniaria, l.in seruorum.ff.de pœn. sed hi non cognoscunt ultra summam tercentorum aureorum,ut sæpe dictum est.§.audiene in aucten.de desen. ci. ergo nec modicā cohærcionem habent. Sol. facilis est,ꝗ cum castigatio non habeat locum, nisi in uilibus personis.l. capitalium .§. non omnes.ff.de pœn.d.q;l.in seruorum,nō procedat in his, ut not.Bar.in.l.i.in fi. ff. eo.haud obstabit,& hoc est,quod idem dixit etiam alibi in consi. 101. incip. Girardus,in 3.colum. quod quilibet pater famil. eligeret potius pœnam pecuniariam,quam criminalem quamuis modicam,& idem in.l.nec in ea.ff.ad leg. iul. de adulte.& quia realis est, cæteris prætermisis transeo. Vltimo, urget aliud, nam legatus proconsulis habet multa specialia .l.solent.ff.de offi.procon.l.i.in prin.ff.de tut.& cu.dat.ab his .l. cognitio,de offi.eius.& tamen ei cohercio nō competit,ergo multo minus magistratibus municipalibus.l.relegatorum.§.cōstitutum,de interdic.& releg.l.nec ex uera.C.de acquiren.po.c.si Paulus 32. q.5. Sol.id debet intelligi de cohercione atroci,& exponi uel,pro idest, ut sensus sit animaduertendi, & cohercendi,uel, idest atrociter uerberandi,ipsum ius nō habere,ergo modice sic,ergo& magistratus municipales,& ita est tenendum, & inferendum amplius, non esse uerum, ut subiicit idem Bart. quod dicebat glo. magna supra,quod cohercio hæc modica,sit iurisdictionis species, ex quo plus & minus,non facit rem specie differre.l.

fi.

fi.ff.de fun.instruc. instrumentoq; lega. Dic melius facere theoricam Bart.in.l.i. in 2.colum.ff.de actio.& ob. & in l. 3. in .§.genera.ff.de acqui.po.& diximus etiã supra, licet ad aliud in discursu legis, ex quo tex.in.d.l.fi.aliter loquitur, genere scilicet non differre, non autem specie, nisi replicetur,& est uerum, poni genus ibi pro specie, idest pro qualitate, conditione & differentia, sicuti & alibi in .l.i. .§.fi.ff.de au.& arg.lega.& in.l.fi.ff.de cõdi.ob cau.& in.l.non uidetur 2.ff. de iudi.& in.l.qui seruum.ff.de inter.actio.& in.l.rerum mixtura.ff.de vsucap.bo.glo. in.l.quia.ff.ad macedo.Bar.in.l.i.in pen. colum.ff.si cer.peta.& in simili, de syllabali differentia in .l. demonstratio falsa, in fi.prin.ff.de condi.& demõ. & ad propositum, quoniam dictum uerissimum est, contra glo.facit, quia si esset iurisdictionis species, utiq; eidem non cohæreret, d.§.qui mandatã .d.l.fi.supra de offi.eius.& quia idem iudicamus de augmento, quod de re aucta. l. etiam .C. de iu.do.l.inter socerum .§. cum inter.ff.de pac.dot.l.si ex toto, in prin.l. quod in rerum.§.si quid post.ff.de leg.i. tradit Bar. in q. incip. mulier habens magnum patrimonium, in prin. & de accessorio, quod de principali, cuius naturam semper sequitur.l.cum principalis.ff. de reg.iu.c.accessorium, eo.ti. in 6. ergo & de cohærẽti, quod de eo, cui cohæret, tamen melius est si dicas ut prius, quoniã ista in cohercione uerbali uerificãtur,& non in corporali, ut supra.

Sed dubitatur, certum enim est, modicam hãc cohercionem, in uerberibus intelligi, & modica dicitur, quoniam si atrox de isto gradu non erit .l. si quid erit.ff.de offi.procon.& declarat Ang.in d.l.magistratibus, quid in abscisione au-
53 riculæ, narium † aut digiti, quanuis alterum ex his tantum sit in usu? aliqui, hic aiunt, ĩ hac cohercione includi l. ob quæ uicia.§.fi.ff. de ædili. ædic.l.nõ sunt liberi.ff.de sta.ho.aliqui uerò non, quoniam seueritatem habet, licèt non atrocem, & hæc opi.pro rei ueritate placet, quam comprobo, ex not.in l. capitaliũ, in.§.famosos. in glo. furca.ff. de pœn.& quia membri debilitatio est, secundum Docto.in.d.l.nõ sunt liberi.nec ob.allega.in contrarium, quia secum habent responsionẽ, ut hic per eos, Adde tamen ad id, quod digitus non est membrum, sed membri officium. d.l. non sunt liberi, in tantũ esse uerum amplius, ut bannitus pro amputatione digiti, nõ possit impune offendi ex forma statuti, sicut bannitus pro amputatione membri, nisi in eo aliud dicatur, puta, si quis absciderit alicui membrum, ei simile abscindatur, ita Nel.de sancto Gemi.in tracta. bannito, in 2. par. secundi tempo. in 51. q.incip.quæro an bannitus in .i. colum.
54 Dubitatur item, quid in bullatione, † q̃ quotidie fit in fronte, & est in usu. Respondeo, in hac cohercione non includi, ex supra dictis, & quia facies maculatur, quæ ad similitudinem pulcritudinis cœlestis figurata est.l.si quis.C. de pœn. & ibi Ange.Soci.in.c.qualiter & quãdo 2.arti.57.q.11.de accusa.& in.c.fi.colum. 8.de fo.comp.Ange. in tracta. malefi. in uer.in facie Feli.in c.cum non liceat colum. i. de præscrip. & habetur etiam in auten.sed nouo iure.C.de ser.fugi.quã uis de iure canonico non seruetur.c.Ad audientiam, de cri.fal.& est pœna à Longobardis inuenta, nisi id odio falsificantium regis sigillum intelligamus, nõ regulariter, sicuti uidemus etiam non regulare esse, quod quis tradatur curiæ seculari, nisi cum in profundum malorũ deuenerit, & incorrigibilis factus sit.c. cum non ab homine, de iudi. & nihilominus traditur, si literas falsificauerit Papæ.c.ad falsariorum, de cri.fal.c.ad audientiam, eo.tit. & dictum fuit incidenter supra. Cogita.

SEXTO Collige, merum imperiũ esse etiam minimum, quod in læuibus
55 † mulctis infligendis consistit, ut clare colligitur in legibus per eum allega. fi. C.de mo.mulc.& in.l.2.C.de spor. & in l.i.& ibi dicemus infra, si quis ius di.non ob.& hoc ut supra ostensum est, quia exercentur officio iudicis nobili ad publicam utilitatem, ad quod semper ani

mad-

maduertere debemus, ex quo omne obiectum tolletur, quòd etiā arbiter possit mulctare, ex potestate sibi data à partibus. l. nō ex omnibus .ff. de arbit. quæ tamen non possunt merum imperium concedere, l. i. supra de offi. eius. l. Priuatorum. C. de iu. o. iud. & sensit Albe. in d. l. fi. ī prin. quia hæc nō proprie ut supra dixi, erit mulcta, & quod uerbalis cohercio, de qua in l. fi. de offi. eius. est læuis mulcta, & è contra, ut not. in d. l. 2. supra eo. & tamen non est merum imperium, quia uerbum iurisdictio, soluit contrarium, iudicans non de publica utilitate agi, sed de priuata, ut hic, sed aliud est ultra Docto. quod magis urget quia si modica cohercio, quæ est de mero imperio minori, ut proxime, magistratibus municipalibus non est denegata, multo minus denegabitur læuis mulctæ impositio, quæ est de mero imperio (ut dictum est) minimo. l. non debet .ff. de regu. iu. c. cui licet eo. tit. in 6. & tamē defensores ciuitatum nullas infligunt mulctas. l. defensores nihil .C. de desen. ci. Sol. facilis est si dixerimus, id de mulctis grauioribus intelligi, non de læuibus, ex quo modicam habent cohercionem, sensitq; glo. in. d. l. prima, si quis iusdi. non ob. & latius in prima lectu. Et pro complemento sciendum est, iure canonum etiam gradum hunc, ut alia reperiri. c. i. c. de caussis de offi. dele. & utrobiq; Abb. qui idem dicit etiam in sæpe allega. c. quod sedem, de offi. ordina. quodq; melius fecisset Bart. forte prius ponere gradus meri imperii, postea quibus competeret, quam è cōtra, ut fecit.

SEPTIMO, & ultimo, collige, quo ad primos quatuor gradus, merum im-
56 perium † delegari non posse regulariter, minus autem, & minimum sit, ex quo iure magistratus competunt, sed quoniam dixi in. d. l. i. de offi. eius. non insisto nunc hic aliter, & ad alia transeo, & si oportuerit, de cohercione modica infra in iurisdictionis gradibus, contrarietatem perpendam, & resoluam.

DE MIXTO IMPERIO

DECIMO, absolutis iam omnibus pertinentibus ad merum imperium, & longe aliis pluribus, in. i. lectu. super quibus de industria non insisto, restetq; nunc ut ad mixtum ueniamus, quærit Bar. quare mixtum dicatur, & respōdet
57 † dupliciter, primo à simili, & post gl. in. l. iubere cauere, infra eo. arguendo, quia sicuti participium partem capit à nomine, partem à uerbo, pari ratione ab imperio, & à iurisdictione istud ipsum nomen cepisse uidetur, ab imperio, quia delegari non potest, à iurisdictione, quia respicit commodum pecuniarium, & placet, fuitq; expo. Iaco. de Are. quanuis ipse met Bar. eam reprehēdat, dando instantiam, & ostendendo hoc non esse semper uerum, quia merū imperium quandoq; delegatur, ut supra in. d. l. i. de offi. eius & quia nec semper mixtum in commodo pecuniario consistit, exemplum in datione tutoris quæ huiusmodi est, & datur personis, ne dum patrimonio & rebus, unde dicimus tutelā uim esse, & potestatem quandam in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit. l. i. ff. de tutel. Addunt alii aliud rursum ex alio non procedere, quia simile bonum non est, nam participium non retinet nomē nominis, nec nomē uerbi, sed transit in aliud nomen. l. ædiles. §. iuramentum. ff. de ædil. ædic. & est argumen. ultra eos, in. l. mouentium. ff. de uerbo. sig. & in. l. si conuenerit, & ibi Bart. in prin. ff. de pigno. ac. mixtum autem nomen imperii. Vltimo quia sic, aut mixtum hac ratione participium, aut participium mixtum dici deberet. Quibus tamen non obstantibus, & p ueritate rei, glo. ac Iaco. de Are. possunt saluari facile, & dici ad primum, ut etiā dixi alias, & repeto, neutrum esse regulare, & consequenter non attendendū, quia ea, quæ irregulariter fiunt, & de iure speciali, licet de iure contingere possint, & euenire, non debent tamen esse in consideratione. l. 4. §. i. ff. de fideicom.

lib.l.fi.ubi Bar.in.3.col.C. de sen.pa. ad secundum uero, quod imo optimum est,in eo, quod de duobus simplicibus participat,sicuti participium, considerando sufficere arg. prædictum, quod Rhetores ratiocinationem appellant, licet non per omnia simile sit.l.fi. C. de tempo. in inte. resti. pet. & in collecta. ante hac editis, dixi late ad .l. non possunt.ff.de legi. Ad tertium & ultimum deniq; quod nec absurdum fuisset,quãdo sic dixisset Iuriscon.& non mixtum ad differentiam meri, ut supra sæpius, argu.q: est in.§.pen.in aucten.qui.mod. natur.effici.sui.& in.l.2.cum not.ibidẽ, ff.de uerb.ob.& in .c. quanto de usu. Secundo respondet Bar. mixtum dictũ fuisse,quia capit à mero hoc ꝙ iudicis officio nobili expeditur à iurisdictione uero quia respicit priuatam utilitatem, ut hic, & in .l.i. supra eod. quod etiam placet,satisq; tolerari posset, sed considera nisi argumen. facta supra tollamus,ut dictum est illa eadem etiã huic responsioni obstare, quoniam merum imp. non semper officio iudicis nobili expeditur,si in expensis partem condẽnet,l.qui crimen.C.qui accu.non po.ratione tamẽ contumaciæ,nõ calumniæ, ut declarat Bar.in l.i.in prin.ĩ 4.col.ff.ad turpil.nec semper mixtum priuatã utilitatem cõtinet.l.vtilitas.C.de primipi. lib.x.per quem tex.ita dixit etiam idem Bar.ĩ l.i.ĩ 5.ff.solu.mat.quod uerum est, sed non regulariter, & propterea considerari nõ debere .l. nam ad ea.ff.de legi. l. Seio.§. medico.ff. de an. lega. c.quæ à iure,de regu.iu.in 6. Adde tu & tertio quod poterat dici unico uerbo, quod cum habeat mixturam duorum simplicium,non potuit appellari merum,nec iurisdictio.l.cum seruus.ff. de condi. & de.l.veteris.C.de contrahen.&commit. stipu.& aliis allega.in tex.

VNDECIMO, quærit quid sit mixtũ
58 † imperium,sequendo ordinem de quo supra in mero,& respondet quod est iurisdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur,priuatam utilitatem respiciens & bene, potestq; ex aliis, in materia adhuc meri,dictis comprobari,quæ nõ repeto, periculum maxime considerando,quod in his esse solet .l. omnis diffinitio.ff. de regu. iu. & quia sic meri esse non potest, propter uerbum, priuatam utilitatem, non iurisdictionis, propter uerbum officio iudicis nobili,ergo mixti necessario.

Sed tamen nec unum prætermitto, quia diuisio tutelæ fit officio iudicis nobili.l.2.C.de di. tute. l.3.§.fi.ff. de admi. tu.& tamen iurisdictionis est.l.inter tutores.ff.eo. tit. de datione non loquor, quia notissimum est esse mixti imperii, l.muto.§.tutoris datio,ff.de tutel. & dixi in.l.i.supra de offi. eius. Sol. facilis est, si dixeris uerbum iurisdictionis, in d.l.inter tutores, intelligi debere, idest administrationis,ita ut sensus sit, ius ipsum, cum apud quemlibet in solidum sit,diuidi non posse, sed iurisdictio sic, idest ipsorum administratio,non quod iurisdictionis sit aliter, & non mixti imperii,& sensit Bar. ibidem prope finem & bene,placetq: mihi ualde,& ultra eũ probatur in simili, in.l. 2. ibi originem iurisdictionis .C. de condi. inser. quod uerbum exponitur, idest dispositionis, & idem in.l.antiquæ,in prin. C. ad vel. Cogita.

DVODECIMO, quærit quibus cõpetat,&respondet breuiter,illis quibus
59 merum † se postea remittendo ad dicendum infra, & subinde declarando intelligi debere de mixto magni gradus, dicitu,idest de gradibus ipsius, usq; ad magnum inclusiue, & non aliis, sed (ut astruunt Doct.) aduertendum est, quia de paruo dicere uoluit, quod cum plenam caussæ cognitionem desideret,magistratibus municipalibus competere minime uidetur,suoq; loco uidebimus pariter,nisi Bart. saluemus interim, qđ hoc casu forte respectum habuerit,plerunq; ipsis quoq; concedi solere, ut in d.gradu subiicit in fi.l.i. supra eo. & latius infra in.l.iubere cauere.l. cognitio, ff.de offi.eius. Sed nihil est,ex quo (vt dictum fuit proxime, licet ad aliud) id non est regulare, nec uerisimiliter præsu-

ſumendum, ipſum ſic intellexiſſe. l. nauis onuſtæ, in fi. ff. ad leg. Rhod. de Iac. cum ſimilibus, & quia deniq; ſe remittit (ut dixi) idem etiam nos faciemus.

DECIMOTERTIO, quærit quot ſint gradus mixti imperii, & reſpondet
6 ſex eſſe † pariter, ad meri ſimilitudinem, ut per eum, ex cuius dictis PRIMO COLLIGE, quoddam eē mixtum imperium maximum, quod nō poteſt expediri, niſi per ſolum Principem, pluribuſq; modis exemplifica, & potiſsimū in uenia ætatis. l. 2. C. de his qui ue. æta. impet. in arrogatione. l. 2. ff. de adop. in emancipatione infantis. l. pe. C. de emācip. libe. & legitimatione per reſcriptū §. illud. §. pe. in aucten. qui. mod. natu. effici. ſui, & priuatam utilitatem conſidera, quæ efficit (vt ſæpe dictum eſt) ipſum non aliud quam mixti dici poſſe, ad meri differentiam publicam reſpicientis, nec habet dubium, Adde ad primum in. l. allegata, non probari, quia de Principe mentio facta eſt, narrando, nō diſponendo, ita ut nec ſummi ex uerbis ipſius arg. poſſit ſecundum gl. in. l. unica. C. quando non pet. par. niſi dicamus in illis fundatam eſſe legislatoris intentionem, ex quo eſt de ipſi principi reſeruatis, clem. i. de proba. & eſt uerum quia mandat certā in impetratione formam ſeruari, ut glo. declarat in d. cle. i, ſecundo adde quòd licet minor magiſtratus ueniam haud cōcedat, examinat tamen an impetrans ſit dignus, ut not. I d. l. 2. & bene, idemq: glo. in. d. l. pe. & in. c. cum dilectus, in uerbo in ætate, de electio. Tertiò adde quòd is maior ann. 25. priuilegio eſſe dicitur, ad effectum de quo in. l. i. C. eod. not. in. l. i. ff. de mino. alibi iuramento, aucten. ſacramenta puberū. C. ſi aduer. uen. & regulariter natu ta, arg. in. l. i. ff. de adop. quartò adde idē eſſe de iure canonico, ſolumq: Pontificem in defectu ætatis diſpenſare, c. cum in cunctis. §. inferiora. d. c. cum dilectus. in prī. de elec. c. præterea, de æta. & qual. c. i. eo. tit. in. 6. quinto adde, ſicuti ſpeciale eſt hoc caſu principi tantū munus, iſtud reſeruari, Ita ſpeciale eſt, & ſi procuratoris uſus ſit per quam maximè neceſſarius. l. i. §. uſus. ff. de procu. nō poſſe Principem adiri per eū ſicuti nec poteſt in aditione hæreditatis interuenire, l. paulus, ff. de acq. hæ. nec ī criminalibus ubi pœna ſanguinis ueniret ingerenda, l pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. uel emphyteota in poſſeſſionem inducendus, l. ult. C. de iu. emphy. & probatur ad ꝓpoſitum ibi, idem ipſi per ſe principale beneficium allegantes &c. & dictu mirabile eſt, propter regulam, qui per alium facit &c. de regu. iu. in 6. & . l. certe. ff. de preca. ſed nimirum, quia morum examinatio, ætatis, & diſcretionis, eorum præſentiam deſiderat, quod non placet, ex quo hoc attento, etiam in mulieribus eſſet neceſſaria, & in perſonis illuſtribus, non tamen aſſerendum, ut ibi, & in. l. quicunq;. C. de procu. Item quia de ætate agitur, etiam in reſtitu. in integ. & tamen, per procuratorem peti poteſt. l. i. C. etiam per procu. cau. reſti. Quibus dici poteſt, & ad primum, illis caſibus alia præponderare, ne ſcilicet mulieres ſe virorum cœtibus immiſceant, & perſonarum dignitas ſecundo loco, ad aliud uero, quod non ſolum de ætate in. d. l. 2. verum etiam de aliis probandis agebatur, ut Bald. declarat in. d. l. i. & bene, & ad materiam facit, quod habetur quoq; in l. minor xxv. ann. ex aſpectu. ff. de mino. per quem tex. ita etiam dixit Bart. in. §. ſi uero, in aucten. Quib. mod. natu. effici. ſui. ſuppleādus ut ſupra, aliquid in. l. q̄ſitum, ubi idem Bar. in fi. ff. de re iudi. itē quod hoc modo probatur patrem non uiuere, ſi ex aſpectu filius ſit nonagenarius. l. ſed & ſi, & ibi Alexan. in 2. colum. ff. de acqui. po. ætas autē iuxta tex. in. l. 2. in fi. prin. iuncta glo. ff. de excu. tu. teſtibus, inſtrumentis, & ſcriptura natiuitatis. Sexto adde, præter hæc, formulam ueniæ fuiſſe hanc, ut Caſſio. ait variarum lib. 7. Cape noſtro beneficio ætatem annis potiorem, & quod petis ab oraculo moribus exhibeto.

Septimo & ultimo adde, quod rex hāc ueniam non impetrat, ex quo non conuenit ut minor annis xxv. Sapientum

humi-

hominum iura pertractet, & negocia regalia. l. fi. C. de testa. mil. & quia ubi maius est periculum ibi cautius est agẽdum. c. ubi periculum de elec. in 6. cum nec superiorem habeat, & Fusius declarat Old. consi. 52.

Ad secundum adde, id ea ratione statutum fuisse, quia fortius est, quod quis sui iuris in alienam transeat potestatem quam de una in aliam, & quia adoptandus habet patrem, non arrogandus, argu. q; est in. l. fi. C. de cir. fu. & in. l. isti quidem, in fi. ff. quod met. cau. & sensit Albe. in rub. ff. de adop. in prin. Sed mihi non placet, quia cum lex etiam de maioribus magistratibus confidat. §. nos autem, insti. de atil. tu. l. prima in fi. ff. de offi. præfec. præto. tradit Bald. in. l. tutores. ff. de confir. tu. ipsorum authoritate debuisset etiam potuisse fieri, & tamen non fit. Ideo dic idem inductum fuisse ex alio, quia per populi rogationem olim transitus fiebat in alienam familiam, authore Gel. lib. 5. c. 19. nocti. Attica. supplendusq; text. est in. d. l. 2. populus autem in Principem omne imperium, & potestatem transtulit. l. i. ff. de consti. prin. ergo, & ad idem facit reg. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & ad differentiam adoptionis, quæ magistratus imperio idest authoritate fieri potest, quoniam in arrogatione adeo multa & magna in caussæ cognitione necessaria sunt, ut plura, & maiora parum desiderari uideantur. l. paterfamilias. §. in arrogationibus. l. nec ei. §. eorum. ff. de adop.

Ad tertium adde, id ueteri iure uerũ esse, non autem nouo, ut dicunt omnes & non potest negari, per tex. in. l. fi. eo. tit. ubi casus clarus, & minime mirũ circuitus uitandi gratia, vt ibi, & in. l. dominus testamento. ff. de condi. indeb. & quia reprehensibile iudicari non debet si secundum uarietatem temporum statuta quoq; uariantur humana. c. non debet de consan. & affi. & quia est limitatio ad tex. in. l. i. C. de inoffi. dot. & in. l. non ad ea. ff. de cond. & de. ubi correctio legũ uitanda est, nec uerisimile legislatorem uoluisse se incontinenti corrigere, intelligendo in dubio uerũ quando hoc idẽ factũ expresse non appareret, ut in. d. iuribus, & in. l. fi. C. de ind. uid. tol. & in. l. præcipimus. C. de appella. & per Bar. in l. siue. ff. de iu. pat. uel & ultimum dicas, non ipsum legislatorem se in continenti correxisse, quanuis ordine compilatoris, una post aliam immediate posita reperiatur, argu. in. l. nec enim. ff. de sol. & ad propositũ Bar. saluari posse existimo ex quo forte loquutus est secundũ ius antiquũ, cuius ẽt habenda est quãdoq; rõ. l. unica. §. & cum triplici. C. de cadu. tol. l. illa institutio. ff. de hæ. insti. ẽt ꝙ sit correctum, secundũ gl. in. c. nouit, de iudi. per quã limitatur ꝙ habetur in. l. fi. ff. ad. l. Cor. de fal. Et nota ꝙ licet infans olim rescripto Principis, hodie aũt corã quocunq; magistratu, possit emancipari, non tamen poterat, nec põt exhæredari, l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. testa. ratione de qua ibi, quoniam scilicet satis crudele est ipsum ingratum existimare, qui non sentit. Ad quartũ, & ultimum, adde, nõ ab re, quia legitimatio est arrogationi similis. l. iubemus. C. de natu. libe. Sed arrogatio fieri non potest, nisi Principis authoritate, vt supra, ergo nec legitimatio, & quia deducit de non esse, ad esse, macula oĩ penitus abstersa, ꝙ soli Principi est reseruatum. l. fi. C. eo. l. imperialis. C. de nup. & tradit ẽt Bal. in. l. i. in. i. col. C. de iu. au. anu.

Sed dubito, cũ alia pleraq; sint Principi soli reseruata, de quibus per Bal. in. d. l. i. in princ. & in. c. quod translationem, de offi. leg. quare est quod hæc quatuor tantum enumerauerit. Responde hoc ipsum fecisse, uel ut breuitati studeret, quod alibi quoq; dixi, uel quia hæc frequentiora sunt, aut principaliora. l. ampliorem. §. in refutatoriis. C. de appella. l. fulcinius. §. primo. ff. quibus ex cau. in po. ea. l. si quis nec caussam. ff. si cer. peta. Secundo dubito, quare plura posuerit, in hoc primo gradu mixti exempla, quam in primo meri. Docto. respondent, plura alia esse etiam in isto, licet unum tantum posuerit, ut

creare tabelliones, publicare bona delinquentium, conuocare generale concilium, & talia facere, & bene, nec negatur, sed rursum replicatur, quare, ea non expresserit ut ista in mixto, igitur dicas tu non expressisse, quia condere legem generalem, ex his præcipuum erat, cui alia comparari non possunt, ibi alias alia in mixto expressa, similia sunt, & fere ad idem tendentia, uel & aliter hoc ideo factum fuisse, quia forte non ita abundat in mero, quemadmodum in mixto. d. l. i. & ibi Bal. in prin. C. de iu. au. anul.

Tertio dubito quare est, quod per statuta plerunq; ætati prouidetur, & quo ad legitimationem filiis naturalibus. l. omnes populi, & ibi not. ff. de iusti. & iu. Respondent Doct. hoc ideo esse, quia à Principe confirmantur, & bene. l. prima. §. omnia. C. de uete. iu. enu. l. lege obuenire. ff. de uerbo. signi. & in simili per Bart. in. l. stipulationum in 3. colum. ff. de uerbo. obliga. & quia etiam si hoc ipsum matrimonium facit, c. tanta. qui fil. sint legi. cum declaratione tamen gl. in. l. & si contra. C. de nup. & ibi Bald. matrimonii figura, & sic in fortioribus terminis. c. secundo eo. titu. declarat idem Bald. in. l. qui contra in. 2. colum. C. de incest. nup. si patris appellatio, auctlen. Item sine. C. de natu. libe. multo magis statutum, cum sit particula iuris. d. l. omnes populi, cumq; de lege ad Principem arguatur commode, §. fi. in aucten. de consul. debet hoc idē facere posse, uel dicamus prædicta in casibus suis procedere speciali ratione, ut in locis præallega. statutum autem non ualere quo ad hoc. l. Seius & Augerius & ibi Barto. ff. ad leg. fal. nec officit Principis confirmatio, quia generalis est, & & ad ista, quæ specialem concessionem desiderant, non extenditur. l. illud. §. fi. ff. de mino. l. obligatione generali. ff. de pigno. l. fi. supra, de offic. eius. Cogita.

SECVNDO COLLIGE, mixtum imperium maius esse si cognosca-
61 tur circa sententiam† ex supplicatione, quæ cognitio soli Principi, & Præfecto prætorio competit, aucten. quæ supplicatio. C. de preci. Imp. offe. l. i. C. de offi. Præfec. præto. quæ lex non probat, nisi ex eo, quod dicit, Principi Præfectum prætorio, non æquiparari, ut libellus eidem datus habeatur pro lit. cont. ergo in cæteris æquiparabitur, uel dic, quod uoluit allegare. l. i. C. de sen. præfec. præto. & aduerte, quia male loqui uidetur & contra text. in. d. aucten. quæ supplicatio, ubi non solū Principi, sed etiam consiliariis eius supplicatur, ergo quemadmodum Princeps cognoscit, cognoscent & ipsi pariter, argumen. in l. 2. supra eo. & in. l. fi. de offi. eius. Pro sol. dicendum est, quod bene offertur supplicatio prædictis, sed non ut cognoscant. l. eos qui. C. de ap. l. præfecti etiam prætorio. l. minor autem magistratus. §. fi. ff. de mino.

62 Sed quæritur, quare in mero imperio facit unum gradum tantum† de cōpetentibus Principi, & Præfecto prætorio, hic autem duos, Docto. respondent hoc ideo factum esse in mero, quia fere nihil erat reseruatum Principi, quod non esset etiam reseruatum Præfecto prætorio, in mixto haud considerabile quoniam aliqua soli Principi competūt aliqua uero sunt præfecto prætorio cōmunicata. Ideo nec mirum si duo, & diuersi quidem, gradus etiā facti sunt. quam responsionem mordent aliqui, & probare nituntur, quia imo in gradu primo meri Princeps legem generalem condit, Præfectus autem prætorio non l. normam alias formam. C. de offi. Præfec. præto. & suo loco dictum fuit, & qa suprema potestas Principis non bene adaptatur ad merum & mixtum imp. p ut in magistratibus, in quibus considcratur potestas, cum necessitate, & male quoniam satis est, quod legem generalem condat, dummodo non sit iuri cōmuni contraria. d. l. formam, alias nec æquiparatio supplicationis procederet, quoniā supplicans Principi, habet biennium, Præfecto autem prætorio decem dies, & tamen procedit. d. Aucten. Quæ sup-

supplicatio. Nec obstat secundum, quia imo adaptari uidetur, ex quo Princeps saltem in se necessitatem honestatis habet, l.digna uox.C.de legi.l. Princeps.ff.eo. uel & aliter, ut i.d.primo gradu meri, disseruimus latius.

TERTIO COLLIGE, mixtum imperium magnum esse, si requirat plenā
63 caussæ cognitionem † & cohercionem realem, vel personalem, ut in restitu.in integ.quiā nolit lædens restituere, argu. in.l.qui restituere.ff. de rei uen. & sic in restitutione per uiam iustitiæ, non gratiæ.l.cum quis.§. si quis pro reo. & ibi Bart.ff.de sol.tradunt Scriben.in.l.Gallus in.§.& quid si tantum, in glo.emancipatus, in fi.ff.de libe.& posthu.in missione in po.ex secundo decreto, & simili, ut in expellendo re ipsa de possessione, si quis authoritate propria rem occupasset, ex quo magistratibus municipalibus (inquit Bart.) non competunt, nec possunt demandari, nisi minorum fauore.l.ea quæ.ff.ad mu.l.iubere cauere, infra eo.l.4.§.i.in fi.ff.de dam.inf.l.fi.(singula singulis referendo).C.ubi & apud quem. Adde quomodo cognoscatur primum & secundum decretum, glo. in.l. si finita, in.§.iulianus.ff.de dam.infec.& & in.l.4.in.§.i.in fi.ff.eo.& in.c. quoniā frequenter, in.§.fi.ut lit.non contesta.& dic Barto.in duobus male loqui, ex mēte Docto.hic, & primo, quia text.in.d.l. ea quæ loquitur de primo decreto, & non (vt ipse ait) de secundo quod ad propositum summariam cognitionem requirit, & potest delegari.l. cognitio.§.i. supra, de offi.eius. Secundo quia d. l.fi.non solum loquitur in minore, uerum etiam in maiore, quorum neutrū obstat, quominus teneamus dictā Bart. non primum, quoniam uerum est, sed nota, quod si id est in primo decreto, multo magis locum sibi uendicabit in secundo, ut magistratibus municipalibus haud competat, ex quo mixti imperii est, & delegari non potest, quidq.d dicatur. Nec ob.tex.in.d.l.cognitio, qa id uerum est, & procedit, quo ad cognitionem tantum, ut ibi glo. & omnes de clarāt, & est communis opi. & ut infra latius. Ergo non regulariter, uel dic ibi de secundo intelligi non posse, secundum Bar.in.d.l.iubere cauere, in ulti.colum.ubi dicemus. Non secundum quia maiores large possunt etiā minores appellari, quo ad effectum restitutionis, ex clausula. Si qua mihi iusta causa, qua non minus eis subuenitur, quam minoribus, ex titu.de mino.xxv.ann.l.i.§. fi. ff.ex quib.cau.maio.&quia ædictum de minoribus, est generale.l.necessariis, ad fi.ff. de acqui. hæ. haud tutum tamen, uel quia minorum gratia, principaliter decisio.d.l.fi.facta est, extensa postea ad maiores, Vel & ultimo, quod non simpliciter dixit fallere minorum fauore, sed etiam quando petitur restitutio, qđ cum possit tam ad maiorem adaptari, quam ad minorem, subinde d.l.fi.allegando, efficit ut reprehendi non meruerit, & sentit quoq; glo.in.§. iusiurandū, in fi.in aucten.de desen.ci.Cogita, & de intellectu huiuscæ legis, uideas quæ late dixi in.l.i.supra de offi.eius, & in.l.nequicquam, in.§.ubi decretum, de offi. procon.uel & melius ut in 3.lect.super isto passu.quod hocie licet restitutio sit mixti imperii competit tamen iure magistratus & potest delegari, uel à minori uel à maiori petatur, nec Bart. saluari possit, alia somnia sunt.

Sed iterum quo ad resti.in int.formo oppositionem quod adhuc non sit mixti imperii, sed iurisdictionis potius, & hoc idem quia exceptio est, nanq; si statutum dicat quod contra instrumentū confessionatum non possit opponi exceptio, nec etiam in integrum restitutio peti poterit, ut tenet Bal.in statut.exceptio num.8. Tamen pro sol.dicas, non esse uerum, quia post termini lapsum non potest opponi exceptio, & tamen potest peti resti.in int.l.minor xxv.ann. omissam.ff.de mino.ergo non est exceptio, ad argumentum dico, quod bene per eam peruenitur ad exceptionis obiectum, sed non quod sit exceptio, iterum cogita.

QVARTO COLLIGE, mixtum

imperium paruum eẽ, quod adhuc ple 64 nam caussæ † cognitionem desiderat, sed non cohercionem realem, aut personalem, ut dare bo. poss. quæ tribuat ius, declara ad differentiam bo. po. tribuentium factum, dixisse, quæ sunt tres, Carboniana, gratia litis agnoscendæ, & uentris nomine, ut not. in. l. posthumus, in §. fi. ff. de inoffi. testa. & in. l. cognitio, in §. i. supra, de offic. eius. & in. §. septima, insti. de bo. po. Rof. late in tracta. libello. de bo. po. tribuentes uero ius, septem. §. sunt autem eo. tit. & lib. mixtum imperium paruum item considerabile est (subiicit Bar.) quum pronunciatur de mittendo in possessionem ex secundo decreto, & bene d. l. cognitio. d. §. i. & cum deniq; in alienationibus authoritas interponitur, siue transactionibus alimentorum, & rursum bene. l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eo. l. cum hi. in pri. ff. de transac. concludens tandem, nec ista magistratibus municipalibus competere, nec delegari posse, iuribus per eum allega. & in. l. 2. supra, de offi. eius. qui in duobus male dixisse uidetur, primo per tex. in. d. l. ea quæ, in. §. i. ff. ad municipa. magistratibus municipalibus nõ competere, ex quo non loquitur in pronunciatione de mittendo, sed de actuali missione, & quo ad delegationem. Secundo quia in contrarium se habet magis communis opinio. in. d. l. cognitio. Tertio, & ultimo uidetur mihi quod sit casus clarus in. l. 4. pariter per eum allega. in. §. i. in ver. duas. ff. de dam. insec. ubi ad literam dicitur, magistratibus municipalibus competere, & consequenter esse delegabilem, Ad primum breuiter, saluando Barto. dicas haud officere, quia esto quod in actuali missione loquatur, non propterea pronunciationem excludit, nec innuit quod delegabilis sit, competatq; magistratibus municipalibus, ex quo diuersitatis ratio assignari non potest, inter casum expressum & omissum, & est argu. in. l. fi. ff. de fun. inst. instrumentoq; lega. & maxime cum id ipsum sit exemplum dicti in prin. legis, regulam non restringens, §. hactenus, insti. de gradi. Nec facit secundum, quia uerum est in bo. poss. tribuentibus factum, non ius, ut prudenter Barto. loquutus est, & gl. ibi animaduertit, & bene. Vel eo casu, quia non agebatur de plena caussæ cognitione, ut hic, & sensit ipse met in sequen. gradu, quem ob hoc aliter non referemus, signanter per d. l. cognitio, & idem in. l. 4. de dam. insec. ubi not. distinctionem amplius ponit, & latius in. d. l. iubere cauere, ad quam postea se remittit.

Non ob. tertium & ultimum, quia in causa damni insecti, id speciale esse dicemus, celeritatem desiderante, ut ibi idẽ Barto. not. imò quod etiam actualis missio, eo casu illis nedum pronunciatio concessa esse uidetur, ergo ius commune in contrarium, uulga. l. ius singulare ff. de legi. alias (ut subiicit) nec in datione tutoris, fauore pupilli, aliquid disponere oportuisset, in. l. i. supra eo. dictu tamen absurdissimum. l. ex pluribus. §. fi. ff. de admi. tu. & in. l. i. de offi. eius. satis disseruimus, & quoniam resti. in integ. secundum aliquos, nullam habet cohercionem, magis conueniret huic gradui quam tertio sed errant cum reuerentia, quoniam intellexisset Bar. de resti. in integ. cohercione aliqua indigente, ut supra. Cogita.

SEXTO ET VLTIMO COLLIGE, mixtum imperium minimum esse, qđ expeditur officio iudicis † nobili, absq; caussæ cognitione, exempli gratia (inquit ipse) si interponatur authoritas manumissioni, uel emãcipationi, & hæc duo cuilibet magistratui competunt, demãdariq; possunt. l. 2. & ibi not. supra, de offi. eius. & recte absq; caussæ cognitione dixit, quoniam si utroq; casu necessaria esset, ut Docto. declarant hic, & in d. l. 2. tunc nec magistratibus municipalibus cõpeteret, nec posset delegari, & ĩ l. i. in glo. magistratus, eo. ti. de offi. eius. & in. l. nequidquam, citata sæpius, in. §. ubi decretum. ff. de offi. procon. & in manumissione tex. met. d. l. 2. innuit, loqñs de manumissione apud conciliũ cum. §. minor huiusmodi actũ exercet. §. eadẽ, insti.

Insti.qui & ex quib. cau.ma. non po. in emancipationeq; probatur in.l. nonnũ quam.ff.de adop.u el & melius dicas tu exemplificari posse in absente, quoniã si debet emancipari, à principe impetrandum est .l. iubemus .C. de eman. libe.& dictu mirabile est, quòd magistratibus municipalibus competat quòdq; possit delegari, nec de maiori gradu mixti imperij sit quàm istud, cum aliàs immensæ donationi excedenti legitimam summam æquiparari uideatur, & patria potestas sacra dicatur, ac de iure publico, ut Bal.declarat in .l.post mortem, in i.lectu.paulò post prin.ff.de adop.cogita.reliqua, facilia enim sunt per te legas & dicas amplius, duo hæc exempla posuisse, quia pro emancipatione, frequentissime manumissio etiam poni solet, l.i.ff.si à pa.quis fue. manu. Sed quæro adhuc ultra Bar. an emancipatio coram notario fieri possit. uideretur dicendum quòd sic, quia & ipse iudex est ordinarius, secundum gl.in l.i.ff.de iudi.&consequenter habens iurisdictionem, licet non actu saltem habitu .l. rem non nonam.C.de iudi. l. fi. C.ubi &apud quẽ, nihilominus contrarium uerius esse uidetur, per tex.in.l.fi.C.de emã. libe. vbi emancipatio debet fieri coram iudice competenti habente actu iurisdictionẽ à lege uel à consuetudine, sed notarius (ut dixi) actu eam non habet, ergo, imò quod nulli præest administrationi, inq. Bal.in.d.l.fi.in fi.C. ubi & apud quem, & in.l.iubemus, in.§.sane, in 2. colum. C.de sacrosanc.ecc.d.l.fi.C.ubi.& apud quem, & ita teneo.

Secundo quæro, quid in appellatione, ñ unquid sit mixti imperii, prima facie uideretur dicendum quod sit, ex quo officio iudicis nobili exercetur, ita Bar.in l.i.in prin. in ulti. colum.ff. de appella. & in.l.i.in.§.solent.ff.quan.ap.sit, & nõ ab re, quia non reperitur actio appellatoria, cui officium iudicis deseruiat.l.i. in prin.ubi glo.ff.quæ sen.si ap.re.&sentit Bal.in rub. de offi. dele. in 7. colum. & clarius Bar.in.l.si expressim, in 4. ff. eo . dicens quod non est actio, nec exceptio, sed quoddam ius defensionis, & tex.alibi in.l.i.ff.à quib.ap.non li. quod est auxilium, & commune quidem alibi in.l.3.in.§.fi.ff.rem rat.ha.&q a iudex appellationis per se ipsum caussam cognoscere debet, aucten.ad hæc.C.de iudi. Sed tamen contrarium uerius est, ex quo alias esset caussa ardua, & tamẽ aliqua reperitur mixti imperii minimi, ut supra proxime ostensum fuit, & hæc opi.placet.vel & melius (ut Docto. dicunt) quod mixti erit imperii, si huiusmodi fuerit principalis, & sic si iurisdictionis simplicis.l.cũ apud.ff.iudi. sol. Addo ego benefacere rationem, sic dici debere, quia esto quod quantum ad iudicem, iudicium, & instantiam, diuersa sit appellatio à caussa principali, eadem est tamen quo ad actionem interpretatam, secundum quam debet etiam regulari, & solẽne uerbum Bald.fuit in.l.qui proprio in.§.item quæritur, in.i.lect. in 3.colum.ff.de procu. Sed dato quod esset mixi imperii, de quo gradu esse diceretur? Responde ex supra dictis, de gradu paruo, quia requiritur caussæ cognitio plena, absq; cohercione reali, uel personali.

Tertio & ultimo quæritur, quid de nullitate, post multa Scriben.hic, idem cõcludunt, quod in appellatione supra, à quibus nec in hoc dissentio, & addo intantum esse uerum, ut nullitatis allegatio largo sumpto uocabulo, appellatio sit.c.i.§.sancimus, & ibi Bal.quo temp. mil.in usib.feu.tradit Abb.in.c.dilecto, de ap.& Aret.in consi.73.incip.diligenter in ult.col.& ista sufficiant.

DE IVRISDICTIONE.

DECIMO QVARTO, & ultimo, post mixtum, modo ad iurisdictionem condescendens Barto. quærit in primis quid ipsa sit, & respondet, quod nihil 66 aliud est † nisi iurisdictio, quæ iudicis officio mercenario expeditur, priuatam utilitatem respiciens, ut sic à mero & mixto imperio differat, considerando priuatam utilitatem respicere, quia unusquisq;

quisq; petit iure actionis, quod sibi debetur, ut insti. de actio. in prin. & in l. nihil aliud est actio. ff. de actio. & ob. & difficultatem non habet, regulaq; infallibilis est, ut hic Docto. dicunt. Sed tamē aduertendum puto, quia imò contra istam diffinitionem facit tex. noster in fi. vbi iurisdictio est iudicis dandi licentia, idest delegare simplicis iurisdictionis, & nihilominus hoc idem officio iudicis nobili expeditur, ergo non mercenario. Secundò, dicendo sic, iurisdictio, est iurisdictio, idem, per idem diffiniri uidetur, & malè quia (ut supra etiam tactum est) sic non manifestatur diffinitum, sed remanet æq; & penitus ignotū. Tertio, quia caussa potest esse simplicis iurisdictionis, & tamen agi ad publicam utilitatem, puta quia aliquid debeatur fisco, uel ecclesiæ. Quartò & rursū, agitur furti, ad publicam utilitatem, ut delicta puniantur, l. ita uulneratus. ff. ad leg. aquil. c. vt fame, de sen. excom. & tamē hoc idē ītelligitur pariter iure actionis. l. i. C. de fur. simileq; est, Quinto, ī actione populari, secundum glo. ī rub. ff. de popu. ac. huiusmodi, & tamen ipsa quoq;, est simplicis iurisdictionis. Breuiter à diffinitione Bar. non est discedendum, & dicendū ad primū, quod imò officio iudicis mercenario expeditur, ex quo plerunq; petit pars, si pendente lite forte noua suspicionis caussa superueniat, uel ob absentiam necessariam, aliudq; impedimentum ordinarii, caussam delegari. l. solet, infra eo. Quæ responsio ex duobus confunditur. Primo quia, natura caussæ ob hoc alterari non debet, alias merum imperium, quod quandoq; propter absentiam delegatur. l. i. supra, de offi. eius, iurisdictionis quoq; esse posset, non dicendum, sed explica hoc ipsum non concludere, quoniam merum imperium semper publicam utilitatem respicit, mixtum uero priuatam, ita ut possibilius sit caussæ naturam alterari in casu nostro, quam in exemplo prædicto. Secundo ergo confunditur, quia non debet attendi, quod accidentaliter occurrit. l. certi conditio, ubi gl. ff. si certa petatur. & istud magis placet, quod etiam confirmo per tex. in. l. item ueniunt, in. §. cum prædiximus. ff. de peti. hæ. Item & tertio, quia dato etiam quod regulariter, & non aliquando (ut diximus) peteretur delegatio, non propterea tenebimus, eam non expediri officio iudicis nobili, ex quo non est actio, cui deseruiat, ita ut mercenarium appelletur, & longe magis, quia (ut in mero probauimus) accusatio instituitur, & tamen officium iudicis nobile est, nec illi, ut mercenariū deseruit, nec repeto, & ꝑpterea respondetur ad argu. aliter, quod hic diffinitur, idest per Bar. iurisdictio, in exercitio, & in administratione iustitiæ, respectu partium, text. uero noster loquitur de ea, quæ residet in iudice, & est uerum, ut implicatiua etiam indicat, quæ ad supra dicta refertur, de mero & mixto imperio, iudicis officium nobile requirentibus, suitq; respōsio Barto. in fi. legis, posset etiam tertio, & ultimo loco dici, quod non sit iurisdictionis diffinitio, sed mixti imperii exemplum, aut simile, uerum quia intellectus est, quem nos tenuimus supra, à cōmuni alienus penitus, & à ueritate literæ, proxima uerior uidetur, & sine disputatione tenenda.

Non ob. secundum, quia iurisdictio, diffinitur in specie, & hic stat tanquam genus, adeo ut non possit dici quod idē per idem diffiniatur, uerum est tamen turpiter sonare, quū dicitur iurisdictio, est iurisdictio, diffiniriq; alibi adoptionem aliter hac de re, quæ pariter genus est, & species, quod sit actus legitimus &c. non adoptio, ut hic iurisdictio, in. §. adoptio. insti. de adop. sed considera penuria uocabulorum tolerari, turpeq: uerbum, siue sonum ipsius uitandum esse, si commode fieri potest, alias non & est arg. in. l. nepos proculo. ff. de uerbo. signi.

Non ob. tertium, quia imo fiscus, & ecclesia priuilegium non habent, nisi in casibus à iure expressis, & utuntur in dubio iure priuati. l. item ueniunt. §. in priuatorū. ff. de peti. hæ. l. fi. C. de sacrosanc.

sanc.eccl.c.i.de alie.feu. in usib. feu. uel dic regulare non esse nec attendendum ut supra,& in.l.nam ad ea .ff. de legi. cũ uulga.

Non ob.quartum, qu ia commodũ priuatum est principaliter (ut dicunt Docto.)eo casu,secundario uero, publicum.l.Prætor.§.si dicatur.ff.de iniur. & sic non attendendum.l.si quis nec caussam.ff.si cer.pet. Adde tu quod habetur in simili,in.l.seruum quoq;,in.§.publicæ.ff.de Procu.& in.l.i.in.§. huius studii ff.de iusti.& iu.& in.l.Seius & Augerius & ibi Bar.ff.ad leg.falci. Ex quo (subiiciunt)tolli etiam quintum & ultimum cum agatur de pœna parti applicanda, l.3.ff.de sep.uio.sed tutum non est, secũdum Bart.in.l. Agraria.ff.de termi.mo, ideo dicas tu primum probari ultra eos ex not.in.l.fi.ff.de priua.del.& per Bald. in.l.aduersus, in prima col. C.de fur. et ex diffinitione furti posita in .l.i.ff. eo. Secundum autem ex alio quod est tutius, de commodo priuato eo casu agi etiam, quoniam per litis contestationẽ propria actio efficitur, instituentis eam l.si cui.ff.de uerbo.sign.& declarat Bart. in.l.licet,in prin.ff.de procu.&ita tenendum est,& transeundum,cum omnes, vt diximus alibi sint periculosæ facileq; subuertantur, & dixi quoq; in prima lectu.satis,vel diffiniri posse aliter cogita, ad omnem dubitationem tollẽdam sic, quod sit potestas argumentum in .l.i.ff. de consti.prin.iuncta glo.quæ officio iudicis mercenario expeditur,priuatã utilitatem respiciens, uel sic, & breuius quod sit potestas,quæ iudicis officio mercenario expeditur, & utroq; modo omnia complectetur,ex genere, & differentiis constabit, & conuertetur deniq; cum suo diffinito.

DECIMO QVINTO, & ultimo

67 quærit quot sint gradus iurisdictionis, & respõdet sex esse pariter, quemadmodum meri,& mixti imperii,vt per eum, ex cuius dictis collige, & primo primũ gradum, siue exemplum ipsius maximum esse ideo,quia tunc & in ea quidẽ agitur etiam de maximo præiudicio, exemplificando in caussis liberalibus, & status,ut ingenuitatis,& libertinitatis, & hac de re concludit delegari non posse, sed per magnos iudices tractari debere, quãuis simplicis iurisdictionis sit et species distincta ab aliis, quæ expediuntur officio iudicis nobili .§. præiudiciales,ĩsti.de actio.l.placet.C. de pedaneis iudi.l.matrem.C.de proba. & dictum ẽ etiam in.l.i.supra de offi.eius. Adde cũ misterio ingenuitatis, & libertinitatis exemplum posuisse non autem seruitutis & libertatis, qa caussa hæc competit minoribus magistratibus,&delegabilis est,secundum Docto.hic Bar.referentes in.l.nequidquam,in.§.ubi decretum,in pen.colum.vbi hoc tenet expresse,& sine disputatione.ff.de offi.procon.& idẽ in.l.si quis libertatem, in uer.plane nu. 8.ubi infra ad dicendum se remittit.ff. de peti.hæ.& pro eo facit text. in .l. iam dudum.C.ubi cau.sta.& ratio, quia tũc de commodo agi pecuniario uidetur, l.2.ff.ad leg.aquil.l.qui duos.ff.de leg. 3. l.si ex duobus.ff.de noxal.

Secundo adde quod non immerito, prædicta de caussa actiones præiudiciales appellatæ fuerunt.d.§.præiudiciales, aliaq; ratione,exceptio in.l.fundum, & in.l.fundi. ff. de excep. & in simili iudicium in.l.fi.C.de ordi.iudi.

Tertio adde dum idem Bart. ultimo loco inquit, dictum de delegatione, deq; maioribus iudicibus, intelligi debere, ut not.in.d.l.placet, & per eum in.d.l.si quis libertatem, nihil aliud dicere uoluisse, nisi ut supra declaratum est, uel & aliter caussam ingenuitatis, & libertinitatis, delegari nihilominus posse, si maior magistratus publicis occupationibus impeditus fuerit, uel caussarum multitudine,& si præiudicialis sit, magna,ac grauis,vt in simili ea,quæ est meri imperii, & indelegabilis, delegabilis tamen aliquo casu.l.i.ff.de offi.eius. uel si caussa libertatis, & seruitutis fuisset (singula singulis referendo) quoniam not.in.d.l.si quis libertatem, istud ipsũ probant in.d.l.uero placet,illud.

Sed probabili ratione contrarium efficaciter

facilter ostendi pōt, quod imò nec caussa seruitutis, & libertatis delegetur, ab aliisq; cognoscatur, quam à maioribus iudicibus, & hoc potissimum, quia capitalis est. l. a. ff. de pub. iud. l. 2. ff. de pœ. l. ædicto. §. rei capitalis. ff. de bo. poss. di ctisq; fuit sæpius supra, morti amplius comparata. l. interdicit & ibi not. ff. de condi. & demon. l. cum hic status. §. si donator. ff. de dona. int. ui. & uxo. l. seruitutem. ff. de reg. iu. Verum in caussa capitali, & ubi agitur de morte, regulare est delegationem fieri non posse, ut supra pariter conclusimus, ergo nec isto casu alias bona haud esset æquiparatio. l. si quis seruo. C. de fur.

Secundo ad idem uidetur casus in. l. quotiens. C. de iudi. ubi iudices inferiores cognoscere non possunt de caussa seruitutis et libertatis, nisi in casu quando quæstio ipsa incidit, ergo non aliter Tertio et ultimo facit text. in. l. non distinguemus in. §. de liberali. ff. de arbit. ubi ad literā habetur pariter, quod siue agatur caussa libertatis & seruitutis, siue ingenuitatis & libertinitatis nō pōt easdē ab inferioribus iudicibus cognosci. QVIBVS tamen non obstantibus, credo ab opinione Bar. haud esse discedendum, & dicendum amplius ad primum quod intelligitur uerum, respectu pœnæ & quando criminaliter agitur, non ciuiliter & iure actionis, ut hic, & omnes fatentur hanc partem tenentes, nec potest negari, unde fit ut delinquentes quoq; serui pœnæ dicantur, quodq; morti æquiparatur quo ad actus ciuiles non quo ad alia. l. quod attinet. ff. de regu. iu. d. l. seruitutem eo. tit. ergo non capitalis, & morti æquiparata, ut posit delegari, & sensit Bar. in. l. si ex caussa, in. §. Papinianus. ff. de mino. ibi.

Sed contra, quia nec etiam seruus sic in iudicio experietur, quod est de iure ciuili, ut not. insti. de ob. in prin. & in. l. ex caussa. C. de compensa. & tamen agit. l. seruos. ff. de ali. lega. Sol. agit, ut alimenta sibi relicta decernantur, quod est fauorabile, uel & melius, officium iudicis implorat. l. i. & ibi not. C. qui admi.

Quod etiam tolarabile esse uidetur, secundum glo. in rub. ff. de inter. actio. de lege xii. tabu. etiam erant serui, nedum uiles, & mediastini, uerum etiam actores, iudicium præsupponentes. §. sed pœna. insti. de iniur. l. 2. §. i. ff. nau. caupo. stab. ergo non ex toto pro mortuis (ut dicebatur) habendi sunt adhuc, quo ad actus ciuiles. Sol. actores erant, non ut ageret. l. seruus. C. de iudi. sed ut negociarentur, uulgoq; Castaldiones appellabantur, ut in. d. §. sed pœna not.

Non ob. secūdum, quia intelligi debet de causa status, ingenuitatis & libertinitatis, non seruitutis & libertatis, ex supra dictis. Et pari modo dico ad tertium, licet aliqualiter uerba repugnare uideantur, libertatis mentionem facientia, postea ingenuitatis, & libertinitatis. Sed nihil est, quoniam primo casu generalia sunt, secundo uero specialia, & glosella ibidem interlinealis aduertit, et bene. Vel si contrarium tenere uelis, quare uera urget tex. i. d. §. de liberali, dicas ad. d. l. iam dudum, quod probat contrarium, ex quo procurator fisci, & rationalis, uices præsidis agebat, ut ibi pariter not. & in. l. 2. clarius, eo. tit. uel & aliter speciale esse eo casu, quia inter fiscum & priuatum erat quæstio, ergo secus si inter duos priuatos. Ad secundum uero, quod imò de libertate etiam agitur, quæ cum sui natura fauorabilis sit, & taliter, ut nulla alia res comparatiue eidē possit æstimatione ꝓportionari. l. libertas. ff. de regu. iu. efficit ut commodo pecuniario præponderet, idq; non sit in consideratione, arg. in. l. si communem ff. quemadmodum serui ami. nec Bar. in d. uer. plane, ad idem figit pedem.

Vel fœdere distinctionis dicas opi. concordari posse, quod aut quis petit aliquem tanquam seruum, & tunc caussa pecuniaria censeatur, & ita procedat prima, nec ob. si diceretur, quod caussæ à trecentis aureis supra, etiam sunt pecuniariæ, & tamen non competunt magistratibus municipalibus, ut infra, quia iurisdictio erat limitata eo casu, hic haud considerabile, aut agit contra dominum

minum, dicendo se esse liberum,& isto casu, locum habeat secunda, considerãdo semper agentis personam, patiente nobiliorem, secundum Bal.in.l.fi.C.de ser.fugi.& in c.fi.in fi.de uita & ho. cle. bo.textus in.l.uniuersis.C.de preci.impe.offeren.

SECVNDO COLLIGE, iurisdictionẽ quoq: esse maiorem, in casibus in qui-
68 bus†uigore sententiæ latæ super aliqua actione, deueniri potest ad cruciatum corporis, puta, quia condemnatus non habeat modum soluendi, l.quicunq: C. de ser.fugi.l.si quis .ff. de iniur .l. qui ædes.ff.de incen.rui. naufra. Nec cohercio ista(subiicit Bar.)ex quo in iudicem delegatum haud transit, poterit demandari, & quo ad primum bene, quod generale est, imo quod pœnam pecuniariam egentes deludere dicuntur, & nouissime probatur in.l.si quis id quod infra eo.& in.l.fi.ff.de in ius uo.& in.l.i.in §.generaliter.ff.de poen.& in.l.illicitas, in.§.fi.ff.de offi.præsi.&in.l.fi.C.de sep. uio.& in.l.ob fœnus.ff.de admi.tu.&in l.qđ si minor, in.§.si seruus.ff. de mino. in tãtũq; uidetur verũ, ut sic cohercitus & castigatus perpetuo liberetur, secundũ Alex.in.d.l.fi.de in ius uo.nec possit postea, ẽt ꝙ ad pinguiorem deuenisset fortunã, ad aliud astringi, ꝙ pro limitatione, c.Odoardus de sol.semꝑ obserua & idẽ ẽt dicitur in.d.l.illicitas, in.§.fi.ff. de offi.ꝑsi.in colono tamen, & eo q. cessit bonis haud considerabile.l.si uno .ff. loca.l.is q. bonis.ff.de cessio.bo. & not. in d.§.fi.&plus ꝙ iudex, si culpa sua, aut dolo, parti damnum contigisset, nec interesse, ad ꝙ tenetur soluere posset, uerberaretur.c.2. de malef.c.finem litibus, de dolo,& con.c.de multa, de ꝓben. & tradit Abb.in c.quoniã contra, in 9.col. de proba.habetq; locum non solum in delictis publicis, uerũ ẽt priuatis vt glo. not.ĩ.d.l.si quis id quod, ne forte sic impunita remaneant.l. ita uulneratus .ff. ad l.aquil. c. ut fame, de sen. excom. & delinquens ad deteriora inuitetur, quoniam qui non castigat, irritat,&pœnam (ut dixi)egentes deludant, ac iudicia cõtemnãt,& notandum est, hunc non esse de casibus quibus paupertas prodest, qui sunt multi, aliter nunc non enumerandi, item ꝙ de paupertate nõ est facta mentio in iuribus supra allega. sed inopia,& egestate quoniam pauper est qui habet licet parum, declarando insuper dictum ipsum de pœnæ commutatione uerum esse, si creditor uelit, cui pœna uenit applicanda, d.l.fi.in illis uerbis ex quærela patroni.ff.de in ius uo.&ibi per Doct.latiusq: in.d.l.si quis id quod, & nimirum addas tu, quia aliud ꝓ alio eo iuuito solui nõ potest l.2.§.i.ff.si cert. peta.quod tamen mihi non placet quoniam sic delicta impunita manerẽt, posset q; pars hoc idem facere, quod nec iudici permissum est,& male .l. ius publicum.ff. de pac. & supra dictum est satis. Nec ob. text. in. d. §. fi. quia respondebo uerba illa factum notare, non misterium iuris, vt in simili in.l.maritus, in fi. in uerbo Triẽnio exacto, quod ibi not. Alexan.ff. ad leg.fal.& in.l.ut uim.ff. de iusti.& iu.dum dicit ob tutelam sui corporis, quem text. ad idem inducit Bal. in.l.i.in pen.colum.C.unde ui. Aliquid Bart.in.l. sed & si, in .§. si magister .ff. ad leg.aquil. Cogita. Et secundo rursum declara in uilibus personis locum habere nõ in aliis honestioribus, quod adhuc in.d.l.si quis id quod, Docto.firmãt, post Sali.in.l.& si seuerior, in 3.col. C.ex quib.cau. infa. ir. & fuit originale dictum Bar.in.l.i.in fi. ff. de pæn. declarantis regulam.l.in seruorum .ff.de pœ. quod in his non procedat,& est argu.in l.capitalium, in.§.non omnes.ff.de pœ. & in.l.si quis aliquid, in.§. qui abortionis.ff. eod. & in.l.prima in.§.fi.ff.ad leg. Corne. de fal. quod nec adhuc tutum puto, in pœnæ commutatione, ratione supra dicta, considerando quo ad infamiam hoc casu etiam dispensari cũ eo, l.eum qui.ff. de iureiu.& in.d.l.& si Seuerior.not.&in.l.seruum quoq; in.§.publice .ff.de procu.Tertio, & ult. declara uerum dummõ non sit pœna pecuniaria modica, quia tunc reus, dato ꝙ soluendo non sit, non ꝓpea in corporalẽ

commutabitur,arg.in.l.ſcio.ff. de reſti.ĩ integ.& in.l.2.in fi.ff.de his,qui ſunt ſui uel alie.iu.& in.l.quanuis.ff.de condi.et de.& per Bald.in.d.l.quicunq; in 2.col. nec adhuc tutum,quia certum eſt,quã-do aliquid fundatum eſt,non ſuper quã titate rei,ſed ſuper iniuſtitia & iniquita te,uel q̃a aliquid non ſolum prohibitũ ſit, ſed ꝓhibitũ ẽt, quia malum,ꝙ tunc modicum, & magnum,ſiue plus & mi nus non differunt .§. gallinarum, inſti. de re.di.l.ſi proprietarius .ff. de dam.in-ſec.l.& in maioribus.C.de appella. Sed hic de pœna ratione delicti agebatur, ꝙ ut malum prohibitum eſt,ut in iuribus ſupra allega. ergo.

Sed aduertendum eſt,quia neutrum Bar. dictum procedere poſſe uidetur, non primum, cum habeamus inanem eſſe actionem penitus,quam inopia de-bitoris excludit, l. nam his.ff.de dolo.l. itaq; fullo, in prin.ff.de fur.c. olim uo-bis.de reſti.ſpol.&eſt arg.in l.eleganter, in.§.ſeruus pactionis,præallega. titu.de do. ergo pœnæ commutatio non fiet, quia ſic non eſſet inanis,arg.in.l.ſi eum in.§.qui iniuriarum .ff.de pœn.

Secũdo ob.tex.in.d.l.illicitas, in.§.fi.ff. de offi.præſi. qui non dicit, quod com-mutatio pœnæ fieri debeat, ſed ob ino piã debitoris ex neceſſitate eidẽ remitti Tertio & ultimo,quia cum ſit creditori alio modo conſultum, cõmutatio præ-dicta fieri non debet, in carcerem ſcili-cet debitorem ipſum detrudi faciendo, donec uel amicorum ope,uel aliter ſibi poſſit ſatisfieri, ut in ſimili not. in .l.fi. in .§. & ſi præfatam.C.de iu.delib. & in ſilio exemplificat Bart.in.l.3.in.§. ſed u-trum,in prin.ff.de m ino.

Non ſecundum etiam(quod idem met tenuit in.l.2.ſupra eod.) procedit, quia in gradibus meri imperii, in fi. contra-rium dicit, cohercionem corporalem ſcilicet poſſe delegari,& ſuadetur,ſecũ-do per text.in.l.magiſtratibus, infra eo. ubi nec magiſtratibus municipalibus denegata eſt, ergo delegabilis, l. i.uer. quæ uero ſupra, de offi. eius. Tertio & ultimo uidetur caſus in.§.audiẽt quoq; in auctẽn.de deſen.ci. ubi læuiora crimi na audiunt,pariter & caſtigatione com petenti contradunt,ergo(ut dixi proxi-me)& ſine dubio delegabuntur.

QVIBVS tamen non obſtantibus, à deci ſione Bar.recedendum haud puto, Nec primum,quo ad primum, facit, quia id uerum eſt(vt Scriben.dicũt) in.d.l.ſi q̃s id qđ,& in.d.l.quicunq;,in debito rõne contractus non delicti, & eſt uerũ infer riq; poteſt,arg. non ualere de uno ad a-liud, ut tacitæ occurramus obiectioni, quoniam diuerſa põt aſsignari rõ,iuxta ea quæ habentur in.l.oẽm, & ĩ.l.tam ex cõtractibus.ff. de iudi. alias ẽt ſtatutum prohibens mulierem obligari abſq; cer ta ſolẽnitate,cõprehenderet etiam obli gationem delicti, uel quaſi, non tamen dicendũ ſecundum gl. Bar.& alios in.l. ſi quis in tãtam.C. unde ui.& in.l.is cui bonis.ff.de uerb.ob. refert & ſeq̃tur Iaſ. in.l.ſi unus,in.§.pactus,in 9. colũ. ff. de pac.& minus facit ſecundum,quia id ip ſum intelligitur ẽt procedere ĩ læuibus mulctis,quarum contemplatione, pœ-næ cõmutatio fieri non dẽt,ſenſitq;Bal. in.d.l.quicunq;,in 2.colũ.C.de ſer. fug. quod mihi non placet, ex ſupra dictis in 3. declaratione, nec repeto, aliterq; reſpondeo, id in illis procedere quæ cum arbitrio iudicis, extra ordinem im ponuntur, debent quoq; inopia non ſoluentium poſſe remitti, nec tunc lo-cum habeat deciſio .l. iudex poſteaquã ff.de re iudi.& ibi Bart.docet in prin. & bene, & idem in pœna, dummodo or dinaria non ſit, ſecundum Bald. in .l. acceptam, in pen. colum. q. 23. C. de uſu. uel dic Principis authoritate re-mitti, & non aliter, maxime ſi fue-rint graues .l.i.§. fi. ff. de quæſtio, cogi-ta. Non etiam facit tertium, & ulti-mum, quia ex reſponſione ad primum ſublatum eſt, ut in debito ex alia cauſ ſa, quam delicti intelligatur, & ueriſ-ſimum eſt negariq; nõ poteſt. Modo & quo ad ſecundum, fallacia quoq; ſunt adducta contra Bar.nam tenuit in.d.lo-co poſſe delegari, & bene, ſi cohercio modica ſit, hic autem ſecus, quoniam com-

competenti iudicis æstimatione fieri debebat .d.l.quicunq;, ponderando naturam actionis serui corrupti, quæ grauis est .l.prima in prin.& in.§. persuadere.ff.de ser.cor. & acriter castigari .d. l. si quis iniuriam .l. si quid erit. ff. de offic. procon. ergo non obstabit, nec sibi ipsi erit contrarius.

Alii aliter respondebant, quod hic non transeat in delegatum, quia est quædã exequutio, quæ fieri per eum non potest,l.à diuo Pio, in prin. ff. de re iudi. & placet, licet dicatur quod de exequutione non quæratur, & male, quoniam imò commutare pecuniariam pœnam in corporalem, ex quo solui non poterat, nihil aliud est quam exequi, & de exequutione quærere. Tamen aduertendum est,quia indistincte in.d.l.2. supra eo.tenuisse uidetur non delegari & male.

Non ob. secundum, quia dicam pariter in modica cohercione loqui, longe alienum à disputatione præsenti, nec dicatur in seruo loqui, quia generalis ratio,etiam alias personas comprehendit.l. merum .§. animaduertendum .ff. quod met.cau.l. regula .§. & licet .ff. de iur. & fac. ignoran. & idem ad .d.§.audient, ipsaq; uerba indicant.

Vel distinctionis fœdere concorda, & dic,si modica pœna, seu castigatio sit, succedens loco pecuniariæ, quod fieri potest, ut probauimus supra, tunc magistratibus municipalibus competat, possitq; delegari, alias autem, si atrox, non.d.l.fi.ff.de in ius uo.&ista sufficiãt.

TERTIO COLLIGE, magnam esse iurisdictionem,in cognitione caus-
69 sarum † ascendentium ad summam aureorum tercentorum supra,quæ nec minoribus magistratibus competunt, nec possunt delegari.§.& iudicare, in auctẽ. de defen.ci.l.placet.C.de peda.iudi. Adde nimirum esse quia reputantur causæ magnæ & graues, & huiusmodi quidẽ ut idem de eis iudicetur quod de criminalibus.l.propter litem.ff.de admi.tu.c. frequens.§.illud de resti.spol.in 6.& dixi in.l.admonendi.ff.de iureiu. Verum criminales, nec magistratibus municipalibus competunt,nec delegantur.l.i. supra,de offi.eius.ergo.

Sed contra,quia q̃libet caussa criminalis,etiam minima,est quacunq; pecuniaria maior.l.nec in ea.ff.ad leg. iul. de adul.l.in seruorum .ff. de pœn. adeo ut quisq; pœnã hanc potius eligat, & ubi criminaliter agitur, quam illam secundum Bar.in consi.101.incip.Girardus in fi.nisi uilis persona sit,quia tunc secus, ut idem declarat in.l.i.in fi.ff.de pœn.& in.l.læuia,in 2.oppo.ff.de accu.&Ias. in l.properandum, in 2.col.in princ.C.de iudi. magistratus autem municipales, habent cohercionem modicam, ut dictum est supra,&probatur in.§.audient quoq;,in auctẽ.de defen.ci.ergo & multò magis cognoscent usq: ad summam prædictam.

Soluunt breuiter Docto.difficultatẽ mouentes, læuia crimina illis concessa fuisse,seu eorum cognitionẽ ob publicam utilitatem.l.si quis in graui.§. utrũ ff.ad Sylla. quæ rõ in caussa pecuniaria cessat, ergo non ab re, si diuersum ius quoq; statuitur,nec officit,ꝙ vtilitas publica uersetur etiã in caussis meri imp. grauibus,quia alia rõne (vt diximus in l.i.de offi.eius.)haud delegantur,magistratibusq: municipalibus minime cõpetunt,ex quibus cõrariũ d.l.in Seruorũ,sublatum est, non generaliter uerũ, nec,ut proxime declaraui, in oĩbus personis,uel tu ultra alios dicas, pœnã corporalem,quãuis minimã,maiorem fuisse qualibet pecuniaria, tunc & fforum iure,antequam aliud nouissimo auctenticorum,statutum fuisset, quo magistratibus municipalibus non licet nisi usq: ad certam summam cognoscere, ut infra, & eo etiam quod ipsis læuia crimina, haud denegarentur .d.§. audient quoq:, ergo non omni tempore procedit,nec potuit legislator de dicto iure ad propositum cogitare.l. iubemus, C.de testa.& not.in.l.secunda .ff. de in. iust.rup.irritoq: testa. & in .l.si non mortis.ff.de inoffi.testa. Nisi replicemus, cogitare potuisse in genere, prout re-

spondet Bar.in.l.fi.in fi.C.ex quib.cau. in integ.resti.non est ne.& in.l.legitima in prin.ff.de pac.& in .l. prima in 2. col. ff.de condi.ex.le.&est argu.in.l.qui iure militari.ff.de testa.mil.& in.l. Ariani.C. de hære.& dixi in.d.l.i. in glo. constitutione,& est uerisimum, ideo argu. tollendum est ut supra, dedit etiam lex potestatem minoribus magistratibus cognoscendi læuia crimina,quia frequentiora sunt,& quia si oporteret (ut dicũt aliqui) semper adire maiorem iudicem aliqua remanerent impunita, in caussa pecuniaria haud considerabile, ut possint etiam se de ea intromittere, sed dictum est,non tenendum, ex quo alia ratione id ipsum in.§. audient quoq: decisum fuit,& soluendum potius,vt prius in magna quoq: ueterum paupertate, pœna talionis, lege xii. tabul. quæ fuit ante ius fforum, ut in discursu ostendimus pariter, inuenta est, qua dici non poterit, minimam corporalẽ fuisse maiorem qualibet pecuniaria .§. pœna,in. sti.de iniur.quod nota. Et ad conclusionem Bar.redeuntes,verum est huiusmodi caussas magistratibus municipalibus haud competere,nec delegari posse,nisi (ut subiicit)in casu absentiæ, & multarum occupationum, & bene,quia si hoc est in criminalibus, in quibus agitur de maiori præiudicio, quãto magis in ciuilibus & pecuniariis,aliter tamen æquiparatis quantum ad prohibitionẽ delegationis.l.non debet.ff. de regu. iu. c.cui licet,eo.tit.in *6.*

QVARTO COLLIGE, paruam esse iurisdictionem infra tercentos au-
70 reos† hancq: indistincte delegari posse, nec habet dubium,quia si delegari non potest usq; ad d.summam ut supra, nec magistratibus municipalibus competit necessario fatendum erit,infra eam, cõpetere, delegariq; posse .l. cum prætor. ff.de iudi.l.Imperator.ff.de sta.ho.l. statu liberum.§.stichum.ff.de lega.2.

QVINTO COLLIGE, aliam etiã esse speciem,seu gradum iurisdictionis,
71 † quem minorem appellat, nec exemplificat, Dic tu sepositis exemplis aliorum,quod hic, scilicet exemplum ultimi collocetur, in ultimo uero de aureis xxv.intelligatur,vel quod nõ sit maior, aut æqualis impensa, quam principalis hic,in sexto vero sic,à Bar.mente aliena penitus,nec rationi consentanea,exemplificari posse forte in aureis centum quinquaginta,uel etiam ducentis,ut sic parua à tercentis infra, non supra,dummodo ducentos excedat, proportionaliter intelligatur, & insuper ac longe magis delegari posse.

SEXTO ET VLTIMO COLLIGE iurisdictionem minimam esse, con
72 sistentem in causis†centum aureorum &sic supra dictis proportionabitur,quæq; delegari possunt, adhibita in eis etiam summaria cognitione, ne plus sit damnum quam emolumentum, plusq; expendatur quam habeatur,& rursum bene,ut in iuribus per eum allegatis, quæ clara & aperta sunt,&maxime in auct. Nisi breuiores.C.de sen.expe.reci.& ex supra dictis comprobari potest,quæ nõ repeto.

ADDE tamen,quod in dubio alias, & quando lex de cognitione non loquitur,secus est,l.iudices.C. de iudi. tradit Bar.in.l.i.in.§.fi.in.i.colum.ff.de præto. sti.& in simili, quod licet literis ordinarii,non credatur absq; testium subscriptione,creditur tamen in istis læuibus, c.nobilissimus 97.d. & declarat Calde. in consi.ult,incip.an literis, de fi.inst.& quod processus non requiratur, tenuit etiam idem Bart.in.l.leuia,in 2.& 3.col. ff.de accusa.Imò quòd incertus & generalis libellus, hac de re ualet quoq; in his,quãquam opponatur à parte,quod pro limitatione.l.fi.notandum est.C.de anna.excep.& ut per Bart. in extrauag. ad reprimẽ.in uerbo.figura.tetigiq; ego in.l.ædita.C.de æden.in reliquis non insisto,quia dictum est in euidentialibus, & in progressu legis satis.

SED VLTRA prædicta, ET DE-
73 CIMOSEXTO, quæro†quare Bar.hic posuerit sex gradus mixti imperii, & totidem iurisdictionis, alibi uero tantum tres, in.l.4.in.§.i.ff.de dam.infec. & in.l. secunda

2.(singula singulis referendo),C. de pe da.iudi. Solue forte id fecisse, quia omnes reduci possunt ad d.tres gradus, ut in simili not.in rub.de uulg.&pup.sub. vel ut magis distincte docens, hic magis intelligeretur materia, iuxta illud breuis esse laboro, obscurus fio, uel & ultimo, quia conueniens fuit in repetitione tam solemni, pinguius etiã loqui, quã fecerit in lectu.prædictis,&quia hæc ad bene esse sunt, pertinacibus relinquo, l. i.§.pueritiã iuncta gl.ratus.ff. de postu.

DECIMO SEPTIMO quæro, quare Bart.duas tantum proposuerit quæ-
74 stiones† in materia iurisdictionis, plures uero in mero & mixto imperio. Responde hoc idẽ fecisse de industria, quia supra ostenderat, unde dicta esset iurisdictio, pro certo habens amplius nullũ magistratum inueniri posse, absq; iurisdictione, si non principaliter, accessorie tamen, et pedisseq; et propterea eas forte, ceu notas, et superfluas prætermisit.

DECIMO OCTAVO ET VL-
75 TIMO, q̃ro † quare sic gradus meri imperii, mixti, et iurisdictionis appellauit. Responde solo hoc uerbo, et uerissimũ est id ipsum fecisse, quia ad similitudinem scalarum, et locorum procliuiũ, à proximo in proximũ.i.in eum, q. quasi ex eo nascitur, transimus, prout in affinitate dicitur, in .l. iurisconsultus in .§. gradus .ff. de gradi. Ex quibus sumus de notabili, egregia, & singulari hac lege expediti, secundo loco à nobis interpretata, quæ utinam quantum studij, laboris, & diligentiæ in ea impendimus, tantum uobis prosit, & utilis sit, quoniam, non in uanum quoq, sic nos multũ laboris, studij, diligentiæ impendisse existimabimus. DEO TAMEN OPTI. MAX. prius gratias agẽres, quod semp nobis fuerit propitius, & adiutor, die iiii. Aprilis. M D XLIIII. Paduæ. Mantua.

SVMMARIVM.
L. Imperium .ff. de iu. o. iudi.
Lectu. 3.

1 *Bar. dicit materiam istam esse difficilem.*
2 *Tractatur hic de iurisdictione in genere, quæ diuiditur in species.*
3 *Iurisdictio diuiditur in iurisd. & imperium.*
4 *Triplici uia scire aliquid possumus.*
5 *Dubitatio non oritur ubi traduntur artis principia.*
6 *Hac lex à Docto. multifariam intelligitur.*
7 *Quid hoc uerbum potestas significet.*
8 *Quid sit merum imperium.*
9 *Quod etiam potestas appellatur.*
10 *Quid sit mixtum.*
11 *Denominatio semper fit à digniori, & potentiori.*
12 *Quid sit iurisdictio.*
13 *Casus legis.*
14 *Difficultas in materia.i.*
15 *Secunda.*
16 *Tertia.*
Et ibi omnium resolutio plana.
17 *Quare merum imperium dicatur, declaratio.i.*
18 *Declaratio 2.*
19 *Declaratio 3.*
20 *Aliter.*
21 *Verbum habere sumitur pluribus modis.*
22 *Cum mysterio dicit I.con. in homines facinorosos.*
23 *Cum dixerit homines an fœminas excludat.*
24 *Merum imperium etiam potestas appellatur*
25 *Mixtum dicitur quod participat de duobus simplicibus.*
26 *Quid sit iurisdictio.*
27 *Denominatio fit semper à digniori.*
28 *An quæ dicuntur in tex. sint exempla uel diffinitiones.*
29 *Capitalis pœna triplex.*
30 *Qui magistratus habeant gladii potestatem.*
31 *An possit dari cadauer medicis pro anotomia*
32 *Quare sic mixtum imperium appellatum sit.*
33 *Si statutum faciat mentionem sententiæ, an contineatur sententia lata in causa summaria*
34 *An iurisd. nomine contineatur etiam merum imperium.*
35 *Difficultas quo modo esse possit, quod iurisdictio in genere diffiniatur.*
36 *Vnde dicatur iurisdictio.*
37 *An iurisd. ap. ueniat merum & mixtum imp.*
38 *An modica cohercio sit iurisdictionis species.*
39 *An merum & mixtum imp. sit species immediate iurisdictionis.*
40 *Quid sit imperium simpliciter.*
Et ibi urgens difficultas.
41 *Vnde dicatur merum.*
42 *Quid adhuc sit secundum Bar.*
43 *Quibus iudicibus competat.*
44 *Qui præest uniuersitati facienti ciuitatem, an habeat*

VLPIANVS LIBRO SINGVLARI De officio Quæstoris.

L. IMPERIVM. Ad huiusce no. & egregiæ .l. intelligentiam, & cuius
1 materiam, difficilem† esse, Bar. hic, in prin. testatur, quodq; communiter non habetur alibi.

Sciendũ est, & primo, quod cum de iurisdictione tractetur generaliter ĩ hoc
2 titulo, uoluit Vlpia. author† eam in species diuidere, prout diximus quoq; in alijs lectu. & nimirum amplius, ut prima principia habeamus quæ maxime sunt necessaria ad sequentia, ex quo plerunq: dialectice etiam loqui oportet, secundum Bal. in. l. i. in. §. ĩ initio. in. i. col. ff. de offi. præfec. ur. & idem ĩ simili legitur in. c. in genesi, de elec. quod ex singularibus propositionibus scilicet, licet ueris, uniuersalis propositio non apparet, nisi per signum uniuersale etiam exprimatur & not. idem Bal. ad propositũ, in. l. conuenticulam, in. iij. col. C. de ep. & cle. dicens alibi rursum, quod genus est tanquam terminus cõmunis uerificabilis in pluribus, in c. cum ordinem, in. i. col. de rescrip. per tex. in. l. uxorem, in. §. concubinæ. ff. de lega. 3. ubi fundo in appia uia, legato concubinæ, cum villico & filiis suis, continentur etiam nepotes, & bene, dummodo species limitatæ, non sint, quoniam tunc non includerentur, alias rescriptum impetratum contra priuilegiatos, exempli gratia, cistercien. ordinis, ualeret, haud facta ipsorum mentione, & tamen non ualet. d. c. cum ordinem.

Iurisdictio igitur in iurisdictionem
3 † & imperium diuiditur sorte nec aliter quam adoptio, quæ pariter adoptionẽ & arrogationem complectitur. l. 2. ff. de adop. unde etiam hoc idem argu. sumit Bal. met, in. d. l. conuenticulã, & in præIu. feu. in uer. tractatus, in 2. colum. nec deniq; aliter quam pactum, quod ut genus, de pacto, & de transactione, prædicatur. l. i. ff. de transac. in simili Abb. in c. Rodulphus colum 2. de rescrip. in diocesi & ciuitate. & sic successiue imperiũ in merum & mixtum, & ut infra latius.

Vel dicamus, quòd à partibus arguat iuriscon. sufficienter enumeratis, iuxta not. in. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. quod argu. etiam, à diuisione, uocat idem Bal. in. c. uenerabilem in 2. colum. de elec, sed tamen cum soluatur per tertium adiacens, ut ibi declarat, & patet ex inductione. d. l. patre furioso, quia furiosus filium in potestate retinet, ex quo enumeratis modis, quibus patria potestas soluitur, furor non est de illis, nec istud fiat hic, lõge melius est dicere ut supra quòd à diuisione generis arguat potius, per enumerationẽ spe-

specierum.

Vel & ultimo, quod bellũ ponat iudiciale, aliud enim est Romanum, & iustũ quidem, quod popu. Ro. indicit hostibus. l. hostes. ff. de capti. & postli. re. aliud præsumptuosum inobedientium, l. qui restituere. ff. de rei uen. aliud temerariũ incorrigibilium .c. cum nõ ab homine, de iudi. aliud licitum, iniurias propulsantium. l. ut uim. ff. de iusti. & iu. & aliud deniq; uoluntariũ quo frequenter utuntur principes, & plerunq; sine causa, dominandi cupiditate. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. & ut latius discurrit Flo. de S. Pe. in. l. 3. in. §. si quis, in. 2. col. ff. ad legem aqui. iudiciale igitur est hic, quia fit authoritate iudicis habentis merum & mixtum imp.

Secundo sciendum est, & fere ad idẽ, triplici modo, atq; uia, nos posse scire
4 aliquid † diffinitiuo scilicet, ut in. l. i. ff. de testa. & similibus, & dictum est in terminis, in. l. i. supra eod. distinctiuo, seu diuisiuo, & exemplificatiuo, ut hic, & insti. de iusti. & iu. in prin. & ibi not. non quod non sint alii etiam, propemodum infiniti, haud ita tamen necessarii, ut hi, in quibus omnis docendi uis consistere uidetur.

Et hinc est, quod diffinitio ostendit quidditatem, & essentiam rei diffinitæ d. l. i. ff. de testa. l. i. §. dolum .ff. de dolo. tradit Bal. in. l. i. in prin. ff. de usuf. & Bar. in. l. i. ff. de regu. ca.

A descriptione differens, quia illa q d sit docet, ista uero quale aliquid sit, illa constat ex genere & differentiis, ista ex accidentibus, illa adhuc per genus, & differentias datur, ut homo est animal rationale mortale, ista per genus & proprium, ut homo est animal risibile.

Et à demonstratione pariter, quia demonstratio est de proprietatibus & passionibus, diffinitio autẽ subiecti, cuius non est demonstratio.

Et ab. ethymologia deniq;, quoniam à diffinitione ad diffinitum, & è contra arguimus affirmatiue & negatiue, ab ethymologia negatiue tantum, vt not. in l. 2. in. §. appellata. ff. si cer. peta.

Et breuiter arg. intrinsecum dicitur, cætera uero à contrario, à causa, ab exẽplis, & id genus plura, extrinseca.

Immo quòd ex diffinitione, argumẽta omnia tanquam ex fonte deriuantur totaq; disputatio nascitur, in tantum vt ei, sicuti actioni, quemadmodum Demosthenes dicebat primæ, secundæ, & tertiæ, tribuantur partes.

Et plerunq; est (vt diximus) essentiæ seu substantiæ, exempli gratia, homo ẽ animal rationale.

Nõnunquam causæ, puta lex est donum Dei. l. 2. ff. de legi.

Aliquando ex effectibus, siue officiis composita, ut homo est qui loqui põt.

Interdum ex partibus, aut membris rei, de qua loquuturi sumus, si dicamus corpus est, quod ex capite, uentre, & pedibus constat.

Sæpe uero ex genere & accidentibus cum narcissum herbam, seu florem croco similem, esse uolumus.

Et nota ultimo loco, ac in materia, hæc omnia adeo uera esse, quæ de diffitione dicta sunt, ut nec conueniat, aut fieri possit, nisi in rebus perfectis, & ex consumatione formam recipientibus, cum nec possimus homicidam dicere, & tale quid simile, eum qui hominem occidere tractasset. l. i. in prin. ff. ad legẽ Cor. de sica. l. item si obstetrix, in prin. & ibi not. Flo. de S. Pe. ff. ad legem aqui.

Item nota, quod diffinitio non patitur exceptionem, secundum Ange. in. l. i. in prin. ff. de iusti. & iu. & bene, alias à regulis non differret.

Et plus, quod diffinitio & definitio differunt, ex quo diffinitio est oratio essentiam rei significans, ut supra definitio uero regula, quæ cum patiatur exceptionem, ut in authen. ut si. prohi. ma. debi. in prin. & per Bar. in. l. quamuis. C. de pigno. non immerito dicitur periculosa, & ita intelligatur text. in. l. omnis diffinitio. ff. de re. iu. secundum naturã tituli sub quo situata est. l. i. ff. de regu. cato. restituaturq; ut dicat definitio, nõ diffinitio.

Diuisiuo etiam, ut dicebamus, maxime

me aliquid scire possumus,& eo redeundo, unde discessi sumus, quia diuisio animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiose reformat, ut inquit glo. in prohe. insti.in.§.igitur,in uer.easdem eaq; dilucidius res intelliguntur, ubi alias adulescentibus introducimus difficultatem, qua nequeunt explicari.§. sed non usq; de lega.eo.lib.l.i.in prin.ff.de excep.do.

Adeo ut nec dicendi aut docendi artifex quis dicatur (Platone teste) nisi sciat omnia de quibus dicendum est, diuidere & partiri.

Quanuis tamen diuisio à partitione differat,quoniam illa est nominum,aut generis in species,ut hic,ista uero rei,in partes uel membra.

Et ultimo loco exemplificatiuo, instruimur ac edocemur, quia magis mouent,remq: ipsam apertius demonstrãt unde non ab re alibi his utitur uerbis Imp.ut congruum responsum accipere possis insere pacti exemplum,in.l.ut responsum.C.de transac.& testatur Bald. alibi in.l.qui in utero, in fi.ff.de sta.ho. uerumq: est, plerunq; exempla poni, non ut ita sint,sed ut facilius sentientes addiscant.

Exempla subiicit rursum Iuriscon. in.l.prætor,in.§.iulianus.ff.de colla.bo. & in.l.bona fides.ff.depo.& dicit glo.in terminis, in.l.si libertus minorem,in uer.in fraudem.ff.de iu.pat. quod omnino doctrinaliter tradi debent, & idem Bal.alibi in.l.petens, in 2. colum.C. de pac.quod his declaratur intellectus. Imò crassis, & uulgaribus docebat Socrates.

Verum scias ab authoritate differre, quoniam hac, iudicio hominis utimur exemplis autem facti similitudinem, horumq; aliqua similia esse, dissimilia, paria,maiora,uel minora, & prædicta omnia dato quod hic exempla ponantur,non diffinitiones,qđ pendet quoq: ab infra dicendis.

Tertio sciendum est, dubitationem
5 non oriri † ubi traduntur artis principia iuxta illud philosophi 2. Methaphy. in foribus quis delinquet? quasi dicat nullus,ex quo principia certa sunt, nec in ipsis error esse potest, & idẽ inquit Bal. magistralius,in.l.i.in prin. ff. de iusti. & iu.& plus quod nec ignoranda sunt, in .l. i. in. §. in initio, in.i.colum.ff.de offi. præfec.ur.alias qui ea ignorat (ut subiicit ibidem) est sine intellectu, & sentit etiam Dy.in.c.nullus pluribus,de regu. iu.in 6.

Et confert (ut dicunt Docto. hic, & nos in aliis lectu.& in.l.i.supra eo.)quia cum ex supra dictis, nunc tradi uideantur in lege ista,nõ obstabit decisio.l.qđ labeo.ff.de carbo.edic.nec dubitatiue figurabitur casus.

Et mirum uidetur,quia lect.non habens dubitationem,non est bona,secũdum Bar.in.l.post dotem,in 2.colum.ff. solu.mat.num.8.

Qui dicit etiam alibi, quod lex semper debet intelligi prolata in casu dubii in.l.q. Romæ,in.§.duo fratres, in 2.col. ff.de uerbo.ob.& in.l.i.in repe.in.i.C.de sacrosanc.eccl.& in.l. cum quis decedẽs in.§.Titia in prin.ff.de lega.3.

Immò quod fatua est,si dubitationẽ non habeat.l.domitius labeo .ff.de test.

Impossibileq: ipsã ita claram fore,ut dubium non habeat,eodem Bar. teste, in.l.i.num.13.& 14.C.de no.co.fa. Et maxime,quia dubitare de singulis, ẽ utile.l.nemo.C.de sum.tri.& fi.catho.l. munerum.§.mixta.ff.de mu. & ho.

Et quia facile soluunt qui dubitant d.l.quod labeo.estq; philosophi propositio,quam refert & sequitur Bal. in .l.si tutores.C.de compen.

Sed dici potest,quod quãuis in principiis,ratione supra dicta, error esse nõ possit,taliter ut nec sit cum illis qui ipsa negant,disputandum, ad quæ, uelut ad lesbiam regulam, nostras cogitationes dirigere debemus, potest tamen esse in deductione conclusionum ex ipsis principiis,ut infra.

Quarto sciendum est, hanc legem, multifariam multisq; modis intelligi à
6 Doct.primo quod exemplificet † secundo,quod diffiniat. Tertio, quod loquatur

tur de mero & mixto imperio, & etiam de simplici iurisdictione. Quarto, & ultimo, quod imo loquatur de mero & mixto imperio tantum, communiterq; teneri, ꝙ exemplificet quodq; meri & mixti imperii, ac simplicis iurisdictionis species & differentiæ tractentur in ea, & ut adhuc latius infra.

Quinto & ultimo sciendum est, qđ quanuis † potestatis uerbo, plura si-
7 gnificētur, & maxime patria in persona liberorum, Dominium uero in persona serui, & imperium deniq; in persona magistratuum, ut hic, & in .l. potestatis uerbo. ff. de uerb. si. attamen secundum aliquos maius unum altero esse uidetur, imperium scilicet potestate, quandoquidem magistratus à principe ut olim à populo electus, cum potestate esse uideatur, ita tamen ut nec imperium habeat, nisi dicatur. l. i. supra de offi. eius, & utile est ad declarationem infra dicendorum, sed tamen hoc idem non probo, & dico, quod immo habet imperium, & quod imperium potestas appellatur, ut infra.

QVIBVS quodammodo euidentialium loco præmissis (se ipsam enim summat, & diuisione plana est, ex supra dictis) casum in terminis ruditer figura, supra dicta de causa, & quemadmodum litera iacet, ac etiā dato, quod hic de mero imperio, mixto, & iurisdictiōe simplici, tractetur, ut per Bar. & Docto.

ET PRIMO NOTA, quod merum
8 imperium, est habere gladii † potestatem, ad animaduertendum in homines facinorosos, ut etiam dicitur implicite in .l. nemo potest. ff. de regu. iu. & in .l. illicitas in. §. qui uniuersas. ff. de offi. præsid. & in .l. solent. ff. de offi. procon. & similibus, allega. in lectu. i. & 2. & non habet dubium.

Sed breuitati studendo, & aliter q̄ fecerim alias, in prædictis lectu. singula hæc uerba percurramus.

Nam primo dixit merum, ad mixti subsequentis differentiam, quæ maxime in speciebus considerabilis est, ex quo imperium, ut genus, prædicatur de mero & mixto specie differentibus, ut supra, & iuxta not. in .l. 2. in princ. ff. si cer. peta. & sic merum, quasi purum solum, & simplex, quæ expositio, aliis reiectis, placet, tum quia communis est, tum quia uera .l. cum seruus. ff. de condi. & de .l. ueteris. C. de cōtrahen. & commi. sti. & latius ut in aliis lectu. & nouissime in .l. muto, in. §. tutoris datio. ff. de tute. & in Phormio. Terē. sensit his uerbis, nihil habet Phormio, nisi spem meram, idest solam. Vnde forte etiam Merula auis dicta est, quod sola uolet, & sola pascatur, & in secundo de ora. Ci. ibi exortus enim est Isocrates, istorum omnium magister, cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, meri Principes exierunt, & de mera diffinitiua loquens, ita præcise declarat Areti. in consi. 118. incip. in præsenti consultatione, in prin.

Secundo dixit habere, quia uere, & effectualiter habet magistratus, ratione imperii, gladii potestatem. l. nomē filiarum. §. fi. l. habere. ff. de uerb. si. l. stipulatio ista, in prī. & i. §. habere. ff. de uer. ob.

Tertio dixit gladii, non ut caperetur pro quauis pœna, quæ de reo sumitur, quod tamen aliqui sentiunt quodq; ironia sit, aliud uerbis, aliud sensu, & male sed pro gladio materiali .l. quamuis. l. cum uir. C. ad legem iu. de adul. d. l. nemo potest. ff. de regu. iu. l. solent. ff. de offi. procon. l. illicitas. §. qui uniuersas. ff. de offi. præsi. optimus text. in. c. duo, in fi. & seq. 23. q. 4. & in. c. nō solum 23. q. 5.

Et uerba sequentia indicant, non aliud significantia, ut hic per Docto. & uidetur casus clarus, in .l. 2. in. §. in initio. ff. de ori. iu.

Cuius usum etiam, ordinationem Dei uocat Paulus Apostolus.

A clade dictus demum, quia ad cladem inuentus est.

Vnde Gladiatores nomen etiam sumpserunt, qui in harena pugnant, & de quibus in .l. i. C. de gladia. lib. xi. Suadetq; ob hoc vir sāctus ille Iob. c. 19 à facie gladii fugiendū eē, (sontibus. n.

loquitur) quoniam ultor iniquitatũ ẽ. Quarto dixit potestatem, quæ etiam imperium appellatur, & imperium potestas, ut infra, & in .l. potestatis uerbo ff. de uerbo. si. ut potentiam animaduertendi ostenderet, quam habent magistratus maiores à lege, senatuscon. uel principum constitutione, iuxta not. in l. i. supra de offi. eius. & probatur authoritate Io. 19. c. in prin. ibi, nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & te dimittere, & ibi, non haberes in me potestatem ullam nisi tibi datum esset de super.

Quinto & ultimo, dixit animaduertendi ut etiam dicitur in .l. i. in §. qui mãdatam supra de offi. eius. & in .l. si quid erit. ff. de offi. procon. & in foro seculari pœnam mortis significat, alias degradationem & traditionem curiæ seculari, & ut latius dixi in ulti. lectu. in addi. & quidem in homines facinorosos, non quia fœminæ non comprehendantur, ex quo hoc casu masculinum concipit fœmininum, cum materia indifferens sit, dispositio legis, & quidem pœnalis, & ut plenius in .l. si quis id quod infra eo. & in .l. quicunq; C. de ser. fu. & in c. generali de elec. in 6. sed ut belluas excluderet, quæ cum ratione careant, delinquentia dici non possunt, ut gladio iustitiæ perimantur, quamuis olim cautum esset, exo. 21. c. & Gene. 9. si bos hominem uel fœminam occidisset cornu, ut lapidibus obrueretur, nec carnes eius ullatenus comederentur, Inq; draconis lege, ut inanima pariter, quæ cuiq; mortis causa fuissent, cædis tenerentur, & etiam in .c. mulier 15. q. i. ut animalia ipsa flagitio contaminata, refricarent facti memoriam.

Dixit quoq; in homines facinorosos alia ratione rursum, ut denotaretur, merum istud imperium, uendi non posse, quandoquidem personarum æstimatio nulla sit .l. liber homo .ff. ad legẽ aqui. tradit Bal. in c. i. in §. ex eadem, in prin. de lege corra. in usib. feu.

Ex quo dicta proxime etiam uerificantur longe magis, quia si in belluas animaduerti posset, cum earum sit æstimatio .l. 2. ad legem aqui. uendi posset, dictu tamen absurdissimum.

SECVNDO NOTA, quod merum
9 imperium etiam potestas † appellatur, d. l. potestatis uerbo .ff. de uerbo. si. nec dubium habet, & potestas imperium, ut supra, sed nunc declara uerum, in magistratibus maioribus, alias secus: quoniam omnis qui habet merum imperium, habet etiam potestatem, non è contra, quia potestatem habet pater, & dominus, & magistratus inferior, & tamen non habent imperium, simileq; est in agnatis, & cognatis, in populo, & plebe, mutuo & credito; & eiusdem generis pluribus, quoniam pari modo agnatus est cognatus, populus plebs, & mutuum creditum, non è contra l. inter agnatos .ff. unde le. §. plebs est, insti. de iu. na. l. 2. §. creditum, & ibi Bar. in prin. (singula singulis referendo) .ff. si cer. peta. perinde etiam ac si diceremus, quicunq; est homo, est animal, sed non tamen ut conuertatur, & not. Bar. in d. §. creditum.

TERTIO NOTA, quòd mixtum im
10 perium est † cui etiam iurisdictio inest, ad differentiam meri, idest puri & simplicis, ut supra lateq; dictum fuit alias, in aliis lectu. & nouissime facit tex. in .l. hæreditatis ibi, cum mixtæ personalis ratio &c. C. de peti. hæ. & in .l. Aristo. in prin. ff. de dona. & in .l. i. in fi. prin. ff. de aqua plu. ar. & in .l. si alieni .ff. de sol. & in .l. prima in §. præterea .ff. de sepa. quasi dicat ad propositum, mixturam habere iurisdictionis, consistereq; in dãda (ut subiicit postea) bo. po.

Verum mihi maxime mirum uidetur, quod in bo. po. tantum exemplificauerit, cum tamen alia sint etiam mixti imperii exempla .l. i. supra eo .l. iubere cauere infra eod. quodq; plura simplicia non posuerit, ut in .l. 2. in prin. ff. de uerbo. ob. & in .l. munerum in §. mixta. ff. de mu. & ho. & per Barto. in .l. placet, in repe. in. i. colum. in fi. & seq. C. de sacrosan. eccl. & quod deniq; mixto imperio insit iurisdictio, cum una species alteri

alteri inesse non possit. l. semper. ff. de regu. iu.

Solue breuiter, & nouissime, de industria hoc idem fecisse, quia dixerat satis, idemmet Vlpia. in. l. i. supra eod. ut breuitati consuleret, quod etiam facit in. l. ita uulneratus in fi. ff. ad legem aq. l. l. i. ff. de præscrip. uerb. Ad secundum uero, quod immo posuit merum imperium scilicet, & simplicem iurisdictionem, & ut infra latius, & ultimo loco ad tertium quod nō inest ut species, sed ut genus, ex quo etiam regulare est posita specie, ut ponatur genus, non è contra l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de lega. 3. quæ inuestigatio cum in se parum utilitatis habeat, consulto omittenda est.

11 QVARTO nota, quod denominatio semper † à digniori, & potentiori fieri debet, ut hic, ubi mixtum imperium, dicitur, & non mixta iurisdictio, & bene, uulgatusq: text. est & in. l. quæritur ff. de sta. ho. & in. l. cum in diuersis. ff. de reli. & in. l. legatis, in. §. si unus. ff. de lega. 3.

Nec ab re, quia consentaneum est, ut magis dignum & potens, trahat ad se minus. c. quod in dubiis, de consecra. ec. uel alta. l. fi. C. de ordi. co. l. per minorem. C. de iudi.

Denominatiue potius, vt dixi, quàm effectiue, & in not. q. declarat Bal. in c. quanto, in. i. colum. de iudi. & ita arguit Bar. quoq; in rub. ff. sol. mat. num. 7. & uox est, sic appellata à dialecticis, ad differentiam uniuocæ, æquiuocæ & analogæ, quoniam vniuoca pluribus cōuenit secundum eandem rationem, ut homo, æquiuoca uero, secundum diuersas, ut canis. Analoga autem secundum eandem partim, & partim secundum diuersas, & ut latius infra in diffinitione iurisdictionis, stricte sumpta.

QVINTO & ultimo nota, quod iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia

12 † idest delegandi, quoniam iudicem dare, est delegare. l. à iudice. C. de iudi. & dictum fuit supra late in rub. de offic. eius. Et est sensus secundum Docto. quod non solum sit in cognoscendo, vt paulo supra inquit Iuriscon. sed etiam in dando iudicem, seu in delegando.

Verum aduerte, quia hoc modo non tractaretur hic de mero imperio de mixto, & de simplici iurisdictione, ut communiter tenetur, testatiq; sumus, loco suo, sed de mero & mixto imperio tantum.

Et indicat implicatiua etiam, quæ continuatiua præcedentium esse uidetur. l. fi. ubi bo. tex. ff. de ac. emp. l. quodcunq; §. non solum. ff. de uerbo. ob. tradit Bar. in. l. suus quoq; in 2. colum. ff. de hæ. insti.

Et iudicio meo probatur, in. l. i. supra eo. ibi nam & bo. po. dare potest, & iudicem litigantibus.

Attamen teneo communem intellectum, quia oratio finitur ibi, quod in danda bo. po. consistit, & incipit postea cum dicit iurisdictio est etiam &c.

Et quia si de mero imperio & mixto tantum loqueretur, dixisset sic, quod in danda bo. poss. consistit, & in iudicis dandi licentia.

Et quia deniq; rationabile est, si iurisdictio in genere diuiditur in iurisdictionem & imperium, ut supra & imperiū in merum & mixtum, ut de iurisdictione etiam tractet, postquam tractauit de mero & mixto imperio, & somnium est aliter tenere.

Nec officit implicatiua etiam, quia nil aliud uoluit dicere Iuriscon. nisi iurisdictionem simplicem in delegando consistere, ut mixtum imperiū in danda bo. po. ex quo eidem quoq; inest.

Immo quod aliqui codices eam non habent, & nō ab re forte uitiosum sit in eadem oratione idem uerbum repetere, si maxime non expediat.

Et in aliquibus sic legitur, quod in danda bo. po. consistit, ut iurisdictio iudicis dandi licentia.

Sed à prima lectione nō recedamus declarantes ut supra. minus officit rursum, quod æquiparentur dare bo. poss & iudicem, in. d. l. i. quia non est uerum ex quo bo. po. exemplum est mixti im-

perii ut ibi not. aliud uero iurisdictionis simplicis, & hæc satis sint pro nunc & quantum ad textualia.

Additio.

Sicuti in una quaq; re est dare principium quoddam, ut in ultimis uoluntatibus institutio. §. ante hæredis, insti. de lega. est enim præcipua quædam perfectio ex quatuor, quæ in eis reperiuntur, materia scilicet, forma, solemnitate, & confirmatione, materia si uoluntas perfecte enunciata & completa fuerit. l. iubemus. C. de test. l. si is qui. l. ex ea. ff. eo. forma, si expresse hæres instituatur. d. §. ante hæredis. l. proxime. ff. de his quæ in testa. de. l. fi. ff. de codicil. & expresse dixi, quia esto quod expressum & tacitum æquiparentur. l. item quia. §. i. ff. de pac. l. cum quid. ff. si cer. peta. fallit tamē in hæredis institutione, propter magnū præiudicium quod in eo uertitur, ut inquit Pau. de Cast. in consil. 28. incip. in causa num. 7. in 2. uolum. ita ut dubitabilis reddi uideatur glo. in. l. quotiens, contrarium sentiens. C. famil. her. solēnitas, si secundum leges testamentum factum sit, alias non ualeret. l. hæredes palam in prin. & in. §. in legatis. ff. de testa. l. nemo potest, ff. de lega. i. & diligentia appellatur. l. codicillis. §. fi. ff. de lega. 2. confirmatio, si testator moriatur, & hæreditas adita sit, quoniam non amplius reduci potest res ad intestati causam regulariter. l. si alienum. §. i. ff. de hæ. insti. & not. Bald. in. l. i. in prin. ff. de testa.

Item & in contractibus, ut unde digressi sumus redeamus, consensus, si iurisgentium fuerint. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de regu. iu. si uero iuris ciuilis uerba. l. i. ff. de uerbo. ob. quandoq; res. l. 2. §. i. ff. si cer. pet. & scriptura deniq; vt insti. de lit. ob. in prin.

Et ultimo loco in iudiciis, quæ exordium habent à lit. con. quæ etiam aliter lapis angularis, & fundamentum ipsorum appellatur. l. amplius non petitum ff. rem ratam ha. §. omnem in authen. de litigio. tradit Bal. in. c. i. in prin. de lit. cō.

Non secus ac fundamentum in domo, alias inde nihil posset ædificari. c. cū Paulus. i. q. i. l. egi. ff. de excep. rei iudi.

In eaq; paterfamilias. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de uerb. si.

In ciuitate Princeps. l. spadonem. §. si ciuitatis. ff. de excu. tu.

In ecclesia prælatus. c. cum nō liceat, de præscrip. c. i. 12. dis. c. celebritatem, de consecra. d. 3. & in authen. de eccl. tit. in prin.

Et in his deniq; omnibus cor, siue caput, principia omnium diuinissima, à quibus cætera reguntur membra. l. cū in diuersis. ff. de reli. & sump. fu.

Ita & ad propositum modo idem est & datur in artibus & scientiis, nec in eo error esse potest.

Per se notum est.

Et qui ipsum negat, nō auditur, nec est cum eo aliter disputandum, ut inqt philosophus 2. Methaphy. & not. Bald. l. i. in prin. & per illum text. ff. de iusti. & iu. & colligitur ex tex. etiam insti. eo. vbi prius iustitiæ diffinitio ponitur, postea iuris prudentiæ deinde quæ iuris præcepta sint.

Et eo modo etiam proceditur hic ab Vlpiano, dum iurisdictio in iurisdictionem & imperium diuiditur, Imperium uero, in merum & mixtum, subiiciēdo exempla, quod merum sit habere &c. & mixtum quod cōsistat in danda bo. po. & quod etiam iurisdictio sit ius delegandi.

Et ideo cum hæc per se nota sint (ut dixi) & si error in deductionibus cōclusionum ex ipso principio eē possit, nec dubitationem habeant, efficiunt pro nunc, ut nec astringamur casum ponere, nisi iudaice, à uerbis haud recedēdo, ut alibi inquit glo. in. l. non dubium. C. de legi. & in. l. damni, in. §. si is qui. ff. de dam. infec. nec regulæ amplius. l. quod labeo. ff. de carbo. edic. & l. domitius labeo. ff. de testa. addicti simus.

Et minime mirum, quia plerunq; etiam alia ratione, lex in dubitabilis esse dicitur, & de casu claro facta. l. illa. C. de colla. l. ancillæ, & utrobiq; not. C. de fur. l. quæris. ff. de nata. resti. tradit Deci.

late,in.c.i.in 12.col.de iudi.latius ego in l.i.in collecta.C.quando lib.prin. da.

CASVS ergo sic potest in hac lege fi-
13 gurari†certum enim est,iurisdictionem in genere considerari (quid sit in specie dicetur infra post Bart.nu.23.)quæ alias potestas dicitur, de publico introducta, cum necessitate iurisdicendi,& æquitatis statuendæ, ut dictum tamen fuit in in.l.i.supra eo.quæsitum est apud Vlpianum Iuriscō.authorem ipsius, an istud genus haberet specierum prædicationē & breuiter respondet quod sic,& bene, alias genus non esset, secundum Porphi.& not.in.l.2.in prin.ff.si cer.pet. q. istud genus diuiditur in iurisdictionem & imperium. Imperium uero in merū, & mixtum,deinde exempla subiicit,ut in ea.

NOTABILIA clara sunt ut supra ideo aliter non insisto.

Et nouissime difficultatem moueo,
14 nam ut ex supra scriptione licet†uidere hæc lex est ex libro singulari Vlpia. de offi.quæsto. Quæstor constituebatur à populo, ut capitalibus præesset causis, ex quo non erat consulibus permissum populi iniussu,de capite ciuis Ro.dicere,&appellabatur quæstor parricidii, de quo etiam in lege 12.tabu.& L.Fenestella meminit,de magistra.Ro.c.3.quo modo igitur sic, non solum de pertinentibus ad merum imperium, quod est (ut diximus)habere gladii potestatem, uerum etiam ad mixtum & ad iurisdictionem simplicem hic tractatur l. solemus §.latrunculator.ff.de iudi.l.i.ff.si cer.pe.

15 SECVNDO difficultatem moueo†cur sic tractauerit hic de imperio mero, & mixto, ac iurisdictione simplici adhuc cum diffuse etiam tractatum sit in.l.i.de offi .eius,de his,& in.l.i.supra eo.& forte contra decisionem .§. quibus .C. de no.co.fa.uulgataq; regu. est quoq; in.l. hæc stipulatio,in.§.diuus,ut leg.no. ca.

16 Tertio difficultatem moueo † cur nō simpliciter & solum , de mero imperio tractauerit,quo potuissemus cognoscere facile, q̄ fuissent mixti,&etiā ac multo magis quidem , quæ essent simplicis iurisdictionis, argu. in .l. i.ff. de his qui sunt sui uel alie.iu.& in.l.Pōponius, in §.i.in fi.ff.de procu.

Pro sol.breuiter dicendū est,ad primū id factum fuisse propter materiæ affinitatem,cum tamen principalis intentio ipsius esset tractare de pertinentibus ad merum imperium,argu. in.l.si quis nec causam.ff.si cer.pe.&quia,ut diximus,à generis diuisione, per enumerationem specierum arguendo,unum commode sine alio tractari non potuit,&hinc est, à simili, quod plerunq; etiam ipsa rubrica,nigrum reperitur generalius secūdum glo.in authen.nullum cre. agri.in uer.omnes in authen. ut ec. ro. tradit. Alex.in.d.l.i.ff.si cer.peta.subiiciens nec restringi debere , & bene supra dicta ratione,& not.in rub.C.de inces. nup.

Ad secundū uero, alio mō hæc in.l.i. de offi.eius.&ī.l.i.supra eo.tractata fuisse,an scilicet merum & mixtum imperium possint delegari,& quale sit iusdicentis officium, adeo, ut non simus in casu.d.§.quibus, nec superfluitas obiici possit quouis modo, & ita ī simili respōdet Anto.de But.in .c.significātibus, in i.col. de lib.ob. & Bar.in l. lex cornelia, in prin.ff.de iniur. & magis ad propositū dicit Io.de ana.in rub.de homi.quod non debemus conqueri , si legislator plus in uno loco, quam in alio, nobis loqui uoluit clarius,& magistralius , etiam de eadem re, quod uidetur notandum,& iudicio meo probatur in.l.fi.in fi.C. de pac. quod autem hoc fecerit in lege ista,ex supra dictis patet.

Tertium etiam secum sol.affert, quoniam procedit regu. in contrariis, nam ex his uno cognito, cognoscitur, & aliud,ut in iuribus ad idem allega. & insti.de tute.in prin.ubi exempla clara, & naturalis ratio dictat, ut se inuicem ostendant, quia sic album probatur per nigrum,& simile per suum contrarium & nota,quod cognitio appellatur in.d. l.i.ff.de his qui sunt sui uel alie. iu. quæ tamen ars est,scientia & doctrina, ut ibi inquit Bal.& bene, in 2. lectu. & sic intelligitur cum dicimus contrariorum

can-

eandem esse disciplinam, quia exponitur disciplina, idest ars & scientia, uersu ad propositum, merum & mixtum imperium, ac iurisdictio, de quibus hic, sunt diuersa: ergo uno cognito, non cognoscetur aliud, arg. in. l. Papinianus exuli. ff. de mino. & in. l. naturaliter in. §. nihil commune. ff. de acqui. po. & ideo contraria simul stare nō possunt, diuersa autem sic, ex quo tunc nihil est quod obstet, l. ubi repugnantia. ff. de regu. iu. l. i. C. de fur. c. sollicitudinem, de ap. tradit Barto. in. l. arbitraria, in prin. ff. de eo quod cer. lo. et Bal. in. l. si unus, in. §. pactus, in 2. colum. ff. de pac. vel solo hoc uerbo dicas, quod cum suprascriptio simplex sit de offi. quæsto. et indefinita, pluresq; essent quæstores antiquitus, et gladii potestatem habentes, et bo. poss. ac iudicem dantes, ut licet uidere ex his q̄ Bude. Zasi. et collega noster Cagnol. elegantissimi viri, et (ut aiunt) senario numero comparandi, in. l. 2. ff. de ori. iu. congerunt, non mirum est, si tractat Vlpia. hic de mero imperio, mixto, et etiā simplici iurisdictione.

SED adhuc mihi animus non quiescit, nam certū est, quod quæstores parricidii inquirebant tantum, triumuiri capitales autem exequebantur arg. in. l. fi. §. ultionis. C. ubi se. uel cla. quomodo igitur gladii potestatem habebant quæstores, ad animaduertendum in homines facinorosos, ut hic dicitur? & ad p̄positum not. in. d. l. 2. de ori. iu.

Vlterius quod de gladio dicitur (intelligunt enim Docto. ut etiam tractatum est alibi, de materiali) minus recte dictum censeo, quia immo de intellectuali potius, ratione potestatis & imperii, quod habet magistratus, ītelligi posse uidetur, & per rhetoricam quandam denominationem, sola Ci. authoritate, dictatorius enim gladius, inquit, huiusmodi est, ut ei pareret quicquid iubeat necesse sit.

Vltimo defectiua uidetur diuisio hæc, quod imperium, aut merum, aut mixtum dicatur, cū sit dare tertium genus nec merum, nec mixtum. l. fi. supra de offi. eius. tolle simile in ultimis uoluntatibus, nam est testamentum, & codicillus. l. i. ff. de testa. l. si idem. C. de codi. & tertium quoddam, quod nec testamentum est, nec codicillus. l. licet, & ibi glo. C. de pac. Vel in seruitutibus, quarum quædam reales appellantur, quædam personales: quædam uero, quæ nec reales nec personales sunt. l. ut pomum. ff. de serui. & magis in terminis in iudicibus ordinariis & delegatis, ex quibus tertium resultat genus, anomalum, eorum qui nec ordinarii nec delegati sunt authen. habita. C. ne fi. pro pa. quod quidem & ad propositum, cum expressum non fuerit, legislatoris defectum arguit & sic male.

Nisi ad primum dicamus, uerum nō esse, quod quæstores tantum inquirerent, ex quo origo eorum uetustissima est, ut L. Fenestella docet, in lib. de Ro. magistratibus, creatiq; multo post triū uiri, qui esto quod tūc capitalibus quæstionibus præessent, & carceris rerum capitalium custodiam agerent, non propterea tollunt, quod quæstores parricidii, gladii quoq; potestatem non haberent. Vnde & non ab re dicit alibi gl. in l. i. C. de accusa. distingue tempora, & cōcordabis scripturas, Fenestel. autem legendus est. c. 3. & 5. de quæstoribus, & de duumuiris capitalibus.

Secundum etiam facile soluitur, ex uerbo ad animaduertendum, quod maxime uerificari posse uidetur, ut non tā de intellectuali, qua de materiali intelligatur. l. 2. §. post deinde ibi, & quibus etiam capitis animaduersio data est, & §. exactis deinde regibus ibi, nēue possent in caput Ro. ciuis animaduertere ff. de ori. iu. & melius quam alibi, in. l. aut damnum, in. §. i. ff. de pœn. ibi, ut gladio in eum animaduertatur, & ut hic p̄ Docto. latius, dixiq; ego in aliis lectu. satis, & inde scriptum accepimus quod à clade dictus, & ad cladem quasi cadem, à cadendo, uel à κλάω Græce, quod est amputo, inuentus est, nec habet dubiū, etiam quod plerunq; dicatur, seuerissima animaduersione, condigna, debita

gra-

grauiore,& simili modo, quem gladio puniendum esse,ut in.l.nemo.C. de su. tri.& fi.ca.& in.c.pastoralis in fi.de offi. dele.& in.c.quoniam contra, de proba. & in.l.i.in.§.i.ff.de offi. præfec.ur.(reddendo singula singulis) quia uerbis significatum auget, non autem mutat, cum animaduertere, sit animam de corpore uertere.c.ad abolendã,in prin.c.ex communicauimus .§. i. de hære. tradit Archi.in.c.ut commisśi,ad fi.eo.ti. in 6.

Quo ad tertium quoq: dici potest, ut dixi in 2.lectu.quod d.l.fi. non loquitur de imperio per se,sed cohærente iurisdictioni,idest modica cohercione, & bene (ut subiicit) quoniam iurisdictio, sine ipsa, foret prorsus nulla uana, & inutilis, & idem in.l.magistratibus, infra eo.& in.§. audient quoq; in authen. de defen.ci.

Et obseruandum est, quod in .d.l.fi. cohercio uerbalis est, in.d.l. magistratibus uero realis,siue corporalis, ne altera superfluat, & addendum simile in .l. pleriq; & seq.ff.de in ius uo.& in degradatione,ut in .c. degradatio de pœn. in 6.& in iniuria deniq; .l. i. & ibi not. in pri.ff. quod quisq: iu. & fusius dicemus infra loco suo.

Additio.

17 NOTA primo, quod merum imperium dictum est, quasi liberum † & necessitati non subiectum,ex quo à populo in principem translatum est .l.i.ff. de consti.prin.

Princeps legibus est solutus .l. princeps .ff.de legi.ergo.

Quod intellige à lege ciuili & positiua,non à naturali, & ita loquatur tex. in.d.l.princeps declarat Bart.in .l.digna uox.C.de legi.& cano.in.c. i. de proba. post Bald. in.l.si aquam, in 11.col. C.de ser.& aqua.

Et si in eo necessitas est considerabilis aliquo casu, est non ex parte personæ,sed rei.l.i.in prin.&ibi Bar.C.de no. co.fa.

Potestq; exemplificari in.l. corrigenda,ut in.d.l.i.in prin.& in domo, quam necessario dominus non reficit, ipsius persona considerata,sed ratione domus quæ indiget refectione, ut ille ibidem declarat.

Et adeo uerum est, quod est legibus solutus, ut coram eo locum habeat deprecatio, ex quo gratiam facere potest, non coram aliis iudicibus, qui iurisiurandi religione tenentur .§. æquius, in authen.iusiu.quod præsti.ab his .l. rem non nouam.C.de iudi.tradit Bal.in.l.et si seuerior, in.i.colum. C. ex quib. cau. infa.irro.

Contra quam tamen expositionem facit,nam imperium est communicatũ etiam aliis.l.si in aliquam .§.fi.ff.de offi. procon.l.4.ff.de offi. præsi. ergo quo ad alios non est liberum.

SECVNDO, quia merum imperium est iurisdictionis species, ut supra iurisdictio est potestas de publico introducta,cum necessitate iurisdicendi,vt not. in.l.1.supra eo.ergo.

Tertio, quia si sic liberũ esset,sequeretur quod solus legem condere posset quodq; simplex eius uerbum,esset lex, dictu tamen absurdum .l. humanum C.de legi.§.sed &quod principi placuit insti. de iu. na. not. in .l. i. ff. de consti. prin.

Sed si cupias ipsam defendere dic,ut dixi alias in aliis lectu. & nunc ex ipsomet Bar.cuius etiam fuit primũ tollere quoniam esto quod in aliis sit necessitas, non est tamen in principe,cuius respectu meri adhuc nomen remansit,argũ.in.l.fi. ff.de decu.& in l.3.C. ad macedo.& in.l.aduersus .C.de non nu.pecu. ubi debitum ex causa uenditionis, conuersum in debitum ex mutuo, efficit, ut attenta origine, haud habeat locum exceptio non numeratæ pecuniæ.

Secundum (ut ipsemet dicit adhuc) tolle pariter, quod immo sit species iurisdictionis,quodq; diuersimode sit necessitas in principe, honestatis, in aliis autem iurisdictionem simplicem habẽtibus,præcisa,& minime mirum, quoniam hæc differentiam non cõstituunt, secundum Bar. in.l.i.in 2.col.ff.de ac. & ob.estq; arg.in.l.fi.ff. de sun. inst.

Non

Non ob. tertium & ultimum, quia immo solus cōdit legem, si uelit.l.si.C. de legi.nec ob.tex.in.l.humanum, præallega. quia loquitur de humanitate .l. humanitatis .C. de impub. simpliciq; uerbo legem condit, si eo tamen sit animo, quoniam taliter debet lex interpretari, ne in absurditatem incidamus, ut in.d.§.sed &quod Principi placuit, not.

Secunda tamen est expositio Bart.vt
18 merum dictum sit † quasi liberum, & non seruum, ac alicui actioni deseruiēs ut mercenarium, ex quo in criminalibus, iudex liberas habenas habet, ut insti.de pub.iudi.in prin.argu.in.l.i. supra eo.siue inquirendo procedat, ut in.l.cōgruit.ff. de offi. præsi. & qualiscunq; sit inquisitio, uel generalissima totius prouinciæ, uel generalis ciuitatis, uel particularis contra certam personam, ut per Abb.in.c.qualiter &quando, in 3.col.de accu.siue accusatio uel denunciatio instituta sit.l. cum suppositi .C. ad legem Cor.de fal.l.ea quidem .C. de accu.

Et nota ad propositum, quod delicta puniuntur pluribus de causis primo, ut delinquens se ipsum corrigat .l.3.C. de ep.audi.Secundo, ut maiestas prætoria haud contemnatur.l. si familia infra eo. Tertio, ut cæteris trāseat in exemplum l.aut facta.§.si.ff.de pœn.quarto, ut legi satisfiat.l.i.ff.de legi. Quinto & ultimo ut humana cohierceatur audacia, & ut tuta sit innocentia inter improbos, pacataq; ciuitas quæ regitur.d. l. cōgruit, c.factæ autem sunt leges 4.d. dicq; non mirum esse ex his, si tot uiis inquiruntur, & si(ut diximus)merum imperium dicitur idest liberum, nec ulli actioni deseruiens, & amplius quod hac de re, optimum est in ciuitate accusatores reperiri, ut metu contineatur hominum audacia, quodq; bonum hoc regimen causa finalis est, ad differētiam remotæ, ut not.Albe.in prohe.fforum num. x.

Et si diceretur, ut dicunt Doct. quod his rationibus etiam mixtum deberet merum appellari, à quibus non discessimus alias replicabimus nunc, uerū esse, sed mixtum potius appellari debuisse, cum participet de ipso mero, & de simplici iurisdictione, ut infra uidebimus, quam merum.

Tertia & ultima est eiusdem exposi-
19 tio † merum dictum esse, quasi purum & simplex, pub.utilitatem principaliter respiciens, & bene, ut supra etiam probauimus, & ut in legibus ibidem alleg. cui tamen aliqua obstant sed quia friuola sunt non refero, & quia in aliis lectu. late scripsimus. Et nouissime pro ista expositione facit, quod de argento puro, puto dicit Gel.c.5. lib.6. in noc. atti. ut id intelligatur, quod nullius metalli habeat mixturam, adeo ut sic merum etiam possit, & non impropriè quidem appellari, quid quod merum idest uinū inde etiam dictum, appellatumq; est, à meris, quod est diuisio, quasi purum & clarum, ac ab omni fece segregatum; vel scias merum, quasi mirum dictum fuisse, quia maiores magistratus admiramur, tanquam legis ministros, quos inde etiam, eaq; ratione reuereri oportet, l.2.§.deinde.ff.de ori.iu.l.ueluti.ff.de iusti.& iu. & Q. Fabij maximi histo. nota est, quam non scribo, eam lege si cupias & à Gellio sumito, noc.atti.lib.2.c.2.

Vel referas, & dic obstare, quod hac ratione quoq; mixtum deberet merum appellari, quia etiam eo casu agitur prīcipaliter de pub.utilitate.

Et quia merum etiam iurisdictionē continet, cum reus in expē. condemnatur.l.qui crimen.C.qui accu.non po.

Immo quod mera iurisdictio quoq; dici deberet, ex quo exercetur etiam ad pub.utilitatem, secundum Bar. in.l.i.in priuilegio tertii temporis.ff.sol.mat.

Sed primum fallax videtur, quia esto quod de pub. utilitate etiam eo casu agatur, obstat tamen mixtura iurisdictionis, & imperii, ne merum dicatur, ut supra.

Multoq; fallacius secundum & tertium pariter, ex quo non sunt regularia, nec consequenter attendenda.c.quæ à iure, de regu.iu. in 6. aliquid de expen.Bald. in.l.generaliter, in pen.colum.C.de ep. & cle.

Additio

Additio.

Vel primum reforma sic, quòd im-
20 mo merum dici non posfit † quia liberum, nec subiectum necessitati.

Quoniam in magistratibus, quibus à principe est communicatum ut supra necessitas est, ergo non liberum.

Secundo, quoniam iurisdictio necessitatem habet, quæ est genus, imperium uero species, ut supra ergo & imperiũ, ergo non liberum.

Tertio, quia si liberum esset, sola prĩcipis uoce fieret lex, dictum tamen absurdum, quia non omnis uox principis est lex. l. ex stipulatione. C. de senten. l. i. ff. de consti. prin.

Quarto, quia si contrahat cum subdito, obligatur efficaciter. l. i. & ibi Bal. ff. de pac. ergo non est liberum.

Quinto & ultimo, quia hac ratione etiam mixtum deberet merũ appellari. Et Bar. expositionem tenendo, dic ad primum, quod consideratur prout tũc non prout nunc, ut in simili not. in cle. i. de con. præben. & per Bar. in. l. si ita stipulatus. ff. de uerbo. ob. & Alex. in. l. i. in 2. col. C. de codi. quo casu, esto quod necessitati subiiciatur. l. illicitas. §. ueritas, ff. de offi. præsi. non tamen in principe est huiusmodi, & eius principio considerato, quod quo ad denominationem debet attendi, argu. in. c. fuerunt 7. d. & in. c. si Romanorum 18. d.

Ad secundum uero, quod habet necessitatem, sed non prout ad principem refertur, in quem imperium absolute translatum est, & faciunt in simili, quæ not. in. l. quidam cõsulebant. ff. de re iu. & in c. innotuit, de elec. & in. c. si motu proprio, de præben. in 6.

Et ad tertium quod immo non est absurdum, quia sola uoce principis fit lex, si eo animo sit, alias non, & ita procedat contrarium, ut in. d. l. i. not. & est argu. in. l. non omnis. ff. si cer. pet. & in. l. fi. C. ne uxor pro ma.

Ad quartum autem, ꝙ id est, ex quo princeps est aĩal rõnale, à cuius dictamine non est alienus, imo nec Deus ut in d. l. i. not. & per Bal. in. l. si aquã in 11. col. C. de serui. ergo liberum est, nec suppositum necessitati iuris

Et breuiter ad quintum & ulti. ꝙ est uerum hac ratione, sed quia mixturam continet, stant ista simul, quod necessitati subiectum non sit, & tamen mixtũ & non merum appelletur.

Additio.

Posset ẽt dici unico uerbo sic, oẽs Bar. expositiones coniungendo, ꝙ merũ dictum sit, quasi liberũ, id est nec actioni deseruiens, nec necessitati subiectũ, & purum ac simplex absq; alio, utilitatem pub. respiciens, & nõ eo mõ quo mixtũ.
Secũdo nota, ꝙ uerbũ habere sumitur
21 pluribus † modis, primo iure dominii, ut in re mea, quam habeo, ẽt si ab alio possideatur. Secundo rõne possessionis ẽt ciuilis, q̃ non retinetur. Tertio iure actionis, q, a adhuc rẽ habeo, quã petere possum. l. id apud. l. habere. ff. de de uer. si. l. si in emptione. §. i. ff. de contrahen. emp. l. qui actionem. ff. de regu. iu. l. rem in bonis nostris. ff. de acqui. re. do.

Sed ultimo modo ficte & improprie ac per interpretationem, non uere & ꝓprie, quod indicat uerbum uidetur, positum in. d. l. qui actionem, & uerbum intelligitur, positum in. d. l. rem in bonis nostris. l. i. §. deiecisse. ff. de vi & ui ar. l. intelligendus. ff. de uerb. si. l. si familia ff. de iu. o. iu. l. fi. C. de impu.

Et est simile in: l. non dubium. C. de legi. ubi facta contra leges, pro infectis habentur, ergo improprie, quoniam facta pro infectis haberi proprie non possunt. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postli. re. c. cum in iu re peritus, de offi. dele. Immo quòd Deus non potest facere hoc, quod scilicet factum non sit factum. l. i. & ibi glo. C. de rap. uir. l. uerũ est. ff. de regu. iu. tradit Soci. in. l. i. in. §. si uir. ff. de acqui. po. ubi in princ. testatur ẽt se defendisse hebræum quendam accusatum de blasfemia, quia dixerat Deũ quid facere non posse, ut ibi per eum. hic aũt, redeundo unde discessi sumus pro punire ponitur, ita vt sensus sit, ꝙ q. punit delinquentes, merum imp. habet & uerbũ gladii, non materialiter ꝓ ipso

Ooo gla-

gladio capiatur, sed (ut aliqui senserunt & non absq; ratione) per rhetoricam denominationem quandam, de intellectuali potius, ratione imperii, & potestatis, quam habet magistratus, & quia non omnes gladio puniuntur .l. illicitas.§.qui uniuersas.ff.de offi.præsi. Tamen animaduersio proprie est, quæ gladio fit, ut supra ostendimus.l. aut damnum.§.i.ff.de pœn.adeo ut non posit, non intelligi, nisi de materiali.

Et ppea dic, ut litera sonat, ꝙ ex hoc uerbo proprie & effectualiter ostẽditur potestas ius, & imperium, quod habet magistratus in homines facinorosos.

Sicuti & alibi (mitto ꝙ verba legis sic semper debeant intelligi.l.i.§.i. ff. quod quisq; iu.) ĩ lege congrui, quòd uicinus rem emptam ab extraneo, dato eodem precio habeat, quoniam effectualiter intelligitur, alias posset idem emptor soluendo interesse liberari.l.si quis ab alio .§.fi.ff.de re iu.non dicendum, quia regula.d.l.si quis ab alio procedit in facto mero successiuo, quod consistat in labore personali, ut ædificare insulam, fodere foueam, & tale quid aliud, non si sit instantaneum, ut rem tradere, quoniam tunc obligatus ad id præcise tenetur, quemadmodum hoc casu.l. certi condictio, & ibi Bar.nu.19.ff.si cer. pet. declarat Salice.in.l. si traditio, in prin. C. de ac.emp.

Tertio nota, quòd cum misterio

22 dicit ✝ in homines facinorosos, triplici de causa, primo declarationis gratia .l. non solent.l. quæ dubitationis tollẽdæ gratia.ff.de regu.iu.l.i.§. quamuis .ff. de uen.inspi.c.i.de no.for.fi.in usib.feu.

Secundo, vt belluas excluderet, quæ cum ratione careant, non delinquunt l.i.§.i.ff.si quad.pau.fe.di. tradit Bart. in .§.quia uero, in prin. in authen. de non alie.& in.l.ex hoc iure, in pe. col. de iusti.& iu.subiiciens, quòd amat pœnam qui delinquit, quodq; in delictis inest consensus à quo creatur naturalis obligatio, in Brutis haud considerabile, ergo.

Tertio vt ostenderet uendi nõ posse, quoniam publici iuris est, exerceturq; in personas, quarum æstimatio nulla ẽ .l.liber homo.ff.ad legẽ aqui. tradit Bal. in.c.i.in.§.ex eadem lege, in prin. ff. de le.corra.in usib.feu.&in.c.i.col.i.de feu. mar.eo.lib.

Sed nullum istorum ꝓcedere posse uidetur, non primum quoniam declaratio in re clara, non est necessaria.l.si sic, ubi gl.& Doct.ff.de uerb.ob.dicentes et ibi post Bar.in.l.ille aut ille, in.§.cum in uerbis, & bene.ff.de lega.3.quod si statutum sit, causas committi debere consilio sapientis, intelligetur procedere, si dubiæ sint, nõ si fuerint claræ, & uidetur expressum in.§.i.in authen.de iudi.& in l.pediculis, in.§.labeo.ff. de au. & ar. le. sed hic clara est, quia (ut diximus) Belluæ ratione carent: ergo.

Non etiam secundum quia confundi uidetur per tex.in.c.mulier 15 q.i.vbi mulier quæ ad omne pecus accesserit, interfici debet, & pecus cum ea mori, originaliterq; legitur Leui. c.20. & clarius Exo.c.21.ubi si Bos cornu percusserit uirum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruitur, & carnes eius non comeduntur.

Non deniq; tertium & ultimum, qa quotidie contrarium fieri uidemus, ꝙ immo uenditur, ut idem Bald. testatus est in.d.§.ex eadem lege.

Nisi ad primum dicamus, uerum esse, sed quod tamen probabilis est, ut in simili dicitur in.l. si de interpretatione.ff.de legi.iuncta glo.& quia nihil est tã clarum, qđ non posit recipere quandam sollicitam dubitationem.§. si uero in authen.de tabellio. Vel etiam necessaria, alia ratione, ut supra & est argu.in l.si uentri, in.§.in bonis.ff. de priui. cre. & in.§.affinitatis, insti.de nup.

Ad secundum uero, id procedere, non ut imperium merum & gladii potestas exerceatur in eas, sed ut pecora tali flagitio contaminata indignam facti refricarent memoriam, ꝙ tex.met dicit in.d.c.mulier, & in aliis lectu. latius alias declarauimus, nec facit nouissime tex. exo. in.d.c.21. qa id ẽt horrore facti

erat in lege ueteri dispositum, & quia horribile uisu ēt esset id inter homines ut ibi sacri exposi. dicunt, subiicientes quoq; carnes eius comedendas non eē eadem ratione, & quia dominus etiam damnificari debet in hoc ad sui & aliorum cautelam, circa aialia sua periculosa,&ad propositum conducunt,quæ in simili dicuntur in.§.per contrarium (& aliam q. tango) insti. de hæ. quæ ab intes.& in.l.cum filius in.§.fi.ff. de lega.2. & in rub.ubi Albe.de iust.& iu.in prin. quod propter facti atrocitatem,plerũq; etiam defuncti memoria damnatur.

Tertium & ultimum, secum responsionem habet,id forte de consuetudine ꝓcedere,quæ uincit legem.l.3.§. diuus ff.de sepul.uio.& sentit Bald. in.d.§. ex eadem.

Vel dic,de facto fieri,non de iure, cõsuetudinemq; non ualere, ratione carẽtem, & forte melius.c.i. de consuetu. c. fi.de præscrip.tradit Bar.in.l.omnes.C. de decu.lib.x.& ideo ut ualeat, oportet quod sit legitima, rationabilis, & præscripta,vt per glo.& Doct.in.c.cum causa de re iudi.& in.l.de quibus.ff.de legi.

Additio.

ADDE etiam nouissimo loco quãuis dixerit homines† deq; ipsis mentionem
23 fecerit,ꝙ non tamen fœminas excludit quia materia indifferens est,adeo ut masculinũ,fœmininũ concipiat.l.si quis id ꝙ,& ibi not.infra eo.tradit Bart.in.l.i.ff. de uer.si.& in.l.i.in prin.in ult.col.ff. de pecu.& hæc ẽ rõ,ꝙ Christus appellatur filius hominis,Matth.8.c. & tamen natus est sine patre, ex utero beatæ Virginis tantũ,quia ly homo, cõis terminus est,fœminã ēt comprehendẽs, & à Grãmaticis,conceptio, seu syllepsis figura appellatur, & adductio indignioris ad dignius,quæ fit genere,ut hic, & numero,ut discipuli & ꝑceptor legunt,& persona,ut ego & tu legimus. Considerando semꝑ masculũ numerũq; pluralẽ,& personã primã,ẽe fœmina, numero singulari,&persona secunda digniores(singula referendo singulis)& est argu.in.c. quod in dubiis,de consc.ec. uel alt.

Et quia si lex differentiã non facit inter masculum & fœminam, ubi agitur de utilitate priuata.l.maximum uitium C.de libe.ꝑte. multo minus faciet, ubi agitur de publica,ut hic.l.unica.§.fi. C. de cadu.tol.

Considerando etiã dixisse,homines frequẽtioris usus gratia, ex quo non ita facile delinquunt fœminæ,vt experientia docet,magistra rerum efficax, ut masculi,& in simili not.in.l.i. C. de his qui ad ec.confu.& in.l.i.C.de rap. uir. & in.l.i. C.de nili agge.non rum.

QVARTO nota, quod merum imp.
24 etiam potestas†appellatur, & idem dicitur in.l.potestatis uerbo.ff. de uerbo. si. allega.quoq; in gl.hic,quæ ob hoc, erit expedita.

Vbi patria est in patre, Dominica in domino,&imperium in magistratu,qđ in potiori significatu intelligendum est l.i.§.qui in perpetuum.ff.si ager uec.uel emphy.pe.idest merum: ergo imperiũ, & potestas sunt synonyma.

Et clarius,ac secundo in.l.cum q. infra eo.ubi magistratus est is, qui reperitur in aliqua potestate ut proconsul, ꝑtor, & alii qui prouincias regunt,idest præsides,& nota quod duo priora propriis uerbis, tertium autem per circumlocutionem, expressit, poetico more, iuxta illud.

Diffugere niues,redeunt iam gramina campis.

Arboribusq; comæ,& figuram hanc Grammatici periphrasim appellant. Verum ad propositum, proconsul habet merum imperium.l.solent.l.si in aliquã §.fi.supra de offi procon.& præses.l.i.in fi.prin.de offi.eius, & ibi dictum est.l.illicitas.§.qui uniuersas.ff.de offic. præsi. ergo imperium,ut dicebatur, potestas etiam appellatur.

Tertio uidetur casus in.l.i.ff. de,consti.prin.ubi populus in principem omne imperium,& potestatem transtulit, quæ aliis magistratibus cõicata.d.l.si in aliquã.d.§.fi.ff.de offi.procon.l.4.de offi.præsi.cum eadem qualitate cõicata intelligitur,ut imperium potestas sit, &

Ooo 2 po-

potestas imperium.l.i.§. & post operis, & ibi Bar.ff.de no.o.nun.

Quarto etiam est text.non omittendus,in.l.nec magistratibus,in fi.ff.de in iur.ubi ad literam dicitur, quod minores magistratus sunt sine imperio, & sine potestate,ergo potestas, idem quod imperium

Quinto & ultimo probatur in.l. sed & si per prætorem,in.§.hæc clausula.ff. ex quib.cau.ma.ubi clausula de qua ibi pertinet ad eos qui non possunt in ius uocari sine pœna, ut consul prætor, & cæteri(inquit tex.)qui imperium,potestatem ve habent & de quibus(adde tu) in.l.2.ff.si quis in ius uo.non ie.

Et per ista iura, indubitanter ita teneo,q̃cquid dixerit aliqui in.d.l.cũ qui.

Nec ob. dum respondent ad text. in d.l.potestatis,quod esto quod dicat potestatis appellatione, imperium magistratus uenire,non ꝓpterea negat,quin etiam ueniat simplex iurisdictio, & alia authoritas,quia replicatur,dictu absurdissimum esse,ut hic, & in iuribus ad idem allegatis,& quia opi.ipsorum iure non probatur.

Minus ob.rursum,quod tex. in in.d. l.eum qui,probet,quod immo verbum prædictum potestatis, minoribus magistratibus etiam conueniat, ex quo illi possunt delegare, qui habent magistratum,& qui sunt in potestate aliqua, ut ibidem, sed magistratus etiam minor, potest delegare .l. à iudice .C. de iudi.l. more infra eo. ergo magistratus etiam minor,dicetur habere potestatem,quia respondetur,ibidem duo esse dicta separata,unum quod qui est magistratus delegare possit,&bene d.l.à iudice d.l.mõre, nec habet dubium aliud, quod si sit in aliqua potestate, ut proconsul, prætor & præses,tunc non possit iubere iudicare,eo die quo futuri priuati essent, quia tunc sine potestate & imperio esse reperirentur, ergo uerbum potestatis, maiores magistratus respiciet, & nõ minores,& propterea errant prædicti, subiicientes ibi exempla regulam non restringere,& decipiuntur ualde, ex quo mutatur casus,secundiq; dicti exempla sunt,nec aliter, quam in maioribus magistratibus d.uerbum potestatis,intelligi potest,& de casus mutatione,est in simili tex.in.l.i.in.§.plane,iuncta gl.usq; adeo.ff.de tu.& ra.dis.

Et si diceretur ad tertium quod imo ex eo text. potestas non est idem quod imperium, quoniam copula apposita inter hæc duo ibidẽ reperitur, quæ sui natura diuersitatem notat, iuxta glo.in rub.ff.de iu.& fac.igno.& in c. quærelã, de simo.Respondebo ex his, quod immo potius ea auget & coniungit, q̃ diuersificet.l.ea tamẽ adiectio.ff.de leg. 3.

Quarto non ob.quod in.d.l.nec magistratibus, apparebat ratione subiectæ materiæ,dictum uerbum potestatis, ad d.magistratus inferiores referri non posse,quia non intelligi facile potest, quomodo scopulum d. l. uoluerit euitare, clare probantis, quod si magistratus habeat imperium,aut potestatem, durante magistratu, in ius uocari non poterit alias aut sic,si sit sine imperio aut potestate,ut inferior: ergo potestatis uerbũ ad ipsum referri non poterit.

Et quia eodem modo respondetur ad tex.in.d.§.hec clausu la, pari solu.ut proxime dixi,tolletur,quam aliter non repeto.

Et dato quod d.uerbum potestatis, possit ad magistratus minores referri, comprehendiq; ex eo plerunq; uideatur etiam iurisdictio simplex,dicam esse uerum,non proprie & in specie, sed in genere & large, à præsenti disputatione satis alienum, quoniam imperiũ quod ẽt potestas appellatur,ut hic, proprie debet intelligi, & duntaxat in maioribus magistratibus,& non aliter,nec alio modo,& ista sufficiant.

Quinto nota,quod mixtum illud esse dicitur, quod participat de duobus
25 †simplicibus.l.a.ff.de verb.ob.l.cum seruus,allega.etiam supra.ff. de con. & de. .l. ueteris .C. de contrahen.& commit. sti.cum similibus.

Et facit,quia sic uidemus, quòd quædam sunt munera personalia, quædam

realia,quædam mixta.l.muneru.§.mixta.ff.de mu.& ho.tradit Bar.in.l.placet, in repe.in.i.colum.C.de sacrosan. ec. & sic,ut dixi. participantia de duobus simplicibus.

Et idem in præscriptione, quia quædam pariter est fauorabilis, quædam odiosa, quædam autem mixta.l. ex hoc edicto,& ibi Barto.in princ.ff. de eo per quem fac.erit,tradit gl.in l.fi.C.de edic. di.ad tol.

Et idem in contractibus,quorum aliqui sunt nominati, aliqui innominati, aliqui mixti, secundum Barto.in.l.fi.in ult.colum.ff.de con.ob.cau.

Et idem in iudicibus, quia aliqui ordinarii sunt,aliqui delegati, aliqui uero mixti,ut auditores sacri palatii,alias domini de rota,qui habent ordinariam iurisdictionem in cognoscendo, delegatã in pronunciando,ut not.in clem. auditor,de rescrip. declarat Abb. in pra. sua c. 4. sub rub. de iudicum diuersitate in prin.

Potestq; etiam,& ultimo loco,exemplificari in iure nostro, quod uetus est ffo rum,nouum Codicis & authenticorum,mixtum autem institutionũ, idest collectum undiq;, ut pulcherrime docet Odof.in.l.i.in 3.col. ff.quod q.sq; iu.

Et non ab re,ad propositum redeuntes, imperium mixtum quoq; hic dicitur,quia participat de mero,& simplici iurisdictione,de mero,quia delegari nõ potest, in eoq; magistratuum dignitas considerabilis est,ut in illo, de simplici iurisdictione,quia consistit in commodo pecuniario, & ut infra dicemus latius,& facit etiam tex.in.§.quædam,insti.de actio.

Sed mirum uidetur, quod sic de mixto dictum sit à iuriscon. ex quo data doctrina simplicium, statim de mixtis intelligitur,ita Bar.in.l.naturalis, in prin. in 2.colum.ff.de præscrip. uer. Sol. dictum est, gratia maioris declarationis, ut scripsi etiã supra & in simili per tex. in.l.non solent,&in l.quæ dubitationis tollendæ gratia,de reg. iu. & in l.i.in.§. quamuis.ff.de uen.inspi.

Et pondera,quòd dicit in danda bo. possessione consistere, quòdq; ei inest iurisdictio,se declarãdo; hac rõe mixtũ dici,sicuti merũ supra in aĩaduertendo, et ꝗ est habere gladij potestatem &c.

Nec est dubitatio scribentium necessaria,quare ab imperio & non à iurisdictione denominetur, (eisdem enim assentio in cæteris,quod denominatio sẽper à digniori&nobiliori fiat,ut alias diximus in alijs lectu.nostris,&nouissime demonstrari etiam potest,quia magis dignum trahit ad seminus.l. quod per manus.ff.de iu.co.c.quod in dubijs de con. ec.uel alta.dictumq;est,licèt ad aliud,ꝓxime supra,) quia cum de imperii speciebus loqueretur, non potuit à iurisdictione denominari. Immo quod ita dicere fuit necessarium,cum imperium merum,&iurisdictio, sint simplicia mixtum patientia,quod de mero &iurisdictione participet.

Minusq; an iurisdictio insit eidem tãquam genus, uel species, quicquid etiã dixerimus nos alias, quoniam non agitur nunc de genere,aut de specie prædicabilibus,put docetur in.l.2.ĩ.§.i.ubi glo. magistra.ff. si cer.pe. sed de participatione simplicium, seu de speciebus, ex quibus mixtum quoddam resultet, quæ sunt merum imperium, & iurisdictio.d.§. quædam, insti. de.ac.cum similibus. Ridiculum uero tenere, an insit ut qualitas,quia si inest iurisdictio,non potest dici,quod insit qualitas iurisdictionis.

26 Vltimo nota, quod iurisdictio, est iudicis dandi licentia† quasi dicat,non solum magistatus maiores posse delegare,uerum etiam minores, simplicem iurisdictionem habentes.l. à iudice.C. de iudi.l.eum qui in prin.infra eo.& latius ut in.l.i. supra de offi.eius.

Et pondera hoc idem dixisse, sicuti dixit meri imperii esse, gladii potestatẽ habere, mixti uero, dare bo.po. ita ut adhuc inanis dubitatio uideatur,ac parum necessaria Docto. an hic de mero, & mixto imperio tantum tractetur.Immo quod aliqui tenuerunt audacter,de

his

his tractari tantum ad dictionem, etiam quod sit continuatiua orationis praecedentis aduertentes, & ex praedictis male. Considerando efficacius quod si ut saepe diximus, Vlpia. iurisdictionem in genere supponit, hoc ipsum aliter non exprimendo, ut pote minus necessariũ, figuraq; aposiopesis appellatur, genusq; diuidatur, in iurisdictionẽ, & imperium, conuenit, ut de iurisdictione etiam loquatur per se postquam locutus est de imperio, alias imperfecta esset diuisio, & specierum enumeratio pariter, non dicendum, & ut susius supra ac in aliis lectu. scripsimus.

Additio.

Ad propositum denominationis, ꝙ semper fit à digniori, ut supra in discursu dictum est, moueo difficultatem,

27 † certum est, quod consensus dignior ẽ uerbis, quoniam nulla conuentio, nullus contractus est, qui ipsum non habeat. l. i. §. adeo. ff. de pac. & tamen stipulatio à uerbis denominatur. l. i. ff. de uerb. ob.

Sol. illud est, quia uerba sunt de forma, quae dat esse rei. l. Iulianus. §. sed & si qs ff. ad exhi. c. quia propter, de elec. Vel dic, quod non à uerbis denominetur, sed à stipulatore potius, qui est dignior quoniam caput stipulationis dicitur, & interrogatio principium, ac pars actiua ipsius, ut not. Ias. in. d. l. i. in prin. in 4. colum.

Glo. i. facilis est, & communiter approbata, quod sint exempla omnia, &

28 non diffinitiones † ut ostendimus clare in aliis lectu. nec in isto nunc aliter.

Vel efficaciter ultra dicta alias ibi, posse demonstrari scias hoc modo, certum enim est, quod habere gladii potestatem animaduertendi in facinorosos, homines, effectus ẽ meri imperii, quod etiam sensit glo. fi. in prin. infra, quae ob hoc erit expedita, effectusq; mixti dare bo. po. & simplicis iurisdictionis, iudicem, ut hic, & in. l. i. supra eo. ergo non diffinitiones ponit, quia diffinitio ab effectu non est bona. l. i. & ibi not. Bart. in prin. ff. de ap.

Est bene uerum, cum habemus effectum rei, de qua quaeritur, quod inde recte ipsam diffinire scimus, ut ĩ simili de acceptilatione inquit Ang. ꝑ illum tex. in. l. i. in prin. ff. de accepti.

Et ideo melius est dicere, quod ponatur effectus meri & mixti imperii, ac simplicis iurisdictionis potius, uel ut supra eorum exempla.

Vel quod tolerabilis sit ab effectu, cũ alibi a iuriscon. non diffiniatur, quod non placet, quia diffinitur ab aliis saltẽ ut infra ex ipsoq; effectu (ut proxime dixi) hoc idem cognosci, & commode fieri etiam potest.

Vel teneamus, quod sit diffinitio impropria, ex effectibus rursum, seu officiis composita, perinde ac si diceremus, homo est, qui loqui potest. Sicuti causalis, puta lex est donum Dei. l. 2. ff. de legi. & ex partibus, siue membris ipsius rei, exemplum, corpus est, quod ex capite uentre & pedibus constat.

Nec placet quorundam opi. tenentium contrarium, quod immo iuriscõ. diffinitiones ponat, quodq; tantum sit dicere, merum imperium esse, gladii potestatem habere &c. quãtum si dixisset, quod est potestas animaduertendi ĩ homines facinorosos, & sic quod mixtum sit iurisdictio dandi bo. po. & iurisdictio ius dandi iudices, quia bene sciuisset ipse Iuriscon. sic dicere, si uoluisset diffinire, uulga. l. unica. §. sin autem uer. sin uero. C. de cadu. tol. sed non dixit, quia intentio eius erat procedere modo diuisiuo, & exemplificatiuo, ut supra seu declaratiuo, describendo, ergo, & quia haec parum frugifera sunt, transeo.

In glo. 2. quae etiam facilis est duo colligenda sunt, primo quod capitalis poe-

29 na triplex est, † mortis, deportationis in insulam, & damnationis in metallũ, & bene, iuraq; in ea allegata clara sunt, & maxime in. l. 2. ff. de pub. iu. & in. l. 2. ff. de poen. & in. l. edicto in. §. rei autem capitalis. ff. de bo. po. & in. l. fi. ff. de sepul. uio.

Sed moueo difficultatem, quod immo

mo nō sit nisi duplex, ex quo in aliquibus locis ex his mentio fit solū mortis, & interdictionis aquæ & ignis.sol.intelligitur mortis naturalis idest ultimi supplicii .l.ultimum supplicium.ff.de pœ. & ciuilis.idest seruitutis,cum quis damnatur in metallum ,quia ciuitatem & libertatem amittit, nec non ultimo loco interdictionis aquæ & ignis,idest exilii, seu deportationis in insulam,quæ loco illius successit.l.i .§. hi qui.ff. de lega. 3. & sic hoc modo erit triplex.

Et ad propositum docet, quare ignis & aqua iterdiceretur Lactā.fir.lib.2.c.10 inq; Ci. uita legitur hac pœna Clodii opera ipsum mulctatum fuisse,& in famil.lib.i.epist.5.

Mitto,quod aliæ etiam sint, mulcta scilicet,carcer,uerbera,talio, & ignominia, quoniam hæ tres capitales sunt, ut diximus,& in materia præcipue.

Secundo moueo difficultatē, quod non sit pœna capitalis proprie, nisi ultimum supplicium,ex quo à capite dicta est,ita ut in exilio,aut deportatione in insulam,minus possit uerificari .l.i.§.q. in perpetuū.ff.si ager uecti. uel emphy. pe.Pro sol.dic uerum esse quod habetur in.d.§.qui in perpetuum, sed fallere & limitari in his, quæ una determinatione ita sunt appellata à lege, sed lex pœnas capitales appellat,& ulterius ꝓcedit declarando.d.l.2.d.§.rei autem capitalis,ergo & est argu,in.l. iam hoc iure.ff.de uulga. & pup. sub. & sic in casu claro,non autem in dubio, & quo modo d.§.qui in perpetuum, decisio debet intelligi. Immo quod etiam de mitiori pœna deberet intelligi, ut infra.

Vltimo moueo difficultatem, nam disputationis utilitas est, quia in his ꝓcurator non admittitur.l.pe.§.ad crimē ff.de pub.iudi.l.seruum quoq; .§. publicæ.ff.de procu.c. ueniens, de accusa. & tamen admittitur alibi in.l.per procuratorem ff.de obse. pat.præstā. ubi seruus ingratus,ut in seruitutem redigatur,nō obstante quod causa capitalis sit,per ꝓcuratorem potest accusari.Sol.causa ibi non erat intētata criminaliter ad uindictam publicam,ut hic,sed ciuiliter, igitur non mirum, si admittitur.c.tuæ,de procu.c.super his,de accusa.tradit Bart. in.l.infamem,in 2.colum.ff. de pub. iudi.& ita ipsemet declarat in.d.l. per procuratorem & rationem assigno in 2. lectu.super isto passu.

Secundo collige ex ista gl. quod istā potestatem gladii habent omnes præsides (uerbum enim generis est, quo utitur sic dicendo.l.i.ff.de offi.præsi.l. ubicunq; .ff. de regu.iu.) proconsul puta

30 † prætor, præses prouinciæ, & similes, & sic merum imperium, & adde probari in.l.eum qui infra eo.& in.l.solent .ff. de offi.procon.& in.l.illicitas,in .§. qui uniuersas,in ea allega. ff.de offi. præsi.

Sed contra quia dictum de gladio, non uidetur posse uerificari in deportatione, aut in damnatione in metallum, & patet ad sensum.l.non aliter .ff.de lega.3.Immo quod præses non deportat, l.illicitas.§. qui uniuersas, & ibi not. ff. de offi.præsi. Sol.faciendo gladii mētionem.d.pœnæ comprehendi quoq; uidentur, quoniam perinde est, ac si deportatus, aut damnatus in metallum, morte & gladio mulctatus fuisset .l.i.§. fi.ff.de bo. po. contra tab. not.in.l.3. C. de insti.& idem Lactan.dicit,in loco supra allega.& bene.Nec præses deportat: quia insulas non habet , principiq; id reseruatum est,ut late dixi in .l.i. de offi.eius,& est bo.gl.in.§.cum autem , insti.quib.mo.ius pa.po. sol.

Secundo,ad idem uidetur,quod immo imperium soli principi conueniat, ut ex mente quorundam glo. met. sentit,&probatur in l.i.in prin.ff.de consti. prin.ubi à populo in principem,omne imperium & potestas translata est, & ē argu.in.l.fi.C.de legi. Sol.uerum est, ꝙ in eum fuit translatum,sed cum tamen aliis, ut etiam in discursu diximus supra fuerit communicatum non mirum est si eis etiam competit, & ita intelligatur tex.in d.l.i. & tactum fuit in .l. i. per illum tex.supra de offi.eius cui man.est iu. & est casus clarus in .l. 2. ff. de in ius uo.& in.l.si in aliquam,in.§.fi.ff.de offi. procon.

procon.& in.l.4.ff.de offic. præsi. uel & aliter dicas, ut in 2.lectu.

Vltimo obserua, quod merum imperium dixit, & potestatem gladii, ut occurreret obiectioni tacitæ, ex quo improprie etiam magistratus inferiores imperium habent & potestatem, ut sensit Alexan.in.l.eum qui, in prin.infra eo.põderando tex.in.l.potestatis uerbo .ff. de uerbo.si.quod tamen pendet à dictis in not.heri, ad quæ me remitto.

Et hinc sumpta occasione, dubitant Doct.si pœnæ capitalis fiat mentio, an de morte intelligi debeat, an uero de exilio in dubio, communiter concludentes, de exilio intelligi debere, quod & ego in præallega.2.lectu. disputo latissime, & in.l.transigere, in.i.& 2.pariter.C. de transac.

Et breuiter placet, & placuit semper in mitiorem partem intelligi debere, nisi aliud delicti atrocitas suadeat, in quibus leges transgredi oportet, &alia quæ plerunq; delicta aggrauant, de quibus in.l.aut facta.ff.de pœn.& in.c.homo, & in.c.illud 40.d.& est ad propositum text. in.l.per omnes.C.de defen.ci.& in.c.inter alia, de immu.ec.&in.c.i.& ibi Inno. not.de consti.& quod in mitiorem partem sit semper inclinandum, ultra tritã regu.l.si præses, & .l. interpretatione .ff. de pœn.

Facit not.theorica Bart.dicentis, expresse, quòd ubi de diuersis pœnis imponendis agitur, mitior semper eligi debet, in.l.2. in .§.exercitum, in fi.ff.de his qui not.infa.

Et in authen. sed nouo iure, in prin. C.de ser.fu.quod si uelit lex, uel statutũ alicui membrum mutilari, puta manũ, debet mutilari eidem id, in quo minus possit.

Et signanter per not. hic, Bal. in c.cũ dilectus, in prin. de consue. quod cum sint tres iurisdictiones cardinales, pecuniaria, decreti, & correctionis scelerum, simplici uerbo minor continebitur, & ita tene.

Sed moueo difficultatem, nam certum est.quod fauor publicus uertitur in delictis puniendis.l.ita uulneratus.ff. ad legem Aqui.c.ut famæ, de sen.exco.ita ut agens ob hoc, repræsentet rempub.secũdum Bald.in.l.cum mulier, in 3.colum. ff.solu.ma.& tamen legis interpretatione, pœnæ sunt potius molliẽdæ, quam exasperandæ.d.l.si præses.d.l.interpretatione.Sol. fauor publicus desiderat maleficium impunitum non relinqui, quã do constat commissum eẽ, alias autem & indubio, conuenit potius nos esse clementes, quam crudeles .l. respiciendum.ff.de pœn.c. omnis utriusq; sexus de pœni.& re.declarat Dy.in.c.odia, ad fi.de reg.iu.in 6.

Glo.3.fuit expedita supra in not. Adde tamen nouissime, dum scribentes dubitant, quanuis male ex his inferri uideatur,
31 an possit dari cadauer medicis† pro anotomia facienda, concludentes exinde quod sic, publicæ utilitatis gratia, quod tamen non est Bar.ausus decidere, in.l. fi.ff.de cada.pu.

Et dic tu, quod ea ratione concedi potest, tribus concurrentibus. Primo quòd cadauer sit alicuius humilis & deploratæ uitæ, argu.in.l.si ea.C.ad legem iu.de adul.& in.l.1.& ibi Bart.in fi. ff. de pœn.idem Bar.in.l.i.in.§.fi.ff.de pi. ac. Secundo, quod delinquens sit, & delicti ratione punitus. Tertio, quod non sit sepultus, quoniam alias secus .l.fi. ff. de sepul.uio.& est argu.in.l. patre furioso.ff.de his qui sunt sui uel alie.iu. & in c.mancipia, de re. per. & probatur in.l. quod reipub. ponderando eam in ratione sui, ibi, dum dicit, quia tamen non ea mente agit magistratus, ut ei iniuriã faciat.ff. de iniur. & in .l. ita uulneratus ff.ad legem aqui.& in.l.seruitutes, in.§. si sublatum.ff. de serui.urba. prædi. tradit Pau.de Cast.in.l.bonafides, in i. col. ff. depo. quod utilitatis publicæ gratia multa recepta sunt, quæ de stricto iuris rigore, non procederent, & quia text.in d.l.quod reipub.deprauatus est, dum dicit ueneranda, restitue ut dicat uindicãdæ, & consonat, restitutioq; est doctissimi Budei, in anno.suis par.2.fo.13.

Dicit tamen glo.in fi. quod animaduersio

uersio est ēt in parte, & bene, q̄a de parte ad totum, ualet arg. quando non pōt diuersitatis rō assignari. l. quæ de tota, et ibi not. ff. de rei uen. sed hic diuersitatis ratio assignari non pōt, considerando aīam (de animato. n. corpore loquimur, ut gl. met. subiicit) esse in toto & in qualibet parte totius, quamuis minima, sicuti seruitus in toto fundo, & in qualibet parte fundi, secūdum Bar. in. l. stipulationes non diuiduntur, in. 2. col. ff. de uerbo. ob. & non hēt dubium si dixerimus tamen, ut dicunt Doct. glo. intelligendam esse, attento iure authenticorū quo pœna inuenta est mutilationis mēbri. §. ad hoc prohibemus in authen. de colla. cuius ēt mentio facta est sæpe in. l. i. supra de offi. eius. & dicemus etiam infra uel ēt de iure fforum, propter pœnā talionis, de qua ī. §. pœna insti. de iniur. qđ ultimum tamen non firmo, quia lege tantum 12. tab. erat cognita, & pendet quoq; ab infra dicendis.

Sed ad propositum nota, ꝙ ultimo supplicio, uel membri mutilatione, de iure puniri Doctor non pōt, nisi degradetur, siue exauthoretur, ut inquit Bar. in. l. i. in 2. col. C. de digni. lib. x. quæ exauthoratio etiam ignominiæ causa fieri solet. l. 2. §. i. ff. de his qui not. insa. & nō ab re, quia idem est etiam in sacerdotibus & militibus c. degradatio, de pœn. in 6. c. cum non ab homine, de iudi. d. l. 2. lexq; nos iuremerito sacerdotes & milites appellat. l. i. in prin. ff. de iusti. & iu. l. aduocati. C. de aduo. di. iudicio. ergo, & quia doctoratus est dignitas c. quanto, de magist. authen. habita. C. ne fi. ꝓ pa. tradit Barto. in. l. i. num. 10. C. de no. co. sa. vbi etiam singulare uerbum dicit, quod si præses scribens Doctori, eum patrem non appellauerit, extra ordinē punitur.

Glo. modo in uerbo mixtum, sequitur (4. n. supra fuit expedita) ex qua habes, & Primo, ꝙ mixtum imp. non solū

32 ea rōne mixtum appellatū est† quia ei insit iurisdictio, & sic de duobus simplicibus participet vt supra uerū ēt cōe, q̄a ex diuersis compositū est, imperio. s. & iurisdictione, qđ fere idem uidetur, & fuit expositio Irne. dicentis, mixtū idest cōe, & male, ut demōstrauimus alias, ꝙ nec hic repetimus, nouissime tamen addentes expositionem istā, aliquo mō adhuc stare nō posse, quoniā cōis ē oīum aer, acqua profluens, & mare, & tamen hæc mixta non dicuntur, ut insti. de re. di. in prin. & in. §. i. Itē cōis est lex, seu esse dēt. c. erit aūt lex 4. d. l. i. ff. de legi. & tamen mixta dici non pōt, alias & vltimo cū in dubio, ad cōem uerborū intelligētiā recurrere debeamus. c. ex literis, de spon. q̄ ambiguitas, quādoq; in iudiciis quandoq; in contractibus occurrit, ut ibidem not. si expositio esset uera, uerum etiam esset dicere, nos tunc ad mixturā uerborum recurrere, cogitatu absurdissimum prima ergo declaratio uerior, quasi merū sit id, cui iurisdictio nō inest, & bene, cum in eo de publica utilitate principaliter agatur, quicquid dixerint aliqui, ꝙ imo 2. tenenda est, ꝙq; 1. nihil ualet. Vel teneamus 2. si simpliciter dicatur, mixtū appellari, q̄a ex imperio & simplici iurisdictione, compositū est, ut supra.

Et seruit ad not. q. pone ꝙ statutū faciat mentionē sententiæ diffinitiuæ nunq̄d

33 cōtineatur sentētia† lata ī cā summaria.

Videretur prima facie dicendū, ꝙ sic sed primū pro intelligentia scias, ut dicunt Doct. & bene, post Bart. tamen, in l. litia, in 2. col. ff. de accu. ꝙ sententia diffinitiua, dicitur duobus modis, Primo si in ea sint seruatæ solemnitates iuris, de quibus in. l. prolatā. C. de sen. & in. l. i. C. de sen. ex pe. reci. Secundo si principale negotium diffiniat. l. i. ff. de re iudi. ad interlocutoriæ differentiam, quæ fertur inter principium & finem causæ iuxta gl. in clem. i. de seq. po. & fruc. in uerbo diffinitiua. Item scias, ꝙ causa summaria dicitur ea, quæ exactissimū iudiciarium ordinem non requirit, ut not. in. l. 3. in. §. sciendum. ff. ad exhi. & per Bart. in extrauagan. ad repri. ubi exempla etiam ponuntur in uer. summarie. Mō & ad ꝓpositū, hæc pars affirmatiua probatur, quia habemus, ꝙ cui conueniunt uerba legis, eidem ēt cōuenit lex & dispositio l. 4. §. totiens. ff. de dam. inf.

ſed uerba legis conueniunt ſententiæ latæ in cauſa ſummaria, quoniã diffinitiua eſt, ab effectu arguendo, cum nihil aliud conſideretur. l. nomen filiarum. §. habere. ff. de uerb. ſi. l. 2. C. cõia de leg. & & ut infra ſtatim, ergo, & ꝙ ſit diffinitiua probatur, quia principale negocium diffinit. l. i. præallega. ff. de re iudi. l. qui reſtituere. ff. de rei uen. ergo ſtatutum ẽt eam cõprehendet. Immo plus ꝙ etiam cõuenit lex & diſpoſitio, ſi eidem conueniãt uerba legis, large. l. ſingularia. ff. ſi cer. pe. vbi mutuum eſt, quamuis datũ non fiat de meo tuum, ergo multo magis, ſi ſtricte & proprie, ut hic.

Secundum ꝓbatur, quia plus & minus, non faciunt rem ſpecie differre. l. ſi. ff. de fun. inſtruc. tradit Bar. i. l. i. in 2. col. ff. de ac. & ob. & in. l. 3. in. §. genera. ff. de acqui. po. & licet uidere, ut heri dicebã, quia merum imp. eſt habere gladii poteſtatem, ita in parte, ſicuti in totum. §. ad hoc prohibemus, in authen. de colla. & dicemus infra loco ſuo, ergo licet ſentẽtia lata ſit in cauſa ſummaria, quia non aliter differre uidetur à diffinitiua, comprehendetur à ſtatuto, eiuſdem mentionem faciente.

Tertio ꝓbatur, quia effectum rei habentes, de mõ non curamus. l. ſi mater C. de inſti. ita ut in materia defunctus quis dicatur, ẽt ſi gladio nõ perierit, ſed deportatus fuerit i inſulam, uel damnatus in metallum. l. i. §. ſi. de bo. po. cõtra tab. ſentit gl. in. d. l. ſi mater, & tactũ fuit ſupra ſed in ſummariis effectum habemus, quia iudex aut condemnat, aut abſoluit ſecundum Bal. in. l. ſi fugitiui, in 2. col. C. de ſer. fu. ergo.

Quarto ꝓbatur, quia inde uidemus quod in ſummariis legitimatio perſonarum neceſſaria eſt, ut in ordinariis. l. 2. ubi glo. & Bar. in. ſi. C. de edic. di. ad. toll. tradunt ſcribẽ. late, in rub. C. qui admi. maxime Iaſ. in prin. & eſt not. ampliatio ad uulga. l. ſi quæramus. ff. de teſta. ergo non poteſt non dici, niſi quod eam pariter ſtatutum comprehendat.

Quinto & ult. probatur, per text. in clem. ſæpe, in prin. & in ver. ſententia, de uer. ſi. ubi ſententia utrobiq; diffinitiua appellatur, ergo dubitatio vana, quoniã ſtatutũ dubiũ, hanc paſsiuam interpretationem patietur. l. i. §. lex falcidia. ff. ad legẽ fal. & ibi Bar. l. i. §. i. ff. de mu. & ho. & ideo in ſimili, ſi minor annis xx. per ſtatutũ prohibitus ſit teſtari, paſsiua legis interpretatione, intelligitur ẽt prohibitus codicillari, ſecundũ Bart. in. l. 2. in ſi. ff. de leg. i. & ad idem multo plura cõgerit Cald. omnino uidendus, in conſi. xii. incip. ſtatutum, de con li.

Tamen contrarium facile etiam ſuaderi poteſt & hoc idem ex multis quoq;

Et primo qa cõſiderandũ eſt, nos loqui, & eẽ in caſu ſtatuti, cuius uerba huiuſmodi ſunt, ut præciſe & ad unguem intelligantur, uulg. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. geſ. uerũ ſtatutũ loquitur de mera diffinitiua, q̃ de interlocutoria nõ participet. l. i. §. qui in perpetuũ. ff. ſi ager uec. uel emphy. pe. ergo eam, quæ in cauſis ſummariis fertur, non comprehendet, quoniã de interlocutoria participat, ex quo ſine lit. con. fertur, & alia ſolemnitate iudiciaria.

Secundo quia ſi cõprehenderet, cõpꝛehenderetur ẽt, ut ego alias dicebã, licet non hoc ordine, abſolutoria ab obſeruatione iudicii, lata ob libellũ male conceptũ ut in. l. properandũ, in. §. & ſi quidẽ C. de iudi. & in. l. i. ff. de offi. aſſe. non dicendum tamen, ut late not. Bar. in. d. l. ti tia. ff. de accu. Tertio ꝓbo per locũ à ſpeciali, nã certũ eſt, ualere argu. de priuilegio ad ſtatutũ, ſecundum Inno. in. c. q̃ in eccleſiarũ, de conſt. tradit Ro. in cõſ. 199 incip. p̃ſens, in 2. col. ſed ſi in priuilegio facultas alicui conceſſa ſit legitimandi ſpurios, poterit etiam legitimare ſpurios inceſtuoſos, qui ſpurii non ſunt ſimpliciter, ſed de inceſtu etiam participantes, cum nõ ſit ratio cur debeat plus ad unam ſpeciem reſtringi, q̃ ad aliã, ex quo ſpurius nomen generis eſt dictus, quaſi extra puritatẽ natus, ergo non alias & regulariter, in caſu noſtro, ut ſententia lata in cauſa ſummaria diffinitiuæ appellatione comprehendatur, uulg. l. i. cũ ſimilibus. ff. ad municip. & quod uirtute prædicti priuilegii, etiã inceſtuoſi ualeant legitimari, tenuit Bal.

in

in.c.innotuit,in fi.de electio.

Quarto facit, nam certum est adhuc quod in statutis,communis usus loquē di debet attendi.l.librorum .§. quid tamen cassius.ff.de lega.3. per quem text. signanter ita in statutis dixit Bar.in rub. de no.o.nun.num.6.& maxime peritorum,in tantum ut propriæ significationi præualeat, eodem teste, ubi multa, in.l.labeo.ff.de sup.le.& plus quod una lex per aliam, adeo hoc uerum est, exponi potest.c. inter alia, de transla. ep. nec (ut ibi inquit Bal.in.2.colum.) similis tex.est alibi,sed communis usus loquendi se habere uidetur, eam dici sententiam diffinitiuam, quæ de alia non participet, ergo.

Quinto & ultimo,quia statuentes in dubio uidentur se uoluisse conformare cum dispositione iuris communis.l.hæredes mei .§. cum ita .ff. ad treb. sed ius commune huiusmodi est,ut diffinitiua proprie ea sit, quæ negocium diffiniat solemnitates requisitas à lege habeat, & pura ac simplex sit, non habens affinitatem cum interlocutoria, ut in .d.l. titia, not.ergo, & est argu.in.l.i.ff.de dona. & in .l. hoc legatum cum similibus ff.de lega.3.

Breuiter, quia non potest facile tolli inductio d.clemen.sæpe,nec tex. ille ca uillari, à prima opi. haud puto ego recedendum,& hoc est quod dicebat Bal. in.l.i.in 7.colum.C.de ser.fu.quod cum quæstio sit dubitabilis propositio inter rogatiue facta.l.quod labeo.ff.de carbo. edic.ibi quæstio esse non potest, ubi est casus legis,& bene.l.ancillæ.C.de fur.

Et tenendo sic, facile tolli poterunt contraria, & dici ad primum, non obstare, quoniam antecedens uerum est, consequens autem falsum, cum eam diffinitiuam appellet lex, statutumq; (ut diximus) hanc passiuam interpretationem patiatur,nec repeto,alias mixta appellaretur, ꝙ nullibi tamē cautū est. Non secundum quia falsum est,ex quo absolutoria ab obseruatione iudicii,interlocutoria est, & à diffinitiua differt realiter: patet, quia primo casu oritur exceptio rei iudicatæ, nec actor amplius admittitur ad agendū 2.aūt sic solutis expensis, ut not. plene in.l.iulianus uerum debitorem .ff. de con. inde. & in.d.§.& si quidem.

Non ob.3.quia imo,sicuti in priuilegio rōne prædicta comprehenditur etiā spurius incestuosus,ita ī statuto hic cōprehenditur sententia lata in causa summaria,quia non pōt diuersitatis rō assignari,ut in simili declarat Albe. in.l.qđ uero contra,in prin.ff.de legi.

Non ob.4.quia & id uerum est,ꝙ scilicet cōis usus debeat in statutis attendi sed falsum ꝙ huiusmodi sit,ex quo ī ea ēt diffinitur negocium pricipale, à quo effectu, ut deduximus supra denominatio fit, quanuis summaria fuerit cognitio, nec habet dubium, & maxime quia debet probari l.in bello.§. factæ.ff. de cap.& postli.re.tradit Bar. ī.d.l.labeo & in.l.libellorū,in.§.sed & si.ff.de accu.

Non ob. 5. & ult. quia retorquetur, ex quo ius cōe se habet, ut hæc quoq; diffinitiua sit.d.clem. sæpe, de uerb.si.

Et ultra supra adducta efficacius probatur, quia denominatio semper fit à qualitate potentiori,& digniori l.quæritur, de sta.ho.l. generaliter .ff. de fideiu. & dixi supra exemplificando in stipulatione ; post Ias.in.l.i.in prin.in.4. col. ff.de uerb.ob.

Immo plus etiam quođ mixta esset, & de īterlocutoria participare uideatur adhuc dico in statuto cōprehendi,quoniam sub simplicibus continetur mixtum in quacunq; dispositione,uel de benignitate.l.si ita.ff.de lib. & posthu. uel causa euitandæ contrarietatis .l. 2. ff. de uerb.ob. uel si hoc ipsum deniq; exprimat lex. §. oīum, insti.de actio.declarat Bar.ī.d.l.2.in prin.sed hoc ipsum exprimit lex,in.d.clem.sæpe, ergo eidem stabimus oīo,quia ubi aliquid est dubium de iure ciuili, clarum autem de iure canonico stamus iuri Canonico,etiā in foro ciuili c.i.&2.&ibi Abb.de no.o.nun.

Et disputationis utilitas est, si gabella pro qualibet sententia diffinitiua eēt soluēda,ut in simili in libello inqt Bar.

in.l.edita, num.4.C. de eden. & in contractibus, in.l.4.in.§.prætor ait, in fi. ff. de dam.infec.& Bal.in.l.cum dotem, in fi.C.de iu.do.& in hæreditate text. in.l. fi.C.de edic.di.ad.tol.

Est uerum, si quis opi. cõtrariam uellet tenere, quod ad tex.in.d.clem.sæpe, in quo est punctus, posset respondere, quod ibi sunt uerba pontificis narratiua, quæ non inducunt iuris dispositionem, clem.literis, de proba.clem. si summus de sen.exco.not.in.l.unica.C.quãdo non pe.par.

Non tutum tamen adhuc, quia in illis fundata est principalis intentio Papæ, quo casu inducunt omnimodo, ut per glo.in.d.clem.literis, & est communis opi.dispositionem, ita ut uullo pacto posit & debeat à prima recedi.

Secundo habes ex glo. quod nomi-
34 ne iurisdictionis † merum imperium etiam continetur.

Et maxime si princeps simpliciter eã concesisset in loco.

Quod potissimum probari potest, ut subiicit, quoniam iurisdictio à ditione appellata est, quæ nihil aliud dicitur, quam potestas l.i.& ibi not.supra eo. & huiusmodi quoq; imperium ut hic, & in.l.i.ff.de consti. prin. ergo iurisdictionis appellatione continebitur; & uidetur casus in.l.i.supra de offi.eius, ibi iurisdictionem suam alteri mandant, tradit glo.in.§.iusiurandum in fi.in authẽ. de defen.ci.

Secundo probari potest, quia (ut dicunt omnes hanc partem tenẽtes) istud est beneficium principis, quod debet latissime interpretari.l.fi.ff. de cõsti. prin. c.olim de uerbo.si.c.cum dilecti, de dona.& præcipue cum solum ius concedẽtis respiciat, & de publica agatur utilitate.l.impuberi.ff.de admi.tu.tradit Bald. in.c.ex tuarum, de autho.& usu pal.qui dicit etiam alibi, quod hac ratione dicitur realis in dubio, & non personalis, nisi aliud indicent uerba, natura rei, & causa concesionis, in.l. idem iulianus, quam interserit in.l. cum seruus in .§. si quis alicui .ff.de lega.i.& ante eum Bar, in.l.pater in.i.col.ff.de ser. lega.

Tertio ꝓbari põt, q̃a nisi sic diceremus, principis liberalitas coherceretur freno haud dicendum.l.pe.C.de do.int. ui. & uxo.l.sancimus.§.exceptis.C.de dona.l. cum multa, in prin.C. de bonisq; libe. quia nec à priuilegio differret, in quo fieri solet nõ ita larga sed stricta potius interpretatio, cum agatur tunc de præiudicio tertii.l.ius singulare.l.quod uero contra.ff. de legi. l. si quando .C. de inoffi.testa.c.porrò, de priuile. declarat Abb.in c.cum ordinem in.i. colum. de rescrip.

Quarto probatur, quia certum est, ꝙ princeps dicitur lex animata in terris.§. fi.in authen.de consu. & uidetur facere bo.tex.in.l.ex facto, in prin. ibi ita princeps ius imitatur.ff.de uulga.& pu.sub. & quia etiam ipse remittit iuramentum ut lex.l.adigere.§.lege iulia, ubi glo. ff. de iu.pat.& quia actus factus contra prĩcipem, non ualet, l.cuti nec factus cõtra legem.c.dilectus 2.ubi Abb.colum. ult. de præben.sed indefinita legis æquipollet uniuersali.l.si pluribus, uulga .ff. de lega.2.ergo & principis, ergo concessa iurisdictione, etiam merum imperium concessum uidebitur.

Quinto & ultimo probatur, quia à simili, ut dicebam alias, si concedatur castrum alicui, eidem etiam iurisdictio concessa uidetur, secundum Bart. in.l.i. in.§.cum urbem, in.i.colum.ff. de offic. præfec.ur.ergo non erit ratio, cur dici etiam non posit, concessa iurisdictione concessum etiam esse merum imperiũ, & multo quidem magis, ut supra.

Sed contrarium tenuerunt aliqui, nec ab re, cum à ratione alienum esse nec uideatur.

Et primo quia in generali concesione, nunquam ea ueniunt, quæ alias specificam mentionem desiderare uidentur.l.illud.§.si talis.ff.de mi.ubi in simili habens generale mandatum, non admittitur ad petendam restitutionem in integ.ex quo speciale requiritur, & si admissus sit, restitutio nihil ualet, & ad satietatem, multa congerit Odoffre. in

l. Pom-

l.Pomponius, in prin. ff. de procu. sed meri imperii specifica mentio requiri uidebatur.l.i.in prin.supra de offi.eius, ergo.

Secundo ꝓbatur, nam si de quo magis uidetur inesse,& non inest,ergo nec de quo minus.l.relegatorum.§.constitutum, & ibi Bar.ff.de interdic. & relega, c.si Romanorum 19.d.c. si Paulus 32. q. 5.sed merum imperium non intelligitur concessum, concessa omni iurisdictione c.quanto & ibi Bal. in fi. de iudi. & est argu.in.l.si mihi in.§.fi.ff. de leg.3. quod tamen esse deberet.l. Iulianus .ff. de lega.3.c.solite, de maio. & obe. ergo multominus si concessa sit simpliciter, ut hic.

Tertio probatur, quia si iurisdictio plenissima concessa sit, bene merum imperium concedi uidetur .l. si in aliquam.§.fi.ff.de offi.procon. alias superlatiui adiectio, in concessione appositi, nihil operaretur, haud dicendum .l. si quando.ff. de lega.i.c. si papa, de priui. in 6.ergo non si sine, & simpliciter, ut in proposita q.

Quarto, quia si castrum in feudum uasallo alicui concessum sit cum iurisdictione, non poterit tamen is statuta condere ex quo meri imperii effectus ē, ut infra dicemus, & fuit Ange. decisio hic, ergo nec in concessione simplici, concessum uidebitur, concessa iurisdictione.

Quinto & ultimo, uidetur mihi ꝙ sit casus in.l.fi.supra de offi.eius, in 2.responso.ubi mandata iurisdictione,mandari non videtur imperium merum,qđ tamen esse deberet,quia eam retinet.l.i. §.qui mandatam.l.& si prætor,eo.ti.l.solet infra eo.c.sane,de offi.dele.ergo multominus concessa, quia eam à se penitus abdicat.

Et hæc opi. quicquid alias dixerim, probabilior uidetur, ex supra dictis, ꝙ à moribus tenentium contrarium, facile possunt defensari,si cogitaueris, & nouissime etiam considerando, in hac generali concessione iurisdictionis non uenire merum imperium, nisi specifice concedatur,& expresse appareat, quoniam id,quod pendet à potestate principis, si non facile concedi solet,reputatur impossibile.l.apud iulianum.§.fi.& ibi not.ff.de lega.i.l.qui cum maior.§.i. ff.de bo.lib.l.2.§.tractari.ff.ad Tertul.

Et hoc est quod dicebat alibi Bald. quod si relinquatur aliquid alicui sub aliqua conditione, quæ non possit existere,nisi per dispensationem principis, habebitur ꝓ non adiecta, in.l.i.in 3.col. C.de insti.quod tamen intellige, si non sit de substantia, puta quia relinquatur filio sub cōditione legitimationis, quoniam tunc secus.l. in tempus,ff. de hæ. insti.& idemmet subiicit in loco præallega.sed ad propositū,merū imp.nō facile concedi solet, quia reseruatum est principi,& maioribus magistratibus,d. l.i.de offi.eius.ergo.

Et tenendo sic,non obstabunt adducta in cōtrarium, quoniam ad primum facile responderi potest, bene uerum esse,quod iurisdictionis appellatione,merum imperium continetur ex quo illa, uti genus quemadmodū sæpe dixmus, diuiditur in imperiū & iurisdictionem; imperium uero, in merum & mixtum, sed non tamen ut ueniat si concedatur a principe, rationibus supra dictis ex quibus maxime ultima fundata in.l.fi. de offi.eius.tollitur etiam inductio .l.i, ff.eo.

Igitur non ob .2. quia dicam, uerum esse in his quæ concedi facile solent.l .si aliquā do.C.de ope.pub.l.uel uniuersorū.ff.de pi.ac.tradit Ange.ī.d.l.fi.& Bar. in.l.seio,in.§.medico,ī fi.ff.de an.le. sed imperium,merum,non est de his, quæ facile cōcedi soleant,ut dixi supra ergo

Et hinc est à simili,quod absolutio a sententia excommunicationis propter manuū iniectionem in clericum, est de principi reseruatis. c.si quis suadente diabolo.17.q.4.&tamen potest delegari quia hoc ipsum fieri solet reputaturq; de nō reseruatis.c.fi.de offi.dele. & not. in.c.quod translationem,de offi or.

Ex quibus.3.etiam tollitur,quia si sic est ut supra non potest dici quod freno coher-

cohereeatur, nec officit, quod hoc modo à priuilegio non differret, quia uerũ est, & nõ inconuenit aliquo casu, sicuti quando ad partis postulationem, beneficium concessum est, & non motu ipsius principis proprio d.l.si aliquando, & quando plura specialia includerent l. si quando. C. de inoffi. testa. & not in d.l.fi.& per scriben.hic, & bene, ergo nec incoueniet isto.

Non ob. quartum quia antecedens uerum est, item & consequens, conclusio autem falsa, & ideo dici solet, quod indefinita non refertur ad omnia, sed ad pauciora ubi non est uniformis ratio inclusorum, ut not. Dy. in rub. de regu. iu. in 6. adeo ut priuilegium concessum fratribus prædicatoribus, uel minoribus, non extendatur ad sorores, quia non sunt eiusdem rationis & conditionis & a simili not. Bal. in. l. tres fratres, in prin. ff. de pac. Item indefinita æquipollet uniuersali, in materia necessaria, qa si dicatur, homo est animal, sequitur, quod omnis homo sit animal, non in contingenti, quia si dicatur, homo currit, nõ sequitur quod omnis homo currat. l. neq; naturales. C. de proba. & ita declarat Archi. in c. si Romanorum, in 2. colum. 19. d. ergo nec concessa iurisdictione, intelligetur concessum merum imperium. Non æquipollet etiam ultimo, ubi resultat absurdum, secundum Bart. in. l. ab hostibus in. §. sed quod simpliciter, in 3. col. ff. ex quib. cau. ma. sed (ut ostendimus) hic resultaret absurdũ, ergo.

Non ob. quintum & ultimum, quia aliis responsionibus sepositis, credo posse responderi, id non ab re dici debere, ne concessio inutilis uideatur l. fi. ubi bo. text. supra de offi. eius. l. magistratibus infra eo. quod utiq; in. q. nostra esse non potest, ergo de uno ad aliud male infertur.

In cæteris partibus glo. quo ad iurisdictionis gradus, & quæ sint ea quæ possint delegari, quæ non, quoniam dicemus infra dictumq; fuit satis in. l. i. de offi. eius. non esset aliter insistendum.

Et minus, dum Bart. ad propositum dubitat quid sit iurisdictio in genere ex quo se remittit ad not. i. l. i. supra eo. ubi & nos diximus pariter.

35 Tamen difficultatem moueo † quomodo esse posit, quod iurisdictio in genere diffiniatur, cum nõ sit genus in commercio hominum, sed imaginatio quædam potius, quæ diffiniri non potest, secundum Bar. in. l. 2. in. §. & harum, in fi. ff. de uerbo. ob. reprehendentem opi. eorum, qui dicebant, quod in obligatione generis, ipsum genus comprehenditur, non aliquod indiuiduum per se.

Et ideo dicebat alibi Bal. in. c. i. in ulti. col. de consti. ꝙ genera sunt sicuti prædicamenta non autem sicuti prædicata.

Et alibi i. c. ad hæc sumus, de rescrip. & Ro. in consi. 326. incip. in præsenti, in fi. quod genus parit obscuritatem, ꝗq; ex eo facile decipi possumus, & bene, probatq; tex. iuncta gl. in. l. quotiens. ff. de uerb. ob. & in. l. fi. C. de do. pro.

Et alibi in. c. cum accesissent, in pen. colum. de consti. quod generales theoricæ, non illuminant intellectum praticũ qui debet esse de rebus particularibus, & tractatui quodammodo subiacentibus.

Considerando etiam, quod quattuor sunt, quæ diffiniri non possunt, Deus, æquiuoca, generalia, & singularia.

Non Deus, quia est purus actus, non constitutus, sub aliquo genere, neq; cõpositus ex genere & differentia, nec ex aliquo alio.

Non æquiuoca, puta canis, quia confusionem generabit, nisi prius distinguatur in quo sensu accipiatur.

Non generalia quia si sunt huiusmodi, non habent genus supra se.

Non singularia, quia non immediate subsunt generi, nec differunt secundũ differentias essentiales, sed secundum materiam tantum.

Solæ igitur species diffiniuntur, quia solæ habent supra se genus uerum, & differentias ueras constitutiuas, & ut susius declarat Sauona. in compẽ. logices, de arte diffiniendi. c. 18. 19. 20. 21. & 22.

Pro

Pro sol. dici potest, quod ĩ specie diffiniatur, nõ in genere, prout dicit Bart. & quicquid aliàs dixerimus nos quoniã obstant supra dicta, sed largo quodam modo, ex quo strictè aliter, & magis proprie potest, ut infra.

Vel quod immo genera etiam diffiniantur, l. 1. & ibi not. glo. ff. de iusti. & iu.

Vel & ultimo quod supra dicta procedant forte secundũ dialecticos, nõ autẽ secundum nos ut ĩ quamplutibus aliis etiam licet uidere, de quibus per Doct. in l. si. is qui ducenta, in §. utrum, ubi Pau. de Cas. in specie, in prin. ff. de reb. dub. aliquid gl. in d. l. i. in §. huius studii ff. de iusti. & iu. Abb. in c. pastoralis, in §. i. in not. de rescrip. & diximus nos in l. i. supra eo. sciendum est tamen, nos plerunq; dialecticè loqui, propter prima principia, ut adhuc ostensum est supra in discursu, post Bald. in l. i. in prin. ff. de iusti. & iu. & in l. i. in §. in initio, in i. col. ff. de offi. præfec. ur. Immo quòd nec ignari prædictorum esse debemus, iurisperitiæ ualde conferentium, in tantum ut hac de re Sceuolæ, quamuis iuris peritissimo, seruium sulpitium, quia dialecticem scientiæ iuris addiderat, M. Tul. Ci. prætulerit.

Secundo non prætermitto, nam adhuc dubitat Barto. unde dicatur iurisdictio, & respondet ut glo. quod à ditione

36 dicta sit† idest à potestate, quoniam ditio exponitur, idest potestas, & iuris, quasi potestas iuris.

Et ad idem duo iura allegat, optime probantia, insti. in prohe. in prin. & in l. 2. C. de libe. & eo. libe. licet ubiq; exponatur ditio, idest iurisdictio, ex quo idẽ est, & perinde ac si exponeretur ditio .i. potestas. l. i. ff. de consti. prin. iuncta gl. & idem in authen. de non eli. secun. nubẽ. & in authen. de leno. in fi. & Iosue. c. 21. ibi, dataq; est ab eo pax in omnes per circuitum nationes, nullusq; eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt, & Hest. c. 13. ibi Domine Domine Rex, ominipotens ĩ ditione tua cuncta sunt posita. & non est qui uoluntati tuæ resistere possit. & .3. Re. c. 4. ibi Salomon autẽ erat in ditione sua, habens omnia regna à flumine terræ Philisthim, usq; ad terminum Aegypti.

Et male, quoniam hoc modo glo. & Bar. arguunt ab ethymologia uocabuli affirmatiue sic est ditio, idest potestas; ergo est iurisdictio; contra ea quæ habẽtur in l. 2. in §. appellata. ff. si cer. peta. & probatur quia testamentum secundum uocabuli ethymologiam, dicitur quasi mentis testatio, nec tamen affirmatiue ualet argu. quia codicillus testatio mentis est, & tamen non est testamentum, l. i. ff. de testa. & insti. eo. in prin. l. si. idem C. de codicil. negatiue autem sic, ut in d. §. appellata, ubi Docto. rationem assignant, & nota quod ethymologia, est origo uocabulorum, cum uis uerbi, uel nominis, per interpretationem colligitur, quam symbolon appellat Aristo. & Ci. annotationem, quia nomina & uerba rerum nota facit, exemplo proposito sed ueriloquium, quod dictionum proprietatem tradat. Secundo probatur, quia nunquam sumi debet, ubi diffinitioni repugnat. l. tugurii, & ibi Bar. ff. de uerbo. si. qui hoc idem dicit etiam in l. notionem, in §. instrumentorum. ff. eo. & in l. i. in i. colum. ff. de testa. & ratio ẽ, quia diffinitio euacuat diffinitum per genus & differentias, ethymologia autem non. l. i. §. dolum. ff. de dolo. d. §. appellata, & ibi not. sed hic diffinitioni repugnat, quoniam iurisdictio est potestas de publico introducta, cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuendæ. l. i. supra eo. & paulo ante remissiue idem Bar. firmat, ergo.

Tertio probatur, quia attenta tali allusione etiam patria potestas, siue dominica, diceretur iurisdictio, cogitatu tamen absurdum.

Quibus facile responderi potest, & potissimum ad primum, quod immo affirmatiue & negatiue argu. ualet, nisi (ut diximus) contradicat allusio diffinitioni, sed hic non contradicit, ut statim ostendam, ergo. c. cleros 21. dis. declarat Abb. in c. tum secundum in i. colum. in fi.

fi.& prin.seq.de præben. immo Bart. in d.§.appellata,& non habet dubium.

Et quod diffinitio non repugnet,tolleturq; secundum,probatur, quia si in ea dicitur,quod ē potestas,& hic, quod iurisdictio à ditione appellata est, idest à potestate, quoniam ditio nihil aliud est quàm potestas, ut supra non uideo quomodo repugnet & contradicat.

Non ob.ultimum,quia non est verū ex quo non est potestas iuris, eo modo quo hic, & in materia nostra capitur.l. potestatis uerbo.ff.de uerbo.si. ergo absurdum dici non potest ex ipsa allusione resultare,& sic firmari poterit,glo.& Bar.optime loqui,uel aliter,& ut latius per scribentes.Et iudicio meo,sepositis his,solo hoc uerbo dici poterat iurisdictionem appellatā fuisse à dictione iuris,sicuti iudex quasi ius dicens.c.forus de uerbo.si.l.i.supra eo. quia iuri dicundo præerat, ut de Metrodoro ferunt, quē iuridicundo præposuit Mithridates Ponti Rex,ita ut ab eo ad Regem ꝓuocatio non esset.

Tertio dubitat cum glo. an appellatione iurisdictionis comprehendatur,
37 & ueniat† merum ac mixtum imperiū & concludit quòd sic,dictumq; fuit supra igitur non insisto, & minus in eo quod subiicit, an iurisdictio insit mixto imperio, tanquam genus suæ speciei necnè,quoniam pari modo in tex.extitit declaratum.

38 Quarto dubitat, an modica† cohercio sit species iurisdictionis,an vero sub mero imperio comprehendatur nec decidit hic,sed alibi infra & ibi dicemus.

Quinto & ultimo, dubitat an merū
39 & mixtum† imperium sint species immediate iurisdictionis, quam hic in genere considerat, ut & nos sæpe in progressu legis. Et respondet breuiter, explosa quorundam opi. quod non subinde declarando sic, quòd iurisdictio diuiditur in iurisdictionem & imperiū, & hæc sunt species immediatæ iurisdictionis.Imperium autem, in merum & mixtum, & hæc duo species dicentur imperii & bene.Nec inconuenit, ultra dicta alias, quod iurisdictio sit genus, & species, & huiusmodi etiam imperium,& ultra tex.per eum allega.hic in l.2.ff.de adop. quia unum & idem uerbum, respectu diuersorum effectuum, diuersimode etiam intelligi debet, & uariari,prout materia subiecta patitur, &natura eorum suadet,ad quæ refertur casus est not.in.l. pater seuerinam in.§. conditionum.ff. de condi. & de. & in.l. si ita scriptum.ff.de ma.testa.c.olim, de rescrip. & ut latius tradit Ro. in consil. 480.incip. in casu, in 2. colum. sed hic diuersi sunt effectus, materia subiecta patitur,& natura eorum ad quæ uerbū iurisdictio, & uerbum imperium refertur,ergo ut genus & ut species, poterit utrunq; stare absq; dubio, & in simili per Bar.in rub.ff.solu.ma.num.13.&14.

Est uerum tamen, quod merum, & mixtum imperium,dici species mediatæ & remotæ possunt, eiusdem iurisdictionis: patet, quia quam primum dicimus quòd sunt immediatæ species imperii, idipsū fatemur necessario, quòd iurisdictionis scilicet,sint remotæ.l.Pōponius.§.i.in fi.ff.de procu. sed quoniā hoc ipsum non attenditur, ut in simili de causa dicimus l.uxori.ff. de au. & ar. leg.l.auunculo & utrobiq; Barto. ff. de con.si.cau.l.sed si plures.§. in arrogato ff.de uulg.& pu.sub.parum refert quòd huiusmodi sint,uel dic referre, quia ab immediatis non multum differunt, ut in.d.locis legitur de causa,& nouissime etiam in.c.requisisti, de testa.& per Bar. adhuc in.l.ciuibus.ff.de reb.cu.& in.l.si seruus.ff. de acqui.hæ. sed ut prius melius, prout in progressu semper tenuimus.

Posthæc modo dubitatur, quid sit imperium simpliciter, & resoluitur ut per Bar.

40 Tu aduerte, quia repugnantia† manifesta uidetur,quod iurisdictio sit,quæ iudicis officio nobili expediatur, ut subiicit, & quòd simpliciter sumatur.

Considerando etiam dictum fore,ab imperando, quodq; pater imperat, Dominus,& similes.l. potestatis uerbo.ff. de

de uerbo.si.quod intellige aliis, non sibi, ex quo imperatiuus caret prima persona.l.pe.ff.de arb.c.fi.de inst.

Et quod deniq; tãtum est dicere simpliciter sumi, quantum abstractiue, abstractum autem ẽ imaginatio quædam ut albedo in coruo, imaginatio diffiniri non potest, quia eo casu non datur genus & differentia realis, ergo.

Sol.considerat Bar.imperium simpliciter, prout merum non est, aut mixtũ, non his modis, igitur nec mirum si diffinitur ut supra quod ẽ iurisdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur, & istud uoluit dicere.

Nec officit, quod etiam pater, & Dominus imperent, quia imperantvt tales non ut magistratus, & pendet quoq; à supra dictis in materia, de allusione uocabuli.

MERVM IMPERIVM.

Secundo dubitatur, unde dicatur
41 merum imperium † & respondetur adhuc ut per Bart.diximus nos in tex. igitur non insisto aliter nunc. Adde nouissime tamen, bene fecisse, prius hoc ipsum tractare, quam diffinitionem ponere, ex quo non possumus scire principiata rerum quas disputamus, nisi sciamus ipsa principia, nec effectus earum scrutari, nisi prius cognita sit nobis origo & causa.l.i.&ibi not.omnes in prin. ff.de iusti.& iu.

Tertio igitur dubitatur, quid sit me-
42 rum imperium † respondet Barto. & fuit diffinitio Iaco.de Are.quod est iurisdictio, seuerioris ultionis inferendæ, publicam utilitatem respiciens.

Non tuta secundum eum, quia condere legem est meri imperii.l.i.ff. de cõsti.prin.l.non ambigitur.ff. de legi.l. fi. C.eod.& ut infra, maximi inter cætera, & tamen potest condi lex, quæ hoc idẽ non contineat, sed aliud.l. legis uirtus ff.eo.puta quod alienatio bonorum immobilium minoris, sine certa solemnitate, haud fiat, quod miles etiam post sententiam, uti exceptionibus suis possit, quod quis prius possessorio agat, quam petitorio, quoniam eius commodum maximum est, & tale quid aliud, ut ibi, & in.l.i.ff.de reb.eo.& in.l.i.C.de iu.& fac.igno.& in.l.is qui destinauit.ff. de rei uen.

Secundo impugnatur, quia mulctæ leues, in pœna pecuniaria consistentes, quæ tamen pro delictis imponuntur, sunt meri imperii, ut infra & in.l.fi. C. de modo mulcta. & nihilominus hanc seueriorem ultionem haud continent, ut patet ad sensum.

Tertio ad idem facit, quod de modica coercione dicitur, quæ adhuc huiusmodi esse uidetur.l.magistratibus infra eo.l.fi.supra de offi.eius, & tamen seueriorem vltionem non infert.

Sed defensando ipsam, dato qđ hæc obstent, pendentia etiam ab infra dicendis loco suo, ut soluebã alias, solo hoc uerbo responderi posset, diffinitionem secundum nos esse bonam, si ut in pluribus saluari posit.l.suus quoq;.§. puto.ff.de hæ.insti.tradit in simili Areti.in l.i.in pe.col.ff.de testa.

Et probatur apertius, quia in diffinitione testamenti dicitur quod est iusta sententia, idest solemnis, & tamen est dare testamentum minus solemne, si fiat inter liberos authen. hoc inter liberos.C. de testa. uel si fiat à milite, existente in castris.l.milites.C. de mili. testa. Item dicitur adhuc ibi, cum hæredis institutione, & tamen plerunq; etiam in codicillis instituitur hæres à milite, non à pagano, quia tunc hæreditas nec dari, nec adimi ab eo potest l.2.C. de codi.l. militis codicillis.ff. de mili. testa. & plus quod hæreditas dari etiam potest in codicillis adhuc, ueniẽtibus ab intestato, ad tollendum primũ testamentum.l. hac consultissima §. fi. & ibi Bar.C.de testa.

Ad idem dicitur alibi in rub.sol.ma. in diffinitione dotis pariter, quod datur ad onera matrimonii sustinẽda, & bene l.p onerib.C.de iu.do.& tamen pacisci potest maritus, ut mulier, se ipsam alat l.4.ff.de pac.dota.l.si quis uxore, in fi.

ff. de do. int. ui. & uxo. l. fi. in prin. ff. de excep. do.

Et alibi deniq; in. l. i. supra de iusti. et iu. quod ius est ars boni & æqui, cum tamen bonum plerunq; sit, & non æquũ uel è contra, æquum, sed non bonum exemplum primi in usucapione, in qua hoc ipsum quod bonum est consideratur, ne dominia sint semper incerta, non tamen æquum, quia cum alterius iactura locuples fit, qui usucapit. l. nam hoc natura. ff. de condic. inde.

Secundi uero, quod uxore contradicente, rerum paraphernalium maritus administrationem nõ habeat. l. hac lege. C. de pac. con. nam hoc ipsum æquum est, quia dote contentus esse debet, qua (ut diximus supra) onera matrimonii sustineat, absq; eo etiam quod paraphernalia bona administret, sed non tamen bonum est, quoniam sicuti uxor se ipsam marito commisit, ita pari arbitrio pati debuit, etiam bona prædicta ab eo gubernari, ut ibi, & ut latius in. d. l. i. sed modo ad propositum ut in pluribus uerificari potest diffinitio Iaco. de Are. & maxime cum dicamus, quod merum imperium est habere gladii potestatem ad animaduertendum in homines facinorosos, ut hic uel specialiter respondendo, omnia tollas hoc solo, quod licet in. d. casibus non comprehendatur, neq; contineant seueriorem ultionem actu, continent tamen, & comprehenditur potentia, ac aptitudine, ita ut diffinitio non possit dici, nisi bona, ut hic per Docto. & not. insti. de re. di. in princ. & in. l. si donaturus. ff. de condic. ob cau. & in. c. maiores, de baptis. conducitq; ad hoc dicta infra & not. in. l. illicitas, in. §. qui uniuersas. ff. de offi. præsi. quod præses prouinciæ habet merum imp. aliquo casu in potentia tantum, & non in actu, quo ad deportationem in insulam communiter tamen reprobatur.

Et aliam hac de re tradit statim Bart. post Pet. de Bellaper. quod nihil aliud sit, quam iurisdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur, uel per accusationem publicam utilitatem respiciẽs principaliter, subinde declarando, ꝙ constet ex genere & differentiis, quodq; omnia comprehendat, ut per eum.

Adhuc non tuta, in primis, quia sentire uidetur, dum dicit, uel per accusationem, quod accusatio non expediatur officio iudicis nobili, & tamen paulo supra ipsemet Bar. tenet contrarium dum allegat text. insti. de pub. iu. in prin.

Immo plus etiam quod istud sentiat hic, & secundo & quod uerbum uel per accusationem, ut subiicit, expressum fuerit gratia dubitationis tollendæ non quod esset necessarium, etiam num male loqui uidetur, ex quo dicendum est potius quod expediatur officio iudicis mercenario. l. iudex posteaquam, & ibi Barto. met. ff. de re iudi. & probatur, q̃a officium iudicis mercenarium, est illud, quod alteri famulatur, ad nobilis differentiam, ut dictum est in. l. i. supra eod. sed accusatio est in consideratione hic, cui famulatur, ergo, & quia accusatio ita se habet in criminali causa, ut actio in ciuili. l. qui accusare. C. de eden. quomodo etiam Bald. arguit in. l. & si seuerior, in prima colum. in fi. C. ex quib. cau. infa. ir. estq; ius accusandi primo casu, ut secundo actio ius prosequendi, nec in criminali experitur quis sine iure accusandi, sicuti nec in ciuili absq; actione, ut insti. de ac. in pri. & in. l. si pupilli, in. §. uideamus. ff. de nego. gest. & declarat idem Bar. in cons. c. incip. à domino Cyno, in 2. colu. uerum actioni in ciuili famulatur, ergo, & in criminali accusationi, & sic mercenarium erit. Considerando etiam quod in delictis, uel nominata fuerint ut homicidium, aut furtum, uel innominata, ut si gladium è manibus tuis excepissem, teq; uulnerassem, uel album in edicto prætoris corrupissem, iuxta not. p̃ Bar. i. l. senatus, in. i. & 2. col. ff. de accu. & Ias. in. l. si familia, in prima

ut

ma infra eo.nascuntur obligationes, ut insti.de ob.quæ ex de.nascun. officium autem iudicis nobile, nullā præsuppo-nit obligationem .l. qui per collusionē ff.de ac.emp.ergo omnimodo mercena rium,& ad delicti propositum nota, ꝙ hoc idem genus generalissimum est,cri men autem subalternum, ut in.l.i.iuncta glo.C.si aduer.de.

Tertio, quia absoluere reum à pœna,merii imperii est,maioribusq; magistratibus in speciale priuilegium reseruatum.l.solent.ff.de offi.procon.l.fi.C. ubi se.uel cla. & tamen hoc ipsum priuatam utilitatem respicere uidetur, & eodem mō argui potest, si pariter mulcta à præside ex causa remittatur,quod meri imperii sit, & quòd nihilominus istud utilitatem priuatam,potiusquàm publicam respiciat .l. illicitas .§. fi.ff.de offi.præsi.quem tex.dicit not.Bald.in.c. at si clerici,in prin.in 4.col.de iudi.

Quarto,ut proxime dicebamus,condere legem,est meri imperii.l.i.ff.de cō-sti.prin.& tamen non semper lex vtilitatem publicā continet.l.diuæ,& ibi Bar. C.de decu.lib.x.l.fi.C.de legi. l.i.§. huius studii.ff.de iusti. & iu.ubi ius in publicum & priuatum diuiditur publicū, consistit in sacris,sacerdotibus, & magistratibus,priuatum, in præceptis naturalibus,gentium,& ciuilibus.

Quinto & ultimo,quia est dare casū etiam,in quo aliquid agatur,siue expediatur,officio iudicis nobili,ad publicā utilitatem, nec tamen sit meri imperii, puta si administratores ciuitatis petant resti.ī integ.vel se mitti in bo.po. ex primo decreto.l.iubere cauere infra eo.l.ea quæ.ff.ad municipa.

Sed primum fallaciam habet,cū (ut iam dictum est)id expresserit Pet. tollēdæ dubitationis gratia, adde simile per Bar.met,in rub.sol.ma.num.12.dum declarat,an glo.expositio fuerit necessaria dicentis.petatur,idest repetatur,& uidetur bo.tex.in.l.iam hoc iure in fi.ibi,vel certe euitandæ.q.gratia.ff.de uul.& pu. sub.imo ꝙ idē Bar.in.l.liberationem,in .§.i.in pri.ff.de lib.le.dicit adhuc, ꝙ hac de re plerunq; admittitur superfluitas.

Non ob.igitur secundum, quia non est uerum,& cōiter tenetur contrarium opi.Bar.reprobata,in.d.l.iudex posteaq̄. ēt quod accusatio se habeat in criminalibus,quemadmodū actio in ciuilibus, ut utroq; casu absoluatur reus, uel condemnetur, sed non ꝙ eidem famuletur officium iudicis, ut insti.de pub. iu. in prin.l.ita uulneratus .ff. ad legem aqui. c.ut fame, de sen. exco. & ut latius dixi ēt in aliis lectu.nec officit qđ in delictis obligationes nascantur,quia uerum est non ut tollat officium iudicis, nobile non esse,sed ut hoc ipsum cōfirmet potius, doceatq; nil aliud esse quam nobile,ex quo oriuntur ad pœnam,uindicādæ reipub.causa,quia qui delinquit,seruus ē delicti,& amat pœnam, & anima quæ peccauerit moritur, nec est obligatio proprie,prout diffinitur,inst. de ob. in prin.sed quasi obligatio quædam, q̄ ex nāli æquitate oritur, ut inobediens puniatur,& legi satisfaciat, quoniam ei non obediuit præuaricando.c.factæ aūt 4.d.§.iuris præcepta insti.de iu.na.&tradit Bar.in.l.fi.ff.de iniur.

Non ob.tertium quia id, utilitatem priuatam secundario respicit, non principaliter,ex quo non fuit repertus culpabilis,longeq; melius est, nocentem absoluere, quam innocentem condemnare.l.absentem .ff.de pen.tradit Bar. & Ang.in.l.si in rixa.ff.ad legē Cor.de sica.unde pœna legis Corneliæ de sica.tenebantur, qui in accusatione innocētis coissent .l. 2.ff. de concussio. & senatus con.cohercebantur.l.i.ff.ad legem Cor. de fal.

Non ob.quartum quia nec id negandum est,quod non semper scilicet utilitatem publicam contineat,sed nihil facit,quoniam continere dicitur,in quantum lex .c. erit autem lex 4. dis. l. leges C.de legi.l.i.& 2.ff.eo. probo per simile quia lex in quantum lex semper est certa,& si dicamus tamen quod dubitationem habeat.l. quod labeo .ff. de carbo. edic.l.non dubium,&ibi Cy.C.de legi. l.quæris.ff.de nata.resti.

Non ob. quintum & ultimum quia ut dicebam alias, negandum est, ex quo potius id priuatam quodammodo utilitatem respicere uidetur, & nouissime addo simile, quia in quibusdam etiam ciuitas utitur iure priuati, & priuato æquiparatur, patet, quia bona quæ habet, non tamen ad usum publicum, priuata sunt, & uendi possunt, alias non l. sed & celsus. ff. de contrahen. emp. l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut clam. l. apud iulianum. §. fi. ff. de lega. i. declarat Bar. in. l. 2. in prin. ff. ne quid in lo. pu. & ad longum, ubi etiam exempla ponit, Cepo. in tracta. de serui. rusti. prædio. de ser. uiæ in 7. & 8. colum. uel saltem loco priuatorum bonorum habentur, ergo non respiciet publicam utilitatem simpliciter, & sic diffinitio sustineri potest communiter etiam approbata à Doct. & facit etiam bo. tex. in. l. nihil. ff. ad senatus con. mace. Vel dato, & non concesso quod prædicta obstent, dicas, ut proxime, ex alio saluari, quia ut in pluribus uerificari potest, quodq; id est satis. d. l. suus quoq; d. §. puto. ff. de hæ. insti.

Aut & tertio loco, vltra Bar. & Doct. aliam tradi posse quod merum imperium, nihil aliud sit, nisi potestas publica magistratus maioris, publicam etiã utilitatem respiciens.

Iudicio meo optimam, quia constabit sic ex genere & differentiis, conuertetur cum suo diffinito, & omnia comprehendet deniq;.

43 Quarto dubitatur, quibus iudicibus competat † merum imperium, & resoluitur dubitatio, ut per Bar. ex cuius dictis collige.

Et primo quod præsidentes (præmitte prius quod uniuersitas est nomen iuris, non personarum, patet quia excommunicari non potest, nec corporaliter puniri, sed si contra eam agatur criminaliter pro delicto, & condemnetur pœna capitali, commutatur in pecuniariam, ut in l. quid ergo, in. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & declarat Inno. in c. grauem, de sen. exco. & licet alibi dicatur, quòd est persona. l. mortuo. ff. de fideiu. id est uerum improprie, quoniam in quantum uniuersitas, anima caret. l. si municeps, & ibi Bald. ff. quod cuiusq; uni. no.) uniuersitati, facienti prouinciã habent merum imperium de iure communi l. illicitas. §. qui uniuersas. ff. de offi. p̃si. q. tex. clarus est, & negari non põt.

Intelligendus tamen secundum tempora antiqua, quibus omnes ciuitates suberant uni præsidi, & uni Metropolitano, qui non habebant nisi x. aut xi. ciuitates sub se. c. scitote 6. q. 3. & ipse Metropolitanus x. uel xi. Episcopos sub se pariter, tradit Abb. in c. pastoralis, in prin. de offi. or.

Et hoc quia hodie quælibet ciuitas, prouincia dici potest, si tamen distinctum habeat territorium, secundum gl. in. l. fi. C. de præscrip. lon. temp. declarat Bar. in. l. i. C. de metro. berito. in 2. colu. lib. 10.

Alia est ꝓuincia etiam, usualis, siue uulgaris, quemadmodum homines intelligunt, & utuntur, & quemadmodũ de dictis tradunt scriben. in. c. curam, de elec. maxime Cardi. & in. c. nonnulli, in prin. in 5. q. de rescrip. exemplificando in Apulia, terra laboris, Gallia, Hispania, Germania, & similibus, prout exemplificant Doct. in locis præallega.

Et nota, quod ad effectum de quo in d. l. fi. de prouincia intelligemus, ut hodie, quod gl. ibidem tenet & bene. Quo uero ad effectum d. c. coram, de usuali, non probandum tamen, quia absentes commode uocari non possent, ideo iudicis arbitrio relinquendum est, & sentit hoc idem quoq; Abb. ibidem, in i. colum. & quo ad effectum, de quo hic, de prouincia, secundum antiqua tempora, & etiam de usuali intelligi potest, si præses adsit, de prouincia autem, ut hodie non ut infra statim.

Sed difficultatem moueo, in. d. §. qui uniuersas dicitur, quod præsides ꝓuinciarum ius gladii habent, statimq; exẽplificat, ipsos posse etiam in metallum damnare, exempla non restringunt dispositionem. §. hactenus, insti. de gradi. & deberent hac ratione posse etiam depor

portare in insulam, & tamen non possunt. l. i. §. deportatos. ff. de lega. 3. cur ergo sic.

Et maxime cum pœnæ huiusmodi æquiparētur. l. 2. ff. de pœ. l. 2. ff. de pub. iudi. dictumq; fuit supra in glo. potestatem.

Considerādo ad idem, quod nec potest dare facultatem reo eligendi sibi pœnam, quod tamē potest Princeps. l. aut damnum. §. proinde. ff. de pœn.

Sol. ad primum dici potest, quod immo restringunt hic, ex quo non potest habere locum, nisi in exemplificato.

Simileq; est in. l. 2. ff. de libe. & posth. ubi exheredatio, quæ non potest uerificari, nisi in uno filio, ualet, & de eo facta intelligitur, non autem si plures sint filii.

Et in. l. si optio. id ad unum &c. ff. de op. le. vbi genus restrictum ad vnam speciem, species est.

Et ita per istum tex. dixit etiam Bald. in authen. hoc inter liberos, in. i. col. C. de testa.

Et patet, quia insulas habent soli prīcipes, quibus hoc idem reseruatum est, in signum supremæ potestatis. d. §. deportatos, adeo ut damnent in metallū, sed non deportent, & diximus in. l. i. de offi. eius, late.

Non ob. secundum quia æquiparantur, ut pœnæ omnes capitales dicantur sed non ut omnes ab omnibus imponantur, quasi imperio limitato ratione prædicta, & est argu. in. l. solemus in. §. latrunculator. ff. de iudi. & perpetuo obseruandum est Vlpia. in. d. §. qui uniuersas, hoc idem omisisse, ut pote notissimum iurisperitis, quia iam declarauerat in. d. §. deportatos.

Non ob. tertium & ultimum, quia esto quòd merum imperium habeant, & sint de maioribus magistratibus, attamen non sunt ita legibus soluti, ut prīceps. l. princeps. ff. de legi. l. digna uox C. eo. quo fit ut nec mirum sit, si princeps facultatem prædictam dat reo, eligendi sibi pœnam, præsides autem nō possint, argu. in. §. æquius, in authen. iusiu. quod præsta. ab his, & in. l. rē non nouam, C. de iudi. declarat Bal. in. l. & si seuerior, in prima colu. C. ex quib. cau. infa. irroga. & ideo, ut in simili dicit tex. in. l. i. in prin. supra de offic. eius, errant magistratus, hanc facultatem eidem cōcedentes, contra quos inuehit Albe. in d. l. aut damnum in. §. i. in prin. de pœn. & bene, & ideo quando uolunt reo aliqua de causa hoc idem concedere, debent rescribere principi, & exequi prout iubet, argumen. in. l. i. in. §. fi. ff. de quæstio.

Secundo collige, quod qui præest
44† uniuersitati facienti ciuitatem, nō habet de iure cōi merum imp. quæ ciuitas (ut diximus ꝑxime) si distinctū habeat territorium, hodie prouincia dici pōt. Et non ab re, quia defensores earum, non sunt de maioribus magistratibus, quibus solis hoc ipsum à lege concessum est. l. i. supra de offi. eius. & de mero ac mixto imperio intelligi debet, ut infra quemadmodum subiicit Bart. met, quasi dicat, eis modicam castigationem esse permissam, quæ tamen est meri imperii, & suo loco susius tractabimus.

Verum contra, de. l. i. §. cum urbem ff. de offi. præfe. vrb. ubi contrariū aperte dici uidetur in ꝑfecto urbis, qui hēt cognitionem criminum & delictorum, si in ea, & intra centesimum miliarium admissa sint, ergo non est uerum, quòd q̄ præest uniuersitati, facienti ciuitatem, absq; mero imp. esse dicatur.

Ad idem, Verona est ciuitas, ut alias omittamus, & tamen illi præsidentes olim habebant imperium, quid hodie, dicam infra & ad propositum est casus in extrauagan. de pa. constan. in prin.

Vltimo opponitur de. l. more, cum not. ibidem infra eo. ubi clare decisum est, multas fore ciuitates, quæ habent merum imperium, taliter ut non sit uera generaliter conclusio supra dicta.

Quibus idem met Bart. hic respondet breuiter, et dicit ad primum, id esse forte speciale in ciuitate Romana, pro quo facit in simili, quod habetur in authen. ut Ec. Ro. gau. præscrip. cen. anno.

&

& in.l.cum qui uectigal. ff. de uerb. si.

Adde tu, solidius dici posse, id ipsum fore potius, quia præfectus vrbis erat de maioribus magistratibus, quibus in speciale priuilegium erat à lege cõcessum, ut omnia omnino crimina cognosceret seu de omnibus criminibus commissis intra urbem, & extra, intra Italiam tamen, usq; ad centesimum (ut diximus) miliarium, & tactum aliquid fuit etiam in.l.i.supra de offi.eius.

Et hoc potissimum, quia non in eo se fundare uidetur Iuriscon. sed in hoc, quod personæ, & dignitatis ratione, hoc ipsum ius sibi uendicasset, nec dubito.

Ad secundum etiam respondet Bar. id esse ex concessione facta per principem, & bene, deciditurq; per tex.in.l.i. supra de offi.eius, ibi, uel principum cõstitutione. Ideo de eius potestate disputare, dubitando, an potuerit facere nec ne, non est ad propositum.l.2.C. de cri. sacri.

Vltimo respondeo ad tertium non esse uerum, ut diximus, de iure communi, sed forte de consuetudine, uel si merum imperium præscriptum sit, maxime tanto tempore, cuius initii memoria non extet in contrarium .l. hoc iure .§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æsti. c.super quibusdam.§.præterea, de uerb. si.& ut latius diximus alias in aliis lect. & per Docto.hic.

Et nouissime ad dictum de consuetudine, adde quod facit licitum, quod alias non liceret .§.quia uero, iuncta gl. in authen.de desen.ci.

Et hinc dicimus quod est altera natura, patet, quia est sæpe .l.de quibus.ff.de legi.natura semper, sæpe & semper conuertuntur, ergo, & quod ex frequentatis actibus fit habitus.

Et ad idem, quod quæ impossibilia sunt & reseruata principi, consuetudine efficiuntur possibilia, & de non reseruatis.l.apud iulianum.§.fi.ff.de lega. i.l. qui cum maior.§.i.ff.de bo.li. not. in .c. quod translationem, de offi.ord.

Et hoc est quòd dicebat Bal.in.c.i.in §.præterea ducatus, in i.colum. de prohi.feu.alie.per Fede.quod nullum ē ius mere positiuum, quod consuetudine mutari non possit.

Et bene, quia non differt à lege, nisi ut tacitum & expressum.l.de quibus.ff. de legi.sicuti nec ab ea statutum, nisi ut plus & minus.l.omnes populi.ff. de iusti.& iu.

Quam etiam inducunt, diuturnitas temporis, & actuum frequentia.l.i.C.de legi.l.quod non ratione.l.de quibus, & ibi Bar.in 4.col.ff.eo.

Et ad dictum de præscriptione, Adde quod ea occiditur libertas, occiditur dominium, & sic iurisdictio.l.qui furere ff. de sta. ho. & deniq; omnia cum præscribuntur, si præscriptibilia sunt, maxime tanto tempore ut supra secundum Bar.in.l.si ædes, in.§.i.ff. de serui. urba. prædio.

Vel dic intelligi posse, hoc dictum vltimo loco Bar.ad d.3.arg. in consuetudinē tantum præscripta tanto tempore, ut supra.

Tertio collige, quod qui præest uniuersitati facienti castrum, uel munici-
45 pium, nullam habet iurisdictionē† cum declaratione tamen, secundum Bar.si ciuitati subsit, & iura allega. per eum clara sunt, quæ non induco.

Adde tamen, dum scriben. dicunt, bene facere in ratione sui text.in.l.sic eueniet.ff.ad legem iu.de adul. quem citat etiam Bart.in.l.patre furioso, in fi.ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. similem in.l.fi.C.de legi. tu. ubi qui tutela indiget non potest esse alterius tutor, & in l.filium habeo, in fi.ff. ad macedo. & in l. filiusfa. ff. de acqui. hær. facilis inductionis.

Et conuenit ex alio, quia si subest ciuitati, membrum illius est, membra autem à capite non recedunt .c. cum non liceat, de præscrip.c.i.12.d.

Et quia magis dignum, trahit ad se minus.c.quod in dubiis, de consecra.eccl.uel al.ergo nec mirum, si nullam habet iurisdictionem, loquor semper de iure communi, quia ex principis concessione, posset habere, & aliter ac latius

ut

ut diximus in alias aliis lecturis, sed dubito nam loquimur nos de mero imperio, & Bar. hic de iurisdictione, & in seq. membro, quo modo igitur de uno ad aliud inferri potest .l. pap. exuli. ff. de mino.

Pro sol. dic, nil aliud innuere uoluisse, nisi istud, si nullam hēt iurisdictionem, ꝙ non habet cōsequenter merum imp. uel multominus. l. relegatorum .§. constitutum. ff. de interdic. & rele.

In cæteris etiam bene loquitur, nec est, insistendum, dum tamē dicit, ꝙ in casu .l. fi. C. de iu. o. iudi. non habent iurisdictionem præsidētes uniuersitati de qua ibi, aduerte, quia solet allegari text. ille adhoc, quod grauissima culpa est suum iudicem recusare, & uelle coram alio litigare, quod ēt expresse innuit tex. & in ducit in not. q. Ancha. in consi. 410. incip. ponderata, in .i. colum. ergo iurisdictionē habebant, quia alias nec iudex ibi esset, nec in eum caderet recusatio. l. apertissimi. C. de iudi. Sol. dic quod habent, ut ibi not. & in .l. omnes populi, ubi Bar. met, nu. 6. ff. de iusti. & iu. in pertinentibus ad suam negociationem, nō prout hic, & prout est potestas de iure publico introducta, cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuendæ .l. i. supra eo. & dictum est in discursu sæpe.

Et ad aliud dictum de Doctore, qđ hoc ipsum in eo fallat, licet de facto nō seruetur, adde quòd hac ratione doctoratus est dignitas, & maxime si legerit per annos xx. quia tunc etiam est illustris & comes sacri palatii, & clarissimus adeo ut apostate, iudæi, & similes, hac dignitate frui non possint, secundum Bar. in. l. i. nu. x. C. de no. Co. fa. & de materia etiam ī. c. quanto extra de magist. & prædicta omnia, ne inanis disputatio uideatur, iuxta text. in .l. i. in .§. dixerit aliquis. ff. de publica. ad effectum de quo infra statim, & hæc omnia ferè repetit Bar. etiam in. l. i. ff. de dam. insec.

Posses etiam ad illud addere, quod de facto non seruatur, dictum in Doctore simile, quòd licet de iure uerum sit quod in atrocioribus affectus puni-tur, licet non sequatur effectus. l. si quis non dicam rapere. C. de ep. & cle. non tamē seruatur de facto. l. i. §. fi. & ibi Alex. in fi. ff. quod quisq; iu. & in simili per Bar. in. l. sepulchri. ff. de sep. uio. qđ non remittitur delinquens ad locum delicti & si de iure fieri debeat.

Quinto dubitatur, quæ sint exēpla meri imp. ut sciamus an possit delegari & multa ēt dicit, ex cuius dictis collige.

Et primo, quòd unum omnium est maximum† consistens in constitutione
16 legis generalis, & non ab re maximum quia cōe præceptum est uirorum prudentum, inuentio quædam & donum Dei, ac regula iustorum, & iniustorum, promulgata motu diuino .l. i. & 2. ff. de legi. l. fi. C. de præscrip. lon. temp.

Quam solus Princeps, Senatus, & Præfectus prætorio condit de Principe habetur in. l. i. in. §. i. ff. de consti. prin. de senatu, in. l. non ambigitur. ff. de legi. de præfec. præto. in. l. normam, alias formam. C. de offi. præfec. præto.

Quæ dicta non uidentur esse sine dubitatione, nam quod imò solus Prīceps condat legem, & nullus alius, est casus in. l. fi. C. de legi. & solus à solum dicitur, quod oscorum lingua, totum significat, quia qui unus est, ut Princeps, totus est, & solus uel unus, ex omnibus seu inter omnes.

Immo & secundo, quod nec solus cōdit, sed cum suis proceribus, probatur in. l. humanum. C. de legi.

Et est simile, quia etiam populus, antequam imperium esset translatum in principem, legem condebat, non solus, sed magistratu senatorio interrogante §. lex est, insti. de iu. natu.

Et plus tertio quod cum hodie Po. Ro. senatum non habeat, sed solum senatorem, non deberet posse condere legem, & tamen condit, secundum Cy. in l. fi. C. de peti. hæ. & sic in his repugnantia quædam esse uidetur.

Ad idem & quarto, quod de Præfecto prætorio etiam dixit, non uidetur procedere, cum ipse non generalem legem condat, sed particularem, seu loca lem

lè,et magistratibus municipalibus non denegatã.l.i.ff.qđ quisq; iu.d.l.formam

Et quia de po.Ro.proxime locuti sumus ultimo loco sciendum est quoq; quod hodie quælibet ciuitas hoc idem facit.l.omnes populi.ff.de iusti. & iu. alia pleraq; ad duci possent; sed quia diximus alias, parumq; dubitationis habent,non insisto nunc aliter.

Et ad arg.respondeo,ex quo tex. per Bar.allegati, cauillari non possunt.

Nam primum non ob. quia intelligitur ipsi soli licere,idest nulli alii soli, ut ibi glo.declarat, & in.d.l.nõ ambigitur & male,quia senatus in uno esse potest l.sicut.§.fi.ff.quod cuiusq; uni.no.&qa præfectus prætorio unus est, & tamen cõdunt legem, ut supra ideo melius est dicere quod non per hoc excludatur senatus,& præfectus prætorio, qui hanc potestatem habent à lege, sed alii inferiores,ut in.d.l.fi.not.& bene, & ibi dixi in collecta.late.

Non ob.secundum quia id de humanitate procedit,ut uerba sonant,& non de necessitate, in principe maxime superiorem non recognoscente,& in simili facit,quia humanum est etiam, quod uxor maritum alat absentem,matrimonio soluto ex causa,quo ad thorum.l.si cum dotem.§.si maritus.ff.sol. ma. & tamen non est necessarium,nec ad id compelli potest.l.si stipulata in fi.ubi glo. ff. de do.int.ui.& uxo. & probatur, quia si necessarium id esset,apposuisset in ea legislator uerba hæc, & si aliter fiat,factum non ualeat, ut est de mẽte Barto. in.l.omnes populi,num.31.ad fi.ff.de iusti. & iu. quæ tamen apposita non sunt ergo non est illa humanitas in necessariam iuris dispositionem translata, ut in.l.humanitatis.C.de excu.tu. & quomodo dicebat Barba.& ex hoc male,in casu d.l.humanũ, in tracta. de præstan. Car.in.2.q.primæ par.prin.in 5.col.omnino uidendus.

Non ob. tertium quia id etiam secũ rationem habet solum senatorem posse facere legem, quia in unoquoq; remanet(vt proxime dicebam)ius uniuersitatis.d.l.sicut.l. plane.ff. quod cuiusq; uni.no.

Non ob. quartum quia immo generalis est,& ualet,dummodo non sit contraria legi principis,& æquum est, nec eiusdem.l.normam,alias formam, uerba possunt cauillari.

Non ob.quintum & ultimum, quia sepositis aliis respõsionibus dici potest id uerum esse,sed non tamen ut uim legis habeat,nisi à principe confirmetur, & perinde sit,ac si à prĩcipe facta fuisset .l.i.§.oĩa.C.de uete.iu.enu.& tẽpus confirmationis inspiciatur, & non dispositionis primariæ,secundum Bal.dicentẽ utile etiam esse ad confirmationes papales,in.l.legata inutiliter,in 2.col.ff.de leg.i.& fusius vt in.d.l.omnes populi.ff. de iusti.& iu.& in.d.l.fi.C.de legi.

Et ad præfecti prætorio propositum nota,quod in aliis etiam est priuilegiatus,ut princeps, quia ab eius sententia non appellatur.l.1.C. de sen. præfecto. præto.sicuti nec à sententia principis.l. i.ff.à quib.ap.non li.

Et quia uterq; bona confiscat.l.i. C. ne si.iu.prin.& ibi.Salice.in fi.

Et quia tam hic, quam ille, restituit aduersus suam sententiam .l. in causæ, in fi.l.præfecti etiam prætorio.ff. de mino.tradit glo. in.d.l.i. C. de sen. prefecti præto.

Et summã potestatem habuisse, ultra dicta alias in aliis lectu. indicat Traiani exemplum,dum præfectum prætorio ense cingeret,sic dicentis.

Hunc ensem, si iuste imperauero, pro me,utaris,sin minus, contra me.

Et est utilitas disputationis,quia idẽ esset dicendum in his,qui præfecto prætorio hodie æquiparantur,in gradu illustrium cõnumerandis,ut Cardinalibus & similibus, de quibus in.l.i. & ibi diximus,in prin.supra de offi.eius.

Secundo collige,quod ẽ etiam aliud secundo loco,maius† quod(ut sæpe di-
47 ximus)est habere gladii potestatem, ad animaduertendum in homines facinorosos,uel adimatur uita naturalis in totum,aut pro parte,uel etiam ciuilis, si

per

perdatur libertas, cum in metallum qs damnatur, & bene, dictumq; est supra satis.

Nouissime tamen aduerte, quia duo hæc dicta, non uidentur uera, non primum qnia abscisio membri & uitæ adẽ ptio æquiparantur, ex quo primo casu quis testamẽtum facere potest l. qui manus. ff. de testa. secundo aũt non, si pæna capitali quis est condemnatus. l. eius q. §. i. ff. eo, non secundũ quia libertate nihil maius dici põt. Vnde atrocitate sententiæ etiã maxima capitis diminutio appellatur, ut insti. de capi. di. in §. maxima. & id eo debuit potius hoc idem poni in exemplo imperii meri maximi, q̃ maioris.

Pro sol. breuiter, ad i. dici potest, id non tollere æquiparationẽ hic factam, quoniam tex. in. d. l. qui manus, loquitur nõ de eo, cui in pœnam manus abscisa sit, sed qui corpore imperfectus est, nec aptus ad scribendum, ꝙ maxime requiri videbatur. l. iubemus. C. de testa. & forte dubitabatur alibi hac de re, an eunuchus haberet testamenti factionem, & deciditur quod non, in. l. eunuchis. C. q. testa. fa. po. & ibi Bar. signanter per text. in. d. l. qui manus, & faciunt not. in rub. an mu. uel ali. imper. in usib. feu. & probatur efficaciter, quia de scriptura tantũ ibi erat dubitatio, ut uerba illa innuunt Quis scribere non possit, ergo oĩ alio casu præsumetur habilitas, ꝙ habuerit in cæteris testamenti factionem actiuam. l. qui testamento. ff. de testa. c. i. de æta. & quali. in 6. sed ꝙ immo etiam capitali crimine damnatus, testamenti factionẽ habeat, probari uidetur in. l. qui à latronibus, in. §. fi. & in. l. si quis post. ff. de testa. Sol. habet utroq; casu, quia appellauerat, & ipsum testamentũ fecerat pendẽte appellatione, indeq; mortuus est, & quia post institutã accusationẽ indẽnatus defunctus est.

Ad 2. uero, quòd maxima capitis diminutio dicitur, respectu mediæ, & minimæ, de quibus in. d. titu. sed non ut maximi imperii exemplũ uideatur, ex quo habere gladii potestatem, respectu pœnæ capitalis intelligitur, pœna aũt capitalis est triplex. l. 2. ff. de pæn. & dictum est supra, & inter alias hæc quando amittitur libertas, ergo.

Et huiusce gradus etiam est, uel exẽplum simile supra dictis, missio in carcerem, si fiat ad pœnã, ut carceratus ibi perpetuo maneat, q̃ per ius canonicum infligi solet.

Et bene quoniam inquit Barto. æquiparatur damnato in metallum perditq; pariter libertatem.

Et ad pænam dixi, quia carcer inuentus est ad custodiã potius de iure ciuili, ut hic per eum, & latius Inno. in. c. qualiter, & quando, de accu. & dixi in aliis lectu.

Quæ duo dicta etiam hoc casu non uidentur esse absq; dubitatione, nã primum ꝙ iure canonico, damnetur qs ad perpetuas carceres, non põt esse nisi ea rõne, quia concilio toletano, sententia sanguinis ꝓhibita est clericis. c. clericis c. sententiã sanguinis, ne clc. uel mo. in tantũ ut nec legatus de latere, quibus commissa sit generalis administratio ꝓuinciæ à papa possit hoc idem facere, ut tradunt scriben. in. c. fi. eo. ti. in 6. & tamẽ hoc idem falsũ ẽ, quia clericus falsarius literarum apostolicarum traditus curiæ seculari, ultimo afficitur supplicio, secũdum Abb. in. c. ad falsariorum, in 2. col. de cri. fal. uel si aliis criminibus irretitus & factus incorrigibilis, deuenerit in profundum malorum. c. cum non ab homine, de iudi. Rursus secundum ẽt hẽt dubitationem, quod ius canonicũ solũ, ꝑlatiq; ecclesiastici, hanc pœnam infligant supra dicta ratione, ex quo contrarium disponitur in. l. incredibile. C. de poen. Et primus Ancus Martius, carceres media in urbe instituit ad terrorẽ crescentis audaciæ, inq; latumiis, de quibus in. l. succurritur. ff. ex quib. cau. maio. à Tarquino superbo inuentis, Sabinus, ætolornmq; principes tres & quadraginta damnati, & facit etiam text. in l. i. in. §. fi. ff. de alea.

Solue, ut dixi alias primum permitti indirecte, nõ directe & principaliter, & ẽ si-

simile per glo. in clem. i. in .§. cæterum, de usu. & ĩ c. post miserabilem, eo. ti. in antiq. ubi iudæus censura ecclesiastica directe coherceri nõ põt, indirecte aũt sic, dixiq; ego late in l. i. C. de eden. Secundum uero speciali iure in seruo procedere, & uix inquit ibi tex. ergo nõ in libero. l. seruus. C. eo. l. mandatis. ff. de pœn. præterquam in casu d. §. fi. declarat Bar. in tracta. Carce. col. 2. imo quod etiam de iure canonico carcer pænitentiæ non pænæ dicitur ut per Ange. in. l. miles in. §. ædictum. ff. de mi. testa. Cætera responsionem secum habent, ea non ad pœnam facta fuisse, idcirco transeo, uel si ad pœnam facta fuerunt, de iure fieri non poterant. l. aut damnum. §. solent. ff. de pœn.

Tertio collige, magnum etiam esse imperium merum, cum tantum ciuitas amittitur† quod ex deportatione in in-
48 sulam contingit, & iura ad idem allega. per Bar. probant aperte.

Ad quod tamẽ est aduertendum, q̨ a probant deportatum (vt dixi) ciuitatem tantum amittere, sed non quod deportatio sit de mero imperio magno.

Et propterea uideretur dicẽdum potius, quod esset de imperio maiori, quoniam capitalis pœna ẽ, quæ ultimo supplicio æquiparatur, & damnationi in metallum, ut in. d. iuribus, & in gl. potestatem, & pœnæ istæ sunt de mero imperio maiori, ut diximus proxime, ergo & ista. l. si quis seruo. C. de fur.

Considerando quoq; ut dicebam alias, quod deportatus habetur pro mortuo. l. i. §. fi. ff. de bo. po. contra tab. & sic ciuiliter, ꝙq; ciuilis mors & nãlis æq̨parãtur, ut adhuc ꝓxime fuit dictũ, ergo.

Et hinc est, ꝙ ei actio per magistratũ erepta est, & processus cum eo agitatus nullus, & nulla inde ẽt sententia, si pro eo feratur, sicuti si lata esset ꝓ hæretico l. si constãte. §. fi. ff. sol. ma. l. sed & si ꝓ p̃torem. §. actio. ff. ex quib. cau. ma. tradit Bal. in. l. cum mulier, in 7. col. ff. sol. ma.

Quodq; tutela testamentaria finitur ꝑ mortem nãlem, uel ciuilẽ, & ipso iure deuenitur ad legitimam, imò ꝙ utroq; mõ tutor desinit esse in rerum natura, adeo ut nec tutela, nec aliq̨d aliud fundetur in persona, q̃ non extat. l. si tutor. §. i. ff. de tute. & ra. dis. argu. in. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pe. tradit idem Bal. in. l. si quis sub conditione in 2. col. ff. de testa. tute.

Et quod deniq; ille qui decedit cum filio deportato in insulam, dicitur decedere sine hærede. l. Deo nobis, & ibi idẽ Bal. in 4. col. C. de ep. & cle. clarius Pau. de Ca. ĩ. l. ex facto, ĩ. §. i. in pri. ff. ad Treb.

Pro sol. breuiter dici põt, responderi ꝙ q̃uis. d. iura non exprimant, deportationẽ esse de imperio magno, dẽt tamẽ non aliter intelligi, ex quo negari non põt, ꝙ non sit plus amittere libertatem, & ciuitatẽ, q̃ ciuitatem tantũ, ergo congruit ut de mero imp. magno esse dicatur, sicuti dãnatio in metallũ de maiori.

Non officit ꝙ capitalis pœna sit, & vltimo supplicio æquiparata, ac damnationi in metallum, quia & istud quoq; uerum est, ut capitalis dicatur, & meri imp. sed diuersimode, quoniam etiã cohercio modica meri imp. est, & tamen non est nec maioris, nec magni, ut infra

Et multo minus qđ deportatus habeatur pro mortuo, & cætera ad idem tendentia protinus cessabunt, quia quo ad quid uerum est, non generaliter, ex quo testamenti factionem non habet incapax est, & ad successionem non admittitur. l. quidam. ff. de pœ. ergo non quo ad effectum, de quo disputatur, ut de maiori imperio esse dicatur.

Vel dic quod licet ꝓ mortuo habeatur, non tamen uere mortuus est. l. si maritus. §. legis iuliæ, & ibi Barto. ff. ad legem iu. de adul. l. non distinguemus, §. cum quidam. ff. de arbi. c. cũ haberet de eo qui. du. in ma. quam po. per adul.

Vel & melius, quod mors naturalis, & ciuilis, æquiparantur in casibus à iure expressis. c. susceptum, & ibi not. de rescrip. ꝙq; (ut diximus) æquiparantur, ut pænæ capitales dicantur, sed nõ ut non sit una altera maior quantitate, & qualitate.

Scien-

Sciendũ est tamen ad deportationis propositum, si filius à patre rogatus sit, cum morietur, filiis suis restituere hæreditatem, uel cui ex ipsis uoluerit, & mortuo patre deportetur in insulam, anteq̃ eligat, quod electionem nõ perdit, ꝗq; ante mortem naturalem, compelli non potest ad eligendum, cui ex ipsis hæreditatem restituat, casus est not.in.l. cum pater, in.§. hæreditatem.ff.de lega.2. qđ ad commissarios inferri etiam potest, ut ibi per Albe. quod nec ipsi perdant officium sibi à testatore iniunctum, quamuis in exiliũ mittantur, & sæpe cõtingit.

Item sciendum est secus fore in damnato in metallum, ut not. Alexan.in.l. ex facto in.§. si quis rogatus, in prin. ff. ad treb.& duo hæc ualde differre, quanuis utraq; pœna, capitalis dicatur.

Sed ad propositum deportati adhuc & d.§. hæreditatem, quæro, quare electionem non perdit† & quare compelli
49 non potest ad restitutionem fideicommissi electione facta, cum ipse, dictorũ bonorum incapax sit.d.l. quidam .ff. de pœn. nec uoluntas testatoris possit stare in suspenso.l.fi.ff.communia prædio.

Responde, electionem non perdere, quia sub conditione mortis naturalis, fuit rogatus, non ciuilis.l.i.§.qui in perpetuum.ff.si ager uecti. uel emphy. peta.l.fi.C.de his qui ue.æta.impe.& ideo compelli non potest. Nec officit quod bonorum incapax sit, quia stabunt interim apud fiscum.l.statius florus.§. Cornelio.ff.de iu.fisci.& minus quod uolũtas testatoris stabit in suspenso, quia nõ est absonum, aut absurdum propter cõditionem.l.mutianæ & ibi Imo. in 3.colum.ff.de con.& de.vel dic, quod stat eo quia conditio est posita in arbitrio deportati filii, eligere debentis, & est iuridicum.d.l.fi.& ibi Alb.ff.communia p̃dio.& ut per Bar.latius in.l.usufructus, ff.de sti.ser.& hæc ultra dicta alias ĩ aliis lectu.

Quarto collige (de causis liberalibus non loquor (ut etiam inquit Bar.) quia officio iudicis mercenario expediuntur & suo loco oportunius dicetur) merum imp.ẽt paruum fore, quod in relegatio-
50 ne consistit† ut not.in.§.relegati, secundum Bart.insti.quib. mo. ius pa.po.sol. & tenuit glo.in.l.nulli.C.de sen.

Verum aduerte, quia in.d.locis bene dicitur quod est de mero imp.rationeq; Bar.suadetur, quia expeditur officio iudicis nobili, publicamq; utilitatem respicit, ut in diffinitionibus ẽt dictũ est supra sed non ꝗ sit de mero imp.paruo.

Vnde alia ratione potest suaderi secũdum eum, quia si esset imperii meri magni, non posset causa agitari per procuratorem, nec sentẽtia ferri in absentem, & tamen potest, legitime tamen alias citatum.l.pe.§.ad crimen .ff. de pub.iudi. l.absentem.ff.de pœn.& not.in.l. seruũ quoq; in.§.publice.ff.de procu. & unũ uerbum dictum est supra.

Quæ tuta non uidetur, nam considerandum est, quod cum iura prædicta intelligãtur in pœnis corporis afflictiuis, ut ibi not.Doct.& in.c.ueniens, de accusa.& sensit Iaco.but.in.l.hi qui sanctam C.de aposta.quem retulit & sequutus ẽ Bal.in.d.§.publice, in ult.col. locum nõ habebunt quoq; in causa deportationis ergo sicut causa deportationis est meri imperii magni ut supra ita erit & ista relegationis, alia leuia mittenda sunt, & quia etiam dixi in aliis lectu.

Igitur dico ego, à partibus sufficienter enumeratis, probari posse sic, nam meri imp.maximi esse nõ potest, quod planè oẽs admittent, & si quis diceret secus, fatuus putaretur ex supra dictis. Non etiam esse potest maioris, quia id est (ut diximus loco suo) habere gladii potestatem ad animaduertẽdum in homines facinorosos, in relegatione haud considerabile. Non ẽt magni, quia deportatus ciuitatem amittit bonorumq; incapax est, imò ꝗ nec propria retinet l.i.ff.de interdic.& rele.l.i.C.de hæ.insti. relegatus autem capax, bonaq; propria retinet, & patriæ tantum fines egredi iubetur, ergo necessariò dicemus, quod sit parui.l. patre furioso .ff. de his qui sunt sui, uel alie.iu.§.i.insti. de actio.

Est uerum, quod aliqui fuerunt, uo-

uolentes bannitos nostri temporis æquiparari deportatis, quod supra dicta ratione,& aliis de quibus in.d.§. relegati, non est uerum,& probatur nouissime, ut dixi etiam in.l.i.supra de offi.eius,& in discursu huius legis,quia deportatio reseruata est soli principi, relegatio autem communis est aliis l.i.§.deportatos ff.de lega.3.not.in.l.illicitas,in.§.uniuersas.ff.de offi.præsi.item deportato interdicitur totus orbis, excepta insula in qua est deportatus, Bannito autem, siue exuli,manere licet in toto orbe, excepto loco vnde in exilium missus est.l. 2. uer.ephesum exulantem.ff.de ori. iu. & ideo dicimus, quod sicuti imperium non recipit diuisionem .c. in apibus 7. q.i.pari modo deportatus non diuidit se,nec sectionem recipit,Bannitus autē in uno loco,non est bannitus in alio,& declarat fusius Bald.in.l.i.in 6. col.C.de hæ.insti.

Exemplificat ad propositum etiam Barto.in tortura, dum modo tortus ad pœnam tortus sit, non ad inuestigationem ueritatis, quia tunc officio iudicis mercenario expediri diceretur,nec esset meri imperii.l.si quid erit.ff. de offi. procon.§.si uero ignoti, in authen. de testi.

Quod ultimum,ut dicunt Docto.& bene,intellige in causa ciuili,quoniam aliàs secus,sed declaratio probabilis est nō necessaria,quandoquidem intelligi sic debeat secundum legem ab eo allegatā,in.d.§.si uero ignoti, in his terminis loquentem,iuxta eiusdem theoricā cōiter approbatam , in .l. non solum, in.§.si liberationis uerba.ff.de libe.lega. sed contra,quod immo in ciuilibus tortura locum non habeat,de.l.ex libero, &.l.diuus.§.fi.ff.de quæstio.ubi,in causis ciuilibus,liberi homines nō torquētur.solu. uidenda est ex not. per Barto. in d.l.ex libero.

Ad propositum igitur huiusce exēpli etiam aduertendum est,quia si corpus tortura acriter affligitur vt ipse met Bar.dicit,& non ab re,quoniam est dolor longe maior, quam utriusq; manus abscisio.§.quia uero, in authen.ut nulli iu.non est ratio,cur hoc ipsum in exemplo maioris meri imperii quoq; poni non debuerit.

Et hinc est,quod iudici imminet capitis pœna,si dolo malo, & sine causa, aliquem torqueat .l. decuriones, & ibi Bal.C.de quæstio.

Quòdq; infert damnum irreparabile,taliter ut à sententia interlocutoria iudicis appelletur,licèt nō sit regulare de iure ciuili.l.2.ff.de ap.reci.

Et quod deniq; eidem est æquiparata denegatio uictus secundum glo.in.l. item apud labeonem,in .§. quæstionis. ff. de iniur.sed allucinatur Accur. quoniam mala mansio, de qua ibi, non est denegatio uictus,sed dictum considerabile ī homine uincto,ut de eo quæstio habeatur,&ut etiam in .l. si hominem, in prin.ff.depo.&ibi eruditissimus Budeus declarat,&bene, tradit tamenBar. secutus Accur.errorem, in.l.i.in.§.diuus.2.ff.de quæstio.

Quæ omnia breuiter uera sunt, sed tamē quia à mutilatione membri differt realiter quamuis in tortura articuli omnes dissoluantur,ut dicitur in .d.§.quia uero tēpore tantum quo adhibetur, cōgruit ut gradu ēt differant,& mutilatio meri imperii maioris sit,hæc autem nō neq;magni, quia non est capitalis, sed parui,alia difficultatem facientia, non tango,tacta aliàs,&quia solu.secum afferunt.

Quinto collige, quod est etiam merum imperium minus quod in modica
51 cohercione cōsistit† nec habet dubium quia iura sunt clara in .l. magistratibus infra eo.&i.§.audient quoq: in authen. de defen.ci.& re uera(ut idem Bar.subiicit)nō potest ex hoc esse species separata per se, ut dicebat glo. & Iaco.de are. relati per eundem supra nu.4.uer. item quero & quia plus & minus nō faciunt rem differre specie l.fi.ff.de fun.instruc. nec secus merum imperium istud à simili,quā coitus, esse uidetur,qui comitialis morbus est,leuior,ut dicebat Hippocrates.

Adde igitur & ad propositum suade

ri,posse,quia si paruum est, cùm acriter corpus affligitur ut supra & in.l.si quid erit.ff.de offi.procõ.non potest hæc modica cohercio esse,nisi minus, siue exẽplum meri imperii minoris.

Et quia etiam leuis mulcta, est meri imperii minimi,ut infra nec istud aliter postea referemus, estq; casus clarus, in l.fi.C.de mo.mulcta.

Et quia in.d.l.magistratibus, cum iuriscon.loquatur de ultimo supplicio,& sic de mero imperio,postea dicat, modica autem castigatio &c. non aliud præsupponere uidetur, nisi quod sit meri imperii,nedum, ut dicebam alias i aliis lectu.ex natura aduersatiuæ,quæ aduersatur præcedentibus,secundum naturã eorum quibus aduersatur.l. mariti.§.fi. & ibi Bar.ff.ad legem iu. de adul. l. hoc amplius.§.de his autem.ff.de dam. inse. uerum etiam, quia una pars legis alteram declarat.l.uerum ff. de peti. hær. & modica castigatio indicat,cum non possit esse imperii maximi,non maioris,nõ magni,nõ parui, non minimi, quod sit minoris.

Sed contra utrunq; dictum facit, nã quo ad primum, si minoris imperii est modica cohercio hæc, magistratibus municipalibus quoq; cõpetere potest, quod expresse dicit etiam tex.in.d.l.magistratibus, & male quoniam quælibet causa criminalis, ẽt minima est, quacunq; pecunjaria maior.l. in seruorum ff. de pœn. magistratus autem municipalis limitatam iurisdictionem habet, usq; ad certam summam d. §. audient quoq; ergo nõ deberet posse etiam modice cohercere.

Et si, quo ad secundum magistratibus municipalibus cohercio modica cõcessa est,multo magis concedi deberet, leuium mulctarum impositio, quæ (ut diximus) de mero imperio minimo sũt authẽ.multo magis.C.de sacrosanc. ec. & uidetur probari in.l.i. ff. si quis iusdi. non ob,& nihilominus eas non imponunt.l.defensores.C.de desen.ci. ubi ad literam dicitur, defensores ciuitatum nullas mulctas infligere, nec seueriores qstiones exercere debere,nec secus iura per Bar.allega.probare uidentur,loquẽtia in magistratibus maioribus,maxime tex.in.l.fi.C.de mo.mulcta. & in.l.2. C. de spor.

Breuiter ad primum dici potest,non esse uerum generaliter,nec in omnibus personis.l.i.& ibi Bar.in fi.ff.de poen.ergo stant ista simul,quod iurisdictionem habeant limitatam, & quod etiam modice coherceant.d.§.audient quoq; .l.fi. supra de offi. eius, cuius difficultatem tactam hic per Bar.non disputo,quia dictum fuit supra quo modo intelligatur & quo modo ad euitandam superfluitatem,cõcordetur cum.d.l. magistratibus & ita transeunt Doct.à quibus non dissentio,quia ita soluit etiam & adhuc idem Bar.in.l.leuia,in 2.oppo.de accu. Tradunt etiam aliam sol.quod intelligitur quantum ad reum, non quantum ad iudicem, quam nec minus probamus,sed considera, quod in primam incidit,patet,quia si in personis uilibus d. l.locum non habet, quantum ad reum intelligitur, & non quantum ad iudicẽ necessario, & ideo ut dicebat idem Bar. eligit quis libentius pænam pecuniariã quam corporalem, quantumcunq: minimam,si non sit uilis, & deploratæ uitæ,in consi.101.incip.Girardus in fi.

Sed rursum instatur,quòd immo magistratus inferiores istud imperium merum minus non habeant, propter infamiam, quæ periculo uitæ æquiparatur l.iusta .ff.de ma.uin. Sol.facilis est,si dixerimus,quod d.l.iusta,procedit,quantum ad hoc, ut seruus ex causa, liberationem consequatur, non quod mors non sit quid maius infamia,& text. met aperit in primis uerbis,ibi,iuxta est causa manumisionis. Vel quod non infametur reus.l.ictus fustium.ff. de his qui not.infa.l.in seruorum .§. fi. ff. de poen. considerando quod infamia solum habet locum in casibus à iure expresis .l. i.ff.de his qui not.infa. & per Bar.in.d.l. ictus fustium,uel quod in uilibus personis,qui ut plurimum cohercentur,nulla infamia considerabilis sit,ut in simili

in.d.

in.d.§.fi.coniuncta theorica Bar.in.d.l.i.in.§.fi.ff.de pœ.& in.d.l.leuia de accu.

Non ob.igitur.2.quod.2.etiam respicit dictum redeundo unde discessimus quia.d.l.intelligitur, prout intelligit Albe.ibidem, post glo.in.d.l.i.si quis iusdi. non ob.& Azo in summa, de desen.ci. in fi.ut nullas graues mulctas infligat; mediocres uero, uel paruas sic, in leuioribus criminibus, cum eorum etiam cognitionem habeat .d.§. audient quoq; & est arg.in.l.fi.supra de offi.eius, & patet quia cum de seuerioribus quæstionibus loquatur, & leues excludat pari modo de grauibus mulctis locutus, non uidebitur uerisimiliter leues inclusisse, ex quo (ut etiam dicebam supra licet ad aliud) una pars legis alteram declarat.l. utrum.ff.de peti.hæ.nec officit uerbum nullas, quod negat uniuersaliter, quia non semper est uerum, nam dicitur alibi, legatum factum fuisse domus, cum his quæ in ea sunt, nullo excepto, & tamen pecunia debitorumq; nomina legato non continentur .l. si mihi meuia .§.fi.ff.de lega.3.& in simili in.l.i.in fi.C. qui pro sua iu. ibi, nullo causarum tractatu habito, quæ verba etiam huiusmodi sunt, & tamen intelliguntur in delegabilibus, non uniuersaliter, ut not. scriben.in.l.i.& ibi ego late nu. 205.in.i.lectu.ff.de offi.eius.

Et pro complemento, inquit Bar.disputationis utilitas est, quia aliqua ex his possunt delegari etiam sine causa, & absolute † aliqua non, nisi cum causa,
52 quod à dictis pendet latissime deductis in.d.l.i. 10 nec est breuitatis gratia nunc aliud dicendum.

MIXTVM.

Post merum imperium modo tractatu ipsius, ac longa disputatione absoluta, uidendum est consequenter de mixto, & hinc Bar.multa pariter expedit, procedendo, eodem ordine, quo in mero.

Et primo unde mixtum dictum sit,
53 † sicq; à Iuriscon.appellatum, & respõdetur ut per eum, cuius responsiones aliter non refero, quia dictum fuit supra satis.in not.

Aduerte tamen dum dicit, quod nõ semper est uerum, quod prohibeatur merum imperiũ demandari, quia quandoq; demandatur, si non sit maximum maius, magnum, uel paruum, ut paulo supra docuit, remisiueq: & uirtualiter ibidem retulimus nos, & responde, nõ officere, quod à mero imperio potius capiatur hoc, quod officio iudicis nobili expeditur, quam ab eo quod non demandetur, quia esto quod demandetur quandoq:, non tamen demandatur id, ad cuius differentiam, mixtum appellatur, quod est (ut ipse met Iuriscon. ait) habere gladii potestatem ad animaduertendum in homines facinorosos.

Aduerte ẽt, dum dicit, qđ quandoq: merum imperium consistit in commodo pecuniario, exemplificando in mulctis, & inferendo ut per eum, & in simili, modo quo supra quia non est uerum ex quo infliguntur ad publicam utilitatem, & est argum. in.l.3.iuncta glo.ff.de sepul. uio. & in.l.i. & ibi Barto. in fi. ff. de legi.

Aduerte ultimo, dum dicit, quod ẽt mixtum, quandoq: commodum pecuniarium non continet, ut in tutela, quæ intuitu personæ potissimum inuenta ẽ l.i.ff.de tute. quia si ad exemplum text. respectum habemus, dicentis, mixtum esse, quod in danda bo.po.consistit, nõ aliud quam pecuniarium commodum dicetur. Consideando etiam huiusmodi esse in tutela, cum personæ & rebus detur, ad differentiam curæ.l. in copulãdis.C.de nup.quod nec ipse Bart.negat & sic possunt saluari dicta supra in tex. uel coniungi omnia sic, quod mixtum dictum sit à mero & à iurisdictione, participatione horum duorum simpliciũ, à mero, ex quo officio iudicis nobili expeditur, nec potest delegari, sicuti nec regulariter merum, à iurisdictione uero, quia consistit in commodo pecuniario, priuatam utilitatem respiciente.

Secundo expedit Bar. diffinitionem
54 adhuc mixti † quæ ex proxime dictis ẽt

colligitur, quod sit iurisdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur, priuatam utilitatem respiciens, saluanda, si quid obiiciatur, ut in diffinitione meri diximus, & fuit Petri, optima quidem, cũq; ea transeunt omnes.

Sed moueo difficultatem, dicit tex. quod mixto imperio inest iurisdictio, et debet intelligi secundum Barto. hic in prin. ut genus suæ speciei. l. si quid earũ .§. inter emptum. ff. de lega. 3. ergo diffinitio mala, quia iurisdictio in ea stat tanquam genus, & idem per idem diffiniri uidetur, absurdissimum auditu. Cogita, & solu. quære, ex dictis in text. uel dic etiam nunc, quod hic in diffinitione stat tanquam genus, alias non esset diffinitio, & non in tex. inq: uerbis prædictis vbi de diffinitione non agitur, sed aliter potius, vt ex ea scilicet simplici, & mero imperio puro, mixtum componatur, subinde deducendo, ut proxime declarabam, & sic non erit idem per idem diffinitum.

Tertio expedit Bar. quot sint gradus mixti (quibus personis enim competat ex sequen. patebit, vt etiam ipse dicit) et concludit breuiter, quod sunt sex, sicuti in mero.

Et primo maximi † expediri non va-
55 lentis, nisi per solum principem.

Et est exemplum in uenia ætatis, ut subiicit, in arrogatione, in emancipatione infantis & in legitimatione per rescriptum, quæ omnia optime in iuribus, ab ipso allega. probantur.

56 Sed quoad primum dubito, id non esse in sola uenia ætatis cõsiderabile, quoniam etiam mutus, qui non habet testamenti factionem, habilitatur, si hoc idẽ à principe impetrarit. l. si mutus. ff. de testa. l. si quæramus, & ibi Bar. in fi. ff. eod. imo omnis, qui intestabilis fit. l. obsides. ff. de testa.

Et si mater, quæ pupillariter substituere filio nõ potest, quia eum in potestate nõ habet. §. fœminæ, insti. de adop. habilitata sit à principe pariter, lege nõ obstante poterit, ut in simili not. in. l. ex facto. ff. de uulga. & pu. sub.

Quæ etiam matrimonium contrahere prohibita intra annum luctus. l. liberorum. §. i. ff. de his q̃ no. infa. principis licentia admittitur. l. solet. ff. eo. l. decreto. C. ex quib. cau. infa. irro.

Pro solu. dic, uera hæc omnia esse, q̃ non propterea arguunt, quòd ueniam ætatis concedere, non sit mixti imperii sed confirmant potius, ex quo exempla supra dicta, non restringunt dispositionem, uulg. §. hactenus, insti. de gradi. l. legata inutiliter. ff. de adi. le. cũ similibus.

Quod ad secundum etiam mihi maxime mirum uidetur, quod authoritas maiorum magistratuum non sufficiat, quodq: ipsis hoc idem communicatum non sit, ut legis constitutio, in mero imperio, & præcipue cum præsumptionẽ habeant, non secus ac principes. l. i. ff. de offi. præfec. præto. l. ad inuidiam, & ibi Sali. C. quod met. cau. l. placet. C. de peda. iu. vnde & actualis in po. missio fit ab ipsis, ut à principe, propter scandalum l. iubere cauere, & ibi Ias. in 3. colũ. infra eo. & diximus alias in. l. i. supre eo. & in l. i. de offi. eius.

Sol. non aliud quam maximum dicitur, quia non est dare aliquid supra ipsũ gradum, neq; aliis communicabile est, & si de maioribus magistratibus ualde confidat lex, quia iure nõ reperitur cautum, ut in mero imperio, quo fit ut legi acquiescere debeamus omnino. c. ĩ istis 4. d. l. 2. C. de cri. sa. & est argu. in. l. non omnium. ff. de legi. & quia olim (author est lib. v. c. 19. Gelli.) cum fieret transitus in alienam familiam, maxime ab eo qui erat sui iuris, rogatione populi fiebat, populus omne imperium, & potestatẽ in principem transtulit. l. i. ff. de consti. prin. quod aliis communicatum in hoc non reperitur ut in constitutione legis. & forte non esset ponere os in cœlum, tenere quod etiam maiores magistratus maxime senatus & præfectus prætorio, possint authoritatem præbere arrogationi, licet non dixerit facta æquiparatione alibi, & ut supra in maximo mero imperio, tolle simile, de uno quoq; pars citari debet, inquit Iuriscon. in. l. de uno quoq;

quoq; ff.de re iudi.& tamen in.l.2.C.de sen.ex pe. re.de citatione nihil dicitur, & subintelligitur necessariò, qua ratione imperator id pro absoluto habens, non expressit,ita Bar. in .l. pretor,in .§. eritq; differentia,in.2. col. ff. ui bo.rap. considerando quoq;quod aliàs dixisset principis authoritate tantū, si sibi, hoc ipsum reseruatum esse, intelligere noluisset, quæ taxatiua tamen nec similes exclusisset personas,& satis rationabile uidetur, nihilominus pedem non figo &cum Bar.teneo,quia iura in seq.mem bro allega.hoc idem etiam innu unt,& ut latius infra.

Sed ad propositum,quid uolunt sibi Gellii uerba,in loco præallega.? non re lata alias à nobis in hoc quod arrogari quis non potest,nisi iam uesticeps. Sol. nil aliud,nisi quod arrogandus, iam pu bes esse debet,barbamq; emisisse, iuxta illud æneі.8.

Aurea Cæsaries ollis, atq; aurea uestis,idest barba,unde imberbes dicimus inde,qui sunt sine barba. De Clodio etiam ad propositum, huiusmodi fuisse aiunt,quodq; non dum prima lanugo, ei genas uestierat,& forte quia tunc cessat etiam turpis causæ suspicio, inquirẽda omnino in ipsius arrogationis actu l.nec ei,in fi.prin.ff.de adop.si cogitabis tamen,hoc ipsum confunditur,per tex. in.§.cum autem insti.de adop.

Ad idem, quid uult sibi aliud uerbũ in.d.l.2.iustus? Sol.non mediocris intelligitur,non magnus, non solemnis, ut intelligi potest, sed uerus seu legitimus.l.3.§.de illo.ff.pro so. l. iusta .ff. de uerb.si.

Quoad tertium adhuc uidetur,quod non sit uerum, & quod etiam coram magistratibus municipalibus fieri possit.l.fi.C.eod.immo quod non possit emancipari, ex quo infans consensum non habet, argumen.in.l.si quis in suo in fi.C.de inoffi.testa. & in .l.i.C. de fal. mo. Sol.iure ueteri, principis authoritas requirebatur, hodie non d.l.fi.§.præterea,insti.quibus mo.ius pa. po. sol. & ideo distingue tempora, & concordabis scripturas,ut inquit glo.in.l.i. C. de accusa.& not.in.l.apud antiquos.C. de fur.& ita etiam Bar.met infra in ult. gradu,dicit sic,hic declarandus, ne sit sibi contrarius.

Nec officit, quod immo emancipari non possit,cum cōsensum non habeat, quia fauorabilis actus est,nec ipsius cōsensus desideratur, cum maxime infans sit. Vel dic,quod iure nouo etiam requiratur,si uelit pater,forma antiqua tamẽ sublata, qua fieri solebat emancipatio, alias non,sed sufficit etiam magistratus municipalis authoritas,vt in.d.l.fi.&est argumen.in.l.i.C.de formu.&in.l.fi.C. qui admi.

Et nota, quod ideo principis rescriptum desiderabatur olim,licet hodie secus sit,& (ut dixi)magistratus competẽtis authoritas sufficiat,quia nemo inuitus regulariter,aut ignorans, poterat emancipari.l.fi.& ibi Bald.not.in fi.C.de testa.tu.

Sed insto adhuc, nonne allegans leges correctas, incidit in falsum .l. fi. & ibi Bar.ff.ad legem Cor.de fal. Sol. incidit, si alleget ad decisionem causarum iudici,alias autem non, & maxime cùm ius nouum etiam refertur,ut hic, & in.d.l. fi. latius, & in .c. i. de consti. per canonistas.

Dubito item & ultimo,quo ad legitimationem,quo modo id possit procedere,cum uideamus etiam, quod filius legitimatur per subsequens matrimonium,tribus concurrentibus tamen, & erit not.declaratio ad tex.in.c.tanta,qui fi. sint le. primo quod filius natus sit ex concubina tenta in domo.l.fi.&ibi Bar. ff.de concu.Secundo, si matrimonium potuisset inter concubinarios contrahi tempore conceptionis.l.& si cōtra, ubi Bal.C.de nup.Tertio, si concubina credebat se uxorem non esse, ut idem Bal. declarat in.l.Paulus.ff.de sta.ho.

Ad idem,legitimatur & rursum, si filium pater in testamento nominauerit, authen.si quis.C.de na.libe.late Bar. in q. incip. habeo filiam naturalem, 11. in prin.

Item

Item &vltimo, per ingressum religionis, sicuti per oblationē curiæ .l.i. & ibi Bal.in 3.col.C.de sacrosanc.ec.

Solu.vera omnia sunt, sed non ꝓpea tollunt ꝙ imperii mixti maximi non sit qa similis est arrogationi.l. iubemus, in fi.C.de na.libe.tradit idem Bal. in.l.i. in 2.colum.C. de iu. au. anu. quodq; soli principi non competat, argu. in.l.fi. C. de legi.declarauimus nos in prīo gradu meri imp.& testatur Bal.in.d.l.i.in prin. & bene, & ita tenendum est, etiā quod alia sint exempla, ut in aliis lectu. diximus.& ut per Doct.latius.

Secundo dicit.Bar.ꝙ est ēt gradus mixti imp.maior, exemplificādo in cognitione sententiæ ad partis supplicationē
57 quæ soli principi competit † & præfecto prætorio, ut in iuribus per eum allega.

Nota in primis, & pro intelligentia, quod supplicatio accipitur large & stricte, large, pro qualibet præcum porrectione l.cum præcum .C. de libe. cau. stricte, pro principis benignitate ad retractandum quid, si male actum esse dicatur, ut hic, & declarat Inno.in.c.ex literis, in.i.colum.de resti.in integ.& supplicatio latine dicitur græce diploma, autor Sydon.apol, & non immediate porrigitur principi, sed referendariis, qui illā introducunt illi, ut in auth.de referenda. sacri pal.paulo post prin.Hosti.in.c.ex literis col. 2. de resti.in integ.

Nota secundo quod non est actus iudicialis, & hinc est, quod admittitur quilibet ad supplicandum, etiam seruus, si non sit postea ei oppositum .l. i.l.uniuersis .C. de preci. Impe. offe. testatur Bald. in .l. i.in.§.eum qui, in fi. ff.de postu.

Nota tertio ꝙ differt ab appellatione in pluribus, patet, quia pendente appellatione differtur sententie executio .l.i. ff.nil no. ap. pen. pendente autem supplicatione nō auth.quæ supplicatio .C. de preci.Impe.offe.

Appellatio debet intra decem dies interponi, authen.hodie.C. de ap. supplicatio potest porrigi etiam intra biennium.d.authen.quæ supplicatio, cum declaratione tamen, ut ibi.

Appellatio sæpe interponitur, & à minori tribunali quidē ad maius .l.i..ff. de ap.supplicatio semel tantum, & quidē soli principi, ac præfecto prætorio, ut supra & in.d.authen.quæ supplicatio. Vltimo, quia appellatio iniquitatem sententie continet, supplicatio proprii erroris confessionem.l.præfecti etiam prætoris.ff.de mino.& susius Hosti. in .d. c. ex literis.

Et ex his infero, quod causa appellationis, non est mixti imperii, nisi huiusmodi esset principalis, ut hic per Docto. & dixi in 2.lect.

Modo ad propositum aduerte, quia Bar.opi.non probatur in iuribus per eū allega. sed contrarium potius in .l.i. C. de offi.præfe. præto.quod immo principi non æquiparetur, nec idem imperiū habeat præfectus prætorio, & in authē. quæ supplicatio, quod non solum supplicatur principi, sed etiam suis consiliariis & assessoribus, & maxime mirandū est, quod hoc idem ut etiam in mero, faciendo mentionem de præfecto prætorio, nō posuerit in prīo gradu maximi.

Pro sol. dic ad primum quod non æquiparatur eo casu, quo scilicet ad porrectionem libelli, & ad effectum quidē lit.con.sed quo ad aliud sic, de quo hic d.authen.quæ supplicatio, qua coniuncta cum .d. l. i. probatur omnino opi. Barto.vel & melius quod uoluit allegare tex.in.l.i.C.de sen.præfec. præto.

Ad secundum uero, ut dicebam alias, quod bene supplicationes porrectas accipiunt, sed non ut cognoscant, Vel quod sunt referendarii ut in authē. de referendariis, paulo post prin.

Ad tertium, & ultimum, dic ut pariter dixi alias in aliis lectu. quia nunc placet sic respondere, non posuisse, ex quo soli principi ea cōpetebāt ob idq; maximum appellatum est, ergo maius istud cōicatum etiā præfe. præt.

Et si replicaretur, ꝙ hac ratione etiā primum exemplum meri, debuisset dici maius. Respondeo, uerum non esse.

quia condere legem, quid maximū est, & si eam etiam condat senatus, & Præfectus prætorio,& ut supra latius decla rauimus,artificiosum ordinem Bar.cōfirmantes,nec repetimus , & sic maximum ibi ratione rei , hic uero ratione personæ.

58 Tertio dicit Bar. est imp.mixtum† ēt magnum,consistens in his, quæ requirunt plenam causæ cognitionem, & co hercionem realem uel personalem, exēplificando ut per eum,in resti. in integ. in missione in po.ex 2.decreto,et in expulsione de possessione re ipsa.

Et hoc idem,ut subiicit, quia magistratibus municipalibus non cōpetunt nec possunt regulariter delegari et est effectus disputationis, ut etiam in mero dictum fuit.l.ea quæ.§.i.ff. ad municip. l.iubere cauere infra eo.et bene, tactūq; est pariter satis,in.l.i.de offi.eius,et in.l. i.supra eo.et alias in.l.nequicquā, in.§. ubi decretum,de offi.procon.

Et ad propositum,nō ab re,quia omnino quid maius est cognoscere de meritis sententiæ parte supplicante principi,uel Præfecto ꝑtorio, ut supra quàm restituere in integ.in possessionem mittere, et aliquem deniq: de possessione expellere.

Sed aduertendum est, quia primum exemplum confundi uidetur per text. in.l.fi.C.ubi & apud quem, ubi non solum à iudicibus ordinariis concedi potest, uerum etiam à delegatis specialiter, quod ex eo quoq; probatur, quia exceptio,ne coram arbitris petatur,aut coram iudicibus chartulariis, vel delegatis ab eis,firmat dispositionem in casibus non exceptuatis.l.quæsitum.§. deniq;.ff.de fun.instruc.ergo non est mixti imperii.

Nec secundum subsistit,quia text. in.d. l. ea quæ, in præallega. §.i. loquitur in missione in possessionem, & tamen potest delegari.l.cognitio.§.fi. supra de offi.eius.ea autem quæ mixti imperii sūt, non delegantur,ergo.

Non deniq; 3. & ult. quia imò priuato,id etiam concessum uidetur .l.i.§. cū q.l.idē.§.eum igitur.ff.de ui & ui arma.

Sol.primi,facilis est secundū Bar.hic & in.d.l.fi.qui respondet, id speciali fauore minorum inductum fuisse,& glo. ante eum,in.d.l.ea quæ, quod alias improbant Doct.& nos pariter in locis ꝑallega.supra ex quo beneficium est ibi, etiam maioribus cōicatum.Igitur respōderi potest, & secundo ꝗ id sit iure nouo inductum,ut in simili proxime dicebam in primo gradu, in 3. exemplo, & adhuc male,ac contra illum text. ibi secundum quod anterioribus sanctionibus, uel ueteris iuris, uel nostris declaratum est, nisi replicetur, iure ueteri fuisse declaratum,maiores restituendos sed nō à magistratibus municipalibus, Vera ergo responsio esse uidetur, quod quamuis restitutio in integrum, mixti imperii sit, plenamq; causæ cognitionem desideret, & cohercionem personalem, quando non posset minor, seu maior,consequi id, propter quod restituti sunt, nec olim competeret iure magistratus, nec posset delegari posse tamen hodie,& iure nouo.d.l.fi. quod ex eo apparet etiam, quia dicit sancimus, uerbumq; est noui iuris promulgatorium.l.unica, cum similibus .C. de sen. quæ pro eo. & hoc, quemadmodum tex.subiicit, ut non esset difficilis causarum examinatio, quæ ratio etiam cōsiderationem tollit quorundam hic , quod parum castigate Bar. locutus fuerit,quodq; restitutionis tantum debeat mentionem facere sui natura fauorabilem,& bene, si text.fundaret se in hoc, sed in hoc se non fundat, ut dixi, aliaq; est ratio,ergo,& ut alias latius, in.l.i.ꝑallega.de offi.eius.

Non ob. secundum quia secundum cōem intellectum d.l.cognitio,dici pōt non tollere quod non sit mixti imperii, quamuis mandetur, quoniam mandatur cognitio tantum,non autem missio uel quod loquatur in non desiderantibus plenam causæ cognitionem.

Non ob. tertium & ulti. quia etiam specialem habet rationē, & intelligitur à lege permissum,cū dicit, uim ui repellere

lere licet,idq: ius natura comparari, ut ibi,et in.l.ut uim.ff.de iusti. et iu.

Verum adhuc non quiescit mihi animus,quo ad 2.istud exemplum quia eo stante,missus in possessionem,causa rei seruandæ,missus ex primo decreto dicetur,iuxta not.in.l.si finita,in.§. iulianus ff.de dam.infec.&deberet competere iure magistratus,posseq; delegari,& tamẽ nec competit,nec delegatur.d.l. ea quæ ff.ad municipa. Sol.non competit,nec delegatur,quia est mixti imperii,&si nõ competit nec delegatur, cum fit missio ex primo decreto.d.l.ea quæ,multominus competet, & delegabitur si fiat ex secũdo. l.relegatorum.§.cõstitutum. ff. de interdic.& re.

Et quoad 3.rursus,dubito,quare etiã imperium magnum sit, nec id competere posit, seu fieri per magistratus inferiores,cum hæc plerunq; etiam nunciis committantur. Solue ut per Ias.in.d.l. iubere cauere, in 3. colum. & dixi in.l.i. late supra titu.isto.

Quarto,est mixtum imperium paruum,quod etiam plenam causæ cognitionem desiderat † sed idcirco paruum,
59 quia non habet cohercionem realem, uel personalem,ut superius.

Exemplum subdit Bart.in bono.po. tribuente ius, ex quo sufficit dicere, agnosco bono.po. nec aliud petitur.l. fi. C.qui admi.

In pronunciatione de mittendo in possessionem,ex secũdo decreto.

Aut si authoritas interponatur,cum alienantur bona minorum,uel si transactio alimentorum fiat, & effectualiter huiusmodi est, quia magistratibus hæc nec competunt, nec possunt delegari, ut in iuribus per ipsum allega.

Sed moueo difficultatem(quæ.n. sint bo.po.tribuentes ius,ad differẽtiam eorum q̃ tribuunt factum, & quid primũ & 2.decretũ,uel ꝓnunciatio de mittendo in po.ex 1.& 2.decreto,habetur alias in.l.cognitio,proxime allega.in.§.fi. supra de offi.eius.& in.l.posthumus,in.§. fi.ff.de inoffi.testa.& in.l.si finita,in.§.iulianus(singula referendo singulis).ff. de dam.infec.) nam iura nil aliud considerant,quam effectum .l.nomen filiarũ.§. habere.ff.de ver.si.l.gallus.§.si eius,in fi. ff.de lib.& posthu.l.2.C.cõia de lega. & hac de re,quando duo sunt auxilia,cun dẽ effectũ habentia, non refert qualiter fiãt,puta accusatio,& inquisitio,que ad hoc tendunt,ut delicta puniantur.l. ita uulneratus.ff.ad legẽ aq.& concurrunt nec unũ per aliud tollitur,tametsi remedia sint diuersa, quoniã unũ ordinariũ est,aliud aũt extraordinariũ,& credo uerum,sic inducendo,q̃cquid dixerit Bar. in.l.si maritus i. in.§.i.in.i.col.ff. ad legẽ iu.de adul.& sentit Cy.& bene, in.l. ea q̃dem,in fi.C.de accu. & limitabitur regula.l.in causæ.ff. de mino. & ut per eũ latius ibi,modo sic, & ad propositũ, in exemplis p̃dictis, idem effectus resultat prout in magno imperio mixto diximus,ergo ibi poni &istud quoq; debuit Sol.facilis est,si dixeris, antecedens uerũ esse,consequens autẽ falsum,ex quo qualitas quæ est in magno, non est in isto paruo,patet ut iam ostẽsum fuit,q̃a non habet cohercionem realem,aut personalem,licetq; uidere in exemplis annotatis,argu. igitur inducamus sic licet unum sit magnum, aliud uero paruum supra dicta de causa, idẽ tamen effectus resultat,ꝙ non competat magistratibus municipalibus, nec posit delegari, q̃ maxime attendendus, nec aliud esse potest,q̃ mixtum, & istud satis sit, cætera ex aliis lectu.suppleantur.

Inquit etiam vltimo loco adhuc Bar. quod prædicta, fauore pupilli, debent in datione tutoris limitari,sentiens esse mixti imperii,& probatur in.l.muto,in .§.tutoris datio.ff. de tute. sed quia dixi late pariter in.l.i.de offi.eius. & in.l.i.supra eo.hic aliud non scribo.

Quintum est mixtum imperium minus, in his, quæ summariam cognitio-
60 nem desiderant † consistens, de quo se remittit ad dicta in .l. cognitio supra de offi. eius, & ego idem facio, & maxime quia si desiderantia plenam, paruũ cõstituunt,fateri necessario oportet,hoc ipsum eẽ minus. Aduerte tamẽ

quod dixi etiam supra non esse generaliter uerum, ut subiicit, quod possit demandari, quia quoad cognitionem tantum demandatur,& non aliter,& sic in fero à paruo effectualiter non differre, ut proxime quoq; declarabam.

Sextum,& ultimum, est minimum, in quo nullo modo insistendum esset, quia dictum fuit in 3.exẽplo primi gradus, & quia hac ratione non uidentur esse nisi quinq; gradus mixti imperii,& secundum aliquos tres tantum, iungendo primum & secundum simul, tertiũ & quartum quintum & sextum,& considerando solum maximum medium, & minimum, idq; etiam Bart. met in.l. 4.in.§.duas.ff.de dam.infec. ut per eos.

61 Sed tamen aduertendum est, quia† qualitatibus prædictis attentis, nõ possunt non esse, nisi sex, dictumq; est supra in 3.exemplo primi, prout olim emancipatur infans, hic autem de emancipatione generaliter, & quo modo iure nouo fiat deq; aliis, ut per eundem Bart. Adde quod hac de re, de emancipatione dixit,& manumissione, quodq; sunt huiusce gradus, quia actus uoluntariæ iurisdictionis dicuntur, possuntq; expediri etiam diebus feriatis.l.actus.C. de feri.l.2.ff.eo.l.nec mandante.§. fi.ff. de tu. & cu.da.ab his, tradit Bal.in.l.3.in.§.pe. ff.de tute.&Specu.in.§.sequitur,in.3.colum. de fe. Immo quod possunt etiam fieri coram notario, prout & quemadmodum tenuit Cor.in consi.238. incip. uisa,in prin.& consi.259.incip.uiso, in 3.uolum.cui non assentio, ex quo alibi dicitur fieri debere coram magistratu.l. i.C.ubi tu.pe.notarius non est proprie magistratus, sed iudex chartularius habens iurisdictionem in potentia, non in actu.l.i.ff.de iudi.l.rem non nouam. C.de iudi. nulliq; administrationi præpositus, secundum Bar.in.l.fi.C. ubi & apud quem, & ideo bene dicit in.l.i.in ult.colum supra eo.quod nec territoriũ habet,& Bal.in.l.statutis in fi.C. de sen. ex pe.reci.quod.d. iurisdictio nulla est, & sic iudex incõpetens. Nec officit qđ etiã diebus feriatis fieri potest, quodq; uoluntariæ sunt(vt diximus)iurisdictionis, quia ob hoc nõ sequitur, quod possit fieri coram iudice incompetenti, qa latrones possunt puniri etiam diebus feriatis.l.prouinciarum.C.de fe.& tamen non possunt puniri a iudicibus in quorum territoriis non deliquerunt.l.i.&2. C.ubi de cri.agi.opor.& ita declarat Areti.in consi. 94. incip. respondeo in 2. colum. Secundo adde, quod simul hæc duo posuit, quia emancipatio etiam manumissio dicitur &è contra l.i.ff.si à pa.quis sue.ma. Tertio adde, quod quamuis emancipationis exemplum posuerit Bar.cum legitimatione per rescriptum, ex quo utroq; casu, principis authoritas requirebatur, quoad emancipationem loquendo de iure ueteri, & cum arrogatione adhuc, cui est similis, in primo gradu mixti.l.iubemus.C. de na.lib.non tamen par, eademq; est ratio omnium, quo ad aliud, quia arrogatio, & legitimatio, fiunt ad filii incommodum & onus, ex quo redigitur in patriã potestatem, emancipatio uero ibi & hic iure ueteri & nouo, ad commodum ipsius, quia liberatur à nexibus patriæ potestatis.§.generaliter, in authen.quib. mo.na.effi.sui.l.cum oportet.C. de bonisq; libe.tradit Soci.in cons.295.incip. in causa, in pe.colum.in.2.uolum.& patet ad sensum, & nota ad propositum, quod de emancipatione simpliciter loquitur, sciens non de alia intelligi posse quam filiorum, ex quo in extraneo inepta res est, inquit Bal.in.l.ut liberis in 2. colum.C.de colla. & idem in exhæredatione Iurisconn.in.l.quidam cum filium .ff.de uerbo.ob.& in pupillari substitutione, Barto.in.l.2.in 4. col.ff. de uulga. & pu.sub.

In cæteris etiam, quod illis casibus, quibus dictum est mixtum imperium delegari non posse, excepta est absentiæ causa,& libera ac absoluta principis potestas, ut idem Bar.subiicit, non dubito ex quo est casus in.l.i.de offi.eius, ibiq; dictum fuit satis, & in.l.princeps .ff. de legi.& in.l.digna uox, uulga.C.eod.nec te amplius moror.

IVRISDICTIO.

Restat modo, ut ad iurisdictionem pertinentia, quæ est materiæ præsentis legis, pars tertia & ultima, breuiter dispiciamus.

Et primo uideamus, quid sit, stricte sumpta quoniam dictum est supra ꝙ sit in genere, & unde dicatur.

Ad quod respondet Bar. quod est iu-
62 risdictio † quæ expeditur iudicis officio mercenario, priuatam utilitatem respiciens, & bene, quia habet qualitates diffinitionis requisitas à lege, ut per eum.

Est uerum, ut dicebam tamen alias, quod inculcatio quædam uerborum ē, dicere iurisdictio est iurisdictio, perinde ac si diceremus, testamentum est testamentum, pactum est pactum, iudicium est iudicium, & tale quid, & tamen dicitur aliter in.l.i.ff.de testa.& in.l.i.ff. de pac.& in.c.forus de uerbo.si. ad propositum uitanda, ut inquit glo.in.l.certi cōdictio, in prin.ff.si cer.pe.& in.l.lecta, in prin.ff.si cer.pet.& hac de re in .l.legem C.de pac.exponit legem, idest conuentionem. Imo quod idem per idem diffiniri uidetur, omnimodo uitiosum, quoniam non manifestatur diffinitum, sed remanet, æque ignotum, ut aiunt Dialectici, & patet ad sensum, & ex nominibus æquiuocis amplius quod adhuc fieri non debet, quia fit ad notificandum diffinitum, patet, quia uerbum iurisdictio, capitur pro potestate publica, ut in.l.i.supra eo. item pro priuata.l.ait p̄tor.ff.de re iudi.l.potestatis uerbo.ff. de uerbo.si.item pro ordinaria, & delegata l.i.supra eo.l.i.§.qui mandatam, de officius, nec non ultimo loco, pro contentiosa, & uoluntaria, ut per Bar.hic in fi. quem aliter non referemus infra, & ad propositum, quid æquiuocum ab uniuoco & analogo differat, declarauimus alibi supra in not.sed non exemplificando, æquiuocum igitur est, quod pluribus conuenit, secundum diuersas rationes, ut canis, nam de latrabili intelligitur, de cælesti & de marino, intellestusq: aliam rationem naturæ caninæ accipit in uno, & aliam in altero. Vniuocum, quod pluribus conuenit, secundum eādem rationem, ut homo, nec aliud significare potest, quam ipsam naturam humanam. Analogum uero, quod pluribus conuenit, secundū diuersas partim & partim secundum easdem rationes, ut sanus, quod uerbum cōuenit animali, in quantum est subiectum sanitatis, & urinæ in quantum est signum eiusdē sanitatis, & medicinæ in quantum est effectiua adhuc eiusdem, & sic in una ponitur subiectum, in altera signum, in 3. uero effectiuum, quæ principia syllogismorum esse dicuntur.

Sed omnia breuiter tolluntur si dixerimus ad primum & secundum, uocabulorum penuria id tolerari, patet, quia ex duobus terminis etiam fieri debet nisi adhuc uocabulorū penuria aliud suadeat ex quo satis est, quod constet ex genere & differentia ultima, & ideo bene in lib. de ora.inquit Ci. quod est breuis quædam & circunscripta rei explicatio & probatur, quia potestas conuenit magistratibus maioribus, ut in tex. nostro, & in.l.potestatis uerbo.ff.de uerbo.si.& in.l.i.ff.de consti.prin. non etiam facultas dici potest, quia facilitatem potius significat uerbum hoc.l. si quis posthumos, in prin.ff.de libe. & posthu. Non deniq; actio, siue actus, quia terminus est uoluntariæ iurisdictionis.§. adoptio insti.de adop.uel conueniens potius iudicio, quam iurisdictioni d.c. forus de uerbo.si.ergo, nec propterea idem per idem diffiniri uideatur, quoniam iurisdictio in specie diffinitur, quæ tamen hic tanquam genus capitur.

Eoq; magis, quia in.d.l.certi condictio, & aliis locis, de quibus supra inculcatio uerborum obiicitur, ex quo idem omnino & per omnia significare uidebantur, absq: distinctione generis, & speciei, quod nihil aliud est dicere, ut conii cio, nisi superflua, & minime ad rem cōducentia dicta reprehendere.

Ad tertium, & ultimum uero, quod æquiuocum esse non potest, cum non in-

intelligat Bar. nisi de iurisdictione ordinaria respectu iudicis, non priuata, non delegata, atq; aliis, respectu partium, & de quibus supra adeo ut ex nominibus uniuocis potius facta uideatur, & non æquiuocis aut analogis, & ita transeundum est, & quo ad alia supplendum, ex aliis lectu.

Et hinc sumpta occasione, Bart. alios sex iurisdictionis gradus ponit, ut per eum.

Quoad primum, qui maximus est,
63 † consistens in cognitione causarum liberalium, quæ cum sint maximi etiam præiudicii, non delegantur, sed expediuntur per iudices maiores. l. placet, in fi. C. de peda. iu. & est exemplum in causa ingenuitatis & libertinitatis.

Et appellatur apud Rhetores etiam, genus causæ arduum, actionesq; præiudiciales, vt in. §. præiudiciales, insti. de actio. & ut alibi exceptiones huiusmodi in. l. fundi, & in. l. fundum. ff. de excep. & in. l. interdum. ff. de pub. iu. quia de rebus tractatur ad propositum, quæ cōditionem personarum attingunt.

Adde simile, in causa matrimoniali, quæ huiusmodi pariter esse uidetur, ut non cognoscatur, nisi à iudicibus maioribus. l. 2. & ibi Bart. in prin. ff. si quis in ius uo. non ie. qui eam liberali causæ æquiparat.

Et hinc est, quod in ea non defertur iuramentum in supplementum probationis, quodq; matrimonium est quasi seruitus, & contra naturam libertatis, quia dissolui non potest, secundū Bald. in. l. in bonæfidei, in prin. C. de reb. cre.

Et quod soli Episcopi cognoscunt, eisq; committi solet, qui sunt spectabiles, ut diximus in. l. i. de offi. eius, & qđ episcopis solis committi soleat, tradit Specu. in. §. ratione, in 10. colum. in uer. nunc igitur, de rescrip. præsen. & probatur in c. causam matrimonii, & ibi Abb. in prin. de offi. de.

Et quod olim sola synodus cognoscebat, ut attestatur Anto. de bu. in. c. i. in. i. colum. in fi. de sponsa. de synodo non generali, & prouinciali intellige, sed episcopali, de quibus in. c. sicut olim, ubi idem Abb. in in prin. de accusa.

Et prædicta omnia, quando ex consuetudine contrarium non seruaretur, quoniam tunc secus, ut idem But. declarat in. c. i. in 2. colum. de consan. & affi. subiiciens distincte arbitrum excludi, quoniam metu pœnæ, eius sententiæ standum est, quæ in matrimonio locum nō habet, neq; potest eidem proportionari l. titia, in prin. ff. de uerbo. ob. c. gemma de spon. tradit Barto. in. l. mulier. C. de sponsa.

Sed de pluribus dubitare contingit,
64 & primo, quia si delegari non potest † & si magistratibus maioribus hæc cognitio solum permissa est, quod legis confidentiam arguit. l. i. ff. de offi. præfec. præto. non uidetur ꝙ sit iurisdictionis simplicis. l. i. supra de offi. eius.

Secundo, quia etiam causa seruitutis
65 † & libertatis, præiudicialis esse uidetur & maxima, nam illa morti, ista autem uitæ, comparatur. l. quod attinet. l. seruitutem. ff. de regu. iu. & probatur etiam, quia seruitus, seruumq; esse, infamia dicitur. l. diffamari. C. de inge. ma. & tamē ad ꝓpositum competit minoribus magistratibus, & delegabilis est. l. nequicq̄. §. ubi decretum, & ibi Bar. in pe. col. ff. de offi. procon.

66 Tertio & ultimo, quia simile † de causa matrimoniali ad libertinitatem, & ingenuitatem, non uidetur in materia ꝓcedere: patet, quia immo delegabilis est ut idem But. sentit in. d. c. i. de consan. & affi. & quia iudex, etiam incompetens, de causa ingenuitatis, & libertinitatis cognoscit incidenter, licet non principaliter. l. quotiens. C. de iudi. de matrimoniali autem, nullo modo c. lator, & ibi Abb. in 2. col. qui fi. sint le.

Breuiter ad primum dici potest, stare ista simul, ut ipsemet Bart. respondet, ꝙ magistratibus maioribus tātum permissa sit, nec possit delegari, & quod dicatur simplicis iurisdictionis, quoniam officio iudicis mercenario, & iure actionis expeditur ad priuatam vtilitatē. d. §. præiudiciales.

Ad

Ad secundum uero, id procedere, quo ad actus ciuiles, non ut causa grauis dicatur. Immo quod de pecuniario commodo agi uidetur, ex quo perinde est, si petatur seruus, ac si bos uel asinus peteretur. l. 2. ff. ad legem aqui. l. q. duos. ff. de lega. 3. tradit Bar. in. d. §. vbi decretum in repe. in pe. colum. ergo nec mirum, si magistratibus etiam inferioribus competit, & si potest delegari, uel dic, assumptum esse uerum, consequens autem falsum. l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbi. d. §. præiudiciales, & ideo genus causæ arduum est, ut dicebam supra libertinitatis, & ingenuitatis. Adde libertatis & seruitutis. Item cum de nobilitate disputatur, de matrimonio, & an deniq; sit quis filius legitimus & naturalis, uel (ut aiunt) Spurius.

Et ad tertium deniq; quod delegatur ex consuetudine, non autem de iure, ut iam dixi, & sic simile optimum est, nec facit quod à iudice incompetenti nec principaliter, nec incidenter cognosci possit causa matrimonialis, ut hæc ingenuitatis & libertinitatis, quia id est, ex quo secularis, nec actu, nec potentia, iudex est, ut inquit Abb. in. d. c. lator, sed non propterea tollitur ob hoc, quod adhuc simile non sit bonum, in eo, quod disputatur, facta æquiparatione, ut supra & not. in. l. i. ff. de præca. & in. l. de q. bus. ff. de legi. sentit Bart. in. l. curatoris, in. 2. colum. C. de nego. gest. & ratiocinatio apud Rhetores appellatur, nec potest negari.

Quo ad secundum gradũ, q. maior ẽ
67 consistens † in commutatione pœnæ, & considerabilis in casibus, in quibus uigore sententiæ latæ super aliqua actione potest deueniri ad corporis cruciatũ.

Exempli gratia, si quis non habeat in ære, ut puniatur in corpus. l. quicunq: C. de ser. fu. l. si quis. ff. de iniur. & regulare est, ut dicunt omnes etiam in. l. si q̃s id quod infra eod. quod non habens in ære, luit in corpore, idest soluit, estq: impropria locutio, quoniam ueteres luere idest soluere pœnam, dicebant, ex quo non habebant nisi pœnas pecuniarias l. cum ratio in prin. ff. de bo. damna.

Et subiicit, quod huiusmodi est etiã propter coercionem corporalem, ut non possit scilicet delegari, sicuti nec liberalis, & ob hoc dicit text. in. d. l. quicunq; competentis iudicis æstimatione commutationem prædictã fieri debere.

Quæ omnia consundi, ex pluribus, posse uidentur.

Et primo quia quælibet causa corporalis, etiam minima, est maior quacũq; pecuniaria. l. in seruorum. ff. de pœn. sed quia commutatio fieri potest, causaq; corporalis est, debuit poni in gradibus meri imperii potius, uel saltim iurisdictionis maximæ, quam hic, & est arg. in l. certi condictio, in. §. fi. ff. si cer. pe.

Secundo, non videtur quod commutatio fieri possit, ex quo non esset sic inanis actio, nec agens inopia debitoris excluderetur, & male, ac contra text. in. l. nam is. ff. de dolo. & plus, quod pœna egrederetur delictum, quia ut dicebam supra corporalis etiam minima, maior est quacunq; pecuniaria. d. l. in seruorũ, & male. l. sancimus. C. de pœn. nec sententia esset conformis libello, cõtra tex. in. l. ut fundus. ff. communi di. & in. c. licet hely. de simo.

Tertio, quia si debitor inops sit, ei pæna remitti debet, ergo & multo magis debitum priuatum absq; eo quod commutatio pœnæ fiat. l. illicitas. §. fi. ff. de offi. præsi. l. eos, in fi. C. de mo. mulcta. et est casus in quo paupertas prodest, licet dicat alibi Cy. tale prodesse desiderandum non esse, in. l. i. in prin. C. de ope. libe.

Quarto, quia creditori alio modo cõsultum esse potest ut debitor in carceribus detrudatur, donec ueniat quis, & pro eo soluat. l. 3. §. sed utrum, & ibi Bar. ff. de mino. & debitori si uelit, cessione bonorum. l. i. C. qui bo. ce. po. & creditori erit utilius, quia commutata pœna, ẽ liberatus debitor etiam si veniret ad pinguiorem fortunam, ut not. in. l. fi. ff. de in ius uo.

Quinto, & ultimo, quod delegari possit, probatur, quia coercio modica

ea est, uerberariq; debet reus, usq; ad ualorem solidorum 20. quod arbitrio iudicis relinquitur, ut not. in.d.l. quicunq;, modica autem cohercio delegari potest, magistratibusq; municipalibus competit, ut etiam dicebam supra & habetur in.l.magistratibus municipalibus infra eo.ergo.

Quibus tamen non ob.ab opi. Bart. haud est recedendum, nec primum facit, quia antecedens uerum est, consequens autem falsum, ex quo attenditur quod principaliter agitur, habendo respectum ad pœnam pecuniariam, & si debitoris inopia fiat cõmutatio in corporalem.l.si quis nec causam.ff.si cer.peta.l.uerum.ff.de fur.& ut etiam infra, & quia.d.l.in seruorum, non est generalis, nec generaliter locum habet in omnibus personis.l.i.& ibi Bar.in fi.ff. de pæ. & fuit dictum etiam in discursu supra licet ad aliud.

Minus etiam facit secundum quia id uerum est in debito causato ratione cõtractus, non delicti, ut hic, & ubi ciuiliter agitur, nec aliter processit lex disponendo commutationem hanc fieri, Verum in casu isto, agitur de crimine, processitq; lex disponendo, commutationem fieri debere, si delinquens soluendo non sit, ergo. Immo quod inanis est actio, quia castigatio, respicit fiscum, & rempub.non creditorem. Vel dic, quod locus sit decisioni.d.l. nam is, quodq; inanis sit actio, si nolit agens, pœnam commutari.d.l.fi.& ibi per Docto.ff. de in ius uo.& sic satis est quod aliquo casu possit uerificari, argu. in. c.si duo, & ibi Gemi. not.in 2. colum. de procu. in 6.quod tamen non est uerum, ut infra & prima solu.melior. Nec ad idem meruit adduci, quod sic pœna delictum egrediatur, si commutatio fiat, quia succedit loco alterius, sicuti alibi æstimatio loco rei.l.sed & si unius .§. si ante .ff. de iniur.l.si seruum.§.sequitur.ff.de uerbo.ob.& est argumen.in.l.si eum, in.§.q. iniuriarum.ff.si quis cau. Ex quo tollitur etiam inductio.l.ut fundus, & similium, ut supra, uel dic, ut dixi late, in.l. uinũ, ad fi.ff.si cer. pet. quod conformis libello est, facta postea commutatione iudicis officio, ex quo reus non est soluendo, & inopia dignoscitur laborare.

Non ob.tertium quia id procedit in mulctis leuibus, quæ non sunt in consideratione, argu.in.l.scio.ff.de mino.& in l. quãuis. ff. de cond.& de.& in.l.2.in.§. fi.ff.de his q. not.infa. quæ sol. & si alias secus tenuerim, placet nunc, quoniam ab omni humanitate æquitateq; esset alienum, commutationem fieri, ex quo post sententiam, infamiam non euitat, secundum Bar.in.l.quid ergo, in.§.pœna grauior, in pe.colum.ff.eod. & etiam quia mulctam infligit iudex, pœnam autem lex, illam extra ordinem morum ratione, istam uero ob delictum .l.i.§.i. ff.ad turpil.uulga.l.ita uulneratus .ff. ad legem aqui.c.ut fame, de sen. excom. & not.in.d.l.quicunq; & in.l. si quis ad declinandam.C.de epis.& cle.

Non ob.quartum, quia uerum est, si uelit, ut diximus, sed non quod cõmutatio fieri non possit, ut in.d.l.quicunq; & aliis de quibus ibi, tamen falsum est, & contra text.in.l.cum reis.C. de pœn. ubi pœnæ reorum in delictis differri nõ debent, & sentit Salice.in.d.l.quicunq; in.§.quod si.& bene.l.diuus.§.fi.ff.de iu. pat.l.quod si minor.§.si seruus.ff.de mino.& minus ob.quod debitor cedendo bonis possit se liberare, quia in delictis adhuc non est uerum, nec procedit ille titulus, sed cum debitum est solum ex contractu uel quasi, ut not.in locis supra allega.& signanter Abb.in.c. statuimus, num.2.& male, nec habet dubiũ.

Non ob.quintum, & ultimum, quia uerum est in cohercione modica, at hic potest esse etiam acris, acriterq; corpus affligi, iuxta mensuram delicti, vt in.d.l. quicunq;, & clarius in.d.l.si quis iniuriã ergo, & ita pro nunc transeo, si maxime reliqua ex aliis lectu. suppleantur.

Alii gradus sunt sine dubitatione, iõ dic, ut per Bar.& Docto.& dum in quin
68 to† sine exemplo transiuisse uidetur, ad uertendum est, nugis sepositis, quod intellexit uirtualiter, iurisdictionis gradũ mino-

minorem esse infra ducentos aureos, quod ex eo coniicio, quia si parua est infra trecentos, & minima infra centũ, necessario minor erit, ut dixi, infra ducentos. Quare etiam hic sex gradus meri, mixti, & iurisdictionis fiant, & alibi tres tantum ponantur, in .l. 4. in. §. i. ubi idemmet Bar. ff. de dam. infec. & quare gradus appellentur, responde, ut dixi in 2. lectu. Vel nouissime ad hoc ultimum dic, quod cum habere imperium & iurisdictionem dignitas sit, & in dignitatibus sint dare gradus. l. i. & 3. C. de offi. præfec. urb. l. ut gradatim ff. de mu. & ho. Idemq; sit in scientiis, oportet enim uelle, postea meditari, inde capere, postea memoriæ tradere, & ultimo loco inuenire, ac inuenta iudicare, & quid optimum sit elicere, à simili Barto. gradus hic meri imperii, mixti & iurisdictionis, non ineleganter considerauit.

Sed adhuc quæro, quare non dixit ordines. Sol. quia unum est altero superius, idq; in personis diuinis tantum considerabile est, inter quas datur æqualitas, ut Exo. c. 20. in fi. ibi, non ascendes ad altare meum per gradus.

Et ex his sumus de lege ista expediti tertia uice à nobis interpretata, die 7. Martij, M D X L V I I I. Paduæ, frequentissimo nobilissimorum auditorum concursu, quibus, si quid boni dictum est, post Deum, quoniam me attentissime audiuerunt, id omne & totum acceptum refero.

MANTVA.

SVMMARIVM.

L. Imperium de iu. o. iudi.

28 *Andreas de Iser. Neapoli à Gallo fuit interfectus.*
39 *Doctor iudicans inter scholares.ius commune sequitur non statuta & consuetudines loci.*
40 *Meri imperij quæ sint exempla.*
41 *Curia parlamenti,in Gallia,æquiparatur præfecto prætorio.*
Et ibi,ex quibus constituta sit.
42 *Ad declarationem.l.omnes populi .ff. de iusti. & iu.multa.*
43 *Senator Romæ tantam potestatem habet hodie ut olim centum , de quibus in.l.fi.C.de peti. bare.*
Et ibi , quod ius uniuersitatis etiam in uno remanet.
44 *Ecclesia saltem Senatum habet,licet non habeat po.Ro.*
45 *Lapsus Barba.sentientis diuum Hironymũ Cardinalem fuisse .*
Et ibi de intellectu c.ecclesia 16.q i.
46 *Intellectus.l.formam, alias normam .C. de offi. præfect.præfec.*
47 *Missio in carcerem, de quo gradu meri imperij esse dicatur.*
48 *Si in pœnam fiat est reprobata de iure ciuili,præter quàm in casibus , de iure canonico autem non.*
49 *De quo gradu sit deportatio.*
50 *Mortis appellatione non uenit regulariter ciuilis.*
51 *Quid in relegatione,an sit meri imperij parui.*
52 *Quid in tortura,si ad pœnam infligatur,*
53 *Tortura unde dicta sit.*
54 *Tortura habet gradus quinque.*
55 *Mixtum imperium maximum , in quo consistat.*
56 *Concordia l.pe.& fi.C.de eman. libe.*
Et ibi,quid sibi uelit uerbum rapisma , positum in.d.l.fi.
57 *Venia ætatis per procuratorem impetrari non potest,nec arrogatio fieri,nec emancipatio,& tamen legitimatio admittitur.*
Et ibi quare.
58 *Mixtum imperium , maius & magnum, in quibus consistant,& quæ sint eorum exempla.*
59 *Causæ liberales & status , iurisdictionis sunt , non meri, aut mixti imperij, quæ tamen à minoribus iudicibus tractari non possunt.*
60 *Iurisdictionis rursum est , si fiat pœnæ pecuniariæ commutatio in corporalem, sed gradu differunt.*

DE IV. O. IVDI.

VLPIANVS LIBRO SINGVLARI

De offi. Quæstoris.

L. IMPERIVM, De Quæstore ab Vlpia.disertissimo Iuriscon.seu Quæstoris officio , in supra scriptione dictum est , quia de iurisdictione , ad ipsum pertinente , tractare intendebat, uerisimiliter enim de eo loquitur,
1 qui nõ à quærendo † quia pecunias publicas quærat,ut collectores Romæ,sed ab inquirendo potius,dictus est,q̃a causis capitalibus præerat , quarum acerrima fiebat indago.l.ubi falsi.C. ad legẽ Cor.de fal.pulchre Albe.post glo.in.l.i. ff.de offi.quæsto.unde dicitur etiam , ꝙ merum imperium,de quo potissimum hic, est habere gladij potestatem &c.argumen.in.l.imperatores .ff. de in di. ad. & tolerabile est,licet de mixto quoq;& iurisdictione tractetur,arg. adhuc sumpto,ex.l. quæritur.ff. de sta. ho. tradunt in simili Veronen.in tracta.de serui.vrb. prædio.de parie.colum.i.& fusius infra.
2 Materia huius legis, difficilis est,†& nõ habetur communiter, secundùm Bart. hic,& secundum Albe.subtilis,diuersimode tacta à multis,& clauis, ac fundamentum (ut inquit Ias.) totius tit. ideo aliqua ad euidentiam præmittenda sũt, quæ ad ipsius intelligentiam perducant nos libentius,uulga.l.i.ff.de ori.iu.

Et primo, quod iurisdictio bifariam duobusq; modis considerari potest , in
3 abstracto †& concreto , si in abstracto , & in se, in iurisdictionem ut adoptio , & pactum .l. 2. ff. de adop.l.i.ff.de transac.& imperium diuidetur, imperium uero in merum , & mixtum , ut infra,si in concreto (ne ægre feras , inquit Bald. in.l.i. in .§. in initio , colum. i. de offi.

offi.præfec.urb.si utor sermone dialecti co,quia generalia principia oportet scire, alias eris sine intellectu) tunc quo ad iudicem dicetur in prædicamento agere (prædicamenta enim sunt decem, ut per Azo.in summa sua in prin.num. 9.fusius Bal.in.l.de quibus, colum. 16. ff.de legi.) quo ad subditum in prædica camento pati, in territorio uero situs.

Secundo, quod quædam est diuisio generis in species,ut hic, quædam totius in partes, vt domus, in tecto paui mento & pariete .l.eum qui .ff. de usuca.& uocis deniq; in proprias significationes,ut canis.l.quotiens,& ibi Barto. in prin.ff.de uer.ob.

4 Tertio,quod triplici modo † atq; uia aliquid scire possumus, diffinitiuo scilicet.l.i.iuncta glo. supra eo. diuisiuo .l. i. ff. de excep. do.§. igitur ubi glo. insti. in prohe.& exemplificatiuo,ut hic, nõ prætermittentes pro nunc,ita communiter teneri,& ut latius infra.

Quarto, bellum, aliud esse † Roma-
5 num,& iustum quidem, quod po. Ro. indicit hostibus .l. hostes .ff. de capti. aliud præsumptuosum inobedientium l.qui restituere .ff.de rei uen. unde ægyptii,Beatos illos putabant, qui obedie bant legibus & magistratui, aliud temerarium incorrigibilium .c. cum non ab homine, de iudi.aliud licitum iniurias propulsantium .l. ut uim .ff. de iusti. & iu. aliud uoluntarium Principum, & plerunq; sine causa, dominandi cupiditate.l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iu.& iudiciale deniq;, si fiat iudicis authoritate, ut hic,habentis merum & mixtum imperium.

Quinto & vltimo,quod sicuti in om
6 nibus rebus † principium primum, & præcipuum quidem datur, exempli gratia, in testamentis, hæredis institutio.§.ante hæredis,insti.de lega.l.proxime.ff.de his quæ in testa.de.in contractibus, consensus.l.i.§.adeo.ff.de pac.&in iudiciis deniq;, lit. con.l. amplius non petitum.ff.rem rat.ha.Bal.in.c.i.in prĩ. de lit.con. ita datur in artibus, & disciplinis, & potissimum hic, uerum quia in principio error esse non potest, nec dubitatio, ut per Bal.in.l.i.in prin.ff.de iusti.& iu.sed in deductione conclusionum ex ipsis principiis tantum, ut infra casum literaliter figurabo. Et dicam sic, uisum est supra in .l. i. quid sit iurisdictio, uellem scire modo, nunquid specierum habeat enumerationẽ respondet Iuriscon.quod sic,quodq; diuiditur(ut supra)in iurisdictionem, & imperium, & imperium deniq; in merum & mixtum, exempla subiiciendo, quæ non scribo,hic casus.

MERVM IMPERIVM,dictum est me
7 rum, ad mixti † differentiam, quod maxime in speciebus considerabile est, eaq; ratione sic appellatur, quia de duobus participat simplicibus .l.2.ff. de verbo.oblig. Et merum, idest purum, simplex,ac solum, quæ expositio communis est, & uera, & probatur melius, quam alibi,in.l.cum seruus.ff.de condi. & de.&in.l.stipulationũ aliæ,in prin.& ibi Clau.ff.de uerbo.ob.& in.l.si sic, in prin.ubi Ange. quoq; ff.de lega. primo nonnihil Cotta, in memora. in uerbo mere,fusius ego in aliis lectu.&usitatus nouissimo loco est loquendi modus, apud omnes,cum dicimus, orationem augentes,hæc est mera, & pura ueritas.

8 EST HABERE, uere & effectualiter habet † magistratus gladii potestatem, ratione imperii, & potestatis .l. nomen filiarum .§. habere .ff. de uerbo. signifi. tradit in simili,in materia iuris congrui Afflic. in 8. parte, in 5. not. de iu. con. quæ declaratio maxime necessaria est, quoniam uerbum hoc alias fictionem designat .l. Deo nobis .C.de epis.& cle. Cur. consi. 5. num.42.l. si ex precio .C. si cert.peta. ibi simulatis habitis pro infectis.l.in bello .§. factæ .ff.de capti.Bar. in .l. non dubium, colum. 4. C. de legi. Immo quod importat dominium regulariter,& sic uere (ut dixi) & proprie imperium ac potestatem .l.habere, de uer.si.l.qui furere.ff.de sta.hom.Gui. papæ.consi.98.ex duabus nu.i.

Gladii, sic dixit rursum, uerbumq; ẽ
9 †non ut quæuis pœna comprehendere

tur, quæ de reo sumitur, quod tamen aliqui senserunt, & male, sed proprie, ut sonat, & pro gladio quidem materiali, argu. in .l. non aliter, & in .l. ille aut ille, in .§. cum in uerbis. ff. de leg. 3. & probatur in .l. quamuis. C. ad legem iuli. de adul. & in .l. aut damnum, in .§. i. ff. de pœn. & in .l. nemo potest, cum similibus. ff. de regu. iu. multa Seue. hic, nu. 2. & 5. & Clau. colum. 2. & uerba sequentia indicant, ex quibus præcedentia declarantur .l. si seruus plurium .§. fi. ff. de lega. i.

10 POTESTATEM, quæ in magistratu imperium est† unde non ab re paulo inferius dicit Iuriscon. QVOD ETIAM POTESTAS APPELLATVR, & probatur secundum glo. hic, in .l. potestatis verbo. ff. de uerb. si. tradit Pute. in tracta. syndi. in .§. officialis, num. 16. Verum aduertendum puto, quoniam summa erit hoc casu ad aliorum differentiam, qui bene potestatem habent, sed non summam, cum nec habeant imperium d. l. potestatis uerbo. idem Pute. in loco præallega. & Pau. fusius in tracta. de off. & po. capi. se. uac. in 4. eiuden.

AD ANIMADVERTENDVM, cum di-
11 xerit supra gladii, † & infra (ut statim subiiciemus) in facinorosos homines, uerbum hoc nõ aliud quam sanguinis pœnam importare uidetur. l. & si certus .§. fi. ff. ad Sylla. d. l. aut damnum, & ita resi det Deci. hic post multa. l. i. §. qui mandatam. ff. de offi. eius cui man. est iu. l. fi. ff. de cada. pu. l. fi. ff. de fur. l. respiciendum §. fi. ff. de pæn. c. cum apud 11. q. 3. Io. An. in c. vt inquisitionis colum. i. de hære. in 6. quamuis alias quoq; significationes habeat, secundum subiectam materiam ut per eundem Deci. & Deci. fratrem, Albe. hic prius, & in dictio. suo, in uerbo animaduertere, & alios, quos breuitatis gratia non refero, est uerum quod in foro ecclesiastico importabit degradationem, & traditionem Curiæ seculari, ut inquit Host. in c. in quibusdam in .§. i. de pœn.

IN FACINOROSOS HOMINES, idest (vt idem Alb. exponit) illicite delinquẽ-
12 tes, à facinore sic dicti † quod hoc casu in malam accipitur partem .l. seruus. ff. de ac. & ob. l. si quenquam. §. fi. C. de ep. & cle. l. quoniam multa. C. ad legem iu.
13 de ui pub. Et nota quod homines† dixit, non ut excluderetur fœmina, quoniam materia indifferens est, & communis regu. hoc casu maxime, masculinũ fœmininum concipere, ut not. in .l. i. de uerb. si. & in .l. fœminæ, de regu. iu. & in .l. si quis id quod infra eo. ti.

Sed quia frequentius masculi, quàm fœminæ delinquunt, ut in simili per glo. in .l. i. C. de his qui ad ec. con. & est argu. in .l. nam ad ea. ff. de legi. Vel ut belluas
14 † excluderet, quoniam cum ratione careant, non delinquunt, nec debent hac de re aliter puniri. l. i. §. i. ff. si quad. pau. fe. di. §. pauperies, insti. eo. Et licet obstare uideatur text. in c. mulier, 15. q. i. Iaf. hic colum. 13. non ob. tamẽ, quia specialiter inductum est id, ut indignam facti memoriam pecora flagitio contaminata refricarent, latius ultra dicta alias sentit Imo. in .l. defuncto, in prin. ff. de pub. iudi. & Clau. in .l. ex facto, colum. 6. ff. de uulg. & pup. sub. & bene, quamuis contrarium satis debiliter sustinere nitatur Cassane. consi. i. colum. 48. quem hac ratione nec sequor, nec refero aliter, calamo non occludens tamen, quod apud Athenienses olim Draconis lege, ne dũ animata, uerũ etiam inanimata, pro delictis pœnas dabant, non sine causa tamen. l. quoniam. C. de cursu pub. lib. 12 l. item quæritur. §. si quis mensuras. ff. loca. l. i. in fi. C. de aqueduc. lib. xi. quæ in argumentum optime faciunt. Vel & tertio, ut implicite & uirtualiter uideretur uenditio ipsius prohibita, quoniam in personas exercetur, quarum nulla æstimatio est. l. liber homo. ff. ad legẽ Aq. Bald. in c. i. in .§. ex eadem lege, colum. i. de lege Cor. in usib. feu. melius facit tex. in .l. liber homo. ff. de verbo. ob. & in .l. 2. in .§. corporum. ff. ad legem Rho. de Iac. ex quo fit cum non soluatur gabella de re inæstimabili, ut per Barto. in .l. 4. in .§. prætor ait, in fi. ff. de dam. infec. quod nec de homine soluetur vt not. in .l. 2. ff. ad legem Aqui. Deci. late in .l. i. colum.

5.lectu.3.ff.si cer.peta.quia(ut dixi) æstimationem, non recipit, nec merum imperium hac ratione uendi potest.

MIXTVM, ergo non merum, sic dictũ ad ipsius differentiam, ut merum ad dif
15 ferentiam istius † & probatur in.l.hæreditatis.C.de peti.hæ.ibi mixtæ personalis actionis ratio, sic respondere compellit, melius in.d.l.cum seruus .ff. de condi.& de. & in.l.i.in prin.ff. de aqua plu. ar.& in quo hoc idem consistat, seu quare mixtum dicatur, ex eo patet quod subiicit, quoniam ei inest etiam iurisdictio, & mixtum imperium dicitur, non mixta iurisdictio, ex quo (ut dicunt omnes & bene) denominatio quoq; debet semper fieri à digniori & potentiori .l. quæritur.ff.de sta.ho. Quid autem differat mixtum à communi, ponit Galliau.in.l.centurio, colum.120.ff.de uulga.& pu.sub.dicerem ego, mixtum esse quod ita confunditur, ut discerni non possit, nec separari.l. si alieni.ff. de solu. l.i.§.præterea.ff.de sepa.commune autẽ sic.l.serui electione.§.i.ff.de lega.i. & dũ dicit, quod in danda bo. poss. consistit, exemplificat mixturam imperii, ex isto commodo pecuniario, ut infra quasi dicat sicuti illud, idest merum in animaduersione consistit, quod ita istud, idest mixtum, consistit in pecuniario commodo.

IVRISDICTIO EST ETIAM, &c. idest
16 delegandi † quia si ipse cognoscere non uult, potest delegare.l.à iudice.C. de iudi.l.i supra eo.in fi.& hæc omnia, ueluti scholia quædam, ut breuitati consulam & sim potius conuiuator lautus, quam molestus, notabilium loco dicta sint.

Sed moueo difficultatem, si huiuscæ l.materiam, Vlpia. author lib. singulari de offi.quæsto. tractauit ut in suprascriptione ipsius continetur(argumentum huiusmodi ualet.l.i.C.ut ne.priua. l.ꝑpter insidias ubi glo.C.qui ac. non po. not.in.l.i.ff.si cer.pet.)deq; eo uerisimiliter intelligatur(quod negabit nullus)q̃ præerat causis capitalibus, quæstor parricidii hac ratione etiam dictus .l.2.§. & quia ut diximus .ff.de ori iu.quo modo sic etiam tractatum est ab eo, de mixto imperio(ut dictum fuit) deq; simplici iurisdictione. Pro solu. breuiter responde, ultra dicta supra quod hoc idẽ factum est propter materiæ affinitatem satisq; esse quod principaliter tractare intendat quæ meri imperii sunt, arg. in l.si quis nec causam.ff.si cer pe.

Vel & aliter, quod cum sit hic generalis diuisio, per specierum enumerationem ut signanter per istum tex.inquit Bal.in l.conuenticulam, colum.3.C.de epis.& cle.non potest unum tractari, quin tractetur aliud.Et quia à simili plerunq; videmus etiam, quod nigrum est rubro generalius, ut per glo.in omnes, in au authen.nul.cre.agrico. late Alexand. & alii in.l.i.ff.si cer.pe. Vel & ultimum, quod dixerit de offi.quæsto. indefinite, quodq; plures erant quæstores, ut in loco præallega.& in.l.i.ff.de offi.quæsto.

Secundo difficultatem moueo, quo modo adhuc de mero imp. deq; mixto & de iurisdictione deniq; sic tractauerit hic, cum de his satis superq; tractatum etiam fuerit in .l.i. supra de offi. eius. & in .l.i. supra eo. ita ut nunc facere idem minime necessarium sit, uulga.l. hæc stipulatio.§.diuus.ff.ut lega.no.ca.§.q bus in prima consti.Co.l.gallus in prin.&in §.quidam recte.ff.de lib.& posthu.ubi simili modo Scæuola de superfluitate reprehendit Gallum aquilium.

Sol.alio modo in dictis locis prædicta quam hic tractata sunt, ita ut non possit Vlpia.ratione redargui, patet quia in l.i.de offi.eius, tractatum est, an merum & mixtum imperium possint delegari, hic uero exemplificatiue quid sint, item in.l.i.quid sit iurisdictio, & quale officiũ iusdicentis, hic autem an possit delegari, & ita in simili respondet Bart.in.l.lex Cornelia, in prĩ.ff.de iniur. Immo plus quod etiam eadem lex in diuersis collo
17 cata titulis, superflua † dici non potest, ut declarat præcep.meus Butigel. in.l.i. in.§.qui præsens num.4.ff.de verbo.ob. & præsertim etiam quando clarius, & magistralius in uno loco, quam in alio locutus est author.l.fi.C.de pac.

18 Tertio difficultatem moueo † uidetur enĩ mihi quod debuerit tractari hic de mero imperio tantum, quoniam inde & facile quidem cognouissemus etiã quid mixtum fuisset, & quæ iurisdictio, arg. in.l.i.ff.de his qui sunt sui uel aliè.iu.& in.l.pomponius,in.§.i.in fi.ff. de procu.tradit Pau. de Cas.in.l.i.col.i. ff.de iusti. & iu.sed argu.uerum est & ꝓcedit in his, quæ sunt contraria, non diuersa, ut hic, & ideo cognito uno non potest aliud cognosci, nisi doceatur, & ita pulchre declarat Clau.in.l.i.i.6. col. ff.de offi.eius.

Quarto dificultatem moueo, ad quæstores rursum redeuntes, quomodo supra dicta uera eẽ possint, quodq; haberẽt gladii potestatem, cum eorum officium eẽt tantum inquirere, unde dicti, denominatiq; sunt ut supra triũ uirorum autem capitalium exequi, ut in.d.l.2.in.§.deinde, de ori.iu.sol. patet ex lectione.d.locorum, quod hoc non tollit quod & ipsi Quæstores prius non exequerẽtur, ex quo multo tempore post trium uiri creati fuere.

Quinto difficultatem moueo, uidetur enim mihi, qđ diuisio hæc sit defectiua, q̃a sicuti dicimus in ultimis uolũtatibus ꝙ est testamẽtũ & codicillus, & tertium quiddam, ꝙ nõ est nec testamẽtũ nec codicillus .l. i.ff.de testa .l. si idẽ. C.de codicil.l.licet inter priuatos.C.de pac.quem tex.ad idem non esse alibi dicit Gui.papa consi.31.col.2. & in iudicibus, quod quidã ordinarii sunt, quidã delegati; quidam uero, quod nec ordinarii sunt, nec delegati, de quibus ĩ authẽ. habita.C.ne fi.pro pa.ita dicere debuisset hic author noster Vlpia. quod merum imperium sit, & mixtum, & tertium quod nec merum sit, nec mixtũ.l. fi.supra de offi.eius. tamen hoc ulti. nõ firmo, ex not.per Bar.in q.adunantia ge

19 neralis.col.3.Sol.tex. prædictus† loquitur de modica cohercione, sine qua iurisdictio alias uana esset prorsus & inutilis, ut ibi dicitur, & in.l.magistratibus infra eo.& ĩ .§.audient quoq; ĩ authen. de iudi.& sic non de imperio per se, sed cohærente iurisdictioni, quod imperiolum appellatur, fusiusq; loco suo dicemus, nimirum igitur, si de mero mixto, & simplici iurisdictione hic locutus est, quia nõ reperitur imperiũ alias (ut dicebatur) quod nec merum nec mixtum sit.

Sexto difficultatem moueo, quod

20 denominatio non fiat à digniori† quia pater est matre dignior, & nihilominus matrimonium à matre, & non à patre dicitur.c.ex literis, de conuer.infi.plene Deci.hic, num.6. Sol.denominatio fit à digniori, nisi alia ratio subsit, quæ ponitur in.d.c.ex literis, Præpo. in rub. de sponsa.nu.7.& Butigel. præcep. in rub. de uerbo.ob.colum.5.Sed rursum instatur, consensus est uerbis dignior .l.i.§. adeo.ff.de pac.& tamen stipulatio à uerbis non à consensu dicitur .l.i.ff. de uerbo.ob. Sol. illud est propter formam quæ in uerbis consistit, et cum sit illa q̃ dat esse rei.l.iulianus .§. sed & si quis.ff. ad exhi.à uerbis debet denominari, & non à consensu, ut per Bal.in.d.§.sed et si quis. Vel dicamus, quòd à stipulatore appellata sit stipulatio, q̃a est dignior ut pote caput ipsius, & interrogatio prĩcipium agens, nobilius & dignius suo patiente, secundum Bart.in.l.i.ff.de reg. ca.& Ias.in.d.l.i.col.4.de uer.ob.

Septimo & ultimo difficultatem moueo, quod immo hic de iurisdictione simplici non tractetur, nec bona sit diuisio ut supra sed de mero & mixto imperio tantum, quod implicat dictio etiã ita ut sensus sit, mixtum imperium cõsistere in danda bonorum po. & in delegando, et probatur in.l.i. in fi. supra eo. Sol.cum oratio finiatur ibi, quod in dãda bonorum po.consistit, necessario sequitur quod dare iudicem, sit iurisdictionis simplicis exemplum. Nec officit implicatiua etiam, quia implicat, eã in dando iudicem cõsistere, ut mixtum imperium in danda bo.po.nec aliud est d.l.i.sensus, et ita communiter tenetur, et pro nunc hæc quo ad textualia sint satis.

21 In glo.i.not.et est opi.Io.uera † ac cõ munis,

munis, quod exemplariter processerit hic author.l.nostræ Vlpia.non diffinien do,ut alii astruunt. Quod tamen ex aliquibus suaderi posse videbatur,& po tissimum propter uerbum est,quod sui natura substantificum dicitur,ostendēs quidditatem & essentiam ipsius rei, ut per glo.in.l.mercis 2.ff.de uerbo. si. quā ad idem extollit Bal.cons.374.verba,co lum.2.uolum.i.melius ꝓbatur in .l. his uerbis,in prin.ff.de hæ.insti.idem Bald. cons.scisma.posito sub ti.C.si quis aliq. testa.prohi.colum.11.Barto.in.l.si maritus in.§.legis iuliæ,in prin. ff. ad legem iu.de adul.

Sed potest responderi, uerum esse,si ap appareat,hanc fuisse legislatoris mentē quoniam uerba sunt signa earum, quæ sunt in anima passionum notæ.l. labeo .§.idem tubero.ff.de sup.le. considerando etiam dictum non semper procedere, ut idem Bal.declarat in.l.quæ fortuitis,colum.4.C.de pi.ac.& post eum Ias. in.l.cætera,in.§.item quæritur, in prin. ff.de lega.i. Vel & melius, quod quiddi tatem, & essentiam ostendat rei exemplificando,non diffiniendo, quoniam merum imperium est habere gladii potestatem effectualiter & uere, ut proxime dicebam. Et probatur, quia habere gladii potestatem est effectus meri imp. bo.po.dare, mixti, & iudicem delegare deniq; iurisdictionis simplicis,ergo nul lo modo erit horum diffinitio hic, quia ab effectu bona non esset, ex quo aliud est causa,aliud causatū.l.licet.§. ea obligatio ff. de procu. & not.in.l.i.ubi Bart. in pe. colum.ff. de ap. maxime quando aliter fieri potest,ut infra alias secus, & toleraretur,quod in acceptilatione sentit Ange.in.l.i.in prin.ff.de acceptila. & uidetur probari etiam in.l.i.in .§. bonorum.ff.de bo.po.

Secundo contra Io. tenentes dicebant, ex alio quoq; posse suaderi, qa dictum de gladio ciuili & punitiuo debet intel ligi,non de materiali.c. dilecto, de sen. exco. in 6. & hoc modo in diffinitione esset genus,quod nec adhuc uerum est, secundū Deci. & bene ostensumq; fuit supra satis, q; imo de māli dēt intelligi Vltimo,quia est regulariter à diffinitione inchoandum.l.i.ff.de testa. cum similibus.

Quod etiam nihil aliud est dicere nisi Iurison. reprehendere .c. in istis 4. dis.&præsertim,quia nec esset generalis nec cum suo diffinito conuerteretur, iuxta not.in.l.i.in.§.dolum .ff. de do. & per glo.insti.de ob. in prin. immo plus quod nec comprehenderetur sub gladii potestate lex, cum non semper puniat l.legis uirtus .ff. de legi. & nihilominus condere legem est meri imperii, ut suo loco dicemus,& urget, quamuis Purp. nitatur opi. contra communem tutari, quem referre non curo, ex quo hoc ipsum non tollit probabiliter, nec ad id respondet,quod diffinitio bona non sit nisi sit generalis,& cum suo diffinito generaliter conuertatur, licet hoc ultimū non sit uerum.l. suus quoq; .§. puto .ff. de hæ.insti. & quia ista parum utilitatis afferunt transeo.

In glo.secunda,quæ diuisione facilis est,ut in ea,habes primo, quod im mero imperio consistit capitalis pæna,quæ
22 triplex est † mortis,damnationis in metallum,& deportationis in insulam,qđ optime probatur in iuribus per ipsam allega.

Sed moueo difficultatem,quod imo duplex sit tantum, mortis scilicet et interdictionis aquæ et ignis l.2.ff. de pub. iudi. Solu.triplex est uirtualiter,quia uerbum mors,in naturali,et ciuili uerificatur,naturali, idest ultimo supplicio quod mortem interpretamur .l.ultimū supplicium.l.qui ultimo.ff.de pœn. ciuili uero,cum libertas et ciuitas amittitur,quod per damnationem in metallū contingit, uel si aquæ et ignis interdictio fiat,cuius loco successit deportatio in insulam, l.i.§.hi quibus.ff.de leg. 3.l. 2.l.in metallum .l.eorum .ff. de pœn.

Secundo difficultatem moueo,quod capitalis pœna non possit uerificari,nisi in ultimo supplicio, ex quo à capite proprie dicitur,argu.in.§.est et aliud,insti.de dona.ita ut damnatio in metallū, uel

uel deportatio in insulam, ipsius appellatione non comprehendatur, uulga. l. i. §. qui in perpetuum. ff. si ager uecti. uel emphy. pe. sol. quod dicitur in. d. §. qui in perpetuũ, uerum est regulariter, sed fallit ĩ his, quæ una determinatione ita sunt appellata à lege, sed lex pœnas capitales appellat, & ulterius declarando procedit. l. edicto. §. rei autem capitalis. ff. de bo. po. d. l. 2. ff. de pœn. cum similibus, ergo eidẽ standum erit. l. si non fuerint. §. fi. ubi glo. sed damnum, ĩ fi. ff. ꝓ so. l. prospexit. ff. qui & à quib. Tertio difficultatẽ moueo, quia certũ est quod in his non admittitur procurator, uulga. l. pe. §. ad crimẽ. ff. de pub. iudi. l. seruum quoq; §. publicæ. ff. de procu. c. ueniens, de accu. ex quo sunt pœnæ corporis afflictiuæ, ut declarat Bal. in. d. §. publicæ. col. 8. & multiplices rationes assignant Docto. in. d. §. ad crimen, & in. d. c. ueniens. & tamen uidetur mihi, quod sit casus in contrarium, quod immo admittatur in. l. fi. ff. de obseq. patro. præstan. ubi seruus ingratus potest per procuratorem accusari, ut in seruitutem redigatur, & nihilominus causa capitalis est. ad quod pro solu. dici etiam potest, illud ideo esse, ut ibi declarat Bar. quia dicto casu de crimine ciuiliter actũ erat non criminaliter, ad uindictam publicam & uerisimum uidetur. c. tuæ, de procu. c. super his, de accu. effectusq; maximus est; quia si de crimine agatur criminaliter, non potest iuramentum in supplementum probationis deferri, alias autem sic. l. maritus, & ibi Bar. ff. de quæstio. num. 4.

23 Secundo habes † ex glo. quod hanc gladii potestatem habent omnes præsides, intellige magistratus maiores, de quibus in. l. i. supra de offi. eius, quoniã terminus præses, prætor, & similis, generalis est, l. i. ff. de offi. præsi. l. ubicunq;. ff. de regu. iu. l. fi. C. de prin. agen. in reb. lib. 10.

Sed quomodo dictum de gladio in deportatione uerificabitur, aut aliter, si damnetur quis in metallum? Immo quod nec præses deportat. l. illicitas. §. qui uniuersas, & ibi glo. ff. de offi. præsi. Solu. perinde est, ac si gladio periissent, ut dictum est supra & probatur in. l. qđ attinet, & in. l. seruitutem. ff. de regu. iu. & in. l. i. in. §. fi. ff. de bonorum poss. contra tabu. Nec deportat præses, quia insulas non habet, sed tamen in metallum damnat, ut in. d. §. qui uniuersas, not. & in. l. i. in. §. hi quibus. ff. de lega. 3. & in. §. cum autem, insti. quib. mo. ius pa. po. sol. & dictum fuit late in præallega. l. i. de offi. eius.

Obstat prædictis etiam aliud, quod sentit glo. nec tamen resoluit, merum imperium scilicet soli Principi competere, ergo non ut dicebatur, omnibus præsidibus. l. i. ff. de consti. prin. sed facilis †

24 est sol. translatione sibi soli competere, & ita loquatur text. in. d. l. i. participatione autem cæteris magistratibus, quibus hoc idem in speciale priuilegiũ concessum est, ut in. d. l. i. de offi. eius.

Vltimo difficultatem moueo, communis conclusio omnium esse uidetur in dubio, si capitalis pœnæ mentio fiat ut de exilio intelligatur, iuxta glo. not. in. l. i. C. ne christia. manci. & sic in mitiorem partem fiat d. uerbi interpretatio. l. interpretatione. l. si præses. ff. de pœn. late ego in. l. transigere, in 2. lectu. C. de transac. & mirum uidetur, cum in delictis puniendis maxime uersetur publicus fauor, & agens rempublicam etiam representet. l. ita uulneratus. ff. ad legem aqui. c. ut famæ, de sen. excom. cum similibus, pulchre Bal. in. l. cum mulier, col.

25 4. ff. solu. ma. Sol. fauor publicus est † delictum impunitum non relinqui, quando constat commissum fuisse, alias in dubio conuenit potius iudices esse clementes quàm crudeles. l. respiciendum ff. de pœn. Dy. in regu. odia, in fi. de reg. iu. in 6. Bar. in. l. quemadmodum. C. de agrico. & cen. lib. x. quem sic declarat Clau. in. l. i. colum. 2. ff. de no. o. nun. & in. l. ut uim, colum. 18. in repe. de iusti. & iu.

In glo. mixtum (tertia enim & quarta ex supra dictis, habeantur pro expeditis, & quia dixi etiam in aliis lectu. satis)

tis) in prin. sumpta occasione Ange. (ut refert Ias. Deci. & alij) dubitat, id pro certo habēs prius, q mixtum dicatur id
26† quod de duobus participat simplicib. & bene. l. 2. & ibi not. omnes. ff. de uerb. ob. l. cum seruus, allega. sæpe. ff. de condi. & de. §. item mixta, insti. de ac. cum similibus, ut hic, quia de imperio participat, & de iurisdictione, si statutum mentionem faciat sententiæ diffinitiuæ, an
27 lata in causa summaria †comprehendatur, & est q. quæ non parum difficultatis habere uidetur, cum dicant aliqui, eam mere diffinitiuam esse, aliqui uero non, propter participationē interlocutoriæ, sed hīc inde rationibus adductis, uideamus, qui iustius induant arma. Ante omnia pro intelligentia præmittentes, diffinitiuam dici, si solemnitates debitæ seruatæ sint, de quibus in .l. platam .C. de sen. in Italia tamen, non in Gallia,
28 quoniam ordo dictæ legis † ibi non seruatur, maxime in curia parlamenti, qđ testatur Gui. papa in deci. suis 58. de stylo, & 369. quæ sunt causæ, quem refert, & sequitur Pet. rebuf. in prohe. constitu. reg. in glo. 5. nu. 88. forte quia in seueritate & duritia iuris ciuilis fundata est, & appellatur rigor. c. sup literis de rescrip. ad differentiam ordinis iudicii, fundati in æquitate iuris naturalis, quando proceditur sola ueritate inspecta sine strepitu &c. ut in cle. dispendiosam, de iudi. q. tamen locum habet in beneficiis ecclesiasticis tantum, non in profanis & secularibus, ut ibi Card. declarat q. 11. & Gig. in tracta. pensio. 71. num. 5. & quia principale negocium diffinit. l. i. ff. de re iud. continens absolutionem, uel condemnationem, fusius Spe. de sentē. §. species. ver. i. ver. diffinitiua, Gui. Papa consi. 66. in facto præsupponitur, & consi. 69. pro declaratione, utrobiq; num. 1. Nec potest deniq; reuocari .l. quod iussit .ff. de re iudi. inferens sic præiudicium partibus irreuocabile, ut pulchre declarat Barto. in .l. titia, in .2. colum. hic ab omnibus q. tangentibus citatus, de accusa. melius But. consi. 6. sententia, colum. i. & 2. Interlocutoriam autem, quæ fertur inter principiū & finem causæ, secundum gl. in cle. i. de seq. po. & fruc. in uerbo diffinitiua, & in .l. q. restituere, quam ibi ad eam cognoscendam, quo modo sic à diffinitiua differat, commendat Bal. in. i. lectu. in fi. ff. de rei uen. multa consi. 372. pro parte, col. i. & 2. uol. 3. Et summariam deniq; eam, in qua non requiritur exactus ille iudiciorum ordo, de quo in. d. l. prolatā ut per Barto. in extraua. ad reprimen. in uer. summarie, & not. in. l. 3. in. §. sciendū ff. ad exhiben. sentit incidenter, & quodammodo per transennam, But. in loco de quo supra col. i. Communis conclusio igitur his præmissis est cum Ange. q appellatione diffinitiuæ, lata in causa summaria, non ueniat, nec comprehendatur, qui attestatur amplius, ita alias consuluisse, quodq; consilio suo subscripsit Io. de Ligna. & una cum eo, alii Docto. Bononien. & Perusini, idq; etiam Ias. & quod ita deniq; fuit iudicatum.

Et hoc idem potissimum, quia sumus in statuto, quod de mera diffinitiua uerisimiliter intellexit, uulga. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. l. i. §. qui in pretuum. ff. si ager uecti. uel emphy. pe. sed lata in causa summaria non est mera diffinitiua, sed participationem habens cum interlocutoria, in qua nec lit. con. nec exactus ille iudiciarius ordo requiritur. d. l. 2. in prin. ff. de uerbo. oblig. ubi reg. ponitur, quod sub simplicibus non comprehenditur mixtum, ergo. Et, maxime (vt dicebam alias) quia semper statuentes uidentur uoluisse se conformare cum dispositione iuris communis .l. hæredes mei .§. cum ita .ff. ad treb. l. si serui uestri, & ibi Ange. C. de noxa. sed ius commune est, diffinitiuam dici, quæ solemnitates iuris habet d. .l. Titia, & pura ac simplex sit, ergo lata adhuc in causa summaria, quæ, huiusmodi non est, haud comprehendetur, argumen. in. l. i. ff. de dona. & in .l. hoc legatum .ff. de lega. 3. alias simpliciter tale, ad tale secundum quid extenderetur, non dicendum, ut in. d. lo

cis legitur tradit Bar.in.l.si maritus,in.§. legis iuliæ.ff.ad legem iul.de adul. Et ef ficaci ratione etiam probatur, quia arg. de priuilegio ad statutũ ualet.c. dilecti, de fo.comp.c.i.uer.&id ipsum,de priui. in 6.Ro.consi.199.præsens statuti particula,col.2.sed in priuilegio,simplex nõ comprehendit mixtũ, quod per locũ à speciali probatur,ex not.per Bal.in.c.in notuit,in fi.de elec.quia si Imp.concesserit alicui,ut possit legitimare spurios, poterit utiq; etiam incestuosos,q̃a spurius est nomen generis, quasi extra puritatem natus,&sine patre,ut primæ duæ literæ indicant S,& P, nec est ratio, qua debeat restrĩgi magis ad vnam speciem, quam ad aliam,ergo nec in statuto hic, diffinitiua,eam, quæ sit lata in causa sũmaria, & quod sic per locum a speciali possit argui,uulgatum est.l.ius singulare.l.quod uero contra.ff.de legi.c.quæ à iure,de reg. iu. in.6.Barto.in.l.cum fundus,in.§.i.nu.8.ff.si cer.pe.&in.l.2.C.de primice.lib.x.& ita foret transeundum.

Sed aliqua tamen obstare uidentur, & nõ parum quidem urgentia, quia certum est,cui conueniunt uerba legis,q̃d eidem quoq; conuenit lex, uulga.l.4.§. totiens.ff.de dam.infec.& habet locum regu.etiam si uerba conueniant &large l.singularia.ff si cer.pet. & multo magis si stricte & proprie,ut infra & in.d.§. totiens,sed uerba legis conueniunt sentẽtiæ,in causa summaria latæ, ex quo diffinitiua est, imponitq; finem controuersiæ principali.d.l.i.ff.de re iudi.ergo, &præcipue quia uulgo dici etiam solet ad idem,quod lex non modum, sed effectum rei,maxime curat.l.3.C.de insti. l.gallus.§.si eius,in fi.ff.de libe.&posth. Bar.in.l.siue apud acta, in prima lectu. C.de transac.quodq: plus & minus differre non debent.l.fi.ff.de fun.instruc.instrumentoq; lega. uerum in summariis effectum habemus,quia iudex, aut absoluit, aut condemnat, parumq; differunt ab ordinariis, ergo. Et uidetur casus ultimo loco in cle.sæpe, in princ. & in uer.sententiam, de uerbo.si.ubi utrobiq; diffinitiuã appellat,& sunt uerba legis, à quibus recedere non debemus.l.non aliter.l.ille,aut ille.§.cum in uerbis.ff.de lega.3.&quamuis statutum dubium sit, deq; diffinitiua loquatur simpliciter,hanc tamen passiuam interpretationem patietur.l.i.§. lex falcidia ff.ad legem fal.c.i.c.2.de no.o.nun. cum similibus.

Et hanc opi.etiam sentit Claú.& bene, quoniam qualitates istæ, sunt accidentales,quæ non alterant substantiam rei.d.l.fi.adde tu Bart.in.l.i.in 2.colum. ff.de ac.& ob.& But.in præallega.consi. 6.qui signanter dicit, quod in summariis causis, quanquam non ex toto seruentur solemnitates iuris, non ideo minus tamen diffinitiua dicetur in eis lata allegat.d.cle.sæpe.& dispendiosã,de iudi.&.i.de seq.po.& fruc.

Et ita teneo ego, & dico amplius, ꝙ
29 effectus maximus erit † quia si de sentẽtiis diffinitiuis gabella soluenda esset, solui deberet etiam de latis in causis sũmariis,ut in simili in libello inquit Bar. in.l.edita,num.4.C.de eden.Bal.in contractu in.l.cum dotem,in fi.C.de iu.do. & in testamentis Docto.in.l.patris & filii.ff.de uulga.& pup.sub.

Ex quibus adducta pro communi sublata esse uidentur, quoniam primum uerum non est, ex quo non tollitur ea ratione,ut ostensum fuit, quod non sit diffinitiua, & quia lex ita eam etiam appellat, & nouissime est argu.in.l.quæritur.ff.de sta.ho.

Non ob.secundum quia retorquebitur, ex quo rursum iure communi diffinitiua appellatur.d.clem.sæpe.

Et minus ultimum, quia uerum id esset quoq;, quando non ita fuisset adhuc iure cõmuni decisum, & in dubio, sed hic sumus in casu claro.l.continuus .§.cum ita.ff.de uer.ob.Bart.in.l. præses ff.de re iud. tamẽ ad longum alias idem Ang.uidendus est,consi.115. primo inq̃ ramus,per totum.

Secundo dubitat paulo post glo. an nomine iurisdictionis merum impe-
30 rium contineatur† sed prius sciendum est, quid sit iurisdictio.l.i. ff. de tute.l.i.

ff.

ff. de testa. tradit Barto. hic, & ad dicta n. l. i. supra eo. se remittit, subiiciens tamen, quod est potestas de publico. introducta, cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuendæ. Adde, cum statuere, iurisdictionis sit. l. i. C. de emã. lib. vt confirmare, imperii. l. i. §. i. ff. quod quisq; iu. l. nulli, & utrobiq; not. C. de sen. Bald. consi. 143. casus, uolum. primo Tyrannus autem iurisdictionem non habeat, quod statuere non poterit. l. decernimus, ubi idem Bal. colum. i. C. de sacrosanc. ec.

Secundo adde, quod est mater offi. cii iudicis, eodem teste, consi. 37. contra laudum, colum. 2. uolum. 2. & latissima, sicuti ius dicentis officium, ut in d. l. i. & in. l. vbicunq;. ff. de inter. ac. idem Bal. in. l. etiam. ff. de tute.

Tertio adde cum sit potestas publica &c. quod non valebit pactum cum iudice, non posse delinquentem in suo territorio punire, quia esset renunciare iurisdictioni in manibus priuatorum, quod fieri non potest, Immo quod nec posset permittere Rex francorum quem delinquere Parisius impune, ut per eundem Bal. cons. 365. ad euiden. in prin. uolum. 5. Et est diffinitio iurisdictionis in genere, ut ipse met Bar. dicit, & mirum uidetur, cum genus non sit in commercio hominum, sed imaginatio quædam potius, quæ diffiniri non potest, nec esse in obligatione. l. 2. §. & harum. ff. de uerbo. ob. l. meuius. §. duobus, & utrobiq; idem Bar. ibi in fi. hic num. 9. ff. de lega. 2. Et hoc est quod dicebat Bal. in. c. i. in ulti. colum. de consti. quod genera sunt sicut prædicamenta, non sicut prædicata, quòdq; à simili nec potest quantitas in genere possideri, cum non circunscribatur loco. Et melius in. c. cum accessissent, in pe. eo. tit. quod generales theoricæ non illuminant intellectum practicum, quia esse debet de rebus particularibus, & tractatui quodammodo subiacentibus.

Cui difficultati respondebam alias, quod licet dicatur diffinitio iurisdictionis in genere sumpta, est tamen in specie, largo quodammodo potius facta, quam aliter, ex quo stricte etiam diffinitur, ut per eundẽ Bar. infra nu. 23. sed repugnant uerba Bar. hic.

Secundo respondebam, quod immo genera etiam diffiniantur, quia si datur ius in genere. l. i. ff. de iusti. & iu. possessio, actio, ultima uoluntas, & tale quid aliud. l. 3. §. genera, & ibi Alexan. in prin. ff. de acqui. po. non est ratio cur non possit etiam diffiniri, nec officit, quod in obligatione esse non possint, quia uerũ est determinata & certa, sed determinãda per solutionem sic, ut per Bart. in. d. §. duobus, nu. 10.

Vltimo, quod tolerabile sit, secundum nos, quamuis dialectice loquendo aliter sit dicendum, ut in simili inquit Pau. de Cast. in. l. si is qui ducenta, in. §. utrum, in prin. ff. de reb. dub. immo glo. in. l. i. in. §. huius studii. ff. de iusti. & iu. et Abb. ĩ. c. pasto. in. §. i. in 3. not. de rescrip.

Modo, ad glo. redeuntes, quæ partẽ affirmatiuam tenere uidetur, quod sub nomine iurisdictionis merum imperiũ contineatur, sic breuiter ostendi potest,
31 quia iurisdictio dicta est à ditione† ut in prohe. insti. in prin. legitur, ibi, ditioni Romanæ, nostroq; additæ imperio protestantur, & in. l. 2. ibi rursum. Sub imperio ditioneq; mittatur. C. de liber. & eo. libe. & in. l. 2. in. §. capta deinde Sardinia ibi. totidem prætores, quot prouinciæ in ditionem uenerant, creati sunt. ff. de ori. iu. & in. l. si unquam. C. de reuo. do. & Gene. 37. c. ibi nunquid Rex noster eris, & subiiciemur ditioni tuæ? idest potestati. l. i. supra eo. potestas, idem est, quod imperium. l. potestatis verbo. ff. de uerb. si. l. i. ff. de consti. prin. & hic, quam alibi, clarius, ergo iurisdictionis appellatione, merum imp. continebitur, & uidetur casus (inquit adhuc glo. & bene) ĩ. l. i. supra de offi. eius. ibi, & ideo errare uidentur magistratus, qui cum publici iudicii exercitationem habeant, sibi lege, uel Senatus consulto delatam, veluti lege iulia de adulteriis, & si quæ sunt aliæ similes, iurisdictionem suam mandant, idest merum imperium, de quo lo

quitur,& ita communiter tenetur,&est similis tex.in.§.iusiurandum, in fi.in authen.de desen.ciui.& effectus maximus (quo ad id enim, quod de etymologia uocabuli dicebat Fulgo.hic non insisto quoniam Deci.respondet,& bene, vt ꝑ eum) quia sic à principe iurisdictione concessa uideretur vtiq; ex his etiam cõcessum merum imperium.l.fi.ff. de con sti.prin.& in simili per Barto.in.l.2.ff.de uerbo.si.Feli.late in c.Rodulphus,in 6. & 7.colum.de rescrip.& facit,quia si castrum quoq; eodem modo concedatur, non uidebitur ei,cui concessum est, denegata iurisdictio pariter.l.i.§.cum vrbẽ & ibi Bar.ff.de offi.præfec urb.ergo nec merum imperium hic,concessa iurisdictione,&maxime quia si indefinita legis æquipollet uniuersali,uulga.l.si pluribus.ff.de lega.secundo, non est ratio, cur non æquipolleat etiam in principe qui est lex animata in terris.§.fi.in auth. de consu.unde factum ipsius, factum legis dicitur.l.Cæsar.ff.de publica. & suprema eius authoritas,loco causæ habetur.l.relegati,ubi gl.ff.de pæn.sufficitq; pro ratione uoluntas,vt inquit Bal.con si.373.præmittendum est,& consil.477. quæritur,uolum.i. alias liberalitas principis fræno cohercеretur,non dicendũ, .l.pe. C.de do.int.ui.& uxo.cum similibus,& ita esset transeundum.

Tamen Ias. sentit contrarium, motus ex pluribus,& potissimum, quia infeudatus de ciuitate,uel castro, cum iurisdictione, statuta condere non poterit,ex quo hoc idem est meri imperii,vt hic per Ange.colum.3.in prin. Replicat Deci.&bene,verum esse,quoniam cum iurisdictione tantum infeudatus fuerat, & ita præcise loquitur Ange. ergo si simpliciter, sine controuersia condere poterit,& argu.retorquebitur. sed dubito quo ad aliud, ne statuta condere potius sit iurisdictionis simpliciter, quam meri imperii .l.i.C.de eman.libe.& dixi proxime,& susius infra.

Mouetur rursum Ias.quia si concessa plenissima iurisdictione,seu omnimoda,& sic cum adiectione istorum uerborum non intelligitur propterea concessum merum imperium .l. si in aliquam §.fi.ubi glo.&Bar.ff.de offi.procon.not. in cle.i.de so.compe.multo minus intelligetur cõcessum sub simplici uerbo iurisdictionis.Cui etiã respondet Deci.q̃ uerba prædicta expressa sunt ad maiorẽ declarationem & in hoc male,ac contra tex.in.l.si quando.ff.de leg.i.& in.l. si stipulatus .ff.de usu.quia cum sint legis, debent intelligi cum misterio posita, immo nec syllaba quidẽ superflua reddi debet, secundum glo.in.l.i .ff.q͛d met ca.tradit Bald.in rub.C. de contrahen. emp.q.9.Purpu.pulchre in.l. 2. num.2. ff.sol.ma.

Vltimo ad idem dicebat Ias. facere quod firmat Bal.in.c.quanto,in pe.col. de iudi.si dicatur, concedo tibi omnem iurisdictionem,quod non propterea cõcessum erit merum imperium,& consonat, quia si concessum non intelligitur ex cõcessione plenissimæ seu omnimodæ,multo minus intelligetur ex concessione facta cum ista dictione omnis.

Quod adhuc euertit Deci.dicens, contrarium communiter teneri,& male, replicabitur si tutari uelimus Ias. Præsertim quia in dubio, inq; generali concessione, nunquam ueniunt ea,quæ specificam desiderant mentionem .l. illud.§. si talis.ff.de mi.l.obligatione generali.ff. de pigno.plura congerunt Scriben.in.l. Pomponius,in prin.ff.de procu.sed merum imperium specificam desiderat mẽtionem.l.i.supra de offi.eius,ergo. Considerando ad idem,quod non facile concedi solet,quod pendet à principis concedentis potestate, & quod hac de re solet reputari impossibile,si non exprimatur.l.apud Iulianum.§.fi.ff.de lega. i. & uidetur casus ultimo loco,in.l. fi. supra de offi.eius.ubi mandata iurisdictione, non propterea videtur mandari merum imperium,quod tamen esse deberet, qa delegatus fungitur uice delegantis,&nihil proprium habet .l.i. §.qui mandatã ff.eod.c.sane,de offi.de. ergo multo minus concessa iurisdictione simpliciter in casu præsenti.

Non

Nec ob.adducta ad oppositum, quia primum verum est doctrinaliter,ex quo iurisdictio tãq;genus(ut sæpe diximus) in iurisdictionem diuiditur,& in imperium; imperium uero,ĩ merum,& mixtum,ut hic:sed non quod concessa iurisdictione,intelligatur quoq: merum imperium concedi, & hac ratione attenta,ac aliis,de quibus supra nou mirum est adhuc,si merũ imperium iurisdictionem appellauit Iuriscõ.in.d.l.i.supra de offi. eius. & Imperator in.d.§.iusiurandum.Secundum quoq:procedit in his, quæ facile concedi solent ut per Ange. in.d.l.fi.tradit egregie Bar.in.l.scio,in.§. medico.ff.de an.le. sed merum imperiũ nõ est huiusmodi ut ostensum est.ergo. Nõ ob.3.quia alias cõcessio foret inutilis,in casu nostro uero nõ.l.fi.ff.de offi. eius.l.magistratibus infra eo. & not.in. d.§.cum urbem.Non ultimum deniq:, ex quo inclusorum nõ est uniformis ratio,ut per Bar. in.d.l. si pluribus & in.l. lutius.ff.de lega.i.& Dy.in rub.de regu. iu.in.6. ita ut cætera ad idem tendentia quoq: tollantur. quoniã istis stantibus, uerum nõ erit,quod hoc casu,suprema principis potestas,loco causæ habeatur non quod sufficiat pro ratione eiusdem uoluntas, uel arguendo per locum ab absurdo, quod ipsius liberalitas fræno cohérceatur,cũ non facile(ut diximus) concedatur.d.l.apud iulianũ signanter Bal.cõs. 104.sex sunt,col.i.vol.i.dicens, merum imperiũ nõ esse in commercio priuatorũ,quia id, quod est apud Principem, reputatur impossibile. Cogita tamen,& à communi aliàs non recede. In cæteris partibus glo. nõ insisto,quia repeterentur,ex dicendis infra,nec ĩ apparatu Bar. usq; ad uer. quæro quid sit merum imperium, quia dictum fuit supra & ĩ aliis lectu. & oretenus ẽt multa.

Dum ergo ĩ uer. præalleg. post Iaco. de Are.diffinit merum imperium,quod est iurisdictio seuerioris ultionis ĩferendæ,publicam utilitatem respiciens, aduertendum est,† quia hæc diffinitio cõ
32 muniter reprobatur:ex quo non est generalis, & (ut ipse met Bar. ait) probatur quia cõdere legem est meri imperii. l.i.ff.de consti.prin.& tamen lex nõ semper continet seueriorem hanc ultionẽ. l.legis uirtus .ff. de legi. & idem in mulctis leuibus, quæ pro delictis imponuntur.l.fi.C.de mo.mulcta. &in cohercione modica,ut infra & ĩ.l.magistratibus, eo.ti.& in .l.fi. supra de offi.eius. Nisi eam saluemus,per glo.in.l.suus quoq;, in .§. puto.ff.de hæ. insti.quam extollit Areti.in.l.i.in pe.col.ff.de testa.& est communis opi.ut attestatur Cagno.collega in.l.ominis diffinitio, nu.37.post Albe. ibi,quod tamen hoc non dicit.ff.de reg. iu.quod sufficiat, etiam quod posit ut in pluribus uerificari, & ita dixi etiam in glo.i.supra eod. tamen nunc dubito, & dico contra d.glo.esse text.in.l.i.in.§. dolum.ff.de dolo.aduertit Gamma. topi.lib.i.de diffinitione,colum.2.nisi adhuc communem tutando, ad.d.§. dolũ respondeamus, ut respondet Aldobrã. Insti.de tute.in prin.num.24. & quo ad dictum de mulctis,dic alias, quod sunt fructus iurisdictionis, quodq; eas Galli emendas appellant,ut per Cassane. in consue.Burgun.fo.76.colu.4. post Bar. in.l.fi.ff.so.ma.dixi ego etiam in.l.transigere,in 2.lectu.C.de transac.

Aliam etiã diffinitionem ponit Pet. de Bella perti.quod sit iurisdictio, quæ officio iudicis nobili,uel per accusationem expediatur, publicam utilitatem respiciens principaliter, & hæc secundum Bar.etiam est optima,quia constat ex genere & differentiis,deducendo,ut per eum,& communiter tenetur.

Sed tamen aliqua adhuc obstant, & reddunt eam dubitabilem,nam licet dixerit,uel per accusationem, gratia dubitationis tollendæ,non est propterea, ꝙ accusatio non expediatur officio iudicis nobili,inquit idem Bar. & male.l.iudex posteaquam, ubi ipse met dicit, in prin.quod immo expeditur officio iudicis mercenario.ff. de re iudi.& est rationabile, quia ut actioni famulatur in ciuili, ita famulatur accusationi in criminali, habens se hoc casu, ut illo actio.l. qui accusare.C.de eden. et quia in delictis

ctis, qualiacunq; fuerint, nominata, uel innominata, exemplificando, ut intertia lect. nascuntur obligationes, ut insti. de ob. quæ ex de. nas. sed officium iudicis nobile nullam præsupponit obligationem. l. qui per collusionem .ff. de ac. emp. ergo. Cui difficultati tamen respondeti potest, doctrinam Bart. in d. l. iudex posteaquam, non esse ueram. Vel & aliter, ut hic per Alex. colum. 5. q. loquatur de officio iudicis mercenario, consistente in citando, dilationes dando, & similibus; non in accusatione, in qua petitur principaliter reum puniri. Sed prima melior (ut inquit Clau. & bene) quoniam loquitur de pœna delicti, quæ per sententiam infligitur, & nõ (ut dicebat Alex.) de dilatione, citatione, & similibus, & probatur ultra eum, quia respondendo contrario. l. illicitas, in fi. ff. de offi. præsi. de quo ibi, dicit vnũ in mulcta loqui, aliud uero in pœna. Nec officit rursum, quod famuletur accusationi in criminali, ut in ciuili actio, quod Ias. præsenserat, quia non est uerũ ex quo potest inquirendo etiam procedere. c. qualiter & quando de accu. & q. a punire delinquentem publice interest l. ita uulneratus. ff. ad legem aqui. & simi le, in resti. adducit Deci. & probandum est, ut per eum. Adde, quod hac ratione non admittitur procurator in capitali causa, ut per Imo. in. l. pe. in. §. ad crimẽ col. 17. ubi etiam Benedic. de plum. nu. 14. ff. de pub. iudi. & minus quod obligationes in delictis nascantur, quia & hoc idem quoq; uerum est, quo ad pœnam uindicandæ reip. causa c. factæ aũt sunt leges. 4. dis. l. i. & 2. ff. de legi.

Secundo ob. aliud, quia vt supra dicebam, condere legem, est meri imperii d. l. i. ff. de consti. prin. & tamen lex nõ semper continet utilitatem publicam . l. i. §. huius studii. ff. de iusti. & iu. Sol. uerum est, sed utilitatem tamen publicam continere dicetur, inquantum lex. c. erit autem lex. 4. d. cum similibus. & licet in. d. §. huius studii, priuatum ius dicatur, dicitur tamen ex eo quia in præceptis naturalibus gentium & ciuilibus consistit, non quod non respiciat principaliter publicam utilitatem.

Tertio & ultimo, quia aliqua possunt etiam expediri officio iudicis nobili, ad publicam utilitatem, quæ tamen nõ erunt meri imperii, si administrator ciuitatis petat resti. in integ. uel se mitti in bo. po. ex primo decreto . l. iubere cauere infra eo. l. ea quæ, ad municipa. Quod etiam fallaciam habet, dicendumq; est, quòd immo id priuatam utilitatem respiciat, uel quod saltem loco priuatorum bonorum habeantur, arg. eorum, quæ not. in. l. 2. ff. ne quid in loc. pub. & ut latius dixi in 3. lectu. citata etiam supra vbi post hæc aliam diffinitionem trado. Quod nihil aliud sit merum imperium, quam potestas publica magistratus maioris, publicam etiam utilitatem respiciens, & dato quod in aliquo possint non esse ueræ, hæc & proxima communiter (ut diximus) approbata, ex supra dictis tamen sustinendæ sunt, & cum Iuriscon. transeundum, in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iu. quia re. uera nulla est, quæ non facile possit subuerti, & si possibile est, ex duobus tantum terminis concludi debet, nec diminute tamẽ, nec superfluo ĩ ea aliq̃d poni, quoniã superfluũ impedit intellectum, diminutum uero non explicat totam rei essentiam, vnde Ci in lib. de ora. dicit, quod diffinitio nihil aliud est quã breuis & circunscripta quædã rei explicatio, & quod sit omnis diffinitio periculosa amplius ut supra elicitur ex his, quæ habentur de peculio in . l. depositi, in. §. fi. ff. de pecu. & de errone, in. l. quis sit fugitiuus, in . §. erronem. ff. de ædili. ædic. & de dolo deniq; ĩ. d. l. i. in. §. dolũ. ff. de dolo, pulcherrimoq; Diogenis exemplo, qui Platonis auditorium ingressus, gallum gallinaceum nudatum plumis ostendit, dicens, hic Platonis homo est, diffiniebat enim Plato hominem, quod esset animal bipes, sine pœnis, ex quo additum est (ut Laer. ait) latis unguibus. Et ad propositum liquet, quod hæc, à nobis ultimo loco tradita bona sit, quoniam potestas erit loco generis

neris .l. potestatis uerbo .ff. de uerbo.si. publica, ad differentiam priuatæ, ut ibidem, magistratus maioris, ut ab inferioribus differat pariter, & publicam utilitatem respiciens, quia in mixto (ut dicebat Bar. supra) agitur principaliter de priuata, & quia in danda bo. possessione cõsistit, ut hic.

Post hæc dubitatur, quibus Iudicibus competat merum imperium, & re
33 spondetur,† ut per Bar. & bene, dum dicit tamen, quod præsidentes prouinciæ habẽt merum imperium, declara, u erũ esse olim, quia omnes ciuitates subęrant uni præsidi, hodie nõ, ex quo quælibet ciuitas, habens territoriũ, prouincia dici potest, ut per glo. i. l. fi. C. de præscrip. lon. tem. & Deci. hic & Ro. in. l. i. in. §. hoc autem, col. 2. ff. de no. o. nun. ubi etiam docet, in quo differat à castro, terra, & ciuitate, fusius Clau. i. l. ex hoc iure, in prin. ff. de iusti. & iu. nec est omittendum, quod Italia est† prouincia. l. re
34 legatorum. §. si quis. ff. de interdic. & re. quodq; prouinciæ nomen generalissimũ est, & ꝙ incolas quoq: cõprehendit, ꝑꝑ suam latitudinem, in mõ significandi, ei tradita à iure. l. prouinciales. ff. de uerbo. si. Bal. in authen. sed omnino col. 5. C. ne uxor ꝓ ma. & consi. 139. statuto cõmunis, col. 2. uol. 5. & scias etiã quod quælibet ciuitas hodie, ut supra dici potest prouincia, per usurpationem, non de iure, ut in. d. l. fi. & quod merum imperium præscribi non potuit, nec regaliã, secundũ Bar. in. l. naturaliter, nu. 25. ff. de usuca. tradũt Cano. late in. c. cũ non liceat, de præscrip. nisi replicetur, quod uetusta consuetudo habeat uim tituli, & quod tantum operetur, quãtũ Pricipis authoritas. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. c. suꝑ quibusdam. §. preterea. de uerb. si. Gui. papa deci. 549. sententia, in prin. & consi. 65. uiso themate. in fi. & consi. 91. circa processum. colu. 5. latissime Ias, hic.

Secundo dum Bar. dicit (cætera enim dubium non habent) quod præsidentes uniuersitati, non facienti prouinciam, ciuitatem, aut castrum, iurisdictionem nõ habent, adhuc declara, quod immo
35 habent † in his, quæ ad suam pertinent negociationem, quodq; dictum Bar. debet secundum Docto. & maxime Deci. restringi ad merum imperium, & probatur efficaciter, quia statuta condere iurisdictionis est. l. i. C. de eman. lib. sed collegia licita & approbata, in pertinentibus ad suam negociationem, statuta facere possunt, Bar. in. l. omnes populi, colum. 4. ff. de iusti. & iu. & in. l. sodales, num. 20. ff. de colle. illici. Albe. in statu. q. 3. qui possunt, in prin. Ro. consi. 277. non est dubium, in fi. signanter in lanificio Areti. consi. 33. consultatio, in prin. ergo, nisi dicamus, quod quamuis habeant, & subsint eorum præposito, suppositi tamen sunt ẽt potestati, & sic est quædam iurisdictio subalterna, & sentit Bal. consi. 47. per legem, uolum. 2. quo fit ut probabiliter dici posit, si deducẽdo sic iurisdictionem nõ habent, quod multo minus habeant merum imperiũ. l. relegatorum. §. constitutum. ff. de inter. & rele. sed ad primum facit, quia ni si iurisdictionem haberent, statuto non adiicerent pœnam, & tamen adiiciunt ut per Ange. in. l. i. in prin. in 2. colum. ff. si quis iusdi. non ob. & quod habeat iurisdictionem idem Bart. tradit in q. adunantia generalis, colum. 3. & Abb. in. c. ex literis, in 2. de constitu.

Sed quare scholares † vniuersitatem
36 faciunt. c. quia in causis, ubi glo. not. de procu. Abb. in. d. c. ex literis discipuli autem aliarum artium & negociationum, non, sed eorum magistri tantum, licet in scholaribus secus dixerit gl. & male, in. d. l. fi. in uerbo pertinet. Responde, vt per Bar. in authent. habita, colum. 2. C. ne fi. pro pat. quia discipuli aliarum artium non sunt nobiles, sed pars subalterna uilissima, sicuti ipsorum scholarium famuli.

Tertio, ad dictum de doctore, quod habet merum imperium in scholares, licet de facto non seruetur, adde duo, unum est, quod hac de re offendentes
37 † Doctorem (intellige legentem, & salariatum, quia alii non sunt proprie doctores

ctores.l.sed & reprobari .ff. de excu. tu. dixi in Miscella.l.i.C.de mu.& l.i quo lo. lib.x.&.l.medicos.C.de professo.& me. eo.lib.)crimen publicum committunt, non secus ac si sacerdotem offenderent licet non sit sacerdos spiritualis,quia habeat ordines,sed temporalis, argu.in.l. si quis in hoc genus.C.de ep.&cle.& in l.i.& ibi Bal.in ulti.colum.ff.de iusti. & iu.immo dum Andre. de Iser. Neapoli
38 † ante domum Petrucii, rediens à Castello nouo, fuisset interfectus à Gallo quodam,contra quem sententiam tulerat,quod tunc homicidium tale, crimē læsæ maiestatis fuit iudicatum, ut Capici.refert,deci.130.num.43.alterum uero
39 si inter scholares iudicaret † quod ius sequi deberet, & non statuta aut consuetudines loci,ac ciuitatis,gl. est not. quā ibi sequitur post Iaco.Bald.& Alb.Pap. Archi.in.c.quæ cōtra 8.d.& Roch.Cur. in tracta.de consue.nu.*698*.

Sed quæ meri imperii esse possunt
40 exempla? pulchre enim† procedit Bar. docendo prius, unde dicatur merum imperium, quid sit, quibus iudicibus competat,nunc modo exempla (ut diximus)ponit,& ad delegationis effectū quidem,ut per eum. Ad primum adde, vltra dicta supra in.l.i.de offi.eius,quod
41 præfectis prætorio † æquiparatur curia parlamenti,à qua appellari non potest sicuti nec à præfecto prætorio, quodq; constituta ē ex duodecim patribus Frāciæ,ex octo Magistris requestarum domus Regis, & octuaginta aliis consiliariis,quadraginta laicis, et quadraginta clericis, inter quos sunt quatuor præsidentes laici, instar Senatus Romani à Romulo instituti,& de quo alias in.l.fi. C.de peti.hæ.Cassane. in consue.Burgun.fo. *6*.colum.3.& quod deniq; omnes sunt iudices maiores,qui possunt facere statuta & constitutiones,vt ibidem & testatur etiam Gui.Pap. consil.38. nedum,in prin.& num.7.& consi.72.principalia dubia,colum.2.& consil.139.nu. 3.& deci.50.hæc curia, in prin. & deci. 345.à sententia,& deci.436. cum materia,col.12.

Sed in pluribus Bar.male loqui uidetur,primo quia non bene exemplum legis adaptari posse ostenditur ad merum imperium, ex quo hoc est respectu iurisdictionis,habentis in se necessitatem l.i.supra eo.iuncta glo.dum dicit, quod est potestas de publico introducta cum necessitate &c. ubi alias legem condere pendet à libero Principis arbitrio,& sētit Deci.hic,& non ab re, ut distinguatur actus necessarius à uoluntario,ulga.l.si fideiussor.§.si necessaria.ff.qui satisda.co.

Sol.satis ē,quod imperii maximi sit, ac ad effectum supra dictum, licet uno casu actus liber & uoluntarius alio autem necessarius uideatur,argu.in.l.3.C. de insti.& facit, quia non oportet quod exempla,sicuti nec similitudo, in omnibus conueniant .l. i. ff. de præca. ubi præcarium æquiparatur commodato, & tamen in multis differunt, ut ibi per glo.pulchre Bal.in.l.curatoris colum.2. in prin.C.de nego.gest.Ias.in.l.creditori colum.2.ff.de no.o.nun.Cassane.multa consi.1.colum.40.quod sufficit similitudinem, seu exemplum esse in ratione,licet non sit in qualitate facti,immo (vt dicebam alias) quod necessitas quædam etiam in Principe eē uidetur, licet de condenda lege agatur, qui subditorum commodis semper debet inuigilare.l.congruit.ff.de offi.præsi.c. factæ autem sunt leges 4.d.& in authen.ut iudi. si.quoquo suf.in prin. ergo exemplum omnimodo ad merum imperium poterit adaptari.

Verum & rursum instat Deci. quod cum merum imperium hic ponatur ad differentiam mixti,non uidetur conuenire mero imperio,quod consistit in cōdenda lege,& adhuc male,quia satis est quod utroq; casu merum imperium sit quamuis illud in gladio consistat, istud uero in lege condenda,ut pote maius, & maximum,secundum Bar.distinctionem,& est argu.in.l.fi.ff.de fun. instruc. & simile,ut infra. Dicit etiam nescio quid de imperio magis libero in principe,attenta consideratione Bart. cum sit le-

legibus solutus, & potestas condendi legem regulata, sed quia ad casum nostrũ parum concludit, non refero, uel dic, ut dixi aliàs in aliis lectu.

Non uidetur etiam loqui bene Bar. quod soli Principi legem condere concessum sit. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Respõdet idem Deci. quod loquitur de lege generali, non locali, ut. d. l. omnes populi. & est uerum, licèt postea dicat, ob. regu. d. l. fi. de fun. instruc. cui respondet Cur. num. 83. ut per eum.

42 Adde quod antiquitus† ius proprium, quod sibi populus constituebat & constituit, municipale dicebatur, & lex populorum à nouo iure uero, & à nobis, statutum, quasi stabiliter, & firmiter ordinatum, unde fit, ut stricti iuris dicatur, & ex eo condictio ex lege etiam oriatur, quæ huiusmodi est, nec ab ipsius uerbis possit recedi, secundum Barto. in. l. quod constitutum. ff. de mi. testa. late Albe. in statu. q. prima, & secunda. Immo quod lex xii. tabu. non aliud erat, quam ius municipale, postea propagato imperio cœpit esse ius commune inter omnes; & sic positiuum, ex bono & æquo interpretatum, ut pulchre declarat Salomo. in. l. 2. in uer. his legibus latis, in prin. ff. de ori. iu. aliter dicit Bal. quod si fiat iure principatus, appellatur constitutio: si iure populi statutum, si iure magistratus edictum, si iure congregationis, ius ciuile ipsius, consi. 31. statuto ciuitatis Asten. uolum. i. Vel ad argu. nos aliter respondeamus, quod cum statuta authoritate Principis fiant, ei attribui debent. l. i. §. omnia. C. de ue. iu. enu. Bart. in extrauagan. ad reprimen. in uer. totius orbis, nonnihil Aret. in. c. inquisitionis, colum. 3. de accu. & licet soli Principi dicatur, non tamen alii excluduntur, ut not. in. l. fi. C. de legi. & in. l. cum notissimi, in glo. solam. C. de præscrip. 30. anno. & quia sensus etiam est, soli Principi, soli Senatui, & soli Præfecto prætorio, potestatẽ hanc cõcessam fuisse, alias dictio est aliorum exclusiua. l. his solis. C. de reuo. do. Quod de Senatu quoq; dicit Barto. dubitabile uidetur, quia populus Ro. hodie Senatum non habet, sed tantum Senatorem, qua ratione legem non deberet posse condere, & tamen condit, ut per Cy. in. l. fi. C. de peti. hæ. quod secum solutionem affert, licet aliter teneat

43 Spe. quod immo condit, quia unus† tantam potestatem habet hodie, quantum olim centum, ut ibi per eundem Cy. in prin. post Pe. & est rationabile. l. sicut. §. plane. ff. quod cuiusq; uni. no. & argu. in. l. si eum, in. §. q. iniuriarum. ff. si quis cau. & in. l. i. ff. de consti. prin. & hoc est ad propositum, quod dicebat Bald. in l. unica, in 13. colum. C. quando non pe. par. quod ius uniuersitatis remanet etiam in uno. & in. c. primo in. §. & quia colum. 3. de his qui feu. da. po. in usib. feu. & in terminis in. l. non ambigitur, allega. per Barto. ff. de legi. colum. i. & est mirabile, quod corpus quoddam sit, quod ex multis inuicem collectis conficiatur, non autem ex una sola persona, & nihilominus propter casus superuenientiam in una sola resideat, quod notanter considerat Rom. consi. 400. quæritur colum. 2. & formaliter, ut ibi, consil. 436. quod indultum, in prin.

Et ad propositum redeuntes, nota quod licet po. Ro. Senatum non habeat, habet tamen ecclesia, † quodq; sunt

44 Cardinales ad instar Senatorum. c. ecclesia habet 16. q. i. c. Constantinus 96. dis. Clau. in. l. i. in 4. colum. ff. de offi. eius, Bellenci. in tracta. charita. sub. q. 65. stante opinione, colum. 2. Barba. de præstan. Cardi. q. i. colum. 15. num. 44. 45. & omnes post Inno. in. c. cum te, de re iudi. & labitur (obiter enim hoc dictum uobis sit) Barba. in d. loco, sentiens per text. prædictum, ecclesia habet, probari, Hiero. illius authorem, ex istorum numero fuisse, quod multi disputant, propter uerba ibi posita, Se-

45 natũ quoq; nos habemus, & male† quia aliter dicit litera, & uerba sunt hæc, & nos habemus Senatum nostrum cœtũ, præsbiterorum, clara, quod immo non ponat se in numero cardinalium.

Non est etiam sine disputatione trãseundum, quod de præfecto prætorio dicit ultimo loco idem Barto. quo ad imperium merum istud maximum, qa
46 † non condit legem generalem d.l. not mam alias formam, hic per eum allega. C.de offi.præfec.præto. sentit Seue. & Cur.post eum, & postea respondet, quod immo generalis est, ut text. met dicit, & bene dummodo contraria legi Principis non sit, & ita eam quoq; declarat Ias. in.l.apertissimi, in prin.C. de iudi.Sauilia.multa,consi.144.Magnificus,in ultima colum.uolum.1.Ro.ante eum in rub.C.qui admi.in .i. colum. & consi.218.præsens casus, colum.2. & est regulare,ut ibi dicit, & latius Deci. consi.17.uiso puncto,colum. 2. uolum. i.cui conceditur potestas condendi legem. quod is legem facere non possit, qua derogetur legi concedentis, & ita Bald.in.l.nulli .C. de sen. & Barto. in .§. quibus, in prima consti.Cod.& in l.ambitiosa, in 4.colum.ff.de decre.ab ordi.fa.

Quo ad imperium merum maius, quia dictum est alias satis non insisto, licet nec prætermittendum sit, dum Bar. concludit, missionem in carcerem,esse
47 de isto gradu, si ad pœnam fiat † ut de iure canonico, quoniam ciuili, est re-
48 probata † communiter .l. aut damnum .§.solent .ff.de pœn.fieri de iure canonico,propter pœnam, seu iudicium sanguinis, quam seu quod,directo non habet ecclesia.c.sententiam sanguinis, ne cle.uel mo. Quodq; non carcer pœnæ sed pœnitentiæ, appellatur, ut per Ange.in.l.miles,in .§.edictũ.ff. de mi.testa. Et quod quamuis de iure ciuili pœna hæc imponi non possit, potest tamen per statutum, quod particula iuris appellatur, & firmat Bald.in.l.reos, colu. 2.C.de accu.idem Bal.in statu.§. carcer, uer.3.& utrobiq; dicit,ut etiam Bar. hic post Inno.in.c. qualiter & quando secũdo col.2.de accusa.quod pœnæ damnationis in matallum æquiparatur, qua ꝑditur ciuitas & libertas, sed hæc pœna est de isto gradu,ut per Bar. supra ergo, & missio in carcerem. Ex quibus infertur,hosce intestabiles esse, quia etiam hodie, quamuis damnatus in metallũ, non efficiatur infamis, nec seruus pœnæ.§.quod autem, in authen. de nup.l. res uxoris.C.de do.int.ui.& uxo. Albe. in .l. si qua pœna .ff. de his qui sunt sui uel alie.iu. testamentum tamen condere prohibitus est, quod ex multis probat Bald.consi.448.quæritur, colum.i. uol.i.Licet etiam,ut idem Bart. subdit, deportatione in insulam amittatur tan-
49 tum ciuitas,deportatio tamen erit † meri imperii magni, quia omnino amittere ciuitatem & libertatem, ut in damnatione in metallum, quid maius ẽ, & sic istud maioris imperii,illud vero magni. Sed ob.unum,de quo in.l.i.in.§.fi.ff. de bo.poss.contra tabu. ubi deportati pro mortuis habentur,per quem text.idem dicitBal.in.l.si quis sub conditione,col. 2.ff.de testa.tu.&consi.392.super primo colu.2.uol. 4. ergo erit gradus maioris, & non magni,quoniam mors naturalis & ciuilis ,ad paria iudicantur.c.placuit, 2.16.q.i.ubi gl.

Sol.ad paria iudicantur in casibus † expressis, ut in.d.c.placuit,not.& in.c. susceptum,de rescrip.in 6.Cald. pulchre, cons.2.an episcopus,de reb.ec.non alie. ergo non isto, ut imperii maioris dicatur deportatio,sicut damnatio in metallum,& pondera, quod dicit etiam tex. in .d.§. fi. deportatos haberi ꝑ mortuis c.cum haberet,de eo qui du.in ma. quã pol.per adul.l.Deo nobis.C.de ep.& cl. l.si maritus.§.legis iuliæ,& ibi Bar.ff.ad legem iu.de adul.l.hoc legatum.ff.de lega.3. & quod mortis appellatione non ueniat regulariter ciuilis,facit not.tex.ĩ l.statius florus,in.§Cornelio.ff.de iu.fi. quẽ ad idẽ inducuntScribẽ.ĩ.l. ex facto in.§.ex facto.ff.ad treb. Alex.con.2.uisis col.2.uol.i.& ꝙ habeãtur ꝑ mortuis,ẽt quo ad quid,quo ad quid uero non tradendo intellectum ad.d.§.Cornelio,docet Bal.cons.284.præmissis,col.2.uol.i. Sed rursum magis urget, & uideretur dicendum,ꝙ imo esset imperii maioris, aut maximi,quia solus princeps habet insulas

insulas, nec præses hac ratione deportat ut not.in.l.illicitas, in.§.q. uniuersas.ff. de offi.præsi.&in.l.i.in.§.hi quibus.ff.de lega.3. & dictum est in .l.i. supra de offi. eius.& urget, nisi ut supra dicamus, quod magni sit, quia ciuitatem tantum amittit, & si Princeps deportet, qui solus insulas habet.

Verum quo ad merum imperiũ paruum, dum exemplificat Bart. in relegatione, & in aliis lectu.ostendo ego efficaciter à partibus sufficienter † enumeratis, ob.unum, quia is qui relegatur, efficitur infamis, ut per Bal.in.l.i.in 2.colu. C.de secun.nup.& probatur in.l. cognitionum, in.§.minuitur.ff.de ua.& extra or.co.loquitur enim de fama ille text. quæ est in homine, ad differentiam illius, quæ est inter homines de homine, & de qua in.l.de minore, in.§.plurimũ.ff. de quæstio.aduertitq; Pau.Grillan.de quæstio. colum.3.sed causa uitæ, & famæ, æquiparantur.l.iusta.ff. de ma. uin.l. isti quidem.§.fi.ff. quod met. cau. hinc Cice.9. famil.causam capitis, aut famæ, ornatius disputamus, priuatam & tenuem subtilius.ergo de alio gradu erit.

51

Huic obiectioni simpliciter respondet Cur.hic, nu.95. quod non habet locum in pœna corporali, uoluit dicere, sicuti iusta est manumissionis causa, si seruus liberet dominum à periculo uitæ, quod sic iusta erit si eum liberet à periculo infamiæ, & est uerum, aliisq; modis respondet etiam Alexandri.collega, in.l.pe.in.§.ad crimen, num.43. de pub. iudi.dic, ut per eum, uel sic æquiparatio uitæ & infamiæ æquiparantur, quo ad id de quo in.d.l.iusta, sed non quo ad hoc vt relegatio sit de mero imperio maiori ut cum de uita adimenda agitur, quia merum imperium est habere gladii potestatem ut supra, quod in relegatione uerificari non potest, ergo omnino relegatio erit de mero imperio paruo, Do instantiam, quo ad quid seruus, & filius equiparantur pariter.§. idem iuris insti. de stip.ser.quo uero ad quid non, quia ille potest dari pro noxa, iste non.§.fi. insti.de noxal.æquiparantur etiam quoad id, ut salarium aduocatorum possit excedere quantitatem.c.aureorum, si causa fuerit meri imperii, & criminalis, uel infamiæ.l.si pater.§.fi. & ibi Ange. ff.de dona.sed non ut sit de alio mero imperio quam paruo rationibus supra dictis Vel quod relegatus nõ absolute efficiatur infamis, sed eo tunc si ex causa famosa relegetur.d.§.minuitur.

Secundo ob.aliud, quia excommunicatio & relegatio æquiparantur pariter ut idem Bal.probat in.d.l.i.C.de secun. nup.col.præallega. Sed pœna excommunicationis nulla est maior in ecclesia Dei.c.corripiantur 24.q.3.l. hi qui sanctam fidem .C. de aposta. ergo ratione æquiparationis, omnino de alio gradu erit relegatio.

Solu.clara est etiam ad istud non esse uerum quod æquiparentur, quia excõmunicatio omnino est maior, licet sui natura non sit diuturnior.§.minor, inst. de capi.di.idem Bald.in.l.nulli, in prin. C.de sen. vel dicamus quod non sit pœna, sed medicina.c.i.de sen.exco.in 6. & omnino termini non sunt pares.

Tertio ob.dum idem Bart.dicit, cum sit de imperio paruo, quod admittitur procurator, quia ubi agitur de ictu fustium, procurator non admittitur, ut in d.§.ad crimen, not. ergo nec cum agitur de aliquo relegando, quoniam sunt casus parificati in.d.§.minuitur, de ictu fustium enim in .l. ictus fustium .ff. de his qui not.infa.

Sol.æquiparantur quo ad hoc, ut æstimatio minuatur, non quo ad aliud, propter diuersitatem rationis, ut utroq; casu procuratoris interuentus prohibeatur. Et ad declarationem.d.l.ictus fustiũ nota, quod fustibus .i. bacillorum fascibus cedebantur liberi, flagellis uero serui.l.fi.ff.de iniur.

Quarto ob.dum dicit, quod hoc casu sententia in absentem ferri potest, quia condemnatus in absentia æquiparatur deportato, ut not.in.§.relegati, insti.q.b. mo.ius pat.po.sol.ergo omnino erit, & adhuc de alio gradu ut supra.

Solu. uerum est obiectum in eo, qui

condemnatus est ad mortem, ergo non in relegato, ita Bald.in.l.ei us qui, in.§.i. col.2.ff.de testa. Et ut scias inter deportatum & relegatum discrimen est, quia ille perpetuo intelligitur pœnam pati, iste uero ad tempus, glo.est reputata singu.in.d.§.relegati, cui nec bona adimũtur, sicuti deportato, & fusius ut in.d.§. relegati & in.l.i.C.de hæ.insti.cui etiam usus togæ erat ademptus, ut Plin.Iuni. lib.4.ep.testatur, & sic omnino ex his pœna mitior est, ut apud Athenienses ostracismus in decennium, & Syracusanorum petalismus inuenti, non ad castigandam improbitatem, sed ad potentiam moderandam. Exemplificat etiam Bart.in tortura† si ad pœnam infligatur, non ad inuestigationem ueritatis ut per eum. Et hoc quoq; casu prima facie male, quoniam (ut inquit Abb. in.c. cum in contemplatione, in prin.de reg. iu.) nihil aliud est, quàm corporis cruciatus, inuentus ad ueritatem eruendã. l.diuus.ff.de q̃stio.tortura inde etiam dicta† siue tormentum, quia per corporis cruciatum mens quoq; torquetur, & est argu.in.l.hac consultissima, in.§.at cum humana fragilitas.C.qui testa. fa. po. & quæstio, secundum Iuriscon.idest indagatio, & exercere quæstiones, à quærendo scilicet dicta, & hinc Quæstores, quasi quæsitores, & fidicula instrumentum tortorium (author est Valla) à fide & ueritate eruenda.elegan.lib.i.c.5.in fi.ergo non ad pœnam, ut de carcere in simili dictum est supra d.l.aut damnum.§. solent.ff. de pœn. & dato quod ad penam infligatur, de alio gradu esse uidetur, cũ sit maior dolor, quam utriusq; manus abscisio, ut in.§.quia uero, in authen. ut nulli iudi.Paris pute.in tracta. syndi. in .§.tortura secundo fo. 113. Deci. hic, & Pau. Grillan. in tracta. quæstio. in 4. q. num.10.

52

53

Sed pro solu. breuiter responderi potest, quod quamuis ad pœnam dari non soleat, datur tamen ex causa, quando ex delicto uenit imponenda pecuniaria, & reus, propter paupertatem soluere non potest, quo casu luitio interdum fit per torturam, si maxime sit uilis persona.l. i.§.fi.ff.de poen.l.quicunq;.C. de ser.fu. l.si quis id quod, infra eod.§.ex diuerso, in authen.ut iudi.si. quoquo suf. Pute. in præallega. tracta.in.§.tortura, primo idem Grillan.ubi supra colum.7. num. 9.& licet maior dolor sit, quam utriusq; manus abscisio, non tamen esse potest de alio gradu, ex quo torquetur, ut Bar. dicebat, corpus acriter, nec est hoc casu ademptio totius uitæ, aut partis, considerabilis, secundum Deci. & bene,
54 & nota quod tortura † habet quinq; gradus, primus est terror. Secundus, eleuatio modice facta supra terram. Tertius, detentio per spatium unius miserere. Quartus, si detineatur plus. Quintus & ultimus, si post suspensionem, & tractum chordæ, detineatur adhuc, lorica pedibus appensa, uel pondus simile, quo torti membra, & ossa quodammodo dissoluantur, & fusius, ut idem Grillan. ait in loco præallega. q. 4. num. 3. 4. 8. 9. & 10. & hoc ultimo casu testatur uerum esse, quod sit maior dolor, quam utriusq; manus abscisio, posseq; uerificari quod dicitur in.d.§.quia uero & non aliis casibus.

Cætera difficultatem non habent, & minus quæ dicuntur de mixto imperio quare sic dicatur, quod sit, & quibus competat, ideo dic, ut per eundem Bar. & Docto.

Et dum gradus considerat, & primo maximum, qui consistit in impetratione & datione ueniæ, soliq; Principi cõ
55 petit† Adde ueniam ætatis esse, idest licentiam, ut in simili, cum in ius uocatur à filio pater, seu patronus à liberto l.2.C.de in ius uo. l. fi.ff.eo.ad differentiam ueniæ, idest indulgentiæ, cum delictum præcedit, & de qua alias in .l. pe.C.de sen.pa.& in.l.cum quis, in.§. si si quis pro reo, & ibi Barto. in prin. ff. de solu. & fit ætatis dispensatio, ut facilius homines cum minoribus contrahant, scientes alias ante xxv. Annum posse in integ.restitui, si facilitate ætatis labantur, & etiam post, intra tamen

quadriennium .l.i.ff.de in integ. resti.l.i. ff.de mino.l.fi.C.de tempo.in integ. resti.pe.& fuit dictum Archi.ac Ioan.An. in.c.primo.de pac. in 6. quod refert, & sequitur Alexand.consil. 240. ad fi.uolum.6.& est argumen.in.l.qui cum alio ff.de regu.iu.tradit Barto. in .l. qui res, in prin.ff.de solu.

Exemplificat Barto.etiam in arrogatione,& mirum mihi uidetur, cum sit species adoptionis .l. secunda per eum allega.ff.de adop. possitq; fieri adoptio etiam magistratus imperio, idest authoritate,ut ibidem.

Sol. potest adoptio fieri magistratus imperio,quia adoptandus habet patrē, arrogandus autem non, agiturq; de trāsitu in alienam potestatem tunc, quod est fortius, quam si de una in aliam, ut per Albe.in rub. eo. in prin. qui dicit etiam,quod unus habet bona,alius non. & bene,estq; argu.in.l.i.in.§.sed & si qs ibi,nam vel magis consulendum est his ff.de Carbo.edic.& in.c.ubi periculum, de elec.in 6.

Tamen cogita(ut dicebam alias) qđ cū lex maxime cōfidat de maioribus magistratibus.l.i.in fi.ff.de offi.p̄fec.p̄to.ipsorum authoritate deberet ēt posse fieri. Et dic,forte alia ratione hoc idem fuisse decisum, in præallega.l.2.quia olim, & antiquitus fiebat transitus in alienam familiam rogatu populi (author ē Gel. noc. Atti. lib. 5.c.19.) populus autem imperium & potestatem in principem transtulit .l.i. ff. de consti. prin. ergo. Et remissiue quid sibi uelit uerbum iustus filius in .d.l.2. dixi lib. x. enchiri. c. 149.

Adde nunc quod iustus quandoq; bonus dicitur.l.si uxor .ff. ad legem iul. de adul. quandoq; legitime datus ut in tutore. l. 3.§.i.ff. de tute. quandoq; non iniustus .l.stichum.§.naturalis.ff.de sol. l.iusta.ff.de uer. si. & quandoq; aliter ut in lege 12.tab.iusti dies 30.qui dabantur cōdemnatis quasi iustitii, quippe quod intra illos, ius tacebat,nec cum illis agi poterat, iustitiumq; dicebatur, sic Liui.3.Deca.lib.3.sæpe, & Sydon.apollina.secundo Dion Ro. histo. 55. legitimus,& uerus filius uero in.d.l.2.quia latini quoq: uerum pro iusto ponunt, & pro iustitia ueritatem.

Tertio exemplificat etiam in emancipatione infantis,& est pro eo casus clarus, in .l. pe. C. de eman. libe. Cui tamen obstare uidetur .l.fi.eo.tit. & lib. & .§.præterea, insti.quib. mo.ius pa po. sol.

56 Sol.uerum est,iure nouo† non ueteri, & d.ll. concordabuntur, quarum una est post aliam multo tempore condita, & à diuersis quidem, antiqua enim est Anastasii, noua uero Iustiniani, illa xi. Kl. Aug. Constantinop. Probo & Auieno Inn. Coss. ista autem Kl. Nouemb. post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. alias refragaretur quod habetur (& est regula trita) in .l. non ad ea .ff. de condi. & dem. & ad propositum quid sibi uelit uerbum rapisma, pariter positum in d.l. fi. declaro ego lib. xiii. enchiri. de quo supra .c.316. & Baldui. quæ fuerit antiqua illa obseruatio in emancipatione, in .d.§.præterea. Ex institutio. tamen Caij, eo. tit. de alapis de quibus in .d.l. fi. & in authen. consti. quæ de dignita.nihil, Barto. etiam sibi ipsi contrarius uidetur, quia hic dicit, emancipationem fieri à solo Principe, infra autem in vlti. gradu, imperio, idest authoritate cuiuslibet magistratus. Solue, hic habuisse respectum ad ius antiquum, ibi ad nouum, & iam dictum est.

Vltimo exemplificat in legitimatione per rescriptum, & omnia hæc dicit esse mixti imperii maximi, quia expediuntur officio iudicis nobili, & quia priuatam utilitatem principaliter respiciunt, & in diffinitione ipsemet paulo ante. Adde nouissime Bald. & ultra alias dicta, signanter inquiens, legitimationem esse proprie Principis donum, consil. 406. casus, in ulti.colum.uolum.3.& probatur in.§.si uero, in authen. quibus mo.na. effi. sui. sed non qđ aliis modis non possint etiam

etiam filii legitimari, ut dixi in aliis lectu. Adde rursum, quod alii quoq; sunt casus principi reseruati, de quibus in.c.quod translationem, de offi.le.licet Bar.ponat hæc tantum, non tamen reprehendendus, quia exempla regulam non restringunt, sed declarant .§. hactenus, insti.de gradi. & ad propositum in legitimatione etiam exemplum posuit quia arrogationi similis est .l. iubemus, in fi.C.de na.libe.per quem tex.ita præcise dicit Bal.in.l.i.colum.2.C.de iu.au. an.à nobis alias, & ad idem, sæpe etiam
57 allega. Sed mirum est, quod uenia† ætatis per procuratorem impetrari non possit.d.l.2.C. de his qui ue. æta. impe. non arrogatio fieri.l.ita autem.§. gessisse.ff.de admi.tu.l.post mortem.§. neq;, & utrobiq; Bar.ff.de adop. & multominus emancipatio, ut ibidem, & tamen legitimatio admittatur, sic facta, nec possit de iure improbari, estq; opi. communis, ut tradunt Scriben.in.l.Gallus, in.§.forsitan, in prin.ff.de libe. & posth. Sol.in uenia requiritur personæ præsentia, ad cognitionem, quæ sine ea adhiberi non potest, hic autem de executione agitur, & propterea etiam in absentia patris fieri potest, qui nihil agit, sed princeps, uel habens authoritatem ab eo, in arrogatione autem sic, & in emancipatione, igitur consentaneum est, ut ipse præsens sit pariter, nec possit actus aliter subsistere, & susius ut per Barto. & alios, in.d.§.forsitan, melius & clarius Bal.in.l.excusare.ff.de excu.tu.quod legitimatio residet in Principe, arrogatio uero & emancipatio in patre, & in aspectu corporis denique; ueniæ impetratio, & de legitimatione pulchre Bal. uidendus est etiam consi.146.titulus, col.ult. uolum.i.

Secundo considerat Bart. imperium
58 mixtum maius † si cognoscatur de sententia per uiam supplicationis, à qua appellatum non sit, quæ cognitio soli Principi competit & præfecto prætorio & latius ut per eum, cum quo cæteri cōmuniter transeunt.

Tu uero aduerte, ultra alias dicta, qā mirum est, quod cognoscat hic præfectus prætorio, & æquiparetur Principi, cum tamen de graui præiudicio agatur idest de dominio auferendo ei, in cuius fauorem sententia fuerat lata .l. statu liberi à cæteris .§. quintus .ff. de statu libe. Barto. in .l. 2. in.§. primo.ff. de publicia. Bal.in.l.debitori, in prin. C.de pac. nec tamen ponatur in gradu mixti imperii maximi. Solue, hoc idem factum fuisse, quia omnino maiori prouidentia dictis casibus opus erat, quam isto. & quia de supplicatione & ap. multa alias scripsi ad istorum declarationē conferentia, consulto nunc sunt omittenda.

Tertio considerat mixtum imperiū magnum, & in requirentibus plenam causæ cognitionem ac cohercionem realem uel personalem exēplificat, idest restitutione in integ.actuali missione in po. ex secundo decreto, uel expulsione de possessione, re ipsa, subiiciens hæc nec iure magistratibus competere, nec posse delegari; nisi in restitutione fauore minoris, de quibus tamen loco suo dictum est satis, in.l.i.scilicet supra de officio eius cui man.est iu. & maxime quo ad intellectū.l.fi.hic per Bar, allega.C. ubi & apud quem. Interim aliud est, quod me in admirationē adhuc traxit, quod missio non possit delegari, cum tamen uideamus etiam nuncio committi, ut not.in.l.iubere cauere infra eo. sitq; expulsio non solum maioribus magistratibus commissa pariter à lege, uerum etiam permissa priuatis.l.i.§. eum qui .ff. de ui & ui ar. Sol.dic, quod executio nudi facti nuncio committitur, non aliud ex quo hoc idem maioribus magistratibus reseruatum est, commissio scilicet, qua mediante succedat actualis missio l.fulcinius.§.i.ff.quib.ex cau.in po.ea, ut partes timeant, & eorum reuerentia acquiescāt, nec scandala oriantur.l.æquissimum.ff.de usuf.declarat Bal.in auth & ei qui, in 5.colum.C.de bo.au.iudi.pō. & Ias.in.d.l.iubere cauere, in 3. infra eo. & Clau.in.l.2.in 4.supra eo. priuatisq; expulsionem esse permissam, si uim repellant

pellant ui, ut ibi dicitur, & de materia alias.in.l.ut uim.ff.de iusti.& iu.& ad ꝓpositũ nota, quod sano modo locutus ẽ Bar.(ut tacitæ obiectioni occurramus) in requirentibus plenam causæ cognitionem, prædicta procedere, & realem, ac personalem cohercionem, & de missione actuali, declaratq; membrum sequens, in quo agitur de pronunciando quem mittendum, & istud est (subiicit) quando aliquid fit adhuc cũ plena causæ cognitione, mixti imperii, sed non ꝙ cohercio realis uel personalis requiratur, ut per eum. Adde ad illud, quod ꝓnunciare de mittendo in possessionem ex secundo decreto, sit huiusmodi, Ias. pulchre, in.d.l.iubere cauere, col.præallega. infra eo.

Reliqua, de industria etiam preteremitto, quia dictum fuit satis in præallega. l.i. de offi.eius. ꝑtermitto rursum, ꝙ de iurisdictione docet, quia diffinitio vera est, & defendi à leuibus Docto. obiectionibus facile potest, ut in aliis lectu. Dum ergo eiusdem iurisdictionis gradus considerat, & primo maximum in
59 causis liberalibus ac status, † quod licet iure actionis expediantur, & hac de re de iurisdictione sint, non autem meri aut mixti imperii, quodq; est tamen species maxima, quæ delegari non potest, sed per magnos iudices explicari, ita ut præiudiciales, hac ratione quoq; appellentur. §. præiudiciales, insti.de actio. & de materia alias in .l. placet.C. de peda. iudi. Videtur mihi, quod immo cognosci posit etiam à iudicibus minoribus, & incompetentibus .l. quotiens .C. de iudi.

Sol.id uerum est (ut dicebam alias) incidenter, non principaliter, quod quomodo cognoscatur, declarat Bar.in l.i.colum. 2. C.de ordi.co. Rota deci. 9. si petatur, colum.i. & mirum quia sic quædam permittuntur, quæ non permitterentur alias, argumen. in .l.si unus, in.§.illud.ff.de pac.& in.l.nullum C.de testi.multa in not.casu Sauilia. cõ si. 6.nu.112.uol.i.& quia cognoscens iurisdictionem saltem in potentia & habitu habebat, ut per Abb.in.c.lator, in.2. col. qui fi. sint legi.& ad propositum infertur, his stantibus, quod citatus à minoribus Iudicibus, in citatorio hac causa expressa, comparere non tenebitur, quodq; non ob hoc mulctabitur, secundum Bar.in.l.2.in.i.col.ff.si quis, in ius uo.nõ ie.& probatur in.l.si quis ex aliena, in simili, cum not. ibidem.ff.de iudi. Rursum opponitur, & uidetur mihi quod immo possint delegari, probo, quia causa seruitutis & libertatis, præiudicialis esse uidetur, & maxima, ex quo conditionem & statum attingit ꝑsonarum, ut ingenuitatis & libertinitatis, de quibus supra.l.seruitutẽ.l. quod attinet.ff.de regu.iu.d.l.quotiens, & nihilominus potest delegari, ut ꝑ Bar. in l.nequicquam, in.§.ubi decretum, in.i. lectu.in ulti.col.ff.de offi. procon. & in l.si quis libertatem nu.9.ff.de peti. hær. Sol. potest delegari, quia dicto casu agitur de commodo pecuniario.d.l. si quis libertatem, uer.plane.l. iam dudum .C. ubi cau.sta.& sentit idem Bar.hic, dum se remittit ad dicendum in.d.l.si quis libertatem, est uerum quod Cur. hic sentit contrarium, & urget text.in.d.l.quotiens, sed pro nunc ab opi.Bar.non recedemus, quæ est communis, & diximus in.d.§.ubi decretum, & in .d.l.i.de offi. eius supra.

Vltimo opponitur, causa matrimonialis est grauis, quod liquet ex eo, quia olim sola synodus episcopalis cognoscebat, ut per But.in.c.i.in.i. colum. in fi.de sponsa. hodie episcopi tantum .c. causam matrimonii, & ibi Abb.in prin. de offi.de.& quia in ea non defertur iuramentum in supplementum probationis, sicuti nec in aliis grauibus & maximis, secundum Bald.Saly.& cæteros, in l.in bonæ fidei, in prin.C. de reb. cre. & ideo Bar.in.d.l.2 .eam liberalibus æquiparat causis, in prin. ff. si quis in ius uo. non ie.& tamen delegatur.c.i. & ibi idẽ But.in specie, de consan.& affi.Sol. delegatur de consuetudine, non de iure, ut ibidem dicit, & in simili ego post Alb. & Deci.in.l.i.supra de offi.eius.

Quo

Quo ad secundum gradum, ad quem etiam Bar. supra in quarto meri imperii se remittit. dum dicit, quod maior iurisdictio est in casibus, in quibus fit commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem, uidetur mihi quod male dicat, qꝙ; debuisset potius poni hoc idem in gradibus meri imperii, ut in tortura suo loco diximus, uel saltim iurisdictionis maximæ, quoniã quælibet corporalis pœna, etiam minima, est quacunq; pecuniaria maior, uulg. l. in seruorum. ff. de pœ.
60 Sol. iurisdictionis est † quia principaliter erat debitum in consideratione, uigore sententiæ super actione latæ, licet postea commutatio fiat, quod cum accidens sit, non efficit ut de mero imperio esse dicatur, iuxta glo. in. l. certi conditio. ff. si cer. pet. l. item ueniunt. §. cum prædiximus. ff. de peti. hæ. R o. in. l. in prouinciali, in. §. i. colum. pe. ff. de no. o. nũ. Nec officit dictũ de tortura supra quoniam eo casu delictum præcessit, & condemnatio pecuniaria facta, deinde commutatio pœnæ, quia solui propter paupertatem non potuit, nec de alio gradu esse poterat principaliter, quam de mero imperio. Ex quibus (cætera etiam plana sunt, à uobis studio camerario uidẽda) finis impositus sit, potius per modũ summulæ, quam repetitionis, & ne dicta quoq; alias repetamus, huic not. legi, die 18. Martii 1552. Patauij.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

L. Imperium. ff. de iu. o. indi.

1 *Merum imperium est supremus iurisdictionis gradus.*
2 *Henricus Imp. Pisis, Robertũ Siciliæ regem ut rebellem condemnauit.*
3 *Quo exordio uteretur Rex iste in mandatis.*
4 *Mixtum est in gradu medio.*
5 *Iurisdictio in minimo.*
6 *Mixtum habet duo causarum genera.*
7 *Iurisdictio, species tres.*
8 *Simile mero imperio mixto & iurisdictioni, notandum.*
9 *Imperium multiplex est.*
10 *Merum ad mixti differentiam dictum est.*
11 *Habere gladij potestatẽ, an uere effectualiter q; intelligatur.*
Et ibi de uerbo habere multa.
12 *An de gladio materiali proprie intelligi debeat.*
13 *Quare potestatem dixit non executionem.*
14 *De martis gladio nonnihil.*
15 *Verbum animaduertere multas habet significationes, quomodo capiatur hic.*
16 *Quare dixit homines.*
17 *An animal noxium comprehendatur.*
18 *Leges Draconis fatue, & ridiculæ.*
19 *Intellectus. c. mulier 15. q. i.*
20 *Inculcatio uerborum uiciosa.*
21 *Denominatio à digniori fieri debet.*
22 *Fallit in aliquibus.*
23 *Mixtum à communi differt.*
24 *Quo modo iurisdictio mixto imperio insit.*
25 *Quomodo intelligatur, quod iurisdictio sit iudicis dandi licentia.*
26 *Quod hic ponantur exempla, non diffinitiones, communiter tenetur.*
27 *Capitalis pœna, tribus modis dicitur.*
28 *An in dubio de exilio intelligatur.*
29 *Limitatio not. ad. l. fi. C. de his qui ueni. eta. imper.*
30 *Limitatio glo. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad treb.*
31 *Quo modo cognoscatur sententia diffinitiua.*
32 *Quæ dicatur causa summaria.*
33 *Quod disputatio uana esse non debet.*
34 *An statutum mentionem faciens de diffinitiua, comprehendat latam in causa summaria.*
35 *Glo. mixtum in prin. referendo opinionem Irnerii, peccat in duobus.*
Et ibi, quod dictio quasi, est diminutionis nota.
36 *Concessa iurisdictione in castro, an uideatur concessum merum imperium.*
37 *Multa ad intellectum. l. fi. ff. de consti. prin.*
38 *Ad intellectum. l. formam. C. de offi. præf. præto. deq; præfecto præto. multa.*
39 *An possit quis se carceribus obligare.*
40 *An statuto induci possit, quod quis pro pœna stet perpetuo in carceribus.*
41 *An tortura sit parui imperij, an uero maioris.*
42 *Tortura gradus quinq;*
43 *In quibus consistat imperium mixtum maximũ.*
44 *Quare in arrogatione requiratur, auctoritas principis, & non in adoptione.*
45 *Quare infans poterat emancipari, & nõ exheredari.*
46 *Legitimatio pluribus modis fit, sed ut plurimũ per rescriptum principis.*

Quare

47 *Quare arrogatio non fit nisi authoritate principis, in legitimatione autem rescriptum sufficiat.*
48 *Quomodo legitimatio fiat per rescriptum, quatuor modis declaratur.*
49 *Quare non fecit unum mixtum maximũ uti merum supra, faciendo mentionem praefecti praetorio, sed in duos diuisit gradus, maximum scilicet & maiorem.*
50 *Causa libertinitatis & ingenuitatis fiunt grandes*

neq; delegantur regulariter.
51 *Iure actionis expediuntur.*
Et ibi quod actiones sunt praeiudiciales, & quare
52 *Qui non habet in aere luit in corpus, estq; causa quae pariter delegari non potest.*
53 *An à principio in hoc officium iudicis possit implorari, si sit certum, debitorem soluendo non esse.*

VLPIANVS LIB. SINGVLARI DE OFFICIO QVAESTORIS.

1 IMPERIUM; in mero imp. qui supremus† gradus dicitur iurisdictionis est gladius materialis, nec aliud est, q̃ habere ipsius gladii potestatẽ (ut hic dicitur) aĩaduertendi &c. & est mors nãlis, vnde Rex Robertus Siciliae olim (is. n. est quẽ Henricus Imp. Pisis uti rebellem condemnauit anno Domini 1313. 5. Kl. Maii, 5.
2 anno† regni, &. i. condemnãtis imperio ut refert Card. in clem. pastoralis col. 3. de re iud.) sic in mandatis suis exordiri
3 solebat† Ad Custodiam bonorũ, malorumq; uindictã, Princeps portat gladiũ & imperii potestatem exercet, quae dum seuit in reprobos pacificos seruat in trãquillitate securos, & bene. c. factae autẽ sunt leges 4. d. l. congruit. ff. de offi. praesi. Luc. de poe. in. l. omnes ad fi. C. de anno. & trib. lib. 10.

4 In mixto vero qui est medius† relegatio comprehenditur, quae est ciuitatis amissio, & mors ciuilis. l. 2. ff. de poen. l. 2. de pub. iu. l. edicto. §. rei capitalis. ff. de bo. po.

5 In simplici iurisdictione aũt† q̃ minimus est, coercio modica, uerbalis, & realis. l. fi. supra de offi. eius. l. magistratibus infra eo. Bald. in. l. placet col. 3. C. de peda. iud. & ut alias latius.

6 Habet quoq; mixtum duo † genera causarum { magnarum & minimarum. Ille cognitionem desiderant, iste non, ut per Bal. met, in. d. loco.

7 Habet & iurisdictio† tres species quoq; { magnarum. mediarum & minimarum, magnarũ si sit quaestio status, mediarum ultra solidos 300. minimarum intra, quod Bal. ad huc ibidẽ declarat.

8 Non secus† quo ad primũ, si hominem diceremus, qui ẽ in primo gradu aĩaliũ, Pygmeum uero in secundo, quo ad secũdum, & simiam deniq; in tertio, quo ad iurisdictionem, ut inquit Alb. magnus lib. 21. c. 2.

9 Imperium, q̃ ẽt potestas appellatur, ut hic & in. l. eum qui infra eo. summũ est† ut olim Assyriorum & Romanorũ in Asia & Africa, hodie Turcicũ, in Europa Tuysconũ, idest Germanorũ, nec de isto siue ista loquitur lex nostra. Aliud legis, cuius uirtus idest potestas, est Imperare pariter. l. legis uirtus. ff. de legi. nec de isto loquitur. Est & aliud patris in filium. l. in suis ad fi. ff. de lib. et posthu. l. 3. C. de pat. pot. Domini in seruum. l. 2. ff. de his q̃ sunt sui uel alie. iu. Mariti in uxorem. c. haec imago. c. manifestissimi 33. q. 5. Domini in uasallum c. caeterum de iudi. c. ex transmissa, & ibi Bar. de so. comp. Et Abbatis in monachum qui seruus religionis dicitur. l. pedius & ibi Bal. ff. de arb. nec de isto loquitur. Est & aliud deniq; quod habent magistratus maiores. l. pe. in fi. ff. de iusti. & iu. l. 2. §. post originẽ uer. post deinde. ff. de ori. iu. l. ea q̃ ff. ad munici. ibi magis imperii est q̃ iurisdictionis. l. cum p̃tor; ff. de iud. ibi p̃p uim imperii, & de isto hic tractatur, & ut habetur etiã in. l. potestatis uerbo. ff. de uer. si.

10 Merũ, dixit† ad differentiã mixti, haecq; ex tribus Bar. expositionibus infra nu. 8. uerior est, & communior, concordan: allegat Deci. vt per eum nu. 31. quasi vni

cum purum,simplex,& nullius iurisdictionis siue priuate utilitatis mixturam habens, sed per oīa publicam respiciēs.

Ea de re,dicit Bal.in.l.certi condictio in.§.quoniam col.2.ff.si cer.pet.qđ si statutū ꝓhibeat probationē ꝑ testes et sic merā ac simplicē,non tamen prohibere uidetur eam,q̄ mixta est,& fit per testes & instrumenta,ꝙ ēt confirmat in statu. in.§.ꝓbatio nu.8.Et Corn. alibi qđ mera interlocutoria dici non pōt sententia à qua diffinitiua dependeat,cōs.35.nu.4 uol.i.soleo ego ēt allegare tex.in.l. cum seruus,ibi neq; meram conditionē putamus,quæ in datione cōsistit.ff. de cō, & de.nouissime addo aliū in.l. aquilius regulus.ff.de do.& in psal. cōfitebimur tibi,ibi calix in manu domini,uini meri,plenus mixti.

11 EST HABERE,ergo non uere hēt† quia uerbū hoc fictionē importat.l. deo nobis.C.de ep.& cle.ubi monachus habetur ꝑ mortuo, idest fingitur & est fictio priuatiua,iuxta not.in.l.si is qui pro emptore.ff.de usucap.similiter p̄teritio matris pro exheredatione habetur.l. illud §.ad testamenta fœminarum .ff. de bo. po.con.tab.idest fingitur ut not.Bart.in authen.ex cā col.2.C.de libe.p̄te.bonus tex.ad idem in.l.si forte,ibi ut in castren si peculio habeat.ff.de cast.pecu.

Sol.uere habet & effectualiter.ad oppositum respondetur,quanquam dictis casibus fictionem importet, quod tamen hic est secus.l.2.§.furiosus.ff. de iure co. di.& qđ effectualiter ex hoc uerbo, habeat probatur,quia sic ēt dicitur, quod filii nati in figura matrimonii, pro legitimis & nālibus habentur.c.2.qui fi.sint legi.l. nomen filiarū.§.habere.ff.de uer. si.unde si super uero est uerbū istud positum,ueritatē importat,ut hic,& in .d. §.furiosus,si super ficto fictionē, exēpli gratia,ꝙ mercatores forenses,qđ scholares ꝑ ciuibus habeantur,ita Bal.in.c. licet nu.4.de elec.& de materia alias i.l.si maritus in.§. legis iulie .ff. ad legem iu. de adul.

GLADII, potestatē, de materiali non de intellectuali(vt aliqui uolunt, & male)

12 intelligi dēt†.l.q̄uis.C.eo.l. aut damnū .§.i.ff.de pœ.§.itē lex iulia,insti.de pub. iud.Deci.hic plene in.i.not.ad fi.ego supra in pri. Adde tu qđ hinc dicimus de isto gladio intelligentes ecclesiā ipsam habuisse habitu non actu.c.sententiam sanguinis,ne cle.uel mo. Are.in.§.sacra nu.2.ubi illud quoq; declarat conuerte gladiū in uaginā,insti.de re.di. exercuit tamen Christus in causa adultere, siue exercuisset,si adulteriū probatū fuisset, & in Anania,ac uxore Saphira Petrus c. petrus 23.q.8.

13 Et gladii potestatem habere non executionem dixit † quia id est iuris & imperium ꝓprie ac potestas, istud aūt improprie & facti,ita Bald. in.c. de cætero nu.4.de re iudi.

Et figura ē quā Metonymiā uocamus, hoc est transnominationem potestatē gladii scilicet, pro potestatem pœnæ capitalis.Et de isto gladio inquit Abb. Vspergen.qđ Martis† Atilæ Hunnorū regi confidentiam dabat.

14

15 AD Animaduertendum, multas † hēt significationes uerbū istud, ut per Dec. in præalleg.i.not.Adde tu text.in.l.2. in §. exactis.i.ff.de ori.iu.& in.l. respiciendum in.§.fi.ff.de pœ.& in.l.i.in.§.fi.ff.de aleato.sed tamen hic(ut ipse dicit, & bene)ex supra dictis pænā sanguinis importat,quia scilicet non simpliciter uerbo ipso utitur, sed aliis quoq; id ipsum significantibus,arg. in.l.si seruus pluriū in.§.fi.ff.de lega.i.& hinc est qđ alibi dicit iure con. capitis aīaduersione in.d.l. 2.in.§.post originē in ver.post deinde.ff. de ori.iu.& hoc in foro seculari,in ecclesiastico uero degradationē & traditionē curie sæculari, de quo tamē infra interī Feli.tradit i.c.in nōnullis ad fi.de iude.

IN HOMINES FACINOROSOS, adde

16 & fœminas,q.a masculinū† concipit fœmininum.l.i.ff.de uer. si. Et maxime cū de publica utilitate agatur.l.ita uulneratus.ff.ad legē aqui. ꝙ fauorabile est , & quia ly homo,est terminus cōis,& materia indifferens.l.hō.ff.de uer.si.Bar. multa in.l.i.in.fi.prin.ff.de pecu.Deci.consi. 339.col.i.uol.2.

Di-

17 Dixit rursum homines † quia si animal noxium fuerit, & pauperiem commiserit actione de pauperie pro noxa dabatur in lege xii. tab. nec poterat in eum merum imperium siue gladii potestas exerceri. l. i. ff. si quad. paupe. fe. di. & quia exprimendo hominem, animal noxium excludit. l. cum prætor. ff. de iudi. quod etiam facinus committere non dicitur, ex quo sensu & ratione caret. d. l. i. §. i. & ideo homo est substantia animata, sensibilis & rationabilis, quæ diffinitio alioquin pecus non cõprehendit, quippe q a sẽsu & rõne caret, ut dictũ ẽ.

Et quanquam Draconis legibus, inanima quoq;, quæ cuiq; mortis causa fuissent, cedis tenerentur, statuaq; Theagenis Thasii, (ut Pausanias narrat) quia hominem eam flagris cedẽtem, oppresserat, in mari abiecta sit, inq; Arno Florentinorum Fluuio, Martis Idolatre, non ob id tamen extendi usquam potest tex. noster ut ea omnia comprehen-18 dantur, immo quod mihi fatue leges † & per quam ridicule esse uidebantur.

Nec ob. tex. in c. mulier 15. q. i. ubi mulier quæ accesserit ad omne pecus & uolucrit ascendi ab eo interficitur, & pecus cum eà, originaliter leuit. 20. c. refert Gui. Papa deci. 238. & firmat exerceri posse merum imperium, si sic peccet animal etiam ratione carens & male, ex quo id fieri debet, non quia merum imperium sic exerceatur, sed ut ipsa mu-

19 lier tali flagitio contaminata † ut textus met dicit in d. c. mulier, indignam facti refricet memoriam, sic etiam Frater Fran. Georgi. in lib. problema. de præcep. 2. tab. num. 396. nonnihil 347. Tomo. 2. sic Iouii. par. 3. histo. lib. 39. quod à Budensibus duo milites intercepti qui regiis in hortis edifficia succendebant, ultimo supplicio affecti fuerũt, quodq; in eadem furca totidem porcos pariter ignominiam suspenderunt.

MIXTVM, (de potestate nihil scribo, quia satis dictum est supra ad hoc tantũ aduerte superfluere istud, quod etiam potestas appellatur, estq; uerborum in-20 culcatio vt † dicitur in. l. certi condictio in prin. ff. si cer. pet. & in. l. lecta. ff. eo. & hoc quia dixerat iam, quod merum imperium ẽ habere gladii potestatem &c.) appellatur, quia participat de duobus simplicibus de imperio scilicet & iurisdictione ut infra. l. 2. de uer. ob.

Ex quo tollitur unum de quo hic ꝑ Deci. dicentem, cum ex mero imp. & iurisdictione componatur, ꝙ à digniori qualitate, deberet merum dici, & denominari, & male, quoniã ex imperio simpliciter & (vt diximus) iurisdictione cõponitur, & hac de re mixtum appellatũ est, egoq; alias fusius.

21 A digniori igitur denominatur † imperiũ. s. mixtũ, & non mixta iurisdictio c. qđ in dubiis de consecra. ecc. uel alta. not. in rub. ff. de uerb. ob. hinc dicitur S. C. Syllan. à Sylla, vt pote digniori, cum tamen centum essent senatores. l. fi. C. de peti. hæ. facitq; illud luc. 18. ibi ieiunabis in sabbato. i. in hebdomoda, sed sabbatum dixit, quia dies erat celebrior nisi accessorie ueniat, quia tunc principale etiam minus dignum attenderetur. §. si tamen insti. de re. di. ubi purpura q̃ est preciosior cedit uestimento, & ut hic per eundem Deci. in 2. not.

Adde tu tex. in. l. & si non sint in. §. ꝑ ueniamus. ff. de au. & ar. le. & in. l. 3. in. §. pe. ff. ad exhib. Bar. in. l. sodales col. 4. ff. de colle. illi. & est ẽt casus not. in clerico qui q̃q̃ sit dignior iudicatur tamẽ à patibus Curie laicis in causã feudali, & sic minus dignis, ut per Bal. in. c. i. col. 2. de controuer. feu. in usib.

22 Fallit adhuc regu. in † matrimonio, qđ à matre non à patre denominatur, ꝑꝑ. onera quæ portat mulier uel q a est certior, ut in. c. ex literis de conuer. infi. & in. l. quia semper. ff. de in ius uo. & ita transit idem Deci.

Prima tamen rõ est melior, quã assignat tex. met i. d. c. ex literis late Prepo. i. rub. de spon. num. 7. Aret. insti. de pat. po. in prin. Alb. in. l. i. in. §. ius nãle col. 2. ff. de iusti. & iu. facit dictum ecclesi. 3. ibi male fame est qui patrem derelinquit, & maledictus à Deo q. exasperat matrẽ à matre igitur matrimoniũ dictũ est, ꝑdicta

ratione, & non alia quæ ad dictum restringitur de quo in.d.l.quia semper.

Et sic denominatio semper à digniori, & magis dignum trahit ad se minus dicto.c.quod in dubiis, & iuxta illud etiã Io.16.& nouissime,uado ad patrem, qa maior me est,nisi alia subsit ratio ut supra, Fit etiam denominatio ab imperio & prærer hæc, & non à iurisdictione, quia de eo magis participat,argum.in.l. quæritur.ff.de sta. ho.§. adeo insti. loca.

Bar.in.l.Aristo.ff.de dona. Et ad mixti ꝓpositũ adde idem in actionibus, quæ simili mõ mixte dicũtur, qa sit pænalis & rei persecutoria,ut cõdictio furtiua.l. in re furtiua .ff. de condic. fur. uel quia realis præstationes habeat personales, ut in petitione hæreditatis .l. hæreditatis. C. de peti.hæ.uel quando nõ discernitur quis sit actor uel reus .l. in tribus ff.de iudi.not.in.§.quædam in prin.inst. de ac.

Item & ultimo(quicquid dixerit gl.)
23 quod differt mixtum à communi† quia mixtum illud dicitur quod semel facta confusione non potest amplius reuerti in suas substantias primas .§. cum ex aliena insti. de re. diui. commune autem fic.l.adeo.§.cum quis .ff. de acqui.re.do, Vel& melius quod mixtum sit respectu rerum commune respectu personarum l.serui electione.§.i.ff.de lega.i.§. si duorum insti.de re.di,

CVI ETIAM IVRISDICTIO inest, maxima oritur dubitatio inter docto.† quomõ insit an uti genus suæ spe
24 ciei an uero uti species Bar.nu.4.hic dicit,ꝙ uti genus inest suæ speciei, mixtũ imp.est species iurisdictionis, qa diuiditur in iurisdictionẽ & in imperiũ,imperium autem in merum & mixtum,& ita transit etiam Alex.& Ias.alias uti species inesset alteri speciei & male, cum insit tantum suo generi.l.semper in generalibus.ff.de regu.iu.

Ange.uero & Fulgo.aliter quod immo insit uti species,& idem tenet Deci, & bene,ad oppositum respondendo, ꝙ inesse posit speciei, ut noua species cõstituatur,dando simile de uino & melle quibus fit mulsum ut sic fiat ex imperio (non dico mero ut ipse, sed simpliciter quod supra declaratũ extitit)& iurisdictione mixtum,& ut per eum latius.

Dicerem ego aliter,quod insit uti species necessario,quia subiicit quod in dãda bo.po.consistit, alias cum sit genus nobilius specie,ut per glo.insti. de fidei com.in rub.si inesset suæ speciei,minus dignum idest species,traheret ad se magis dignum,hoc est genus & male,ut dictum fuit supra & legitur in d. c. quod in dubiis de consec.ec.uel alt. Cogita.

IVRISDICTIO,est etiam iudicis dandi li
25 centia † quasi dicat(ut per doct.hic)non est necesse, quod quis habeat merum & mixtum imperium ut possit delegare, quia etiam qui habet simplicem iurisdictionem hoc idem facere potest.l.à iudice .C.de iudi.

Aliam declarationem ponit Deci. ꝙ iurisdictio non solum cõsistat in cognitione causarum sed etiam in delegatione siue facultate delegandi, & istud implicet dictio etiam.

Prima magis placet , quia si merum imperium est, habere gladii potestatem &c.Mixtum uero in danda bo.po. consistat,iurisdictio necessario, (ut præcise dicitur in litera)erit in delegatione.

Quasi dicat ea quæ sunt imperii meri,& mixti,non delegantur, quæ uero iure simplicis iurisdictionis competunt fic.l.i.supra de offi.eius.& est uerus literæ sensus.

In glo.i.non insisto, quia nihil habet & dictum fuit supra,& communiter te
26 netur† quod sint exempla meri imperii mixti, & simplicis iurisdictionis, non diffinitiones , quod tamen ad longum disputat Ias.dic ut per eum.

In 2.in prin.(de gladio)de potestate, & quare dicatur merum , iam expeditũ est supra) dum inquit,quod pœna capitalis (licet de gladio,mentio facta sit)di
27 citur tribus modis† ultimi supplicii scilicet, relegationis , & damnationis in metallum,seu amissionis uitæ, libertatis,& ciuitatis , ut in legibus in ea allega.ego late in.l.transigere. C, de transac.

lect.

lect.2.bene loquitur,sed dicunt Docto.
28 quod tamen in dubio † de exilio intelligetur.

Moti per glo.quæ reputatur ad idem singularis in.l.i.C.ne christia.mā.eiusq; auctoritas non parua est,ut dicit Bar. in l.ut uim ad fi.ff.de iusti.& iu.

Et facit etiam, quia in dubio quoq; interpretatio fit semper in mitiorem partem .l.si præses.l. interpretatione.ff. de pœn.Bald.in.c. quisquis num. 4. de elec.&nimirum quia secus est in gratiis in quibus, plenior pars eligitur.c. cum dilecti,ubi idem Bal.num.12.de dolo & contu. & est argumentū in .l. cum quidam.ff.de lib.&posthu.Adde glo.singu. in.l.fi.in fi.ff.de præto.stip.quodq; hinc dixit Bal.ad propositum, si quis fuerit accusatus de insultu & uulnere, quod de uulnere tantum punietur, & sic in mitiorem partem inclinabit iudex, qua si in eo insit vulnus,in.l.diuortio in pri. col.3.ff.so. mat.& ita magis communiter tenetur.

Dicit Deci. tamen non probari per d. glo. quia illud ideo est ex quo fuerat declaratum in.l.iudæi.C.de iudæ.l.non est nouum.l.sed & posteriores.ff. de legi. c.super quæstionum in prin.de offi.del. pulchre Bart.ultra eum in.l.i.in.§.eritq; differentia.ff.ui.bo.rap.

Responde non officere, quia etiam quod dictum non fuisset,ita intelligi debuisset omnino, in mitiorē scilicet partem.d.l.si præses, cum aliis ut supra, & est arg.in.l.hæredes palam in.§.sed si notam.ff.de testa.

Ad quam regu. adhuc tamen instat, quod nec ex ea ꝓbetur communis opi ex quo in potioni significatu intelligi debet.l.i.§. qui in perpetuum.ff. si ager uec.uel emphi.pe.& naturaliter de pœna capitali,non ciuiliter.l.fi.C. de his q. ue.eta.imp.quod absolute negabitur in pœnis.

Est uerum quod aliqua iura obstare uidentur, sed facilis est responsio, ut ꝑ eundem Deci.ante quem Feli. ita præcise (licet nihil dicat ipse Deci.) communem opi.impugnat,postea ab ea non discedit, limitādo tamen quatuor modis in.c.qualiter in.§.ad corrigendos col.ulti. de accu. & post eum Bernar. de luco regu.41.

Additio.

Formaliter ad text. in.d.l.fi.C.de his
29 qui ue.eta.impe.responde † quod fallat id in pænalibus ratione supra dicta, & clarius quoniā pœnæ sunt potius molliende in dubio quam exasperande, ut signanter dicitur in.d.l.interpretatione, & adde(odiose enim sunt, & restringende.c.odia.c.in pœnis de regu. iu. in .6.l. cum quidam.ff.de libe.& posthu.) qđ ē contra sic etiam fallit fauore religionis, ut filii appellatione ueniat etiam filius qui non sit naturaliter filius, sed qui loco filii habeatur.l.si ita quis.§.is cui, & ibi Bal.in prin.ff.de lega. 2.§. sed & hoc præsenti in authen.de sanc.ep.not.in.c. in præsentia de proba.& est exemplum in monasterio, quod habetur loco filii. In Cæteris glo.est clara,dum tamen dicit quosdam tenuisse quod solus princeps habeat merum imperium, Scias non ob id à præcedenti opi.recessisse,q immo habeant omnes præsides, ut in.l. per ipsam allega.& dictum fuit satis, in l.i.supra de offi. eius. & limitabitur glo, in.l.qui filium in .§. sabinus .ff. ad treb. & ut latius per Ias.in.l. si idem cum eodem in.§.fi.infra eo.quoniam præcedēs est rationabilior.

In gl.mixtum, ex qua in prin. Doct. argumentum sumunt ad .q. si facta sit mentio sententiæ diffinitiue in statuto, an comprehendat latam in causa summaria, prius sciendum est,

Diffinitiuam dici duobus modis ut per Bar.in.l.titia colum.2.de accu.vel et
30 fusius quatuor † Primo quia requirit ordinem iudiciarium, de quo in .l. prolatam.C.de sen.alias sententia non appellaretur,nec ordo iuris,sed uia facti & liberi arbitrii ut inquit Bal. in statu. in .§. capere num. 16. & nota quod est ordo formalis, substantialis uero ille de quo .l.i.C.de ap. ut prius quæstio possessionis terminetur, postea uiolentiæ, ita idem Bal.in c.i.in.§.marchio de his qui

seu.

feu.da.po.in usib.

Secundo si principale negotium dissiniat.l.i.ff.de re iud.tradit Bar.in.d.l. titia,& in.l.si cum exceptione num. 4. ff. quod me.cau. & in hoc differt ab interlocutoria,ut dicebam alias, & est glo. not.in cle.i.in uer.diffinitiua de seq. po. & fruc.

Tertio quia ex ea oritur actio.l.miles .§.iudicati.ff. de re iudi. ex interlocutoria nō,cle.cum à repulsione de ap. estq; alia differentia inter eas.

Quarto quia parat præiudicium irreparabile, citra tamen remedium appellationis,q adhuc nō est in interlocutoria,tertiaq; differtia notatur.l.iudex posteaquam.ff.de re iudi .l. quod iussit .ff.eo.

Adde tu & quinto, quia ab ea potest appellari ab interlocutoria non de iure ciuili.l.2.ff.de ap.re.not.l.c. sup eo 2. de ap.&declarat alias Ro.in d.l.i.ff.de re iudi.& post eū Cor.consi.281.nu.13.uol.i.

Secundo sciendum est , causam dici summariam in qua etiam summariæ

32 proceditur† sine strepitu & figura iudicii,omisso scilicet ordine iudicario .d.l. prolatam &ut in.l.3.in.§.sciendum &in l.Thesaurus.ff.ad exhiben. & in.l.fi. C. qui admi.& ut plene per Bar.in extrauagan.ad reprimen.in uer.summarie.

Tertio sciendum ē,quod disputatio,

33 non erit vana†admonetq; nos iure.com. in.l.i.in.§.dixerit aliquis.ff.de publica.si gabellam solui eo prætextu diceretur, ut in simili,de libello,inquit Bar.in.l.ædita,nu.4.C.de eden.

Quo modo ad q.ipsam Dec. considerat tres casus,dic ut per eum, quia intelligi debet ut proposita est, in eo in quo maior dubitatio esse potest,quandoquidem alias difficultatem non habeat, argumentum in.l.quod labeo .ff. de carb. edic.glo.not.in.l.contra maiores .C. de inoffi.testa.

Prima facie ergo dicendum uideretur, quod non comprehendatur† diffi-

34 nitiua lata in causa summaria.

Et primo,quia non est proprie talis, statutum autem huiusmodi est, uerba in eo sic intelligi debere.l.3.§.hæc verba ff.de nego gest.Nec ab re quia ut plurimum consistunt, in sic uolo sic iubeo, sit pro ratione uoluntas, ut inquit Bal. in.c.i.in fi.de alie.feu.in usib.

Sol.licet huiusmodi sit,patitur tamē passiuam hanc interpretationem à lege dicente diffinitiuam quoq; fore, quanquam in summaria causa lata sit,ut ostēdemus infra, ergo comprehendetur in eo pariter .l.i.§. lex falcidia .ff. ad legem fal. Et hac ratione statutum adhuc dicens, quod fœmina non succedat cum masculis,extenditur quoq; ad legitimatos,& passiuam hanc simili modo patitur interpretationem,quia dicit lex, qđ à legitimis nihil penitus differre uidentur in.§.illud in authen.quib.mo.natu. effi.sui.Bal.in.l.eam quam .C. de fideicom.& in statu.in.§.legitimatus num.a ita signanter docet.

Quod tamen non comprehendatur adhuc probari potest & secundo, quia dato uno inconuenienti,non debet dari maius,exemplum statutum dicit, qđ soror nō succedat fratri,nunquid intelligatur è contra pariter,quod frater nō succedat sorori dicit Bald. quod non ratione supra dicta,ex quo dato uno incōuenienti,non debet dari maius in .l. lege duodecim tab.in fi.C.de legi.hæ. ergo nec pari ratione comprehēdetur diffinitiua in causa summaria hic, cum sit inconueniens, ex quo non est propriè diffinitiua,alias comprehenderetur, etiam absolutoria ab obseruatione iudicii ob libellum male formatum de quo in.l.a.fi.de offi.asse. & tamen dicit Bart. in.d.l.titia,non esse uerum.

Sol.argumētum habet fallaciam, bene enim uerum est antecedens,sed consequens falsum, probo, quia absolutoria ab obseruatione iudicii lata, non est diffinitiua cle.a.de seq.po.&fruc.glo.singu.in.l.harum in ver.absoluetur.ff.si sequi. uen. stant igitur ista simul,quod cōprehendatur diffinitiua in causa summaria lata,absolutoria autem ab obseruatione iudicii ob libellum male formatum non ut supra & latius in.l. properan

perandum in §. & si quidem. C. de iudi.

Tertio probatur, quia communis usus loquendi in statutis attenditur .l. librorum. §. quid tamen Cassius. ff. de leg. 3. Bar. in rub ff. de no. o. nun. num. 6. sed communis usus loquendi est, vt illa tantum diffinitiua dicatur, quam delineauimus supra ergo non quæ fertur in sũmaria causa.

Sol. dicam in primis non esse uerum probariq; debere ab eo à quo allegatur ut not. in. l. labeo. ff. de sup. lega. Bart. in .l. i. col. 2. C. de iu. cal. Et nimirũ quia factum sonat ut dicit Ioan. And. in c. fi. de consue. Pet. & Bart. in. l. de quibus ad fi. ff. de legi. Corn. consi. 89. colum. ult. uolum. i. facta autem nõ præsumuntur nisi probentur. l. in bello .§. facte. ff. de capti. l. de precio in fi. ff. de publicia. ergo.

Demum fore verum si sit communis usus loquendi peritorum, ut tradit Bar. in. d. l. labeo, & probatur in. l. idem Iulianus in. §. scio. ff. de leg. i. & in. l. si dictum in prin. ff. de euic. sed periti etiam eam diffinitiuam uocant, quæ fertur in causa summaria ut probabo infra ergo.

Et tanto magis quia oportet quod cum communi usu, concurrat mens & ratio legis, siue statuentium, quorum dispositio ex hoc ultra uim uerborum extendi uidetur. l. scire oportet .§. oportet ff. de excu. tu. l. licet. C. eo. l. credendum .§. i. ff. qui pet. tu.

Quarto probatur, quia in dubio isto statuẽtes uidentur uoluisse se cõformare cum dispositione iuris cõmunis argumentum in. l. hæredes mei in. §. cum ita ff. ad treb. in terminis Ange. in .l. si serui uestri. C. de noxa. iuris cõmunis dispositio se habet, illam fore diffinitiuam in qua qualitates superius enumerate, inueniantur, ergo diffinitiua in summaria causa non comprehendetur.

Solu. antecedens uerum est, consequens falsum, & ideo quod dicitur in d. §. cum ita, procedit & in .d. l. si serui uestri in dubio quo modo quoq; argumẽtum formatum est at hic sumus in casu claro, quod comprehendatur ut statim ostendam, ergo male, & ita in not. casu declarat Gozad. Bononien. consi. 53. nu. 18. & est argumentum in. l. ancille. C. de fur. & in. l. ille aut ille in .§. cum in uerbis. ff. de lega. 3.

Quinto & ultimo, quia si sententie ap. in dubio, uenit diffinitiua tantum ut not. in rub. C. de sen. & in. l. i. in. §. qđ in sententiis. ff. quan. ap. sit. & in. l. quod iussit. ff. de re iud. Corn. consil. 43. num. 4. uolum. i. non est ratio qua dicere possimus aliter, nisi quod ap. diffinitiue quoq; ea ueniat proprie, quæ diffinitiua sit, ergo non quæ in causa summaria fertur.

Ad quod etiam pro sol. dicas uerum esse quod ap. sententie uenit diffinitiua tantum, sed salsum quod diffinitiue appellatione, non ueniat etiam illa quæ fertur in causa summaria, quoniam diffinitiua est. l. si idem. C. de codicil. Ea de re cui conueniunt uerba legis, eidem quoq; conuenit lex eiusdemq; dispositio. l. 4. §. totiens. ff. de dam. infec. l. ita autem. ff. de admi. tu. quod procedit etiam si uerba non conueniant in omnibus, ut declarant Fulg. Saly. & alii in. l. si mãcipia. C. de ser. fugi. & ita tenendum est.

Maxime quia est casus clarus in cle. sæpe, ut inquit Pau. de Cast. qui ita tenuit hic contra Ange. Io. de Ligna. & alios per Ias. relatos, & bene, in uer. sententiam de uer. si. ubi signanter Papa, loquitur de causa summaria, & sententiã inde latam diffinitiuam uocat, ergo ultra eum, uana dubitatio est, uulga. l. ancillæ .C. de sur. l. ille aut ille .§. cum in uerbis. ff. de lega. 3.

Et nota licet loquamur nos, de iure ciuili, quod in dubio tamen standum ẽ determinationi. d. cle. quæ (ut dixi) clara est iuxta not. in. c. i. & 2. de no. o. nun.

Et pondera duo substantialia in ea maxime requiri, quæ regulariter requiruntur, si iudicium sit ordinarium, alias foret nulla, quod ab eodem iudice proferatur, & non ab alio, & quidem in scriptis. c. fi. de re iud. in 6. not. in. d. cle. sæpe in. §. & quia in glo. in scriptis, & ex his liquet non esse uerum, quod de interlocutoria participet, cum non fuerit serua

uatu s

tus ordo iudiciarius, ut dicebat Ias. & primam opinionem negatiuam tenentes, quod in.d.statuto non comprehendatur.

Dum glo.ista etiam (ad eam redeuntes) ait quod dicitur mixtum imperium cōmune, quasi ex diuersis constitutum, in
35 duobus peccat† primo, quia commune & mixtū differunt ut ostendi supra nec repeto, secundo quia quasi, est nota diminutionis ut per Bar.in.l.fi.num.10.ff. ad legem Cor.de sica. Mixtum igitur dicere debuit, sine quasi ex imperio & iurisdictione compositum, vt etiam supra declarauimus.

Posthæc gl. ista adhuc præstat nobis argumentum ad aliam q. si simpliciter Princeps alicui iurisdictionem in castro concedat, an uideatur etiam eidem me-
36 rum imperium concessisse, † & sic in dubio ut etiam à simili dicebam proxime quia si clare ex uerbis concessionis appareret, tunc aliter disputandum non esset uulga. l. ancille. C. de fur. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega.3. & breuiter ac post multa Ias. hic col.5. tenuisse uidetur quod non.

Motus ex pluribus & primo ꝑ theoricam Ange. hic colu.3. dicentis, si quis infeudatus sit de aliquo castro cum iurisdictione, quod non propterea is statuta condere poterit, quandoquidem hoc ipsum sit meri imperii ut infra.

Sed nihil ualet fundamentum istud dicamq; ego non esse uerum, quod statuta condere sit meri imperii .l. i. C. de eman. lib. & ibi not. omnes, dicentes potius esse iurisdictionis, tradit Bal. consi. 143. uolum. i. est bene uerum (obseruandumq; est ad limitationem. d.l.i.) quod quamuis condere statuta sit iurisdictionis ipsorum tamē confirmatio est meri imperii, ut inquit Bal. in loco præalleg. ex quo non fit nisi à Principe, & ideo quantum ad istud Ange. non est acquiescendum, dicendumq; contrarium .l. si de interpretatione. ff. de legi. vel & aliter ut in 2. lectu.

Secundo mouetur Ias. per glo. in. l. si in aliquam ad fi. ff. de offi. procon. ubi ꝓ consul plenissimam habet iurisdictionem, & sic merum imperium, ergo non is cui simpliciter concessa sit, ut hic.

Nec istud iudicio meo probat, quia illud ibi dictum ē per modum rationis, proconsulem omnium partes, magistratuum qui Romæ ius dicunt ad ipsum ꝑtinere, quia plenissimam habet iurisdictionem, non quod ob id, iurisdictionis ap. non contineatur merum imperium ut infra, nonnihil Deci. in.c. licet in pri. de proba. multa hic num.26.

Immo, quod nec superlatiuum plenissimam, (ut dicebat Ias.) mysterium in se habet, ex quo exponitur, idest plenam. l. stichum aut Pamphilum. §. quod uulgo. ff. de sol. argumentum in. l. fideicommissa in. §. quanquam ibi plenum arbitrium. ff. de sol.

Tertio mouetur per gl. in cle. i. in uer. omnimodam, de fo. comp. vbi si concedatur per istud uerbum bene comprehendetur merum imperium, sed non si simpliciter, quia tunc iurisdictio in specie concedi uidebitur, & dicit quod eam sequitur etiam But. in. c. super quæstionum in prin. colum.3. de offi. dele. & est uerum. Adde eundem consi.19. colum. 3. Gemi. consi.15. colu. 2, & 4. & Gozad. consi.48. nu.23.

Quod etiam secum specialem habet rationem, quia agebatur ibi de præiudicio Episcoporū qui inter subditos suos inq; alienis dioecesibus, iurisdictionem omnimodam exercere poterant, quam habebant, & non ut hic, de principis cōcessione simpliciter, igitur non facit ad propositum, quia nec ex diuersis infertur. l. fi. ff. de cal. l. papinianus exuli. ff. de mino. & ita in simili dicit Deci. in c. quāto col.5. de iudi. respondendo ad text. in cle. pastoralis de re iudi.

Quarto mouetur, quia si dictum sit concedo tibi omnem iurisdictionem, non propterea videbitur concedi merū imperium, ut per Bal. in. d. c. quanto, colum.2. ergo multo minus si simpliciter, quia si de quo magis uidetur inesse, & non inest, ergo nec de quo minus. l. rei legatorum. §. constitutum, & ibi Bart. ff. de

de int. & re. c. si paulus 32. q. 5.

Quod adhuc uerum non est & contrarium communiter tenent docto. qd' attestatur idem Deci. hic, ex quo omne dicit, qui nihil excludit .l. iulianus .ff. de lega. 3. c. solite de maio. & obe. quanquam ergo ex abundanti per hanc dictionem uniuersalem, concedi dicatur, l. non solent. ff. de regu. iu. Bald. in. l. fi. in fi. C. de iu. emphi. non proprerea tollitur quin comprehendatur, etiam si simpliciter concessa sit.

Quinto & ultimo mouetur, quia cu sit meru imperium supremum, speciale mandatum requirere uidetur. l. pomponius in prin. ff. de procu. & ultra eum uidetur casus in. l. i. in prin. supra de offi. eius.

Solutione etiam facillimum, quia uerum istud foret, quando demandaretur alteri, quo casu præallega. iura, & maxime in. d. l. i. loqui uidentur, nos autem loquimur in simplici iurisdictionis concessione, ergo non probat hoc esse, qd' ab hoc contingit abesse. l. non hoc. C. unde legi. patebitq; ex statim dicendis differentiæ ratio.

Et sic uitari (ut uidetis) possunt, argumenta Ias. de quibus (quanquam glorietur nouam esse conclusionem) habetur etiam in. d. c. licet, de proba. aliaq; multa inculcat Cur. non referenda, ex quo hæc præcipua esse uidebantur.

Et quod ista conclusio uera sit probatur primum huiusce glo. nostræ auctoritate, quæ (ut dicebam quoq; supra) nō parua est, nouissime habetur, in. l. i. C qui pro sua iu.

Dicit ergo, quod ap. iurisdictionis merum imperium quoq; uenit, & continetur, ꝓbatq; istud, quia iurisdictio dicta est à ditione & potestate, quasi potestas iuris sit, idest legitima potestas merum autem imperium potestas quoq; est, ut hic ergo, & ita ad unguem ipsam sequutus est Bar. hic nu. 3. & male, ut demonstraui supra in. l. i. in 2. euiden. eo. ti.

Probat igitur ex alio & secundo per tex. scilicet in. l. i. ibi iurisdictionem suā mandant supra de offi. eius. & in hoc quoq; male, quia ex præcedentibus ibi sequentia declarātur, & clare liquet, qd' iure con. loqui uult de mero imperio. l. si seruus plurium in fi. ff. de lega. i. & sic nihil facit.

Probatur ergo, quia cum habeamus beneficia principum latissime esse interpretanda. l. fi. ff. de consti. prin. maxime quando non agitur nisi de præiudicio concedentis ut ibi not. & in. c. quia circa. de priuile. Corn. consi. 210. num. 7. uol. i. indefinita, quæ de rigore, & ex propria ui uerborum non æquipollet uniuersali ut not. Bar. in. l. si pluribus. ff. de lega. i. æquipollebit tamen hoc casu. l. si seruitus. ff. de serui. urb. prædio.

Respondet tamen Ias. nihil facere, quia id uerum est si concessio sit facta
37 motu proprio † post Ange. in. d. l. fi. col. i. qui non præsumitur nisi probetur, ut not. in. c. si motu ꝓprio, de præben. in 6.

Sed replicabitur Ange. limitationem non esse ueram, ex quo sic principis liberalitas restringi uideretur. l. donationes quas. C. de dona. int. ui. & uxo. l. sancimus. §. exceptis. C. de dona. & ita in terminis tenuisse etiam relatis opi. Old. cōsi. 252. col. 2.

Secundo respondetur, non præsumi in his, quæ ratione ambitionis prohibētur, ut in. d. c. si motu proprio legitur, ꝙ hic non est considerabile, declarat Bal. consi. 383. col. 2. uol. 3.

Tertio respondetur nos etiam præsupponere, motu proprio concessisse, idq; ī litteris expressum fuisse, omnesq; alios terminos habiles, hoc est quod iurisdictio cū imperio cohereret castro. l. qui testamento. ff. de testa. c. i. de eta. & qua. in 6. & ita pro nunc transeo q̄cquid dixerim tenuerim ue in aliis lecturis, ꝙ uere non bene recordor, nonnihil etiā Deci. hic supra allega. nu. 26. super ista parte glo. dic ut per eum, & alios, tu uero interim cogitabis. Et si uolueris contrarium tenere, & opi. Ias. eo solo, teneas, quia merum imperium regulariter non est in commercio priuati, & q̄a reputatur imposibile id, quod soli prīcipi cōpetit. l. apud iulianum. §. fi. ff. de

lega.i.Bal.pulchre consi.103.col.i.uol.i. usq; adeo ut concessa simpliciter iurisdictione, non uideatur uoluisse à se uerisimiliter abdicare merum imperium, quod etiam sibi reseruatum est, in signū supreme potestatis .c. quod translationem de offi.lega. & est argumentum in in.l.cum de indebito (à multo fortius) ff.de proba. Immo uidetur casus in .d.c. quod translationē, ubi legato in regno Siciliæ, commissa erat generalis legatio & tamen dicit tex. quod non debet extendere manus ad ea quæ requirebant speciale mandatum, ergo idem etiam hic, quod nec ueniat merum imperium & ideo solet addi in concessione uerba hæc, cum mero & mixto imperio, & rursum quia non est uerisimile, quod uelit sibi facere præiudicium tam graue.d. l.cum de indebito, Corn.consi.i.colum. i.uolum.i.argumentum in.l.item apud labeonem in.§.hoc edictum.ff.de iniur. nec officit, quod liberalitas principis restringi non debeat, quodq; freno non subiaceat (cætera parum faciunt) quia restrĩgitur à lege, ex quo (ut dictū fuit) est de reseruatis principi, extra commercium priuatorum, satisq: sit iurisdictionem cōcessisse.l.tutori.C.de nego.gest. ibi sufficit si in paucis amici laboribus consulatur. Omissis modo etiam cæteris partibus gl.& fi.pariter, dictisq; Bar. super eis, quia tactum fuit alias, & quia nihil ferè est quod ad longum possit disputari aliqua tantum principaliora absoluere intendo & finem facere.

Dum ego Bar.in exemplis meri imperii dicit maximum esse condere legē seu potestatē habere condendi, quodq; soli principi competit, Senatui, & Præfecto prætorio, bene loquitur quia sunt iura clara, in.l.i.ff.de consti. prin. & in.l. non ambigitur.ff.de legi.&in.l.formam C.de offi.præfec.præto.est uerum quod aliqua dubitationem faciunt, sed ut ostendi alias, leuia sunt, nunc aliter non referenda.

Adde tamen, quod licet Præfectus
38 prætorio, legem condat, †non tamen iuri superioris derogat, hoc est principis, & probatur clare in.d.l.formam.

Secundo adde, quod æquiparantur Cardinalibus, legatis de latere, Episcopis & regibus, ut not.in.l.i.ff.de offi.præfec.præto.usq; adeo ut omnes alias legem faciant perpetuam, sicut princeps, secundum Barto.in.l.i.colum.i.ff.quod quisq; iu.Minus recte dictum tamen de Cardinalibus, quia singuli hoc ius non habent, sed collegium ipsorum vacante papatu, ut per Bar.in.l.ubi absunt.ff. de tuto.& cu.dat.ab his, not.in.c.i. de scisma.in 6.

Tertio adde quod hodie præfectos prætorio, non habemus, ut sentit Bald. in.d.l.i.ff.de offi.præfec.præt.& si quis ē qui sit eorum loco, est Vicarius Papæ, in terris ecclesiæ, ut exemplificat Pau, Cast.in Malatesta consi. 20.col.fi.uol.2. &in Domino Camerini Capici.decisio 130.nu.46.

Et mirum uidetur, quod non possit derogare iuri communi d.l.formā, Corne.consi.76.num.5.& consi.155.num.9. & consi.169.num.4.& consil.236. num. 5.uolum.i.possit tamē ciuitas.l. omnes populi.ff.de iusti.& iu.

Pau.Cast.in.d.con.20.dicit hoc ideo esse, quia id facit in sui præiudicium, & singulorum de populo, non sic præfectus prætorio & similes, superiorem recognoscentes.

Et male quia etiam ciuitas habet superiorem, quandoquidem uideamus hinc, statuta ab eo confirmari, ut dicebam heri, post Bal.cons.143.uol.i.nouissime Bal.in.l.ex placito col.3. C.de rerū permuta.

Vera ergo sol.est, in ciuitate illud, iō uerum fore, quia auctoritate superioris statuit, iusq; proprium ciuitatis dicitur quanquam iuri communi deroget, præfecto, & similibus minime permissum d.l.omnes populi, præallega. l. formam c.cum inferior de maio.& obe.cle.ne romani, de elec.glo.singu.in.c. fi. de hære. in 6.

Ad dicta de carcere (de imperio maiori mero (quo ad alia non loquor, quia difficultatem pariter non habent, dictumq;

ctumq; fuit supra & alias late) dum ait de iure ciuili huiusmodi non esse, inuẽto ad custodiam, non ad pœnam.l. aut damnum.§.solent.ff.de poe. c. quamuis eo.ti.in 6.

39 Adde hac rõne, licet † quis ad pœnã se obligare non posit.l.liber homo .ff. ad legem aqui.late Bart. in.l.i.in .§. usq, adeo.ff.de iniur.ubi de his qui se ponũt in manu inimici, quod de iure fieri non potest, licet sit consuetudo Pisis, & quidem non iuridica, quod tamẽ potest se obligare carceribus, ut not.in.l.alia in.§ eleganter, ubi Pau.cast.Ro.Alex. Areti. & Moder.ff.sol.mat. & in .l.ticio centũ in.§.ticio genero.ff.de condi.& de.Ripa in.l.obligatione num.24. ff. de pigno. Et mirum uidetur, quia omnino carcer non est sine grauamine & opprobrio, usq; adeo ut de iure hac de re, non permittatur, nisi contra condemnatos contumaces.l.3.§.in eum.ff.de suspec.tuto. l.i.C.qui bo.ced.po.Bald.in.l.per diuersas col.pe.C.man.

Secundo adde, quod tamen statuto fieri posset, quod quis perpetuo pro ma

40 lefficio staret † in carceribus quæ pœna est iure canonico inuenta, ut statim subiicit Bart. sicuti inclusionis inter duos muros, uel in cauea, ex quo ecclesia nõ habet iudicium sanguinis c.sententiam ne cle. uel mo. & quod statuto induci posit, probatur in .l. omnes populi .ff. de iusti.& iu.tradit Bal.in statu.in.§.carcer num.3. Are.in.c.qualiter & quando in.§.ad corrigendos nu.151.de accu.

Immo (ut ibi subiicit) quod quandoq; etiam de iure ciuili, libero homini carcer pro pœna impositus est.l. senatus.ff.de iniur.l.capitalium.§.ad statuas ff.de pœ.l.i.§.fi.ff. de alea. sed temporalis erit non perpetua, ideo aduertendum est.

Vltimo (cætera adhuc consulto omittam, quia & ipsa facilia sunt, deq; aliquibus nonnihil diximus in .l. i. supra de offi.eius, & dicemus infra deq; relegatione in.l.seruum quoq; in.§.publice.ff.de procu.) quando ait quod parui imperii est tortura, si tamen non ad eruendam ueritatem, sed ad pœnam infligatur.

Videtur male loqui, & quod immo

41 sit de mero imperio maiori † quoniam carceri æquiparatur inuenta pariter nõ ad pœnam, sed (ut dixi) ad eruendam ueritatem, sicuti carcer, qui pariter inuentus est ad custodiam & non ad pœnam ut supra.c.nulli dubium 3.q.i. Bal. in.l.2.colum.2.C.de ep.audi.& in.l.i.ad fi.C.qui ad lib.perue.non po.Cuma.cõ si.138.colum.i.sed carcer est maioris imperii ut proxime dictum fuit, ergo & tortura. Et plus quod cum sit corporis cruciatus, & membrorum dissolutio, maiorq; dolor quam utriusq; manus abscisio.§.fi.in authen.ut nulli iudi. intelligendo de tortura proprie, cuius

42 gradus quinq: sunt † de quibus Grilan. in tracta.de quæstio.lib.4.q. 4. colum.i. 2.3. & 4. æquiparatur morti .l.itaq; .ff. ad legem aqui. c. cum homo 23. q. 5. declarat Bald. in.l.i.in rep. colum.pen. C. unde ui. tritumq: illud facit, supremas angustias sustinere, est potius mori quam uiuere, sed de maiori est mors, ut hic & paulo supra per Barto. ergo & tortura. Cogita tamen parum referre, uel de paruo sit, ut inquit, uel de maiori, ut nos, quoniam omnino delegari non poterit, nec isto uel illo casu (quæ disputationis utilitas est)ut statim concludit, cætera dic ut per eum.

Quo ad primum tamen adhuc dici posset, non bene adaptari merum imperium maximum, quod pendet à libero principis arbitrio, ad merum, quod hic dicitur ad differentiam mixti, ut per Deci.

Sed replicabitur, quod immo adaptari potest, pro ut est potestas legis condẽde, quia etiam merũ imperium de quo hic potestas appellatur, ut tex. met noster dicit.

Dicit etiam, quo ad dictum de tortura, ratione supradicta, quia scilicet maior dolor est quam utriusq: manus abscisio, etiam si infligatur ad inuestigationem ueritatis, quod non iurisdictionis sed meri imp.erit.

Sed considera tu rursum, cum expediatur tunc officio iudicis mercenario, (ut Barto.dicit) quod immo erit potius iurisdictionis, maioris scilicet, ut etiam infra declarat postea, in gradibus ipsius num.25.

Sunt etiam gradus mixti imperii (prætermittentes adhuc cætera parum dubitationis habentia) & potissimum maximus, ut etiam in mero, hic tamen soli principi competit.

Et consistit (inquit Bart.) in uenia æ-
43 tatis concedenda † l.2. C. de his qui ue. eta.imp.

Adde ueniam dici, idest indulgentiam si delictum præcedat.l.manicheos C.de hære.l.pe.C.de sen. pa. Sin minus, uenia intelligitur, idest licentia, ut hic, idq; statutum est ut facilius homines secum contrahant scientes aliquo prætextu in integrum restitui non posse, beneficio ætatis.l.i.C.eo.

Sicuti etiam cum in ius pater uel patronus à filio seu liberto uocandus est, l.uenia.C.de in ius uo.Bal.in.c.i.in fi.de iura.cal.l.quiq; .§.i.ff.de in ius uo.

Sic etiam ueniam à simili impetrat testandi mutus .l. mutus.ff.de testa. l. si queramus ubi Bar.ff.eo.

Sic mater pupillariter substituendi filio suo impuberi, cum de iure non posit.l. ex facto.& ibi not. ff. de uulga. & pup.sub.

Sic mulier de iure ciuili, nubendi intra annum luctus.l.solet ff.de his qui not.infa.l.decreto.C. ex quib. cau. infa. irro.& si uelit admitti ad tutelam.l.fi.ff. de tute.& ibi not.

Et dic impetrari à principe, hoc est quod id quod impetrat, obtineat impetrans, & habeat cum effectu.l.i.C. ut lite pen.& in authen.de referenda. in pri. & ibi Barto. not. quod aliud est petere, aliud uero impetrare. Vnde in euange. Math.20.dictũ est, nescitis quid petatis. Consistit etiam & secundo in arrogatione, quæ fit principis auctoritate pariter l.2.ff.de adop.ad differentiam adoptionis, quæ fit imperio, idest auctoritate magistratus, ut ibi & insti.eo.in prin. & ratio est, quia transire de potestate in potestatem, similitudo quædam est, uerum in habentibus symbolum facile fit transitus, l.in rem .§. item quæcunq; ff. de rei uen. ergo nimirum si minoris
44 iudicis auctoritas sufficit † in arrogatione autem principis, ex quo arrogandus sui iuris est, tradit Bal. in.l.i.C. eo.

Sed quia hodie non transit in potestatem adoptantis, nisi in casu, ut in.§. sed hodie, insti.eo. ratio non concludit. Et dicere longe melius est in adoptione id fore, quia subesse potest cõsilium patris, quo prouideatur filio, in arrogato uero non, quia patrem non habet argumentum in .l. nec in ea .ff. ad legem iu. de adul. & in.l.fi. cum similibus .C. de cura fu. Vel quia arrogatio quodammodo libertatem perdit, adoptio non, & fusius ut per Ias.in addi.por. insti.de adop.in prin.col.4.

Consistit & tertio mixtum imperium istud in emancipatione infantis, quæ non fit simili modo nisi principis auctoritate.l.pe.C.de emancipa.lib.

Et male secundum Deci. hic ac contra text.in.l.fi.C.eo.& ipse met Barto.infra ita dicit in ulti.gradu iurisdictionis.

Salua Barto. loqui ibi regulariter in emancipatione & hodie, non in emancipatione infantis olim, ut hic, & ideo ut inquit glo.in.l.i.C.de accu.distingue tempora & concordabis scripturas.

Sed ad materiam quæritur obiter, quæ
45 re sit quod infans emancipari poterat † exheredari uero non.

Responsio ponitur in.l.si quis in suo in.§.legis.C.de inoffi.testa.

Vltimo consistit in legitimatione (inquit adhuc Bar.) quæ fit per rescriptum principis.§.illud in authen.quib.mo.na tu.effi.sui.

Adde quod est proprie donum principis, quod tamen non extẽditur in terris ecclesiæ ad præiudicium eorum qui non consentiunt ut per Bal. consi.406. ad fi.uol.3.

46 Quodq; ut plurimum ita fit † non quod non fiat etiam aliis modis.

Per subsequens matrimonium.c.tanta

qui si. sint legi. & uerum quidem.

Per figuratum. c. 2. co. ti.

Per temporis diuturnitatem .c. lator eod. titu.

Per oblationē curiæ. l. 3. C. de natu. lib.

Et per statutum deniq;. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu.

Sed ad propositum quare arrogatio
47 fieri non potest † nisi auctoritate principis ut supra legitimatio autem sic, usq; adeo ut rescriptum solum sufficiat.

Respondet Ias. in loco supra allega. hoc iō esse q̄a in arrogatione filiationis mētio non fit, formula. n. ultra eum tradita est in. l. 2. ad fi. C. de adop. Cuius meminit etiam Gel. in nocti. at. in legitimatione autem sic, sed hæc ratio mihi non multum satisfacit.

Ideo uerior uidetur si dicamus, quod tanta solemnitas in legitimatione non requiratur, vt ī arrogatione, ex quo uno casu agitur, de redeundo ad ius pristinū naturæ, alio uero de recedendo potius ab eo, arg. in. l. si unus in. §. pactus. ff. de pac. & in. c. statutum in glo. numerandū de præben. in 6. Cogita.

Et ad materiam adde, quod legitimatio hæc per rescriptū principis, fit qua-
48 tuor† modis.

Si quis natalibus restituatur.

Si naturæ.

Si iura legitimationis sibi conferantur, seu iura legitimorum.

Vel si fiat dispensatio cum eo, non obstante uicio illegitimitatis.

Primisq; tribus casibus, uere legitimatus dicitur, quarto uero non, sed dispensatus, ita Gozad. consil. 6. num. 63. But. & alii ante eum in c. per uenerabilem qui fi. sint le.

In secundo gradu mixti, maiori. s. (alios difficultatem non habētes de industria prætermittemus, & quia aliqua tacta fuerunt ēt supra in. l. i. de offi. eius. Imo q̄ ad tres gradus quoq;, oēs reduci posse uidentur, maximi, medii & minimi, ut hic per Ias. Bald. ante eum in. l. placet C. de peda. iudi. & in simili de magistratibus dictum fuit in. d. l. i.) dum præfecti prætorio mentionem facit, oritur difficultas quare hic non fecit unum gradū
49 tantum maximi † ut fecit in mero, sed maximi & maioris.

Respondet Ias. quia ibi nihil erat reseruatum principi, q̄ ēt non cōpeteret præfecto p̄torio, hic aūt sic ut in. d. quatuor casibus de quibus supra & est uerum.

Nec ob. si diceretur ut dicit Deci. quod imo erat & ibi q̄d sibi reseruatū, ex quo præfectus præto. non facit legem generalem, quia respondebo, istud fore contra tex. in. d. l. formam secundum communem intellectum. C. de offi. præf. p̄t.

Dicit ēt q̄ suprema principis potestas, non uidetur posse adaptari, ad mixtum imp. quod est in magistratibus cum aliqua necessitate.

Et rursum male, quoniā & in principe quoq; ē necessitas causatiua, seu saltim honestatis, igitur cum omnia expediantur officio iudicis nobili, ad utilitatem priuatam, non possunt esse secundum Bar. & bene nisi mixti imperii.

In gradibus mō iurisdictionis, ultimo loco, qui maximus est, inquit Bar. ad similitudinem meri & mixi imp. esse & primo liberales causas ingenuitatis, & libertinitatis, quæ reputantur graues
50 † cum de statu hominis agatur.

Secundo inquit hac de re tractari per magistratus maiores. l. placet. i. ad fi. ipsi diiudicent. C. de proba.

Tertio dicit, quod delegari non possunt & bene. l. i. supra de offi. eius.

Nisi de simplici libertate agatur, quia tunc secus, & delegatus ēt cognoscet. l. si quis libertatem uer. planè & ibi Bart. nu. 9. de peti. hæ. l. iam dudum. C. ubi cau. sta. idem Bar. in. l. ne quicquam in. §. ubi decretum ad fi. supra de offi. consu.

Immo & secundo quod etiam ingenuitatis, & libertinitatis adhuc poterit delegari, si præses impeditus fuerit, d. l. placet, argumentum in. l. i. supra de offi. eius.

Vel si sententiam sibi reseruauerit. d. l. placet.

Et plus quod poterit cognoscere etiam iudex incompetens. l. quotiens C. de iudi. & sic multo magis delegatus

gatus qui competens est.

Tamen aduerte, quia illud quod ibi dicitur est ratione incidentiæ,& in simili habetur in.l.nullum.C. de testi.

Vltimo(dicit Bar.) qđ iure actionis ex-
51 pediuntur,& appellantur piudiciales† .§.piudiciales insti. de actio. quia parāt præiudicium, uti maiores minoribus donec uentilantur, ut ibi & in.l.fi. ff.si lib.inge.esse di.

Et sunt in rem tractantq; de uendicandis personis, inter quas est ēt matrimonialis; qa esto qđ vxor à patre possit peti per int.de lib.exhib.l.imo.ff.de lib. exhiben.secus tamē est si se inuicē uēdicent, quia tunc piudicialis in rem, de statu competet.c.tua nos de iure iu.

In secundo ēt gradu maiori, quando qs est condemnatus, nec soluere pōt, quo casu luit in corpus, ex cōi regula, dicendū est(inquit rursum Bar.)ex cōi regula
52 qđ delegatio fieri nō possit† & de hoc alias in.l.quicunq;C.de ser.fug.dictūq; fuit supra & in.d.l.i.ff.de offi.eius. Et in hoc secundo gradu multa uerba effundit Deci. Adde tu ex tribus limitationibus declarari de quibus per Feli.in.c.ad liberandā col.2.de iude.Boer.deci. 349. col.7.par.2.Fusius Ias.ubi ponit quinq; in.§.pœnales nu.43.cum aliis seq. insti. de ac.dixi ego in.d.l.quicunq; ,& ex his (alia difficultatē non habent dic ut per Bar.& Scriben.& ut dictū est in.d.l.i.de offi.eius) finem facio, die 33. Martii. 1560. Patauij.

Additio.

Sicuti proxime dixit Bart.quod iure actionis expediuntur causæ liberales, ita dicit ēt in hoc secundo gradu tamen aduerte si notorium foret reum nō esse soluendo, qđ tunc officiū iudicis à principio† posset implorari, in corpus puni
53 ri debere, cum nō habeat in ære, ita Cy. in.l.si non conuitii col.fi.C. de iniur. & est text.in.l.arbitrio in prin.ff.de dolo.

Secundo aduerte, q equid dicat delegari non posse, quia contrarium uidetur uerius, ex quo coercio modica est, & isto casu(ut ipse met dicit i 5. gradū meri) permittitur. Cogita.

APPENDIX AD .L. IMPERIVM FF. DE IV. O. IVD.

Haloandri lectio.

Vlpianus lib.singulari de offi. quæst.

IMPERIVM, aut merū aut mixtum est, merū impe. est habere gladii potestatem, ad aīaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mixtum est imperium, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bo.po. cōsistit, ut iurisdictio iudicis dādi licentia

Lectio Taurellij.

Vlpianus lib.2. de offi.quæsto.

Imperiū aut merum est, aut mixtum ē, merū est imp. habere gladii potestatem ad aīaduertendum in facinorosos hōies qđ ēt potestas appellatur. Mixtum est imperium, Cui etiam iurisdictio inest, q in danda bo.po.consistit, iuridictio est etiam iudicis dandi licentia.

Lectio communis.

Imperiū aut merū, aut mixtū est, merū imp.ē habere gladii potestatem, ad aīaduertendū in facinorosos hōies, quod ēt potestas appellatur, mixtum est imperium, cui ēt iurisdictio inest, quod in dāda bo.po.consistit, iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia.

Imperium pro omni iurisdictio.capitur ut etiam in.l.ille à quo in.§.tempestiuū & ibi not.ff.ad treb.& sic large.

Merum dicitur quod ab oī mixtura seu qualitate alterius entis abstractū est, ut inquit Corn.cōs.35.nu.2.uol.i. alibi merum solum, & merula auis quod sola uolet, & mera cum uinum nulla aqua admixtum iux. illud Proper.

Ah pereat, quicunq; meracas repperit vuas.ad q uerbum facit ēt tex.in.l.aquilius regulus.ff.de dona.& illud psal.cōfitebimur tibi, ibi calix in manu Domini uini meri.& merum .i. putum exponi debere dicit Seysel in .l. stipulationū alie in prin.ff.de uerb. ob. & conferunt ad idem dicta Pet.de Bellap.in quæstio. suis.239.& 319.

Habere gladii potestatem dixit I.con. etiam, ut ex eo potestatem pœnæ capitalis significaret figuraq: ἐ μετωνυμία hinc à gladio, gladiator in harena, deq: gladio materiali intelligitur, (quicquid dicant aliqui hic) de quo intellexit etiam Christus, quando dixit apostolis, qui non habet uendat tunicā suam & emat gladium.c.22.luc.ea ratione tamen (ut ibi dicunt sacri interpretes) ut ostenderet moderatam defensionem amici licitam esse, de quo nos etiam in .l. ut uim de iusti. & iu. & ut animaret apostolos ad defensionem sui magistri, habereq: eos animum præparatum & promptū, & ut confirmaret eisdem rursum facultatem non defuisse resistendi hostibus, & ut deniq: per gladium materialem doceret ecclesiam indigere spirituali, quem etiam habet uirginitas pudicitiæ quo truncantur opera carnis, uoluptatesq: superantur, ob idq: gentilis error (inquit D. Hieronimus) deas virgines armatas finxit.

Dic etiam quod adhuc in sacris eisdē literis, gladius capitur pro uindicta domini, ut in Apocalip.ibi, viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio. Dicit etiam Alcia.quod istud dictum de gladio Ironia est, hoc ē aliud uerbis aliud sensu, quodq: refertur ad ius, & male, contrariumq: tenetur communiter, ad quod tamen adde tu in simili text.in.l.quod si ephesi.ff.de eo quod cer.lo.ubi de oculis mentis iudicis (quod ibi dicitur) intelligi debet, et non corporis, tradit Bal.in.l.meuius in .§.duobus in fi.ff.de lega.2. Afflic. plene in.c.i.ad fi.si conten.sit inter do.& vasal. de inuesti.feu.in usib.

Et uidemus hinc etiam & ad propositum redeuntes ante prætorem gladium ferri, qui sit populo argumentum meri imperii, & ut hic dicitur, ita etiam dicitur in.l.nemo.ff.de regu.iu.& in.l. illicitas in .§. qui uniuersas .ff. de offi. præsi. deq: gladio etiam in .l. quamuis .C. ad legem iul.de adult.& in.l.pe. C. qui accu.non po.ibi Vltore gladio. Et quod olim propter gladii potestatē, & merū hoc imperium, ueteres prætorem maximum dicebant, ut ait sextus Pompe.de uerb.si.& Cice.in familia.lib.3.ibi Gēsi maxima imperia.

An prætor tamen habeat hanc gladii potestatem quæstio est in .l.i.ff. de offi. eius.& concluditur, quod sic, quodq; habet etiam præfectus urbis ibidem not. Cos. non, quanquam sit de maioribus magistratibus, ut ibi dicunt Ferrarien. colum.4.& .8.& quo ad istud ultimum post Ange.hic.

Robertus etiam Siciliæ Rex olim, de quo alias in clem.pastoralis de re iud.sic exordiri solebat in mādatis suis, adhuc de gladio, loquentes.

AD BONORVM CVSTODIAM PRINCEPS PORTAT GLADIVM ET POTESTATEM IMPERII EXERCET. Quod etiam refert Luc. de pœna in.l.omnes colum.i. C. de anno.lib.10.& nos alibi sæpe, & animaduertere in foro seculari pœnam mortis importat separationemq; animæ à corpore, in ecclesiastico uero degradationē & traditionem curiæ seculari. Vel dicamus ut per Feli. quod materia subiecta attendatur in.c.in nonnullis ad fi. de iude.Ci.etiam famil. quinto animaduersionem & supplicium dicit. Et sic in.l.i. in.§.qui mandatam de offi.eius animaduersionem, & in.l.fi.ff.de cadaue. punito.& in.l.respiciendum in fi.ff. de pœn. & in.c.in nonnullis & ibi Feli. ad fi. de iude.& in.l.si quid erit.ff.de offi. procō. intelligi debet.i.merum imperium, & in.c.cum apud 11.q.3. Animaduertere etiam aliam habebat significationem olim Cos.introeunte quo utebatur lictor & in sacris præco, ut in Iulio Cæsare Tranquil. de coniuratione conspiratorum c.80.

Quid etiam sit merum imperium ꝑter hæc tradit Io.Quint.in tracta.qui Aristocrat.inscribitur in uer. merum Tomo 5. & Claud.Canciun. Tomo 12.de offi.iud.c.7.& à simili quis merus executor Io. Mona. in defenso. Iu.contra ap. num.5.Tomo.13.& adhuc quid merum imperium Old.consi.10.num.2.& 3.Af-

flic.

rie & à simili, præstat argumentũ ut sic de feudo dicamus nobile, & francum, scilicet appellari solere, quod declarat Corn. ex hac lege sumpto argum. consi. 16. colum. 6. & consi. 239. colum. 3. uol. i.

Verum adhuc quæritur an merum imperium ĩ corpus inanimatũ exerceatur, & ĩ belluas, & sentire uidetur Gui. Papa quod sic decisio. 38. & male dixi ego hic in lectu. idq; alia ratione fieri q̃ dicitur in. c. si mulier 15. q. i. multa in arbo. iurisd. tracta. Tomo, 18. pulchre hic Purpu. num. 30. & post eum Boer. decisio. 217. num. 19. ad fi. par. 2. lege draconis statua etiam de cœde postulabatur, Theagenes enim Thasius statuam meruit quam quidam ex eius obtrectatoribus noctu flagris cedebat statua casu hominem oppressit de cede postulata in mari, Thasiorum sententia (autor est Pausan. abiecta est.

Est etiã imperium precarium, quod tandiu obtinetur, quandiu permittit q̃ concessit, ut ait Tranquil. in Claudio, de hono. per eum spretis, ibi præcario exegit.

Et iustũ ut genitores imperẽt natis.
ignobilibus generosi.
Iunioribus seniores.
Domini seruis.
Potentiores imbecillioribus.
Prudentes ignorantibus.
Et princeps deniq; subditis ut inq. Plato de legib. 34.

Aequiparat hic etiã (prius quam de mixto loquamur) Bar. mortem naturalem traditioni curiæ seculari de qua in c. cum non ab homine de iudi. & male estq; opi. saturnina vt dicitur in. l. i. ff. de Sena. Bal. in. c. cæterum colum. 4. de iudi. eamq; reprobant Canonistę in. c. qualiter & quando, & ibi Feli. in. §. ad corrigendos, colum. 4. de accu.

Potestas relata ad magistratum imperium significat & iurisdictionem, Si ad dominum dominium, si ad patrem patriam potestatem. l. potestatis uerbo de uer. si. l. uelle. l. ad eas. ff. de regu. iu. Ferrarien. in. l. i. col. 4. ff. de iu. o. iud.

Ad materiam mixti imperii, quid sit Quinti. in tracta. qui Aristocrat. inscribitur, Thomo 5. & Canciun. 12. c. 8. citati etiam supra in mero. Pulcherrime Old. consi. 10. num. 2. & 3. Afflic. in. c. i. in. §. q̃dam colum. 5. de cap. qui cu. vend. in usib. deq; mixto multa Gamma. de locis Topi. à principali ad accessorium, nu. 2. Tomo 17. Et in arbo. iurisd. Tomo 18. Et quod mixtum dicatur id quod participat de duobus simplicibus ut etiam hic not. tradit Gomes olim Collega in §. ex maleficiis in prin. insti. de actio. & in. §. quædam in prin. & num. 28. eo. tit. & lib. Et quo modo sit regulandum Bononien. in. c. in literis num. 57. de resti. spol. Et quod attribuitur digniori inquit Bono. Curtil. in tracta. nobilita. par. 2. num. 21. & de mixta probatione ad propositum Bononien. prædicti. in rub. extra de proba. num. 16. & 19. & in simili de mixto executore Io. Mona. in defenso. iur. contra ap. num. 5. Tomo. 13.

Causæ appella. etiam sunt mixti imp. ut per Bald. in. c. i. in. §. hoc col. fi. de pa. Constan. in usib.

Et mixtum dicitur ad differentiã meri ut in psal. præalleg. confitebimur tibi ibi plenus mixti, quia uinum merũ dixerat prius. Et q̃d mixtum à simplici sit diuersum tradit Bald. in statutis probare nu. 8. & quia assumit naturam extremi dignioris. i. imperii, non delegatur sicuti nec merum regulariter, & ut per Bal. in prohem. Gregoria. col. 4.

Quid sit iurisdictio. Io. Quinti. in lib. qui Aristocrat. inscribitur. Tomo 5. Canciuncu. 12. c. 9. & ibi unde dicatur, q̃dq; differat à mero & mixto imperio, multa in arbo. iurisd. Tomo. 18. tracta. Iurisdictio etiam sumitur in genere & in specie, in genere pro ut comprehendit merum, & mixtum imperium ut hic. In specie pro ut distinguitur ab his, & est simile in adoptione. l. i. ff. de adop. Bald. in. c. i. in. §. i. colum. 5. de pa. constan. in usib. Ferrarien. in rub. supra eod. ad fi. Et hoc est etiam quod rursum dicit Bal. quod tres sunt gradus iurisdictionis, Merum imperium mixtum, & simplex iurisdictio in. l. placet i. colum.

3.C.de peda iud.subiiciens primum esse præcipuum, secundum medium, tertium uero minorem. Et quod sic ēt in mero tria sunt causarum genera, magnum, medium, & minimum, mors, relegatio, coercio modica in mixto duo tantum, magnum & leue, primum causæ cognitione requirit, secundum non. In iurisdictione aūt tres species magna ut qō status, media quæ excedat sūmā ccc. solidorum minima q̄ non excedat.

Et ad propositum sciendum est, qđ iurisdictionem habet doctor in scholares ut hic not. magister Grammaticæ non ut per Saly.in.l.item quæritur.in.§ idem iulianus .ff. loca. ubi de magistro Fantino qui fuit decapitatus, Fusius Boer.decisio 275.num.3. par.2. Et huiusmodi est iurisdictio, ut possit uendi, ad differentiam meri imperii de quo supra Afflic.in.d.c.i.in .§. ex lege, de lege Cor.& delegari si modicam habeat coercionem ut tenet Bar. in.l.2.supra eo. & in.l.iubere cauere & in .l. magistratibus infra eo.licet ĩ tractatione meri imperii hic sentiat contrarium & male.

Iurisdictio etiam ordinaria ignoranti quæritur nō delegata ut declarat Bal. in.c.cum uenisset num.2.de testi.Et iuris est (subiicit in.c.cum causam nu.18. eo.tit.) & plerunq; in apicibus iuris adhuc, consistit sicuti merum & mixtum imperium, ut ibi.

Sed an concessa iurisdictione cum mero, & mixto imperio etiam uerbis generalibus comprehendantur regalia, & an uendito castro censeatur uendita iurisdictio & territorium dubitat pulchre Seysel.in.l.3.ad fi.ff.de acqui.po.et Afflic.in.c.i.in.§.quidam col.5. de capi. qui cu.uend.in usib.

Vltimo ad dictum Bald. in.l. de quibus colum.14. ff. de legi.quod quando sunt plura eandem rationem habentia unius facta mentione facta intelligetur exemplariter non restrictiue, ex not. hic præceteris, Adde Alexand. consil. 75.col.i.uol.5.

Additio.

Non ab re in supra scriptione huius legis, de offi. quæsto. dicitur, quia hic de mero imperio potissimum, tractatur quod est &c.

Quæstoresq; capitalibus præerant causis, & homicidia ac cædes uindicabant. Sic appellati non à quærendo pecuniam publicam, ut nostri temporis, & ut collectores Romæ, sed ab inquirendo, ut in.l.solemus in.§.latrunculator.ff.de iudi. latrunculator scilicet à latrociniis uindicandis.

Qui etiam parici (ut inquit Sext. de uerbo.sig.) uocati fuerunt, ex quo paricida non modo qui parentem uerum qui alium quencunq; etiam occidisset dicebatur qđ ex lege Numæ facile elicitur, quæ erat.

Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit.i.dederit, paricida esto.

Dicit Bart. hic in prin. quod materia huius.l. est difficilis, quodq; alibi non habetur, & ideo (adde tu) quisq; errare potest, quoniam in hisce arduis & difficilibus nullus Iuriscon. inuentus est, q aliquando non errarit pariter, & nō fuerit reprehēsus ut dicit Ange.in.l.minus instructus.C.de acqui.po.unde disputatione ueritas tentanda est, ut periculosa uada tranantes qui prius profunditatem contis peruestigant.

In tex.ibi quod etiam potestas appellatur, in patre (ut diximus) patria est, in domino dominiū, in magistratibus imperium, facultas uero (& nouissime) si dominus adhuc serui defensionē haud suscipiens in iudicio noxali, ipsum dandi pro noxa, seu rem furtiuam uendicādi, quo casu (lege Attinia) in potestatē ipsius uenisse uidebitur, deq; his oībus in.d.l.potestatis uerbo.ff.de uer.si.

Est ēt potestas maritalis, vt p Bal.i.l.i.C de bonisq; lib. Alex.cōs.131.col.2.uol.4. Et tutoria.l.i.ff. de tute. ibi uis atq; potestas. Et quo ad dictū legis Attiniæ supra, notandū ē, furtiuū rem usucapi nō potuisse ex ea.§.furtiue insti.de vsucap. nisi reuersa esset in potestatem eius cuius erat, & tunc in potestatem eius rediisse uidebitur, si eam uendicare potuerit & neglexerit .l. 4. §. quod autem

ff. eod. d. l. potestatis uerbo. deq: hac lege et in l. nō solū in prin. ff. eo. & Cic. in uerr. 3. & Gel. c. 7. nocti. attica. lib. 7.

Et de maritali potestate non ab re dixi etiam, quia maritus potest ipsam uxorem interficere in adulterio inuentam, l. gracchus. C. ad legē iul. de adult.

Et de patre etiam qui simili modo filiam adulteram interficere potest. l. quod ait lex. ff. eo. & sic gladii, in utroq; casu, licet non eo modo quo magistratus imperium merum habens. Cogita.

Potestas pro iurisdictione capitur. l. i. iuncta glo. in prin. ff. de consti. princ. l. 2. ibi qui iurisdictioni præest. ff. si quis in ius uo. non ie.

Si merum imperium est habere gladii potestatem ad animaduertendum in homines facinorosos ut supra uidetur dicendum, quod corpora eorum in quos animaduertitur, Medicis dari non possint, & multo minus sepulta extrahi, ut à Medicis rursum anotomicis incidantur, quia si extracta fuerint humiliores ultimo supplitio affici debent, honestiores, pro facti qualitate, & personarum deportari in insulam, uel relegari, aut etiam in metallum damnari. l. fi. ff. de sep. uiola. & quia dicit tex. in l. fi. ff. de cadaue. punito. quod si petantur ad sepulturam petentibus dāda sunt à principe, quia summa ratio est quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fu. & ideo noluit hoc ipsum decidere Bar. in. d. l. fi. sed cogitandum relinquit.

Seysel. tamen hic tenuit contrarium columna 2. motus eo solo, quia si potest corpus liberum affligi sine culpa ut per Bar. in l. fi. ad fi. ff. de pigno. ac. & Bal. (ultra eum) in l. fi. ad fi. C. de execu. rei iud. multo magis poterit cadauer eius qui culpa sua factus erat seruus pœnæ, utilitatis publicæ gratia argu. in l. i. ff. solu. mat. & melius in l. quod reipublicæ. ff. de iniur.

Ego (quicquid tenuerim alias) fœdere distinctionis putarem opiniones concordādas, dari posse medicis, non ea rōne tamen (ut dicebat Seysel.) quia liberū corpus affligi possit, & multo magis cadauer &c. quia non est afflictio, illa in persona uili, ex quo nec merces sibi negatur, ut declarat Bart. in. d. l. fi. ff. de pi. actio. sed utilitatis publicæ gratia solum & maxime, quia tolerabilia sunt ea quæ uetus comprobat consuetudo, inquit tex. in l. imperatores. ff. de pollicita. tanti temporis cuius initii memoria nō extat in contrarium, quæ hēt uim priuilegii & cōstituti hoc casu. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & esti. sed nō extrahi iam sepulta, & ita contraria opi. procedat, pſertim quia uno tantū casu exhumari posse reperio ut in c. sacris de sepultu. & ut supra ita tenuit etiam ante Seysel. Deci. seni. hic col. 2. & Ripa in tracta. de peste nu. 124. & Boer. decisio 287. num. 6. par. 2.

Ad glo. i. hic, quod dicta in tex. exempla non sint, sed diffinitiones, meri, mixti imp. & simplicis iurisdictionis, probatur quia si essent exempla, dixisset utiq; l. con. expresse arg. in l. ut respōsum. C. de trāsac. l. i. §. exempli gratia. ff. de edil. edic. l. i. §. quod uulgo. ff. de ui & ui ar. l. scire oportet. §. fi. ff. de excu. tu. uel tacite per appositionē alicuius verbi id ipsum significantis, uerbi gratia, ueluti ut puta, & simili. l. 2. §. i. ff. loca. l. ueluti. ff. de iusti. & iu. l. sunt personæ. ff. de religio. & sump. fu. nec expresse nec tacite dixit ergo non exempla sunt, ut communiter tenetur. Cogita.

Ad gl. 2. in illa q. an ap. pœnæ capitalis debeat intelligi de pœna ultimi supplicii an uero de mitiori, dum ego inclino in eā partē ꝙ de mitiori intelligatur, dic & adde nimirum uerum fore, exemplo Christi, cuius actio nostra est instructio c. significasti de elec. qui non dixit Io. 2. ꝙ funiculum fecerit eiecerit q; ementes & vendentes de templo, sed quasi ibi, et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, oēs eiecit de templo mitiorem pœnam significans peccatoribus infligendam esse, quod nota.

Dum Bar. num. 8. in i. exemplo meri imperii maximi facit mentionem præ-

fecti prætorio, eumq; in condenda lege æquiparat Principi & Senatui, adde qđ erat ille qui ad salutem principis tuendam excubias agebat, Magister militū uero qui contra hostes tuebatur imp.

Secundo adde quod erat magna dignitas olim, patet quia alibi in prohe. ffforum & in.c.anteriorum 2.q.6.appellatur sublimissima prætoriana præfectura, & alibi Constan. scribens, celsitudinis titulo eum salutat in.l. placet.C.de excusa.mune.lib.x. & forte in Gallia est magnus comestabilis.

Tertio adde quod tria requirebantur siue desiderabantur in eo, industria singularis, fides explorata, & morum maxima grauitas, vt inquit Bal.in.l.i.in.§.i.in prin.ff.de offi.præfec.præto.

Quarto adde quod non sunt hodie in Italia, dicit idem Bald.in.l. obseruare in.§.proficisci col.2.ff.de offi. procon.

Quinto quod eorum loco successerunt reges ut idem Bal.declarat in.d.§.i.

Ad id quod dicit Barto.in primo gradu mixti imperii maximi scilicet, & inter cætera exempla de arrogatione quæ fit tantum auctoritate principis, adde q non ab re tex.in.l.2.ff.de adop.ipsum arrogatum filium iustum appellat, idest legitimum, ad differentiam naturalis & legitimi ac naturalis, naturalis est q. nascitur ex concubina.l.fi. C. de concubi. legitimi & naturales, qui ex iustis procreantur nuptiis, ut in.l.filium diffinimus.ff.de his qui sunt sui uel alie.iu. & ad differentiam Spurii quasi extra puritatem nati, ex complexu & nefario coitu ut in auth.ex complexu.C.de incest. nup. large tamen alibi iustos liberos .i. legitimos & naturales uocat I.con.in.l. q.q; in.§.i.ad fi.ff.de in ius uo.
Dū ibidē ēt quatuor enumerat pricipi reseruata, & multo plura Bal.in.l.i.col. i.C.de iu.au.anul.&oēs in.c.qđ translatione de offi.le.adde unū pcæteris casū ēt singularē in utraq; Roma olim ipsarum urbiū bona immobilia annuasq; præstationes non potuisse alienari nisi auctoritate principis.l.si q.C. de uend. reb.ci.lib.xi.

SCHOLIA.

VLPIANVS LIB. I. Ad edictum.

L. IVBERE CAVERE.

Intellectus noster semper agit, & molitur aliquid, nec ab re frumentarie Molæ comparatur, ideo hic quanquam aliqua etiam in Collectan.dicta fuerint nonnihil addendum est, & id unum maxime ad propositum, sicuti aliud ē mittere in possessionem, & aliud pronunciare de mittendo, ex quo primo casu id delegari non potest ut hic, secundo uero sic.l.ut cognitio.§.bonorum .ff. de offi.eius cui man.est iu.quod ita à simili aliud est pronunciare aliquem deportandum, quod per præsidem fieri potest.l.i.§.deportatos.ff.de leg.3.aliud vero per sententiam deportare, quod per eum fieri non potest.l.illicitas.§.qui uniuersas.ff.de offi. præsid. & ibi notatur; pulchre Corn.ubi alia multa consi. 89. num.7.& 8.uolum.i.& ad idem dicit alibi, ubi decretum cum causæ cognitione requiritur, puta in alienatione bonorū minoris, quod neq; poterit delegari cō. si.98.num.5.eo.lib. & bene ut hic rursū notatur & in.l.i.ff. de offi. eius cui man. est iu.& in.l.magis puto.in.§. illud & in .§.nec passim .ff.de reb.eo.& in.l. neq; quam.ff.de offi.procon.& Bar.in.l.fi. colum.6.C.de edic.diui ad.tol. quod missio in possessionem beneficio .d. l. fi. à magistratibus municipalibus fieri non poterit. Nec ad materiam prætermittentes, si quis petat causam executionis legatorum compromitti, quod id fieri minime poterit cum sit mixti imperii ut hic & in.l.imperium cum ibi not.suprà eo.& in.l.4.in.§.i.ff.de dam.infec.&in.l. admonendi ubi idem Bar.in prin. ff. de iure iu. & in .l. non distinguemus in .§. de liberali .ff. de arb. & in .c.causa extra eo. & in .l. fi. C. ubi & apud quem, tradit Ro. consil. 161.

Finis.

SCHOLIA.

IVLIANVS LIB. I.
fforum.

L. MORE MAIORVM:

Quid sibi uelit hæc lex, clara, liquet iurisdictionem scilicet, mandari minime posse, nisi ab eo, qui eam habet iure proprio non alieno, & ita more maiorum comparatum est (ita enim legi dẽt non compertum, ut in codicibus antiquis legitur, & male) & his uerbis utitur etiam alibi eodemq; loquendi modo I.con. in.l. pœna.ff. ad legem Pompe.de parricid. & in.l. liberorum in .§.i. ff.de his qui not.infa. & in.l.sed & si, in §.hæc clausula.ff.ex quib.cau.ma.& ĩ.l. i.ĩ.§.qui mandatã supra de offi. eius cui cui man.est iu.& in familiar. Cice. Appio pulchro lib. 3. ibi an ego tibi obuiã non proditem? primum Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorum &c. & lib. x. Cn. planco, ibi Cornutus prætor (Coss.enim aberant) consulare munus more maiorum sustinebat. Et lib. 13. Bruto.ibi satis enim eũ tibi commendatum arbitrabar, ab ipso more maiorum, nec aliud sonant, nisi ut maiores facere solebant, uel uetere instituto potius, ita (ut diximus) comparatum eẽ, Alibi in simili dicitur. More iudiciorum in.l.mancipia .C. si quis alte.uel sibi. & in.l. si procurator .C. de procu.sed non eandem habent significationem (simile.n. nõ est idem.l.quod nerua.ff.depo.) uerum aliam, seruato.s. ordine iudiciario.

Secundo adde ad materiam adhuc si quis iure suo per principis beneficia uniuersaliter iurisdictione utatur, quod iudex ordinarius erit ut hic, & Papa hic omnium ordinariorum supremus, & in sua diocesi Episcopus, & Dominus temporalis in territorio.c. cuncta ꝑ mundũ .c. per principalẽ 11. q.3. l. hæres absens ff de iudi.c.fi.de foro comp.Abb. in praxi sua iudicia.col.4.uer.4.incip.pro isto est aduertendum.

Et è contra (Tertio) quod semper q̃s delegatus erit, si ei nõ committatur causa per modum uniuersitatis .l.i. ad fi.C. qui pro sua iu. & hic rursum not. pulchre Bal.in statut.committere nu. i.

Et quod potentius sit ius quod quis habet iure proprio, quam alieno, pulcherrima deciditur quæstio, si ex consuetudine deferatur Regnum primogenito, isq; moriatur filio relicto, quod secundo genitus succedere debebit in regno, ex quo is uenit ex propria persona nepos uero ex persona patris, ita Ricar. Cy.& Saly.in.l. si uiua matre per illum tex.C.de bon.mat.& Bar.in authen. ꝑterea.C.de legi.hæ.& Bal. in.l. tutela in §.si duo .ff.de legi.tuto. & in.l.3 . C. de suis & legi. hæ.& Gemi.in.c. grandi de sup.negli.præla.in 6.& Old.consi.99.colum.10.& Ancha.consi.78.& Alexand. consi.5.colum pe.uolum. 4. & ita fuit iudicatum in clem. pastoralis de re iud. præstatq; nobis etiam hæc lex argumẽtum, ad illud quod quanquam priuilegia imperatori attributa sint Augustæ vxori quoq: communicata, de quo in.l. quod principi & seq.ff.de lega.2. non tamen in ea ita firma sint ut in principe, & sentiunt Ferrarien.in .l. i.colum.i.C. de in ius uo.ubi etiam honor & reuerẽtia, qui quæue debetur marito, debetur utiq; etiam uxori suæ. Et cum de iurisdictione mandanda meminit adhuc lex ista, ex ea inferri potest, mandare actionem eamq: cedere multum differre quoniam primo casu, qui mandat nullum ius transfert, sed exercitium tantum committit, secundo uero dat primo, postea cedit, cessioq; transfert ius in cessionarium .l. si quis ergo .ff. de pœn. Pet. de Bellapert.in in q. suis 13. cœtera in Collectan. nostris expischetur.

Finis.

SCHOLIA.

PAVLVS LIB. II. ad edictum.

L. ET QVIA:

Hæc lex uenit continuatiue ad.l.præcedētem more maiorum, quidq; etiam sibi velit, clara est, ut in ea. Adde ibi, nec lex desert sed confirmat, quod ex confirmatione uires accipit confirmatum, & feudorum liber hinc cui quanquam Oberti de Orto compositio sit, nihilominus auctoritatem præbuit Imp. & ob id etiam quod causa efficiens ipse fuerit,(omnia enim nostra facimus qui bus à nobis auctoritas impart itur inq.t in.l.i.in.§.omnia.C.de uet. iu. enucle.) dici pōt, ita Seysel.de feu.cogno.in rub. colum.2. Et ibi, solui mandatum labeo ait. Si Papa legatum mittat in Galliam, lisq; sit cœpta coram eo, & Papa moria tur, quod iste delegatus iurisdictionem sibi commissam in causis non inchoatis, haud perpetuabit, ex quo morte delegantis re integra expirauit quāquàm in ordinario sit secus ut hic, & fusius Pet.de Bellap.declarat in q.suis 521. colum. i. & bonam ac not. distinctionem postea ponit Bar. multos casus considerando in tracta.Iurisdictionis colum.6. ut per eum. Et ad eundem hic postremo, quando sub nomine dignitatis cōmissa est iurisdictio, quod ipsi dignitati acquiritur, quoddam ius incorporale, quodq; semper idem remanet, ꝙ prius erat, usq; adeo ut personarum diuersitate, diuersum nō sit aut esse posit.c.prudentiam de offi.del. si uero nudum ministerium seu merum factum personæ cohærens committatur, quod nō idem semper erit, sed diuersum, diuersitate quoq; personarū, aliudq; factum unius aliud alterius, non secus ac factum defuncti & hæredis, quæ non possunt esse nisi diuersa.l.nemo est qui nesciat. ff. de duob. reb. l. inter artifices & ibi not. ff. de sol. l. unica .§. si uero .C. de cad. tol. deq; materia etiam plene, in.c. quoniā Abbas de offi.del.alias nec unum distingueretur ab altero, minime dicendum l.unica.C. de sen. quæ pro eo quod int. ubi ius certum est semper, idemq; in .l. ornamentorum.ff.de au.& ar.lega.facta autem incerta.l.2.ff.de iur.& facti igno. d.l.unica. Finis.

SCHOLIA.

VLPIANVS LIB. III. ad edictum.

L. SI QVIS ID QVOD:

Præstat nobis argumentum ad multa casus istius legis, præsertim(breuitati studendo præter alias dicta in Collectane.)ad id quod statutum Reip. fauorem concernens extendi debet, tametsi odiosum sit,& pœnale, etiam ad casum improprium, siq; puniat facientem, qđ extendetur etiam ad mādantem ut per Bar.in.l.quemadmodum.C.de agricol. & cen.lib.10. Et quod sicuti nomine proprio non licet literas papales falsificare adhuc, quod nec alieno licebit, qa nec quis pariter uel suo uel alieno corrumpere potest edictum positum in albo prætoris, ut hic,& latius glo. in.c. ꝙ alicui de regu. iu. in 6. nisi quo ad istud rusticitas excuset, vt hic rursum dicitur tradit Bar.nouissime in tracta.de falco. colum.2.qui tamen ibidem postea contrarium tenuit, inq; ea.q.Falconis, si rustico culpa posit imputari, seq: immiscuisse rei ad se non pertinenti, & bene l.in lege.ff.ad legem aquil.l. culpa.ff. de regu.iu.l.necare.ff.de lib. agno.neq; dicto casu debuisset excusari, cum id sit quasi ius naturale.l.2.C.de in ius uo.nisi respondeamus, si aliqua ratione motus, corruperit (quod in dubio præsumitur) excusabitur, nec dicetur in iure naturali uel quasi, errare, & latius ut not.in.d.l.2.

Et ad albi propositum, quod erat locus dealbatus, ubi proponebantur prætorum edicta, ut omnibus essent nota, l.sed & si pupillus.§.proscribere.ff.de in stito.actio. notoriumq; erat actus permanentis, ad differentiam transeuntis, ut

ut præconia uox est, de quibus per eundem Bar. in authen. qui semel num.16. C.quomodo & quando iud.& declarāt Ferrarien.in.l.i.colum.14.C. qui admi. ad bo po.possunt,imò gl.in.l.i.in.§.edere.ff.de eden.&in clem.i.de iudi.& in.§. pœnales insti. de actio. & male ut hic, inq; illis uerbis. Et qui tollit quamuis non corruperit, arguētibus non locum dealbatum fuisse, sed tabulam potius gypsatam, alias tolli & amoueri non potuisset,quam λεύκωμα uocabant,pytacium, & uulgo matriculam, estq: uox Græca λευκ idest candor. Et hinc dicitur etiam leucoma oculorum albugo, seu album oui quod uitellum ambit, EtMatuta dea in fabulis,leucothea græce,latinæ alba.Et lac à colore albus, q̄a græce λευκὸς dicitur, & albani populi q̄ albo crine nascebantur. Et tyberis fluuius albula ab aquis albis. Et leucopetra promontorium quod è Rhegio ad orientem nauiganti occurrit, quasi album saxum. Et Britania oceani insula, albiō ab albis montibus, qui primo ad eam nauigantibus apparent.eratq: insuper album nō modo prætorum uerum etiam interdictorum.l.i.C.de interd.De curionum.l.in albo.C.de decu.lib.x.Citharedorum, in quo iussit Nero imp. describi autore Tranquil.in uita ipsius, estq: apud me Nummisma æneum,parte auersa habens imagunculam manu tenentem ob id musicum instrumentū & (ut testatur Philo hæbreus) impiorū quoq:.

Quingentorum aureorum igitur pœna est corrumpentibus album, statuta hic. Vel imaginem (adde tu) pictam ad alicuius proditoris infamiam pedibus suspensi,ut exempli gratia Bononiæ, illius qui nobile Syrici artificium, cæteris detexit vrbibus, & populis,estq: lese maiestatis crimen,ut in trac.eiusdem materie,tradit Martinus Laudē.nu.260

Sed si plures pœnæ statute fuissent, quid agendum? standum foret minori ut hic rursum not. & nimirum quia moliendæ.l. interpretatione.l.si præses ff. de pœn.l. sempronius proculo .ff. de lega.2.Cuma.pulchre consi.138. col.2.

Dum etiam hic probatur,immò expresse dicitur, quod masculinum concipit fœmininū,dic uerum fore,si odium non sit irrationabile in materia indifferenti inq: dispositione legali, de quo etiā latissime in.l.i.& ibi dixi ego quoq: ff.de uerb.si.& in.l.si quis in tantam .C. unde ui.& in.l.i.in.§.i.ff.de consti. prin. & in.c.generali de elect.in 6.& in.c.Raynucius de testa.Specu.in.§.posthæc, de disputa.& allega.Alex.consi.61. colum. 2.uolum.i.

Præstat quoq: (ad corrumpentes album redeuntes)tex.iste nobis argumentum, quod Monachus occultans habitum ut sibi sit uagandi licentia maior, excommunicatus erit, perinde ac si eū dimitteret, quoniam æquiparātur duo hæc,tollere & corrumpere hic,ut decidit Calcan.consi.121.col.i.

Et ad aliud etiam si quis occultauerit partem actorum à se productorum in causa qualiter puniatur, quia terminus ei erit præfigendus,intra quem exhibeantur,alias ei nulla fides adhibebitur postea.c.perpetuis & ibi Inno.de fi. inst.Barto.in.l.i.in.§.edenda.ff.de eden. Gui.Papa decisio.245.Et si fregerit literas patentes Gubernatoris sigillo regiminis munitas,pœna de qua hic,& etiā falsi tenebitur.l.hodie & ibi Dy.de pœ. idem Gui.Papa decisio.233. Qui idem dicit etiam si remouerit literas Curiæ Parlamenti, uel alterius inferioris à manu seruientis,postBal.hic dec.579.ad fi.

Et ad propositum certum est, si lex loquatur in pœna ultimi supplicii, q̄d extendetur ad eam mutilationis membri,& sanguinis effusionis, ut per eundem Bal.Alb.Saly.Alex.& Moder. in.l. transigere ubi & nos maxime in secunda lect.C.de transactio. sed quid in pœna fustigationis? ad eam non extendetur tunc,ut per eundem Bal.in.d.l. transigere,quicquid dicat idē Saly. & Alex. ex quo non est grauis pœna, sed pecuniariæ æquiperata,&vt hic etiam not.& in.l.fi.ff. de in ius uo. & ita tenendū est.

Finis.

Scolia

SCHOLIA.

PAVLVS LIB. III. ad edictum.

L. SI FAMILIA.

Ex isto tex. confundi uidetur quædā Barto. limitatio in. l. edita. C. de eden. in materia cumulationis, quod permissa non sit in casu legis. i. §. fi. ff. si fami. fur. se. dica. ex quo ibi unum furtum esse cēsetur eedem actiones in substantia, & specie ut hic, ideo cogitandum est, & dicendum fusius ut ibi dixi.

Et inferri amplius potest, quod ius publicum in magistratibus cōsistit usq; adeo ut iniuria eidem facta publica censeatur, accusatio publica sit, & cuilibet de populo competat, & not. Bar. in. l. hostes. ff. de capti. & postli. re. & de materia etiam in. §. atrox insti. de iniur. & in. l. i. in. §. huius studii. ff. de iusti. & iu. & ibi etiam idem fore dicitur in sacerdotibus per illum tex. & plus inquit Bal. si quis colapho iudicem cessisset, quod posset decapitari in. c. i. in. §. iniuria de pa. iura. fir. in usib. ego dicerem quoq; si cederet partem ī præsentia iudicis, quod adhuc puniri posset, pœna tamen arbitraria, quoniam sic offendi iudicis auctoritas, imò contemni uideretur, & ita cum essem lanificii Rector, seruaui olim, anno 1535. Mercatoremq; detrudi in carcerē iussi (aduersarium enim in mei præsentia temere cesserat) in ducatis centum postea condemnatus fuit, & sic stultus in culpa, factus est tunc sapiens in pœna ut pulchre & in simili inquit Bal. in c. nisi num. 2. de offi. le.

Et ultimo loco dum dicitur hic, qđ contempta maiestas prætoris uindicatur, uana mihi dubitatio uidetur, imò fatua doctorum in. l. i. in fi. prin. an prætor cognitionem criminum haberet, seu merum imperium, quia sic maiestas Deo primum, postea Imperatori, tribuitur, ut in prohem. insti. in prin. & in l. non distinguemus in. §. sacerdotio. ff. de arb. fusius ego in. d. l. i. Finis.

SCHOLIA.

VLPIANVS LIB. III. ad edictum.

L. QVI IVRIS DICTIONI:

Licet nemo in causa propria sibi possit ius dicere, ut hic, & in. l. i. C. ne quis in sua cau. & in. l. pe. ff. de arb. & in Imperatore sit secus. l. proxime. ff. de his, q̄ in testa. del. l. & hoc tyberius. ff. de hære. insti. attamen obseruandum est ipsum duplex patrimonium habere, quodq; alias nolit, sed procuratores fisci, & procuratores Cæsaris, sibi potius iudices constituit ut per Cy. & alios in. l. procurator. C. de eden. & est argumentum in. l. digna uox. C. de legi. & in. l. 3. C. de testa.

Quid in iniuria familiaribus illata poterunt ne præsidentes cognoscere? Bar. in tracta. iurisdictionis col. 7. tangit istam. q. breuiter, & relatis opinionibus affirmatiuam amplectitur, quod possit & bene, ex quo sic tueri dignitatem uidebitur, quæstioq; non iudicis, sed dignitatis dicetur. l. obseruandum. ff. de offi. præsi. l. manicheos. C. de hære. not. in. l. de iure. ff. ad municipa. Tamen obstare uidetur tex. hic in sui generalitate uulga. l. de precio. ff. de publicia. l. i. §. generaliter. ff. de lega. præstan. cui Bar. non respondet in loco præallega. igitur dic tu, licet generaliter loquatur, distingui tamen debere & limitari, ut in criminalibus fallat nec absq; ratione, sicuti ostensum est, argumento hinc sumpto, quia. l. quiq; in prī. alibi. ff. de in ius uo. generaliter loquitur, & tamen restringitur ad id quod rationis est, filium scilicet in ius uocantem patrem sine uenia generaliter, condemnari pœna solidorum 50. & tamen si eum penituerit indulgentia non erit indignus. l. quàmuis ff. eo. cogita. & ad propositum de quo hic etiam & in. l. præsenti. C. de his qui ad ec. confu. familiarium & domesticorum, dicas eos omnes dici, quos quis secum habet in domo, scituq; dignum est

est, ob id, an uasallus teneatur deducere filium seu familiarem & domesticum delinquentem ad satisfaciendum domino pro offensa sibi illata, & si requisitus ab eo, ut ipsum deducat ad sibi satisfaciendum dicta de causa, aut illum à se abdicet & separet isq; contemnat, an priuetur feudo de quo in.c.i.in.§.insu p de prohib.feu.alie.per Fede.in usib.ubi casus clarus quod sic, & ibi Aluaro.con ciuis plene col.i. Finis.

SCHOLIA.

CAIVS LIB. I. AD edictum prouinciale.

L. SI IDEM CVM EODEM:

In hac pulcherrima lege, quæ alteri contrariari uidetur, hoc est.l.cum quædam puella.§.si.infra eo.nihil dico, quoniam satis dixi post Ias.& alios hic, ibidem ; ne in nos regeratur illud, ridetur corda qui semper oberrat eadem. Et q a rei ueritas est, non præsumi pro libellante regulariter, neq; pro his quæ in libello continentur, nisi sit iudex, quia tunc secus, quo ad iurisdictionem eius, eamq; causandam, quo modo contrarietas conciliatur, & de quo etiam in.c. cæterorum de iudi. & est argumentum in.l.herennius in .§. Caia de euictio. & not.in.l.si maior.C. de transactio.

Et minus quo ad uulgatum illud, inspici debere quod euenire potest, quod uerum sit inspecto statu præsenti, rei uel personæ, quia declarat Bald.hic, & alii post eum, & post Bart.in.l.inter stipulantem, in.§.sacram.ff.de uer. ob. & Alex.consi.98.col.ult.uol. 4. nos rursũ alibi sæpe. Et si dicendum quid est, id unum Senecæ addas sic scribentis, prospectus futurorum, quamuis pertineat ad sapientem uitum, tamen non afficit damno non cogitantem, nisi ex præsenti statu cogitare debuerit .l. si quis domum.§.i.cum similibus hic in glo.allega.ff.loca.Idem Bal.pulchre in.l. ædem col.4.C.eo.& in nor.q.pedagii in.l.si ea lege colũ. 2.C.de usu. nonnihil Luc.de poena pro decisione alterius q̃stionis, citati & non comparentis in termino, an excuset, in.l.quisquis col.i.C. de Tyroni.lib. xii. & amplius quod prudentiæ partes tres sunt, Memoria, intellectus, & ꝓuidentia, præteritorum præsentiũ & futurorum, quodq; memoria repetimus præterita, præsentia prospicimus, & futura prouidemus deniq;, alias stultorum prouerbium est, quo ad futura, si ex statu præsenti (ut dictũ) fuit haud prospiciant, non putaram.

In cæteris q̃tum ad coaceruationem, ut per Ange.hic, ꝙ non fiat, quodq; banniti in centum ex forma statuti, condemnatione facta bãnitus in quinquaginta, non comprehendetur, Adde Alex. multas alias decisiones ad idem cumulantes consi.134. col.2.uol. 4. & non abre hoc casu & similibus, quia ex coaceruatione tali resultat odium, usq; adeo si alias fauor, uel aliquid humanius resultaret, vt dici audacter debeat tunc fieri posse.l. maiorem .§. pe. iuncta hac lege ff.de pac.Idẽ Alex.cons. 113.col.2.uol.5.

Et de clausula in fine orationis posita ultimo loco, quod in dubio ad omnia præcedentia referri debeat, si commode posit prout etiã dicitur in .l.3.ff. de lib. & posthu. dic ita cõiter teneri ut Ferrarien.testantur, in.l.causas colũ.10.C. de transac. Qui dicunt et in.l.in bonæfidei col.5. C.de pac. non esse inconueniens relationem fieri ad non proxima, quando ad proxima referri non põt, & sic idẽ ꝙ supra, Et Alex. ꝙ ad ꝑcedentia non refertur, quando resultaret contrarietas, uel correctio post Bar.in.l.talis scriptura.ff.de lega.i.& Gemi.in.c. cum singula de præben.in.6.consi.95.col.2.uol.7. & ut prius, quod ad omnia referatur, cõsi.122.col.3.eo.lib. etiam ĩ materia odiosa consi.101.col.3.uol.3. maxime quãdo à nullo ꝑcedente regitur, inquit adhuc post Bal.in.l.i.C.de libe.præte.cons.212 col.2.uol.6. Non refertur ad omnia præcedentia quoq; quando non subesset par ratio referri debere, uel dispositio ipsa irritaretur, uel quando per talem relationem restringeretur, suiq; natura

foret late interpretandi, uel clausula esset apposita ad aliud qualificandum, ut per eundem Alex. consi. 226. col. 1. & 2. eo. lib. & consi. 48. col. 3. & consi. 138. col. pe. uol. 1. & consi. 66. col. 2. & consi. 214. col. 3. & 4. uol. 2. & consi. 42. colum. 3. uolum. 3. Finis.

SCHOLIA.

VLPIANVS LIB. XVIII. ad edictum.

L. MAGISTRATIBVS:

Magnam uerborum molem, congerunt Scribẽ. maxime Moder. hic dixiq; ego etiam in Collectane. nunc solum declarandum est, ex isto tex. uerificari, id quod etiam oĩbus palam ẽ, magistratus municipales nõ habere merum imperium, circa punitionem delictorũ maxime grauium de quo etiam i. l. ea quæ. ff. ad municipal. & in . l. ubicunq; . ff. de regu. iu. & in. §. nullam in authen. de desen. ci. in pulchro casu tradit Corne. cõsi. 270. col. 2. uol. i. & quod modicam coertionem exprimit I. con. in eo, & in. l. fi. supra de offi. eius cui man. est iu. subauditur uero in . l. 2. supra eo. nec nouum quia una lex alteram declarat. l. non est nouum. l. sed & posteriores. ff. de legi. c. super quæstionum & melius, ibi, imò in ista uerius, quæ in illa fuerant prætermissa supplẽtur, de offi. de. & id deniq; uerissimum fore, de quo Bar. hic ad fi. q̃ iudex seu ĩquisitor hæreticæ prauitatis non tenetur stare processui, seu confessioni, factæ coram iudice remittente, ex quo non suus iudex erat & tenet etiam post eum Gui. Pap. decisio. 202. ad fi. subiiciens tamen, quod inditium faciat, possitq; ob id torqueri per iudicem ad quem, sine alio inditio; & tradit idem Bar. in. l. capite quinto . ff. ad legem iul. de ad. & in tracta. maleficio. Ange. in uerbo nec non, & quod cogetur perseuerare in ipsa confessione, quanquàm sit coram iudice inconpetenti facta, & clarius Gui. Pa. decisio. 419. colu. i. Et ultimum hoc dictum ponit Inno. in. c. at si clerici de iud. & ita tenendum est, licet hic dubitent docti. Vel disputationis gratia cogita tu, si confesio est nulla, ut pote facta coram iudice incompetenti, & not. in. d. c. at si clerici, quomodo possit parere effectus tales, nullum enim inutile & non ens æquiparantur, & ex nihilo (vulgo dici solet) nihil fit, & quod nullum est ex eo nullus resultat effectus . l. cum pater. §. curatoris. ff. de lega. 2. l. quotiens. ff. qui sat. cogan. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. ac. l. paulus . ff. de uer. si. Old. ferè in terminis consi. 106. in prin. & consi. 274. ad fi. alias posset etiã sic condemnari, in confessum . n. nullæ sunt partes iudicis nisi in condemnando inquit I. con. in. l. proinde . ff. ad legẽ aquil. & in. c. nos in quenq̃ 2. q. i. & urget. Imò inquit Ro. hic, quod confessio non curat ineptitudinem processus, & Corn. consi. 80. ad fi. uol. 3. & probatur in. c. pisanis de resti. spol. & in. c. cum super de confess. Nisi dicamus tolerabile, esse, quoad torturam, q̃a esto quod nulla sit, inditium tamen facit, sed non ut ex ea possit delinquens condemnari, ostensumq; est supra. Nec ob. quod nullæ sint partes iudicis, nisi in condemnãdo, quotiens delinquens confitetur, q̃a uerum est, quando cõfessio facta est coram iudice competenti, quo modo ad idem allega. intelliguntur. Et minus, q̃ confessio non curet ineptitudinem processus, quia uerum est quo ad. d. effectũ & quo ad condemnationem etiam si p̃cessus ineptus sit ratione ordinis non seruati, quo casu loquitur tex. in. d. c. pisanis, & in. d. c. cum super, & not. Bal. in l. ictus fustium . ff. de his qui not. infa. ad fi. & Alex. consi. 34. col. 2. & consi. 52. col. 2. uolũ. i. ergo non si ratione iudicis incompetentis ut hic. Iterum tamen cogitabis. Finis.

SCHOLIA.

VLPIANVS LIB. LI. ad Sabinum.

L. EVM QVI:

Illud sanè mihi annotatu dignum

uidetur de quo per Bal hic in 4.q.quod delegatus ante præsentationem rescripti,& commissionis nullam habet iurisdictionem,pro ut etiam ultra eum not. in.l.multum interest .ff.de condi. & de. dixi ego ibidem in Theseo multa,& nouissime addo pulchram Gui.Pa.decisionem, in suis 286. ubi etiã disputat post eundem Bald.hic,an rescriptum adhuc superueniens,confirmet processum, & sententiam.d.delegati, & concludit qđ non,& bene,estq; glo.singularis in.l.in star.C.de iure fisci lib.x.& in .l. licet .ff. de iudi.& not.Pet.de Bellap.& Cy.in.l. i.in 3.q.C.qui pro sua iur.

Item aliud, si defectus iutrinsece, sit in causa efficiente, puta quia quis auctoritate careat , & iure statuendi , quod statutum erit nullum .l. obseruare.§. fi. ff. de offi. procon. & idem si extrinsece,quia in eo sit iurisdictio, sed non super eo super quo statuit, ex quo uirtus statuentis in passum non potest, ut hic,& in.l.naturali in.§.fi.ff. de cõfir. tuto.& in.l.etiam.ff.de tutel.& in.l.i.C. qui pro sua iur.Bal. in.l.cunctos populos.C.de summa tri.& fi.catho. & in statut.causa. num.i.

Et ultimo loco ex quo effectus non solum à quattuor causis procedunt intrinsecis & extrinsecis ut supra , uerum etiam à concomitantiis, sicuti est locus & tempus , quod locus attendi debet, ubi actus sumit effectum .l.fi.ff. de offi. præf.urb.l.contraxisse.ff.de actio.& ob. l.2..ff.de bo.aucto.iud.po.not. in .l. 2.in .§.2.ff.de iudi.item & tempus , quo actus confirmatur,ut hic & in .l. quia in id tempus.ff.de dona. int. ui. & uxo. & & in.l.qđ sponsę.C.de dona. ante nup. & in.l.in tempus.ff.de hære.insti.&in.l. scio.ff.de manu.testa. & in.l.in fuga. C. ad legem faui.de pla. & in .c. abbate de re iud.in 6.& in.l.i. C. de testamen. ma. & in.l.si quis alium in.§.fi.ff. de mil. testa.& in.l.si filius in.§.fi.ff.ad macedo.et in.l.cum quidam.ff. de fun. inst. instrumentoq; lega.& in.l.si cum dies in.§. in tra.ff.de arb.Old.in simili in pulchro casu indulgentiarũ consi.74.col.2. Finis.

SCHOLIA.

VLPIANVS LIB. XXXIX. Ad edictum.

L. EST RECEPTVM:

Si unum tantum hic dixero sat erit, clara enim est etiam.l.ista & meo quidẽ iudicio parum dubitationis habens , si maior scilicet potest se subiicere minori ab eoq: iudicari , quod multo magis poterit par seu minor in sui præiudiciũ prorogatione tacita uel expressa , item domicilio,delicto,uel contractu.l. i. C. ubi de cri.agi opor.Bald.in.l.fi.col.5.C. do iure lib.& diximus post multa hic in collectane.ad fi.nouissime addẽtes uerba formalia eiusdem Bal.qualia leguntur in.d.l.fi.consi.439.col.5.uol. 3. Sed quid in feudo ? Idem Bal.utrobiq; dicit secus,quod uasalli non possunt de feudo se alteri submittere quam domino suo,sicuti nec colonus recognoscere p̃dium ab alio quàm à domino.l.fi.C.de acqui.po.est uerum quo ad superius dicta,& hic si maior se submittat minori, quod se minorem facit , quam sit is cui se submittit , quodq; ob id submissione ipsa uilescit auctoritas , & quod potius gradum seruare debet , quem sibi prescripta iurisdictio constituit.l.qui liber.ff.de adop.l.ex causa.§. pomponius ff.de mino. l.fi.§. fi. C. de lib. & eorum libe. Finis.

SCHOLIA.

VLPIANVS LIB. II DE omnibus tribunalib.

L. SI PER FRROREM:

Trita inductio est huius legis, errantem non consentire , & ut in ea dicitur nihil tam contrarium consensui quam error,egoq; multa ad idem in collectane.hic,uerum nouissime addas , si quis uellit dicere indebitum,id quod solutũ est,ut pote contra consuetudinem , & probare,quod auditur,alias non,si con

suetudo

ſuetudo non allegaretur, quodq; non inducitur; niſi expreſſo, ſeu tacito conſenſu populi uulga.l.de quibus.ff. de legi.ideo probando contrarium apparebit conſuetudinē non eſſe, ex quo nihil eſt conſenſui tam contrarium quam error, per quem tex. ita etiam dixit Archid.in.c.ſeruitium 18. q. ulti. quem ad unguem ſequuti ſunt Ferrarien.in.l.petens col.fi.C.de pac. & ad materiam, ſi agnatus erat præſens, quando dominus alium inueſtiebat, ignorans tamen ſuū eſſe feudum, quod ſibi non præiudicat, ex quo (ut dictum eſt) talis error cōſenſum non inducit & probatur ad literam in.c.i.in.§.ſi uaſallus feudum, ſi de feu. fue.cont.int.do.& agna.in uſib.oportet igitur quod præſens ſit & ſciat (ignorantia enim præſumitur alias .l. uerius ff.de proba.) nec contradicat .l.honores ff.de decurio. Aluaro. conciuis pulchre in.c.i.in.§.præterea colum.2. quib. mo. feu.amit.co.lib.& ſi diceretur in errante tex.hic loqui, non in ignorante, haud refert, quia errans dubitans & ignorans æquiparantur ut per Bal.in.l.leges ſacratiſſime.C.de legib.late Iaſ. hic col.2.

Dicebat etiam ſpecu.quod in dubio præſumitur litigatum per errorem coram iudice incompetenti, ſi litigans peritus non ſit, in.§.i.in uerſi.ſed nunquid præſumitur, de compe.iudi. adi. & Bal. in.l.eos in prī.col.fi.C.de appel.& Imo. in.c.pe.in 21.col.de offi.de.& Ange.hic & Alex.conſi.183.ad fi.uol. 2.

Et alibi idem Alexand. in contractu ſocietatis, quod ubi eſt error, dici non poteſt adhuc, quod ibi adſit conſenſus, & ſi uerba adiecta ſint per partes, cauſa derogandi ipſi ſocietati, ualuiſſe putantes, quod effectum contrarium operati non debent, roboris dandi illi, uulga.l. legata inutiliter.ff.de adi.le.conſi.22. colum.2.uol.7.

Et ſcitu dignū eſt hyperbolice iſtud etiam de quo hic, præter hæc dici à I. Con.ut glo. quoq; hic ſenſit; & bene, & in ſimili in.l.i.C.de ſacroſanc.ec.& in l.ex empto.ff.de actio.emp.& in .l.fi.C. de proba.& in.l.i.ff. de pac. & in .l. non minorem.C.de tranſac. exceſſuſq; ueritatis eſt quale etiam illud Naſonis.

Frigidius glacie pectus amantis erat

Et Iuuenalis.

Interea guſtus elementa per omnia querunt.Item

Omnia uidit euerſa.

Et flammis Aſiam ferroq; cadentem.

Et eccleſiaſtes 4. uidi cunctos uiuentes qui ambulant ſub ſole. Et Math. 2.ibi audiens Herodes turbatus eſt, & omnis Hyeroſolima cum illo.Ego in Gymnaſio figura late, & pluſquam ſatis. Et ob id etiam in his quæ errantis commodum concernunt, ipſe non conſentit, eſtq; limitatio ad tex.in.l.qui patitur.ff. manda.& not.Soci.in.l.ſi ego in prin.ff. ſi cer.pet.

FINIS.

SVMMARIVM.

L. si conuenerit. ff. de iu. o. iud.

1 *Priuatorum consensus iurisdictionẽ non tribuit*
2 *A lit. cont. iudicium proprie formatur.*
3 *Prorogatio quadruplex est.*
4 *Multa requiruntur ut prorogatio fiat.*
5 *Pacto etiam fieri potest.*
6 *Casus legis.*
7 *An exceptio incompetentiæ opponi possit facta prorogatione.*
8 *Quid si in prorogatione iuramẽtũ interuenisset*
9 *Quid si beneficio huius legis renunciatũ fuisset.*
10 *Quid si prorogatio facta fuisset iudice præsente.*
11 *Quid si confessus fuisset comparens iudicem esse competentem.*
12 *Quid in prorogatione facta ratione delicti.*
13 *Quando iudex adiri dicatur.*
14 *Quid si iudex procedat inquirendo in casu alias prohibito, an exceptio incompetentiæ quandocunq; opponi possit.*
15 *Oppositio Bar. & sol.*
16 *Quid releuent pacta quæ quotidie ponuntur in instrumentis, quod quis ubiq; possit conueniri.*
17 *Quid si quis promisisset soluere in quolibet loco ubi placuerit actori.*
18 *Quid si promisero ubicunq; in Thuscia me inueneris.*

Lectu. I.

DE IV. OM. IVDI.

AFRICANVS LIB. VI. Quæstionum.

I. SI CONVENERIT. Ad euidentiam huiuscæ legis, præmitte, & primo 1 † quod priuatorum consensus iurisdictionẽ tribuere non põt l. i. l. priuatorum. C. de iu. o. iudi. l. i. ff. de iud. & non immerito, q̃a iurisdictio, est potestas de publico introducta, cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuendæ. l. i. & ibi glo. supra eo. & hinc est quod sententia nulla, iurisdictionis defectu, puta lata à iudice incompetenti, iuxta not. in. l. i. C. si à non comp. iudi. fue. ap. consensu partium ualidari non potest, ut uim sententiæ habeat. l. 2. C. communia ut. iud. tradit glo. in. l. i. C. q pro sua iu. & in. c. de causis de offi. dele. quodq; electio ius electo non tribuit, nisi eo respectu, ut nõ possit per eligentes reuocari, secundum Bar. in. l. sed & reprobari, in prin. in 2. colu. ff. de execu. tut. qui dixit etiam alibi in. l. diem functo. de offi. assesso. ubi nos late, si præses se præparasset, & mortuus fuisset antequam prouinciam adiret, quod hac de re salarium non transmitteretur ad hæredes, & quod deniq; arbitri compromissarii à partibus electi, notionem, non iurisdictionem habere dicuntur. l. ait prætor, & ibi per Scriben. in prin. ff. de re iudi. ex quo eliguntur à partibus, tantamq; potestatem habent, quantam dederunt. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. c. cum dilectus, eo. titu. & plus, quod pactum non ualet, quod à sentẽtia ipsorum appelletur in casibus, in quibus oritur actio, cum nulla sit iurisdictionis defectu, ut not. in rub. C. de ap. & in. l. i. C. de arbit. & in. d. c. cum dilectus. Nec prorogatio in iudicem iurisdictionem nõ habentem, etiam cum authoritate superioris. c. si diligenti. c. si significasti. & ibi Abb. in 2. col. de fo. cõp. Secundo præmitte, à litis contesta-
2 tione iudicium proprie formari † nec ante aliter iudicium dici posse. l. amplius non petitum. ff. rem rat. hab. l. i. §. fi. ff. si famil. fur. fe. di. l. si is qui Romæ, in prin. iuncta glo. ff. de iudi. & propterea Bar. in eo tria tempora considerari debere, alibi astruit, in. l. si post litem, in 2. colu.

ff.de excep.ante lit.cōtesta.scilicet,post, & sententia lata; ut primo tempore iudicium futurum dicatur,secundo,pendens: tertio uero,completum,& colligi posse uidentur hæc etiam ex .l. rem non nouam.§.i. C. de iudi. simileq; est in electione, quæ consensu initiatur, confirmatione ratificatur, & consecratione consumatur. Item & ultimo in matrimonio, quod pari modo à sponsalibus initium sumit,à uerbis complementum,& consumationem deniq; à copula, ut in rub.de spon. not.& in.c. licet,& in c.inter corporalia(singula singulis referendo)de transla. ep. & hinc est, quod in iudiciis non dicitur quasi contrahi, iuxta tex.in.l.3.in.§.idem scribit.ff.de pœn.nisi à litis contestatæ tempore,secūdum Bart.in.l.i.in.2.col.C. de lit.cont.ꝙq;nullū aliud tēpus nisi istud inspicitur in æstimatione quanti plurimi.l.uinum.ff.si cer.pe.& ꝙ deniq; post uariare non licet .l. si quis stipulatus sit stichum.ff.de uerb. ob. tradunt Docto. in.l.edita.C.de edend.

3 Tertio præmitte,quod quadruplex† est prorogatio, de re ad rem de minori quantitate ad maiorem de tempore ad tempus,de mēse ad annum, de loco ad locum quod non in loco maiorum sedeat,sed alibi, olim enim sedere solebant magistratus in curia Hostilia, ubi etiam orationes haberi solebāt,& capita obtruncatorum suspendi. Et de persona ad personam hoc est de uno iudice ad alium,& fusius ut not. in .l. si qui ex consensu ubi Bald.egregie.C. de ep. aud. Abb.&omnes,ubi etiam ego.o.minimus in c.p.&g.de offi.del.quodq; hic de ultima specie eiusdem tractatur.

4 Quarto præmitte,multa requiri † ut prorogatio fiat, & facta ualeat, de quibus in.c.significasti,de so.compe. & maxime ut sit eadem species iurisdictionis non autem separata & diuersa.

5 Quinto & ultimo†ꝙpacto etiam fieri potest.c.significantibus,& ibi gl.de offi.del. ualebitq; dummodo fiat sub eadem natura & forma,&per uiam prorogationis non electionis quoniam alias prorogatio non esset.l. Valerianus.ff.de præto.stip.l.titius.§.si ita & ibi Bal. maxime ff.de excu.tu.nec consequenter ualeret.Et si quid addendū est,id addi pōt hic agi de prorogatione iurisdictionis, quoniam alias et prorogatur cōpromissum, dū mō ultra 4.uices non fiat prorogatio,infinitatis uitandæ gratia.Si statutum dicat pluribus uicibus fieri posse,quia si simpliciter loqueretur,ad vnā tātum restringeretur.l.boues.§.hoc sermone.ff.de uer.si.Bald.in.c.tanto col.4. de consue.& imperium pariter,i. noua rogatione,in longius tempus proferatur, de quo Tranquil. in Cæsare c. 24. fusius.Quibus præmissis,casum in terminis,sic breuiter figura.

6 Tu & ego alieni iudicis†ne incompetentiæ exceptione obiecta à principio, ut habetur in.l.fi.C.de excep.& in.l.exceptionem.C.de pba.& in.l.i. C. de iu. & facignoꝰimpediretur processus,iurisdictionē ꝓrogauimus,& obiecta dixi, quia alias prorogatio facta uideretur, & processus teneret,secūdū Bar.in.l.si per errorē supra eo.& in.l.i.ff.de iudi.& Doct.in.c.fi.de so.comp.& in simili per gl.in.c.i. de rescrip.in.6.& in.l.ita demū C.de ꝓcu. uerum priusq̄ adiretur, me ipsum pœnituit,aut te,quoniā vtriusq; dissensu potuissemus absq; dubio ab ipsa ꝓrogatione discedere.l.si quis in principio testamenti.ff.de leg.3.l.i.C.quādo li.ab emp.di.l. nihil tam naturale, cum similibus.ff.de regu.iu. dubitatum fuit hic apud Africa.Iuriscon. authorem ꝑstantissimū legis nostræ,an liceret. Breuiter,&prima facie uidebatur dicendū, ꝙ non; rōnemq; dubitandi fortassis faciebat,& potissimum,quia pœnitentia locū hēt,& admittitur duntaxat in contractibus innominatis.l.si pecuniam.ff. de condi.ob cau.& ēt in deposito,quando rem mihi reddere debuisses,post tēpus,ex quo eā ante petere nō ꝓhibeor, secundū Bar.in.l.i.in.§.pe.ff.depo. ergo non in cæteris casibus, in quibus necessaria sunt ex post facto, q̄ à principio erant uolūtaria.l.sicut.C.de actio. & obl.si olei.C.loca.c.quod semel de reg. iu. in

in 6. Hinc dici et solet, uariationem, & inconstantiā admitti non debere qa est temeritas, & iniquitas, maxime quando alteri ē piudiciū allatura. l. si quis iusiurandum in pri. C. de reb. cre. l. huiusmodi. §. stichū. ff. de leg. i. l. de die. §. fi. ff. qui satis. cogan. l. eos. C. de mō multa. l. edicta. C. de eden. c. cū in multis, de rescrip. in 6. Bal. in. l. ius ciuile in prin. ff. de iust. & iu. qq; remittentibus iura sua, non ē facile dandus regressus. l. qritur. §. pe. ff. de ædil. edic. l. cum quidā. C. de adm. tu. l. postq̄ liti. C. de pact. & ꝙ deniq; semel uoluisse sufficit, sicuti & alias ēt in prælati electione, in legis promulgatione, & beneficii collatione. c. fi. & ibi Archid. in prin. 8. q. 2. Quibus tamen non obstātibus, contrariū deciditur in lege nostra & rō decisionis est, quia hoc ipsum factum fuit pacto nudo, simpliciq; partiū conuentione, q̄ de iure ciuili actionem non producit. l. iurisgētium. §. igitur nuda. ff. de pact. c. i. de pact. in 6. & non habet dubiū. Sed tamen aduertendum puto, quia uerbum conuenerit, cum sit legis, dēt intelligi per stipulationē in dubio. l. i. §. qui in perpetuū. ff. si ager uecti. l. i. C. de usu. & uidetur secundo loco, esse casus in. l. i. in. §. adeo. ff. de pac. Tertio quia producit saltem exceptionem, dato ꝙ pactum fuerit nudū. l. tale pactu m in prin. ff. eo. d. §. igitur nuda. Nisi ad primum dicamus confundi, ēt ꝙ uerbum legis sit narrantis, ꝑ tex. in. l. qui Romæ in. §. calimachus. ff. de uerb. ob. nec inductio facit. l. i. C. de usu. ad idē allega. qa procedit in usuris, q̄ non possunt citra stipulationem promitti. l. q̄uis. C. eo. Secundum fallaciam habet, quia uerum ē ꝙ stipulatio hēt consensum in se, cum tamen uerbis fiat, sed non ut conuentio stipulationem importet ꝓprie, quæ ad pactum nudum (ut diximus) adaptatur d. §. calimachus. l. lecta. ff. si cer. pe. l. prædia. ff. de ac. emp. Non ob. tertium, quia recedenti esset fauorabilis, ex quo agēs uirtute prorogationis, exceptione pacti nudi repelleretur. Vel & secundo, dicamus licere pœnitere, etiam ꝙ stipulatione pactum fuisset uallatum, quia contimet factum, ad quod nullus præcise cōpelli pōt. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. l. stipulationes non diuiduntur, uer. celsus. ff. de uerb. ob. Sed prima melior, non rationibus Docto. quæ leues sunt, ut per eos; uerum alia quoniam causa huc saltem compelleretur, cum alias ad interesse teneatur, ut in. d. iuribus, & est arg. in. l. diem proferre in. §. stari. ff. de arbit. & sic contra tex. ibi, nemo eiusmodi conuentioni stare cōpellitur, & hoc modo arguit etiam gl. in. l. fi. ff. de sepa. & in. l. i. C. ut ne. inui. age. co. Posset itē tertio & ultimo dici, hoc ideo factum esse rursum, quia iurisdictio publici iuris est. d. l. i. supra eo. & in euiden. dictum fuit, quo casu partium consensus nihil operatur. d. l. priuatorum. C. de iu. om. iud. & aliis ut supra, sed proxima est deterior, quoniam re uera (ut oēs dicunt, & bene) non agitur de tribuenda iurisdictione, sed de tributa à lege prorogan da, quod utiq; fieri potest, & dubitationem non habet. Igitur prima omnimō tenenda est. Et quarta addenda insuper quā tex. met sensisse uidetur, in illis uerbis, priusq̄ adiretur, iccirco à cōuentione posse recedi, quia res erat integra, ꝑtore, cuius iurisdictio fuerat prorogata non dum adito. l. si defunctus. ff. de procura. l. ubi cæptum. ff. de iudi. l. is qui se
8 obtulit. ff. de rei uen. Vel & quinto, qa si nobis ius quæsitum est irreuocabiliter, id ipsum nobis inuitis à nobis auferri non potest: poterit autem si reuocabiliter, ut hic. l. fi. ff. de pac. l. ius nostrū. ff. de reg. iu. Nec ob. adducta in contrariū & maxime primum, quia uerum est, sed non ut pœnitentia locum non habeat ēt in casu isto, re (ut diximus) integra, & nondum facta lit. contestatione, uel & aliter, ꝙ pactum sit contractus innominatus. l. i. ubi glo. magistra. ff. de actio. & ob. quā sic intellexit Bal. in. l. petēs, in. 3. col. C. de pact. erimus in casu regulæ d. l. si pecuniam. Vel & tertio, dato ꝙ esset nominatus, dicamus, sicuti non inconuenit plerunq; & in nominato pœnitētiam admitti. l. qui pecuniā. ff. si cer. pet. non inconuenire quoq;, neq; nouum

esse in casu isto quoniã ineptũ est regulam non fallere. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iu. ex quibus cessat et secundũ. 3. & 4. quia uariatio hoc casu permissa est, datus regressus, ius suum remittẽti, nec uerũ esse, fuisse satis, altero pœnitente, semel uoluisse, & apertius in iuribus ad idem alleg. not. Hic est casus, litera pro lecta habeatur.

Nota, ꝙ licet aliàs exceptio incõpetentiæ opponatur, quando prorogatio facta non est, ut in euidentialibus diximus, attamẽ opponi etiã põt facta pro-
7 rogatione † & in casu huiuscæ legis, usque ad lit. contest. dictũ adeo uerũ, ut si in contractu promisisset aliquis, se nulla exceptione usurum, coram quocũq; iudice cõueniretur, possit nihilominus hoc nõ obstante, istam incõpetentiæ opponere; & hoc ne cogatur litigare corã Iudice non suo, quod est absurdũ. c. at si clerici. de Iudi. c. in primis. 2. q. 1. quæ ratio tamen non placet, quia absurdũ hoc est ẽt lite contestata, & tamen cogitur, imò ꝙ nec dictũ tutum uidetur; ex quo iuri sibi competenti, aliquando, & in futurũ, renuntiauit. l. si quis in conscribendo. l. postquam liti. C. de pac. c. quam periculosum. 7. q. 1. & quidem negatiua dictione nulla, quæ omnẽ exceptionẽ includit. l. hæreditas. C. de pac. con. l. nullam. C. ex quib. cau. infa. ir. l. nulli. C. de ep. & cle. & si uerũ est aliàs, id forte esse dicamus, quia cũ dicta exceptio sibi adhuc non competeret, eidem renuntiare haud potuit. l. si ita scriptũ. §. si sub conditione. ff. de leg. 2. l. is qui hæres. ff. de acqui. hæ. c. abbate, de re iudi. uel quia in generali renuntiatione exceptionũ nõ includuntur rationabiles, & ad dictionem nulla, respondebitur l. sed & si q. §. quæsitum. ff. si quis cau. & tradit Specu. in tit. de renun. in §. i. in 3. col.

Dicit etiam alibi ad propositum Bal. in authen. habita, in 8. col. C. ne fil. p̃ pat. quod scholares qui regulariter habent tres iudices, Episcopum, Rectorẽ, & Doctorem, non p̃pea priuantur per electionem unius, electione alterius, quominus possint uariare ante lit. contestatã. Quod nec adhuc tutum uidetur, quia sumus in iudicibus incompetentibus, ubi illi sunt competentes: igitur uariatio non est permissa. Considerando amplius, si permitteretur, quod sic per indirectũ posset tanq̃ suspectus recusari, in ordinario alienum à iure. l. apertissimi. C. de iudi. Et alibi idẽ Bal. ultimo loco, in l. exceptionem in fi. C. de proba. ꝙ et quod staret statutũ in ciuitate, accusatum teneri ad respondendũ accusationi p̃cise, seruatis tamen sibi exceptionibus, audietur nihilominus exceptionẽ iudicis incompetentis obiiciens ad contestationem impediendã, & probatur ĩ clem. i. de seq. po. & fruc. & non ab re, dictumq; est uerissimum & pulchrũ, quia si iudex incõpetens est, iudiciũ peccat ĩ forma, nec ẽ actus triũ personarũ, tunc inuicem contendentium, & male. c. forus, de uer. si. tradunt Docto. in rub. extra de iudi. imò quod magis obstat exceptio hæc, q̃ falsi p̃curatoris, ex quo primo casu, iudiciũ quoad nemmẽ tenet: secundo vero, sic, in p̃iudicium falsi procuratoris, cum quo quasi contrahitur in contestanda lite, & super isto quasi contractu fundatur iudicium contra eũ. l. si procuratorem absentẽ. ff. de p̃cu. Sed iuxta prædicta q̃ritur, quid si in p̃rogatione ista, iuramentũ interuenisset,
8 † haberet ne locum penitentia? Scribẽ, ut coniicio, tenuisse uidentur, ꝙ nõ: moti potissimum, q̃a regulare est, ut seruetur, quando seruari põt sine interitu salutis æternæ: c. q̃uis de pac. ĩ 6. c. si uero c. cum contingat, de iureiu. & istud dicit infallibile Imo. in c. quintauallis nu. 20. de iureiu. firmat Bal. in c. i. in §. moribus col. i. si de feu. fu. controuer. inter do. & agna. in usi. unde renuntiatio non ualet facta iuri de futuro. l. si unus. §. illud. ff. de pac. & tamen firmata iur. sustinetur ut per Alex. in l. ei qui in prin. in 2. col. ff. de acqui. hæ. & quia si nihil est tam cõgruum q̃ fidem seruare quæ dicta est, vt fiat, quod dictum est. l. i. ff. de pac. nihil magis congruum est, q̃ seruare iuramẽtum, & maxime ut aliquid operetur. l. si quando. ff. de leg. i. c. si Papa de priuil. in 6.

6. & si hoc est dictũ, in uerbis. d. l. si quã do multo magis dici dẽt in iuramento quippe quod solum Deum ultorem hã bet alias. l. 2. C. de reb. cre. Secũdo quia id ipsum impleri debet in forma specifi ca. c. ad nostram de iureiu. nec à cõditio ne hoc casu differt, quæ huiusmodi est, ut implementum specificum requirat pariter. l. qui hæredi. l. meuius. ff. de cõd. & de. & hinc est (ut dicebã supra) qđ in contractibus innominatis hẽt locũ pœnitentia, & tamen si fuerint iurata secus l. si pecuniã & ibi gl. ff. de cõd. ob. cau. in obligatiõibus facti succedit ob. ad ĩteresse. l. si qs ab alio. §. fi. ff. de re iud. & tamẽ secus si iurarũ sit, ita Bal. in. l. vnica col. 11 C. de sen. q̃ ꝓ eo ꝙ int. & idem in cõpromisso, qa non cogitur quis stare laudo, ex quo soluendo pœnã liberatur, & nihilominus si iuratum sit secus. c. dilecti de arbit.

Tertio, quia actus reuocabiles, & sic in terminis, iuramenti religione, reuocari nõ possũt, auth. sacramẽta puberum C. si aduer. uen. non obstante defectu solemnitatis, quia hẽt uim clausulæ codicillaris, ut ualeat oĩ meliori mõ, quo ualere potest. l. cum pater. §. filius matrẽ. ff. de lega. 2.

Quarto, (& istud urget) quia lite contestata hic, pœnitentia locum non habet dicit. n. text. priusq̃ adiretur, ergo non, eo addito per. lit. cont. uerum iuramentum uim habet litis contestatæ. l. nã & postea. §. si is qui temporali. ff. de iure iu. ubi Bar. qui idem etiam dixit in. l. iusiurandum 2. in. §. i. in 2. col. & in. l. qui iurasse in. §. fi. & in. l. seq. ĩ prin. & in. l. eum qui in. §. si iurauero. ff. eo. ergo. Quinto & ultimo, quia iuramento omnis exceptio tollitur. l. eum qui. §. fi. & ibĩ idem Bar. ff. eo. ergo & ista incompetentiæ: ergo pœnitentia locum non habebit, & est opi. communis, & limitatio ad istum tex.

Verum contrarium etiam facile suaderi potest, quoniam iuramentum semper regulatur secundum naturam actus super quo interponitur. l. fi. C. de non nu. pe. & est simile in. l. emptione, & ibi Ang. C. plus uale. quod agi. quam quod simu. con. ubi contractus simulatus non firmatur iuramento, sed ipsum quoq; simulatum dicitur, ita ut nec iurans absolutione indigeat, & in actione, quæ licet nec mobilis sit, nec immobilis, sed tertia species quædam per se. l. quàm tuberonis, in fi. ff. de pecu. l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudica. unde forte dicitur in hæredum institutionibus, in omnibus autem aliis suis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus &c. iudicatur tamen mobilis & immobilis, secundum naturam eiusdem rei, quæ in ea deuenit, ut per Barto. in. l. si conuenerit, in prin. ff. de pigno. ac. & in obligatione pariter, quæ transitoria ad hæredes, uel non transitoria iudicatur, ex natura rei, super qua interponitur, eodem Barto. teste, in. l. 2. in. §. cato. in 11. colum. ff. de uerbo. oblig. Qui idem quoq; dicit esse in stipulatione pœnali, in. l. stipulatio ista, in. §. si quis dolum. ff. de uerbo. ob. & glo. alibi, in. l. falso. quam ibi not. Ias. in fi. C. de di. res. quod rescripta perpetua & temporalia iudicantur, secundum naturam actus super quo conceduntur, sed actus hic, sui natura, reuocabilis est, pœnitentiaq; locum habet ante lit. cont. ergo. Et ideo uidemus hinc licet quis fecerit testamentum, & iurauerit, quod nihilominus poterit reuocari, quia nemo potest sibi legem imponere, à qua recedere non liceat. l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3.

Breuiter à prima opi. non est recedendum, ex supra adductis. Nec ob. text. in. d. l. fi. quia dicunt Docto. hic, illud esse ratione deficientis consensus, quem desiderat, cum sit de iure naturali, post Barto. in. l. si quis pro eo. in 8. membro. ff. de fideiusso. aliquid Bald. in. l. 2. in 9. q. C. de rescin. uen. & in. l. iurisgentium in. §. generaliter in prin. lect. 2. ff. de pac. Quæ responsio non est tuta, quoniam spes futuræ numerationis, ortum obligationis non impedit. l. quibus diebus. §. termilius, & ibi not. ff. de condi. & de. Nisi replicetur, ꝙ immo impe-

impediat quia actus conditionalis est, si pecunia numeretur, tu ibi, uerũ conditio nihil ponit in esse.l.si quis sub conditione dandorum x.ff.si quis omi.cau. testa.ergo anteq̃ purificata sit, obligatio nata dici nõ potest.l.cedere dié.ff.de ver. si.Vel & aliter, & forte hoc dicere uoluerunt, respondentes ut supra post Bart.in d.loco, illud ideo eẽ in præallega.l.fi. q̃ de dicta exceptione non numeratæ pecuniæ non opponenda, non consensit: igitur & iure merito, cũ pecunia numerata non est, prout fuerat promissum, si petatur à creditore, proditũ est, iuramento non obstante, obiici posse, & est simile in.l.iurisgentiũ in.§. sed cum nulla .ff. de pac. ubi fundum tibi uendidi, pacto ex interuallo apposito, de præstãdo tibi fideiussore, qui rõne euictionis, & alio quolibet respectu, te conseruaret indemnem: peto ꝓtium, excipis ut dem tibi fideiussorem, an possis, & audiaris, dicit tex.quod sic, iuramento ẽt nõ obstante, quia tunc celebrabitur solutio, q̃ primũ fideiussorẽ tibi dedero: ergo idem & pariter in casu nostro. Vel & aliter, quod regulatur ibi secundũ naturã actus, super quo interponitur, ne in plus obligetur quis, hic abit ut efficacius teneatur, arg. not.in.l.si quis maior.C. de transac. Vel & ultimo dicamus, quod illa lex loquatur in iuramẽto implicite & generaliter prolato, de non contraueniẽdo: hic autem explicite interpositum, ꝙ alius præterq̃ cuius iurisdictio esset, ius diceret. Ex quibus similia sublata ẽt manebunt, in casibus suis maxime procedentia. Et si uellemus tenere contrarium, ad adducta ꝓ cõi posset responderi, & dici ad primum non esse generaliter uerum, ut not.in.c. non est obligatorium, de regu.iu.in 6. & quia in generali renuntiatione casuum fortuitorum posset sine interitu salutis æternæ seruari; & tamen non seruatur, nec ualet.l.sed & si quis.§.quesitum .ff.si quis cau.ex quo aliud ẽt ad idem tollitur, quod semper aliquid operari dẽt q̃ in dicto casu interpositũ est à partibus, & tamen nihil operatur.d.§.q̃situm, & ibi not. conuenitq; potius nihil operari, q̃ ꝙ aliquis damnum patiatur qq; sit contra uoluntatem patris, quod utiq; esset hic, si compelleretur quis coram iudice incompetenti, maxime re integra, litigare.l.fi.§.in computatione.C.de iu.delib. nec aduersarius lædatur Consentaneũ igitur est, fidem seruare & iur.sed nõ necessarium hoc casu. Non ob.secundum quia confunditur ex his, quæ habentur in.d.c.ad nostram & in.l. seruum quoq; in.§.publice.ff.de procu.& in.l.& si seuerior, & ibi Bal.in 2.col.C.ex quib.cau.in fa.ir.nanq; si iuro tibi dare centum, compensatione liberabor, ut per Bar.in.l.iulianus in fi. ff. de cond.& de.& in.l. amplius non petitum.ff.rem ratam hab.

Non ob.tertium, quia nec id generaliter est uerum, sed eo casu tantũ, quo iurans fit maior, minori autem in integrum restitutione denegata, læsionis ratione: igitur non mirum, si læsus eam petere non potest ex quo tractatur ẽt de læsione cõtrahentium secum, hic haud considerabile, & propterea non ab re, si ibi seruandum est: in casu uero huius legis non, & facit quod habetur quoq; in.l.nõ dubiũ C.de legi.& quod de simulato contractu dicebam supra. Quartũ fallax, ẽ, quia ẽt exceptio doli, uim hẽt appellationis, & tamen non ẽ est appellatio.l.nõ distinguemus.§.cum quidam.ff.de arbit.Item ipsum iusiurandum, uim transactionis, & tamen non est transactio.l.2.ff.de iureiu. & plura sunt huiusmodi, q̃ non refero: ergo nec ẽt lit.contestatio, quo ad effectum de quo supra licet vim lit.contestationis habeat, & est arg.in.l.q̃ nerua.ff.depo.Non ob.quintũ & ultimum, quia & id quoq; procedit in iuramento iudiciali, quando detegeretur iuratũ, uerum nõ fuisse.l.duobus.§.fi.ff.eo.Nos uero loquimur in uoluntario, & cõuentionali, quod nullibi cauetur, tolli eam quæ iudicis incompetentiam oppugnat. Vel & aliter responde oĩbus his, ut per Doct. hic cõtra cõem insurgentes pariter, quos non refero, & pro rei ueritate in cæteris, ultra disputationem, à cõi non discedo.

9 Secundo quæritur, quid si beneficio huius legis renuntiatum fuisset? habebitne

ne locū pœnitētiæ videretur dicendū q
sic q̄a ius publicū respicit, q pacto pri-
uatorū lædi non pōt. l. ius publicum. ff.
de pac. l. nemo potest. ff. de lega. primo
c. si diligenti, de fo. compe. Tamen con-
trarium uerius est, per regulam l. si quis
in conscribendo, cum uulga. C. de pac.
& quia uidemus in simili, q mulier cer-
tiorata, velleiano renunciat, l. fi. §. fi. ff. ad
uel. & oī legum auxilio, si filiorum tute-
lam suscipiat, auth. matri & auiæ. l. fi. C.
quando mul. tu. offi. fun. po. & uenditor
beneficio l. 2. C. de rescin. uen. vt ibi Bal.
in 5. col. in 4. q. declarat & est ēt arg. in. l.
q̄ritur in. §. si uenditor, ff. de edil. edic.
& ita tenendo, ad arg. respondebitur, ue-
rū nō esse, qq; ea rōne nec ualeret in ca-
su d. l. si quis in conscribendo, & tamen
ualet, & ita firmat Anch. in consi. 192. in
cip. in auxilium, in 2. col. & dato q publi
ci iuris esset, id secundario esse dicemus
non principaliter. l. i. §. huius studii. ff. de
iusti. & iu. §. sed & maior, insti. de his qui
sunt sui uel alie. iu. l. cū ꝓbatio, & ubiq;
gl. ff. de proba. & in simili, in noui ope.
nuntiatione inquit Bar. in. l. si quis para
tus, ī. §. deinde. ff. de no. o. nū. & in termi
nis q. in. l. seius & Augerius. ff. ad leg. fal.
Tertio quæritur, quid si ꝓgatio facta
10 fuisset præsente iudice † poterit ne am-
plius uariari? Prima facie uidebatur ad-
huc dicendum, q non, & hoc potissimū
quia in iudicio facta est, quo casu actus
efficatiores reddi solent. l. receptū supra
eo. l. filiusfamil. §. fi. ff. de procu. l. cum
ostendimus. ff. de fideiuss. tu. & est arg. in
l. i. in. §. si iusserim. ff. de acqui. po. Sed
contrariū (ut dicunt Doct.) suaderi faci-
le potest, ex quo in prorogatione, scien
tia & p̄sentia iudicis minime est necessa
ria. l. 2. & ibi not. ff. de iudi. ergo si inter-
uenerit in ea, nihil operabitur. l. siue a-
pud acta. C. de transac. ubi si fiat transa-
ctio extra iudicium, uel apud acta, sem-
per ualet, & hæc opi. mihi placet, non ta
men rōne ista, quia de ipsius iudicis in-
teresse agitur in casu nostro haud consi
derabile, ī. d. l. siue apud acta. & ꝓpea de
beret oīmodo præsentia ipsius hic ali-
quid operari. Verum alia, quia si iudici
ius acquisitum eēt, nec posset ꝓgans
uariare, iuris præsumptione, iudiciū af-
fectaret, & male. l. & qui data. ff. ex quib.
cau. ma. l. spadonem. §. fi. ff. de excu. tu. l.
a. §. fi. ff. si quis cau. considerando etiā q
ad proprium forum reuertitur, q solet
reputari fauorabile. l. si unus. §. pactus
ff. de pact. c. statutum de præben. in 6. &
forte hac de re, delegata iurisdictio etiā
dicitur odiosa. c. i. & ibi glo. de rescrip. in
6. quodq; cogi posset litigare coram iu-
dice non suo, dictu absurdissimum. c. at
si clerici, de iudi, l. fi. & tot. tit. C. si à non
compe. iud. ex quibus arg. tolletur, pro
prima opi. inductū, quoniā non est ue-
rum generaliter, sed in iuribus ad idem
alleg. speciali rōne, maxime in. d. l. cum
ostendimus, loquente in pupillo, cu-
ius gratia ne dum iudicii id ibi decisum
est. l. si ex pluribus in fi. ff. de admi. tu.
ergo non regulariter, alias ea ratione,
quia in iudicio facta est, pactum nu-
dum etiam calore ipsius uestiri deberet
& tamen non uestitur. l. omnes. §. in hac
autem urbe. C. de episc. & cle. l. ne in arbi
tris, in fi. C. de arbit. præallega. l. siue a-
pud acta. C. de transac. eo quoq; conside
rato, factum merum non esse partium,
sed iudicis, præiudiciale etiam ordina-
rio: ergo tollere non debet, quominus
pœnitentia locum habeat.

11 Quarto quæritur, quid si confessus †
fuisset comparens, iudicem esse compe
tentem, siue aliter coram eo comparen-
dum esse, habebit ne locum adhuc
pœnitentia? Docto. hic, post Bal. in. l. si
pater. C. ne de sta. defunc. inquiunt, qd
non: moti quia confessio habetur pro
ueritate. l. depositi. §. i. ff. de pecu. & quia
lex ista cum exorbitans sit, loquens in
pacto, ad confessionem extendi non de
bet, & quia si confiteatur litem contesta
tam, statur eius confessioni. c. fi. & ibi
Abb. de proba. sed per lit. contestationē
tollitur pœnitentia: ergo & per confes
sionem, & ita esset transeundum.
Sed contra, quia aut confessio uera
est, aut non, si uera, iudicium non te
nebit, uirtute confessionis, sed proprii
iudicis, sin autem absolute erit nullum

quia

quia credidit iudicem competentē fuisse, cū tamē non esset, quo casu si confessus est, confessio pariter nihil ualebit, comperto ꝙ iudex nō sit.l.non omnis ff.si cer.pe.c.at si clerici.de iudi.& ad idē facit, quia actus à principio nullus, solēnitatis defectu, confessione partium nō conualidatur.l.si forte, & ibi Bart.ff. de cast.pecu.& uidetur uerius. Nec ob. adducta in contrarium, quia primum loquitur in iuramento, quo delato, nil ultra ꝗritur.l.non erit.§.dato.ff. de iureiu.& ita illum tex.intellexit etiam Bald.in.c. querelam in pe.col.de electio.

Nec ob.secundū, quia imò ex prædictis extendetur, ex quo post confessionem, probando iudicem esse incompetentē, detegetur, confessionem erroneam fuisse, & rem se aliter habere.l.2. & ibi Bar. ff.de confe.

Non ob. tertium, quia termini non sunt pares, nec eadem ratio in lit. contesta.quæ est in iudice, quoniam hoc casu de magno confitentis præiudicio agitur, illo autem de modico, uel potius nullo alias non ꝓcederet decisio d. c.fi. e. super eo.de eo qui co.consa. ux. suæ. Cogita.

Quinto & ultimo, quæritur (alia enim clara sunt, uidenda studio camerario)

32 quid † in prorogatione facta ratione delicti. Dicunt Docto.hic, irreuocabilem esse, & bene, authen. qua in prouintia C.ubi de crim. agi opor.per quem text. dicebat alibi Albe. quod sicuti fit iniuria patri per filium, ita fit per delinquentem magistratui, in cuius territorio delinquit, taliter ut eum punire possit, priuilegio aliquo non obstante, declarādo subinde tamen uerum esse, si per modum accusationis procedat, non si per modum inquisitionis, in q.36.incip. itē subiicio, in 2.col. in statutis, nulla alia de causa ad propositum, nisi supradicta, quia iurisdictio eius delicti ratione est prorogata. Sed aduerte, ne idem sit etiam in inquisitione, secundum Bald. in.c.i.in.i.colum.de offi.ordi.& quod in delicto diximus, procedit etiam in contractu.c.fi.de fo.comp. Adde tu, quando etiam decisionem non haberemus, ex eo suaderi posse, quia argu. de uno ad alium ualet.l. omnem.ff. de iudi.& maxime fori ratione, ut declarat Bald. in.l.in actionibus.ff. de in lit. iu, immò quod fortior est prorogatio, quæ fit (ut diximus) ratione delicti, uel contractus quam ista.c.dilecti.& ibi Abb.in 3.not. de fo.comp.& mirum uidetur, quoniā plus operari deberet consensus expressus, quàm tacitus, ut not.in c.scienti de regu.iu.in 6.& legimus in simili, quod repudiatio expressa plus nocet, quam tacita.l.i.§.sed uidendum.ff.de suc.edic. quodq; legatum expressum transfert dominium recta uia in legatarium, tacitum uero, non.l.à titio.ff. de fur.l.seruū filii.§.fi.ff.de lega.i.& quod deniq; transmissionem impedit conditio expressa pariter.l.i.§.sin autem.C.de cadu. tol.tacita autem non.l.conditiones extrinsecus.ff.de con. & de. Sed nihil est, quoniam iuris fomentum cum tacito concurrit, quod non est in expresso, ut in d.c.dilecti, not.& negari nō potest estq; arg.in.c.i.de treu.& pa.& simile in reuocatione tacita legis, quæ plus, & potentius pariter operatur, quam expressa hominis, ita Bart.in.l. amplius non petitū in ante pe.colum.ff.rem rat.hab. & dixi ego etiam in.l.eius qui in prouintia, in uer.quas uero, in 2.not.ff.si cer.pet. Pro complemento tamen aduerte, quia prorogatio non est proprie, ut ostendit Salice.in.l.episcopale.C.de ep.& cle. in fi.

In glo.secunda (prima enim expositiua est, & nihil habet, loquens amplius de contrario .l. si quis in conscribendo C.de pact. de quo infra) quando iudex adiri dicatur, Bar.hic refert duas opi. ut per eum. Ex cuius dictis (declara enim, quæ dilatoriæ exceptiones sint, peremptoriæ, & similes, ut per glo. in.l.exceptionem.C.de proba.& in .§. appellantur autem, insti.de excep.& dic amplius quasdam esse, personā iudicis respicientes, quæ etiam declinatoriæ appellantur ut incompetentiæ, quasdam personam actoris, quod non habeat legitimam personam standi in iudicio.

quasdam

Quaſdam negotium principale qđ libellus ſit ineptus, de quibus hic per Bar.in prin.&in.l.quidam conſulebant ff.de re iudi.& in.l. quidam referunt.ff. de teſta.&in.l.i.ff. de offi.aſſe.& in .d.l.
33 exceptionem. Colligo, quod iudex ſtadi ri etiam dicitur; quando exceptiones dilatoriæ proponuntur ante litis conteſtatam omiſſa illa iudicis incompetentis, & non immerito; quia eas proponendo, cum tamen iſta proponi debuerit prius (ut ſupra dictum eſt ſæpius) uidetur uelle imò & petere; ut ſuper eis pronuntiet, uerba enim ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſſionum nostræ.l.labeo.§.idem tubero.ff.de ſup.le.& ſic in ipſum iudicem, quamuis incompetentem conſentire.l. ſed & ſi ſuſceperit.ff.de iudi.in tantum, ut ad ipſam omiſſam, amplius redire non poſſit,& id cautela eſt (vt ſubiicit) ea prius oppoſitā ualida ac efficaci, ſub conditione alias non prætermittere, ſi prima haud obſtet, pro qua facit glo.in c. cum uenerabilis, de exceptio.& in.c. exceptionem, de regu.iu.in 6.& tex.ad literam, in.c.ex tenore, de teſti.& notabiliter declarabitur adhuc ſecundum eum, deciſio .l.fi. C.de excep. Et quod hoc caſu ad iſtam omiſſam reuerti non ualeat, probatur, quia in.d.l.ſed & ſi ſuſceperit, eſt negatiua dictio præpoſita uerbo poteſt, quæ potentiam priuat, & neceſſitatem præciſam inducit.c.i.de reg.iu.in 6.l. nemo poteſt.ff.de lega.i.l.i.ff.de uerbo.ob. ſenſuſq; eſt, nullo modo poſſe, quia dilatoria eſt, quæ in principio opponi debuit d.l.exceptionem.C.de proba. Secundo ad idem uidetur caſus in.l.cum Papinianus ad fi.C.de ſen.& int.om.iud.ubi in ſimili iudex qui aliàs incompetens eſt, per reconuentionē efficitur competens nec exceptio incompetentiæ obiici poterit, ex quo (inquit) rationabile eſt, ut cuius in agendo quis arbitrium obſeruat, eundem iudicem cōtra ſe etiam in eodem iudicio habeat, cum iam in ipſū conſenſerit, quæ ratio procedit etiā in caſu noſtro: ergo aditus ex hoc dicetur nec pœnitentiæ erit locus amplius .l. à Titio.ff.de uer.ob.cū uulg. Tertio facit, quod habetur in l.ſi quis.C.de teſti.ubi ſi quis teſtibus quibuſdam in uno iudicio, uſus eſt, eos in alio, quos ſemel probauit, improbare non poterit: ergo à ſimili, nec is iudicem, in quem ſemel aſſenſit, exceptiones proponendo ut ſupra. Quarto inducitur text.in.d.c. inter monaſterium, de re iudi. ubi cauſa ſuſpicionis ante lit.conteſtatio.ingreſſum opponi potuit, & non fuit oppoſita, dubitabatur an ſubeundo iudicium non opponens, illi renuntiaſſe uideatur, reſpondet Papa, quod ſic: ergo eodem modo in caſu noſtro idem dicendum erit. Quinto & ultimo probatur, quia in peremptoriis, ſi exceptio, quæ ſecundo opponi debebat, opponatur prius, primæ non erit renunciatum, glo. eſt in .l.propter litem.ff.de excu.tut.ubi qui plures habebat excuſationes ſi aliquam omiſit, ad eam poteſt poſt propoſitionem aliarum reuerti: ergo in dilatoriis ſecus firmatq; Bald.in.l.ſi quæramus in.i.col. ff.de teſta.& ita cæteri magis communiter tranſeunt.

Sed tamen contraria opi.ex multis etiam ſuaderi poſſe uidetur, & primo, quia terminus opponendi dilatorias, præciſe eſt præfixus uſq; ad lit.conteſtatam.l.nemo.C.de iu.o.iud.l.apertiſſimi C.de iudi. d. l.ſi.C. de excep. d. c. inter monaſterium, de re iudi. tradit Imo. in l. quidam conſulebant.ff. eo. ergo non obſtante quod alias oppoſuerit, poterit & iſtam quoq; non omittere, ex quo jus ſibi à lege indultum, & terminus opponendi, hoc idem non ignoranti perdurabat.l.ſicut.§. non uidetur .ff. quib. mo.pi.uel hypo. ſol. quem tex. ad propoſitum, in argu.inducit etiam Imo. in loco prællega. l. is qui uſumſ. ff. quib. mo.uſuſ.amit.ubi etiam bonus text.ad idem, cui nec in dubio renunciaſſe uidetur ob id, argumentum in.l. cum de indebito.ff.de proba.Secundo quia inducta ad unum finem, contrarium operari non debent .l.legata inutiliter.ff.de adi.lega.l.Titia.§.fi.ff.de ma.teſt.l.quod fauore.C. de legi. nec actus agentium,

ultra eorum intentionem.l.non oīs .ff. si cer.pe. nisi quatenus de necessitate inferant.l.fi.C.ne ux.ꝓ ma.uerum hic cōtrarium operarentur,& actus pariter,ul tra intentionem agentium, & ad id demumq; extenderentur,ꝙ de necessitate nō inferunt,& male:ergo aditus non dicetur:probatur,quia esto ꝙ opposita exceptione,puta excommunicationis,& simili,opponens in iudicem consentiat, non tamen consentit super negotio prīcipali,procedi debere.l.fi.ff. de calum.l. Papinianus exuli.ff.de mino.l. naturaliter.§.nihil cōe.ff.de acqui.po.Tertio facit, nam dilatoriæ exceptiones modici sunt præiudicii.l.quotiens .C. de preci. Impe.offe.ergo esto ꝙconsenserit super eis pronuntiari, nō tamen præsumetur consensisse:idem in negotio principali, ꝙ maxime est ꝑiudiciale.l. cū de indebito.ff.de proba. Quarto,quia consensus tacitus,in uno iudicio,actuq; ipsius,extendi non dēt ad alium,gl.est in cle.sæpe ad fi.de uerb.si. ergo nec in exceptione hic ad negotium principale.Quinto & ultimo,quia alias deterioris conditionis esset excipiens,q̄ agens, cuius interest habere plures actiones, quibus experiatur.l.nō est nouū.ff. de actio. emp. dummodo nō sit de his, quæ electione tolluntur.l.ꝙin hæredem.§.eligere.ff.de tribu.ac.l.cum filius.§.uariis.ff.de leg.2. & male.l.fauorabiliores.ff.de regu.iu.ergo ad omissam iudicis incompetentis, ne hoc contingat, omnimō reuertetur. Attamen istis non obstantibus, ab opi. Bar.& aliorum communi,recedendum non puto, quia ad primum responderi pōt,assumptum uerissimum esse, consequens aūt falsum , ex quo illa iudicis incompetentis(ut diximus)prius opponi debuit,& nouissime probatur etiam ultra allega. quæ non aliter intelligun- tur,in.c.i.de iudi.Nec ad idem facit tex. in.d.§.non uidetur, quoniam procedit in casu suo, non in materia ista, in qua non minus operatur consensus tacitus, q̄ expressus.l.2.ff.eo.Vel quia ibi creditor nihil fecerat,ꝙ sibi posset esse præiudiciale,sed tacuerat tantum, hic autem exceptiones proposuerat,ex quibus ꝓrogatio facta intelligitur.l.Paulus .ff. rē rat.hab.l.si tamen.§.ei q.ff.de ædil.edic. Vel & tertio, non bene argui ex alio de illo tex.ubi creditor de damno uitando tractabat,respectu iuris sibi iam quæsiti ad casum istum, ob rem de qua quæritur,quæ est modici ꝑiudicii.d.l.quotiēs C.de præci.imp.offe.Non ob.secundū, quia eodem mō respondetur, ex quo non sunt contraria,sed diuersa, connexa tamen,ita ut regula d.l.legata inutiliter,cum similibus,non officiat.l. in numerationibus.ff.de sol.imò tanq̄ ꝑparatoria & præparata, quorum eadem etiā debet esse dispositio .l. ordinarii .C. de rei uen.l.incerti .C. de inter. & not. in rub.de æden. ergo sicuti in exceptionibus ipsum approbauit, in eumq; consensit,pari mō approbasse uidebitur, & in eum consensisse, quo ad negotium principale, & sic nec ultra intentionem ipsius actus operabitur, nec extēsio fiet nisi ad id,ꝙ præsumptiue necessario facere intendebat.Ex quibus tollitur etiā tertium.Vel responde, si istud esset uerum,ꝙ nec uideretur uoluisse hac ratione ipsum iudicem super principali pronuntiare,etiam ꝙ fuisset competens,dictu tamen absurdissimum. Vel & ultimo,ꝙ imò consensisse præsumetur, ex quo potuit illam iudicis incompetentis prius opponere & tamē(ut diximus) opposuit alias,& facit in simili,ꝙ habetur in.l.si ꝓponas,in.§.i.ff.de inoffi.test. cū renuntiare iuri suo, qui sciēter emit rem,quā potuit euincere,seu consentire ꝙ aliquis sit hæres, si cum eo contrahit,tanq̄ hærede.Non ob.4.quia nec ipsum,cū aliud non restaret, nisi ut super prīcipali ꝓnuntiaretur,uerū est hic,ubi unus actus in casu d.cle.cōitatem haud habebat cum alio,&indubitatum uidetur.Non ob.5.& ulti. quia dicā deterioris conditionis esse hoc casu, nō regulariter, ex quo prætermittendo eam quā debuit opponere prius,sibi ꝑiudicauit, nulli,nisi ei imputandū,ut in regula dānum,de reg.iu.in 6.& certe realiter uitari non possunt iura primo loco allega-

ma-

maxime in d. c. inter monasterium, ubi glo. alia etiam adducit contra communem, quæ postea resoluit, & ex supra dictis sublata videntur, & in d. l. sed, & si susceperit.

Nihilominus si disputando uelles et tenere cōtrarium posses. Et nouissime sic dicere, qđ si in libello qui principiũ, & fundamentum est iudicii ut not. in c. abbate de re iudi. in 6. & in l. & an eandem in §. actiones. ff. de excep. rei iud. ꝑ postea ratio non uiciat. l. talē in prin. ff. de hær. insti. l. 2. §. prius. ff. de uulga. & pup. sub. Bar. in l. si cum nulla. ff. de re iud. multo minus uiciare debet exceptiones hic vt in reg. fauorabiliores. ff. de regu. iu. ꝑsertim quia sunt in æquitate fundatæ oēs. l. q. æquitate. ff. de excep. doli. & æquitas hoc ipsum dictat ne cogatur litigare coram iudice non suo. Et quia sit exceptiones reorum fauore inuentæ sunt, nō æque conuenit eas ad eorum lesionem retorqueri, quod utiq; esset si opponēs ad omissam reuerti non posset, in q̄stione præsenti, & male. l. quod fauore. C. de legi. & breuiter ad adducta pro cōi respondere, & ad tex. in d. l. sed & si susceperit, ut dicunt sic tenentes, ꝙ ad exceptionē iudicis incōpetentis, & sic ad declinatoriā fori, hæres redire non potuit, quoniā erat passus et litem contestari, nos aūt loquimur, quando vult ad eā redire ante lit. contestatā, nec uerba iuriscon. aliud ibi indicant, si bene legantur, ergo aditus nō dicetur, & si obiceretur ꝙ sic esset de indubitabili, cū certū sit, lite contestata obici non posse, ut in iuribus ad idem allega. respondeo dubitari potuisse, ex quo sñia nulla lata uidebatur à iudice non suo. l. fi. C. si à nō compe. iud. & ita ad tex. in d. c. inter monasterium 4. loco inductū, dici pōt, quē sic et ibi intelligit Abb. ad l. cum Papi. uero, ꝙ in reconuentione est speciale, non trahendū ad consequentias, & ad casū istū aliā rōnem habentē, & ad l. si quis testibus, allega. per Doct. quoq; in d. l. cum Papinia. q a reprobanti nō erat statutus terminus vt hic, ad dilatorias proponendas, ita ut contrarius non audiatur, sicuti nec in l. Pompo. ff. de nego. gest. hic autem opponens sic, & ad ultimum deniq;, quod imò in dilatoriis sit idem, ex quo non allegatur nisi l. prædicta, sed & si susceperit, declaranda & intelligenda ut supra. Vel fœdere distinctionis opi. concorda, quod aut super oppositis est ꝓnuntiatum, & tūc iudici ius sit acquisitum, taliter ut omissa amplius opponi non possit, & ita ꝓcedat opi. i. aut non est ꝓnuntiatum, & tunc secus, & ita ꝓcedat opi. contraria. Cogita.

14 Et cōmunem tenēdo alias limita † lo. cum non habere in cā criminali, in qua si iudex ꝓcedat inquirēdo, in casu alias prohibito, quandocunq; exceptio incōpetentiæ opponi pōt, et si aliæ proposita fuisset. l. licet, & ibi Bal. post laco. But. in 2. col. C. de procu. ex quo non pōt dici facta in eum prorogatio, tacito ambarum partium consensu, iuxta not. in l. si per errorem supra eo. & est rōnabile, sed cogita, quomō hoc esse posit, cum procedatur in criminalibus ad instar ciuilium. l. absentē. ff. de pœn. quem tex. ad idem et adducit & declarat Bal. in l. cunctos populos, in ult. col. C. de sum. tri. et fi. catho. Solu. uerum est forte, respectu iudicis procedentis, non partis opponentis in casu præsenti, rōne supra dicta & ex his clare infertur, ut dicit Bar. contra Gul. hic, & in l. est receptū supra eo. quem gl. quoq; in prin. retulit, ꝙ nō sic erit, ut videatur facta iudicis prorogatio & ipse aditus per solā cōparitionē, factā pariter à reo, ut sibi petitionis copia daretur, & bene, quia est tex. clarus in l. ꝑ eum allega. non uidetur, 2. ff. de iudi. ad de tu & in l. is qui se obrulit. ff. de rei uēdi. tradit gl. in l. si cum dotē, in §. eo aūt tēpore. ff. sol. mat. & præsertim, quia ad id necessitatur, ut posit deliberare nūquid uelit cedere, uel contendere. l. i. ff. de eden. authen. offeratur. C. de lit. con. declarat post eum Bal. in l. certi iuris in 2. col. C. de iudi. & non ab re dicitur alibi succurri magis faciēti actū necessariū

q̃ uoluntarium.l.si fideiussor.§. si necessaria.ff.qui sat.cog.l.rem legatam .ff. de adi. le. alias inducta ad unum effectum operarentur aliũ,& contrariũ quidem, non dicendũ,uulg.l.legata inutiliter.ff. de adi.le.l.quod fauore.C.de legi.l.titia .§.fi.ff.de ma.testa.& minus secundum eum adhuc, si satisdationem præstiterit de iuditio sisti , intellige isto tempore, quia olim erat præstanda de iudicato soluendo.l.1. & ibi not. ff. de in lit. iu. ratione ad propositum , de qua per eum, cum quo transeunt omnes , & est tex.in præallega.authen.offeratur. Sed tamen est aduertendum,ut dicunt Docto.quia alio casu tex.ibi loquitur,quãdo scilicet non præcesit conuentio, ut hic,nisi replicemus , quod generalis rõ sit militans,præcesserit,uel non p̃cesserit conuentio,in deliberatione fundata an uelit reus(ut diximus)cedere,uel cõtendere l.regula.§.& licet.ff.de iu. & fa. igno.l.metum.§.animaduertendum.ff. quod met.cau. Secundo aduertendum est,quia confundi potius dictum Bar.videtur p̱ tex.in.l.si finita in .§. uideamus ff.de dam.inf.ubi satisdatio de iudicio sisti p̃stita per illum qui noluit recusare tenutã concessã ex primo decreto contra eum ut contumacẽ,facit ut non possit ulterius declinare forum. Sol.id est ĩ odium cõtumacis inductũ,vt ibi declarat Ang.& Imo.& post eos Alex.in.l.q. dã consulebant in fi.ff.de re iudi. & erit ad supra dicta limitatio,quã semp̱ nota & adde benefacere,hinc dici solere,contumaciã delictum esse.l.oẽ delictum.ff. de re mil.ita ut ex ea condẽnatus, dicatur condemnatus ex delicto .l. si filius , & ibi gl.ff.de int.ac.firmat Bald.in.l.i.in .§.hoc iudicium,in 2.lectu.in ult. col.ff. si quis iusdi.nõ ob. Est uerum ꝙ aditus uidebitur iudex,subiicit Bar.partesq; in eum consensisse,si facta sit lit.cont.quæ opi.fuit prius gl. contra Gul. adhuc , & nõ hẽt dubiũ ex supra dictis, uideturq; esse casus clarus in.d.§. eo autem tẽpore,&si diceretur,ut dicunt Doct.hic,ibi illud uerum esse,q̃do iusta subest causa adeo ut tunc posit filiam ante lit.cont. pœnitere,alias autem non, & asserunt, nouum intellectum fore. Respondebo , uerum non esse , propter communionem quam habent pater, & filia l. 2.§. i. ff. solu. mat. Ideo siue causa sit iusta,siue sit iniusta , dẽt filiã semper posse pœnitere. Nisi replicetur , quod imò cã iusta subesse debet, puta patris prodigalitas,ne dilapidet dotem,& filia maneat indotata, alias non. Sed si hoc esset uerum, requireretur consensus ẽt post lit.cont.& ideo cogita. Posset ẽt dici,vt alii sentiunt,quod illud iõ sit,quia pater est tanq̃ p̱curator filiæ,in actione de dote.l.non solum.ff.de procu. Vnde succedat conclusio, ꝙ debet semp̱ ante lit.cont.posse reuocari.l.ante.l.post litẽ ff.de procu.Sed respondebo rursum, assumptũ esse falsum, taliter ut non possit pater recusari,ut p̱curator, in.d.iuribus,& est arg.in.l.si maritus, in .§. legis iuliæ.ff.ad leg.iu.de adul.& ibi Bar.coniuncta.l.fi.C.de cu.fu.cõsiderando,maiorem potestatem habere patrẽ in filiã q̃ in dominum habeat p̱curator,& pinguius ius,ut in simili de tutore & prælato,dixi in.l.imperium,in 4.gradu mixti supra eo.post Abb. in.c.licet heli,in 2 colum. de simo.

Vltimo dici posset , & adhuc secundum alios , quod non probet opi. glo. quoniam consensus filiæ requireretur , quando pater ageret , seu dotem peteret .d.l.2.d.§.i.ff.solu. mat. Ideò ante lit. contest. potest pœnitere, quia non dicitur agere , sed agere uelle l.amplius non petitum.ff. rem rat. hab. & male,confundiq; hoc ipsum uidetur per tex.in.l.abesse , & in .l. qui mittuntur.ff.ex quib.ca.ma. Vlterius nobis esse debet satis. pro defensione glo. quod text. ille fundet se in contestatione litis quæ erat principalis dubitatio in hac lege , unde cum ibi dicatur , filiam posse ante lit.con.pœnitere, post autem,non habemus intentum , iudicium eo tempore formatum esse , ita ut ab eo iudice , in quem semel consensum est, disce

di nullo modo possit. Et ex alio etiam ostendi potest, quod per lit. cont. adiri dicatur, quia sumus in conuentione expressa, & multo magis cum ex tacita etiam adeatur .l. 2. de iudi. Cogitate.

Additio.

Quicquid dictum fuerit supra nouissime opi. Gul. sustineri posse, tanquam ueriorem, arbitramur, quòd immo per solam comparitionem iudex dicatur aditus, inq; eum facta prorogatio, & hoc solum, quia citatione tantum, iurisdictio quoq; perpetuatur, ab eaq; iudicium incipit, formatumq; est à lit. cont. ut supra, & probatur ad propositum, in clem. 2. ut lit. pen. & in.§.fi. insti. de pœ. tem. lit. & in.l. amplius non petitum (singula singulis referendo) ff. rem rat. hab.

Nec ob. quod in prorogatione requiritur, utriusq: consensus, quia uerum est, sed dico quod adfuit in casu huius legis, conuentionis tempore, & sufficit. Non etiam, quod petendo libelli copiam, in iudicem consentire non uidetur, quia uerum est, quando conuentio non præcessisset, ut diximus, & limitabitur decisio.l. non uidetur .ff. de iudi. quomodo tollitur etiam, quod datur sibi tempus ad deliberandum, alias nisi conuentio præcessisset, lex ista fuisset de indubitabili, cõtra tex. in.l. quod labeo.ff. de cat. edic. Imò superflua, cum hoc idem statutum fuisset in authen. offeratur, de lit. cont. & male .§. quibus, in .i. consti. Co.

Non deniq: & ultimo, tex. in.d.§. eo autem tempore, quia potest dici, speciale esse eo casu, quod filia consentiat, cùm pater agit de dote.l. 2. §. uoluntatem.ff. solu. mat. sed ante lit. cont. non agit, sed uult agere.d.l. amplius non petitum.ff. rem rat. hab. hic haud considerabile, quicquid dixerimus supra ergo. Vel ex alio, propter dotem .l. assiduis.C. qui po. in pig. ha.l.i.ff. solu. mat. Vel quia lex ita declarauerit ulterius procedendo, quemadmodum in simili respondet Barto. hic in.l. titia, in.§. imperator, ad fi. ff. de lega. 2. Et ista disputationis gratia dicta sint, quibus facile alia etiam multa adducta supra tolli possent, non tamen ut à communibus opi. recedere intendamus.

Glo. fi. modo opponit, & tripliciter soluit: quàm reassumit Barto. & ex tribus solu. ultimam tenet, ut per
15 eum, cum quo transeunt † omnes communiter hic, & in.c. primo de iudi. per illum text. & quidem optimis rationibus.

Sed tu aduerte, illam non subsistere, quod illud ideo sit in .l. si quis in conscribendo .C. de pac. quia agatur ibi de remouendo iure quod competebat parti, hic autem de iurisdictione proroganda, quæ cum publici iuris sit, efficit ut consensus priuatorum non sufficiat .l. ius publicum.ff. de pac. l. priuatorum .C. de iu. om. iudi. Ex quo contrarium uerius uidetur, quod immo priuati potius sit, ut tradit Pet. de Ancha. in consil. 192. incip. in auxilium, in 2. colum. ubi de huius legis materia etiam multa. Et minus, ut dicebant Docto. quod ibi consensus fuerit per confessionem præstitus, post Bald. in.l. si pater .C. ne sta. def. aliisq; rationibus, quas non scribo, quoniam text. ille se super confessione non fundat, sed super regula, quod quilibet potest renuntiare fauori suo, & est uerum, & ad hoc quotidie allegatur. Illa igitur probabilior uidetur cæteris, ut id esse dicamus, quia cum facilius quid conseruetur in esse, quam de nouo inducatur.l. cum quis .§. si quis pro reo ubi glo. not.ff. de sol. facilius etiam renuntiatio ualebit quam hic, & non habebit locum pœnitentia.

Sed posset dici quod prorogare non est de nouo inducere l. sed si manente. ff. de præca. alias priuatorum consensus etiam iurisdictionem tribueret .l. priuatorum C. de iu. om. iudi. Responde

breuiter, quòd imò est de nouo inducere, respectu iurisdictionis, & de qua in d.l.si quis in conscribendo, impropriè saltem, & largo sumpto uocabulo.

Quarta etiam posset tradi, quod fauorabile sit in casu .d. legis, quoniam unaquæq; res de facili reuertitur ad suam pristinam naturam .l. si unus .§. pactus ff. de pac. c. statutum de præb. in 6. ita ut inde etiam pœnitentiæ non sit locus, hic uero odiosum, quia de iurisdictione auferenda agitur, argu. in.c.i. de rescrip. in 6. ergo nec mirum, si pœnitentia admittitur usq; ad lit.cont. Cogita, & pro exemplo glo. insuper adde, bene facere tex. in authen. habita. C. ne fil. pro pa. in cæteris bene locuta est, igitur dic tu ut in ea. Extra gl. mō dubitat Bar. q̄d releuent ista pacta, quæ quotidie in instrumentis ponuntur, q̄ quis possit ubiq; aliquē conuenire, & respondet, ut per eum.

Ex cuius dictis collige, quod si istud

16 fiat simplici pacto nō releuat† per istum text. dum admittit pænitentiam ante lit. cont. & potest inferri, quod senserit primam rationem, quod hic pacto nudo fuerit facta conuentio de proroganda iurisdictione iudicis incompetentis. Item (vt ipse met dicit) quod secus erit, si fiat per stipulationem, non vt p̄cise compellatur coram iudice incō petenti comparere, si recusauerit, sed ad pœnā uel ad interesse conueniri .l. diem proferre, in fi. ff. de arbi. & non ab re, q̄a in obligationibus facti hoc ipsum est regulare l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iud. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uer. ob.

Et hic potes notare, quod compulsio tribus modis fit primo, manu militari. l. qui restituere. ff. de rei uēd. secundo, pœna uel interesse ut isto casu, & in. d. l. diē proferre & in. l. i. ff. si quis iusdi. non obt. & si iuretur in litē contra dolosum .l. à possidentibus. C. de rei uend.

Sed contra utrunq; dictum, instari potest, contra primum, quia certum est, quando quis uult, & promittit, ubiq; posse conueniri, uidetur uelle etiam & promittere vbiq; soluere. l. uinum. ff. si cer. pet. tradit Barto. in. l. quod si ephesi, in fi. prin. ff. de eo quod cer. lo. ex quo ibidem ēt contraxisse uidetur .l. contraxisse. ff. de ac. & ob. not. Bar. in loco p̄allega. sed si promisisset vbiq; soluere, posset proculdubio ad id compelli, ut in locis præallega. nec incertitudo uitiaret. l. titium & meuium. §. i. ff. de adm. tu. & ut infra statim, ergo &c. Vlterius uidetur, quod imò releuet, quia potest agi actione de dolo ex non obseruantia promissorum. l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de do.

Contra secundum facit generalitas legis nostræ, quæ debet intelligi tam respectu stipulationis, quam pacti nudi, ut semper pœnitentiæ sit locus, ante lit. cont. uulga. l. de precio. de publicia. l. i. §. generaliter. ff. de lega. præstan. eoq; magis quia tex. in. d. l. diem proferre, non uidetur probare, cum loquatur in arbitro, nos autem in contrahentibus.

Ab opi. Bar. tamen in utroq; dicto recedendum non puto, stantibus maxime dictis in progressu legis.

Nec ob. primum quia id uerum esset, promissione aliter facta, quàm nudo pacto, uerum præsupponimus nos pactū nudum, quod actionem non producit l. iurisgentium. §. sed cū nulla. ff. de pac. ergo.

Et si replicaretur, quod producit saltem exceptionem, respondendum est, ut diximus in rationibus text. Vel nec istud uerum esse, cum longe differant, ut per Barto. infra ad fi. uer. & sic aduertas.

Non ob. secundum, quia non procedit generaliter, & præsertim quia non solum interesse agentis in casu isto considerabile est, uerum etiam iudicis, quod non est in contrario .d. §. seruus pactionis, & ideo non ab re, si ibi agi potest, hic autem non. Vel dic aliter quod hic est promissio simplex, quæ promittentem non obligat, inq;

inq: hoc se fundat Bar. in d. §. seruus pactionis autem dolose uersatus erat seruus dando expromissorem domino, ut ipse manumitteretur, & in se obligationem susciperet, quo casu si manumissus hoc nolit facere, agit dominus contra expromissorem si sit soluendo, sin autem contra libertum actione de dolo & sic termini sunt diuersi, nec officit huic conclusioni.

Non ob. quo ad 2. generalitas legis nostræ obiecta, quia istud quoq; fallaciam hēt nec admittendū, ex quo stipulatio ē contractus solēnis, & firmus, qui parit actionē, pactum aūt nudum, infirmum debile, & inefficax, ea pp non inconuenit, ut p alias leges distinguatur. l. ut gradatim. §. et si lege. ff. de mu. & ho. & subī de ēt declaretur pœnitentiā eo casu dūtaxat locū habere, non isto cum stipulatione (ut diximus) cōuentio & pmissio uallata sit, nec officit rursū, q tex. in d. l. diē pferre, loquatur in arbitro, nos aūt in contractibus, qa arbitrium, saltē large, transactio qdā dicitur, & contractus auth. si uero contigerit. C. de iudi. & in corpore unde sumitur, tradit Bar. i. l. nō utiq; in. §. fi. ff. de eo q cer. lo. & iō seruus se cōpromittendo in aliquē, tanq̄ in arbitrum obligat dominum de peculio, sicuti contrahendo, secundū Bal. in. l. licet in. §. si seruus, in prin. ff. de pecu. Vel & aliter, q cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. l. i. ff. eo. nosq; simus in iudiciis, obstare non uidebitur tamet si loquatur in arbitro. Hodie tamen qō non hēt dubitationē, nec distinctio Bar. necessaria, qa nullū est instrumentū qd stipulationē non hēat. Sed qd si promisisset quis soluere in quolibet loco † ubi
17 placuerit actori, an releuet? idē Bar. dicit q non, motus qa in dubio dēt intelligi dummō reus non extrahatur de domicilio. l. meuia, in fi. ff. de an. leg. & aliis vt p eum, & quia expressio eorum, q̄ tacite insunt, nihil operatur. l. 3. ff. de leg. i. l. nō recte. C. de fideiu. & ita quoq; bonus vir arbitrabitur. i. iudex, cuius uoluntati, regulate hoc ipm semp relinqui dēt, & indicat verbum placuerit. l. thais. §. sorore ff. de fideicō. lib. Verum contra, quia uerba in contractibus, debent semp intelligi cum misterio aliquid operandi. l. si quando de leg. i. c. si papa, de priui. in 6. tradit Bal. in rub. de contrahen. emp. sed sine istis extrahi non poterat: ergo ipsis appositis. extrahetur necessario, ne frustra adiecta uideantur. l. hæc stipulatio §. diuus ff. ut leg. no. ca. §. quibus in. i. cōsti. Co. Secūdo, qa in quocūq; loco placuerit creditori destinata uidetur solutio: ergo in quocunq; loco ēt poterit cōueniri debitor. Tertio, qa quando dictū est pmitto tibi soluere in quolibet loco perinde ē ac si dictum fuisset ubicunq; tibi placuerit: sed hoc casu ubicunq; cōuentio fieri poterit. l. lucius. ff. depo. l. titium & meuium. §. i. ff. de admi. tu. rōne ut infra ergo. Tu ab opi. Bar. non recede Nec ob. i. quia uerum est q̄do possunt aliquid operari & absurdum non resultaret: ergo secus, quando nihil operari possunt, & absurdū resultat. l. fi. §. in cōputatione. C. de iu. del. Vel dic regulam esse uerā, dummō operētur secundum nām actus super quo apponuntur. l. si stipulatus. ff. de usu. l. dāni. §. stipulatio ff. de dā. inf. at natura actus est, ut supra q extra domicilium non extrahatur, ergo, & ita formaliter respondet Alex. in consi. 21. incip. uiso compromisso, in 3. col. in 5. uol. & est ultra arg. in. l. hæredes mei, in. §. cū ita. ff. ad treb. uel dic, q apposita ad maiorem declarationem sint l. si quis. C. ad ter. l. 1. §. q̄uis. ff. de uen. inspi. l. non solent. l. q̄ dubitationis tollendæ gratia. ff. de reg. iu. Non ob. 2. quia fallaciam habet, nā bene fateor, quod rōne destinatæ solutionis poterit conueniri: sed dum dicitur ergo ubicunq; hoc nego. Non ob. 3. quia nec ipsum subsistit, considerando, bene uerum esse, conuentionem fieri posse, ut debitor ubicunq; inuentus fuerit, conueniatur, ut infra dicemus pariter, & sic in casu claro; sed non in dubio, quando promissio facta est de soluendo in quolibet loco, esto quod sit perinde ac si dictum fuisset, ubicunq; placuerit actori. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. ob.

Additio.

Quicqd tamen dictũ sit, si contrariũ tenere uelles, posses rationabiliter, & hoc (ut dicebatur) quia uerba in promissione apposita, debent aliquid operari, probaturq; nouissime per bo. text. in fi. ff. si cer. pet. ubi si ex promissione Titii agatur, non liberatur Seius, ad hoc ut promissio aliquid operetur, & per text. in l. hanc legem. ff. de contrahen. emp. ubi uerba si quid sacri in uenditione apposita pariter debent aliquid operari: ergo & hic necessario.

Nec ob. tex. in d. l. meuia, & similes quia nulla promissio ibi est in consideratione parte eius quod soluere debebat, ut hic igitur nec mirum, si bonus uir arbitrabitur illo casu uoluntatem testantis, isto autem non.

Non quod expressio eorum quæ tacite inerant, nihil debeat operari, quia uerum est, quando facta eo modo quo inerant reperitur, ut in .d. iuribus not, sed hic facta est aliter. l. ita relictum. §. illi si uolet. ff. de lega. i. ergo, uel dic quod facta sit eo animo, ut aliquid operarentur. l. in conditionibus primum locum ff. de condi. & de.

Non deniq; & ulti. ponderatio uerbi placuerit, quia id non est generaliter uerum, sed fauore libertatis eo casu inductum, cuius gratia multa etiam sunt contra regulas iuris, hinc inde recepta, ut dixi in tractatu de liberta. fauoribus plene, & probatur in terminis, in. l. generaliter, in. §. si quis seruo. ff. de fideicom. lib. & in simili ita etiam respondet Bar. in. l. inter stipulantem in. §. sacram. nu. 7 ad fi. ff. de uer. ob.

Posset etiam quis promittere se soluturum in quocunq; loco, in quo fuisset inuentus, igitur & hoc casu, quæritur quid iuris. Idem Bar. concludit, quod conueniri poterit pro rei ueritate ubicunq; inueniatur, ex quo ibidem contraxisse uidetur. l. contraxisse. ff. de ac. & ob. l. omnem. ff. de iud. d. l. Titium & meuium, & bene, sumusq; in casu claro, ut supra etiam dictum fuit. Adde tamen ꝙ differentia est maxima inter forum contractus, & forum domicilii: ex quo in foro contractus potest quis conueniri cũ quadam modificatione, si ibi inueniatur, sed in foro domicilii, etiam si ibi nõ inueniatur, ut not. in. l. 2. C. de iu. o. iud.

Secundo adde, quod non tamen poterit compelli inuentus in loco pestifero. l. obligatione generali. ff. de pigno. l. de ætate. ff. ad treb. in argu. tamen.

Et eodem modo dici posset si quis inueniretur in transitu, puta nauigaturus l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi.

Contra utrunq; tamen facit, & prius contra primum ꝙ habetur in. l. si quis domum in. §. huic. ff. loca. ubi inspicitur quod euenire potest: sed potuit euenire, quod ibi conueniretur: ergo hoc ipsum debuit etiam cogitare, & prospicere, quod maxime prudentis est propriũ sicuti scire præsentia, memoriæ uero p̄terita tenere, ut inquit glo. in prohe. insti. in prin. in uerbo prouidentia.

Secundo, contra secundum facit gl. in c. Romana, in. §. contrahentes, de fo. cõp. in 6. nec aliud indicat tex. in. d. l. hæres absens, quia loquitur quando quis contrahit cum transeunte, non cum qs promisit soluere in quocunq; loco inuentus fuerit.

A quibus nihilominus Bar. defendi potest, & dici ad primũ, quod non semper uera sit regula illa. l. i. ff. de in lit. iu. l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahen. emp. l. seio. §. medico. ff. de an le. tradit Bar. in. l. inter stipulantem, in. §. sacram, num. 8. ff. de uerb. ob. & maxime si quæ prospici debuerunt, sunt remota, secundum Bal. in. l. ædẽ in pe. colum. C. loca. uel dic, qđ qualitas rei in. d. §. huic istud ipsum indicabat, hic autem non, & not. in. d. §. sacram.

Ad secundum uero glo. non esse acquiescendum. l. si de interpretatione. ff. de legi. l. i. & utrobiq; per Doct. ff. si cer. pet. nec inductioni. d. l. hæres absens, ꝓbantis contrarium, quia generalis ratio in illis uerbis, durissimum est enim &c. ita militat hic, ut ibi, & consequenter extendenda. l. regula. §. & licet. ff. de iu. & fac. igno. l. metum. §. animaduertendum

dum .ff. quod met. cau. eoq; magis, & prædicta ampliabuntur, quando casu, puta ui uentorum, uel impetu tempestatis, ibi ubi inuentus est, adnauigasset statim etiam recessurus, ut in simili habetur in .l. Cæsar. ff. de publica. & in d. §. proinde.

Tertio ad propositum adde, quod aliud est promittere ubicunq; posse cōueniri, aliud uero promittere soluendo ubicunq; promittens fuerit inuentus ut statim idem Bar. subiicit. Tu declara primo casu conueniri non posse, ubicunq:, imò nullibi, ut hic. Secundo autem sic, ratione destinatæ solutionis d. l. cōtraxisse. ff. de ac. & ob. & aliis ut supra, ac per Barto. allega. quæ breuitatis gratia, & de industria aliter non refero.

18 Vltimo dubitatur, quid si promisero soluere ubicunq; in Tuscia † me inueneris, an ubicunq: in ea prouintia si me inueneris possis conuenire? Idem Bar. concludit, quod sic, per tex. in .l. hæres absens, in. §. fi. iuncta .l. seq. ff. de iud. & quia non potest esse aliqua incertitudo hoc casu, considerando quamlibet ciuitatem & castrum in .d. loco, posse cogitari, ex quo tollitur inductio secundū eum .l. sed & si quis .§. quæsitum .ff. si quis cau. prima facie his contraria, & bene.

Tu tamen aduerte, quia in hoc uidetur Bar. esse sibi contrarius præsupponendo incertitudine promissionem uitiari, & supra contrarium in illa q. quando est facta promissio soluendi ubicūq: fuerit inuentus: quam perpendit Abb. in .c. i. de iudi. & melius, quia pro hoc ē tex. in .d. l. titium & meuium, & responde quod non est sibi contrarius, sed paulo ineptius locutus, saluando sic, quod si in casu, de quo supra qui generalis ē, licet quem conuenire in quocunq: loco, multo magis licebit in quocunq: loco Tusciæ, quoniam iste casus minorem dubitationem habet, & clarius etiam ad .d. §. qsitum, dici posset non obstare, quoniam loquitur in prætoriis stipulationibus, quæ æquitate nituntur, ut non decipiatur quis sub generalitate uerborum: nos autem in contractibus prouenientibus à sola partium uoluntate .l. i. §. si conueniat .ff. depo. .l. legem .C. de pac. ergo. & ideo nimirum si promissio ualet, ita ut in Tuscia ubicunq; inuentus fuerit soluere teneatur, ibiq: possit conueniri. Et hæc erunt satis, dicendumq: in reliquis, ut per Scriben, quoniam nihil est, quod dubitationem habeat. Die 3. Martij 1532. Paduæ.

MANTVA.

Additio.

Ad intellectum huius legis nota primum, declarari debere, quando alter tantum mutauit opinionem, quoniam si ambo tunc esset de indubitabili .c. i. de regu, iu. l. nihil tam naturale. ff. eo.

Secundo quod in Delphinatu non seruatur, ut testatus est Ill. Doctor, Guido Papa in decisio. suis 77. in prin.

Tertio quod in laicis procedit non clericis, qui non possunt se submittere illorum iudicio, etiam cum sui episcopi cōsensu .c. si diligenti, de foro comp. licet è contra secus .c. lator & ibi Abb. qui filii sint legi.

Moti & primo per tex. nostrum, ac considerantes prorogationem hanc in absentia iudicis factam fuisse, quod uerba illa indicant, priusquam adiretur iudex. Ergo si eo casu pœnitentia locum habet, a contrario secus, si ipso p̄sente facta sit, quamuis expresse non acceptante, quod maxime sumi debet hic ex quo absurdum non resultat.l. 2.C. de condi.inser.

Secundo, quia factum ĩ iudicio, uim stipulationis expresse habere uidetur.l. cum ostendimus.§.fi.ff.de fideiu. tu.

Confirmo, quia solutio facta minori præsente iudice, efficit ut beneficium restitutionis in integ.cesset, secundum Bar.in.l.cum minor, in fi.prin.ff.rem ra. ha.ratione de qua in.l.i.C. de prædi.cu. lib.x.

Et quia oblatio facta præsente iudice, non minus operatur, quam facta extra iudicium, & consignatio simul, uel apud amicum, uel in ædem sacram, ut in simili dicitur in.l.si quæ sunt cautiones

nes.ff. fa. hær. & ad propositum tradit idem Bar.in.l.si rem alienam, in.§.si.ff. de pigno.ac.

Et quia deniq; non ualet renunciatio facta iuri de futuro .l. si ita scriptum §.si sub conditione.ff.de lega.i.&tamen facta præsente iudice,ac in iudicio, sustinetur.l.i.& ibi idem Bar.in.i.colum. C. de pac. Sed si stipulatione uallata fuisset conuentio, ut conclusum fuit supra non haberet locum pœnitentia, ergo.

Et hinc uideamus, ac ad idem, quod in facto iudiciali, cogitur quis præcise aliquid facere, alias non .l.sed hæ .§. defendere.ff. de procu. l. si quis ab alio .§. fi.ff.de re iudi.& fuit uerbum Bal.in.l.si traditio in.i.col.C.de ac.emp.& Barto. in.d.l.cum minor in prin.

Tertio probatur, quia si consensus tacitus sufficit ad prorogationem inducẽdam, ita ut irreuocabilis sit.l. sed & si susceperit.ff. de iudi. quanto magis hoc idem efficere debet expressus cum præsentia iudicis, & dictũ tex.inducit Bart. hic, in glo. 2.quando iudex aditus dicatur.

Quarto, quia facta huiusmodi prorogatione, iudice præsente, eidem partes se subiecisse uidentur: ergo in eas & aduersus eas iusdicet absq; dubio, l.est receptum supra eo. & si hoc idem in maiori i udice procedit, si minori se subiiciat, multo magis procedit in priuatis, & in præsenti casu, ac in iurisdictionem prorogantibus.

Quinto & ultimo, uidetur casus, in c.i.de iudi.ubi pars interrogata præsente iudice, an uellet se defendere, si responderit, quod sic, non potest amplius pœnitere, & ibi illum tex.adhuc not. omnes.

Verum nec contraria opi. est absq; ratione.

Et primo nam certum est quod iudicis præsentia necessaria non est ad prorogationem inducendam .l. 2.§. i. ff.de iudi.ergo si interuenerit, nihil operabitur, quominus pœnitentia locum habeat.l.siue apud acta, & ibi per Docto. C.de transac.&est arg.in.l.non recte.C. de fideiu.& in.l.3.ff.de lega.i.& ut dicebam heri in .l. si ita quis, in prin. ff.de uerb.ob.& in.l.muto, in.§.tutoris datio ff.de tute.

Secundo probatur, quia conuentio hæc inter partes facta, etiam quod præsente iudice facta sit, est super iudicio futuro; uerum ab actu iudicii futuri, antequam lis contestetur, recedi potest .l. si quis libellos.C.de ap.ubi appellanti, licet à prima appellatione recedere, & ad secundam transire, & illum tex.ad idem inducit R o.ubi alia plura, in consil. 41. incip. in præsenti consultatione, in.i.colum. & mirabilis est in ratione sui ibi, ne iustæ pœnitudinis humanitas amputetur.

Tertio considera, quod pœnitentia locum habet, priusquam iudex adeatur ut hic; & sic inductio supra facta retorquebitur, uerum aditus non dicitur etiam quod in ipsius præsentia conuentio facta sit, ut dicam infra ergo.

Quarto facit, quia à ratione dictum debet regulari, quæ ipsum in suam naturam conuertit, ut inquit Bal.in.l.conuenticulam, in 5.col.C.de ep.& cle. sed ratio qua pœnitentia permissa est, quoniam ante lit. con. res dicitur integra, ita militat conuentione facta iudice p̃sente, sicuti facta simpliciter: ergo pœnitentia admittetur utroq; casu.

Quinto & ultimo, quia si pœnitentia non admitteretur, affectaretq; hoc ipsum iudex, partibus se suspectum redderet, argu. in.l.& qui data .ff. ex quib. cau.maio.& in.l.qui iurato, & ibi Ias.in 2.colum.ff.qui sa.co.iudex suspectus recusari potest, quia durum est coram eo litigare.l.apertissimi.C.de iudi.c. quod suspecti 3.q.5.ergo.

Et hæc opi.uerior uidetur, & æquior considerando amplius, si pœnitentia non est admissa à lege, facta prorogatione præsente iudice, ipsoq; acceptante ut supra & ut dicebam omnes admittunt, necessariò concludendum est, secus si facta sit ipso præsente, non tamen acceptante, argu.in.l.cum prætor .ff. de iudi.

Et

Et maxime quia etiam alibi præsente iudice bo. po. agnoscitur hodie .l. fi. C. qui admi. qualiscunq; fuerit, & tamen ex eo nullum ius ipsi acquiritur, alias à decretali non differret, quæ sic olim appellabatur.l.j.§.decretalis.ff. de suc.edic.

Et ad idem, quod sententia præsente iudice recitatur, & quod nulla est tamen, quia oportet, quod ore proprio legatur.l.2. C.de sen.ex pe.re.

Et quod si actus præsente domino expediatur per procuratorem, procuratorio nomine expediri dicetur.l. si procuratori præsentis.ff.de uer. ob.

Et ultimo loco, quod esto quod præsente iudice facta sit, cum eo tamen nihil est actum, ut ius sibi acquisitum dicatur.l.j.§.si iusserim.ff. de acqui. po.

Nec ob.contraria, quia ad primum dici potest, uerba illa aliud indicare, nō quod in præsentia iudicis facta fuerit prorogatio, sed in absentia, & post prorogationem, præsente iudice, uoluntas mutata, quæ responsio iudicio meo nō tollit argu. quia si ut dicebatur & bene, in absentia prorogatio facta est, & licet pœnitere, uoluntatemq; mutare, etiam iudice præsente, non debet à contrario licere facta prorogatione eo præsente, & sic arg. militat adhuc.

Sol. igitur uera est, si dixeris tu, argu. à contrario sumi non debere, ne resultet absurdum d.l.2, C.de condi.inser.absurdum autem resultaret, si pœnitentiæ locus non esset, ut ex multis ostendimus, ergo, & sic inductio à nobis facta, non est uera.

Non ob. secundum quia stant ista simul, quod facta sit præsente iudice, & tamē in iudicio facta non dicatur, vt not.in.l. siue apud acta.C.de transac. Vel & melius respondeamus, non esse generaliter uerum, ex quo non solum iudicij calor in.d.l.cum ostendimus, uerumetiā pupilli fauor erat in consideratione, ut declarat Alex.in.l.si apud in.i.colum.in fi.C.de transac. Vel & ultimo, quod actus iudiciarius dici non potest, cum non dum sit facta lit.cont.l.amplius nō petitum.ff.rem ra.ha.

Non ob.tertiū quia respondent Docto.hic, istam partem tenentes, & bene, argu. fallaciam habere, ex quo consensu tacito, res desiit esse integra, expresso uero non.

Adde, nec mirum fore, quod plus operetur tacitum, quàm expressum, ultra dicta per Abba.etiam in.c.dilecti, in 3.not.de fo. comp. quia uidemus quod repudiatio tacita, efficacior est expressa à filio facta, quandoquidem primo modo præiudicet patri.l.i.C. qui admi. secundo autem non.l.is qui hæres .§.fi.ff. de acqui.hæ.& est communis opi.ut ibi diximus late. Ad idem, expresse iuramentum cal. per pactum remitti non potest l.2.§.sed quia ueremur.C. de iu.cal.tacite autem sic.c.i.& ibi not.de iu.cal. Nec secus in dolo futuro dicimus .l. si unus .§.illud.ff.de pac.

Non ob. quartum quia non est uerū si consensum reuocauerint. Vel dic, quod illi se subiecisse uiderentur, si iudex prorogationem acceptasset, secundum tamen communem, & non aliter, immo quod iuri sibi competenti nunquam videntur renuntiasse, antequam iudex adeatur .l. sicut .§. non uidetur .ff. quib. mo.pi.uel hypo.sol.

Non ob.quintum & ultimum, quia non loquitur in pacto de proroganda iurisdictione, sed de ea non declinanda, ut hic testantur scriben.& rursum bene quod ego efficaciter probo, quia si in pacto de prorogãda iurisdictione loqueretur, stante decisione huiusce legis (sic enim iura iuribus sunt concordanda, & non inducenda discordia inter unum, & aliud c.cum expediat, de elec.in 6.l. i.C.de inoffi. dot.) pugnarent inuicem nec possent à contrarietate saluari. Vel dicamus, quod cum ibi de delicto graui ageretur, interrogareturq; à synodo, & causa quidem dirimendarum litium, non esse mirum, si pœnitentia locum non habet & ita est breuiter tenendum.

Septimo & ultimo (cætera enim difficultatem non habent, quæ tamen alias à nobis etiam tacta fuerunt, consulto

to in præsentiarum omittenda, ut simus breues) dubitatur quando iudex
13 † adiri dicatur, quod super glo. 2. Bart. & alii hic examinasse uidentur (glo. enim .i. nihil habet, uoluit solum dicere quod uerbum quam cuius esset iurisdictio, tollit contrarium .l. si quis in conscribendo .C. de pac. ut infra, uel quod uerbum conuenit, tollit contrarium si stipulatione prorogatio uallata fuisset, ut supra ostensum est, in 2. dubitatione satis, & latius declarant Docto.) & tandem concludunt, quod aditus dicetur, opponendo exceptiones dilatorias, ante litem contestatam, quamuis hanc iudicis incompetentis omittat, & erit ampliatio ad dicta supra quod non solum res desinat esse integra per lit. contesta. uerum etiam hoc modo, si dilatoriæ exceptiones opponantur, nec amplius sit pœnitentiæ locus, nec ad omissam exceptionem possit opponẽs reuerti & est opi. communis.

Et probatur primo quia immediate, quod oppositæ sunt, uidetur uelle opponens, quod iudex super ipsis pronũciet, ergo & in eum consensisse .l. sed & si susceperit. ff. de iudi. & ideo consiliũ est, ut inquit Bal. alibi, in. l. exceptionẽ in 2. colum. C. de proba. quod prius illa, tu non es iudex, seu iudicis incompetentis, opponatur & præcedat exceptionem falsi procuratoris, ratione prædicta, & not. etiam in. l. 1. ff. de excep. vel quod simul cum aliis opponatur, quia non refert quo ordine hoc idem fiat, cũ à iure ordinentur, argumen. in. l. talem in prin. & ibi not. ff. de hær. insti. tradit Bar. in. l. quidam cõsulebant. ff. de re iudi. incidenterq; supra etiã meminimus.

Et ferè ad idem uidetur casus in. l. cũ papinianus, ad fi. C. de sen. & int. o. iud. ubi iudex quamuis incompetẽs, per reconuentionem efficitur competẽs, nec exceptio incompetentiæ obiici poterit ex quo agens semel in eum consensit, & hoc est qđ dicebat Abb. in. c. at si clerici, in 7. colum. de iudi. ꝙ reconuentio ampliat iurisdictionẽ, si detur defectus in ea, respectu personæ, non causæ quia tunc. d. l. cessaret ratio, & declarat Bart. in authen. & consequenter, eo. ti. & ponderat, ꝙ in. d. l. cum papinianus, mentio lit. cont. facta non est, ut aduertit idem Abb. in. c. i. in 4. col. de mutu. pe. Immò ꝙ non solum iurisdictio ordinarii amplia tur per reconuentionem, sed etiam delegati, eodem teste, ibidem in 9.

Tertio facit tex. in. l. si quis. C. de testi. ubi si quis testes semel approbatos in uno iudicio, uoluerit in alio improbare, non auditur, nisi ex causa de nouo superueniente reici debeãt, alias q̃s etiam sibi ipsi contrarius foret admittendus, non dicendum de iure. l. si ab arbitro. ff. qui sa. co. tradit Bal. in. l. i. in pe. col. C. de fur. ergo nec in casu nostro opponẽs iudicem recusabit, quem semel approbauit, taliter ut aditus omnino dicatur.

Quarto facit tex. in. c. inter monasterium, de re iudi. ubi exceptio suspicionis sine causa, quæ ante lit. contesta. opponi debuit, omissa est, aliæq; oppositæ, dubitatur an possit amplius opponi dicit tex. ꝙ non, ex quo illi uidetur renunciasse, & in iudicem consensisse, & bene. l. fi. C. de excep. & susius tradit Bal. citatus etiam supra in. d. l. exceptionem. C. de proba. ergo & idem pari mõ in casu nostro erit dicendum, cum non possit diuersitatis ratio assignari.

Quinto & ult. facit, quia dilatoriæ exceptiones & peréptoriæ, realiter differre uidentur. §. appellantur aũt, insti. de excep. & not. in. d. l. exceptionem, & in d. l. fi. mõ habemus ꝙ in peremptoriis una proposita, puta z. quæ primo ꝓponi debebat, nõ ꝓ pea alia. i. prima amittitur. l. ꝑ litẽ, ubi gl. not. ff. de excu. tu. ergo in dilatoriis secus, quoniã alias non differrent, & sensisse uidetur Bal. in. l. si quæramus, in. i. col. ff. de testa.

Nihilominus his non obstantibus, contrarium etiam facile suaderi potest, quod immo aditus dicatur duntaxat à litis contestationis tempore, quodq; ante dictum tempus semper opponi possit declinatoria iudicis incompetentis, & sit locus pœnitentiæ.

Et hoc idē quoq; probatur primo q̄a negari non potest, quod non sit parti terminus præfixus ad dilatorias opponendas, usq; ad lit.con.d.§.appellantur autem.d.l.fi.c.pastoralis,de excep. cum similibus,exceptio iudicis incompetentis huiusmodi est.d.l.exceptionem, ergo opponi poterit, quia non dum aditus iudex dicitur .c.indultum, de regu. iu.in 6.argu. in .l. si quis libellos. C. de ap.heri,licet ad aliud, allega.

Secundo, quia esto quod opponens consentiat in iudicem,quo ad exceptiones oppositas, non tamen consentit, quo ad causam principalem, quia nihil habent commune.l.naturaliter.§. nihil commune.ff. de acq. po. nec de una ad aliam potest inferri, ut pote diuersa penitus & separata .l.papinianus exuli .ff. de mi.ergo nihil est quod obstet, quominus iudicem, ut diximus, nondum aditum recuset.

Tertio, facit quia nemo ita supinus existimandus est,vt prætextu dilatoriarum exceptionum,cum modici præiudicii sint.l.quotiens.C.de preci. Imp.offe.ex quo à differendo appellatæ sunt .§.appellantur autem insti.de excep. & quod differtur non aufertur .l.destitisse ff.de iudi. uoluerit renunciare declinatoriæ iudicis incompetentis, causam principalem cōcernenti.l. quotiens .C. de preci. impe. offe .l. cum de indebito ff.de proba.c.super hoc,de renun.

Quarto,quia reus non debet esse deterioris conditionis quam actor .l. de die.ff.qui sa.co.l.fauorabiliores.ff. de regu.iu.not.in.l.i.C.de fur. quod utiq; esset, si aditus diceretur iudex hoc casu, nec plures exceptiones posset opponere,ut pluribus actionibus actor experiri.l.non est nouum.ff.de ac.emp.ergo.

Quinto,& ultimo facit, nam legi introducenti certam solemnitatem, vel ius publicum continenti, expresse renunciari non potest .l. nemo potest .ff. de lega.i.l.ius publicum.ff.de pac. ergo multominus tacite, quod utiq; esset hic factum,si ad exceptionem omissam reuerti non posset,& male.

Breuiter à communi opi.recedendū non esset ex quo omnino subesse uidetur quid, quod potest imputari opponenti, cur non opposuerit prius exceptionem, quæ opponi debuit: qua ratione, omnia argu.contra eam facientia subtiliter intuenti tolli possunt quāuis litis contestatæ tempus sibi statutū sit,nec causa principalis habeat cum exceptionibus dilatoriis aliquid commune, sintq; dilatoriæ modici præiudicii, uel opponens uideatur esse deterioris conditionis quo ad hoc,quam actor, q̄ tamen non est, nisi sua culpa, dicendo etiam ad ultimum, q̄ non est solemnitas,sed potius quoddam beneficiū,nec ius publicum publicam utilitatem respiciens,sed priuatam,cui potest renunciari expresse & tacite, & hic tango etiā aliam q.incidenter.

Vel fœdere distinctionis dicendum opi.posse concordari,q̄ aut super d.exceptionibus ꝓnunciatum est, aut non ut primo casu pœnitentiæ nō sit locus alias autem sic.

Sed tamen ut dicebam in prima lectu.opi.contra communem etiam facile sustineri potest.

Et dici ad primum breuiter, quod loquitur in reo,seu hærede,qui litē passus est contestari,& patet ex illis uerbis postea quamuis ante sententiam reuerti ad hanc defensionem nō potest, alias dixisset ante lit.cont.ergo si lis contestata non fuisset, potuisset utiq:.

Non ob.secundum quia in reconuentione id est præcipuum, ratione text. met.d.l.cum papinianus, quæ ad ipsius terminos restringitur, nec potest ad casum nostrum extendi,ubi reus in termino sibi statuto à lege hanc facultatem habere uidetur.

Non ob. tertium quia eadem ratione tolli potest, & maxime quia neutro casu terminus opponenti statutus est, ut hic,intra quem d. exceptionem opponat.

Non ob. quartum quia ut in .d.l.sed & si susceperit, pari modo reus passus erat lit.contestari & signanter ita ibi il-

lum tex.intelligit Abb.

Non ob.quintum & ult.quia immo & id in dilatoriis sibi locum uendicat, nec potest diuersitatis ratio assignari, ar gu.in.l.non possunt.ff.de legi. & not.in l.cum prætor.ff.de iudi.

Additio.

Glo.2.ēt plana & facilis est, quã Bar. reassumit plenius, & dum in ea dubita tur, quando prætor seu iudex aditus di catur, quia aliqui fuerunt, qui uoluerũt per solam conuentionem dici aditum, ut Guliel.de cu.aliqui autem per lit.cõ. quod ipsa met glo.tenuit, concludit nõ solum lit.con.indubitatumq; est.l.si cũ dotem.§.eo autem tempore.ff. sol.mat. uerum etiam exceptionum dilatoriarũ oppositione hoc idem esse dicendum.

Et probatur secundum eum efficaci ter, à partibus sufficienter enumeratis, nam per solam comparitionem nõ po test dici aditus, quia utriusq; partis con sensus requiritur.l.2.§.i.ff.de iudi. patet quia de iudice ibi dubitat, & necessariò præsupponit partium consensum, di citq; priuatorum sufficere, idest partiũ, in numero plurali, non priuati in singu lari, non etiam si reus libelli copiam pe tat, quia petere uidetur, ut deliberet, an uelit cedere uel contendere, authen.of feratur.C.de lit. cont.l.i.ff. de eden. nec actus ipsius, talis tunc operari potest, ultra eius intentionem.l. non omnis.ff. si cer.pe.l.non uidetur.ff.de iudi. & mi nime si satisdationem præstiterit de iu dicio sisti, quia eo casu etiam dantur in duciæ deliberatoriæ, authen. offeratur præallega.C.de lit.con. Ergo subdit Barto. necessariò aut litis cont. aut op positione exceptionum dilatoriarum, omissa hac, iudicis incompetentis, ad quam reuerti amplius non potest, exẽ plificando, ut per Docto. in.l.exceptio nem.C.de proba. puta quod actor non habeat legitimam personam standi in iudicio, quod procurator careat man dato, & simili & cum eo transeunt cæte ri communiter.

Et probatur primo ipsius Barto. ar gumen. quia immediate quod dilato rias exceptiones opponit, omissa illa iudicis incompetentis, uidetur petere, quod super eis pronunciet, & in eum consentire, casus est in.l.sed & si.sucepe rit.ff.de iudi.ubi hæres, qui iudicis pote rat examen declinare, si aliis exceptioni bus se defendit, ad omissam amplius re uerti non potest. Et nimirum quia (ut diximus) sic in iudicem ipsum consen tire uidetur, si non expresse, saltem ta cite, quoniam facto uoluntas datur in telligi.l. reprehendenda .C. de insti. l. paulus respondet.ff.rem ratam ha.im mo plus facto quam uerbis.l. si tamen .§. ei qui .ff. de ædi. edic. l. codicillis .§. ueteranus .ff. de mi. testa. quem text. inducit Bald. in .c. dilecti, in.i. colum. de ap. & ideo in simili, si filius post quam petiit bo. po. possedit spacio an norum x. bona hæreditaria sibi delata patre sciente & patiente, cum ratifica tio requiratur, ipse pater ratã agnitio nem habere uidebitur, ut not.in.l. i. C. qui admi.

Secundo probatur nouiter, & ultra dicta supra quia uidemus in simili, si quis ex pluribus actionibus sibi com petentibus, unam elegerit, quod ad a liam regressum non habebit.l. quod in hæredem .§.eligere .ff.de tributo.l.cum filius .§.uariis.ff.de lega.2.not. in.l. edi ta.C.de eden.ergo nec in præsenti casu, si dilatorias exceptiones (ut diximus) elegerit, omissa illa iudicis incompe tentis argumen.in.l.i.ff.de excep.&in.l. in exceptionibus.ff.de proba. & in .l.fi. C.de indic.uidu.tol.

Tertio, quia alias uideretur contra rius sibi ipsi, primo consentiendo in iu dicem per oppositionem dilatoriarum, & postea ipsum recusando, non admit tendum facile.l.i.C.de fur.c. sollicitudi nem, de ap.

Quarto, quia cum iam sit acquisi tum iudici & parti, ius irreuocabiliter, dicto modo, & rationibus prædictis, in ipsorũ præiudicium uariari amplius non potest.l.edita.C.de eden.l.non po test.ff.de iudi.l.si quis iusiurandum, in

prin.C.de reb.cre.

Quinto & ultimo, quia si simul opponantur etiam absq; ordine,cum ordinentur à iure, prius ista iudicis incompetentis opposita uidebitur,nec ipsi renunciatum dicetur, secundum Bart.in l.quidam consulebant nu.11.ff.de re iudi.ergo secus si separatim, & prius aliæ dilatoriæ opponantur, inter quas tunc ordo non aliter considerari potest. Imò plus,quicquid dixerit Bart.supra quod etiam iudex aditus uidebitur,si satisdatio de iudicio sisti præstita fuerit, secundum Inno.in.c. inter monasterium, de re iudi.sentit Imo.in.l.quidam consulebant,in x.col.ff.de re iudi.

Nihilominus istis non obstantibus, contrarium uerius uidetur. Considerando,ut dicunt etiam hanc partem tenentes, quod omnimodo opponenti statutus est terminus usq; ad litem contestatam.l.fi.C.de excep.ergo licet alias dilatorias opposuerit, non tamen uidetur sibi præiudicasse, quominus istam etiam iudicis incompetentis opponat, alias sub fide publica deceptus reperiretur,& legis authoritate,non dicendum l.i.C.de his qui ue.æta.impe.

Quodq; taciturnitas,& secundo loco,nō operatur consensum, in his quæ tacenti sunt præiudicialia, si sciat maxime ius sibi perdurare.l. sicut.§. non uidetur.ff.quib.mo.pi.uel. hypo. sol. sed hic sciebat ius sibi ꝑdurare,quod ignorare non præsumitur.l.leges,C. de legi. posseq; usq; ad litem contestatam.d.exceptionem opponere.d.l.fi.l. non uidetur.ff.de iudi.cum similibus,ergo.

Tertio facit,nam quando opponuntur dilatoriæ, omissa illa iudicis incompetentis, uidentur sub tacita quadam conditione opponi,quatenus opponēs in iudicem consensisset, ergo etiam, ꝙ possit opponi usq: ad lit. contestatam, argu.in.l.2.supra eo.& in.l.illud,cum similibus.ff.de acqui.hæ.

Quarto,quia si prius intra d.tempus istam incompetentiæ opposuisset, non tollitur facultas opponendi alias.d.l.fi. C.de excep. ergo nec si aliæ prius oppositæ fuerint, tolletur facultas opponendi istam.l.i.ff. de his qui sunt sui uel alie.iu.l.fi.ff.de lega.3

Quinto & ultimo, quia reorum est fugere.l.inter stipulantem.§. si stichum ff.de uerbo.ob.l.properandum.§.i. & 2. C.de iudi.nec minus eorum interest habere plures exceptiones, q̄bus possint se tueri & defendere quomodocunq:& quandocunq:, intra tempora tamen sibi præfixa à lege, quam actorum uias, & actiones quibus experiātur.l. i. C.de fur.l.non est nouum.ff.de ac.emp. ergo licet alias opposuerit,non tamen isti renunciasse uidebitur.Et hæc similiter ultra alias dicta.

Breuiter, ut dicebam etiā supra stat punctus in.d.l.sed & si susceperit,istam q.decidente,quod ante lit.contesta.opponi possit, & sic pars ista ultima cōtra communem uerior erit, & tenenda, ꝙ ex illis uerbis elicitur clare,quod si aliis defensionibus hæres de quo ibi, usus fuerit,omissa ista iudicis incompetētis, non poterit postea,quamuis ante sentētiam,ad ipsam reuerti, nec post litem contestatam d.§.eo autem tempore,ergo ante necessario præsupponitur posse.l.statuliberum.§.stichum.ff. de lega. 2.l.imperator.ff.de postu.l. mancipiorū ff.de op.le. & propterea fundamentum Bar.non erit uerum, quod uideatur in iudicem consensisse, quia iure non probatur,sed contrarium potius,ut in.d.loco,& per glo.in.d.l.fi.C.de exceptio.

Non ob. secundum quia id uerum ē in actionibus quæ electione tolluntur, quo casu loquitur tex.in.d.§.eligere, cū similibus, ergo non in exceptionibus, maxime istis, & ex rationibus de q̄bus supra & signanter quod in exceptionibus sit secus,tradit Bart.in.l. is qui dicit ff.de excep.

Nō ob. tertium quia non est uerum adhuc supra dictis stantibus, & dato ꝙ uerum sit,in reo tolerabile est,vt not.in d.l.i.C. de fur. & maxime in opponendo, & disiunctiue quidem, secundum Bal.(optimaq; est declaratio)in c.imputari,in prin.de fi.instru.

Non

Non ob.quartum quia immo uariatio admissa est à lege, usq; ad litem contestatam, sicuti & in.d.l.edita.C. de edē. nec prætextu isto ius aliquod acquisitū dicetur iudici aut parti, nisi reuocabiliter, si opponens ad omissam exceptionem reuerti uoluerit, prout in simili ē not.in.l.fi.ff.de pac.

Non ob.quintum & ultimum, quia antecedens uerum est, consequens falsum d.l.sed &si susceperit.ff.de iudi.nec ad idem facit, quod de satisdatione dicebatur, quia non est generaliter uerum, sed in casu duntaxat, quando sciret se non teneri, & eam præstaret. Vel & latius ut per Imo.in.d.loco, & ita tenendum est.

Et hæc omnia, cum hic, tum alibi supra in discursu dicta, semper intelleximus, quando una tantum pars consensum reuocauit, ipsamq; pœnituit.

Verum nunc aduertendum putant Docto.quia alius uidetur huiusce legis esse intellectus, quod potius consensu utriusq; partis fuerit uoluntas mutata.

Quod etiam est regulare, quoniam à pacto uel contractu, communi consensu receditur.l. nihil tam naturale.ff. de regu.iu.l.ab emptione.ff. de pac.l. i. C. quando li.ab.emp.di.

Et omnis difficultas cessabit, maxime quia istud pro claro, & indubitabili habuit Iurifcon. ut ex illis uerbis licet elicere, procul dubio nemo compellitur ut improbe.fforum in prin. ibi itaq; proculdubio, & est simile in.l.quæris.ff. de nata.resti.l.non dubium.C.de legi.l. non dubium.C.de lega.c.non dubium ubi etiam Feli.de sen.exco.l.fi.ibi manifestum est.ff.de offi.eius.

Vel dicamus quod dubitationem habeat, secundum eos, tacitæ obiectioni occurrentes.l. quod labeo. ff. de carbo. edic.& l.domitius labeo .ff. de testa. respectu iudicis cui ius quæsitum uidebatur, ex quo partes conuenerant, de litigando coram eo.

Sed ab intellectu communi haud est discedendum, considerando, agi de obseruantia pacti & conuentionis initæ inter ipsas partes, quo casu dubium esse non potuisset si communi consensu recessissent, an id facere potuissent, nec ne quia erat indubitatum, ut in iuribus supra allega.ergo necessario dicemus, alteram tantum pænituisse, unde orta est quæstio, an licuerit, necnè, decisumq; licuisse, re integra, nec adhuc lite contestata, ut satis superq; dictum est in casus figuratione.

Nec officit, quod hoc idem habuerit Iurifcon.pro claro, & indubitabili, ratione prædicta, quia confunditur per tex.in.d.l.quod labeo, & ī.d.l.domitius labeo. Et si indubitatum est apud legislatorem, dubium est tamen apud nos, ut per Bar.in.l.ubicunq; colum. 7.ff.de int. ac. & quia hoc uerbo proculdubio utitur etiam tex.in.l.si pecuniam .ff. de condic.ob cau.& tamen dubium habet ut ibi per glo.potest dici. Et ob hoc ꝙ indubitabilē.q.proposuit alibi Marcellus, ipsum notat Iulianus in.l.si quis titio.ff.ex quib.cau.maio.

Et minus quod dubitationē habeat, saltem respectu iudicis ut supra quia in ipsius absentia facta erat ꝓrogatio, nec potuit hoc casu dubitari, an esset sibi ius quæsitum, necnè l. 2. §. i.ff. de iudi. cogita.

Extra glo.modo, sumpta occasione,
14 dubitatur, quid operentur pacta † quæ quotidie in instrumentis apponuntur, quod quis possit ubiq; conueniri, & breuiter Bart. hic, plures considerat casus, ut per eum.

Ex cuius dictis collige, & primo, ꝙ si pactum simplex fuerit, non releuabit si stipulatione autem uallatum sic, quoniam ad interesse agi poterit, suoq; loco ostendimus satis, nec repeto. Addo tamen, nisi sic diceremus, quod actus simplex à geminato non differret, & tamen differt ualde, quia primo casu nulla oritur actio.2.autem sic.l. iurisgentiū .§.igitur cum nuda, &.§. quinimmo .ff. de pac.& ad idem facit etiam, quia confessio extraiudicialis uim habet pacti nudi.l.tale pactum, in prin.ff.de pac.& tamen geminata efficit paritq; effectū, perinde

perinde ac si in iudicio facta fuisset.l.cũ scimus,& ibi Bar.in fi.C. de agrico. & cen.lib.x.&quia etiam sic geminata mora,magis nocet,quam semel commissa, l.si insulam,&ibi Bar.in.4.colum.num. 16.ff.de uerbo.ob. Pactumq; nudum geminatum actionem producit.l.i.§. debitum.ff.de consti.pe.

Sed quomodo pactum simplex dici potest,si in scriptura reperitur appositũ iuxta not.in.c.i.de censi.in 6.? Sol.in casibus in quibus scriptura necessaria nõ est, ut in.d.c.i. fit solum ut contenta in ea facilius probentur, non ut robur addat actui,quem continet.l. contrahitur ff.de pigno.

Secũdo collige, si promissio facta sit
15 †de soluendo in quolibet loco,ubi actori placuerit, quod ex ea parum releuabitur.

Et istud quidem,quia debet intelligi dummodo non trahat reum extra suũ domicilium, domicilium enim locus ẽ ubi quis larem , & summam rerum ac fortunarum suarum habet.l. ciues .C. de incol.lib.x.

Et hoc quia uerbum placuerit, arbitrium boni uiri importat.l.Thays.§.sorore.ff.de fideicom.lib,Bar.consi.166.colum.2.& consi.168. Ange. in .l.quod si nolit i.§.si quid ita.ff.de edi.edic.bonus uir ita arbitraretur,ergo.

Dubium tamen facit,quia uerba debent intelligi secundum mentem & intentionem proferentium , & taliter ut semper aliquid operentur.l. ex facto .ff. de uulga.&pup.sub.l.si quando.ff.de lega.i.c.si papa,de priui.in 6.sed si modo prædicto interpretarentur, esset contra mentem contrahentium,& nihil operarentur,ergo.

Et quia etiam apposita sunt fauore actoris, quo casu debent pro eo interpretari.l.nec semel.§.i. ff. quando di. lece.l.si uia , & ibi not.ff.de serui.rus. prædio.& non ad eius lesionem.l. quod fauore .C.de legi. ergo ut possit etiam extra domicilium conueniri.

Vltimo suadetur, quia ubi agitur de damno uitando,uerbum placuerit,arbitrium boni uiri importat,non si agatur de lucro captando, secundum Bald.ita declarantem.d.§.sororem,in.l.i.in 2.lectu.in ult.colum.ff.de lega. 2. ex not.in l.i.C.de arb. & in.l.3.C.de dot.ꝓmissio. & in.l.creditor in.§.lucius.ff.manda.sed hic actor tractat de lucro,ergo.

Ego,quicquid sit,ab opi.Bar.non discedo,nec primum obstat, quia multis modis hic in .i. lectu. respondemus , & nouissime,quod immo mens contrahẽtium,nulla alia est, nisi ut supra ex quo uidentur in dubio uoluisse se cõformare cum dispositione iuris communis .l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.dispositio iuris communis est huiusmodi .d. §.sorore,ergo.Verbaq; debent potius esse inania , superflua , & sine effectu aliquid operandi, quam quod quis indebite damnum patiatur.l.fi.§.in computatione,& ibi not.C.de iu.deli. sed reus indebite damnum pateretur,si extra domicilium traheretur , cum habeat ꝓ se iuris dispositionem , & uerborum prædictorum,interpretationem legis,ergo. Non ob. secundum quia id ita demum procederet, & uerum esset, quando nõ ita interpretarentur à lege, & quidem in fauorem rei, ut arbitrio boni uiri intelligantur , quo casu nec ad eius lesionem sic retorquebitur interpretatio , & facit quod habetur in.l. fauorabiliores, ff.de regu.iu.cum uulga.

Non ob.ultimum , quia esto quod actor agat de lucro captando agit tamen reus de damno uitando, & propterea omnino arbitrium boni uiri (ut diximus) importabit.

Tertio collige, si promissio facta sit de soluendo in quocunq; loco , in quo promittens inuentus fuerit , quod ubi
16 reperitur† poterit conueniri.Et nimirũ inquit , quia ibi uidetur contraxisse .l. contraxisse.ff.de ac.& ob.l. titium.§.i.ff. de admi.tu.& bene, sed tamen aliter declarant Docto.quod hoc sit uerum , & ratione prædicta,si locus destinatæ solutionis in specie exprimatur,& ita loquatur tex.in.d.l.contraxisse, & idem Bar. quoq; sensit in.l.hæres absens,in.§. proinde

pinde, nu.i. in fi.ff. de iudi. si uero in genere, ut supra quia generalitas restringitur ad locum, in quo reperitur. Considera tu, hæc non differre, quoniam genus restrictum ad unam speciem, species est. l. si optio. ff. de op. leg. tradit Bal. in authen. hoc inter liberos, in prin. C. de testa. & sic cũ in loco reperitur, perinde est, ac si expressum fuisset, ibi conueniri debere.

Declarant rursum hoc idem de loco scilicet destinatæ solutionis, quod ibidem promittens contraxisse uidetur, intelligi debere fictè, non uerè, ex quo uerè contractus factus dicitur in loco, ubi uerba prolata fuerunt, ad effectum gabellæ, ut per eos, & Flo. etiam in. l. i. in fi. prin. ff. de usu. ponderantes uerbũ intelligitur, positum in. d. l. contraxisse, quod huiusmodi est. l. intelligendus. ff. de uerbo. si. l. fi. C. de impub. & ali. sub. cum simi.

Et male, quoniam contraxisse ibi procedit ex ipso consensu, cum ita uoluerint contrahentes. l. 2. & 3. ff. de bo. au. iu. po. l. exigere dotem. ff. de iudi. consensus est de iure naturali. l. cum amplius §. is natura debet. ff. de regu. iu. & in ueritate consistit, ergo ibi contraxisse, nõ erit fictio, ubi solutio destinata est, & latius ut per Bal. in. l. multum interest, in pe. colu. C. si quis alte. uel si. Cogita.

Et quod in loco destinatæ solutionis possit conueniri, quia ibidem contraxisse uidetur, tenuit etiam Bart. in. l. quæro, per illum tex. in fi. ff. de solu. & quia ibi finalis effectus conuentionis confertur, & quia locus solutionis, pars contractus dicitur, ut dies, signãter per d. l. quæro, Bal. in. l. si quis in conscribendo, in 2. colum. C. de pac. & in not. casu adhuc Bar. in. q. incip. statuto ciuitatis, in 3. colum. in prin. & latius quam hic, Abb. in. c. i. in 9. colum. de iudi. & in c. fi. in x. de so. compe. ubi præfatam conclusionem declarat etiam aliter, & post eum Doct. hic, quo ad facultatem conueniendi, & soluendi, uerum esse, non quo ad subiiciendum contractum legibus, & statutis loci, & ut per eos latius. Aliquid Fede. de sen. in consil. 244. incip. suo domino, in prin. & Old. in cons. 168. incip. ad primam quæstionem, in prin. & Ancha. in consi. 192. incip. in auxilium, in. i. colum. & alii, quos non refero, breuitatis causa.

Quarto collige, differentiam esse in-
17 ter hæc duo quando quis promittit † & uult ubiq; posse conueniri, quoniam hæc promissio non releuat secundum eum, habetq; semper locum pœnitentia, ut supra & quando promittit soluere ubicunq; inueniatur, ex quo tunc secus est, & (ut diximus) ibi censebitur cõtraxisse, ubi inuentus fuerit, ratione destinatæ solutionis, & hanc differentiam perpendit etiã in. l. titium in. §. i. in prin. ff. de admi. tu.

Verum est quod aliqui dubitarunt etiam primo casu, ne idem dici possit, quoniam secundum partium intentionem consonat uerbum conueniri, intelligi quoq; quo ad effectum destinatæ solutionis, ita ut nec aliud cogitare uideatur. Sed cum habeamus text. hic secundum communem intellectum, contrarium dicentem, quod pœnitẽtiæ locus sit hoc casu, non est aliter dubitandum.

Quinto & ultimo collige, si promissio facta sit, de soluendo ubicunq; promittens in Tuscia fuerit inuẽtus, quod
18 in ea prouincia † ubicunq; inuentus fuerit, poterit conueniri.

Et hoc quoq; casu bene, quoniam in loco Tusciæ, in quo inuentus est, ibi contraxisse uidetur, ut supra & in. d. l. contraxisse. ff. de ac. & ob. & in iuribus per Bar. met allega. clarius in. l. consensisse, in. §. fi. & in. l. omnem. ff. de iudi.

Sed nonnè ratione incertitudinis, promissio hæc debet vitiari. l. cum incertus ff. de lega. i. l. triticum. ff. de uerbo. ob. l. sed & si quis. §. quæsitum, cum similibus. ff. si quis cau.

Responde, ut per Bart. quod non, quia in genere de ciuitatibus & castris Tusciæ cogitatum est, & sufficit. l. qui iure militari. ff. de mili. testa. Vel & aliter, ut dixi in. i. lectu.

19 Vltimo in materia dubito † quia est

quotidianum, nam dictum est supra si promissio facta sit de soluendo in quocunq; loco promissor inuentus fuerit, quod ubi reperietur poterit conueniri, quid si casu, reperiatur in loco per transitum, uel nauigando, uel ubi sit pestis habebit nè locum supra dicta decisio? Dicunt Docto. hic, & in l. cum res. ff. de lega. i. quod non.

Et bene, quia ne dum in contractibus, verum etiam in qualibet alia dispositione, iusta causa semper excepta uidetur. l. si hominem. ff. man. l. ad personas egregias. ff. de iureiu. l. i. & ibi Bart. in. i. col. C. de conse.

Ex causa etiam à iuramento recedimus. l. qui iurato. ff. qui sa. cogan.

Sententiamq; dicere cogitur arbiter nisi ipsum causa excuset. l. licet. ff. de arbit.

Immo quod ex causa adhuc, seruus etiam potest à domino interfici, alias non. l. i. ff. de iu. per. l. qui seruum. ff. de uerb. ob. & homo ab homine in genere l. aurelius. §. idem quæsiit & ibi Bar. ff. de lib. le.

Et forte dubitatio necessaria nõ fuit, quia semper uerba debent intelligi, ne in absurditatem incidamus. l. nam absurdum. ff. de bo. lib. si non sit scripta in lege, quia tunc sequenda est. l. prospexit ff. qui & à quib. tradit Bar. in. l. cæsar, in 8. col. ff. de publica. absurdum autem esset intelligere promittentem dictis casibus posse conueniri; ergo.

Probabilis est tamen, & non improbanda. l. i. §. quamuis. ff. de uen. inspi. l. non solent. l. quæ dubitationis tollendæ gratia. ff. de regu. iu.

Et plus quod attentare audemus, etiam dictis casibus cõueniri posse, quoniam in iuribus per eos allega. obligatio, seu promissio non est facta sub ista forma, & quia debuit prospicere quod euenire poterat. l. si quis domum, §. i. ff. loca. intelligendo semper dictum de peste, si ius in loco reddatur, & sensit Imo. in. d. l. cum res, à quo non dissentio. Nisi replicemus, ut in simili replicat Bart. in. l. ergo, in. §. si is. ff. de fideicom. lib. nõ habere locum hoc casu regu. d. §. i. inspici debuisse quod poterat euenire, quia prædicta communiter non eueniunt. Cogita, & reliqua cum parum difficultatis habeant, à te ipso uideas. Et ex his sumus etiam de lege ista expediti, Die 18. Martij. 1548. Paduæ.

MANTVA.

Additio.

In glo. ulti. non instetimus quia clara est, solum format contrarium, de. l. si quis in conscribendo. C. de pac. Vbi si quis renunciauerit priuilegio fori, pœnitentia locum non habet, & tribus modis soluit ut in ea. Vltima breuiter communiter tenetur, sed posset dici etiam aliter illud ideo esse ibi, quia militi, uel homini in dignitate constituto, graue ac nefarium erat fidem fallere, argu. in l. i. ff. de consti. pe. & in. l. quintus, & ibi Barto. ff. manda. & pondera quod dicit tex. si quis confessus fuerit se non usurũ priuilegio fori, idq; etiam in instrumento conscribendo, quasi uerba psal. 88. q procedunt de labiis meis, non faciam irrita, pulchre Bal. cons. 368. uol. 5. & fides dicta est ut fiat quod promissum est, & Hispanicæ quæ brantare la fe es cosa muy rea, Gallicæ uero foy de gẽtilhomme, ut refert Traquel. in tract. de nobil. c. 37. nu. 118.

Vel quod id etiam sit quia priuilegiũ & ius speciale facilius tollitur quam ius commune. l. eius militis. §. si militiã missus. ff. de mil. testa. Cogita, & adde hinc quod exclusus à restitutione in integrũ ob id, reddit ad ius commune, quodq; nõ perdit electionem passiuam, qui perdit actiuam, nec deniq; excluditur à iure adeundi, qui exclusus est à bo. po. ut pulcherrime inquit Bal. in. c. irrefragabili nu. 8. de offi. ordi.

Additio.

Quod si renunciatio fori iuramento uallata fuerit, valebit, ex quo facit illam irreuocabilem esse, & sic quod pœnitẽtiæ locus non sit, nec locum habeat, qđ hic dicitur, ubi Ange. & omnes, & Imo. in c. i. ad fi. de iudi. & nouissime Alex.

consi.

consi.89.colu.2.uol.7.& ita de stilo curiæ parlamenti & aliarum patriæ Delphinalis seruatur, ut dixi etiam in.i.lectu.& attestatur Gui.pap.decisio.77.colum.i. & ita se habet cõmunis opi. q. quid ipse dicat, ex quo iuramentum seruari debet, quotiens non uergit in dispendium salutis æternæ.c.quamuis de pac.in 6.not.in.c. cum contingat de iure iu.idem Alex.in consi.præalleg.& penitendo alias in casu huius legis,& à cõsensu recedendo, ut adhuc communiter tenetur, & quando iuratum non ẽ, fauorabile solet reputari, cum ad iudicem suum ordinarium reuertatur penitens.l.si unius.§. pactus uet.quod in specie.ff.de pac.c.statutum ubi glo.numerandum de præb.in 6.

Et ad materiã inquit idem Gui.pap.decisio.181.col.3.&decisio.77.præalleg. submissum curiæ S.Marcellini ante lit.cont.posse penitere de iure ut hic, sed non de stilo, q in causis maxime debet attendi.c.quam graui de crimi.fal. Bart. in.l.2.col.5.C. quæ sit lo. consue. quiq; mos agentium appellatur in.l. labeo in prin.ff.de statu lib.

Et si postremo dixisset prælatus, uelle parere literis impetratis ad beneficia, & postea eum penituisset ex probabilibus causis & appellasset atq; ideo fuisset excommunicatus, male actum fuisset cum eo, nec excommunicatio ualuisset, quia uoluntas non erat obligatoria sed ambulatoria, nec dederat alias iurisdictionem non habenti.l. priuatorũ.C.de iur.o.iud.Bellame.decisio.124.

Non omittentes tamẽ aliam.q.si appellatio fuisset interposita ab aliquo grauamine ad legatum, quod ipse omisso grauaminis articulo, de cõsensu partium poterit in negotio principali procedere, & si diceretur quod præuentio adimit iurisdictionem ipso iure, alias habenti,& quod iurisdictio iudicis non sui, per ecclesiasticam personam solo partium consensu prorogari nõ potest absq; licentia sui proprii episcopi.c. significasti de foro comp. potest responderi neutrum uerum esse, non primũ quia parat exceptionem cõtra præuentum non autem adimit iurisd. ut hic, inq; ista q.facultas excipiendi tollitur, 1 ex quo utraq; pars consensit. Et si replicaretur, partem posse pœnitere ante lit.cont.ut hic, huic obiectioni occurretur, tex.istum loqui in iurisdic. nouiter danda.q.autem in non declinanda. Ad secundum autem, quod uerum est in prorogatione iudicis non sui nos autem in legato qui suus est,& competens, ergo. & ita dicit idem Bellame.decisio.608.late in tracta.Gondissal.de legato, in 8.q. col.5.nu.33.34.35.

SVMMARIVM.

L.si conuenerit,de iu.o.indi.

1 *Hæc lex habet materiã subtilem & repetibilẽ.*
2 *Africanus author, inter cætera, scripsit nouem libros quæstionum.*
3 *Consequentia ualet, Africani lex est, ergo difficilis.*
4 *Iudicium, ut ex tribus personis constat, ita constat tribus temporibus,*
5 *Prorogatio quid sit.*
6 *Iurisdictio impeditur sex modis.*
7 *Verbum conuenit, regulariter in pacto nudo uerificatur.*
8 *Diuisio, si commode fieri potest, utilis est.*
9 *Dubitandi rationes ponuntur.*
10 *Decisionis.*
Et ibi, quod ante lit.con.multa licent & permissa sunt, quæ alias post non licerent, nec permissa essent.
11 *Declaratio pulcherrima ad.l.i.ff.de pac.*
12 *Primi uerbi si conuenerit, expositio.*
13 *Si iuratum sit, an habeat locum dispositio huius legis.*
14 *Quid si pactum sit stipulatione uallatum.*
15 *An eo casu, quo compellitur quis coram iudice non suo litigare, compellatur præcise.*
16 *Si interesse petatur hoc casu, coram quo iudice petetur.*
17 *Quid si promissio facta sit de soluendo in quolibet loco, ubi placuerit actori.*
18 *Intellectus ad.§.sorore.l. thais .ff. de fideicom. lib.*

19 *Quid si promittat debitor soluere in quocunq; loco, in quo inuentus fuerit.*
20 *Verborum & prius quam adiretur &c. disputatio.*
21 *Licet hæc lex uideatur de indubitabili, quia dicit, proculdubio nemo compellitur, ostenditur tamen huiusmodi non esse.*
22 *Resolutio contrarii l. si quis in conscribendo. C. de pac.*
23 *Iudex quando aditus dicatur.*
24 *Si conuentio facta sit in præsentia iudicis, consentientis & acceptantis, pœnitentia locus amplius non habebit.*
Et ibidem ratio assignatur. & de intellectu l. cum ostendimus §. fi. ff. de fideiu. tu. multa dicuntur.

Lectu. III.

AFRICANVS LIB. VI. QVAESTIONVM.

L. SI CONVENERIT. Licet hæc lex, sit breuis habet tamen, secundũ las. & bene materiam subtilem, & repetibilẽ
1 † & prospecto tot sese offerunt, ut longe difficilius sit exitum quam principium inuenire, ad cuius euidentiam præmitte.

Et primo, quod Africanus eiusdem
2 author est † posita (ut in supra scriptione dicitur) lib. sexto quæstionum, ex nouem quos scripsit, omnino difficul-
3 tates in ea † esse arguens, ut inquit Bar. in l. cum quis in prin. ff. de solu. & Ange. in l. fi. ff. de nego. gest. & liquet amplius quod in sol. contrarii l. qui negocia. ff. man. in l. singularia. ff. si cer. peta. inq; explicanda l. frater à fratre. ff. de condic. inde. quæ sunt eiusdem Africani, non parum laborant interpretes.

Secundo præmitte iudicium sicuti,
4 ex tribus personis † constat. c. forus, de uerbo. signif. alias peccaret in forma, ut per Bald. in l. exceptionem, in ulti. colum. C. de proba. ita tribus temporibus perfici, principio, medio, & fine, secundum Barto. in l. si post litem, in 2. colum. ff. de excep. citatione scilicet, lit. contestã. & conclusione in causa, ac sententia §. ff. insti. de poe. te. liti. Bal. in c. i. de lit. cont. idem Bart. in l. amplius non petitum. ff. rem rat. ha. & in l. si mater, in §. eandem, in fi. ff. de excep. rei iudi. idẽ Bal. consi. 121. à capite inchoantes, colu. 2. uolum. 3. subiiciens, in sententia, quæ est iudicii anima, formalem omnem perfectionem consistere, Est uerum tamen, quod propriè, & strictè, à lit. con. incipit. d. l. amplius non petitum, largè uero & impropriè, à citatione. l. cum notissimi, C. de præscrip. 30. anno. tradit Ang. in l. i. in i. colum, C. de iudi. Proponunturq; ultimo, in eo actiones exercentur, & executioni mandatur ad quod uidendus est adhuc Bart. in l. i. num. 12. supra eo. & ex his, uerbum in tex. positum priusquam adiretur, declarabitur infra.

Tertio præmitte, prorogationem nil
5 aliud † esse, quam iurisdictionis extensionem, ita ut non possit, nisi quis tribunali præsit, in eum fieri l. i. ff. de iudi. nec ab re, quia priuatorum consensus, iurisdictionem non tribuit. l. priuatorũ C. de iu. o. iud. & quia rursum extendi non potest quod non est. l. decem. ff. de uerbo. ob. tradit Abb. in c. significasti, colum. 2. de so. compe. Bald. consil. 346. quartus, colum. fi. uolum. 5. & in simili in authen. ei qui, in ult. colu. C. de tempo. ap. signanter per regu. d. l. priuatorũ & cum sit quadruplex, de tempore ad tempus de loco ad locum, de re ad rem & de persona ad personam, iuxta not. in c. P. & G. de offi. dele. & in l. si qui ex consensu. C. de ep. audi. impediaturq;
6 altero de sex modis, † compulsione, errore, pœnitentia, inhabilitate personarum, causæ, & iudicis, ut per Cy. in

lin. d. l. ioo. iam non poterit dici aliud, nisi quòd hic de persona ad personam facta fuerit, quodq; pœnitentia ex his impediatur.

Quarto præmitte, uerbum conuenit

7 † sui natura & regulariter, in pacto nudo uerificari solere. l. singularia, & ibi Ias. colum. 2. qui idem etiam hic dicit, colum. 4. ff. si cer. peta. l. lecta. ff. eo. not. in rub. de uerbor. ob. & cum misterio ad propositum, iuriscon. hic dixisse, si conuenerit, ut infra.

Quinto & ultimo, quod communis intellectus ad istum tex. est, pœnitentiæ locum fore etiam ab una parte tantum ante lit. cont. post uero non, nec aliam interpretationem habere uerba illa, prius quam adiretur, & illa, mutata voluntas fuerit, vt hic per Ias. Deci. & alios & suo loco fusius declarabimus.

Pacto de litigando coram iudice non suo, quis stare non compellitur h. d. lex ista, quæ commode diuidi non potest, alias laceraretur, secundum Bald. in. l. petens, in prin. C. de pac. immo omne generaliter quod diuiditur, laceratur, inquit idem met consi. 25. punctus colum. 2. uolum. 3. & non est uerum, quando (ut diximus) commode fieri po

8 test † quo dilucidius rem intelligamus l. i. in prin. ff. de do. excep. §. sed non usq; insti. de lega. unde (Platone teste) non est dicendi artifex qui, nisi sciat omnia de quibus dicendum est, diuidere, ac partiri.

9 Dubitandi ratio est † ut hic per Ias. fundata in regu. quod semel, de regu. iu. in 6. & in. l. sicut. C. de ac. & ob. & in l. in commodato, in. §. sicut. ff. commo. cum similibus, ubi quod semel placuit amplius displicere non potest, suntq; ex post facto necessaria, quæ à principio erant uoluntaria. Adde, quod sic factum propriũ agens quoq; impugnare uidetur, & male. l. post mortem. ff. de adop. Ancha. consi. 214. Franciscus, col. 2. quodq; obligatione contracta ex ordinatione duorum non potest fieri ipsius resolutio, ex ordinatione unius tantum, inquit Bal. consi. 494. facti series, colum. 1. uolum. 3. Gui. pap. pulchre, consi. 102. pacta in prin. Sol. uera sunt omnia regulariter, hoc casu tamen limitanda.

10 Decisionis autem rō est † quia iurisdictio publici iuris dicitur d. l. supra eo. in his quæ sunt pub. iuris, priuatorum cũ sensus nihil operatur l. ius publicum. ff. de pac. d. l. priuatorum, C. de iu. om. iudi. ergo necesse est, quod alius actus legitimus interueniat, puta lit. contestat. ut hic per Ias. in prin. & Ange. ante eum dicentes signanter hac ratione, contrariis supra dictis, sic posse responderi, & est uerum, quamuis idem Ias. postea,

11 & Deci. seni. cum eo, dubitet, quia quod dicitur in d. l. priuatorum, procedit, quando agitur de danda noua iurisdictione, hic autem de ea prorogan da, quod est longe diuersum, quoniam facilius aliquid prorogatur, quam de nouo detur. l. sed si manente, allega. et supra. ff. de præca. & in tali prorogatione (subiicit Ias.) solus partium consensus sufficit. l. 2. in prin. & ibi Bar. ff. de iu di. quod adhuc non negatur. Sed replica, quicquid alias dixerim, perinde fore, ac si facta non fuisset, si quem ex paciscentibus pœniteat, quodq; hoc modo consensus prorogantium, nihil operabitur, & sic ratio Ange. optima. Qui aliter quam Ias. etiam deducit, quod cum pactum fiat principaliter super iurisdictione, eaq; pub. iuris sit, à iure publico non confirmatur, nisi lite contestata, ergo pœnitere ante hoc tempus licebit omnimodo.

Et hoc est, quod secundo loco dicebat Bal. hic, adhuc per Ias. relatus, quod ante litem contestatam non est aliquod ius aduersario quæsitum, post autem sic, quia consensus transit in quasi contractum, & non est tunc pœnitentiæ locus. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu.

Vel & ultimo, quia conuentio est super iudicio futuro, à cuius actu potest recedi adhuc lite non contestata. l. si qs libellos. C. de ap. & sic totum pendet à lit. contesta. quæ res desinit esse integra, ut dicebam alias, & probatur in

lis qui se obtulit. ff. de rei uen. & in .l. si defunctus .ff. de procu. glo. de prima in .l. si cum dotem, in .§. eo autem tempore, allega. hic in glo. ff. solu. mat. & quod in iudicio quasi contrahatur, & res non sit amplius integra, nec recessus à lite liber, tradit etiam Barto. in .l. i. num. 18. C. de lit. contesta. & Bald. in .c. ex parte, in 2. colum. de confe. & Feli. in .c. 2. in 10. de lib. ob. & Abb. in .c. qua fronte in secunda de ap. & in .c. primo in 3. & 7. de lit. contesta. & Alexand. in .l. nihil C. de procu. & consil. 90. fere, colum. 2. uolum. i. & Ias. in .l. naturaliter, in §. nihil commune, in 18. de acqui. po. & in .l. i. in 7. de no. o. nun. idem Barto. in .l. Iulianus, in 7. colum. de condic. in. & dicit Bald. adhuc, quod ex isto quasi contractu insurgit obligatio in personam, non in rem, iure in præsentia, in 3. de proba. & quod res non sit amplius integra, nec mutari possit, alias sic & pulchre in .d. §. eo autem tempore, & profecto si per simplicem conuentionem pœnitentiæ locus non esset, nimis cito derogaretur iurisdictioni proprii iudicis, quæ fauorabilis est, & fauorabile quod ad eam reuertatur, ut per Deci. seni. hic, post Spe. in titu. de competen. iudi. adi. in prin. seu in §. primo num. 19. & ibi plene Bald. in addi. in uerbo Bononien. & bene, & facit quod habetur .l. si unus, in §. pactus, in uer. quod in specie. ff. de pac. & per glo. in .c. statutum, in uerbo numerandum, de præben. in 6. & licet obstare prima facie uideatur, quod habetur in .l. i. ibi Quid enim tam congruum est, &c. ff. de pac. immo dicit Bald. in .l. si traditio in prin. C. de ac. emp. quod non seruare pactum, est dolus, quodque iudex pati non debet, dolum committi, & probatur in .l. i. ff. de consti. pe. Signo. homo de. multa in .l. princeps, colum. pe. ff. de legi. non ob. tamen, quia regula uera † est, nisi recessus à lege concedatur, ut hic, & in .l. si conuenerit, & ibi Bar. in prin. & num. 3. ff. de pi. ac. & quia id uerum est, & debet intelligi de æquitate dictante fidem seruari, quæ erat

à iure ius gentium, ut not. in .l. si id quod ff. de condic. inde. & in .l. frater à fratre, ubi Bar. col. 14. ff. eo. & in .l. ex hoc iure ff. de iusti. & iu.

Si conuenerit, idest si cõuentum fuerit † simplici pacto .l. lecta, allega. etiam 12
supra. ff. si cer. pe. nouissime Bald. in .l. i. col. i. C. de usu. quod pactum etiam, & si nomen generale sit, conuentionis tamen est generalissimum .l. i. §. cõuentionis uerbum .ff. de pac. ex quo non oritur obligatio efficax, quominus (ut diximus) pœnitentiæ locus esse possit ante litcon.

Sed quid si iuratum sit, habebit ne 13
locum decisio † huius legis, secundum communem intellectum sine multa disputatione, uidebatur prima facie dicẽdum, quod non, quia est regulare, cum potest iuramẽtum seruari sine interitu salutis æternæ, semper seruandum esse c. cum contingat, de iureiu. c. quamuis, de pac. in 6. unde etiam quod donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum facta non ualeat .l. si. C. de paci .l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. oblig. ualet tamen iuramento firmata, ut in d. locis not. & per Bar. in .l. si quis pro eo. ff. de fideiu. tamen aduerte, quia communis opi. est in contrarium, & bene, ex quo aufert liberam testamenti factionem, ut infra. Et dic melius, exemplificari posse in donatione, facta à patre filio, uel è contra, inter quos non oritur nisi nãlis obligatio .l. frater à fratre. ff. de condi. inde. & quia de iure ciuili obstat personarum identitas .l. fi. C. de impub. & nihilominus roboratur iuramento, authen. sacramẽta puberum. C. si aduer. uen. in terminis Gui. pap. deci. 46. imo & si dicta donatio, in prin. Cõfirmatur quoque iuramento, si sit facta inter uirũ, & uxorem, prohibita alias, nec sine ratione .l. si. 2. 3. ff. de don. int. ui. & uxo. tradit Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad legem fal. & in d. l. si quis pro eo. Are. consi. 74. diligenter, col. 2. in fi. & prin. seq. Gui. pap. mul ta deci. 190. col. 2. 3. 4. & signanter conuentionem iuramento ualidari, firmat

Bar.

Bar.consi.8.factum tale,col.2.ubi multa,&alt.legu.quod seruandum sit quando seruari potest sine interitu salutis æternæ,facit quod dixit etiam Ancha.cōsi.159.rationes,col.3.& consi.180.uisa,in prin.& consi.192.in auxilium,col.2.& consi.226.legitur,col.2.subiiciens derogari ex eo legibus quoq; statuētibus contrarium,& consi.330.uisis,colum.3.& consi.339.pro maiori,colum.pe.& rursum quod uestiat pactum nudum probatur in.l.fi.ff.de lib.cau.& in.l.si qs maior C.de transac.& in.c.ex rescripto,de iureiu.late Scriben.in.l.iurisgentiū,in.§.quinimmo.ff.de pac.& in .l. legem C.eo.Gui.pap.consi.17.casus,colu.3.& consi.23.uiso facto,col.2.& consi.31.uiso ad plenum processu,col.4.& consil.32.circa,col.2.

Et quod hæc opi. sit uera adhuc efficaciter probatur, quia iuramentum uim sententiæ habet,ex quo ex eo oritur actio,ut ex sententia,perpetuaturq; lite cont.utroq; casu,& paratā habet executionem,ut per Bart.in.l.nam & postea,in.§.si is qui,& in §.iusiurandum,& in.l.sed & si possessori,in.§.sed cum de hæreditate,in prin.ff.de iureiu.sed si sententia lata reperiretur,pœnitētiæ locus non esset,imo nec lite contest.ut supra ergo nec si iuratum sit.Et quia ultimo loco æquipollet etiam stipulationi,secundum Bald.consil.291.ad cuidentiam,col.pe.uol.2.uerum si pactum hic stipulatione fuisset uallatum,pœnitentia locum non haberet,ut infra ergo nec si iuratum sit,& not.in.l.si pecuniā ff.de condic.ob.cau.idem Bald.in loco præallega.alias nihil operaretur,& male,ut hic per Ias.facit ultra eum,quia si hoc idem in uerbis est.l.si quando .ff.de lega.i.Bald.in rubi.C.de contrahen.emp.q.9.(imo q nec syllaba debet esse superflua in oratione posita.l.i.ubi glo.ff.quod met.cau.)multo magis esse debet in iuramento,in quo est magna religio.l.seius & Augerius,& ibi Bar.in fi.ff.ad legem fal.& quis respectu partis consensū habeat adducitur tamē Deus in testem,inquit Ci.offi.3.quem citat ad idem Gui.papa deci.190.in honorarnis,colum.2.& 3.& ideo dicebat Ange.hic,quod iurans per censuram ecclesiasticam,compelli poterit ad obseruantiā iuramenti.c.nouit de iudi.c.ad nostram c.& si Christus,de iure iu.& ita communiter tenetur.

Sed tamen aliqua ob.quia si eiusmodi conuentioni quis stare compelleretur,iuramentum esse uinculum iniquitatis nam iniquum est,& à ratione penitus alienum,quod quis litiget coram iudice non suo.l.apertissimi.C.de iudi .c.quod suspecti 3.q.5.inuentaq; ob hoc exceptio iudicis incompetentis .l.fi.C.de excep.Bar.in.l.quidam consulebant nu.9.ff.de re iudi.& si inde sententia lata sit,subditus erit nulla.l.fi.& toto tit.C.si à non compe.iudi.nec re,nec nomine sententia appellanda,ubi nulla alias est aliqua,antequam declaretur nulla l.fi.C.de ordi.co.Bal.consi.332.proponitur,col.2.uolum.2.bona glo.in clem.i.de seq.po.& fruc.immo quod omnis actus tunc sine ordine,& sine citatione factus uidetur,inquit Bald.in.c.i.in.§.sancimus,in prin.quo tempo.mi.inuesti.pr.de.m ufib.feu.& potest impune lacerari,ut per eundem Bald.in.c.i.in.§.si facta,in secunda colum.si de feu.fue.controuer.int.do.& agna.eod.lib.iuramentum autem ad propositum redeundo,huiusmodi esse non debet.c.quanto de iureiu.c.inter cætera 22.q.4.glo.in.c.non est obligatorium,de regu.iu.in 6.Alexand.consi.42.super præmisso themate,colum.2.uolum.1.& consil.53.uisis,colum.i.uolum.3.ergo(ut dixi)pœnitentia locum habebit,& admittetur in casu præsenti.

Ad idem facit,quia testamentum potest quandocunq; reuocari.l.4.in ratione sui .ff.de adi.le.l.in ipsius,C.fami.her.l.cum hic status,in prin.ff.de dona.inter ui.& uxo.& ideo dicit Curtius.consil.96.præsupponitur in facto num.2.quod dispositio,per quam promisit testator legatum non reuocare,de iure non est ualida,& non immerito,quoniam nemo potest sibi ipsi imponere

ponere legem; à qua recedere non liceat. l.si quis in principio testamenti .ff. de lega.3. Et hac ratione deberet posse iuramento fieri irreuocabile, & tamen hoc non obstante contrarium uerius est, & sine dubio reuocari poterit, ut per Barto. in.d.l.si quis in principio testamenti, num.14. & idem in procuratore instituto inquit glo.in.c.fi. de procu.in 6. quod si quis promiserit ipsum non reuocare, & iurauerit, poterit nihilominus iuramento nō obstāte reuocari, & utrunq; Pau. de Castr. consil.122.quod dicta domina, in prin. uolum.i.subiiciens tamen, quod reuocans erit periurus, post Imo. in.c. dilecto, de præben.& Bald.in.l.clari. C. de fideicom.de quo etiam per Barto. in d.l.si quis in principio testamenti, ergo (ut dixi) poterit & hic à conuentione pariter recedi, quamuis iurata. Et præsertim ac ultimo loco, quia iuramētum semper regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur, uulga.l.fi.C.de non nume.pe.sed actus iste reuocabilis est, si partem pœniteat, ergo, & ita in renunciatione generali casuum fortuitorum iurata dicebat etiam ut hic, Ias.in.l.si mihi & tibi, in.§.in legatis, lectu. prima colum. 3. ff.de lega.primo post Barto. & Doctor. in.l.sed& si quis, in .§.quæsitum .ff. si quis cau.Io.And.& alios, in.c.i.de commo.& idem in contractu simulato Ange.in.l.emptione.C. plus ua. quod agi, quam quod si. conci. quod non firmatur iuramento; immo quod iuramentum ipsum quoq; simulatum est, & in contingentia facti Bald,consil.66.inter uirum & uxorem uol.i.

Breuiter non est à prima opi.recedēdum, ex supra dictis, nec adducta in contrarium ob. nam primum falsum est, alias uinculum iniquitatis esset pariter, super alienatione fundi dotalis interpositum, quæ nihilominus contra prohibitionem legis ualet iuramento firmata.d.c.cum contingat, de iureiur. c.licet mulieres, eo. tit. li. 6. iniquitas autem est, quod mulier indotata maneat .l.i.ff.solu. mat.l.assiduis .C. qui po.in pi.ha.l.unica.§. & cum lex.C. de rei uxo.ac. ergo non erit ratio, cur ita dote non debeat etiam pactum iuratum in casu legis nostræ, & ideo dicebat Imo. in.d. c. cum contingat, in fi. primi membri, relatus etiam per Alexand.in.d.consi.53. colum 6.quod iuramentum nunquam iniquitatis uinculum est, nisi turpe quid contineat, uel sit peccati inductiuum, quod nullo modo hic considerari potest. Ex quo tollitur secundum, quia contra bonos mores est, quod sibi auferat liberam testandi facultatē.d.l.4.d.l.si quis in principio testamenti.l.pactum quod dotali, cum not.ibi plene per Docto.C.de pac. & quia à patribus sufficienter enumeratis arguendo, aut sibi iurat, aut alteri, si sibi nihil facit .l.a.ff.de stipu.ser. l.pe.ff.de arbi.c.fi.de insti. & minus si alteri.l.stipulatio hoc modo concepta.ff. de uerbo. ob. & quia uerba contraxerunt, non pertinent ad ius testandi.l. uerba contraxerunt.ff.de uerbo.si.l. pater.§.fundum.ff.de lega.3.Bald.in.l.hæredes palam, in.§.fi.ff.de testa. & in.l.licet.C.de pac. Pau.de cast.consil.47.uidetur, in prin. uolum.i. & fuit uerbum Barto.in.l.i.in.§. fuit quæsitum .ff. ad treb.Et quoad reuocationem testamenti nota (obiterq; dictum sit) q̄ duo testes non sufficiunt, sed septem requiruntur, arg.in authen. è contra.C.de repu. not.in.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur. etiam quod aliud testamentum non fiat, & ita iudicauit curia parlamenti, ut testatur Gui. papa consil.147.consilium, colum.3.num.3. & decisio.100. Einardus.

Non ob.ultimum, quia id etiam est optima ratione inductum, ex quo deficiebat consensus in actu, hic uero aderat, quo fit ut nec mirum sit, si efficacior redditur, siq; potest (ut dixi) iurans ad ipsius iuramenti obseruantiam compelli, & ista responsione, cætera omnia, ad idem tendentia, ruunt, & pulchre tradit Barto.in.l.si quis pro eo, in 8.membro.ff.de fideiusso. & Ias. hic ueri-

ueris simumq; est, adde tu Bald. dicentem, non augere consensum, sed confirmare, si ipsum inueniat, ut hic, consi. 349. super eo, in fi. uolum. 3. signanter per d. l. fi. & Nicol. Boe. deci. 3. dico quod hæc quæstio, num. 8. parte prima, quod habet uim specifici & expressi, quando supplet defectum solemnitatis omissæ, non ubi est defectus substantiæ, & consensus, & quia sol. realis est & uera transeo, ultra multa alias dicta, & addo nouissime Gozza. ita quoq; respondentem, in d. l. num. 95. C. de pac. inter emp. & uen. pulchrius Io. Iannin. in l. nemo potest num. 552. ff. de lega. i. Vel & aliter, quod in d. l. fi. regulatur secundũ naturam actus, super quo interponitur, ne sit iniquitatis uinculum, & ne per ipsum alteri dãnũ inferatur indebite, quoniam exigeret creditor pecuniã non mutuatam, & cum iactura debitoris locupletaretur, & malo .l. nam hoc natura .ff. de condic. inde. sentit Berol in c. potuit, num. 18. de loca. & ista sufficiant, & ut prius quod non suppleat defectum consensus, firmat etiam Cur. Iuni. consi. 23. præsupponitur, num. 5. & consil. 24. cum sæpius, num. 3. in fi. Alexandri collega, in l. non solum, in §. morte, num. 700. ff. de no. o. nun. Burg. præceptor, in c. cum causa, column. 14. de emp. & uen. & est (ut dicit idem Cur. in præallega. consi. 24.) communis doctrina, & ex his plane aliqua ad oppositum adducta hic per Deci. colorata, sed non uera, facile etiam tolli poterunt, & ita testatur de stylo curiæ parlamenti, & aliarum patriæ delphinalis seruari, Gui. papa decisio. 77. l. si conuenerit, colum. i.

Et quia (ut supra dictum est) iuramento æquipollet stipulatio, idem in

14 ea dicendum erit † ut promissionem roboret & confirmet, nec pœnitentia pariter admittatur, & sentit Barto. hic num. 4.

Et hoc idem generali ratione, quia si aliter diceremus, iam non differret actus stipulatione uallatus, à simplici promissione, non dicendum, quia in stipulatione uersatur ius, in pactis factum. l. si unus. §. pactus. ff. de pac. Ias. in l. sciendum, in prin. lectu. prima. ff. de uerbo. obli. ideo hac de re, non minum, si in l. si ex pretio. C. si cer. pe. debitum ex causa uenditionis, potest in causam mutui conuerti, sub usuris, interueniente stipulationis, in primo casu, in secundo autem non, quia nudo pacto id erat factum, & aduertit ibidem Albe. in prin. & bene, & quia lex animata disponens circa ea, quæ sunt iuris, ueritatem inducit, ut per Alex. consi. secundo usis, num. 30. uolum. i. signanter per d. §. pactus, fictionem autem in his, quæ sunt facti. l. non dubium, & ibi Barto. colum. 3. C. de legi. d. l. si ex precio, ubi bonus tex. in illis uerbis, simulatis pro infectis habitis.

Et quia stipulatio consensum habet, uerba, & partium præsentiam. l. i. ff. de uerb. oblig. ubi alias in pacto est consensus solus. l. i. ff. de pac. argumẽ. in c. i. de treu. & pa. & ita transeunt omnes, Alexand. Ias. uterq; Deci. & alii, & facit quod habetur, secundum eos, in l. quamuis. C. de transac. & in l. ex placito. C. de re. permu. Adde tu, cum sit hoc etiam uirtute cuiusdam unionis, quod promissio simplex, seu pactum nudum stipulationis naturam assumet, ut in simili dicitur, in l. qui patri, & ibi per Doct. ff. de acqui. hæ. inducit Bar. in l. 4. in §. Cato in 3. oppo. post Dy. ff. de uerbo. ob. Rui. præcep. consi. 113. ex pluribus, num. 6. uolum. i. & consi. 115. consideratis, num. 13. & consi. 129. num. 8. eo lib. quod etiam ad iuramentum, de quo supra posset applicari, sed stipulatio sicuti iuramentum, pœnitentiam tolleret, ergo multo magis si promissio stipulatione uallata sit, præallega. c. i. de treu. & pa. §. sed hodie, insti. de adop. Vel dicamus, quod sit ratione adiuncti, uulga. l. si cõmunem. ff. quem admo. ser. amit. c. multorum, de iudæ. dixi plene in lib. obserua. i. c. 3. & erit alia limitatio ad tex. Contra quam tamen facit consideratio Pe. & Cy. in l. si qui ex consensu, in 3. q. C. de opi. audi. quia si tex. noster dicit neminem

minem eſſe compellendum ſtare huiuſmodi conuentioni, impune recedi ab ea poterit, uulga.l. Gracchus .C. ad legem iu. de adul. alias quis authoritate legis deciperetur, & male.l.i.C. de his qui ueæta.impe.& teſtatur Cardi.in.c.i. de iudi.colum.ſecunda hoc ipſum placuiſſe omnibus Docto. in quodam examine hic Paduæ, non quod collegium ita conſuluerit, ut refert Iaſ. Et poteſt opi.hæc, ex alio, comprobari, quoniam (ut de iuramento diximus proxime) ſtipulatio regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur l.i.§.ſi quis ſub conditione .ff. ut legano.ca.Barto. in.l.uenditores, in fi.ff.de uerbo.ob.& in.l.cum mora, num, 6.C. de tranſac.Alexan.in.l. certi condictio, colum.3.ff.ſi cer.pe. Immo quod generale eſt, ſi una diſpoſitio ad aliam referatur, ut intelligatur ſecundum naturam illius ad quam fit relatio .l. ſi prior ff.ſolu.mat.l.ſi prius.ff.de aqua plu.ar.l. excepto.C.loca. & poteſt exemplificari quoq;,in gratia apoſtolica, quæ recipit intellectum, & ueſtitur, à conſuetudine.c.quod dilectio, de conſan. & affi. Ancha.conſi.163.uiſis,colum.3.Ro.conſi.94.uiſis,in ulti.col.Sed nihil eſt, quoniam ſtare nõ compellitur, quando ſimplex conuentio eſt, non ſtipulatione uallata ut ſupra nec uerum, quod authoritate legis decipiatur, quia lex pœnitentiam non admittit hoc caſu pariter. Veriſſimumq; eſt, quod ſtipulatio aſſumat naturam actus, ſuper quo interponitur, ut non in plus teneatur contrahens, ſed bene ut efficacius obligetur d.l.ex placito.l.ſiue apud acta.C.de trãſac.l.miles.§.decem.ff.de re iudi.l. Græce.§.illud.ff.de fideiu.§.i. inſti.eo. plene Scriben.in rub.de uer.ob.

15 Compelletur igitur † hoc caſu, propter ſtipulationem, quis ſtare conuentioni, & coram iudice non ſuo quidem litigare, ſed dubium eſt, an præciſe compellatur, dicit Barto.quod non, & poſt eum Alexan. ac cæteri magis communiter, & eſt uerum .l. ſi quis ab alio.§.fi. ff.de re iudi .l. ſtipulationes non diuiduntur.ff.de uerbo.ob. & argu. optimũ in.l.cum ꝓponas, in fi.ibi potuit enim quamuis iubente domino, non adire, iuncta glo.C.de hære.inſti. uerum cauſatiuo, quia ſi promiſſa non ſeruauerit ad intereſſe tenebitur.l. diem proferre §.ſi.ff.de arbi.l.ſtipulatio iſta.§. alteri .ff. de uerbo.ob.& in ſimili not.in.l.ſi.ff.de ſepa.&in.l.i.C.ut ne.inui.age.co.&in.l. Nonſennius.ff.de nego.geſt. Adde uerum eſſe hoc iure, quoniam aliud ſeruatur in foro eccleſiæ.c.i.de pac.in 6. & ita d.l.diem proferre, limitat Alex. in .l. ait prætor, in.i.colum.in.fi.ff. de re iudi, plene Fortu.in tract.de ulti.ſi.num.163, & in ſimili idem Alex.hic, & Iaſ. quod hæc lex pariter debet ſic limitari, & eſt uerum dictumq; commune omnium.

Sed adhuc principali concluſioni obuium, quia ſi ageretur ad intereſſe hoc caſu, deberet quoq; agi in pacto, ſi non ſeruetur l.& eleganter.§. ſeruus pactionis .ff.de dolo, & tamen non agitur, & habet locum pœnitentia, ergo nec ſi ſtipulatione uallatum ſit, & pœnitere licebit. Niſi reſpondeamus, ut per Deci.hic, quod tex. in .d.§. ſeruus pactionis, loquitur in caſu, quando quis damnum extrinſecum patitur, quod nihil aliud eſt dicere, niſi ſimpliciter fateri, quod ex nudo pacto, ut dicebam alias, oriatur actio, & male, ſi non adducatur aliud d.l.iuriſgẽtium .§. ſed cum nulla.ff. de pac. ideo dicitur aliter, quod oritur actio.d.caſu, & eſt ſpeciale propter immenſam liberalitatem donantis, argu. in.l.quotiens.C.de do.quæ ſub mo.tradit Bar.in.l.ſtipulatio iſta, in.§.ſi ſtipuler, in fi.ff.de uerbo.ob. & Iaſ.in.l. quominus, colum.34.in prin.ff.de flu.l.hoc iure, in prin.ff.de dona. l. campanus .ff. de ope.lib.l.ſi donatio.C.de dona. ergo ius commune in contrarium. Vel & aliter, quod loquatur in cõtractu innominato do ut facias, in quo regulare eſt ſi poſtquam feci dare ceſſas, ut competat actio de dolo ad intereſſe.l.naturalis .§.quod ſi faciam .ff.de præſcrip.uerb.& eſt uerus intellectus ad d. tex. quicquid

ſomniarint

somniarint in Parnasso scriben. alias, in c.i. de proba.

16 Et si dubitetur hinc, coram quo † interesse istud peti debeat, dicā (ut adhuc cōiter dicunt Doct.) peti posse coram iudice, cuius iurisdictio prorogata est, & uidetur casus in c. dilecti, & ibi Abb. in 5. not. de fo. comp. latius Deci. hic, & alii quia prorogatio uidetur etiam facta super accessoriis, ut ibidem, & per illum tex. multa dicit ad propositum Ro. cōs. 180. si admittimus, col. i. idem Deci. in l. uinum, in 5. ff. si cer. pe. oēs in c. i. de iud. & signanter ꝙ iudex in principali, est ēt iudex in consequenti & accessorio, siue sit ordinarius, siue delegatus, ita tenuit But. in c. de prudētia, in prin. de do. int. ui. & uxo. & maxime quia censentur unum & idem, inquit Abb. met, in c. latores, nu. 6. de cle. exco. mi. Est uerū quod dicitur, qualitatem dispositionem respicientem, si principalis sit, quod non uidetur repetita in alia, quæ ad ipsam ueniat accessorie, ut per Bar. in l. ita stipulatus, in §. Grisogonus. ff. de uerbo. ob. usq; adeo, ut facta prorogatione de litigando etiam hic, non propterea facta uideatur quantum ad interesse. Sed, vt etiam dicit Deci. decisio dubitabilis est, imò quod Bar. met ibi inducit hoc modo in pe. col. per illum text. quem refert & sequitur quoq; Rui. præcep. consil. 140. num. i. uolu. i. si procurator cæperit agere ꝓcuratorio nomine Domini, postea actum simpliciter exerceat, non facta mentione officij, ꝙ nihilominus eadē qualitas intelligetur repetita, & quādo vera esset ēt, & sic diceret Bar. in d. loco, ac secundum inductionem factā supra ultra aliam Decij responsionem, de qua per eum, posset rursum sic refelli, et dici, ꝙ in casu nostro nō sit uera, ex quo fauore eius, qui agere non recusat, & coram iudice non suo litigare, hoc idem inductum uidetur, idest ut interesse petat, ergo & pariter in odium recusantis, ut corā eo petatur, argu. in l. si q̄s maior C. de transac. & ita tenendum est. Vel quando dispositio accessoria est æque pīcipalis ut illa, cui accedit, iuxta not. per Cy. i. l. eos, col. 5. C. de usu. hic haud considerabile ex supra dictis. Sed cogita (ut etiam dicit Ias.) quod cum non sit licita poenitentia, nisi ante lit. con. & sic re integra, pars aduersa potest modicū prætendere interesse, nec curandū, uulga. l. scio. ff. de resti. in integ. quod tantū est dicere, quantum est, ꝙ disputatio sit de lana caprina. Et propterea crederem ego nouiter quicquid tenuerim alias, ꝙ possit agens aduersario citato ꝓcedere, quoniam aut ueniet, aut non, si ueniet, bene erit, sin minus, seruatis seruandis pronunciabit iudex, arg. in l. absentē. ff. de pœn. & sententia executioni demandabitur, nec ob. tex. in d. l. diem proferre, quia in arbitro loquitur, quem p̄sens sententiā dicere ꝓhibuit, quo casu non mirum est, si vel ad pœnam agitur, vt in §. corā, dicitur ea. l. vel incerti ad interesse, si adiecta non sit in compromisso, lōge diuersum ab his, ita ut nec illatio p̄dicta fieri possit, uulg. l. Papinianus exuli. ff. de mino. cogita tamen (iterato dixerim) & à communibus Bar. ac Docto. dictis non recede.

Verum quæritur quid si ꝓmissio per alia uerba facta sit, puta de soluendo in
17 quolibet loco † ubi actori placuerit. Idē Bar. inquit, parum releuari ex hoc, quoniam arbitrio boni viri intelligetur, ꝙq; non poterit reus extra domicilium trahi (domicilium enim contrahitur ex habitatione decem annorum, uel minori tempore, si quis se transferat ad locum cum familia, & maiori parte fortunarū quia ubi est thesaurus, ibi est cor. l. 2. C. ubi se. uel cla. declarat Bal. consi. 393. colum. i. uolum. i.) l. thais. §. sorore. ff. de fideicom. lib. l. quod si nolit. §. si quid ita ff. de ædi. edic. idem Bart. consi. 166. Alamanus, & consil. 168. quidam utrobiq; colum. 2. & in l. item si unus, in §. idem pomponius in i. ff. de arbi. & in l. si quis arbitratu, in 3. ff. de uerbo. oblig. & in l. cum proponas. C. de fideicom. liber. & in l. creditor in §. lutius. ff. man. Bald. in l. captatorias, in prima colum. C. de testa. mi. Alexand. in l. stipulatus in 2. de uerb. ob. Abb. in c. i. in 10. de iudi. & in

Hhhh c. ne

c.ne innitaris,in.i.eo.tit.Ro.consil.55.si uolumus,in prin.Corne.consi.181.uisis in 16.& est uulgatum dictum.Non sine tamen dubitatione, quoniam uerba hoc modo nihil operarentur, contra mentem contrahentium,uolentium iurisdictionem prorogare & male.l.si quãdo.ff.de lega.i.l.si stipulatus.ff.de usu.c.si Papa, de priui.in 6. Feli. late ad hanc regu.in.c.i.colum.4.de consti.& in.c.solitæ,in 3.de maio.& obe.& in.c. Rodulphus, in secunda de rescrip. quæ uera est,maxime quando sunt debito modo prolata, ut per Albe. in .l. sed & si quis, in.§.quæsitum,in fi.ff. si quis cau. & ita Deci. hic transit, & ante eum Lancelo. frater. Sed cogita,quod debent sic aliquid operari etiam in casu .d.§. sorore, & tamen non aliter intelliguntur, & contra Bar.solidius argue, quod cum uerba hæc, in instrumento apposita sint, creditoris fauore, ad ipsius læsionem retorqueri non debent, ut arbitrio boni uiri intelligantur, nec possit reus extra domicilium trahi, uulga. l.quod fauore.C. de legi. maxime quia tractat de lucro captãdo, quod declarat Alex.in.l.i.in 8.colum.ff.sol. ma. & ante eum Bald.in.l.i. in 2. lectu. in ulti. ff. de lega.2.

Non ob.tex.in.d.§.sorore † quia è contra,hæres ibi tractabat de damno uitan-
18 do, quorum non est par eademq; ratio l.fi.C.de codi. & licet uidere, quia seruus antequam libertatem consequeretur,rationem reddere debebat, & signãter sentit etiam Gerar.Pet.sanc.in singu. suis 6.incip.not.Docto.Bal.tamen non facta mentione in.d.l.i.de lega. 2. & ita disputatiue loquendo tenendum est.

Et aliter dicendum, si promissio facta † fuisset de soluendo in quocunq; loco
19 debitor inuentus fuisset, quia tunc ubicunq; inueniretur, posset conueniri, nec ab re(inquit idem Bart.adhuc)quia ibi contraxisse uidetur, vbi solutio destinata est,uel in specie,uel in genere.l. cõtraxisse.ff.de ac.& ob. l. Titium & Mæuium.§.i.ff.de admi.tu.Bar. in.l.absens, in.§.proinde, circa medium .ff.de iudi. Declara uerum, præterquam in loco contractus.l.quæro, & ibi Bar.ff.de solu.ubi etiam Imo.& cæteri,& Bald.in.l. .i. in prin.C. ubi conue.qui cer. lo.sol. pro.& mirandum est maxime, quomodo sic contrarium hic tenuerit Deci.nu. 20. & est arg.in.l.inquisitio.C.eo.

Secundo declara, hoc ipsum procedere, fictione attenta, ut uerbum intelligitur indicat,positum in.d.l. contraxisse, quod huiusmodi est.l.intelligendus ff.de uerbo.sig.l.fi.C.de impube .l. si familia supra eo. ex quo uere contractus celebratus est in loco, in quo uerba proferuntur, & ibi gabella solui debet ex forma statuti, ut per eundem Deci. hic post But.tamen, in .c.si.in 6.colum. de fo.compe. & Bald. in.d.l.i. adde tu Flo. in.l.i.in fi.prin.ff.de usu.

Sed contra istud quoq; facit,certum enim est, quod ista fictio, non alia esse potest, quam translatiua de loco ad locum,ad differentiam inductiuæ, & priuatiuæ, de quibus late in.l.si is qui pro emptore .ff.de usuca.pulchre Por.in .§. si ab hostibus,in prin.insti.quib.mo.ius pa.po.sol.modo dico sic, quod contraxisse uideatur in loco destinatæ solutionis, ex ipso consensu procedit, quia partes ita uoluerunt .l. i.§. si conueniat ff.depo.l.2.ff.de bo.au.iudi.po. consensus est de iure naturali, & in ueritate consistit, ergo hoc idem uere erit, & non ficte. Nisi dicamus, quod si consideretur merum factum, quod in contractu uersatur,l.consilio .ff. de cu. fu. erit fictio, ueritas uero, si consensum, prout in se plurimum iuris habet, & fusius ut per Bal.in.l.multum interest, in 5.colum.C.si quis alte.uel si.

Tertio & ultimo declara,nisi in loco à casu & transeundo reperiatur, quia tunc ibi conueniri non poterit, ut per Alexand.hic, & in.l.cum res, in prin. post Ange.tamen.ff.de leg.primo quos refert,& sequitur Ias. & bene uideturq; decidi in.l.hæres absens, in.§. pinde.ff. de iudi.& quando tex.non haberemus, prompta esset in labiis rõ,quoniã casualia non sunt in cõsideratione.l.cæsar.ff.

de

de publica. Bal.in.l.si quis ad declinādā col.pe.C.de ep.& cle. Quod tamen uidetur dubitabile, quia uerba generalia promissionis, restringuntur ad locum in quo reperitur debitor.l.lucius.i.&ibi Bar.ff.depo.perinde ac si promissio solutionis expresse fuisset ī loco certo destinata, argu.in.l.si duo .ff. de admi. tu. cum uulga.uerum si expresse destinata fuisset in certo loco, conueniretur, & in transitu ibidem inuentus glo. est not.in.c.Romana, in.§. contrahentes, in uerbo respondere, de fo.compe.in 6. ergo & pari modo quando promissio ē generaliter facta,& sentit Deci.seni.hic, à quo non dissentio,nec ob.text.in.d.§. proinde, quia loquitur in contrahente cum transeunte, nō in eo, qui se uerbis generalibus obligauit,ut hic:In cæteris quia Bar.uerba sunt clara, non insisto, dic ut per eum.

ET PRIVS QVAM ADIRETVR. MVTATA VOLVNTAS FVERIT. Hæc uerba(ut dixi in euidentia,) communiter intelliguntur, etiam quod ab una parte mutata sit, ante litem cont.

20 tamen,ponaturq; specialis casus† cōtra regu.iuris,& bene,licet Deci.dicat,confundi ex eo, quia tex.hic ipsum habuit pro claro & indubitato, in illis uerbis, proculdubio nemo compellitur &c.

21 † Considerando contrarium, quod immo maximam haberet dubitationem, si ita esset,&si specialis casus poneretur in eo,idq; etiam in.c.i.colum.9.de iudi. & iudicio meo, contra omnem rationē clarum etenim & indubitatum ē, apud legislatorem,non apud alios.l.ubicūq; & ibi Bar.colum.6.ff.de inter.ac. dixi late in.l.unica .C. quando non pe. par. & ita.ll.omnes,his uerbis, aut similibus, loquentes,debent intelligi,uulga.l. qđ labeo.ff.de carbo.edic.l.domitius .ff. de testa.l.ancillæ.C. de fur. imo quod modus loquendi esse uidetur, quo non infertur ꝓpea,quod dubitationem nō habeant.l.si pecuniam,in prin.ff.de cond. ob cau.ubi hoc uerbo utitur etiā Vlpia. &tamen dubiū faciebat maxime tex.cōtra illum directo in.l.qui operas.ff.loca. ut ibi per gl. ꝙ aūt in hac.l.sit dubiū, ex supra deductis in figuratióne casus liq̄t &sic intellectus cōis oīo uerus.Nec amplectendus alius, quem ipse ponit, post Albe.ꝙ iste tex. intelligatur de uoluntate,mutata ab utraq; parte,quoniā iure non probatur,& male,uulg.§. con sideremus,in authen.de trien.& se.§.cū igitur, ibi nec est lex quæ hoc dicat, in authē.de non eligen.secun.nuben.& ꝓpterea dicebat idem Alb.in.l.sed licet.ff. de offi.præsi.ꝙ opi.pusilli doctoris,lege roborata,est potius sequenda,q̄ magni sine lege,appellatq; alibi Io.Fab.subtilitates,melācholias,Ias.uero ludibria, locum non recordor,& exclamat Abb.in c.causamq;,col.pe.de testi.uanis subtilitatibus non esse ueritatē angustandam. Quibus accedat ēt, ꝙ sic nō esset in hac lege dubitatio,quis.n.est qui uulg. reg. ignoret.l.nihil tam nāle.ff. de regu.iu.l. i.C.quādo li.ab emp.di.cum similibus, & si diceretur, ut ipse dicit,Iuriscō.hūc casum pro claro & indubitato habuisse uel ꝙ probabilem habet dubitationem respectu iudicis,cui ius quæsitum uidebatur,propter partium conuentionem de litigando corā eo,ut uerba illa,priusquam adiretur,indicare uidentur,respōdebo ad primū,ut supra ad secundū uero,ꝙ respectu iudicis, dubitatio esse nō potuit,ex quo erat absēs,nō sibi ius, cōuentione partium, acquiri potuit, nisi per litis con.uel aliter,ut hic per Bar.& est arg.in.l.stipulatio ista, in.§. alteri.ff. de uer.ob.ponderationem d.uerborum etiam spernentes, quoniā respectu partium non iudicis dicuntur,arg.eorum, quæ not.in.l.mæuia, in.§.si.ff. de an.le. & ut scripsi ēt in.d.c.i.de iudi.fusius cōcludentes breuiter, à cōi ueritate nō eē discedendū. Et qa uerba hæc sonant à contrario, & secundū cōem intellectū (vt diximus)ꝙ pænitere nō liceat postq̄ iudex aditus fuerit, moueo difficultatē ultimo, quomō potuerit iurisdictio iudicis non sui prorogari, sine sui proprii licentia, hoc enim directo contra text. uidetur in.c.i.de fo.comp.

Sol.id locum sibi uendicat, & uerum ē

In clericis, nō in aliis. l. i. §. & post operis. ff. de no. o. nun. uel quo ad laicos dicamus, quod in regnis & comitatibus obiectum procedat, in quibus sunt homines uasalli & feudatarii, non in aliis locis, & ut per Bar. latius in. d. §. & post operis.

PROCVLDVBIO NEMO COMPELLITVR &c. Ex quibus uerbis de quibus etiam in. l. ad eos & in. l. pe. ff. commo. & in prohe. ff. in prin. & in. l. si quis nec cām in. §. fi. ff. si cer. pe. & in. l. si pecuniam in prin. ff. de cond. ob causam dicere sic etiam licebit, quod hæc. l. sit de indubitabili, contra. l. quod labeo. ff. de Carbo. edic. nec nouū, quia idē quoq; dicitur in. l. illud, in prin. ff. de mino. & in. l. cum senatus. ff. de reb. dub. & in. l. si quis titio. ff. ex quib. cau. ma. & in. l. si seruum, in. §. sequitur. ff. de uerbo. ob. & in. l. 3. ff. de nata. resti. sed ut proxime dictum est, intelligitur quo ad. l. latorem nec repeto, & quod semper in casu dubii lata intelligatur, firmat Bart. in. l. qui Romæ, in. §. duo fratres, in 2. colu. ff. de uerbo. ob. & quod lex, non habens dubitationem, non est bona, nec lex, in. l. post dotem, in 2. colum. pariter. ff. solu. ma. & Cy. in. l. i. in 3. C. de legi. idem Bar. in. l. i. num. 13. & 14. C. de no. Co. fa. Vel & nouissime, quod non sit dubia peritis, imperitis autē & aliis sic, ut per Odof. & Cy. in. l. non dubium, in prin. C. de legi. Vel quia non omnibus liquet, quod ferè idem est, ut per Nel. in tract. ban. in. 3. parte tertii tempo. in 12. q. secūdum ea colum. i. Sed in. l. si quis in conscribendo, in prin. C. de pac. signanter dici uidetur oppositum, quod imo hoc casu non licet uenire aduersus pactum, quodq; contrahentes decipi non debēt. Glo. hic respondet, quæ ob hoc erit expedita, tribus modis, ultima solu. uera est, & communis, ut in ea, & per Deci. hic num. 29. Adde dum probat rationē, per generalem regu. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. quod ideo hic pœnitentia locum habeat, ibi uero non, ex quo facilius conseruatur iurisdictio, quam de nouo tribuatur, melius facere tex. in. l. sed si manente. ff. de præca. & in. l. cum quis, in. §. si quis pro reo, iuncta glo. ff. de solu. pulchre Bart. in. l. eum qui in. §. in popularibus, colum. 2. ff. de iureiu. & in. l. certe. ff. de præca. Adde etiam quod in casu d. l. si quis in con

22 scribendo † appellatur pactum non eu itandæ iurisdictionis, & not. in materia distinctionem ponit ibi Bal. omnino uidendus, colum. 2. in cæteris quando iudex aditus dicatur, non est difficultas, dic ut per Bart. & alios communis opi. est, quod aditus dicatur per lit. cont. uel oppositiones dilatoriarum exceptionū omissa hac iudicis incompetentis, & indubitatum, si conuentio facta sit in præ

23 sentia † iudicis, consentientis & acceptantis, quod pœnitentia hoc quoq; casu locum non habebit, ut per Cy. in. l. est receptum supra eo. Ange. Fulgo. & Pau. de cast. hic, & alios. & probatur in. l. cum ostendimus, in fi. ff. de fideiu. tu. & hoc idem ut ibi, operatur iudicii calor, pulcbre Bar. in. l. i. C. de rela. Bal. in. l. si fideiussor, in prin. ff. qui satisda. co. imo quod fingitur stipulatio ubi nō est inquit per d. tex. Io. hanib. in. l. nemo potest, num. 61. 7. ff. de lega. i. & testatur Bal. in. l. tale pactum, in. §. qui prouocauit, se bis audiuisse Bar. dicentem per. d. tex. adhuc, calore iudicii pactum nudū uestiri, refert & sequitur Gui. pap. consi. 23. uiso facto, num. 2. tamen aduerte, quia magis communiter tenetur, quod ibi concurrat etiam fauor pupilli, ut per Alex. post Bal. in. l. si apud, in. i. colum. in fi. C. de transac. dictum nihilominus in se uerum est, quod ex alio probatur, quia si cōfessio fiat in iudicio, exceptio non numeratæ pecuniæ obiici non poterit, alias autem sic. l. i. & ibi not. ff. de iht. ac. tradit Bal. consi. 447. contrahentes, in prin. uolum. i. sufficietq; oblatio rursum iudicialiter facta, quæ tamen extra iudicium non releuat offerentem, vt per Bar. in. l. si rem, in. §. fi. ff. de pi. ac. & in. l. item, in. §. qui paratus, i prin. ff. q. b. mo. pi. uel hypo. sol. et quia regulare est pacto, alteri actionem quæri non posse, uulga. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo.

bo.obliga.l.2.C.per quas perso.non acqui.Barto.in.l.i.in 2.colum.C.de pac.in iudicio autem sic.l.in causæ.§.fi.ff.de ꝑcu.Sed emancipatio cur testes requirit, cum tamen fiat in iudicio.l. post mortẽ ff.de adop. Sol.quia de patria potestate agitur, quæ inæstimabilis est.l. filius familias.§.secundum uulgarem.ff. de lega.i.deq; grauissimo patris præiudicio l.placet.ff.de acqui.hæ.l.i.ff.si quis à pa. fue. ma. & cum ab his pendeant cætera omnia, non insistam aliter sed finem faciam, quoniam lex breuis est, eiq; adhibere superuacuam uerborum copiam luxurie genus uidetur, die 24. Martii M D LII.

SVMMARIVM.

L.cum quadam puella.ff. de in.o.ind.

1 *Quis dicatur iudex competens.*
2 *Quid sit domicilium.*
3 *Quanto tempore contrahatur.*
4 *Quando mutetur.*
5 *Tempus ad appellandum quot dierum sit.*
Et ibi quando sententia transit in rem iudicatã.
6 *Casus*
7 *Obseruatio prima.*
8 *Secunda.*
9 *Tertia.*
10 *Quarta.*
11 *Quinta.*
12 *Mulier matrimonium contrahens domicilium mutat.*
Et ibi quod domicilium sequitur uiri.
13 *Quid si non dum traducta fuisset.*
14 *Quid in uidua.*
15 *Quid in concubina.*
16 *Per lit. cont. & per sententiam præoccupatur*
17 *Per solam citationem an praeoccupata dicatur.*
18 *Quid si puella in loco domicilii contraxisset, postea domicilium mutasset, an forus contractus posit declinari.*
19 *Quid si secularis pro delicto bannitus sit, & missus in exilium, uel aliter condemnatus, efficiatur clericus an posit hoc non obstante puniri à priori iudice.*

Lectu. I.

VLPIANVS LIB. VI. FIDEICOMMISSORVM.

L. CVM QVÆDAM PVELLA. Ad euidentiam huiuscæ not. legis, præmitte, eum dici iudicem competẽ-
1 tem† in cuius territorio quis domicilium habet.l. hæres absens §.i.& 2.ff.de iudi.l.fi.infra eo.c.fi. de fo. comp. & hoc est quod dicitur in.d.l.fi. quod extra territorium iusdicẽti impune non paretur; & in.l.2.& ibi Bart. in prin.ff.si quis in ius uo. non ie.quod citatus à iudice non suo, parere non tenetur, estq; ferè idem, & quod si ciuitas ꝑcipiat ciui, ut stet in ciuitate sibi nõ subdita, prout Pisani olim, qui relegabãt in Sardinia, & in insula Rhodo, confinia non ualeat, eodem Bart. teste in.l.releg atorum.in.§.est quoddam.ff.de interdic.& rele.& si quo casu contrarium repellitur, speciale est, ut Dani. 13.c. ubi Daniel senes de falso conuictos condẽnauit, quorum mentio facta est per glo. in.l.testium.C.de testi.& tamen sibi subditi non erant, neq; de suo territorio, specialitatisq; ratio assignatur, quia potestatem id faciendi à spiritu sancto accepisse uisus est, ut S.Tho.declarat 2. secundæ fo.74.colum.2.& quia Christus etiam subiecit se humano iudicio Pilati, sponteq; ab eo iudicatus est, cum tamen esse rex regum, & dominus dominantium. Nec secus ipsius exemplo, Leo papa fecit, qui se Ludouico imperatori subiecit pariter, in.c.nos si in cõpetentes 2.q.7. & ideo ad propositum, ac ultimo loco statutum, quod quicũq; offenderit Perusinum, in quocunq; loco, puniatur Perusij, non ualet, ex quo factum est de eo quod nõ pertinet ad iurisdictionem statuentis, quamuis

in

in naufragio fallat, secundum Bar.in.l. ne quid,in fi.ff.de incen.rui.nau.&ad propositum si haberet duo domicilia sub diuersis iudicibus,utriq; subesset.l.eius qui.§.si quis.ff.ad mu.l.assumptio.§.i.ff. eo. & uidetur rationabile, ut in eo qui est in confinio duarum parochiarum, quia is duas habere parochias,& parochianus duorum rectorum dicetur, secundum Bart.in.l.iuris peritos,in.§.i.in fi.ff.de exc.tu. exceptuando semper Romam, quæ cum communis omnium patria dicatur, ibi quisq; domicilium habere uidebitur.l.Roma.ff. ad municipa.d.c.fi.de fo.comp.

Secundo præmitte, quid sit domiciliũ

2 † & dic,nihil aliud esse, nisi locum, ubi quis larem,rerumq; ac fortunarum suarum maiorem partem constituit, inde non recessurus.l.ciues.C.de inco.lib. x. l.non utiq;.l.domicilium.ff.ad municipa.not.in.l.sed & si susceperit.ff.de iud.

Tertio præmitte, quod contrahitur

3 † spacio.x.annorum,etiam si sit scholaris, quia præsumitur habere animum non amplius recedendi.l.2. C. de inco. lib.x.tradit glo.in.l.lex cornelia, ubi etiam Bar.in.§. si tamen nu.i.ff. de iniur.

Quarto præmitte, quod statim † quod

4 quis recedit de loco cum rebus suis præsumitur habere animum mutandi domicilium,vt docetBar.in.d.l.assumptio in.§.iuris,&in.d.l.domicilium.ff.ad municipa.& est argumen.in .§. pauonum, insti. de re.di. & est mutatio uoluntaria ad necessariæ differentiam, cum deportatur aliquis in insulam .l. amissione.§. qui deficiunt.ff.de ca.dimi. Vel si ui de propriis laribus cum familia alias expellatur .l. cum quis .ff. de dolo. declarat Bal.in rub.C.si à non compe.iu.sue.ap.

Quinto & ultimo præmitte, à sentẽ

5 tia † diffinitiua, lata contra aliquem regulariter appellari intra decem dies, & si appellatum non sit, transit in rem iudicatam,potestq; executioni demandari,authen.hodie.C.de ap.c.quod ad cõsultationem, de re iudi. ex quo à non appellante uidetur confirmata.l.i.C.de aduo.di.iu.l.i.C. de postu. d.c. quod ad consultationem,& regulariter dixi, quia in criminalibus secus est, statimq; sententia executioni demandanda, & pœna inferenda, non autẽ differenda .l.cũ reis.C.de pœn.l.qui ultimo supplicio, ibi statim ciuitatem, & libertatem perdunt.ff. eo. & ad longum, ac ex multis aliis,probat Calde. in consil.i. incip. an executio,de re iudi.

Quibus premissis (summa eam aliàs & diuide,ut per Doct.) casum in terminis

6 sic breuiter figura † puellam quandam puta Seiam nomine,hic Patauii coram iudice competenti conueni, intentionemq; meam probaui,ita vt exinde fuerit etiam condemnata, nec reclamauit intra tempus præfixum à lege, sententiaq; transiuit in rem iudicatam,euenit postea quod matrimonium contraxit cum aliquo non habente hic, sed alibi, domicilium, propriumq: sic mutauit; uolebam ego hic sententiam contra eã latam executioni mandari per iudicem Patauinum, dubitatum fuit apud Vlpianum Iuriscon.præstantissimum authorem legis nostræ,quid iuris, nunquid ab eo exequi posset.

Videbatur prima facie dicendum,quod non dubitandiq; rationem forte faciebat,quia si domicilium mutauit hic, primus iudex erit penitus incompetens, nec in eam,seu contra eam,quouis modo,executionẽ facere poterit.l.cũ unus .§.i.ff.de bo.au.iu.po.l.fi.infra eo.c.fi.de fo.compe.alleg. etiam supra in euiden. & est argu.quoq; in.l.iuris ordinem.C. de iu.om.iudi.

Secundo dubitandi rationem faciebat, quia in simili uidemus,quod exactio dotis à muliere ipsa, cum restituenda est,non in loco celebrati contractus, sed ubi domicilium elegit,maritum sequuta, fieri debet.l. exigere.ff.de iudi, quodq; etiam ab alio non potest conueniri, nisi ibi,non autem in loco originis ex quo ibi est iudex competens .l. fi.§. item rescripserunt mulierem.ff.ad municipa.l.pe.ubi glo.singularis.C.de muni. & ori.lib.x.quam ad propositum obseruat etiam Bald. in rub. solu. mat. in

in prin.& signanter allegat not.hic, imo quod cōtractus hoc casu, in loco domicilii prædicti celebratus uidetur, non ficte fictione translatiua de loco ad locum, & prout est ueritati contraria, sed uere propter consensum & ut latius declarat idem Bal.omnino uidendus, in l.multum, in 5.colum. C. si quis al. uel si. quia confert ad intellectum .d.l.exigere, &.l.contraxisse.ff. de ac. & ob. ergo primarius iudex incompetens.

Tertio dubitandi rationem faciebat, quia si executio fieri posset in eam iam existente in alieno territorio, per domicilii mutationem, par in parem haberet imperium, quod tamen est contra text. in.l.nam magistratus .ff. de arbi.

Et hoc est quod dicit glo. in .l.i.in .§. ueteres.ff. de acqui. po. quod per seruū hæreditarium non quæritur hæreditaria res, ex quo dedignatur per comparē quæri, sicuti asinus intumescit, si uideat se per comparem apprehendi.

Et Bald.alibi in.l.i.in 2.lectu.in 6. colum.ff.de leg.2.quod in natura pari nec Deos nec homo, constituit unum alterius præceptorem.

Et Barto.in.l.inter tutores, in fi.ff.de admi.tu.quod si sint duo domini alicuius castri, & unus delinquat in territorio alterius, non poterit ab eo puniri.

Et in.l.si cui, in .§. cum sacrilegium, in prin.ff.de accu. quod iudex non cogitur remittere reum ad petitionem alterius iudicis.

Et licet contrarium prima facie uideatur notari in.l.i.C.ne li. po. ꝓpariq; notissimo Romuli & Remi exemplo, ut in.l.fi.ff.de re.di.non obstant tamen, quia in.d.l.i.pares erant in dignitate, nō in administratione, Romulusq; maior quia forte regnum obtinuerat, secundū eundem Bar.in.d.l.fi.ad fi.

Hæcq; omnia confirmantur, quia sola inuidia & æmulatio datur inter pares, etenim maiori aut inferiori non inuidemus, potestq; in actione de dolo, & in resti.in integ.uideri, ut adhuc Bar. declarat, in.l.2.in 1.lect.C.de dolo.

Quarto rationem dubitādi faciebat tex.in.l.episcopale.C.de epi.au.ubi sententia ab episcopo lata, ab eo executioni demandari non potest, sed per iudicem secularem, quod tamen fieri maxime debuit, cum ab ipso non appelletur sicuti nec à præfecto prætorio, ut ibidē & late declarat Abb.in.c. causam, in 2. colum.de re iud.ergo multo minus hic à iudice Patauino, stante (ut diximus) mutatione domicilii. Eoq; magis, quia executio ista fit officio iudicis nobili, cum mercenarium finitum sit lata sententia, officium autem istud iudicis nobile, succedit loco actionis & ita potest ab alio exequi, ut ab isto .l. in causæ, in prin.de mino.c.fi.de offi.iu.ergo.

Quinto & ultimo, dubitandi rationem faciebat, & magis ī terminis, quod habetur in.l.idem Vlpianus, in fi.ff. de execu.tu. ubi tutor pupilli domicilium mutauit animo & facto, seq; ad alium contulit locum, inquit tex.quod nulla in eum executio fieri poterit à iudice primario, quod tamen adhuc fauore pupilli, fieri deberet, ergo, ut proxime dicebam, multominus in casu nostro. Considerando quoq; hic de matrimonio agi, quo mediante domicilium mutatum est, matrimonium autem multa habet specialia.c.lator.c.consanguinei, de re iudi.ergo.

Quibus tamen non obstantibus, cōtrariū deciditur in lege nostra, quod immo per iudicem primarium poterit executioni demandari, non solum si lata sit uerum etiam si facta tantum reperiatur lit. cont. antequam puella domicilium mutasset, nota tamen quod exequi uerbum hic in passiua significatione ut exponit & declarat gl. uicio latinitatis nō caret.

Et ratio decisionis ē, quia his modis præoccupatur iurisdictio, ut not.in.l.si quis postea.ff.de iudi.& in.l. ubi cœptū ff.eo.& in.c.proposuisti, de fo.com.

Et simile in.l.sed & si susceperit.ff.de iudi.& in.l.si conuenerit supra eo.& ibi diximus, ubi si iurisdictio iudicis incōpetentis prorogata sit, iudiciumq; cæptum litis contestatione, non poterit amplius opponi exceptio declinatoria neq; iudex ipse recusari.

Et

Et in procuratore, qui pariter per lit. contest. dominus efficitur, taliter ut nõ possit amplius reuocari .l. procuratoribus. C. de procu.

Et in actionibus popularibus, quæ & si publicæ sint, propriæ tamen efficiũtur agentis, per lit. cont. secundum Bar. in. l. licet. ff. ep.

Et in re habita pro derelicto, quæ etiam occupanti conceditur .l. i. pro derelic.

Et tunc in nullius bonis esse dicitur, facto.

Quoniam alia sunt huiusmodi, casu ut hæreditates, domino mortuo absq; successore, quas tunc occupat fiscus .l. si uacantia. C. de bo. ua. lib. x.

Alia tempore, ut thesaurus, qui inuenienti etiam conceditur, secundum tamen distinctionem. §. thesauros, insti. de re. di.

Alia natura, ut pisces, aues, & animalia non dum capta, & hæc quoq; capientibus conceduntur .l. i. §. fi. ff. de acqui. re. do.

Alia deniq; religione & cultu, ut sacra res, & hæc nulli permissa est, nec ullo modo ulli occupanti relinquitur .§. nullius, insti. de re. di.

Secunda decisionis est ratio, quia si suam sententiam primarius iudex, non exequeretur, sine causa auferri sibi ius quæsitum uideretur, non dicendũ quouis modo, arg. in. l. apertissimi. C. de iudi. & in. l. 2. in. §. circa ff. de excep. do. Et maxime quia priuare quem sua actione pœna est .l. testamento centurio .ff. de ma. testa. l. senatus. ff. de cõtrahen. emp. intrinseca tamen, non extrinseca, ut declarat Alexand. in .l. turpia in. i. colum. ff. de de lega. i. ubi non est delictum, ibi pœna esse non debet. c. cognoscentes, de consti. ergo.

Tertia est decisionis ratio, quia si ipsi concessum est quod est plus, ferre scilicet sententiam, nõ debet utiq: eidem quoq: negari quod est minus, idest ipsius sentẽtiæ executio. l. nec in ea. §. sed qui occidere. ff. ad legem iul. de adul. l. non debet. ff. de regu. iu. c. cui licet, eod. tit. in 6. & ideo ad propositum bene dicebat Bart. in. l. relegatorum, in prin. ff. de interdic. & rele. quod si præses puinciæ potest ad mortem damnare quod est plus, poterit etiam relegare, quod est minus, & quod minus sit executio, patet, quia consistit in facto, nec ordinem iudiciarium requirit, clem. i. §. eorundem, & ibi Car. multum bene locutus, in 5. q. de fo. comp. tradunt Docto. in. c. cum aliquibus de re iudi. & spe. in §. nunc dicendum, in uer. 95.

Quarta decisionis est ratio, quia sicuti præoccupata iurisdictione, ut diximus, per lit. contesta. potuit ferre sentẽtiam, quod sanè in dubium reuocat nullus, ita præoccupata per sententiã, eam exequi poterit, ex quo nil actum dicitur, quotiens etiam agendum aliquid superest. l. cum syllanianum. C. de his quib. ut indi. l. cassius .ff. de sena. l. si ita fuerit, de ma. testa. & in not. q. ita etiã dicit Bal. in. l. ædem, in 3. colum. C. loca. aliquid Bar. in. l. furiosum .C. qui testa. fa. po.

Quinta & ultima est decisionis ratio ne continentia causæ diuidatur. l. nulli C. de iudi. l. ordinarij, ubi casus not. C. de rei uen. & in pulcherrima. q. ita etiã arguit Bart. in. l. quidam æstimauerunt, in fi. ff. si cer. pet. & ideo ad propositum dubitabatur alibi, quare est quod etiam iudex incompetens cognoscat de causa cuius cognitionem tamen non habet regulariter, si incidat .l. quotiens .C. de iudi. Sol. inquit Bal. ibidem in prin. hoc est ratione cuiusdam necessariæ cõsequentiæ, seu deseruientiæ, quia incidens causa est deseruiens, & de appendiciis primæ, & ne continentia iudicii diuidatur, seu, ut dicebam causæ: ergo idem & pari modo in casu nostro dicendum est. Dubitabatur etiam alibi, an examinatus hic, possit alibi, puta Ferrariæ, uel Bononiæ doctorari, dicit idem Bal. in. l. qui indignus, in. i. lectu. ad fi. ff. de sena. ratione prædicta, quod non, ergo nec, ut dictum est, alibi quam hic, sententiæ executio, quia doctoratus nihil aliud est, quam finis, terminus, & execu-

executio ipsius examinis, & de materia etiam in. l. si idem cum eodem, in. §. qd' si mutuæ supra eo.

Ex quibus, dubitationem facientia, uirtualiter sublata manebunt, & maxime primũ secundũ, & tertiũ quæ procedunt, uera sunt & intelliguntur duntaxat quando non est, ut diximus, per litis contestationem præoccupata iurisdictio, nec inde etiam sententia lata, sed hic utrunq; factum est, ergo. Tolerabileq; uidetur, quod par in parem habeat imperium, immo quod hoc casu primarius iudex sit maior, ne effectus sententiæ pereat, secundum Bar. hic, Cy. & alios, in. l. properandum in. §. sin autem reus. C. de iudi. & facit in argu. text. supra allega. & infra statim reiiciendus, in d. l. episcopale, ibi, ne sit cassa episcopalis cognitio.

Non obligitur quartum quia respondent Docto. id esse speciale in iurisdictione episcopi prorogata, non ordinaria, ut hic, nec potest negari. Quam solmordent aliqui, dicentes, aduertẽdum esse, quia id est potius, quoniam episcopus non habebat familiam, ideo ne sententia cassa sit, ad alios officiales recurritur, ergo si haberet familiam, secus, ẽt quod iurisdictio esset prorogata, à quibus non dissentio. Sed adde tu & susius quod iurisdictio q̃dam est realis, quædã aũt personalis, realis ordinaria, p̃sonalis delegata. Itẽ ordinaria alia adhærẽs territorio regulariter. l. fi. C. ubi & apud quẽ, & diximus in. l. i. supra eo. alia non, sed potius dignitati, ut in episcopo, & his casibus executio fieri põt ab habentibus ordinariã territorio adherentẽ, ab habentibus aũt delegatã non, nisi sit delegatus principis. l. à diuo pio, in pri. & ibi not. ff. de re iudi. & multo minus ab epo, iure codicis, quo familiã & territoriũ non habebat, simileq; est in doctore qui habet iurisdictionẽ in scholares, iuxta not. in auth. habita. C. ne fi. p. pa. sentit Bal. i. d. l. epale, & clarius in. l. & q a i. i. lect. sup. eo. vel ex alio dicamus adduci non meruisse, quia ibi nõ agebatur de mutatione domicilii, q facerct aliqualẽ dubitationẽ, ut hic, & q a ẽt regulare est, ut spirituales iudices, seculare brachiũ inuocent, ut in. c. i. de offi. ord. tradit Bar. ẽt citatus supra in. d. l. à diuo pio, in. §. sententiã, in. i. col. nonnihil Bal. in. c. pastoralis in. §. i. nu. 9. de offi. de. & dũ ibi iudicium pro sentẽtia ponitur (sitq; obiter dictũ) infitatũ ẽ. Nec ad idẽ facit, q officio iudicis nobili fiat adhuc executio, & q corã alio peti possit, q a cũ sit fundatũ i æquitate, æquitas non patitur, ut alius exequatur, q nõ iudicauit, uenitq; in cõsequentiã primæ condẽnationis, taliter ut primarius iudex, & non alius, exequi sententiã debeat, & decidit idem Bar. in d. §. sententiam, nu. 2. Non ob. quintũ & ulti. quia mutatio domicilii eo casu, ut dicunt Doct. hic, & bene, limitando istũ tex. ex priuilegio principis cõcesso tutori, motu ꝓprio, & ex certa scientia facta est, & idẽ in. l. quidã cõsulebant. ff. de re iud. & istud est q dicebat Bar. in cõsi. 296. incip. ciuitati, in 2. col. q cũ princeps hoc mõ aliqd cõcedit, oẽ obstaculũ tollere uidetur, & alibi Bal. in. l. testamẽti factio in 2. col. pariter. ff. de testa. q pacta facta inter ciuitates, superueniente authoritate superioris rescinduntur, & multo magis, si hoc idem in tutela locum hẽt, à cuius uinculo quis eodem mõ solet absolui, ut in. d. l. idem Vlpianus, & bene dictũ est motu ꝓprio, ac ex certa sciẽtia, quia p priuilegiũ generale superueniens, non tollitur alias petitio recte instituta, eodẽ Bal. teste in. l. tutor, per illũ tex. in prin. ff. de excu. tu. p̃terea dico, qd' ex alio non facit, q a nõ est qõ ibi, an executio contra eũ mutato domicilio fieri possit, sed an excusetur ab onere tutelæ, & dicit tex. qd' sic, ergo nihil ad ꝓpositũ de quo hic. Nec ad idem matrimonii fauor adduci meruit, q a i hoc se tex. non fundat, sed in præoccupatione iurisdictiõis, alias militaret obiectũ. Vel dic, q non sit fauorabile, nisi in casibus à iure expressis, ut in simili inquit Sali. in. l. fi. in prin. C. de in do. bo. gl. in l. fi. C. de sacros. ec. & in simili i. l. in fraudem, in. §. fi. ff. de mili testa. & in. l. itẽ ueniunt in. §. in priuatorum. ff. de peti. hæ.

uel q non sumus ita puellæ debitores, ut aliis iniustitiam faciamus .l. assiduis C.qui po.in pi.ha.c.ex tenore,de so.cō. & patet ēt,quia dicit hoc idem nō solū in casu isto obseruādum esse, uerum ēt generaliter, & in oībus aliis similibus, quasi dicat,ubicunq; iudicio cæpto, forum,seu domicilium mutari contingit: estq; suppletio gl.fi.infra & in personis ita etiam inquit signāter, & hisdem uerbis ferè,Papi.in.l.si uno,in.§. item cum quidam,in fi.ff.loca.hic est casus, litera pro lecta habeatur.

7 Obserua,priusquam ueniamus † ad notabilia,quomodo sic legem istam optime alias facientem ad titulum, sub quo situata est, ex prænarratis in figuratione casus,& iuxta not.in.l. imperatores.ff.de in di.adiec.Vlpia.ipsius author posuerit in lib. fideicommissorū, ut ex supra scriptione apparet, & dic forte à puella de qua in ea,vti hærede relicta in testamento, legatum seu fideicommissum petitum fuisse.l.i.ff.quo.lega. l.si fideicommissum.l.quanuis.l. sed & si susceperit.ff.de iudi.alia ratione postea,& (ut diximus) à compilatoribus situata sub hoc titu. nec scio aliter diuinare.

8 Obserua secundo quare puellā dixit †& matrimonium contraxisse,cū tamē annis 12.minor sit,nec d.tempore matrimonium contrahere possit.c.puella 20. q.2.c.accessit,de despon.impub.Sol.improprie locutus est Vlpi.q sæpissime uidemus factū fuisse & ab ipso,.& ab aliis etiam in ti.de uer.si.& minime mirum, quia si matrimonium contraxit, maior 12.ann.erat necessario, uerbaq; debent potius intentioni deseruire, quam intētio verbis,intelligiq: semper secundum subiectam mām.c.intelligētia,de uer.si. c. secūdo requiris,de ap.l.si uno.ff.loca.

9 Obserua tertio si puella erat † & sic minor,quo modo potuerit stare in iudicio, nam personam standi in iudicio legitimam nō habet.l.fi.§. necessitate .C. de bonisq; lib.nec potest.c.2. de iudi.in 6.Sol.stetit in iudicio, & agenti respondit forte per curatorem.l. 2. C. qui legi. perso.ha. stan. in iu.l.in copulandis .C. de nup. uel sine cum ueniam ætatis impetrauisset.l.2.C. de his qui. ue. æta. impe.& aliis modis,de quibus in.d.l. 2. & quibus solet ipso iure,quo ad hoc habilitari à lege.

10 Obserua quarto quomodo sic litem susceperit, non prius citata quod appareat,à qua parte iudicium incipit .§. fi.insti.de pœn.te.li.Sol. præsupponendum est necessario, quoniam alias iudicium funditus fuisset nullum, nec sententia ualuisset .l. nam ita diuus .ff. de adop.l.de unoquoq; .ff.de re iudi. si maxime certum est,ipsi defensionem competere,quoniam alias secus.l.2.§. quod de frumentaria,& ibi Bar.ff.de admi.re. ad ci.per.&ad propositum est argu.in.l. qui testamento.ff.de testa. & in .c.i. de æta.& qual.in 6.

11 Obserua quinto, & ultimo † Vlpianum his uerbis ad q. facti respondisse, & considera, quomodo hoc possit procedere , ex quo uidetur confundi per tex.in.l.eum quem temere, in.§.fi.ff.de iudi.& per ea quæ dici solent in rub. C. de ser.fu.quod Iuriscon.processerunt artificioso quodam ordine, non ut imperator secundum contingentiam factorum, & testatur etiam Odofre.in.l. edita,in 3.colum.C.de eden.

Pro solu.dicendum est, quicquid alias tenuerim, non esse uerum, quodq; etiam ipsi Iuriscon. de facto aliquando responderunt, & prout in facto contingebat, seu secundum contingentiam factorum text.est in.l.uerum, in fi. ibi,& ita etiam ex facto cum occurrisset respōdi .ff. de fur. & in .l. metum, in .§. sed quod prætor, ibi sed ex facto scio, cum campani &c. ff. quod met.cau. & in .l. item quia, ibi, ex facto consultus Iulianus.ff.de pac.& mille sunt loci,quos non scribo.Nec in aliquo ob.text.in.d. l.eum quem temere,quia uerum est, ut alias dixi in.l.præcibus .C.de impub.& aliis sub.id in facto in quo probabiliter decipi posset,magis noto petenti.l.2. ff. de iu.& fac.igno. & prout merum factū est,sed non in facto, ad effectū ut de iure consultus respondeat,quia tunc non

minus

minus respondere licet, q interrogare, quoniã ex ipso ius oritur, & prius factũ fuit quam ius, parumq; esset ius reddere, nisi facta occasionem præberent magistratibus. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem acquil. l. 2. §. post originem. ff. de ori. iu. & aduertit ac declarat gl. in d. l. eũ quem temere, & non habet dubium.

Modo & p imo ex isto text. notandũ est, q mulier si matrimonium contraxe
12 rit† domicilium mutat, & forum sequitur uiri, si alterius iurisdictioni subiectus sit, nec difficultatem hẽt, quia alibi ad idem etiam iura sunt clara, in l. exigere. ff. de iudi. & i. l. mulieres. C. de digni. lib. x. quem tex. citat etiam glo. in l. ea q ff. ad municipa. est etiam tex. in l. i. C. de mu. & in quo lo. lib. x. adhuc, quem similiter citat Bar. in l. fi. in §. item rescripserunt. ff. ad munici. & lusius tradunt cano. in c. i. de spon.

Et nõ ab re, quia si socii sunt diuinæ & humanæ domus, duo in carne una, & domestici ac familiares, taliter ut à testificando repellantur, nec unus p alio testis idoneus sit, nec inter eos habeat locum donatio, nec facta valeat. l. aduersus. C. de cri. expi. hæ. c. admonere 33. q. 2. §. pater insti. de testa. l. i. ff. de do. int. ui. & uxo. conuenit ut unum etiam habeant domicilium, idq; uiri sit, & non mulieris, quia magis dignum trahit ad se minus. l. i. l. fœminæ. ff. de sena. l. qd per manus. ff. de iu. co. §. hoc itaq;, in authen. de consu. c. quod in dubiis de consecra. ec. uel alta. & idem hac ratione dicit Bar. in d. l. fi. in d. §. item rescripserũt, nu. 4. ff. ad municipa.

Sed de pluribus dubitare contingit ad idem† & primo quod si non dũ traducta fuisset, nũquid forum uiri sequatur. Concludunt Docto. (glo. enim non refero q. tangentem, quia se remittit, ut in ea) q sic & non mirum, quia matrimonium in casu isto ponderari tantum uidetur, quod per uerba de præsenti præsupponitur contractum, ergo etiam, quod traducta non sit, forum uiri sequetur.

Et hinc dicimus, in eo tria tempora considerari, initium, complementum, & consumatio, initium est à sponsalibus, complementum à uerbis de præsenti, & consumatio à copula. c. tuæ. c. tua nos. c. pe. & fi. de spon. l. 2. ff. eo. not. in l. nihil interest. ff. re. amo. & in l. nuptias. ff. de reg. iu. & in l. cum hic status, in §. si mulier. ff. de do. int. ui. & uxo. & & in l. cum fuerit, in ratione sui utrobiq: ff. de condi. & de.

Et uidetur casus in d. l. ea quæ. ff. ad municipa. ubi ante contractas nuptias, domicilium mulier nou mutat, ergo post necessario, & in his terminis, glo. ibidem istud aperte tenuit, & est argu. in l. statu liberum, in §. stichum. ff. de lega. 2. & in l. imperator. ff. de postu.

Considerando quoq; dicto tempore nec inter eos donationem ualere. l. pe. ff. de do. int. ui. & uxo. not. in d. l. ea quæ sicuti nec si esset traducta. l. i. ff. eo. q q; matrimonium ita fœdatur adulterio dicto tempore, ut post secundum Bald. in c. accedens, in fi. de procu.

Quodq; relicto legato, sub nuptiarum conditione, statim purificatur cõditio, si nuptiæ secutæ fuerint per uerba de præsenti, & si non dum mulier traducta sit ad domum mariti d. l. cum fuerit. ff. de condi. & de.

Et quod deniq; statutum de lucro dotis, si præmoriatur uxor, habet locũ etiam in nupta per uerba de præsenti, quanuis adhuc non sit (ut diximus) ad domum mariti traducta, ita Bart. in d. l. nihil interest. ff. de ac. re. amo.

Vnum solum obstare uidetur, quia si non dum traducta est ad uiri domum cessare uidetur ratio prohibitiua, ne extra domicilium viri trahatur, quæ est ne à seruitiis ipsius subtrahatur, secundũ Barto. in d. l. fi. in §, item rescripserunt, num. 5. ff. ad municipa. probatur, quia si non dum traducta est à seruitiis subtrahi non potest, ergo domicilium viri non sequetur. Adde tu simile in l. sed si quis ex signatoribus, in ratione sui. ff. quemadmo. testa. ape. ibi, quippe, quia sæpe cum magna captione à rebus nostris reuocamur.

Ex alioq; potest confirmari, q̃a vxor dici non potest mulier, quæ matrimoniũ contraxit, nisi fuerit etiam carnali copula consumatum; casus est not. in c. ex publico, de conuer. coniuga.

Vltimo, quia coniugium, quod non est corporum commixtione consumatum, & tendit ad idem, non pertinet ad illud designandum, quod inter Christũ & ecclesiam, per incarnationis mysterium est contractũ. c. debitum, de biga. quasi dicat, non esse perfecte coniugiũ.

Non est breuiter à prima opi. recedẽdum, ex quo falsum uidetur, quod cesset ratio, ne mulier à domicilio uiri abstrahatur, ut supra considerando etiam quod traducta nõ sit, esse semper in seruitio uiri, & si litigetur quod à seruitio ipsius omnimodo subtrahetur; ergo legis nostræ dispositio locum habebit, q̃ etiam hoc casu forum uiri sequi debeat l. adigere. §. quanuis. ff. de iu. pa. à contrario. Vel dic quod ista non sit ratio, sed ut supra quia socii sunt diuinæ, & humanæ domus, & quia societas hæc, ea despõsata per uerba de præsenti, statim contracta est.

Non ob. secundum & tertium, quæ tendunt ad idem, quia stant ista simul, quod sit carnali copula consumatum, & tamen non dum ad domum traducta sit, quod dubitationẽ facere uidebatur. Sed plus dico, & melius, quod uxor est etiam quod solum sit desponsata p. uerba de præsenti, ex supra dictis, & maxime quia non concubitus sed consensus uerbis expressus matrimonium facit d. l. nuptias, cum similibus. ff. de regu. iu. adhuc d. iuribus respondendo, quod ẽ bene uerum ibi copulam requiri ad perfectionem sacramenti, sed non ad perfectionem matrimonii, & quantum ad effectum de quo ibi, sed nõ quo ad istũ: notatq; fusius Abb. in d. c. debitum, & in pulchro casu Areti. in cons. 67. incip. diligenter in 2. colum.

Vel fœdere distinctionis, opi. concordemus, quod autem sumus in materia, in qua debet fieri stricta interpretatio, & tunc desponsata per uerba de præsenti, & non dum traducta ad domum, vxoris appellatione haud ueniat, & ita se habeat opi. ultima, aut larga, & tunc prima uera sit, & ut latius per Abb. in d. c. ex publico, & Feli. in rub. de spon. & in c. tertio loco, de præsump.

Secundo dubitare contingit, quid in
14 uidua † nunquid sequatur forum uiri. Idem Bart. in d. §. item rescripserunt, in prin. concludit quod sic, & Abb. in c. ex parte, in fi. de so. comp.

Et bene, per tex. in l. filii, in §. uidua ff. ad municipal. ubi ad literam dicitur, quod amissi mariti domicilium retinet. estq; ampliatio ad d. §. item rescripserũt in illis uerbis, quandiu nupta est. Vel dic, fore perinde ac si nupta esset, quantum ad d. effectum ex quo domicilium non mutauit, nec ad secundas conuolauit nuptias, ita ut ali ab hæredibus uiri debeat, & ipsa ipsis operari. l. sicut. ff. de ope. lib. tradit Bal. in l. diuortio, in 3. colum. ff. sol. ma.

Immo quod ne dum domicilium retinet, sed etiam dignitatem & priuilegia uiri d. §. uidua. l. fœminæ. ff. de sena. c. is qui. §. fi. de sepul. in 6.

Et si uidua, quæ maritum nõ habeat hoc ipsum procedit, multo magis procedet in ea quæ habeat, sed inutilem penitus, quam etiam uiduam appellamus gl. est singu. in l. fi. C. ad legem fa. de plagia. & ibi not. Docto. & est simile in c. 2. de transla. præla. & in damnato ad perpetuas carceres potest exemplificari, ut per Bal. in d. l. fi. & his stantibus, dictio quandiu, de qua in d. §. item rescripserunt, factum notabit, non misterium iuris. d. §. uidua, & in simili de dictiõe si, inquit Bal. quod licet conditionem faciat, contingentiam facti tamen denotat, plerunq; etiam in lege apposita, si re sultet absonus intellectus, in l. si ultra, in prin. C. de decu. lib. x. uel cum multifariam multisq; modis intelligatur, secundum subiectam materiam intelligi debebit, ut nõ limitatiue stet, sed declaratiue, nec ex ipsa decisione propterea uidua excludatur, cum uoluerit dicere domicilium ipsam retinere, quandiu

nupta fuerit, idest in seruitio uiri, uerificabile etiam post mortē ut supra ergo.

Addunt etiam aliqui hic, facere not. per Pau.de Cast.in.l.sororem.C. de his quib.ut indi. dicentem quod adulteriū ita committitur cum uidua, sicuti cum nupta, quo ad effectum perdendæ dotis quod dictum pēdet ab intellectu.c.plerunq; de do.inter ui.& uxo. & à dictis plene in rub.C.de eden.

Ad idem tamen, & in simili, adde tu, tex.singu.in.l.qui cœtu, in.§.fi.ff.ad legem iu.de ui pub. ubi qui rapuit uacantem mulierem, idest uiduam, quem modum loquendi nota, uel nuptam, ultimo supplicio affici debet, & sic nupta; & uidua parificantur, quo ad pœnæ impositionem, ergo & multo magis, quo ad domicilii & aliorum retentionem, de quibus supra.

Et quod in simili dicit Barto.in.l.i.ff. de his quib.ut indi.quod non minus offenditur defunctus, si uidua & relicta ipsius cognoscatur carnaliter, quam si cognosceretur eo uiuente, & legatarius inde etiam reputatur indignus, debetq; priuari legato.

Sed huic opi.aduersari plurimum uidetur text.in.l.his solis, iuncta gl. quam ibi signanter Bal. ad propositum notat C.de reuo. do. ubi contrarium directo probatur, quod immo uidua non retinet priuilegia mariti, ergo nec domicilium, falsaq; esse uidentur omnia dicta supra breuiter respondent Docto.id esse, quia uidua non honeste uiuebat, immo plus quod perdit ea etiam per transitum ad secunda uota, quamuis caste tunc uiuere dicatur.l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad treb.& ibi Bart.not.per tex.in.c.nicena synodus xxxi.dis.& bene, nec secus dici potest. Adde ad primum, conuenire, quia cum ledat uiri nomen & famam ac cognationem totā penitus infamet, non amplius in seruitio ipsius esse dicetur, & ad propositum uidenda sunt quæ dicit Bal.in.c. ex parte, in 2.colum.de consue.

Ad secundum uero, id longe magis dici debere, ratione prædicta, quia scilicet nō est amplius in seruitio primi mariti, & quia eo modo, ut dicebam quoq; in euidential. præsumitur uoluisse domicilium mutare.l. assumptio.§.i.ff. ad municipa.

Additio.

Quicquid dictum sit, uidetur tamen [illegible]ntum ad glo.in.d.l.his solis, quod [illegible]n sit uera, quodq; uidua non priue[illegible] [illegible] foro mariti, quāuis uiuat luxuriose. Probatur, quia meretrix non priuatur iure suo, & ad successionem admittitur coniunctorum suorum.§.i. & ibi not. Ange.in authen. quib.mo. na. effi. le. ergo nec uidua hic ut diximus, iure fori.

Secundo, quia pœna priuationis nō habet locum, nisi exprimatur.§.cū igitur, in authen.de non eli.secun. nuben. l.at si quis.§.diuus.ff. de reli.tradit gl.in c.fi.de iu.pa.

Tertio, quia offensa illata marito post mortem, non est uera offensa, secundū Bald.in.c.i.in.§.i.in fi.de feu. si.cul. non ami.in usib.feu.

Quarto, quia omnino non uidetur eadem ratio mortuo marito, quæ esset eo uiuente, ergo nec idem ius statuendum, uulg.l.à titio.ff.de uer.ob.

Quinto & ultimo, quia in pœnalibus extensio fieri nō debet.c. in pœnis, de regu.iu.in 6.

Quibus tamen non ob. contrarium arbitror fore de iure uerius, & supra dicta adhuc ꝓcedere, nec aliter dici posse.

Considerando, si per transitum ad secunda uota, quod omnes admittunt, mutat forum, priuilegiaq; primi uiri perdit.d.l.fi.d.§.item rescripserunt, præalleg.l.filii.§.uidua.ff.ad municipa.quo casu tamen caste uiuere dicitur.d.c.nicena synodus 31.dis.d.l.mulier.§.cum proponeretur, & ibi Barto.ff.ad treb. quod multo magis mutabit & perdet, si uiuat luxuriose, estq: text.in.d.l.his solis, in fi.quæ signanter arguit hoc modo.

Nec ob.si replicaretur, quod immo quantum ad primum maritum, non dicitur caste uiuere, quia falsum est, & cōtra

tra tex.in.d.c.nicena,qui quamuis cum propria coniuge concubitum, castitatem esse doceat,nõ tamen negat, quod & ipsa quoq; casta non sit, quodq; non uiuat caste & honeste, etiam respectu primi mariti, comparatiue ad uitam luxuriosam,& ideo stat argu.à multo magis & dato quod uerum sit non caste uiuere respectu mariti primi quo ad q; ut not.Bald.in authen. cui relictum. pe.colum.C.de indic.uidu.tol.& Ias. in.l.Deo nobis, in 3.C.de epis.& cle. ad hue tamen militabit,quia(ut dixi)eo casu perdit forum omnino, & priuilegia d.l.his solis.d.§. uidua, ergo & multo magis isto,si portentuosæ uilitatis,abiectæq; pudicitiæ fuerit,cum in matrimonio hoc dici non possit.

Ad quem tex.d.l.his solis, etiam respondetur, quod illud ibi exprimitur ab imperatore ulterius procedendo, & bene,sed non officit ꝑpterea quod non idem dicamus in casu nostro, ex quo sic non esset unquam licita extensio de casu ad casum,ex identitate rationis,& male.l.si uero.§.de uiro.ff.solu.mat.authen.quas actiones,& utrobiq; not. C. de sacrosanc.ec.& maxime quando generalis est,quæ dictum particulare ampliat & extendit.l. metum.§. animaduertendum.ff.quod met. cau. l. regu.§. & licet.ff.quod met.cau. & ut infra etiã dicemus.

Et tenendo sic,adducta in contrariũ cessabunt protinus, quoniam primum eo casu procedit,quia habere testamenti factionem actiuam uel passiuam, permittitur à lege, nisi expresse prohibeatur.l.si quæramus,& ibi Bar.in 2.col. ff. de testa.& est arg.in.l.i.ff.de testi.sed meretrix & inhoneste uiuens, prohibita non est, ergo. Vel dic, non esse uerum, ut in.§. consideremus, ad fi.& ibi idem Auge.in authen.de tri.& se. quod tamẽ non firmo,hic autem lex uult, quod ꝑ transitum ad secunda uota perdatur domicilium,ergo multo magis,ut dixi, si inhoneste uiuat in uiduitate.

Non ob.secundum quia dicam satis expressum esse,ex ratione d. l. his solis l.nominis & rei.§. uerbum ex legibus ff.de uerb.si. & ita signanter inquit Bal. in.l.curatoris in 3. colum. C.de ne. ges. & facit quod id etiam non semper sit uerum, quia negans se fideiussorem, si conuincatur de mendacio, perdit beneficium cessionis, & idem in tutore, ut perdat beneficium sibi à lege indultũ pariter,&tamen nullibi expressum erat l.i.& ibi plene per Ias.in pe. colu. C. de transac.

Non ob.tertium quia posset dici, id in feudo speciale,iuxta not.per Bart. in l.ut iurisiurandi, in.§.si liberi.ff. de ope. lib.sed dico aliter, id esse,quia requiritur signanter ut uasallus feudum amittat, quod adulterium committat cum uxore domini eo uiuente, ut ibi, ergo nil ad casum nostrum facit,& probatur etiam ĩ.c.i.in.§.i.quib.mo.feu. amit. eo. lib. & de materia alias in rub.de eden. & de iudi.extra, & utrobiq; diximus.

Non ob. quartum quia immo maior ratio uidetur, adhuc sumpto argu. ex d.l.his solis, quia si mariti anima cõtristatur per transitum ad secunda uota authen.cui relictum,& in corpo, unde sumitur,citata etiam supra, & ibi Bald. not.in pe.colum. C. de indic.uidu. tol. qui idem dicit etiam in.l.Deo nobis, in 3.C.de ep.& cle.& in authen. ex testamento,in 2.C.de secun.nup.multo magis contristabitur,si luxuriose uiuat, & ideo si primo casu perdit domicilium, & alia priuilegia d.§. uidua, non est rõ, quod ipsa retineat.

Non ob.quintum & ultimum, quia immo fit extensio etiam in pœnalibus, & odiosis ex identitate & maioritate rationis, & plus quod non extensio, sed intensio,ẽ inclusio potius dicitur.l. si postulauerit.§.ratio.ff. ad legem iul. de adul.l.quædã.§.numularios.ff. de eden. c.si postquam.§.i.de elec.& not. Cardi. in cle.i.de rescrip.ergo.

Tertio dubitare contingit, quod in
15 concubina † gl. breuiter hic, & omnes tenent domicilium non mutare.

Et bene,probariq; uidetur in.l.pe.in §.fi.ff.ad municipa.

Et

Et pondera, quod si hoc est ibi in matrimonio non legitime contracto dicendum, multo fortius erit in cõcubinatu.

Dictatq; ratio, quia concubina non est socia diuinæ & humanæ domus, nec una eademq; caro, ut uxor, dictumq; fuit supra.

Nec eo animo cum amasio, ut domicilium mutet, perpetuo secum mansura, quoniam tunc secus dicendum foret d.l.assumptio.not.in.d.l.fi. in.d.§. item rescripserunt.ff.eo.

Dubium tamen facit, ut dicunt scriben.text.in.l.item legato, in.§.parui.ff. de leg.3.ubi uxoris appellatione, uenit etiam concubina.

Per quem tex. adde tu quod alias dicebat Bal.in.l.si quis, in 7.col.C.de ep. & cle.quod ubi agitur de interpretatione uerborum uel legum, dignitas nihil operatur.

Et alibi, quod ex qualitate & differẽtia personarum, ubi eadem est ratio, nõ uariatur effectus, in.c.i.in.§.i.in prin. de na.feu.in usib.feu.

Considerando etiam, quod concubinatus erat approbatus alias de iure ciuili, ut matrimonium.l. in concubinatu ff.de concubi.& not.in.l.i.C.de sum.tri. & fi. ca.

Non est breuiter ab opi. communi recedendum, nec faciunt adducta, quoniam quantum ad affectionem procedunt, & consecutionem legati, sentitq; Pau.de Cast. in.l.etiam.C. de testi. non quo ad effectum mutationis fori, tollendo etiam dictum de concubinatu, non fuisse approbatũ dicto iure, ut id in eo diceretur, quod in matrimonio, sed sub dissimulatione quadam, ut maiora uitarentur mala, arg.in.l.ita uulneratus, ad fi.ff. ad legem aqui. & fusius ut in .d.l.i. ubi Bar.& alii.

Secundo notandum est, per litis contestationem, & per sententiam præoccu-
16 pati iurisdictionem † quantum ad effectum, de quo in lege nostra, dictumq; est satis in figuratione casus. Velim tamen obseruetis, minus dubitationis habere istud, sententia lata, quam lite contestata, quoniam tunc absolute iudiciũ finitur, à lit.con.autem formatur; sensusq: esse uidetur, quod immo non solum sententia lata, præoccupata iurisdictio dicetur, uerum etiam si post susceptam cognitionem, ante eam hoc euenerit.

Sed dubitatur, nunquid præoccupa-
17 ta † dicatur etiam sola citatione. Breuiter per istum text.est tenendum, quod non, quia solum sententiæ & lit.con. facit mentionem.

Secundo, quia si sola citatio hoc idẽ operaretur, fuisset absq; aliqua dubitatione, contra uulga.l. quod labeo .ff. de carbo. edic. quis enim admittet præoccupata iurisdictione per citationem, nõ præoccupari multo fortius per lit. con. aut per sententiam.

Eoq: magis & ultimo, cum de mutatione fori agatur per uiam matrimonii quæ aliis est potentior.

Tamen urget ualde tex. contrarius, in.l.si quis posteaquam .ff. de iudi. ubi ad literam dicitur, quod præuentus citatione coram uno iudice, si alterius fori esse cæperit, ius reuocandi forum nõ habebit.

Et idem in.l.ubi cæptum.ff.eo.vbi iudicium finiri debet in loco in quo cæptum ẽ, etiam per citationem, & d. duo iura allegantur hic in glo.

Sed & tertio uidetur casus etiam in c.proposuisti de fo.com. ubi dicitur pariter, ius reuocandi forum non habere eum qui citatione præuentus est.

Quarto facit, quia in simili citatione perpetuatur iurisdictio delegati, taliter ut morte delegantis nõ expiret, nec res amplius integra esse dicatur.c. gratum, de offi.de.

Idemq; & quinto clarius in.c.fi.in fi. de offi.le.tradunt scriben.in.l.& quia supra eo.& in.l.fi.ubi Bal.in fi. C. de præscrip.30.anno.

Nihilominus his non obstantibus à prima opi.recedendum haud puto, nõ tamen quia specialitas aliqua sit hic propter matrimonium, ex quo in dubio non præsumitur, nec in eo se fundat iuriscon.

mscon. l. neq; Dorotheum. C. de decu. lib. x. l. relegatorum. §. interdicere, & ibi Bar. ff. de interdic. & re. §. quibus, ad fi. C. de no. co. fa. & ita respondet Alex. in simili, in. l. diem functo, in 5. colum. ff. de offi. asse. sed (ut diximus) quia tex. iste sic esset de indubitabili, nec citationis, sed lit. contest. & sententiæ mentionem facit.

Et tenendo sic, ad text. in. d. l. si quis postea, respondebimus, ut respondent Docto. in. d. l. ubi cœptum, illud ideo esse ibi, quia agebatur de impediendo aliquem, ne priuilegio uteretur, quod facilius præuentione etiam per citationē debilitatur, quam ius cōmune, de quo hic. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de mili. testa. & not. in. l. si pluribus. ff. de lega. i. uel & aliter ut infra.

Non ob. tex. in. d. l. ubi cæptum, quia intelligam cæptum, idest acceptum, qđ non aliter esse potest quam per lit. cont. immo quod aliqui codices, acceptum habent. Vel dic. ut ibi per glo. & Barto. quòd id uerum sit non generaliter, sed in eo qui habet plures iudices, & in eodem loco quidē, ac paris iurisdictionis.

Non ob. tertium quia loquitur in eo qui longo temporis interuallo forum mutauit post citationem, quod uerbū, postmodum indicat, ut ibi Sicu. declarat, sic etiam respondendo ad text. in. d. l. si quis postea, ergo non si in continenti, præuentus dicetur, ita ut cogatur coram iudice citante respondere, sed erit necessaria lit. con.

Non ob. quartum & quintum, ad idem tendentia, quia in delegatione loquuntur, & in mādato quidem, in quo regulare est, nunquam reuocari, nisi re integra. d. l. & quia supra eo. d. c. gratum, haud considerabile in casu nostro, ergo non dicetur præuenta iurisdictio, nisi lit. con. & sententia.

Vel ad. d. tria iura, uidelicet ad tex. in d. c. proposuisti, & in. d. c. gratum, & in d. c. fi. respondeamus, qđ loquuntur de iure canonico, non secundum leges, ut per glo. in. c. relatum, de offi. dele. alias ille tex. pugnaret cum. d. iuribus. Ad tex. autem in. d. l. ubi cæptum, ordine retrogrado procedentes, & in. d. l. si quis postea, ex mente Docto. hic quod multo post hanc legem condita fuerunt, & erit melius sic dicere, quia pro rei ueritate cauillari non possunt.

Secundo dubitatur, quid si in loco
18 † domicilii puella hæc contraxisset, postea domicilium mutasset, an forus contractus posiit declinari, & mutatus intelligatur.

Bar. hic, ut recitando eum diximus, tenuisse uidetur quod non, & bene, qa est tex. in. l. iuris ordinē. C. de iu. o. iudi.

Et ratione etiam suaderi potest, quia uidetur se obligasse ad comparendum in. d. loco. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. c. dilecti, de fo. com.

Et ultimo quia si alibi contraxisset, teneretur comparere in loco cōtractus d. c. dilecti, ergo multo fortius si contraxit in loco domicilii, in quo duo concurrebant uincula, argumen. in. c. i. de treu. & pa.

Contra quam opi. tamen facere uidentur iura solam præoccupationem, seu præuentionem considerantia, ut hic, & in. l. si quis postea. ff. de iudi. & in c. proposuisti de fo. compe. allega. etiam supra.

Secundo, quia redderetur deterior conditio puellæ, posset q; conueniri in loco contractus, & ubi domicilium habet, & male. l. titia. §. qui inuita. ff. de lega. 2.

Tertio & ultimo, quia sic à seruitiis mantalibus posset abstrahi, nec tolerandum. l. si §. item rescripserunt, ubi Bart. ff. ad municipa.

Teno his non ob. opi. Bar. quia in sui generalitate meo iudicio tex. negari nō potest, per eum allegatus in. d. l. iuris ordinem. Vel necessario, uel aliter domicilium fuerit mutatum, ut quorundam obiectionibus occurramus, Cōsiderantes adhuc, quod etiam hic mutatio est uoluntaria, quamuis legis authoritate fiat, sicuti in. d. l. iuris ordinem, non autem necessaria, ex quo fit matrimonio mediante, quod huiusmodi est. c. gemma

nia, de spon.l.titia.ff.de uer.ob.& etiam quia per lit.con.quasi contrahitur.l.3.§.idem scribit.ff.de pecu.tradit Bar. in.l.i. in.i.colum.C.de lit.con.sed per lit.con. præoccupatur iurisdictio, vt hic, ergo et contractu quoq;. Et ad contraria dic breuiter parum facere, non primum qa uerum est ubi contractus nō præcessit.

Non 2.quia sibi imputādum est, cur in loco prioris domicilii cōtraxerit, suo enim se (ut aiunt) gladio iugulauit, & ē arg.in.l.2.in.§.si quis.ff. si quis cau. & in regu.damnum.ff.de regu.iu.

Non deniq; 3.& ult. quia præponderat consideratio obligationis .d.l.2.d. §. proinde.ff.de iudi.d.c.dilecti, de fo.compe.taliter ut parum curet lex, ꝙ a seruitiis maritalibus subtrahatur, & maxime etiam, quia in mora modici temporis, ut est uerisimile, magnum ei damnum hoc esse non pōt, nec multo tēpore subtrahi, arg.in.l.si debitori.ff.de iud.Cogi. Tertio & ulti. dubitatur, q d si secularis †p delicto bānitus sit, & in exilium mis
19 sus, uel aliter cōdēnatus, isq: post condēnationem efficiatur clericus, an possit hoc nō obstante, a priori iudice puniri.

Videretur dicēdum, ꝙ non, quia priuilegium superueniens, eum eximit à iurisdictione illius.l.spadonem.§. si autem.l.iurisperitos.ff.de excu.tu.& maxime sacerdotii, quod munus publicum alicui iniunctum pariter soluit, & compromissum iam factum, ac uinculū præcedentis obligationis.l.prætor ff. de uaca.mu.l.nō distinguemus.§. de sacerdotio.ff.de arbit.l.interdum.ff. de ope. lib. & in pagano delinquente, ac accusato si postea efficiatur miles, uidetur casus in.l.qui cum uno, in.§.reus.ff. de re mil. tradit Old.con.4.incip. ꝙ laicus, qui ita tenendo ibi & p p̄dicta respondet ēt ad tex.nostrū, & similes, ꝙ non mutatur ꝓprie forus, sed adiicitur, & est tex.in.l.senatores.ff.de sena. in qōne uero prædicta sic, & nō solum forus, uerū ēt status.

Tamen Bar.tenuit contrarium hic, ꝑ not.in.l.pe.ff.si ex no.cau.aga.&in.l.i.ff. de pœ.& in c.i.de ob.ad ra.& est opi.uerior, quoniam supra dicta procedunt regulariter, & non quando apparet hoc idem in fraudem factum fuisse.l. si quis decurio.C.ad legē cor.de fal.l.officiales & utrobiq; Bald.C. de ep. & cle.l.i.§. is quoq; ibi, si sine fraude &c. ff. de colla. bo.dixi ego con.29.incip.fuit alias, in 2. col.in.i.uol.sed hic in fraudē istud idem factū est, qđ p̄sumitur dicta de causa, ergo, & limitabitur ꝙ habetur in .l. quotiens in.§.qui dolo.ff.de proba. ultra adducta per Fel.in.c.si autem in prin.de rescrip.nec ipse Old.postea negat in loco præallega.declarando subinde, uerum esse, clerico ipso prius degradato, quoniam alias à seculari iudice puniri non posset, & bene.c.decernimus.c. cum nō ab homine, & utrobiq; not. de iudi. & ampliando procedere etiam si uotum fecisset prius clericandi, uel intrandi religionem aliqua de causa ex quo pēdet hoc ipsum ab animo, nec facile poterit probari, & si diceretur, ut dicunt Doct. hic post Bald.in l.i.C. an ser.ex suo fac. quod stabitur ipsius iuramento, secundum gl.in.§.aliæ, insti.de ac.&in.c.significasti, de homi. exclamantes cautelam esse optimam, ad liberationem reorum à morte. Respondebo, non esse uerum, quando præsumptio est contra iurantē l.inter omnes.§.recte, & ibi ĩ specie Bar. ff.de fur.sed hic præsumptio est p p delictum, ergo.alias nemo unquam puniretur, aperireturq; periuriis uia, & male.l. i.ff.de bo.eo.l.ita uulneratus .ff. ad legē aqui.l.2.C.de indic.ui.tol. Cogita.

Vel fœdere distinctiōis dicas opi. posse cōcordari, ꝙ aut delictū ē graue, ꝓ quo pœna mortis ueniret infligenda, vel ēt mutilationis mēbri, aut exilij, ut in exēplo.Bar.& tūc nō stabitur iuramēto delīquētis, & ita ꝓcedat opi.hæc, aut leue & isto casu, qa nō ē uerisimile ꝙ sacris initiari uoluerit, seu religionē ĩgredi cū ueniret ēt pæna leuis infligēda, ꝓcedat cōtraria. Et ex his, qa reliqua difficultatē nō habēt, q̄ studio camerario tamē videre poteritis, ex quo ēt maiorē dubitationem habentia, absoluta fuerūt, finis quoq; huic not.legi impositus sit, Die 24.Martij.1548.Paduæ. Mantua.

Additio.

Quod status mutatio, nō liberat aliquem, ab eo quod primitus tenebatur tenuit Io. And. in c. i. colum. 2. de oblig. ad ratioci. quem refert & sequitur Bald. in Marga. sua, iudex num. 24. signanter (ut etiam hic dicitur) quia ubi est lata sententia ibi (licet condemnatus domicilium mutauerit) debet executioni mādari, ibiq; sententiari, & pronuntiari, ubi fuit cognitio inchoata.

Et ad q. Bart. hic secundo loco num. 3. idem Bal. in loco præalleg. laycus nu. 6. si laycus tempore delicti, & inchoati processus, efficiatur clericus uel monachus, quod forum non mutat, signanter per istum tex. & per text. in. l. si quis posteaquam. ff. de iudi. & hoc idem ne alteretur pœna, quæ inspicitur & consideratur tempore delicti, de quo tamē latius infra.

Et ad id tertio, cum mulier nubit, q efficiatur illius iurisdictionis, cuius est maritus, ē bonus text. in. l. originem. C. de incol. lib. x. idem Bal. ubi supra mulier nu. 8. Bar. in. l. fi. in. §. idem rescripserunt. ff. ad municip. Corn. consil. 81. col. 5. uolum. i. & consi. 26. colum. 2. & cons. 41. col. 2. uol. 4.

Est uerum & quarto, quod non ob hoc perdit & mutat domicilium originis. l. eius qui. §. celsus. ff. ad municipal. Quoad alium effectum, ex quo immutabile est, ut plene tradit Corn. consil. 380. col. 2. uolum. 2. & consil. 202. col. 2. & cons. 241. colum. 2. eo. lib. & forte hoc est quod alibi dicit etiam Old. quod nō mutatur forus sed adiicitur consi. 4. l. senatores. ff. de senato. l. si cura. §. item si seruus. ff. de exercito.

Quinto & ultimo, quod si quis iam accusatus inchoato processu efficiatur clericus (vt dictum est) hoc idem in fraudem fecisse uidetur, & ideo priuilegiū consequi nō debet quo minus à primo iudice puniatur, in cuius territorio crimen commisit, ut idem Old. dicit in loco præalleg. post Io. And. in d. c. i. de ob. ad ratiocin. & testatur amplius ita per Senescalcum fuisse pnunciatum in curia aquen. & probatur etiam in. l. fi. ff. de bo. eo. qui sibi mor. consciue.

Sed dubium facit quia priuilegium superueniens, quem exigit a priori onere, quod incumbebat. l. spadonem. §. si autem. l. iuris peritos in prin. l. idem Vlpianus. ff. de excu. tu.

Secundo quia sacerdotium adhuc superueniens tollit munus publicum iam iniunctum. l. prætor in prin. ff. de uaca. mu.

Tertio qa sic soluit pariter compromissum factum. l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arb.

Quarto adhuc quia superueniens dignitas. soluit uinculum obligationis pcedentis, quanquam uoluntarie contractæ, ut in liberto & liberta exemplificat l. Con. in. l. interdum. ff. de ope. lib.

Et quia sic in pagano etiam ultimo loco, uidemus, si delinquat & efficiatur miles, post accusationem, quod non punitur à primo iudice, sed à secundo. l. qui cum uno. §. reus. ff. de re mil. & dictum fuit etiam supra.

Et nouissime, quia laycus nullo modo cognoscit de causa spirituali, nec prīcipaliter nec incidenter, ut dicebā alias & probatur in. c. lator & in. c. causam q. fi. sint legi. & in. c. tuam de ordi. cogni.

Et quia unicuiq; licet redimere sanguinem suū qualitercunq; inquit text. in. l. i. ff. de bo. eo. q. sibi mortem consci.

Et pulchrum uerbum Bal. in. l. generaliter col. 6. C. de ep. & cle. quod accidētia manent, nisi ex cōtrario superueniat causa infirmans, ut hic & in. l. pluribus in. §. & si placeat & in. l. existimo. ff. de uerbo. ob. & utrobiq; nos in collectan. multa.

Tamen à prima opi. non est recedendum, quod imò à primo iudice cognoscatur, & iudicetur seu puniatur, probato crimine, ex quo id in fraudem fecisse uidetur, qđ ex qualitate facti cognoscitur. l. qui testamentum ad fi. ff. de proba. Old. consi. 257. nu. 44. quæ sibi obesse debet & non prodesse. l. siue hæreditaria. ff. de nego. gest. l. si ab hostibus. §. i. ff. sol. mat. idem Old. consi. 324. num. 6.

Bar.

Bar. in. l. i. num. 4. ff. de pœn. & quia (ut dictum est) iam fuerat præoccupata iurisdictio, & non potest ab alio puniri d. l. si quis posteaquam l. ubi ceptum. ff. de iudi. c. proposuisti de fo. compe. degradatione premissa tamen, ut adhuc suo loco declarauimus satis, tradit idem Bart. in. d. l. i.

Ex quibus primum secundum tertiũ & quartum sublata manebunt, loquentia in priuilegio, sacerdotio (& dignitate casu superuenientibus, & ĩ quibus nulla erat fraus, qua priuilegiatus sacerdos & in dignitate constitutus non excusarentur, ergo nihil obstabunt.

Multoq; minus quintum quia posset in primis responderi adduci non meruisse, ex quo multos habet intellectus & communiter ignoratur quod multipliciter exponitur ut inquit Boetius, refert Bal. in. l. i. ad fi. C. de bo. po. con. tab. Imò quod super eo fundamentum fieri non potest secundum Bar. in. l. in ambiguo ff. de reb. dub.

Vel & secundo quod in. d. §. reus miles, postquam fuit effectus talis, accusatus fuerat de crimine capitali, nimirum ergo si fuit à suo iudice punitus, & non à iudice paganorum, tamen ob. uerbũ text. huic responsioni, ibi postulatus, quod latine sonat accusatus, Ci. famil. 8. & temporis præteriti est, & similis tex. in. l. fi. ff. eo. nisi respondeatur ut ibi per Albe. quod exponi debet. i. postulari poterat, sed litera non est uiolanda.

Igitur & tertio dic quod speciale sit ibidem in milite, & adhuc male, quia de milite armatæ militiæ ad militem cœlestis ualet argumentum. l. miles ubi glo. ff. de re iudi. & ideo dicebat Bar. in. l. affectionis. ff. de dona. quod sicuti donatio militis secularis, facta concubine, non ualet, non ualebit pariter si fiat à milite ecclesiastico. Nisi replicemus (& uerissimum est) quod speciale sit omnino d. casu, ex quo grauius peccauit maculasse sic militiam, usq; adeo ut ad primarium iudicem non sit remittendus.

Nec ob. glo. in. d. l. miles, quia ualet argumentum in casibus à iure expressis, ut per Bart. in. l. i. C. de iuris & fac. igno. iste non est de illis, ergo.

Et si instaretur rursum, quod sic pariter iste delinquens, uideatur militiam cœlestem maculasse, & ob hoc remitti non debeat, respondeo terminos non esse pares, nec istud uerum, ex quo nunquã ecclesia claudit gremium ad eam confugienti. c. inter alia de immu. & c. igitur argumentum hoc casu non militabit.

Et ultimo dici etiam posset ibi sic debere iudicari, quia lex ita pariter disposuit cui acquiescendum est, ut in simili respondet Bald. in. l. generaliter colum. 2. C. de epis. & cle. & in. l. quod fauore colum. pe. C. de legi. Castren. in. l. cum hi in. §. eam transactionem ad fi. ff. de transac. & est argumentum in. c. in istis. 4. d.

Non ob. sextum, quia uerum est (ut diximus) quando iurisdictio præoccupata non fuisset & cum declaratione ut supra.

Non septimum, quia nec id negandum est prouocato, cui nec fraus obiici possit, ut hic. l. qui cum maior. §. si libertus, ff. de bo. lib. Old. consi. 53. col. 2. Et ita dictum Bal. debet ultimo loco declarari in præallega. l. generaliter, quod causa scilicet infirmans, ex contrario proueniens, efficiat ut accidentia minime maneant, si quid fraudis possit in ea excogitari, & ita tenendum est, atq; firmiter cõcludendum.

Et male insuper exemplificasse Bal. in l. 2. in pri. ff. de orig. iu. bannitum, posse alio in loco ad honores & dignitates ꝓuehi, ab Hermodoro ephesio sumentẽ argumen. qui a suis pulsus, ad leges xii. tab. corrigendas Romæ fuerat electus quãdo quidem bannum, (latine alias exiliũ) scelus supponat, tamẽ tam ipse uir bonus esset, & ut fusius in d. l. 2. not.

SVMMARIVM.

L. cum quædam puella, de iu.om.iudi.

1 *Quæ quotidiana, plenius quam alia sunt attingenda,*
2 *Roma communis patria, olim non hodie.*
3 *Roma est in Dominio Papæ.*
4 *Vbi Papa, ibi Roma.*
5 *Roma triplex.*
6 *Papa est iudex ordinarius singulorum.*
7 *Iudex ordinarius & competens, quis.*
8 *Duo domicilia habens sub diuersis iudicibus, utriq; subest.*
9 *Habitatio sola non constituit domicilium.*
Et ibi quod alia requiruntur.
10 *Domicilium perditur tribus modis.*
11 *A sententia diffinitiua appellatur intra decem dies.*
12 *Si non appellatur, transit in rem iudicatam.*
13 *14. 15. Dubitandi ratio ponitur.*
16 *17. 18. Decidendi.*
19 *Quo modo puella hic in iudicio esse potuit, & matrimonium contrahere, non dum doli capax, & sic dicta, quia nec duodecimum annum habet.*
Difficultatis resolutio, ibidem.
20 *Actus facti coram indice incompetenti, nulli sunt.*
21 *Litis uerbum quomodo intelligatur.*
22 *Ordinarius regulariter suam sententiam exequitur.*
23 *Vbi cœptum est iudicium, ibi finiri debet.*
24 *Iuriscon. non est super facto consulendus, ut super Facto respondeat, sed ut legem condat.*
25 *Matrimonij non ita debitores sumus, ut aliis in iustitiam faciamus.*
26 *Quid in concubina, an hæc lex in ea procedat.*
Et ibi multa de concubinatu.
27 *Intellectus. l. item legato. §. parui. ff. de lega. 3.*
28 *Quid in concubina clerici.*
29 *Quid si puella hæc non dum sit ad domum traducta.*
30 *Quid in uidua.*
31 *Mulierem uacantem, uiduam intelligit I. Con. i. l. qui cœtu in. §. fi. ff. ad legẽ iul. de ui pub.*
32 *Quid si uidua inhoneste uiuat.*
33 *Inductio. l. his solis. C. de reuo. do.*
34 *Citatione an præoccupetur iurisdictio ut lit. cont. & sententia.*
35 *Si in loco prioris domicilij non sint bona, quæ erit practica, ut executio fiat extra.*
Et ibi multa ad ornatum. l. cum unus. §. pe. ff. de bo. autho. iudi. po.
36 *Si laicus sit condemnatus, seu bannitus, postea efficiatur clericus, an primi iudicis iurisdictio impediatur.*
37 *Et si fecisset uotũ clericatus ante delictum, an ei cum iuramento credatur, ut euadat.*
Et ibi de intellectu glo. §. alia, insti. de actio. & similium.
38 *Quid si puella ista contraxisset, postea forum mutasset, an forus contractus, mutatus intelligatur,*
Vbi multa etiam ad intellectum. l. iuris ordinem, C. de iu. o. iud.

Lectu. II.

VLPIANVS LIB. VI. fideicommissorum.

L. CVM QVÆDAM PVELLA. Hæc quoq; nota lex est, & quotidiana, quãuis breuis, plenius, hac de re, quam alias
1 † attingenda, ut inquit Iuriscon. in. l. legaui. ff. de libe. le. & in. l. iusto, in prin. ff. de usuca. & glo. i. in. l. i. ff. de ap. & Bar. post Ray. in. l. i. in prin. ff. de tut. & ra. distra. & in. l. post contractũ colum. 2. ff. de dona. Si ad euidentiam ꝑ solito more præmiserimus tamen aliqua omnimodo necessaria, quibus intelligatur facilius.

Primo igitur sciendum est, quod licet alias Roma, communis patria sit
2 † omnium l. Roma. ff. ad municip. c. fi. de fo. compe. ita ut sequi debeamus ex hoc quod facit po. Ro. ut per Bar. in. l. i. in 2. colum. C. quæ sit lon. consue. olim ta-
3 men non hodie cum sit in † dominiõ Papæ c. fundamenta, de ele. in 6. imo quod
4 ubi est Papa † ibi est Roma. c. ego enim, & ibi Inno. de iureiu. Bald. in. l. 2. in. §. miles, in prin. ff. de his qui not. insa. tri-
5 plex, Lateranensis † patrimonium ecclesiæ, & (ut diximus) Papa iudex ordi-
6 narius † singulorum. c. cuncta per mundum. c. per principalẽ 9. q. 3. idem Bald. in. l. fi. in pe. colum. C. de sacrosanc. eccl. ego multa, enchiri. rerum singu. lib. 6. c.
7 146. nihilominus ordinarius iudex † ac

competens ille est, in cuius territorio quis domicilium habet .l. hæres absens ff. de iudi.d.c.fi.de fo.compe. unde dicit etiam Iurifcon.in.l.feq. infra iusdicenti extra territorium impune parendum non esse, tradit Specu.in.§.fequitur, in prin.de competen. iudi. adi. quod uerum est(addas tu)respectu personæ, causæ loci,& temporis,& declarat Bar.in l. 2. in prin. ff. si quis in ius uo. non ie. & fusius ego in .i. lectu. in primo euiden. pariter, & in.d.l.fi. in collectane. & si duo domicilia sub diuersis iudicibus
8 haberet † quod à lege permissum est .l. eius qui.§.i.ff. ad municipa. c. ex parte, de fo.compe.c.cum quis.§.i.de sepul.in 6.Areti.consil.135. clarissime, colum. i. utriq; subesset, ut in simili per Barto. in.l.iuris peritos, in.§.i.in fi.ff. de excu. tu.&Bal.in.l.si quis ex aliena lect.i.in fi. ff.de iudi. Secūdo sciendū est,ꝙ sola ha
9 bitatio † non constituit domicilium .l. libertus.§.sola .ff.ad municipa.l.i.§. habitare.ff.de his qui deie. uel effu. nisi sit decennalis.l.2.C.de inco.lib.x.Bal.pulchre cons.156.quidam,colum.i.uolum. 5. Rui. præcep. consil. 18. de pluribus, num.2.& 9.lib. quinto sed oportet quē esse in loco, cum familia, & maiori parte fortunarum suarum, ut etiam dicebam heri, allegando tex.in.l.2.C.vbi sena.uel cla.nunc addo Ro.consil. 264. ut is, in prin. Rui in loco de quo supra num.9.præallega. & rationem assignat Bald.consil.393. punctus, colum. i. lib. primo & consil.411. quidam, colum.2. eod. lib. & quæstionem decidit statuti loquentis in materia ciuium, quomodo intelligatur, consil.456.Seia, in ult. colum.eod.lib. & consi.198.statutum, in prin.uolum.2.& licet potissima causa iurisdictionis sit, passiue tamen, per
10 ditur nihilominus tribus modis† vi, si expellatur per uim de propriis laribus l.cum quis.ff.de dolo.iure, si in insulam deportetur.l.amissione.§. qui deficiunt ff.de capi.di.& consensu, si ueteri dimisso,nouum constituatur,ut hic, & in.d. l.2.C.ubi sena.uel cla.& in.l. domiciliū ff.ad municipa.tradit Bald. & declarat, in rub. si à non compe. iudi. fue. ap. in prin. domicilium capit etiam duobus modis Bar.in.l.eius,in.§.celsus, in prin. ff.ad municipa.ut per eum.

Tertio & ultimo sciendum est † lata
11 sententia diffinitiua, quod ab ea potest appellari intra decem dies, authen. hodie.C. de ap. ita ut intra istud tempus executio fieri non possit .l.addictos, & ibi Bar.C.eo.not.in rub.nil no.ap. pen. nisi notorium sit, quia tunc d.tempus non expectaretur, cum nec appelletur à notorio regulariter, licet de generali consuetudine Franciæ seruetur contrarium, ut post alios testatur Bermon. chouero. in tracta. de concubi. fo. 274. num.24.& si ad propositum non appel
12 letur,tunc sententia † transit in rem iudicatam c.quod ad consultationem, de re iudi.l.ab eo.C.quomo. & quando iudi.Bar.in.l.hæc sententia.C.de sen. quæ si.cer. quan. unde & bene alibi dicitur, appellare debebas, si sententia tibi displicebat,in.l.i.C. si sæpi. in integ. resti. postu. Bal.consi.366.quanquam, colu. i.uolum.3.quodq; non attenditur iustitia hoc casu, sed ipsa sententia tantum in.l.cum putarem.ff.fa.her.& in.l.eo tēpore,in prin.ff.de pecu.idem Bal.consi. 218.petita uenia,colum.ulti.eod. lib. & propterea diffinitiua appellatur, qa (vt dixi)res iudicata nuncupatur.d.c. quod ad consultationem . l. i. ff. de re iudi. & pro ueritate habetur.l. ingenuum.ff. de sta.ho.executioni demandatur.l.eos.C. de ap.&exceptionem deniq; parit rei iudicatæ.l.i.C.de arbi.l.2.ff.eo.idem Bald. consi.344.super eo,col.2.uol.3.

Dubitandi ratio esse potuit † in hac
13 l.quia si mulier,seu puella hæc, de qua in isto text. domicilium mutauit, iam primus iudex factus est incompetens, & si contra eum procederet ad aliquem actum,de facto procedere diceretur, nō de iure, & omnia uenirent retractanda d.l.fi.supra eo.cū aliis adductis supra & nouissime facit qđ habetur in.l.minor, ubi glo.magistra & solemnis .ff.de euic. & in.l.i.in.§.primo ibi, debet enim prætor quemadmodū facilis &c. ff. si muli. uen.

uen.no.Bal.in.c.ex parte primo in fi.de rescrip.qui dicit etiam d.gl. singularem in.l.dies festos, in prin.C. de fer. immo quod iudex nulliter procedens, spoliat & spoliatio sua, ac priuati, æquiparantur, ut per glo.in summa, in prin. 3. q. i. nonnihil Pau.de cast.consil.128.in causis, colum.2.uolum.i.Ro.consi.220. circa, in 2.pariter, & consi.320.hæc, in 3.idẽ Bal.in.l.si pacto quo pœnam, in prin. C.de pac. Alexand.in.l.i.in 5. colum. ff. de fer.& non haber dubium.

Sol.tamen facilis est, si dixerimus, uerum fore, quando iurisdictio primi iudicis non fuisset præoccupata per lit.con. sententia etiam inde lata, quæ cum transiuerit in rem iudicatam, nec per appellationem suspensa sit, omnino debet, et potest, per primarium iudicem executioni demandari, nec ab executione (ut est regulare) appellabitur.l. ab executore.ff.de ap. l. ab executione .C. quo ap. non re.Ro.consi.i.in præsenti, in prin. & ad propositum facit quod habetur etiam in.l. si quis postea. ff. de iudi. & in c.proposuisti, de fo.com.& ut per Alex. hic in prin.latius & Ias.in 4.not.post gl. Secũda stubitandi rõ esse potuit † q̃a ui

34 demus hĩc, si dotis exactio fieri debeat ꝙ non in loco contractus fit, sed ubi maritus, quem ipsa uxor sequitur domicilium habebat.l. exigere dotẽ.ff. de iudi. Bal.in.c.i.in.§.fi.de inuesti.de re alie.fac. in usib.feu. Alex.consi.100.ex inspectione, col.i.uol.3. & quod forum metiatur ex persona mariti, declarat idem Bal.cõsi.471.quæritur, uol.i.& dicit, consil.31. statuto, col.i.uol.2.ꝙ d.l.exigere dotem uulgata est, sed tamen not.& consi. 208 Doct.nostri, uol.3.ꝙ his casibus inspiciuntur consuetudines & statuta uigentia in domicilio mariti omnimõ, quoniam per matrimonium uxor transiuit in iurisdictionem & potestatem statuentiũ & signanter allegat text. in .d.l. exigere dotem & in.l.nostra, idem Bal. in auth. oẽs peregrini, col.2.C. cõia de suc. & in l.uoluntas, in princ.C. de fideicom. & in.l.si uxorem.C.de condi.inser. & in.l. fi.in 2. colum. C. si à non compe. iudi, fuc.ap. Quæ etiam tollitur eadem solu. ex quo de executione sententiæ agitur, iam prioris iudicis præoccupata iurisdictione, ut dictum est d.l.si quis postea ff.de iudi.l.incola.ff. ad municipa. & ne alias ipsius sententiæ effectus pereat, ut per Bar.hic post Cy.& alios, in.l. properandum, in.§.sin autem reus.C.de iudi. quod signanter dicit etiam Bald. in authen.sed nouo iure, colum.4. C. de ser. fugi. & bene.l.quotiens.ff.de reb. dub. & ibidem in prin. quod si ĩ ciuitate sint duo præsides, & unus capiat furem, alter contra ipsum procedere non poterit quasi reali citatione præuentus, per tex. in.d.l.si quis postea, & in.l.ubi cœptum .ff.de iudi.Ro.multa, consi. 412.pro habenda, colum.2.immo quod iudex laicus non condemnat clericum, nisi in tribus casibus, quorum præcipuus est ex his, si iurisdictio fuerit præoccupata, ut infra & pro nunc remissiue tradit Bald. in.l.officiales, colum.2.C.de ep.& cle.

Tertia & ultima dubitandi ratio † es-

35 se potuit, quia pupillus ẽ persona multum priuilegiata.l.ex pluribus, in fi.ibi, pupilli præcipuum merentur fauorem ff.de admi.tu.Butig.præceptor, in .l.i. num.40.ff.de uerbo.ob. ad saturitatem ego in tracta.de pupil. fauoribus, per totum, & nihilominus si tutor domicilium mutauerit, nulla executio fieri poterit contra eum à iudice primario, casus est in.l.idem Vlpianus, in.§.fi.ff.de excu.tu. ergo multo minus hic contra puellam.l.relegatorum .§. constitutum ff.de interdic.& rele. Cui difficultati quoq; responderi potest, illud ideo esse ibi, quia domicilium mutauerat ex certa scientia principis, id ipsum sibi concedentis, ut tex. met innuit, & ideo dicit Bar.alibi, consi.196.ciuitati, colum. 2.quod d.casu omne obstaculum tollere uidetur, & Bald.in.l.fi.in.i.colum.C. sen.re.non po.& Ias.in.l.i. in prin.ff. de consti.prin.quod quando sic rescribit, nemo potest ei dicere, cur ita facis, & bene.l.2.C. de cri. sac. & habuistis heri in euange.Io.4. quod discipuli inuenientes Christum cum Samaritana loquentem

tem, non dixerunt ei quid loqueretur, & uerba sunt hæc (nota quia oĩs Christi actio nostra est instructio.c. significasti, de elec.) & mirabantur, quia cum muliere loquebatur, nemo tamen dixit quid quæris, aut quid loqueris cum ea. & ita transit etiam Ias. hic, colum.2. Sed cogita adhuc uerum esse, ne tutor cogatur onus tutelæ subire, sed non quod executio non possit fieri contra eum, si quo ad aliud iurisdictio fuisset præoccupata d.c.fi. de fo.comp. præallega.l. si q. postea, de iudi. quas constitutiones, tot uigiliis excogitatas, Principem subuertere uoluisse, non est uerisimile, ut per Cy. in.l.fi.colu.1.C.de iu.& fac. igno. et Old.con.328. ad idem, in prin. & est tex. in.l. si quando .C. de inoffi. testa. & ideo omnino ut supra formaliter respondendo fatebimur, executionem fieri non posse à primario iudice, nisi iurisdictio præoccupata sit, quia tunc secus, & est argu. in.l.2. in.§. merito, & in .§. si quis à Principe.ff. ne quid in lo.pub.

Ex quibus elicitur decisionis ratio † nulla alia nisi (ut diximus) præoccupa-
16 tio iurisdictionis, inq: iuribus supra allega. probatur, & quia idem ferè omni casu rationabile esse uidetur, si prorogata sit rursum, & iudex aditus, ut in præcedenti .l. dictum fuit. Si procurator sit lit. contestatus .l. procuratoribus .C. de procu. l. post litem. l. mutari. l. filius familias. §. fi. ff. eo. & dictu mirabile est, ut inquit glo. in.l. si procurator 2. ff. de do. excep. relata per Ias. in. d.l. procuratoribus, quod ipse & dominus tunc censentur una eademq: persona, ut pater & filius, in.l.fi.C. de impube. & si res deniq; pro derelicto habeatur, quoniam occupanti conceditur, quo facto ea priuari amplius non poterit. l.i.ff. pro derelic. quod multis modis contingere potest, casu, facto, tempore, natura, & cultu, exemplificando, ut exemplificat Placen. (uetustissimus enim is est author, cuius meminit honorificentissime Azo, in summa sua, in prin.) insti. de re. diui. in prin. colum.2. & 3. habenturq; per ordinem in.l. si uacantia. C. de bo. ua. lib. x. & in.d.l.i.ff. pro derelic. & in .§. thesauros, insti. de re. di. & in.l. i. in.§. fi. ff. de acqui. re. do. & in.§. nullius, insti. de re. di. id calamo non occludentes etiam, q expaues lingua Gallica, nil aliud uult dicere, nisi oberrare, seu habere rem pro derelicto, ut firmat Cassane. in consue. Burgun. fo.23. col.4.

17 Secunda potest† decisionis esse ratio quia sicuti sententiam iudex primarius ferre potuit, ita debet posse eam exequi cum nil actum uideatur (ut dicebam alias) quotiens aliquid agẽdum superest l. cum Syllanianum, in fi. C. de his quib. ut indi. l. cui fundus. ff. de condi. & de.l. à diuo Pio in prin. ff. de re iudi. è contra uero perfectum, quod ex omnibus suis partibus constat. l.i.ff. de ori. iu. Ro. in.l. damni, in.§. Sabini, colum.4. ff. de dam. inf. & quod executio faciat, rem perfectam, docet Barto. in.l. metum, in.§. sed quod prætor, in prin. ff. quod met. cau.

Vltima potuit esse decisionis ratio
18 † quia si sententiam tulit æque conuenit, ut ipsam quoq; exequatur, argu. in c. dilecti, de fo. compe. Deci. in.l. unum colum.5. ff. si cer. pet. unde non est accessorium sine principali, sicuti nec motus sine termino, ut not. in .l. Pomponius, in.§. accessiones. ff. de acqui. po. & ne ius sibi ex ea quæsitum, & sine facto quidẽ suo, sibi etiam auferri uideatur, uulga. l. id quod nostrum. ff. de regu. iu. l. fi. ff. de pac. & maxime quia de propria iurisdictione conseruanda agitur, quod est fauorabile. l. cum quis. §. si quis pro reo, & ibi Bar. ff. de sol. & idem (subiicit Iuriscon.) si ante quam feratur sentẽtia post susceptam cognitionem eueniat, quia omnimodo à priore iudice recte feretur. l. ubi cœptum. ff. de iudi. d. l. si quis postea, eo. tit. quodq; idem generaliter in huiuscemodi casibus obseruandum erit.

CVM QVÆDAM PVELLA. Mirandum maxime est, quod puellam
19 † dixerit Iuriscon. quia intelligitur & puella dicitur, quæ non dum sit doli capax, & quidem ante annum duodecimũ. c. si puella 20. q.2. c. duo, de despon. impub.

impub.quo modo igitur in iudicio esse potuit.l.i.ff.de mino. sexus etiam ratione.l.2.C.de his qui.ue.æta.impe .l. i. §.ait ptor. ff. de postu. c. mulieres, de iudi.in 6. aut (quod adhuc exprimitur in tex.)matrimonium contrahere,ut in sti.de nup.in prin.& in.§.i.quib.mo. tu. fi. eo. lib. & pro hoc uidetur etiam esse casus in.l.mela.ff.de ali. & ciba. le. & in d.c.duo.

Solu.potuit tutor esse in iudicio ipsius nomine.l.i.ff.de tute. præallega. l. 2. C. de his qui ue.æta.impe.Bar.in.l.i.in pri. ff.de lib. exhi. licet puellæ mentionem fecerit,& matrimonium rursus contrahere,quia præsupponi debet ipsam fuisse uiripotentem,ut in.c.ex literis, de despon.impu.idem Bar.in.l.2.in.§.fi.ff. de libe.exhiben.& sic sano modo uetba intelligi, ut uitetur absurditas .l. i. §. hæc uerba infra quod quisq; iu.l.i.§.fi. ff. ad municipa.l.ait prætor, cum similibus, in prin. ff. de iureiu. & quando etiam puella proprie intelligeretur, ut supra hic autem secundum subiectam materiam improprie,uulga.l. si uno .ff. loca. non haberet Iuriscon. reprehensionem quoniam eis solis, uocabulis abuti concessum est non etiam nobis.l.ueteres.ff. de ac.emp.l.i.ad fi.ff.si men.fal. mo.di.l. 2.& ibi Saly.C.loca.

APVD COMPETENTEM IVDICEM, nec immerito, quoniã actus facti coram incompetenti, nulli sunt

20 † iurisdictionis defectu, qui maximus est, & nullitas, quæ potest quandocũq; opponi,cle.i.ubi glo.not. de seq. po. & fruc.Bal.in.l.exceptionem, colum.ulti. C.de proba. & in .l. generaliter in 2. C. de ep.& cle.Alex.consi.77.in causa,colum.4.uolum. 2. Ancha. consi. 164. de iuribus,in 3.& consi.167. uisis, in prin. plene Areti.con.68. excellentissime domine,col.3.R ui.præceptor,consi.16.habita,nu.25.uol.2.

LITEM SVSCEPERIT.Quid sibi uelit † litis uerbũ,habetur in.l.litis, de

21 uer.si.& in.l.postq̃ liti.C.de pac.& in l. cãs.C.de transac.&dicitur breuiter,proprieq;est,instantia, seu ius in principali iudicio deductũ,fusius Arch.in summa colum.2.11.q.i. & cum misterio suscepetit additum est, quoniam domiciliũ, de quo hic (ut declarabam etiam in euidentia.)passiue potissima est causa iurisdictionis,& in simili,in.l.sed & si susceperit.ff.de iudi.

AN SENTENTIA PRIORIS IVDICIS EXEQVI POSSIT. Dubitatio erat propter domicilij mutationem,non quod ipse non possit, immo (ut dixi pariter supra) quod ordinarius

22 regulariter† hoc idem facit.l.à diuo Pio in prin.&ibi plene Alex.ff.de re iudi.& est argu.in.l.qui testamento .ff. de testa. immo quod potest etiam delegatus, licet in hoc fuerint opi. de quo ultra non in.d.l.à diuo Pio late Gui. Papa consil. 21.placeat,col.i.

SED ET SI POST SVSCEPTAM COGNITIONEM &c. IDEM PVTAREM SENTENTIAQ; A PRIORE IVDICE RE-

23 CTE FERRETVR. Nec ab re† quia ubi iudicium cæptum est, ibi debet finiri.l.ubi cæptum ff.de iudi.alias continẽtia causæ in diuersis tribunalibus diuideretur, non permittendum .l. quotiẽs l.nulli.C.de iudi.& signanter utranq; rationem adducens,per istum text.ita dicit Ancha.consi.363.si aduertatur,col.2. Ro.consi.249.in casu,ad fi.Alexan.in.l. prætor,in.§.celsus,colum.3. ff. de dam. infec.& consil. 205. colum.i.uisa, lib.7. Bal.in.d.l.nulli,in prin.& in.l.i.in 2.colum.C.ubi de cri. agi opor. Archi.in.c. i.colum.i.11.q.i.Abb.in.c. prudentiam, in.§.sexta,in 3.de offi.de. idem Bald.per locum à speciali,limitando d.l. ubi cæptum, in.l.i.in fi.C.de reb.cre.& in pulchro casu in authen.habita,colum.7.& 8.C.ne fi.pro pa.& in authen.sed nouo iure,in 4.C.de ser.fugi.Bar.in.l.in compensationem.ff. de compensa. & Adeo uerum est istud, ut inchoato iudicio in uno loco reus , si per diuersa examina agentem traxerit, puniatur.l.i.in fi. C. de asser.tol.idem Bal.consi.285.quia nõ est opus, in prin.uol. i. quod semper sano modo intelligendum est, si excipiatur

tur, quoniam alias forte secus, ut per Abb.in.c.cum M. Ferrariensis, in fi. de constitu. & ad propositum regulæ plenissime Sicu.in.c. extenore, de rescrip. Corse.in singu.iudicium.Ana.in.c. postulasti, in fi.de homi.& alij, quos breuitatis gratia non refero.

QVOD GENERALITER IN OMNIBVS HVIVSMODI CASIBVS &c. ex quo non est ratio, cur diuersum ius statui debeat.l. à Titio vulgata, ibi, cur non idem &in dote promissa respondeatur, ratio reddi non potest ff.de uerbo.ob. & similis loquendi modus est in.l.si uno, in .§. item cum quidam, in fi.ff.loca.& bonus text.ad idem in.l.regula, in.§.fi.ff.de iu.& fac. igno.& pro complemento maxime mirandum est, quomodo sic iurisconsul. hic.ad q. facti responderit, contra tex.in.l.eum quem temere.ff.de iudi. late Scriben. in.l.i.C. de eden.

24 Sol.non est super facto† consulendus, ut super facto respondeat, quia qui interrogat id melius scit.d.l.i. argu. in.l.3.in.§.tu magis scire potes.ff. de testi.sed ut super facto legem condat, & decidat quid iuris quoniam ex facto ius oritur.l.arethusa.ff.de sta.ho.l.si ex plagis.§. in cliuo.ff. ad legem aqui. Cy. signanter in.d.l.i. in prin. & pulchrum uerbum dixit Rui.præcep.consi.86.uisa num.10.uolum.4.quod sic Doctores pariter, iura, non facta, interpretantur, & illustris Purpu.in.l.2.nu.70.C.de eden. quod non potest esse quæstio facti, quin sit ex consequentia iuris.

Licet etiam matrimonium contraxerit puella hæc, multaq; priuilegia habeat, de quibus in.c.i.ut lit.non cont. ex quo tamen non habet hoc casu, non est ei

25 consequenter † fauendum.l.in fraudem .§.fi.ff.de mili.testa. not.in.l.fi.C. de sacrosan.ec.& ne etiam aliis iniustitia fiat quia non debet unum altare cooperiri ut aliud detegatur.l.assiduis.C. qui po. in pi.ha.c.ex tenore, de fo.com.Bar.in.§ fi.in authen.quomo.opor.ep. signanter in matrimonio Deci.consi.133.uiso processu, in ult.col.uol.i.& facit, quia legislator ēt est fautor æquitatis, nec tamen à lege scripta recedimus, ut inquit Bal.consi.473.circa, col.i.uol.5.

Sed ad matrimonii propositum q̄ro quid in concubina, gl.i.hic, quæ ob hoc erit expedita, & cōiter scriben. conclu-

26 dunt, q̄ domicilium non mutat † & bene, per tex.ad literam, in.l.de iure, in.§. fi.ff.ad municipa.Sed ob.multū text.in l.item legato, in.§.parui.ff.de lega.3.ubi uxoris ap.uenit etiam concubina, quæ est, si teneatur in domo, indubitato affectu, uelut vxor, quoniam alias filij ex ea nati non dicerentur, neq; legitimarentur per matrimonium subsequens, ut per Ange. in .§. i. in authen. quib. mo. na. effi. le.& nota quod indubitati affectus præsumptio, ex cohabitatione inducitur, ut per Barto.in.l.fi.ff. de concubi.immo quod nomen est sumptum à lege .l. in concubinatu .ff. de concubi. glo. in .§. si quis igitur, in authen. quib.mo.natu.effi.sui.Bal.consi.267.ad euidentiam, in prin.uol.i. ad meretricis differentiam, quæ focaria uocatur.l.si ea conditione, & ibi idem Bal.C. de cond. inser.l.2.C.de do. int.ui. & uxo. qui dicit etiā alibi, q̄ furtiuus accessus arguit aliquam non esse cōcubinam, q̄q; oportet, quod domestico honore tractetur, consi.206.casus, colum.2. volum.3. habebaturq; olim potius sobolis procreandæ causa, quam libidinis, & propterea uideretur dicendum, ipsam quoq; omnimodo domicilium mutare. Confirmatur, quia si ex his cōcubinatus permissus erat, nō potest dici, nisi q̄ ueniat etiam domicilii mutatio in consequentiam, ut in simili arguit glo. in.l. si quid earum, in.§.inter emptum.ff. de lega.3. declara, consequentiam dici, quia rem necessario consequitur, exemplum, si messis ē, satum est, si spirat, uiuit, si prægnans est, cum uiro iacuit. Et facit, quia sicuti non licet alicui habere duas uxores .l. eum qui duas .C. ad legem iuli. de adul. alias male sentiret de sacramentis ecclesiæ, puniretur q; ut hæreticus, secundum Io. Lupum, in tracta. de legiti. & mat.colum.13. ita eidem p̄hibitū est habere pariter duas

concubinas, ut authen. quib. mo. natu. effi. sui. §. si uero effusa, ubi glo. tradit Bald. in. l. 2. C. de inces. nup. & sicut donatio inter uirum & uxorem prohibita est. l. i. 2. 3. ff. de do. inter uir. & uxo. ita uidetur prohiberi inter cōcubinarium & concubinam, ut per Bald. consi. 262. recolo, colum. i. uolum. i. quodq; concubina testimonium non ferat pro concubinario sicuti nec uxor pro marito ut not. in. §. pater inst. de testa.

Sed nihil est, cum non respondeatur ad text. in. d. l. de iure, per quem ita dicunt omnes, speciale autem in. d. §. par
27 uit. non ut inquit Deci. num. 16. hic, & nos alias, quod id uerum sit, quo ad affectionem hominis, non quo ad ea, quae ueniunt ex dispositione legis, & sentit Bart. in. d. l. fi. quia non fundat se in hoc iuriscon. sed quia in legato eorum quae eius causa empta parata uè erant, non ius uxorium sequendum est, sed uerborum interpretatio, ita ut hac de re in dignitate non sit differentia, ut tex. met dicit, quem sic declarat alius in l. qui concubinam, in prin. ff. eo. & est uerus ipsius intellectus, à nemine declaratus.

Non ob. quod à lege permitteretur concubinatus, quia uerum est id pariter, sed sub dissimulatione, ut maius malum uitaretur, argumen. in. l. ita uulneratus, in fi. ff. ad legem Aqui. & probatur in. c. quo iure. 10. d. & per Bar. in. l. cunctos populos, num. 6. & 7. C. de summa tri. & fi. catho. ergo nihil ad rumbum, quod ob hoc domicilium mutet, ut uxor, ex quo caetera quoq; ad idem adducta, ruunt in casibus suis procedentia, & de donatione, an ualeat, facta concubinae alias in. l. affectionis. ff. de dona. & quod non idem sit semper in concubina quod in uxore facit text. in. l. si concubina. ff. rerum amo.

Sed ultra alios cogita, disputationē fore ineptam, quia si sententia à primario iudice ferri potest, iurisdictione praeoccupata, uel exequi iam lata, in uxore loquentes & de iure ciuili, multo magis ferri poterit & exequi in concubina, si forum non mutat, & idem quo ad ius canonicum, quia concubinam habere non licet, standumq; est determinationi sanctae matris ecclesiae, quoniam agitur de materia peccati, ut per Abb. in. c. clerici, in prin. de iudi. immo quod nec de iure ciuili honestatem habere dicitur, licet concubinatus permittatur, & confert ad intellectum d. §. parui, de quo supra casus est not. in. l. stuprum. ff. de ritu. nup.

Inepta etiam haec, de concubina dicta, esse uidentur ex alio, quia licet domicilium non constituatur ut concubina si tamen illuc accessit animo constituēdi domicilium sibi acquiritur. l. domicilium. l. nihil, ff. ad munici. & aduertis Alexand. & Barto. in. l. fi. in. §. 2. in prin. ff. eod. Deci. uero nescio quid dicit ut per eum. Videtur mihi, si concubina est, & hoc ipsum praesupponamus, quod non possit sibi ex habitatione acquiri, quin etiam ei, ut concubinae acquiratur, sed concubina non acquirit, nec domicilium mutat. d. l. de iure, glo. in. c. eos 32. d. & in. l. ea quae. ff. ad municipa. ergo.

Verum dubitatur, à communi opi. non recedentes, quid in concubina cle-
28 rici † glo. praealllega. in. c. eos. i. 32. dis. secus esse dicit, quoniam est de familia clerici, eiusq; forum sortitur, & ut per Ias. hic fusius, qui hac ratione improbata, aliam adducit, forte hoc idem inductum fuisse, honore clericorum, quibus laici oppido infesti sunt, & ne per ipsos scandalizentur. c. laicos. c. laici 2. q. 7. Abb. in. c. grauis, in prin. de resti. spo. & quia consuluit etiam Ancha. non ualere statutum laicorū contra concubinas clericorū consi. 196. Magnifice, col. 2. & trāsit Dec. uero contrariū sentit, motus quia non uidetur cōsentaneum, q̄ sit cōcubina clerici, melioris conditionis q̄ laici, cui habere concubinam permissum erat ut supra clerico vero non. Nec displicet, sed posset replicari, propter scandalum hoc esse inductum ut supra & quo casu (q. equid dicat idē Dec.) loqui-

uidetur Ancha. in consi. præallega. quoniam infamaretur clericus, saltim de facto, propter criminis connexitatem, & facit etiã quod dicitur in d. l. affectionis. ff. de dona. & in. l. miles. ff. de re iudi. & in. l. mulierem, ubi Bar. in specie. ff. de his quib. ut indi. uerumq; est rursus, q gl. in d. c. cos, nihil faciat, ex quo firmat tantum puniri ab episcopo, ratione delicti, sed his omnibus prætermissis, dici posset, cum hoc idem sit clare decisum in d. l. de iure, non esse amplius dubitã dum. c. i. & 2. & utrobiq; Abb. de no. o. nun. uanaq; mihi uidetur adhuc omnis disputatio, quia si iure canonum (ut supra dictum fuit) concubinatus prohibitus est, & omnis illicitus coitus, in laicis, multoq; magis in clericis, non põt dici ullo casu, quod domicilium mutetur, & si hoc idem uerum est, à priore iudice poterit indistincte ferri sententia & lata etiam exequi.

Secundo quæro, si puella hæc non 29 dum traducta fuisset † an domicilium uiri sequatur, prima facie uideretur dicendum, quod non, ex quo ratio prohibitiua cessat, cum à seruitiis uiri nõ subtrahatur, ut per Bar. in. l. fi. in. §. item rescripserunt. ff. ad municipa. & sentit glo. i. hic, quæ in hac parte pariter erit expedita, ergo & dispositio, ne uiri domicilium sequatur, uulga. l. adigere. §. quanuis. ff. de iu. pa. & quia cum sit facta matrimonii mentio in text. oportet quod sit carnali copula consumatum, c. ex publico. §. sanè, de conuer. coniuga. Ancha. consi. 239. parum, colum. 2. & consi. 409. uiso, colum. 2. pariter, Bal. in. l. Deo nobis, colum. 3. C. de ep. & cle. Areti. consi. 67. diligenter, in 2. idem Bal. in authen. omnes peregrini colum. 2. C. communia de suc. & iudicio meo satis ex illo uerbo elici posse uidetur, peruenerit, dictio enim per designat perfectionem actus, cui adiungitur. l. urbana. §. pernoctare. ff. de uerbo. sig. l. sed & milites. §. plane, & ibi Bald. ff. de excu. tu.

Tamen contrarium uerius est, & ita communiter tenetur, & uidetur casus in. l. ea quæ. ff. ad municipa. & sensit hic glo. 3. quæ etiam ob hoc erit expedita, non aliter intelligenda, iuxta doctri. Bar. in. l. non solum, in. §. si liberationis uerba. ff. de libe. lega. & ibi pariter, & ita idem Bar. in. l. fi. in. §. item rescripserunt 2. ad municip. & probatur, retorquendo arg. & ponderando tex. de matrimonio loquentem, quia ipsum non concubitus facit, sed consensus. l. nuptias. ff. de regu. iu. ergo etiam quod ad domum traducta non sit, domicilium nihilominus contraxisse dicetur, & nota, quia non errat, qui fundamentum facit in regula iuris, ut inquit Bald. consil. 468. factum, colum. i. uolum. i. qui ad propositum ita etiam sentit, consil. 184. si qua, in prin. uolum. 3. & consil. 200. in causa, colum. i. eod. lib. & consil. 165. casus, in 2. uolum. 2. ubiq; allegando d. l. nuptias.

Ad opposita respondetur, eam etiam rationem esse, quia quam primum matrimonium contractum est per uerba de præsenti statim contracta etiam est societas illa diuinæ, & humanæ domus, de qua in. l. aduersus. C. de cri. expi. hæ. & in. l. si rerum, iuncta glo. ff. de re iudi. But. in. c. præterea, in 2. colu. de spon. quo casu locum habebit quoq; dispositio. §. affinitatis insti. de nup. l. si uentri. §. in bonis. ff. de priui. cre. Bar. in. l. munus. ff. de uerbo. si. ergo in matrimonio loquens, in ea etiam uerificabitur, quæ non dum traducta sit. Vel & aliter, quod perinde sit, ac si traducta fuisset, quoniam potentia ad actum deducibilis, actus est. l. pe. ff. de mi. testa. l. quæsitum. §. illud fortassis. ff. de lega. 3. maxime quando formata est & certa. l. librorum. §. sed nec cœpti. ff. de laga. 3. Guliel. Catala. in tracta. de suc. regum, in tertio dubio colum. secunda. Vel & tertio, quod immo in seruitio uiri semper esse dicetur. c. hæc imago. c. manifestum. c. cum caput 33. q. 5. l. sic. ut. ff. de ope. lib. Deci. in. l. fœminæ, num. 60. ff. de regu. iu. & sic primum facile sublatum est.

Non ob. secundũ qa id uerũ ẽ, ut nõ

posſit amplius diſpenſari, quoniam tunc illud uerificatur, de quo in.c.inter corporalia, de transla. præla. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet, ſed non ut non ſit etiam matrimonium, licet non fuerit carnali copula conſumatum.d.l.nuptias.c.fi.de ſpon.duo.unde dicimus tria tẽpora ex tribus in eo ſpectari ſolere, quæ ſunt, initium, complementum, & conſumatio, initium, à ſponſalibus eſt, complementum, à uerbis, & à copula deniq; , conſumatio .c. tuæ.c.tua nos.c.pe.& fi.de ſpon. l. 2. cũ ſimilibus.ff. eo. & ad propoſitum dicit etiam Abb. in.c. debitum colum. 2. de biga.quod copula eſt perfectio ſacramẽti, ſed non matrimonij. Ex quibus tertium etiam tollitur. Vel & melius dic, quod ad aliud relationem habeat, idest ad uerbum illud, matrimonium, in quo perfectio etiam notatur, licet (ut dictum fuit) non ſit carnali copula conſumatum, & ita eſt tenendum.

30 Tertio quæro, quid in uidua † nunquid uiri domicilium ſequatur. Et breuiter (ut dicunt omnes) in ea, quæ honeſte uiuit, planum eſt, & expeditũ, quod ſic, ſi domicilium non mutauerit, nec ad ſecundas conuolauerit nuptias, caſus eſt in.l.filij, in.§.uidua.ff.ad municipa.immo (ut ibi dicitur) quod dignitatẽ etiam retinet, qua corruſcabat marito uiuente, & priuilegia maritalia habet, ſine controuerſia, & fuit opi.Bar.ante omnes, in.d.§.item reſcripſerunt, in prin. Et facit, quia dicitur eſſe quodammodo in ſeruitio uiri.l.fi. C. de bo. mater. Bal.ſignanter, in.l.diuortio, col.4.ff.ſol. mat.& quia hæredibus ipſius operari tenetur.l.ſicut.ff.de ope. lib. & multa ad idem congerit etiam conſi.459.quidam col.2.uol.1.& adhuc prædicta in honorem bene tranſacti matrimonij.l. unum ex familia.§.item Marcus Imperator.ff. de lega.2.pulchre Bal. in.c. iurauit in fi. de proba.& quod hæredibus uiri operari teneatur, debeatq; ab ipſis ali, perinde, ac ſi eſſet in matrimonio, tenuit rurſum Barto.in.d.l.fi.in prin.C.de bo.ma.& in.l.aſſiduis, in 2. colum. C. qui po.in pi.ha. Et facit, quia ita adulterium cum uidua committitur, ad effectum perdendæ dotis, ut dicebam alias ſicuti cum nupta, diciturq; utroq; caſu acceſſus ad alienum thorum, ut plene not.in.l.ſororem.C.de his quib.ut indi. Bar.in.l.i.ff.eo.idem Bal.in.l. fideicommiſſum.C.de fideicom.Burige.præcep. in.l.4.in.§.Cato, num. 155. ff. de uerbo. ob.immo quod Iuriſcon. alibi uiduam & nuptam alio caſu æquiparant, in.l.q cœtu, in.§.fi.ff.ad legem Iu. de ui pub.

31 ubi rapiens mulierem uacantem † idest uiduam, aut nuptam, debet ultimo affici ſupplicio, late dixi in.l.trãſigere .C. de tranſac.

32 Sed dubitatio eſt in uidua † quæ inhoneſte uiuat, an ipſa pariter domiciliũ uiri ſequatur, uidebatur dicendũ, quod non, ut per glo. quam ibi in ſpecie not. etiam Bald.in.l. his ſolis.C.de reuo.do. ubi mater, ſicuti prætextu ingratitudinis, donationem factam filio non reuocat pariter, ſi in honeſte uiuat, alias plus haberet luxuria, quam caſtitas, nõ dicendum, furious in ea allega. fuſius Alex.hic & alij, & eſt communis opi. Et conuenit, quia cum lædat uiri nomẽ famam, & cognationem totam penitus ut in ſimili inquit Bar.in.l.lex Cornelia ff.de iniur.Bal.in.l.i.C. ſi quacunq; præ di po.& in.l.unica.C.de rap.uir.Saly.in .l. parentes.C.de teſti. & Feli. in.c.cum oporteat, de accu.in terminis ꝓbat tex. in.l.miles in.§.ſocer in fi.ff.ad legem iu. de adul.non amplius in ſeruitio uiri eſſe dicetur, nec domicilium retinebit, & eſt argu.in.l.itaq; fullo.ff. de fur. & in.l. ſi ab hoſtibus, in.§.i.ff.ſolu.mat. cum ſimilibus. Et erunt ad legem noſtram ampliationes, quod procedat etiam ſi uxor ad domum traducta non ſit, & in uidua pariter, honeſte tamen uiuente. Sed quo ad iſtud ultimum, aduertendũ eſt (ut alias diximus) quia Dec.poſt Fulgo.tenuit contrarium, motus, quia meretrix non priuatur iure ſuo, & admittitur ad ſucceſſionem cõiunctorum ſuorum, ut per Ange.in.§.i.in authe. quib. mo.na.eff.legi.ergo nec iure domicilij, in

in casu præsenti, quandoquidem consti tuatur ad libitum uoluntatis. l. domicilium. l. nihil. ff. ad municipa.

Secundò, quia pœna priuationis, non habet locum, nisi in casibus à iure expressis. c. fi. ubi glo. magistra, de iure pat. multa Cassane. ultra adducta per eundẽ Deci. hic, consi. i. colum. 32. & consil. 38. quæritur, nam. l. ita ut nec extensio fieri debeat, cum simus in pœnalibus, uulg. c. in pœnis, de regu. iu. in 6.

Tertiò, quia offensa, illata marito post mortem, non est uera offensa. c. i. §. i. & ibi Bald. in fi. de feu. si. cul. non amit. in usib. feu. nec pro rei ueritate dici omninò potest, quod eadem sit ratio eo mortuo, sicuti cum uiuebat, & ut per eum latius. Et male, nec ex supra dictis est à communi recedendum, & si ad. d. l. his solis diceretur, ut dicit idem Dec. quod ibi lex ita ulterius processit declarando quomodo etiam respondet Bal. in. l. qđ fauore in pe. colu. C. de legi. & in. l. eos in. §. si autem, in 2. C. de ap. & Pau. de cast. in. l. cum hi, in. §. eam transactionẽ in fi. ff. de transac. replicabo, non tollere quod extensio non fiat, etiam si expressum non fuisset, à maioritate rationis,
33 quia si mulier, per transitum ad secunda uota domicilium amittit, quanto magis (ut dictum est) debet uidua inhoneste uiuẽs. c. i. §. porrò, & ibi Bal. quæ fue. pri. cau. be. amt. in usib. feu. Saly. in. l. 2. C. de nox. glo. & Docto. in. l. si quis id quod. ff. de iu. o. iudi. immo quod d. lex etiam ad hoc allegatur, ut per eundem Bald. in rub. C. de nau. fœno. Alex. in. l. curatoris colum. 3. C. de nego. gest. & cõ si. 75. uidetur, colum. i. uolum. 5. & Pau. de cast. consi. 83. præsens, in 2. uol. 2. & dubium non habet. Considerando semper, quod caste uiuat, licet ad secundas nuptias transeat. c. nicena synodus 31. d. Bart. in. l. mulier. in. §. cum proponeretur ff. ad treb. Bononien. in sing. nouis 577. mulier, & ad propositum est argumen. in. l. non solent, & in. l. quæ dubitationis tollendæ gratia. ff. de regu. iu. & in. l. i. in. §. quamuis. ff. de uen. inspi. & in. l. hæredes palam, in. §. sed si notam. ff. de testa. & in. l. adeo in. §. cum quis. ff. de acq. re. do. Bellame. decisio 145. licet.

Nec ob. adducta in contrarium, quoniam regulare est, unumquenq; admitti, habereq; in ultimis uoluntatibus testamenti factionem actiuam & passiuã, nisi reperiatur phibitus. l. si quæramus, & ibi Bar. in. 2. colum. ff. de testa. facit qđ habetur in. l. nec non, in. §. quod eis. ff. ex quib. cau. ma. & in. l. i. cum similibus ff. de testi. sed meretrix non reperitur phibita, ergo nimirum si admittitur. d. casu, sed non quod hic forum retineat, ratione supra dicta.

Non ob. secundum quia expressum dicitur, quod à maioritate rationis ostẽditur, ita ut in pœnalibus quoq; fiat extensio, quod pari modo ostensum est supra & fusius Cassane. consi. præalleg. num. 28. d. l. his solis. l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus. ff. de uer. si.

Non ob. tertium & ultimum, quia id speciale est in feudo, ex quo requiritur adulterium in uita commissum fuisse, ut uasallus priuetur feudo. c. i. §. i. quib. mo. feu. ami. eo. lib. Vel & melius, dic, quod immo est uera offensa, quodq; debet priuari etiam eo casu, ut ipse met Bald. paulo post dicit, per not. in. l. fidei commissum. C. de fideicom. & in. l. fororem, allega. etiam supra. C. de his quib. ut indi. Nec dicatur, quod non sit omnino eadem ratio, marito mortuo ut supra quia immo maior est, & ex inductione. d. l. his solis probatur, quia si anima eius tristatur per transitum ad secundas nuptias, ut in authen. cui relictum, & ibi Bal. in pe. colum. C. de indic. uiduí. tol. & in authen ex testamento, in 3. C. de secun. nup. utrobiq; per tex. in. §. nos igitur, in authen. de nup. unde authen. præallega. cui relictum, sumpta est, Ancha. consi. 38. mortua, colum. 2. & consi. 89. decisio in 2. pariter, idem Bal. in l. Deo nobis, i 3. C. de ep. & cle. & Nouel. in tracta. dot. in 6. par. prin. in 16. speciali multo magis tristabitur, si luxuriose uiuat, & inhoneste, nec (ut diximus) per consequentiam eiusdem uiri domiciliũ retinebit, & sic communis ex his facile de-

defensata manebit, sed cogita, quo ad tex. nostrum, quid hoc ipsum conferat, si præoccupata iurisdictione sententia ferri potest, uel lata exeq. à iudice priori, retineat domicilium, uel nõ retineat.

Quarto quæritur (certum enim ẽ, iurisdictionem hic, præoccupatam fuisse, uel lit. contestatione, uel sententia, ut
34 dictum fuit) quid in citatione † an eundem pariat effectum, uidebatur prima facie dicendum, quod sic, casus est in .l. si quis postea. ff. de iudi. in materia allega. sæpe, & in .l. ubi cœptum, eo. tit. & ut hic per glo. quartam quæ ex hoc erit etiam in hac parte expedita, & in .c. proposuisti, clarius, de fo. compe. & est simile in iurisdictione delegati, quæ per citationem perpetuatur, nec potest reuocari, nec per mortem delegantis expirat, quia res non est amplius integra. c. gratum de offi. dele. c. fi. in fi. de offi. le. not. in .l. & quia supra eod. & maxime quia tria continet, iudicis commissionem de citando citationem ipsam, & commissionis relationem, ut per Ro. in .l. i. in §. nunciatio, colum. 2. ff. de no. o. nun. & quia est actus iurisdictionis, conuenit etiam, ut perpetuetur & per eam præoccupatio fiat, l. cum clericus l. omnes. §. si uero apparitor. C. de ep. & cle. l. i. ff. de in ius uo. authen. offeratur. C. de lit. contest. Bar. in .l. fi. infra eo. Gui. Papa deci. 275. colum. i. & 2. & quia est de processu c. quoniam contra, de proba. c. prudentiam. §. i. de offi. dele. Io. And. in .c. fi. de fer. inchoaturq; per eam, secundum gl. in rub. de in ius uo. tradit Bald. in .d. l. i. Archi. in .c. 2. 15. q. 4. non aliud rursum dici debet. Sed in contrarium facit tex. noster, qui de lit. cont. & de sententia tantum mentionem facit, ergo non de citatione intelligetur. l. cum prætor ff. de iudi. cum uulga. & quia tunc quis non agere, sed uelle agere dicitur. l. amplius non petitum. ff. rem rat. ha. licet Cur. ponderet tex. hic, quod immo de citatione etiam loquatur in illis uerbis, sed & si post susceptam cognitionẽ &c. & male, quoniam intelligitur post lit. cont. etiam quod citatio de commissione iudicis fiat. l. neminem. C. de exhi. re. Bal. in .l. magis puto, ĩ. §. illud. ff. de reb. eo. Abb. in .c. i. colum. 2. de iudi. & colu. 13. fusius, quia non requiritur causæ cognitio. d. c. quoniam contra, & ibi not. de proba. Inno. in .c. licet, de accu. nec ipse negat paulo post, ad idem considerantes, quod de mutatione fori agitur, per uiam matrimonii, quæ est aliis potẽtior, argu. in .c. i. cum not. ibidem, ut lit. non con. Et quia, ut inquit Ias. fuisset iste tex. alias de indubitabili, contra uulga. regu. l. quod labeo. ff. de Carbo. edic. ex quo indubitatum est, si per solam citationem præoccuparetur, quod multo magis diceretur præoccupari per lit. con. & sententiam. Et hæc opi. pro rei ueritate mihi placet plurimum, solo primo fundamento, secundum enim debile est, ut etiam inquit Deci. ex uerbis in fi. legis positis, ibi, quod generaliter &c. aliis sæpositis, & quia de matrimonio mentio facta est, quoniam in facto ita euenerat, nec inde argu. sumi potest. c. si Papa, de priuile. in 6. & ibi Gem. in pri. num. 6. rationem assignat, debilius, & tertium, quoniam ex alio dubium esse potuit, cum domicilium mutatum fuisset, ut supra & sufficit, ut in simili in. §. affinitatis, insti. de nup. & in .l. si uentri §. in bonis. ff. de priui. cre. aliter respondet etiam Dec. hic, sed quia eius responsio confunditur ex not. in cle. literis, de proba. & per Alex. consi. 101. uisis, colu. 5. uolum. i. transeo. Et ostendi potest ex alio hæc ueritas, quia sic etiam (ut communiter omnes testantur) intelligitur quod habetur in .l. proxima supra iurisdictionem esse prorogatam duntaxat per lit. con. ita ut pœnitentiæ quoq; sit locus, etiam quod citatio præcesserit, ergo & hic iurisdictio .d. modo præoccupata, uel si sententia lata sit, dictumq; ẽ satis loco suo. Et tenendo sic, non ob. adducta in cõtrarium, maxime text. in .d. l. si quis postea, & in .d. l. ubi cœptũ & in .d. c. proposuisti, quia posset respõderi, iura hæc, post istam .l. condita fuisse, ut idem Deci. dicit. Sed replicabitur satis esse, quod Vlpianus de ipsis cogitauerit

uerit in genere, argu.in.l.qui iure militari.ff.de mili.testa.tradit Bart.in.l.i.col. i.ff.de condic.ex le.Alex. & omnes in.l. i.in gl.constitutione.ff.de offi. eius. Vel quod interpretationem ab illis hæc patiatur.l.i.§.lex falcidia.ff.ad legem fal.& est argu.in.l.utrum.ff.de peti. hæ. Soci. in.l.i.in prin.ff.de reb. dub.Ideo respondeo solidius,ut dicebam alias, quod illud ideo est in.d.l.si quis postea, q̃a agitur de impediendo aliquem, ne priuilegio utatur, quod facilius tollitur præuentione,etiam per citationem, quam ius commune.l.eius militis.§. si militia missus.ff.de mili.testa.glo.optima in.l.i. C.si aduer.uen. Ad tex.uero in.d.l.ubi cœptum, quod acceptum legi debet, hoc idem esse non potest, nisi per lit.cõtestationem l.amplius non petitum, allega.etiam supra .ff. rem ratam ha. text. rursum,in.d.c.proposuisti,secum respõsionem habet ex uerbo postmodum, ꝗ interuallum temporis not.l.2.C.de custo.reo.l.cum alicui.ff. de nego. gest. ita ut sola citatione præuentio facta nõ sit, sed etiam lit.contestatione, & ut ibi latius Barba.declarat. Non ob.ulti.quod perpetuetur iurisdictio delegati per citationem,quod sit actus iurisdictionis, & quod deniq; etiam sit de processu, quia uera sunt omnia, immo quod plures alios effectus etiam habet, de quibus ꝑ Ias.in rub.C.de in ius uo.sed non quod præuentus quis sola citatione dicatur d.l.amplius non petitum .§. fi. insti. de poe. te. liti.l.fi.§. illud.C. de tempo. ap. Bal.in.c.i.col.i.de lit.con.

Quinto quæritur,quid si in loco prioris domicilii non sint bona(& quotidianum est)glo.hic breuiter† ad quam Bar.
35 se remittit,&ex his erit expedita pariter sentit, quod iudex loci ubi reperiuntur literis sibi à priori iudice destinatis,executionem faciet, per tex.in.l.cum unus in.§.pe. ff. de bo. au. iudi. po. ubi casus clarus,iuncta glo. & hinc sumpta occasione, multas limitationes congerunt scriben.quas referre non curo quia non suppetit tempus, & quia materia est.l. à diuo pio.ff.de re iudi. igitur dic, ut ꝑ eos, & adde, quod hoc idem tradit etiã Barto.in.l.fi.colum.6.C.de edic.di.Ad. tol.& per simile probat in.l.relegatorũ, in fi.prin.ff. de interdic. & rele. pulchre Bal.hic,remouendo contrarium,in.i.lectu. colu. 4. & ita debet declarari quod dicit in.l.cum uirum.C.de decu.lib.x.ꝙ diffinitiue executio fieri non potest extra territorium, sed opus est, quod iudex scribat ut supra signanter per text. in.d.l.cum unus,& not.uerbum posuit in.l.fi.in 2.colum.C.de præscrip.lon. tẽpo.quod licet actiones, tanquam corporales,in fixæ sint ossibus creditorum actiue,&passiue debitorum.l.quis ergo casus.ff. de pecu. effectumq; suũ ac ius extendant ubiq; personam concomitãtes,non tamen fiet executio, nisi ut dictum fuit. Idem Barto. melius quam alibi,in.l.diuus.ff.de tu.& cu.dat.ab his Gemi.in.c.i.in.§.contrahentes, colum. i.& 2.de so.com.in 6.Ro.consi.39. in ꝓposita quæstione, colum.ulti.Ancha.in c.canonum statuta, in repe.colum.134. & 161. Et est forma à iure tradita, quæ tamen de consuetudine non seruatur in criminalibus,nisi in terris, quæ sunt de eodem principatu, ut not.in cle. pastoralis, de re iudi. testatur idem Bald. in.l.requirendi,colum.2.C. de ser. fugi. & in.l.i.in 7.C.de hæ.insti. & Bart. ante eum,in.l.sepulchri.ff.de sepul.uiola.

Sexto quæritur,si laicus sit condemnatus, uel bannitus, postea efficiatur
36 clericus † an in mutatione fori, impediatur iurisdictio primi iudicis. Idem Bar.hic,per not.in.l.pe.infra si ex noxa. cau.aga.&in.l.i.vbi etiam ipse.ff.de pœ. & per Io. And,in.c.i. de ob.ad racio. tenere videtur,quod non,& pro indubitato habet Ias. cum declaratione tamen, quod prius degradetur a iudice ecclesiastico, iuxta ea quæ habentur in .c. cum non ab homine,de iudi.& in.c.degradatio,de pœn.in 6. Bar.in.l.i.colu.2.C. de digni.lib.x.Abb.in.c.nouimus, in prin. de uerbo.si.Cassane.consi.38. quæritur, nu. 7.subiiciens, quod aliter hoc idem abhorret ecclesia,& bene,& nota quod debet per ipsum etiam istud declarari, ut

ut per Car.in.d.c.cum non ab homine, refert & sequitur Anto.Capici.deci.112. nu.6.& non ab re, ex quo pœnam mortis non infligit, nec iudicium exercet sãguinis .c. clericis .c. sententiam, ne cle. uel mo.c.1.& 2.51.dis.Ancha.consil.158. ex narratis, colum.2. adeo ut nec legatis de latere, quibus prouinciarum administrationes committuntur, hoc idem facere permissum sit, ut not. Io.And. & Moder.in.c. fi. ne cle.uel mo. in 6. pulchre Areti.consi.58.diligenter, colum. 2.nec Papa det licentiam homicidia perpetrandi, licet in perpetratis dispenset c.at si clerici, de iudi.l.si unus.§. illud.ff. de pac.pulchre Bal.ubi assignat rationẽ consi.479.ad bellum, in prin. uolum.5. & hanc opi.in terminis, in quibus pposita est quæstio, tenent omnes, & ratione comprobari potest, quia in fraudem hoc idem fecit, ut pœnam euaderet, sicuti in locis præallega. dicitur, quæ ei patrocinari non debet.l.itaq; fullo.ff.de fur.& in simili Bellame.deci.261. in causa, quod si condemnatus bona sua, ad mandatum alterius iudicis, post condemnationem dederit in solutum contra eum fraus præsumetur, nec gaudebit cesfionis beneficio, & bene.l.fi.ff.de cessio.bo.& ad propositum facit quoq; quia cum sit factus seruus pœnæ .l. qui ultimo.ff.de pœn.iam certum est, quod nouere non potuit.l.2.§.uoto.ff.de pollicita, & quia mutata conditione personæ, non per hoc mutatur qualitas pœnæ, nec iusdicentis officium fit desertus .l.fi.ff.de re mi.l.omnes, & ibi Barto.C. de decu.lib.x.

Sed dubitabilis ex aliquibus uidetur & maxime, quia habemus, quod priuilegium alicui superueniens, ipsum eximit à iurisdictione iudicis prioris .l. spadonem .§. si autem .l. iurisperitos .ff. de excu.tu.quale præsertim istud est, quod quandocunq; opponi potest, etiam in executione, iuxta not. in.c.si diligenti, de fo.comp.unde uidemus, ꝙ sacerdotium superueniens, etiam munus publicum, iam iniunctum, tollit.l.prætor in prin.ff.de ua.& excu.mu.quodq; cõpromissum soluit .l. non distinguemus .§.sacerdotio.ff. de arbi. & quod deniq; (à milite cœlestis militiæ arguentes, ad militem terrenæ, ut per Docto.in.l. miles.ff.de re iudi.) si paganus delinquens miles efficiatur conuenitur coram suo iudice, & non coram primario.l. qui cũ uno.§.reus.ff.de re mi.l.hos accusare.§. 1.ff.de re mi. l. hos accusare .§. 1.ff. de accusa.non prætermittentes etiam, quod sic superueniens dignitas, uinculũ obligationis præcedentis, quamuis uolenter contractæ, soluit.l. interdum .ff. de ope.liber.& ita Oldra. arguit consi. 4. quod latius fusius Cassane. in consue. Burgun.fo.56.colum.3.& 4.ad text.nostrum respondentes, quod hic non mutatur status, sed adiicitur forus tantum l.senatores.ff.de sena.

Quibus omnibus tamen potest responderi (quod & ipse Oldra.postea non negat) uera esse regulariter, & quando nulla fraus præsumi potest.l.si quis decurio C.ad legem Corne.de fal.l.officiales, & utrobiq; Bald. C. de ep. & cle. l. 1. §. is quoq;.ff.de colla.bo. sed hic fraus præsumi potest, ut probatum est, ergo, & signanter per d.l.senatores, quod imme quamuis senatores domicilium habeãt in urbe, ipsum tamen intelligantur habere, ubi originem traxerunt, tenuit Fede.de sen.consi.5.quidam monachus colum.1.& per tex.in.l.si quis.C. de adno.di.iudi.& in.l.1.ff.de albo scriben. & in fortioribus terminis probatur, quia donans bona sua, sub conditione, si cõtigerit ea publicari, donatio in fraudem facta præsumetur.l.fi. ubi Barto. Imo.& alii.ff.de sti.ser.l.summa cum ratione.ff. de pecu.not.in.l.post contractum .ff.de dona.ergo multo magis, si quis cõdemnatus uel bannitus fuerit, & postea (ut in casu præsenti) efficiatur clericus.

Sed hic cadit necessaria dubitatio, si

37 uotum fecisset clericatus † antequam delictum committeret, an possit per secularem iudicem puniri. Idem Ias. hic dicit quod non, post Bal.in.l.1.C. an seruus ex suo facto, quoniam uotum trahitur retro, ut ibi exclamat, quod est cautela

tela utilis ad euadendum, ne quis moriatur, maxime quia staretur iuramento ipsius, ex quo sumus in dependentibus ab animo & conscientia iurantis, iuxta glo.in .§.aliæ insti. de ac. & in .c. significasti secundo de homi. not. in .l. inter omnes, in.§.recte.ff.de fur.& in.l. i. in.§.tertio.ff. de aqua plu. ar. & in .l. non omnes, in.§. à barbaris.ff.de re mi. Et facit in simili, quod de ignorantia, & scientia dicitur, in.c.nulli in fi. de elec. in 6.de instrumentis nouiter repertis, per Barto.in.l.admonendi, in prin. ff.de iureiu. & de amissione eorum, in l. fi. C.de fi. instru. & fusius Gui. Papa consi.223. fuit lata, colum. 2. multa Alexand. consil. 126. uisa, colum.p.uolum.4.Ancha.consi.159. rationes, colum.3. & consi. 252. frater charissime, colum.2. & consil. 324. pulchrum in 2. pariter Ro. consi.320.hæc istorum, pau lo post prin. & consi.398.ut clarior, in fi. Rota, deci. 41.si impetratur, in nouis. Tamen dubito, quia glo. prædicta in locis præallega. & sic à Docto. celebrata, non est uera, quando præsumptio est in contrarium, ut hic.l. sine possidetis .C. de proba. Barto. in.d. .§. recte Inno. & Io. And. in.c.secundo de constitu. Feli. in .c. si diligenti, colum.3.de præscrip. Alexand.in.l. de tutela, in fi. C. de in integ. resti. & in .l. pro hærede, in prin. in prima colum. ff. de acqui. hæ. Rui. præcep. consil. 81. uiso processu, num. 18. uolum. 3. & ideo totum hoc pondus arbitrio iudicis commissum est .l. de die.§. plane .ff. qui satisda. co. Ange. in .l. si finita, in .§.uideamus .ff. de dam. infec. Seue. in tracta. de suspec. debito in 11.q. colum. 3. considerando quoq; , si hoc uerum esset, quod facile periuriis aperiretur uia .l.2.C.de indic. uidui. tol. præbereturq; delinquendi occasio, & male .l. conuenire .ff.de pac. dota.& quia agitur de graui præiudicio.l.in seruorum.ff.de poe.quo casu iuramento rei non est stādum.l.thesaurus.ff. ad exhiben. & ideo etiā ꝙ uoluisset prius, puniri tamen deberet,cum uotum probari non possit, & paria sint hæc, quod non nouerit,& quod nouerit,sed non appareat.l.Rutilia polla.l.in lege.ff.de contrahen.emp. l.titiæ textores, & ibi Bal.in prin. ff. de leg.i.l.duo sunt Titii.ff.de testa.tu.Bart. in.l.i.colum. i. in fi. de solu. & ad idem dicit Bal.met, pro nullo haberi, quod probatione caret, consi.442.uerba, in fi.uolum.i.& Alex.consi.125.uisa,colu. fi.uolum.4.Ancha.consi.190.plura, colum.i.& consi.224.iste dominus, col.2. Gui.papa consi.47.circa,in pe.col.&cō si.186.pro declaratione, col.i.

38 Septimo & ultimo† quæritur,si puella hæc, in loco domicilij contraxisset, postea ipsum domicilium mutasset,nūquid forus contractus possit declinari, & mutatus intelligatur. Videbatur prima facie dicendum quod sic, quia iura in materia loquentia hic, & in.l.si quis postea.ff.de iudi.& in.c.proposuisti, de fo.comp. solam præuentionem iurisdictionis considerasse uidentur,ergo non si præcesserit contractus,quominus fiat domicilii mutatio,& ibi debeat conueniri, alias eiusdem conditio redderetur deterior,quoniam utrobiq; respondere teneretur,& male.l.titia.§.qui inuita.ff. de lega.2.Bar.in.l.mæuius in prin.& in l.cum pater, in.§.pater.ff.eo. ita ut hoc casu semper possit ad superiorem recurri.l.qui grauatos.C.de censi.lib.x. Bald. consi.205.in causa, colum.2.uolum.3.& quia sic etiā à seruitiis maritalibus subtraheretur,vt per Bar.in.l.fi.in.§.item rescripserunt 2.nu.5.ff.ad municip.Tamē Bar.hic.in prin.sentit contrarium,& uerior opi.est,negariq; non potest tex.per ipsum allega.in.l.iuris ordinem .C. eo. ibi nam ubi domicilium habet reus,uel tempore contractus habuit, ibi conueniri potest, & additur forum foro, ut inquit Bal.in.l.causa, in prin. C. de ep. & cle.& maxime si agatur ad obseruantiam contractus, quia alias si ad distractū,secus,ut ꝑ Bal.in.l.2.C.ubi et apud quē,vbi Pau.de ca.dicit,ꝙ ex tēpore cuidā Doctori ipsū interrogāti,respōdit primo anno,quo huc accesfit ꝙq; admiratus est ualde, et ꝙ memor non erat hu-

ius dicti. Et ad propositum Bar. facit, q. sic uidetur se obligasse ad comparendū in. d. loco. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. c. dilecti. c. fi. de fo. com. pulchre Abb. in. c. qđ clericis, in 2. col. de fo. cōp. q. plus dicit in. c. dilectus, in 3. de rescrip. q. non solum. d. occasione conueniri poterit coram ordinario, uerum etiam coram delegato Papæ, & quia deniq; si alibi contraxisset, ibidem comparere teneretur. d. c. dilecti, ergo & multo fortius hic, ubi duo concurrebant uincula. c. i. de treu. & pa. §. sed hodie, insti. de adop. cum uulga. Ad opposita respondetur primū nihil facere, quoniam esto q. præuentionem iurisdictionis considerauerint, non tamen tollunt q. contractus ratione pariter, non sit iudicis ipsius p̄occupata, legem enim sibi sic dixit puella prædicta à qua recedere non licet. l. legē C. de pac. l. i. §. si conuenerit. ff. depo. & sic per. d. l. iuris ordinem, & alias, de quibus supra hæc quoq; (ut congruum est) declarari debet. l. nō est nouum. l. sed & posteriores. ff. de legi. c. super q̄stionum, in prin. de offi. de. & ampliari, ut præuēta ratione contractus dicatur, & maxime quia de contractibus ad iudicia ualet argumentum, diciturq; in iudiciis quis quasi contrahere. l. 3. §. idem scribit ff. de pecu. Bar. in. l. iulianus, col. 7. ff. de condic. inde. & in auth. sacramenta puberum, col. ulti. C. si aduer. uen. ita ut ex isto quasi contractu surgat etiam obligatio in personam, secundum Bal. in. c. in præsentia, col. 3. de proba. Nec est in cōsideratione q. possit utrobiq; conueniri quia sibi imputandum est. l. sicut. C. de ac. & ob. ex quo nō prospexit quod euenire poterat, q. q; poterat fieri. l. si q. s domum. §. i. ff. loca. l. in argento, ubi glo. in prin. ff. de au. & ar. le. & ideo si se suo gladio ingulauit (quod est in prouerbio) non conqueratur. l. 2. §. si quis. ff. si quis cau. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. uulga. l. quod quis. ff. de regu. iu. cum similibus, sed dicat potius, quo lapsa (uerbum est Plutar.) quid feci? quod mihi munus omissum est. Minus considerabile rursum uidetur, quod à seruitiis uiri subtrahatur, quia præpōderat obligatio iam contracta. d. §. p̄inde, p̄allega. c. dilecti, & est arg. in. l. certi condictio, in prin. ubi glo. not. ff. si cer. pe. & in. l. irē ueniunt, in. §. cum prædiximus. ff. de peti. hæ. & ī. c. literis, de rescrip. ubi primordialis causa, nō accidentalis, debet semper attendi, quod etiam declarat Ro. in l. in prouinciali, in. §. i. col. pe. ff. de no. o. nun. Est uerum adhuc, quod Bal. hic relatus etiā per Cur. dixit, quod d. l. iuris ordinem, loquitur in mutatione domicilii uoluntaria, hic autem in necessaria pro qua distinctione facit regu. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. co. Sed iudicio meo, generalitatē illius legis destruit uulg. l. de precio. ff. de publicia, & quia nec isto casu necessaria dici potest, matrimonio mediāte facta, quoniam ipsum quoq; uoluntarium est. c. gemma, de spon. l. titia. ff. de uerbo. ob. Et aliter Barba. in. d. c. proposuisti, nu. 24. post Saly. in. d. l. iuris ordinem, quod poterit conueniri in loco contractus, si ibi inueniatur, alias non, quodq; iste est uerus intellectus. d. legis, & rursum male, quoniam hoc ibi non dicitur, & minus in. d. §. proinde, sed contrarium potius, alias istud, quod fauore creditoris inductum est, quod possit aduersarium punire, uel in loco domicilii, uel contractus. d. c. dilecti, ubi glo. ad eius læsionē retorqueretur, non dicendum, uulga. l. quod fauore. C. de legi. c. quod ob gratiam, de regu. iu. in 6. & ideo dicendum est, & tenendum ut supra & ex his, alia de industria prætermittentes, quæ facilia sunt, & dubitationem non habentia huic not. legi finem facimus, ne etiam materia eiusdem, quasi circulo agitata perpetua sit, & nunquam terminetur, & ad maiorem lucem (ut inquit Bal.) in tuitum uertamus, consi. 400. casus, col. 3. uolum. 5. Laus Deo Opti. Maximo, Beatæ Virgini, Prosdocimo, Antonio, Danieli, & Iustinæ, sanctiss. ac gloriosiss. protectoribus nostris.

SVMMARIVM. §.fi.

1 *Breuis esse laboro, obscurus fio.*
2 *Olim defensores ciuitatum cognoscebant usq; ad summam solidorum 50. postea 300.*
3 4.5. *Dubitandi ratio.*
Et ibi de ueritate multa, quomodo ad iudicem spectat eam inuestigare, & de intellectu .l.sed licet .ff. de offi.praesi.& l.si idem cum eodem.§.fi.supra eo. & quomodo procedat regu.inspiciendum esse quod in futurum euenire potest.
6 *Decisionis ratio.*
7 *Libellus est fundamentum iudicij.*
8 *An indistincte uerum sit quod hic dicitur, posse peti ex summa debita, minorem quantitatem.*
9 *Practica, qua utebantur Tudertini, facile eludi potest.*
10 *Si de maiori summa constet in processu, & probatum sit, an iudex iurisdictionem habens limitatam, possit reum condemnare.*
11 *Si petatur magna quantitas à debitore inope, an actor ex forma statuti debeat soluere denarios sex pro libra de tota summa, an uero effectus exactionis debeat considerari.*
12 *Illatio praedicta tantum, quae fuit Bar. male applicari posse uidetur ad tex.istum.*
13 *Sicut anima, corpore & rebus omnibus, praestantior est, ita maior cura etiam est adhibenda, ne eiusdem salus negligi à nobis uideatur.*
Et ibi multa ad.l.sancimus .C. de sacrosanc. eccle. Ostendentia demum, uulgatum illud summam esse rationem, quae pro religione facit.

§. QVOTIES. Illustris Doctor Odof.hic,& fi.§.iste breuis sit, quia tamen difficilem habet materiam, iuxta illud, breuis esse laboro † obscu-
1 rus fio. ad euidentiam hoc unum praemittit, quod etiam, tacito auth ore, facit Zasi.& necessarium est, defensores ciuitatum limitatam iurisdictionẽ habuisse
2 olim † nec potuisse cognoscere nisi usq; ad 50. aureos,& postea usq; ad 300. dictu, quod est text. in.l.i.C. de desen.ciui. & in.§.& iudicare, in authẽ.de desen.ci. tradit Bar.in.l.imperium,nu.26.sup.eo.

3 Dubitandi ratio † esse potuit forte, ut etiam inquit Pau. de Cast. hic, ad fi. quia ueritas discuti debet,& inspici, nõ quod dicitur, sed quod uerum est, ut p glo.in.l.i.ff.de do.&in.l.i.ff.si quad.pau. fe.di.sentit Bart. in.l.i. num.2. in fi.ff.de offi.eius. Immo quod iudicis proprium est hoc facere.l.non est nouum, ibi, ut fides ueri constare posit.C.de eden.nõ ad aliud inuentus, inquit post Pau.de Cast.Gramma.deci.34.in praesenti consultatione, in prin. Et nimirum, quia cum primum reperta fuerit ei omnia cedunt, ut per eundem Pau.consi.19.supra dictae.colum 2.uolum.i.&probatur in.c.ueritate 8.dis.& in.c. fraternitatis, de frigi.& male. Et adeo uerum est, ut posit quoq; notarius pro ipsius inuestigatione cogi ad exhibitionem actorum l.2.C.de eden.& interrogatoria suppleri, per partes omissa.l.ubicunq; .ff.de interroga.ac.c.cum causam,& ibi omnes, de testi.Specu.in.§. iam de interrogatoriis, in prin.eo.ti.& iuramentum deniq; in supplementum probationis deferri l.in bonae fidei.C.de reb.cre.l.admonẽdi, cum similibus.ff.de iureiu. multa Ripa in.l.4.in.§.hoc autem iudicium, nu. 71.ff.de dam.insec.qui ob hoc etiam testem minus idoneum repellit, exemplumq; reicit, quanuis non opponatur ut per Ange. in authen. de tabellio. in prin.& post eum Deci.in authen.si quis in aliquo documento, num. 27. C. de eden. & quod iudex pro ueritate inueniendá laborare debeat, tradit Alex.in.l. fi.in 2.colum.C.de procu. Immo & quãdoq; etiam simulare.c. afferte mihi gladium, de praesump. Sol. quo ad finem iudicij, requiritur ueritatis examinatio ex quo nunquam ad sen ten tiam procedit, nisi (ut dixi) sibi liqueat negocii ueritas ex actis, su p qu o ipsam laturus est.l.illicitas.§. ueritas .ff. de offi. praesi. Bellame. deci. 689. proxima colum. 4. non quo ad iurisdictionem fundandam quia tunc sufficit quod in libello positum est, ut infra.

Secunda dubitandi ratio esse potuit

4 †quia regulam ad idem habemus, non tam spectandum esse quod factum est, q̃ quod fieri debeat.l.sed licet.ff.de offi. præsi.per quem tex. dicebat Alex. alias in.l.ex facto,in.§.si quis rogatus, col.2. ff.ad treb.si testator sit nobilis, & conditionem apponat in testamento,si sine liberis decesserit,etiam ꝙ habeat naturales filios,ꝙ tamen de legitimis & naturalibus intelligetur, & de isto contrario facit mẽtionem gl.hic nec soluit, sed dici breuiter potest,ꝙ uerum sit id pariter quo ad decisionem causarum,quia non exemplis iudicat iudex, ut ibi not. sed secundum allegeta & probata.d.§. ueritas.c.summopere 11.q.3.Bar.ĩ.l. ubicũq; col.5.ff. de interroga. ac. hic autem quo ad iurisdictionem (ut proxime declarauimus)cõcedendam,uel denegandam, immo quod nec dictum Alex.per regu. præallega.uerum est,ut ibi Clau.ostendit,in 2.col.quem aliter non refero.

5 Tertia dubitandi rõ esse potuit†quia si sint plures, non quod quisq; petit, quo ad iurisdictionem eius qui cognoscit sed tota res inspicitur.l.si idem cum eodem.§.fi.supra eo. vbi reprobata opi. Offilij ac Proculi, hanc Cassij & Pegasi uti probabiliorem amplectitur Caius, & uirtualiter adducendo simile, illum tex.ita inducit etiam glo.in.c.in genesi, de elec.

Sed facilis est sol. illud ideo esse ibi, quia euenire potest, si diuisio incommoda sit,quod uni tota adiudicetur, soluta aliis æstimatione partis suæ,ut tex. met dicit & habetur etiam in.l.2.3.& 4. ff.fi.regun.l.i.ubi glo. not.C. de hæ. ac. quam extollunt Scriben.in .l. debitori, in prin.C. de pac.hic autem ut cognoscat iudex modum suæ iurisdictionis, igitur non mirum est, si non inspicitur quod euenire potest,ut ibi,& ĩ.l.si quis domum, in.§.i.ff.loca. & concordantes allegat glo.in.d.loco,& ad regu. ibi rursum tradit intellectu Ias. ꝙ inspiciatur id,quod euenire põt.d.casu, quia ad illud præsens status tendebat, hic uero, & in similibus non,late Bart. in .l.inter stipulantem,in.§.sacram.ff.de uerb. ob. & in.l.fundum,in 2.colum.ff.de excep. Alex.in.l.sciendum,in.§.si fundum, in i.ff.qui satisda.co.pulchre Bald.in.d.l.si idem.lectu.2.col.2.&in.l.ædem,in 4.C. loca.& est communis resolutio.

6 Decisionis ratio est † quia ante lit. con.non agitur de summa debiti, & q̃ a dicto tempore nec testes recipiendi sũt l.pro latam .C.de sen.c.i.ut lit.non con. Ias.hic,& alij,igitur quid petatur, non quantum debeatur, inspiciendum est. Et maxime, quia iudex de sua iurisdictione certus esse debet,secundum Bal. nec tenetur expectare probationem facti principalis, quæ diuersum effectum parit.l.multum interest, & ibi Barto.ff. de condi.& dem.idem in.l. si finita, in .§.iulianus, colum. 4. ff. de dam.infec. Abb.in.c.prudentiam, in prin. colum. 7.de offi.dele.Feli.in.c. si clericus, in 2. de fo. compe. Alexand. in.l.2.in 4. ff. si quis in ius uo.non ie. Hinc uidemus etiam,quod sententia libello conformãda est.l.ut fundus.ff.cõmuni diui. quod statur narratis in eo,contra libellantem l.cum precum. C. de libe. cau. & quod deniq; reicitur,si ineptus sit.l.i.ff. de offi. asse. & breuiter fundamentum est

7 † omnium, ita ut si fuerit in eo error inuentus omnia corruant.l. egi. ff. de excep.rei iudi.l.atheius.ff. de aqua plu. ar, Pau.de Cast.consi.65.uiso,colum. ulti. uolu. i. & quod inspiciatur illud quod petitur,non quod debetur, probat etiã Bar.hic per text.in.l.in commodato, in .§.pe.infra commo. & Bald. quod principia, ac exordia iudiciorum ex narratis, non ex ueris nitantur causis, in authen.offeratur,col.2.C.de lit.con.

Verum de aliquibus dubitare contingit, quæ loco notabilium erunt, ex supra dictis glo.etiam expedita, & primo, certum enim est, ut inquit idem Bar.hic, & in.d.§.pe. quod possum petere quinquaginta, seu uigintiquinq;, ex centum mihi debitis,& ipsum debitorem conuenire coram magistratu, q̃ de maiori summa cognoscere non poterat,an hoc † indistincte uerum sit, di- 8
cunt Scribẽ.cõmuniter omnes hic post bar.

Bar.in.d.§.pe.quod non sed ita demum si non sit à parte oppositum,& bene,qa tunc militare uidetur qđ dicitur in tex. nostro, & quia iudex alias non imparti tur officium suum,non requisitus .l. 4. .§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec. nec est ratio,qua possit dici,ꝙ iudicium non procedat,& est arg.in.l.fi.C. de anna.excep.& in.l.si constat.C. de compẽsa.gl.magistra in.c.i.de rescrip.in 6. Bar. in.l.quanuis, in fi.ff. de in ius uo. plene Gui.papa consi.24. circa, col.3.& sic in summa petita condemnabit,si probatũ fuerit.ergo secus si oppositum sit, & est

9 † practica Tudertinorum,ut inquit Ange. hic,& cautela secundũ Bar.in auth. qui semel,nu.31.C.de ꝓba.ut ex primo processu agens instruatur , quid facere debeat in secundo , quæ secundum eundem Ange. facile deludi potest (ut etiam refert Ias. & alii) si dicatur , totum peti debere, ne debitor sub diuersis iudiciis uexetur .l. plane.ff.fami.her. l. quidam æstimauerunt, & ibi omnes .ff.si cer. pet.

10 Sed quo modo † totam summam petet si (ut diximus) iudex cognoscere non põt, habens iurisdictionem limitatam .§.& iudicare,in authẽ.de defen.ciui.l.i. C.eo.allega.etiam in euiden. dicit Bar. in.d.§.pe.quod iudicium procedet quo ad summam petitam, Alex.uero contra rium hic,& in.l.si mihi & tibi, in prin. in 2. col. de lega. i. testatus amplius ita communiter teneri, quoniã ex defectu iurisdictionis,ꝓcessus ipso iure est nullus,clem.i.de seq.po.& fruc.Bal. in.l.ex ceptionem,col.ult.C.de proba.Deci.tamen saluat Bar.& placet, quoniam oppositum procedit , si à principio tota summa peteretur , sed hic pars petita est, ergo, & petitio admittitur de iure quoniam facilius etiam probatur , ut in locis præallega. not. & si diceretur, text. nostrum uitari, quem ad idem inducit Barto.in.d.§. pe. ex quo loquitur non opposita declinatoria fori, replica bo opponi, si tota summa petatur,non si pars, spernendamq; esse si opposita sit. Cogita tamen , quia q.dubitabilis est, & quotidiana, & dic plenius,ut in d.l.si mihi & tibi.

Secundo dubitare contingit, si de maiori summa constet in processu , & probatum sit, an iudex possit , & debeat reum conuentum condemnare. Prima facie uidebatur dicẽdum, quod sic, quia sententia ex actis iustificatur, ut per Abb.in.c.pe.in pe. colum. de iudi.l.terminato.C.de fruc. & lit.expen. Barto.in.l.si quis ad exhibendum .ff.de excep. rei iudi. & ideo dicunt Scriben. in .l. uinum, ubi ego signanter, lectu. 2. num. 121. ff.si cer. peta. ad limitationem.l.ut fundus, citata etiam supra.ff. communi di. quod iudex sequi debet, præter conclusionem libelli , acta & probata, in quibus consistit substantia decisionis causæ, & bene.l. per hanc C.de tempo.& rep.ap.l.scio.ff.de ap. Et quia sui natura indiuidua est,nec potest pro parte ualere, pro parte non, ut per Barto.in.l.si qui, in .§. fi. ff. eod. & in.l.i. ad fi. C. si in communi eademq; cau.

Tamen contrarium uerius uidetur, ob defectum iurisdictionis, cum sit competens tantum ratione summæ petitæ.d.l.i. C. de defen. ciui. Vel ut per Barto. & Bald. infra in .l. seq. distinguas, quod si una summa sit tantum non ualeat .l.fi.§.fi.C.de ap. quem text. dicit singu. Flo. in.l.in lege Aquilia, in.§.si quis, in 2.colum.ff.ad legem Aqui. si uero diuersa capitula cõtineat, in uno sustineatur, in alio non .c. utile de regu.iu.in 6. l. quædam, fa. her.l. carmelia pia.ff.de iu. pa. & ita tenet etiam in.l.2. C. de re iudi. & in .l. i. colum.2.C.si aduer. rem iudi. idem Bald. in.l.illud, in. §. i. in fi. ff. quod cuiusq; uniuer. no.& in not.q.in authen.ex testamento, colum.pe.C.de colla.& in.l. i.in terminis,col.i.C.de erro.cal.

Tertio, & ultimo, dubitare contingit, certum enim est hoc quoq; casu,si petatur magna quantitas à debitore inope, quod ius istud & actio, modici ualoris esse potest, quoniam inanis est, actio &c.l.nã is.ff.de dolo.c.olim uobis de

de resti.spo.Bar.in.l.facere, & in.l.si constante, in prin.ff.solu.ma. esset enim ab eo pecuniam exigere, non secus ac oculos à cæco petere, qui nunquam dabit quod non habet, ut inquit Bald. consil. 343.examinanda, colum.2.uolum.i. q.d iuris, si stet statutum in ciuitate de tota summa litis, actorem denarios sex pro libra, soluere debere, an effectus exa-
11 ctionis considerari debeat † an uero forma petitionis. Breuiter idem Bart.hic, & in instrumento loquens, in .l.in offerendis.C.de ap.concludit, formam petitionis, non effectum exactionis, attendi debere, per istum text. & bene addit Ias. hic, & in.l.non amplius, in prin.ff. de lega.i. quod cum misterio litis mentio facta est, ex quo alio casu secus, exēplificando in quinq; casibus, ut per eū. Deci.uero dubitat, quia materia fauorabilis est hic, agitur enim de fundanda judicis iurisdictione, gabella uero sui natura odiosa, & contra ius commune ad quod allegat Corne.consi. 199. circa primum.colum.4.uolum.i.& Bart.in.l. si pupillus.ff.ad legem Fal. dic tu fuisse etiam Bal.uerbum, consil.340. & præmitto, ad fi.uolu.3. Ias. in.l.i.paulo post prin.ff.si ex noxa.cau.aga. pulchre Ancha.consil.264.præmittendum, & ideo
12 non bene uidetur Barto.inferre† ex hoc tex.ad gabellam, ut supra quia ē illatio ultra eum, de casu fauorabili ad odiosū non probāda, cum sit arguere sic de maiori ad minus affirmatiue, & male, ut per Fede. de sen. consil. 14. monachus., quem refert & sequitur Cur.iuni. ad lōgum, consil.75.habita colum.3.& quia immo in gabella consideratur effectus exacti omnis ut per Bal.& Ang.in.l.nō amplius in prin.ff.de. lega. i. Addit & aliud idem Cur. hic, quod dictum tex. nostri, est ad fauorem actoris, & si uera est Bar. q. ad eius læsionem retorquebitur, & rursum male.l.quod fauore.C.de legi.nec ulla iuris ratio hoc ipsum patitur.l.nulla.ff.eo.Bal.consi.329.casus, ad fi.uolum.i.Quod tamen tolli potest, ex not.per Bal.in.d.l.quod fauore, in 7.oppo. ex quo in simili cōcessum est etiam alicui priuilegium ciuilitatis, quod est sibi fauorabile, & tamen tenetur ad datia, & collectas tanquam ciuis, & sic ex natura rei concessæ, non quod sit odiū ita ut pari ratione dici possit idem in casu nostro. Sed primum urget & secundum, nisi respondeamus, quod argueretur de gabella ad iurisdictionem, quā do diceretur id in iurisdictione seruandum esse, quod seruatur in gabella, at Bar. dicit aliter, si stet statutum &c. an quod petitur, debeat attendi nec ne, & bene. Nec ob. quod in gabella consideretur effectus exactionis, quia id est regulare, limitandum in casu nostro, quia quantum petitur considerandum est, non quantum debetur. Ex alio tamen male loquitur, quia agens nihil consequitur, ut per Bar.in.l.unum ex familia in fi.prin.ff.de lega.2.& Bal. in.l.2.C.de eunuch.tum etiam quod forma petitionis attendatur, cogita, & ut per scribentes, reliqua à te ipso uideas. Vel & adhuc glo.in prin.dum dicit, quod ī optione actoris est, agere, quodq; dolose agēdo uersatus, ad omnes expensas tenebitur, declara dolose uersari, si simpliciter minorem summam petat, cum sibi maior deberetur, non si minorem ex maiori sibi debita, ut in exemplo Bar.de quo supra puta uiginti quinq; ex cētum mihi debitis, quo, ex deductis in processu, cognito, iudex tria facit, reum enim ab obseruatione iudicii absoluit ipsumq: ad iudicem competentem remittit, & in expensis deniq; malitiose agentem creditorem condemnat, ut in.d.§.& iudicare, in authen.de defen.ci. & in.l.properandum, in.§.& si quidem.C.de iudi. ex quibus.§. iste quoq; absolutus sit, quoniam infinitum esset, prosequi omnia, deficeretq: mihi potius docenti dies, quam dicendi materia.

Quid modo nunc agendum sit, præstantissimi auditores, his feriis nō ignoratis, hortor enim uos, ut saluti animæ consulatis, sicuti enim rebus omnibus, præstantior est, ita est etiam cura maior, à uobis adhibenda, inq; ea à peccatorum labe, emundanda, diligentia summa

13 ma † qua de re, & bene dicebat Bar. con si. 204. factum, ad fi. quod si libertatis fauore decisum est, ut legata debeantur, etiam ex testamento imperfecto, multo magis debebuntur si pia fuerint, fauore animæ, & Seysel in rub. de iusti. & iu. colum. 3. quod si metu amissionis & detrimẽti bonorum, repellitur tutor à tutela, multo magis adhuc repelli debebit, ubi uerteretur periculum animæ, & in l. ut uim, in repeti. in 15. ff. eod. ti. quod si pro minima re de dolo agere non licet, quia infamat, multo minus licebit occidere hominem, ex quo anima anteit rebus, estq; ipsis longe præciosior. Et Ange. in. q. incip. usurarius, in pe. col. quod decretalis quanquam de usu. in 6. fauorabilis est, ex quo prouidet animæ, licet odiosum sit alias, quod quis de rebus suis testari non possit. l. i. C. de sacrosan. ec. l. nõ usq; adeo. ff. si quis à pa. sue. ma. etiam si sit prædo, pyrata, & meretrix et quanuis dicatur, esse ab hæredibus turpia lucra extorquenda. l. sed & qui magna. ff. ad treb. Bal. consil. 298. quæritur, colum. i. uol. 2. & idem Ange. in. §. quod autem, in authen. de non alie. quod peregrini, & uisitantes limina S. Petri & Pauli, si in itinere ægrotauerint possunt non secus ac milites in expeditione degentes testamentum facere coram duobus testibus, & ualebit, quia pro salute animæ id faciunt, & in seruitio Dei moriuntur. Quibus accedat etiam illud Matth. 16. c. quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur animæ uero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem p̃ anima sua? quod summa ratio est, quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de reli. & sump. fu. & quod in omnibus rebus deniq;, etiam si patris pietas sit in causa, præferenda est, unde genus causæ dubium nascitur, quia si filius patrẽ senem aluit, deserto patre religionem ingrediatur (ut Io. Melsius his diebus mihi cum multis officiis, tum maxima familiaritate coniunctus, eruditiss. & præstantiss. vir) & impietatis accusetur, defendetur sic, si apud Gentiles summa fuit religionis obseruatio, quanto magis apud nos esse debet, patris ergo pietas magna est, maior religionis.

SUMMARIUM.

1 *Expositio uerbi ad edictum in suprascriptione legis positum.*

2 *Territorium unde dicatur, quid sit, quotuplex quid districtus, & dioecesis in genere, & in specie remissiue.*

3 *Quod iurisdictio terminatur territorio.*

4 *An ciuitatis appellatione ueniat territorium.*

5 *An iurisdictio quã quis habet præscribi possit.*

6 *Intellectus ad istum tex.*

7 *Quod quandoq; iudices habent limitatam iurisdictionem.*

8 *Dubitandi ratio multiplex in prima parte.*

9 *Decidendi.*

10 *Dubitandi in secunda parte.*

11 *Decidendi.*

12 *Si statutum dicat bannitum capi, offendiq; posse an poterit in alieno territorio?*

13 *Quid si intra territorium fugatus, captus ac offensus sit extra.*

14 *Si statutum dicat, quem pro primo furto soluere decem debere, pro secundo suspendi, primumq; faciat Padua, secundũ Vincentia, an potestas paduanus possit contra eum procedere.*

15 *Si dicat pro delicto filij patrem teneri, an intelligatur de delicto, etiam commisso, extra territorium.*

16 *An statuentes imponentes pœnam exilij à suo territorio delinquentibus, possint imponere ab alia ciuitate, quæ sit extra territoriũ suum.*

17 *Quid de regulis cancellariæ, an ligent extra curiam.*

PAVLVS LIB. I.
Ad edictum.

EXTRA TERRITORIVM: Verbum ad edictum, in supra scriptione huius legis positum, expone interpretandum
1 † exponendum & declarandum. l. fi. C. de lib. præte. Alexand. in. l. i. colum. i. ff. si cer. pe. & est suppletio necessaria, quia oratio seu uerbũ (ut dixi) imperfectum est. l. oratio. ff. de sponsal. & figura quam Rhetores ecclypsim uocant, siue aposiopesim, & male dictum uidetur ob hoc quod corrumpat regulam, quodq; melius sit subauditione eam saluare quam figura ut dicit Bal. in. l. eam quam colum. i. C. de fideicom. & not. in rub. ad trebel. in prin. Et ad infra dicendorũ intellectum, q. d.
2 sit territorium † quotuplex, unde dicatur, quid districtus & diocesis, quid iurisdictio in genere & in specie tactum fuit supra in. l. i. in ult. q. Bart. & in. l. imperium eo. ti. ideo ea hic aliter non repetam, sed id tantum dicam, quod adhuc idem Bart. declarat, signanter per istum tex. in. d. l. i. num. 16. quanquam iurisd. non cohereat territorio sed personæ &
3 officio, quod tamen territorio † terminatur.

Et nouissime ac secundo, quod ciui
4 tatis appellatione † secundum ueram, & propriam significationem, non uenit territorium. l. 2. ff. de uer. si. interpretatiue autem sic, si producens ultra processerit in concedendo, quia stamus ei quod actum est. l. i. §. cum urbem. ff. de offi. præfec. urb. uel ex præcedentibus, aut sequentibus possit apparere de mẽte ipsius (nanq; horum præcedentium scilicet, quadruplex est uirtus, declarandi, supplendi, ampliandi, & restringẽdi l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. i. l. item quia. §. idem iulianus. ff. de pact. l. regula. §. fi. ff. de iur. & fac. igno. l. si cum fundum. ff. de uer. si.) si autem fuerit dubiũ utiq; non secus ac membra eidem hoc est ciuitati accedere dicemus, quæ regũtur à capite. l. insulæ. ff. de iudi. l. qui ex uico. ff. ad municipal. l. fi. C. de testa. Bal. pulchre consi. 357. col. i. uol. 5.

Tertio & ultimo, quod iurisdictionẽ
5 quis præscribere non potest † quam non habet, non a se ipso quia iurisdictio est titulus, & priuata persona ipsum non dat, argumentum in. l. 2. ff. de stipu. seruo. & in. c. fi. de institutio, non à principe, quia nec silentiũ id facit. l. si per fundo. C. de transac. & quia in prohibitis tacens nõ consentit. l. qui uas. §. uetare. ff. de fur. aut à territorio, & multo minus quia in ipso ut pote subiecto, & patiente non autem offerente est iurisdictio, & territorium ad propositum res inanimata, ut ager & domus, & declarat idẽ Bal. in. l. i. colum. 2. C. de emancip. lib.

Tamen præmitti potest, & quarto
6 † etiam, quod tex. iste noster generaliter intelligitur ratione personæ, causæ temporis & loci, ut hic per Alb. Ange. Pau. de Cast. & Ias. egregie Barto. in. l. 2. num. i. ff. si quis in ius uo. non ierit.

7 Et quinto adhuc † quod iudices quãdoq; limitatam habent iurisdictionem usq; ad certam summam, ut olim defensores ciuitatum, usq; ad solidos 500. hodie uero usq; ad 300. §. & iudicare in authen. de defenso. ciui. l. i. C. eo. Bart. in. l. imperium. num. 26. supra eo. tit. not. in l. cum quædam puella in. §. fi. supra eo. Bal. consi. 267. col. pe. uol. i.

8 Dubitandi ratio † esse potuit in prima parte (duas enim habet tex. iste quãquam breuis sit litera, pro ut ponit duo dicta, secunda ibi idem est) quia ius dicere est iurisdictionem exercere. l. i. supra eo. quam habet iudex iure proprio, territorio non coherentem, ut dicebam in euidentialibus, & not. in. l. more maiorum & in. l. & quia & in. d. l. i. ad fi. supra eo. & cuius officium latissimum est, ut ibi, ergo generaliter deberet posse exerceri.

Sol. licet territorio non cohereat sed personæ & officio, & territorium esse possit sine iurisdictione, ut idem Bar. dicit in præallega. l. i. attamen territorio terminatur ut hic, & in. c. ut animarum in

cit. §. si. de consti. in 6. & in c. Romana in §. contrahentes de fo. comp. eo. lib. imò inquit Bal. hic colum. 2. quod ordinaria coheret, per text. in l. fi. C. ubi & apud quem & ut infra; & ideo non ab re extra territorium, ius dicenti impune non paretur.

Secundo ad idem dubium faciebat tex. adhuc citatus per Bal. hic in prin. in d. l. a. ff. si quis in ius uo. non ie. ubi quis ex alieno territorio citatus uenire tenetur, alias à iudice citante mulctari poterit, & clarius in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & in l. i. ff. si qs ius di. non obtemp.

Sol. id est ratione dubii an citatus sit de iurisdictione citantis nec, ne quo casu multa tolerantur à lege, quæ alias non tolerarentur. l. sed si lege. §. adeo. ff. de peti. hæred. c. afferte mihi gladium de præsump. & quia si esset clarum, tunc citatus impune comparere non teneretur, ut in iuribus supra allegatis, not. Ias. hic colum. fi. & Decium num. 16. et bene.

Tertio dubium faciebat text. in l. emancipari. ff. de adop. & in l. 2. ff. de offi. procon. ubi apud proconsulem etiã in ea prouincia, quam sortitus non est, potest quis manumitti, & in adoptionem dari.

Sol. id procedit in iurisdictione uoluntaria nos uero loquimur in contentiosa, & utrobiq; not. glo. & extendit istud Ias. hic in prima limitatione ad sacerdotem, existentem extra territorium ut possit parrochianum suum confiteri & absoluere, post Hosti. in summa de poeni. & re. in §. cui confitendum, sed aduerte quia obstat tex. in clem. i. de priuile. & excessi. plato. nisi dicamus quod loquatur in clericis & laicis, ob idq; nõ extendi ad religiosos, qui id facere possunt, & Eucharistiam, siue extremam unctionem conferre suo religioso extra terminos etiam sui conuentus, supradicta ratione, quia scilicet ministrare talia sacramenta habent se per modum uoluntariæ iurisdictionis, nec in inuitos cõferuntur. d. l. 2. d. l. 1. C. de eman. lib. Gui. Papa decisio. 502. colum. 2. & prædicta quoq; ad militiam extendit ut possit sic in alieno territorio conferri, post Bal. in l. i. C. de digni. lib. x. & ad aureos annulos libertis præstãdos, quæ hodie equestris dignitas est. l. 2. C. de iure aureo. annulo. Et ad propositum contentiosæ, & uolũtariæ iurisdictionis hoc idem est, quia illa territorio coheret, nec uidetur facta prorogatio de loco ad locum, ista autem personæ, & ut per Bal. latius in l. cum uisum. C. de dec. lib. x.

Quarto dubium faciebat, quia iudex unius territorii, collectam exigit in alio & sic iurisdictionem exercet contentiosam in eo, ita Ro. consi. 275. col. 2.

Sol. id uerum est, & procedit quia territoria erant unita, & tunc communiter concluditur, quãdo unum unitur alteri, quod de iurisdictione illius efficiatur, cui unitur, usq; adeo ut neq; mirum sit si exactio fieri potuit, ut ibi dicitur, & in c. recolentes ad fi. de stat. mo.

Quinto & ult. dubium faciebat, quia habilitatus ut testamentum facere possit puta quia sit filiusfamilias, ratione de qua hic non deberet id facere posse extra territorium habilitantis, & tamen potest d. l. fi. C. de testa. Bald. in l. cunctos populos. C. de summa tri. & fi. catho.

Sol. potest & ualebit testamentum, quia potestas testandi est ius personam respiciens, & actus hominis priuati, in quo non consideratur territorium, nec ipsum legis ratio ponderat, ut inquit idem Bald. in statut. habilitare num. 2.

Ratio decisionis est, quia (ut dictum fuit) iurisdictio terminatur seu regulariter coheret territorio, ita ut æquum non sit aut rationabile † quod extra ipsum qui iurisdictioni præest, ius dicat & falcem (quod aiunt rursum) in alienam ponat messem, l. sicuti §. aristo. ff. si serui. uendi. c. nullus de parroch. fines tantum sibi commissos seruet, nec officia promiscuis usibus perturbentur l. consulta diualia. C. de testa. l. repetita.

beat, & duo committat Venetiis, tertiũ Pataui, ibi suspendi debebit, tametsi in competẽs sit, quo ad duo index, ita Neuius consi. 94. nu. 5.

Tertio quæro, si dicat quod pater teneatur ꝑ delicto filii, an comprehẽdat
25 † etiam delictum cõmissum extra territorium, uideretur dicendum quod sic quia non distinguitur locus. l. palam. §. fi. ff. de rit. nup. Tamen contrariũ est uerius l. cum unus. §. is qui. ff. de bo. aucto. iudi. po. Bart. in tracta. represalia. in 4. q. i. q. prin. Bal. in statu. parentes nu. 4.

Quarto ex his quoq; inferri potest, quanq̃ statuentes imponere ualeant pœnam exilii a suo territorio delinquẽtibus, quod tamen non possunt ab aliq ciuitate, quæ sit extra territorium suum
26 † ut inquit Corne. consi. 249. nu. 12. uol. i. imò ultra eum si ciuitas præcipiat, citiui morari debere, ob delictum in ciuitate sibi nõ subdita, ut Pisani olim in Sardiniam & Rhodum relegantes, quod hoc idem fieri non potest de iure, secundum Bar. in. l. relegatorum in. §. ẽ quoddam genus. ff. de int. & rel.

Quinto & ultimo quod Regulæ can
27 cellariæ, extra curiam non ligant † & hoc idem operatur uerbum cancellariæ additum, quod qualificat dispositionem efficitq; ut leges locales dicantur, de quo tamen alias in prohem. Regulæ cancel. ap. Gomes olim collega iuris pont. q. 2. & in decisio. Tholosa. Aufreri. 444. & per scriben. in. l. 1. ff. si cert. peta. non nihil nos in. c. cognoscentes de cõstitutio. & ista quo ad primam tex. partem sufficiant quo ad secundam uero, præter casum, ut supra figuratum, reliqua ex dictis in. l. cum quædam puella in. §. fi. supra eo. declarentur, cunq; hiis de industria finem facio die 2. aprilis 1560. Pataui. Laus Deo.

Additio.

Hanc. l. repetiit Pet. de bellapert. ut testatur Bar. in. l. cunctos populos in repeti. nu. 47. ad fi. C. de summa tri. & fi. catho. & non ab re, quia materiam amplam, quãquam breuis habere uidetur & multa pulchra, scituq; digna, complecti. Addo ego, adeo uerum fore quod in ea dicitur, extra territorium scilicet ius dicenti impune parendum non esse, ut si prelatus literas indulgentiarum concesserit, pro opere quod fit extra suam diocesim (diocesis enim est Episcopi territorium) absq; licentia, & consensu illius Episcopi, in cuius diocesi fit opus, nullæ erunt, neq; proderunt ut hic, & in. l. 3. ff. de offi. præsid. & in. c. ut animarum de consti. in 6. & ex multis probat Old. consi. 74. num. 3. Ex quo uerificatur illud etiam, quod qui de aliquo contensiose iudicat, superior est eo, de quo iudicat, quandoquidem par in parem non habeat imperium. l. nam magistratus. ff. de arb. neq; minor in maiorem. l. est receptum supra eo. idem Old. consi. 128. nu. 15.

Et licet istud de quo hic uerum sit in actu iurisdictionis, si tamen actus sit cuius effectus referatur ad locum iurisdictionis, siue in quo iudex habet iurisdictionem, tunc eidem parendum erit exemplum præfectus urbis non habet iurisdictionem nisi in urbe, & intra centesimum lapidem, si extra reperiatur, siue ultra, ibi iurisdictionem non habet, sed tamen ibi poterit delegare actũ ut effectus ad locum suæ iurisdictionis conferatur. l. fi. ff. de offi. præfec. urb. uel aliter ut per Abb. in. c. fi. colum. 3. de fo. comp.

Dicit etiam Io. And. in. c. cum secundum, colum. i. de hære. in 6. quod iudex Florentinus, quo ad bona Bononiensia, est ut priuatus, ex quo non sunt in suo territorio, in simili Ias. in d. l. cunctos populos colum. 15. idemq; Ro. quod statutum directo disponens, quo ad bona sui subditi, existentia extra territorium suum, non ualet, consi. 39. colum. 2. Alexand. in collectis, consi. 78. colum. i. uolum. 6. & Bal. in. d. l. cunctos populos colu. pe. quod quæ fiunt extra territorium, nihil ad nos, & Archid. in. c. pallium colum. 2. uo. d. quod Archiepiscopus in aliena prouincia pro tribunali sedere non potest, si-

gnanter per istum text.

Si statutum tamen daret premium occidenti bannitum, comprehenderet etiam occidentem extra territotium statuentis, forte quia banniti sunt diffidati & hostes reip.l.amisſione.§. qui deficiunt.ff.de cap.di.& fauore pub.util.argumentum in.l.ita uulneratus.ff.ad legem aquil.& ita concludunt Bononienſes in ſingul.ſuis 124. poſt Bald.in loco de quo per eum, quanquam rationem non adducat, quod ſtatuta tamen(ut ſupra)in non ſubditos diſponere non poſſint alias, tradit idem Ro. conſi. 92. collum.2.

Et hoc eſt quod dicebat etiam Abb. in.c.i.col.4.de conſti.quod lex ex auctoritate eſt iniuſta, ſi excedat poteſtatem condentis eam, & in.c.quæ in eccleſiarum in prin.eo.ti. quod ſtatutum excedens fines poteſtatis ſtatuentium eſt ipſo iure nullum, & in .c. eccleſia ſanctæ Mariæ eo.ti. quod aſſumit uires à poteſtate ſtatuentium,& Ancha.conſil.140. colum.2.quod Vrbinas, non ligatur ſtatuto loci Rauennæ,& conſ.157.in prin. quod ſtatuta Draperiorum nõ poſſunt ſoluere uel ligare perſonas, quæ non ſint de ſuo corpore, uel de ſua ſocietate, & conſil.258. in prin. quod clerici non ſunt de iuriſdictione iudicis ſecularis etiam ſi uellent.c. ſi diligenti de foro compe.& conſ.320.colum.2.quod territorium eccleſiæ, eſt diſtinctum à territorio imperii.Idemq; Alex. conſil. 210.colum.pe.uol.2.

Dicit rurſum ad regulam alibi Bald. quod qui non poteſt quid facere quis ꝑ ſe,non poteſt id facere per alium,ut puta iudex,qui cum non poſſit per ſe monere extra territorium, nõ debet etiam poſſe per nunciũ citare in.l. oẽs q. in .§. .i.in prin.C.de ep.& cle.niſi in caſu quãdo iudex territorii rogatus fuiſſet literis id facere & recuſaſſet,ut pulchre per Bar.in extrauagan.ad reprimen. in uer. per edictum.Areti.conſi.58.col.2.Bononien.in ſingul.ſuis 203.alias non, adde eundem Bal.in.l.2.col.2.ff.ſi quis in ius uo.non ie.& Alex.conſi.68. col.1.uol.1.

Et Ro.ſingu.472. ſtante ſtatuto communiter per Italiam,quod de quolibet contractu ſoluatur gabella, ſi forenſes contrahant ſenis,quod ſoluere non tenebuntur,ſi ibi contrahant, quia per regulam huius legis,ſtatuta forenſes non ligant,& Fede.de ſen.conſ.2.in prin.qđ ſtante ſtatuto Epiſcopi ſenen. pariter, quicunq; luſerit ad azardum, quod ſit excommunicatus,ſi ſubditus in dioceſi luſit & in loco exempto quidem,quod non erit excommunicatus, tamen aduertendum eſt, quia poſtea aliis rationibus tenet ibi contrarium. Et Nel. in tracta.Banito.in 2. par.ſecundi tempo. q.56.quod bannitus de una ciuitate,nõ perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis, uel gentium, niſi dicatur, & ſi dictum fuerit, id extra territorium non intelligetur. Et Bal.alibi quod magna eſt auctoritas ſcripturarum antiquatum in ſuis territoriis quodq; uim legis obtinent pacti & principis, præiudicantq; extra uero non, ſicut dicimus in auctoritate iudiciaria, in.l.exemplo.col.2.C. de proba. multa Feli. in.c. ad audientiam colum. 4.de præſcrip.Alex.conſi. 138. colum.3. uolum.1.

Et alibi, ſi ſeruus meus aufugit Venetias,& ſic extra territorium Paduanum ſit,quod ibi poſſum eum ꝑquirere, uirtute legis ubiq; uigorem ſuum extendentis,non auctoritate iudicis paduani quia extra ſuum territorium nihil poteſt.Idem Bal.in.l.requirendi colum. 2, C.de ſer. ſugi.

Et in.l.i.col.7.C.de hære.inſti. quod iuriſdictio coartata ad locum, extra ipſum ſe non extendit.

Et in.l.fi.in.§.in computatione ad fi. C.de iure delib. quod generalia ſtatutorum uerba non referuntur ad impoſſibilia ſtatuenti,puta ad ea quæ non ſunt ſuæ iuriſdictionis,& conſ.267.col.3.uolum .1. quod limitibus terminatur omnis iuriſdictio.

Et Bar.in.l.ne quid in fi. ff. de incen. rui.nauf.ſi ſtatutum dicat,quicunq; offenderit Peruſinum, in quocunq; loco puniatur hic,quod non ualebit,quanq̃

in

in naufragio sit secus speciali ratione ut ibi.

Et Alexand.consi.160.in prin.uol.7. quod iudex Taruisinus, non potest bannire ultra territorium suum.

Et consi.128.colum.3.uolum.1.quod statutum seu consuetudo Angliæ, non extendit effectum suum extra territorium Anglicum.

Est uerum si staret statutum seu consuetudo iurisdictionem in aliena diocesi exerceri posse, quod tunc limitaretur regula, ut per Bald.in.c. causam num.1. de testi. cogen. uel si essemus in casu in quo non desideraretur causæ cognitio, ut in Papa beneficium conferente.c.nouit de offi.lega.Io.Monach.in.c.statutũ nu.7.de præben.in 6.

Et ad regulam facit quod dicit Abb. in.c.fi.allega.etiam supra colum.2.de iudi. quod expulsus à propria sede non iudicat neq; cognoscit etiã ea quæ sũt uoluntariæ iurisdictionis.

Et quod olim Imp.Constantinopolitanus non potuit sua lege ligare alias nationes ut not.in.c.uenerabilem de elec.Corn.late consi.1.nu.13.uol.3.

Facit & illud in passione domini secundum Lucam ibi, & ut cognouit Pilatus, quod de Herodis potestate esset Iesus, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hyerosolimis erat illis diebus.

Et nouissime quod citatio extendi non possit in loco haud subdito, ut per Alexan.d.consi. 68. etiam supra allega. uolum.1.colum.pe. tradit quoq; Calca. consi.114.col.2.

Et ad regulam redeuntes quod extra territorium lex neminẽ liget pulchrã q. decidit Gulielm.de monte fer. in tracta.de successio, Regum in .1.dubio nu. 48.quod Rex Galliæ non recognoscens aliquem in superiorem, in tẽporalibus non ligatur constitutionibus canonũ. Et ad idem quãquam uniuersis scribat, eosq; salutet in pragma. lib. quod non tamen scribit nisi subditis, ex quo non intendit imponere legem illis, qui nõ obediant, quiq; obedire compelli minime possunt, ne ludibrio lex sua sit, & not.etiam in.l.1.C.de summa tri.& fide catho. unde non ab re etiam sententia ex defectu iurisdictionis iudicis eam proferentis nulla est, inquit Ro. consil. 48. num.2.

Nisi iudex pronunciet se competentem, nec appelletur, quia tunc ualeret processus & consequenter sententia ipsa, ut Neui.consuluit consil.54.num.4. alias temerarius est iudex, qui iudicat in loco non suæ iurisdictionis, & talis etiã prælatus, ratione temerariæ uocationis, ut dicit Luc.de pena in.l.omnes.C. de priuile. eo.qui in sacro pala. mi. lib. xij.& Archid.in.c.hoc habet 46.d.iterũ. Deo Laus. Die 4.Maij 1564.

SVMMARIVM.

L.i.ff.quod quisq; iu.

1 *Casus legis.*
2 *Aequitas huius edicti omnem aliam excedit.*
3 *Indignatio debet prouenire à iusta causa.*
4 *Ius aspernari non debet quis, quod dixit alijs sibi dici pariter.*
5 *Statutum quamuis iniquum mero iure ualet.*
6 *Verbum aliquid etiam in minimo uerificatur.*
7 *Edictum non habet locum in eo, qui statutum non perfecit.*
8 *Magistratus municipalis pro toto tempore sui officij legem condere potest.*
9 *De quibus statutis tex.iste intelligi possit.*
10 *Si priores ciuitatis statuant, pœna capitis puniri, eos offendentes, eadem pœna puniri debent si alios ipsi offendissent.*
11 *Si statutum iniquum à rectore fiat cum consensu populi, ipse & non quilibet de populo tenebitur.*
12 *Præsides & Rectores ciuitatum cum consilio procerum faciunt statuta.*
13 *Si hic statutum uelit, quod occidens forensem soluat pœnam lib. 300. alibiq; pataminus occidatur, an occidens possit petere eadem pœna puniri.*
14 *Quilibet de populo nõ debet uti eodem iure, an compellatur quilibet de proceribus si con-*

sentserit.
15 An tex. possit intelligi in interlocutoria iniusta, à qua non appellatur.
16 Quid in diffinitiua errore non expresso.
17 Quid si error fuisset expressus habuisset effectum de facto.
18 Quod non est imputandum ei qui nō appellauit.
19 Quid si iudex aliquid contra legem fecisset, propter consuetudinem.
20 Tex. iste in 2. capite locum habet in eo qui iniquum constituit.
21 Dolus in impetrante non requiritur ut in consulente.
22 Conatus, nisi effectus sequatur non nocet.
23 Rescriptum non ualet ius alterius absorbens in totum.
24 Intellectus ad tex. in. l. i. ff. de extraordi. cri. & in. l. ii. C. si quacunq; prædi. pot.
25 Sol. ad contrarium. l. si quis seruo. C. de fur.
26 Et ad aliud. l. & generaliter. §. i. ff. de calum.

Lectu. I.

QVOD QVISQ; IVRIS &c.

VLPIANVS LIB. III. Ad edictum.

L. i. HOC EDICTVM. Sumatur hæc lex, ut in rub. & amplius. §. hæc autē uerba, quod uerbum statuerit; de quo in edicto isto, cum effectu accipi debet, & breuiter diuiditur in quinq; partes, in prima commendat edictum, ne sine causa motus uideatur legislator. In secunda illius ratione assignat. In tertia, ponitur primum caput ipsius edicti. In quarta secundum. In quinta et ultima, quomodo intelligatur uerbum statuit, de quo in eo. secunda ibi, quis enim, tertia ibi, qui magistratum, quarta ibi, si quis, ultima ibi, hoc autem. Casus est talis
1 † supra dictū fuit titulo proximo, de iurisdictione om. iud. et maxime in. l. i. et in. l. imperium, quod iurisdictio, est potestas de publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ, qd modo si iudex nouum aliquod ius statuisset in personam alicuius, idq; iniquum esset, an ipse aliquam patiatur pœnam, puta, quod debitor à suis creditoribus conueniri non possit, breuiter, ac prima facie uideretur dicendum quod non, rationemq; dubitandi fortassis faciebat, quia aut hoc fecit condendo legem, quod quidem facere potest, ut infra dicemus, post Bar. aut sententiando. Si condendo legem (mitto multa, quæ dicuntur à Docto. quoniam hic non est locus) illa eadem, tametsi iniqua sit, seruari debet. l. prospexit. ff. qui & à quib. l. si non fuerint. §. fi. ff. pro lo. & ibi glo. in uer. sed damnum, in fi. quā ad idem allegat Bald. in. l. 2. in 8. colum. C. de rescin. uen. & eam ob rem etiam in legibus xij. tab. cautum erat, corpus debitoris non soluentis, creditoribus inter se diuidere licuisse, quam legem postea mos publicus, et æquitatione repudiauit, uel illam etiam qua quis de saxo Tarpeio deiici poterat, ut in. l. si diutino. ff. de pœnis. nec persona iudicis comprehēdetur. l. inquisitio. C. de sol. Si sententiādo, & tunc aut interloquendo, aut diffiniendo, ut infra etiam latius si interloquendo, sententia poterit reuocari. l. qđ iussit. ff. de re iudi. si diffiniendo, appellari. l. i. ff. de ap. l. præfecti etiā prætorio ff. de mino. Sed tamen his non obstantibus, contrarium deciditur in. l. nostra, quod immo patietur pœnam, quæ nulla alia erit, nisi ut quod in alterum statuit, ipse eodem utatur iure, & est edictum, quod summam habet æquitatem; & sine cuiusq; indignatione, & ratio decisionis est fundata in ipsa lege naturæ & Dei, quia alteri facere non debuit, quod sibi etiam fieri nolebat. c. i. prima dist. quam adeo dilexit (ut author est Lampridius) Alex.

Alexander Seuerus, Christiana Mammea genitus, ut id semper in ore habuerit,& in omnibus fere locis publicis pscribi mandauerit.

Nec ob.ratio dubitandi, de.d.l. pspeксit, quia in primis possemus dicere, illã habere plures intellectus, & ea ratione adduci non potuisse, ut not.Bar.in.l. in ambiguo.ff.de reb.dub.quoniam communiter ignoratur quod multipliciter exponitur, secundum Boe. & ignorantes, sicut longe distantes speculantur, inquit Bald.in.l.precibus, in 7.colum.C.de impub. Sed dico aliter, quod ibi non iniqua sed dura erat lex, & rigorosa. Nam considerato hoc, quod serui qui etiam absuerunt, potuerunt aliquid scire à conseruis suis. Item utilitate eorũ ac temporis breuitate, non iniquum uidebitur, tametsi durum, si manumissio differatur,& est uerus intellectus, ex his quæ hinc inde dicuntur. Immò æquissimum iudicio meo, ut mulieris adulterium detegeretur, quod maxime abhorruit lex: ita ut inde uideamus patri, & marito, impune facultatem concessam, interficiendi filiam, & uxorem.l. quod ait lex.l.nec in ea.ff.ad leg.iul. de adult. l.Gracchus.C.eo.& alibi, illud idem crimini læsæ maiestatis comparari, quo ad hoc tamen, ut sicuti eo casu, serui torquentur etiam contra dominum; ita torquerãtur et isto.l.i.C.de quæstio. nec seruum recte manumissum fuisse, si de adulterio accusetur.l.his uerbis.§. interdum.ff.de hæ.insti.& est arg.in.c.cognoscentes, de consti.& ibi not.ubi quis potest puniri sine culpa, quod durum uidetur, & tamen non est iniquum, quia subest causa; & sic licet puniatur sine culpa, non tamen punitur sine causa; & quando etiam esset iniqua ualeret, ut dicã infra præterea dato quod esset iniqua,& seruanda, in aliis, seruabitur quoq; & ad propositum nostrum in eo, qui eam tulit,& sic non obstat, & minus glo.in.d.l.si non fuerint, quia uerum est, iniquum genus societatis uideri, si solus quis damnum sentiat, non etiam lucrum, quamuis minimum, ergo si minimum sentiret, non iniquum erit nec secus loquuta uidetur. Nec reg.l.in iquisitio, generalis ẽ, sed duntaxat in casu in quo loquitur locum habet, ut uideri potest, diuersa ratione, quia dominus, pro quo soluit procurator, uideretur uelle locupletari cum iactura ipsius soluentis, contra tex.in.l.nam hoc natura.ff.de condi. indeb. & quia in dubio non præsumitur donatio.l.si cum aurũ ff.de.sol.& dicam infra latius.

Non ob.secundum, quia potest etiã esse quod non reuocabitur, nec à diffinitiua forte interponetur appellatio iusta de causa, ita ut illi, contra quem statutũ est, nihil sit, quod possit imputari, cur non appellauerit, quibus casibus habebit locum quod hic dicitur, & est argu. in.l.fi.in fi.C.de cõsul.lib.xii. & hoc est primum edicti caput.

Sed rursus quæritur, quoniam de iudice loquuti sumus; quid de parte ius iniquum impetrante, ut puta, qđ a suis creditoribus conueniri minime posset, ut supra etiam exemplificauimus, in primo capite, an aduersario eius quandoq; postulante, illud idem in ipsius psona decerni debere, & audiri mereatur. Et breuiter, ac pro ratione dubitandi, uideretur dicendum quod non, ut inquit etiam glo.hic, quia quod fauore ipsius impetrantis inductum est, in eius odium & læsionem retorqueretur, & male.l.quod fauore.C.de legi.l.nulla.ff.eo.c. quod ob gratiam de regu. iu. in 6. quæ regula locum habet ĩ fauore inducto per legem, per principem, per contractum, per sententiam, & quocunq; modo, ut inquit Bal.in.d.l. quod fauore, in prin.

Sed tamen hac ratione etiam nõ obstante, deciditur hic contrariũ, & ratio decisionis est, quia sicuti in alterius persona, id quod impetrauit, æquum credidit, quod tamen erat iniquum, ita in ipsius persona pati debet ut ualeat, ut ipse met tex.subiicit.

Nec ob.regula.l.quod fauore,& similium, quia potest responderi, eam locũ non habere hoc casu, ex quo odium ue

init in consequentiam fauoris, & tunc adeo connexa sunt, ut unum ab alio non possit separari, ut ille idem Bal. ibidem in 7. oppo. dicit, & bene, quia uidemus etiam ultra eum, quod remedia prætoria, quæ in fauorem filiorum emancipatorum inuenta sunt, non ualentium succedere de iure ciuili, retorquentur ad odium, ea ratione ut ius accrescendi locum habeat inter eos etiam inuitos. l. i. §. his ita. C. de cadu. tol. Ad idem beneficium abstinendi, ab hæreditate patris, introductum est fauore filiorum, intellige de iure prætorio, quia de iure ciuili, filius erat suus & necessarius hæres. l. in suis. ff. de libe. & posthu. & tamen illud ius retorquetur ad odium, q quia præscribitur spatio annorum xxx. l. licet. C. de iu. deli. Vltimo fauore mulieris inductum est, ut contra maritumq; etiam constante matrimonio, agat ad dotem, cum uergit ad inopiam. l. si constante. ff. sol. mat. & tamen hoc ad odiũ retorquetur, quia infra tempus de quo in. l. in rebus, in fi. C. de iu. do. agere debet. Vel responde, ut hic per glo. in, uer. decernetur, & hoc est, secundum caput edicti.

Sed rursus quæro, & nunc sum in. §. hæc autem uerba. Quid si iudex, cum nouum ius statuere uellet, fuisset impeditus, an hoc edictum locum habeat? Prima facie uidebatur dicendum, quod sic, & rationem dubitãdi faciebat plurimum tex. in. l. si quis non dicam rapere. C. de ep. & cle. ubi affectus punitur, licet effectus non sequatur, & est simile in. l. quisquis. C. ad leg. iul. ma. & in. l. is qui cum telo. C. ad leg. cor. de sica. & in l. præsenti. C. de his qui ad ec. confu. Sed tamen his etiam non obstantibus, ultimo loco determinatur contrarium, & ratio decisionis est, quia uerbum statuerit, cum effectu, & non uerbotenus, accipi debet, ita ut conatus non officiat quandoquidem iniuria effectum nõ habuerit, inferens ut per eum. Nec ob. tex. in. l. si quis non dicam rapere, & similes, ut supra quia id locum habet in atrocioribus, secundum glo. in. l. in

ff. de extraordi. cri. in quibus transcenduntur leges, ut inquit Inno. in. c. i. de consti. & hoc tex. in. l. per omnes. C. de defen. ci. ergo non in aliis, & maxime quia hic non est proprie delictum, ut declarat Bal. in terminis in. d. l. si quis non dicam rapere, in 2. colum. & Feli. in. c. i. in prin. in 5. fallen. extrã de præsump. Vel dic, ibi puniri, hic nõ, quoniam non ea ratio ibi militabat, quæ hic, considerando, ut pximo diximus, uerbum statuerit, & propterea unaquæq;, ut rationabile est, seruabitur in casu suo, ut in simili dicit glo. in. c. 2. de arbit. in 6. Vel tertio & ultimo, quia ubi imponitur pœna ipso facto, ut hic, ex quo dicitur statuit, & sic per uerbum præsentis temporis, si uera est glo. in. l. in criminali. C. de iur. o. iud. & sententia etiam Alex. hic per tex. in. l. 3. in. §. quod autem infra eo. consumatio desideratur, nec sufficit q d initiatum fuisse, secundum Io. An. in. c. perpetuæ de elec. & in. c. in pœnis, de regul. iur. in 6. quem etiam refert & sequitur Ro. consi. 427. in 2. colum. & latius ut per scriben.

2 Nota primo ex isto tex. in prin. quod licet alias edicta prætoria æquitatẽ habeant † ut etiam in. l. i. infra de eo per quem fac. erit, & in. l. ii. de pac. & in. l. ii. de mino. & in. l. i. de consti. pecu. & in. l. i. de insti. & in. §. quos autem, insti. de bo. po. & similibus, attamen illud omnem aliam excedit, quam ob rem Vlpianus, & non immerito, summam dixit, ex quo diuina nititur legẽ, dicente, quod tibi non uis fieri, aliis fecisse caueto, ut supra etiam in figuratione casus retulimus, & probatur in. c. i. prima dis. & hoc ne sine causa (ut arbitror) uideretur edictum prædictum proposuisse argumẽtum in. l. 2. in. §. circa. ff. de excep. do. quemadmodum alibi dignitatis tuẽdæ, & decoris sui gratia. l. i. infra de postu. & in simili in. l. i. de nego. gest. & in l. i. nau. cau. po. stab. & ut manibus lotis materiam hanc pertractaret, atq; eo modo, ut dicitur quoq; in. l. i. supra de ori. iu. libentius nos ad lectionem ipsius, q proposita erat, perduceret, quod est mẽti

ti tenendum,& inde etiam,ac ad propositum uidemus, quod in lege, syllaba ne dicam uerbum, apponi haud debet, si necessarium non sit.l.i.&ibi not.infra quod met.cau.quoniam eo casu, superfluitas, quam ipsa met abhorret plurimum.§.quibus, in.i.consti. Cod.l. hæc stipulatio.§.diuus, ut leg.no.ca. non minus, quam aliis considerabilis est.

Nota secundo ibi,& sine cuiusquam indignatione iusta, quod indignatio

3 † quæ ab iniusta causa prouenit, non est indignatio proprie, ut hic declarat Pau. de cast.per tex.in.l.si cum dotem, in.§. eo autem tempore, in fi.ff.solu.mat.ubi paria sunt, quod filia nō habeat causam contradicendi patri, quominus agat actione de dote, quæ inter eos communis est.l.2.§.uolūtatem autem.ff.eo. uel habeat, & illa eadem non sit probabilis ac iuxta, & minime mirum, quia iniusta causa, non est causa, nisi abusiue, ut in simili in.l.2.ff.quemadmo. testa. ape. & in.l.Paulus.ff.de uerbo.si.&hinc sumpta occasione, latius idem Deci.diuagatus est, ut per eum. Sed tu considera insuper, si hæc uera sunt, quæ nec possunt negari, quod uerbum iusta, non uidetur fuisse necessarium, nisi respondeamus, & est uerum, id factum ex abundanti, & tollendæ dubitationis gratia.l. quæ dubitationis tollendæ gratia.l.non solent.ff.de regu.iu. & melius quam alibi ultra multa in.l.i.in prin. ff. de æsti.ac.

Nota tertio (illud enim, quod quis

4 aspernari† non debet ius, sibi dici, quod dixit aliis, uel dici effecit, consulto omittemus, quia difficultatem habere non uidetur, & est casus ultra multa optimus, in.l.i.ff.de solu.& in.c.dilecti, de maio. & obed. & in.c.pe.9.dist.) quod statuta ligant etiam ipsum statuentem, prout Bart. hic dicit, in 2. colum. se tamen remittens ad plene dicta per Archid.in.c.ut animarum, de consti. in 6. & hoc casu quo nouum ius statuisset iudex, legem condendo.

Sed aduertendum est, quia conclusio hæc uidetur falsa, & primo quia, quis sibi ipsi imperare non potest, ut Ang.Pau.de cast.& Alex.testati sunt, & est communis opi. probaturq; in.l. pe. infra de arbit.& in.l.prætor, de tuto. & cu.da.ab his.& in.l.i.ff.de auc.tu. Secundo, per tex.in simili, in.l.si peculium, in §.sicut.ff.de pe.le. quem ad idem inducit Bald.in.l.si consul, in prima colum. ff.de adop.ubi cum peculium seruo legatur, non uidetur id concedere, ut petitionem habeat pecuniæ, quam se in rationes domini impendisse dicit, & sic ad propositum se ligare uelle, & si uellet (ut diximus) non posset.d.l. si prætor.

Tertio quia in generali sermone nunquam includitur persona loquentis.l. inquisitio. C. de solu. c. petitio. & ibi not. de iureiu. Nec secus probat text. noster, ut idem Bald. dicit, in loco de quo supra quia non sua lege ligatur, sed alia; idest non suo statuto, uerum edicto prætoris uolentis, ut retorquutioni esset locus, nec aspernaretur quis idem ius sibi dici, quod dixerat aliis, & si ita intelligatur, Bart. non debuit (ut etiam Deci. inquit & bene) reprehendi quoquis modo. Adde tu, quod est text. etiam pro ista opi.in.l.licitatio, in.§. fiscus.ff. de publica.

Cur.uero hic, ex aliquibus indistincte dicit, statuentem ligari, ut per eum, à quo nec ego quoq; dissentio, & dico posse ultra comprobari, primo quia ad idem uidetur text. in.c.cum omnes, de consti.

Secundo, quia rationabile est, si statutum iniquum obligat statuentem, ut obliget etiam, & multo magis æquum, auth.multo magis.C.de sacrosanc.eccl.

Tertio quia speciale est in principe, loquendo de necessitate præcisa, quoniam de honestate est secus, ut diximus in.l.imperium supra de iur.o.iud.l.princeps.ff.de legi. ergo in contrarium iuris communis dispositio .l. ius singulare.l. quod uero contra.ff.de legi.

Quarto, quia ratio text. nostri est generalis, quod sicuti in persona unius putauit æquum, id ipsum etiam debet putare in personam alterius, ergo absolute statuens ligabitur, uel ini-

quum, vt hic, uel æquum fuerit, eius statutum, quemadmodum ex supra adductis ostensum est .l. regula .§. & licet & ibi gl. Bar. & omnes. ff. de iu. & fac. igno. Quinto & ultimo, quia alias occasio delinquendi præberetur, contra text. in. l. conuenire. ff. de pac. do. ubi alias si ligabitur, & ipse statuens, tolletur.

Et tenendo sic, non obstabit primu text. in. d. l. pe. cuius meminit etiam Bal. in. l. digna uox in fi. C. de legi. & in. l. quibuscunq; in 2. col. C. de sacrosanc. eccl. & in. l. i. in. §. similiq; modo, in prin. C. de lati. lib. tol. & Ro. consil. 444. in fi. & alii quos non refero, quia uerum est, ex quo uerbum impetratiui modi (ut ibi dicit gl.) non habet primam personam. l. 2. ff. de stipu. seruo. c. fi. de insti. Sed dico, quod sibi non imperat, sed aliis, & postea ex his, quæ proximæ diximus, ipsi quoq; ligantur. Vel & aliter dic, quod dum ligatur, non tanquam ipse qui statuit. sed tanquam alius ligatur. l. si pater famil. §. i. ff. de adop. ibi, facito enim hoc quasi quilibet, non quasi auus, & in simili in. l. illicitas, in. §. ueritas, iuncta glo. i. ff. de offi. præsi. & in. l. pro hærede in prin. ff. de acqui. hæ. & non habet dubium tanto magis etiam, quia arguitur de facto priuato ad factum publicum, quæ duo longe differre uidentur, & hoc modo quoq; loquitur tex. in. d. l. prætor & ideo esto, quod ratio illa, neminem scilicet posse sibi ipsi imperare, uideatur generalis, attamen ex supra dictis restringi debet ad terminos super quibus posita est, ne sequatur absurdum. l. nam absurdum. ff. de ope. lib. cum uulga. & est nobilis declaratio ad ea, quæ habentur I. l. regula, i. §. & licet. ff. de iu. & fac. igno.

Non ob. secundũ, quia põt vnico verbo responderi, omissis aliis, illud ideo esse ibi quia dominus uidetur uoluisse compensare cũ eo qđ ipsi debebatur, ut paulo inferius tex. met declarat: ergo nihil ad rumbum conclusionis nostræ.

Non ob. tertium & ultimum, quia uerissimum est in terminis suis, ut dicebã in casus figuratione, rationibus de quibus ibi, sed non hic, ut non patiatur eã legem statuens, quam ipse tulit, & minime quod habetur in .d. c. petitio, quia cum ordinata charitas incipiat à se ipso l. præses. C. de serui. non potuit persona loquentis includi, quod in casu nostro, haud est considerabile.

Nõ ob. quarto, tex. in. §. fiscus, quem ego adducebã ultra alios, quia dici posset in fisco id esse speciale propter principem, cum saccus ipsius dicatur, & archa. l. ĩ prouinciis. C. de mune. & actua. lib. xii. per quem text. ita etiam dicebat Bal. in rub. C. de priui. fi. Sed responde aliter illud esse, quia cum vectigal soluatur de omnibus quæ portantur de uno loco in alium. l. commissa. ff. de publica. fiscusq; nunquam mercetur, aut id faciat, soluere iure merito non debet, & propterea dispositio & lex ab eo facta, ipsum non comprehendit, neq; ligat, & sentit Barto. consi. 226. in 2. colum. & ita pro nunc tenebis.

5 Nota quarto exponendo uerbum noui iuris, idest iniquũ quod statutum quanuis iniquum, etiam si dolus interueniat, ualet mero iure, & tenet. l. 2. & ibi Ang. ĩf. eo. & est simile, arguendo de contractibus ad statuta, quoniã utrũq; est stricti iuris. l. constitutionibus. ff. ad municipa. l. quicquid astringendæ (reddendo singula singulis). ff. de uerbo. ob. nam dolus dans causam contractibus stricti iuris, eos non uitiat ipso iure. l. eleganter in prin. ff. de do. ergo nec statutum, & ad propositum adducit tex. Alex. in l. prospexit. ff. qui & à quib. Sed utrunq; subuerti potest primum, quoniam etiam ultima uoluntas est stricti iuris. §. actionũ insti. de actio. & tamẽ si dolus eidem dederit cãm ipso iure uitiat. l. quotiens. ff. de hæ. insti. l. hæredes palã. ff. de testa. & not. Bal. in. l. i. in fi. C. si quis aliq. testa. prohi. Secundum, quia stant ista simul, ꝙ durum sit, & non iniquũ, ut ẽt dixi supra 10. l. illa non ꝓbat. Est uerum, ꝙ posset quo ad primum respõderi, testamentũ, licet stricti iuris sit, habere tamen instar bonæ fidei. l. alias ff. de in lit. iu. l. si minorẽ. C. de in int. resti. ergo non mirũ quoq; si uitiabitur,

&

& quando ita etiam esset ut supra, quia regula tamen est in contrarium.d.l. eleganter, non obstaret quouis modo .c. q̄ a iure, de regu.iu.in 6.in reliquis, & maxime quo ad contrarium .c. erit autem lex 4.dist.responde, ut hic per Deci. Rursus idem Deci.in uer. seq. in 3. not. & Cur.hic, respondentes cuidam tacitæ obiectioni, dicunt uerbum quãdoq; exponendum esse idest quandocunq; prout exponitur etiam in.§.i.inst.quib. mo.re contrahi.ob.quoniam alias denotaretur regula in contrarium, non semper scilicet retorquutionem fieri debere. Sed errant iudicio meo, quoniam dixit quandoq;, ex quo possibile est, aduersarium non semper petere magistratum eodem iure uti debere, ita ut ex positio ẽt necessaria non fuerit. Cogita.

Nota quinto, quod uerbum aliquid (mitto.n.quod principaliter disponitur in hoc 2.capite, quoniam eadem rõne deciditur, qua id, ꝙ in primo diximus supra) secũdum Deci. etiam in minimo
6 †uerificari potest per glo. quæ cõmuniter solet ad hoc allegari, in clem.i. ĩ uer. earum parte, de fo.com. quam ad idem etiam, & ultra eum allegat Abb.in.c.super eo, de eo qui dux. in mat. consang. uxo.suæ, & Bal.in.c.i.in .§. cum autem, de contro.inuesti.in usib.feud.nisi (subdit ipse) subiecta materia aliud dictet .l. scio.ff.de in integ.resti.& minime mirũ, quia uerba ab ea regulantur.l. si uno.ff. loca.cum uulga.uel (addas tu) quia adiungatur aliud, ut per Bart.in.l. interdũ ff.de hæ.inst.Sed credo, ipsum & in hoc quoq; male dixisse, quoniã in hac materia iniquitas considerabilis est, maxime à dolo proueniens, alias iniquitas non esset.l.2.& 3.infra eo.& sentit Bar.etiam infra in 2.col.ĩ uer.2.nota, uerum dolus non cõmittitur in re minima.l. si oleũ in fi.cum.l.seq.ff.de dolo: ergo. Cogita tamen, & de materia in simili dic, ut in c.de appellationibus, extra de ap. & in .§.gallinarum, insti.de re.di.

Nota sexto, quod hoc edictum non
7 habet† locum in eo qui cum uellet statuere, prohibitus est, nec statutum per fecit, quoniam, ut ipsemet text. dicit & latius Bart. uerbum statuit, est futurum subiunctiui, quod formatur à præterito perfecto indicatiui, ita ut rem cum effectu perfectam significet, ut in iuribus per eum allega. & est simile in l.fi.ff.de re.di.& in.l.seruorum.ff.de sta.ho.& in.l.aliud.ff. de uerbo. si. per quæ iura, & per text.nostrum etiam, ita in not.q.attentantis rebellionem castri, determinat, Nel. de S. Gemi. in tracta. ban.in 2.parte secundi temporis, in 59. q.in prin.& si hoc est in uerbo prædicto arguitur non esse uerum generaliter quod ex isto tex.notatur, uerba scilicet cum effectu accipienda esse, quia istius naturæ etiam erit uerbum rapuerit, & tamen non cum effectu accipietur .d.l. si quis non dicam rapere.C.de ep.&cle. Item uerbum extraxerit.l. præsenti .C. de his qui ad eccle. consu. & similia. Nisi replicetur & est uerum, non obstare quoniam non sunt regularia, ut supra & latius declarabimus infra, & ex his sumus de textualibus expediti. Superest modo, ut ueniamus ad glo.

Prima difficultatem non habet, solum enim citat locum, ubi hoc edictũ legitur, ut in ea, tu adde tamen, quod non semper idem facit, cum multa etiã sint edicta, quæ non habemus .l.i. infra in ius uo. & cant.l.i. ne quis eum qui.l. filiusfamilias.ff. qui satisda.co.l. ex hoc edicto .ff. de eo per quem fac. erit, & quam pluribus aliis locis, quæ consulto prætermittimus.

Secunda similiter clara est, et iam ex supra dictis expedita. Adde tamen, quod non ab re, et ob id etiam dixit August. se talem esse in scriptis aliorum, quales uult esse intellectores suorum, in.c.neq; 9.dist.quem refert glo.in.c.cũ omnes, ubi hoc idem Catonis dictum recitatur, patere scilicet legem, quam tu ipse tuleris, de consti.

Sequitur igitur quinta, in uer.qui magistratum, quoniam 3.et 4.sunt interlineales, Quam Bar.reassumit, more suo, plures casus, cõsiderãdo cũ aliqualiter uideretur obstare tex.ĩ.l. fi.C.de legi. et prio

8 ꝙ magistratus etiã municipalis† (ne frustra potestatis mentio facta esse uideatur, ut glo. quoq; dicit, licet Doct. secus senserint, & maxime Deci. & male, cum eius dicta ꝓcedant casu quo aliud uerbum non esset, & probatur in. l. imperium supra de iu. o. iud.) secundum exigentiam factorum, ꝓ toto tempore sui officii, legem facere possunt, ut in exemplis eiusdem à quo non dissentio, quia optime probatur in. l. i. in. §. fi. ff. de offi. præfec. urb. allega. per eum, & clarius in l. fi. ff. de pœn. quam etiam ad idem glo. magna infra alleg. & hoc quia in. d. §. fi. non solum ad tempus, sed etiam perpetuo, ex causa urbs interdici potest, de directo contra ea, quæ paulo infra idem subiicit. Nisi ut gl. ibidem declarat, saluemus, id procedere sententiando, non legem condendo, & est uerum, & iura iuribus concordabimus. l. i. C. de inoffi. dot. c. cum expediat, de elec. in 6. & suadetur ratione, quia iurisdictio limitata est: ergo debet etiam producere effectũ limitatum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. l. 3. C. de transac. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. quod non esset, si perpetuo posset, & hoc modo etiam tolletur contrarium. l. moris. ff. eo. quæ cum. d. §. fi. concordat, & est ad idem etiam tex. in l. cum nauarcorum, similiter allegata ꝑ eum. C. de nauicu. lib. x. & in. l. puto, in §. i. ff. de postu. & in. l. eum qui, in fi. supra de iu. om. iud. & sensit Bald. in. l. i. in 3. colum. C. de hæ. insti. & non habet dubium. Sed tamen considera, si dicit possit, prout in præalleg. iuribus uideri potest, has non esse leges, nisi largo sumpto uocabulo, sed potius præcepta, cõminationes, & tale quid aliud, sine quibus iurisdictio magistratuum prædictorum nulla esset, quemadmodum in simili dicitur, in. l. magistratibus, & in. l. 2. supra de iu. o. iud. & in. l. imperium, eo. tit. & ultra exempla Bar. aliud etiam subiici potest, deputatorum ad sanitatis regimen, qui pro tempore sui officii, possent præcipere, & legem facere, ne suspecti, pestis tempore, proprias egrederentur domos. l. fi. ff. de int. & rele. & hoc ne alios corrumpant, ut in simili dicit etiam Alex. in. l. casus. C. de testa. uel si sint duo, qui se odio habeãt, ne unus transeat ante domum alterius, quæ omnia tendunt ad quietem, & pacificum statum reipublicæ, & fuit exemplum Bar. in. l. quod iussit, in prin. ff. de re iud. ubi præcise allegat tex. in. d. l. i. in. d. §. fi. ff. de offi. præf. ur. & optime probatur in d. l. fi.

Secundo considerat Bar. magistratus sublimiores & maiores, ut Princeps ꝑfectus prætorio, & similes, & tunc dicit ipse, isti possunt facere legem perpetuã quod neq; etiam dubitationem habet, quoniam probatur in. l. non ambigitur ff. de legi. & in. l. formam. C. de offi. præf. præto. ori. & Illy. per eum allega. licet dixerim alias, aliam fuisse mentem. d. l. formam, in. l. imperium supra de iu. o. iudi. quod non de lege loquatur, sed de formulis quibusdam iudiciorum, prout etiam colligitur ex. l. apertissimi, in prĩ. C. de iudi. Sed pro nunc ab intellectu communi non recedemus, & potest suaderi ratione ultra eum, quoniam alias à magistratibus municipalibus, de quibus supra non differrent, haud dicendũ ut in simili arguit glo. in. l. nec honore, in uer. confunditur. C. de ep. & cle. & in l. transigere, in uer. non licet. C. de transac. & in. l. iurisgentium, in. §. si paciscar, in uer. non liceat. ff. de pact.

Verum est, quod Cur. & Deci. hic mouent duas difficultates, prima est, ut non intelligatur, similes principi, posse facere legem perpetuam, quæ generalis sit, sed duntaxat in sua prouincia, quoniam etiam legatus sedis apostolicæ id facit, & non aliter. c. fi. de offi. lega. quod Bar. allegat. Secunda, quod intelligi debet quod de cardinalibus dicit, idest de cœtu cardinalium, non de singulis, q̃a hoc facere non possunt præterquam in casu. d. c. fi. et latius ut per eos. Quæ iudicio meo non erant necessariæ, nõ prima quoniam non est uerisimile, Bar. ita supine distinxisse, et nõ intellexisse hãc differentiam, cum de generalitate nihil dixerit, sed eos tantum posse legem perpetuam

petuam condere. Vel dic, quod imò & ipse maxime præfec.prætorio,condit le legem generalem.d.l.formam.Sed quia potest intelligi generalis in prouincia, ad quod postea etiam ipseCur.aduertit & fuit dictum in l. imperium supra de iu.om.iudi.latius.Item ut supra dixi aliter quod non de lege loquatur,à prima resolutione non discedo. Non etiam secunda, quia eodem modo defenditur Bart. ex quo loquendo de cardinalibus in plurali numero,non aliter intellexit c.i.de renun. in 6. & uideri potest in.l.i. in.§.de qua re.ff. de postul. & in.l.infamem.in fi.ff.de pub.iudi.ubi dicit,ad famam solum principem, et collegium Cardinalium,et similes, posse restituere.Et hinc oriri solet difficultas,an uerbum solus,de quo in.d.l.fi.C.de legi.excludat cõsilium suorum procerum, sed quia non est præsentis speculationis , non tango, tum et maxime, quia dixi ego in.c.i.latissime,de consti.et in.l.humanum.C. de legi. et sensit glo. magna infra in prin.De Regibus quoq; non est dubitandum, quia præfec.prætorio æquiparantur si maxime aliquem in superiorem non recognoscant,ut idem Bar. declarat in.d.§.de qua re, et tangitur in .l. i.supra de offi.eius.

Tertio, quod si magistratus fuerint minores,eodem modo poterunt facere legem perpetuam, si tamen habuerint etiam iurisdictionem perpetuam, alias non,nisi de consilii & populi consensu quæ conclusio etiam clara est,et probatur in iuribus per eum allega.optime,licet exemplum de Episcopo, ad quod aduertit etiam Cur. male positum uideatur, cum æquiparetur sublimioribus magistratibus,secundum glo. in.d. l.i.in.§.fi.supra de offi.præfec. præto. Quam ob rem etiam uidemus inde,ultra eum,quod causæ graues,vt puta matrimoniales,non solent de iure aliis delegari,quam episcopis,nec subdelegentur quouis modo, ut not.in.c.si pro debilitate,& in.c.causam matrimonii, de offi.del.Nisi eum saluemus, authoritate Specu.in tit.de iu.o.iudi.in 3.colum. & aliorum,dicentium non esse uerum, cum spectabiles sint, & his æquiparentur,qui sunt in tertio magistratuum gradu. Sed à glo.prædicta non discedo, quæ allegat tex. hoc ad literam dicentẽ in.l.episcopale.C.de epis.aud. & ultra eam probatur quoq; in.c. fi. de re iudi. in 6.in cæteris non est difficultas. Et sic ex prædictis,contrarium d.l.fi.C. de legi.sublatum est.Cui tamen &adhuc gl. etiam aliter respondet,quod forte text. noster procedit secundum antiqua tempora, antequam ius esset translatum à populo in principem, & male, ac contra tex.in.§.hunc igitur,in simili tamen in prima consti.Cod.item quia dixisset utiq; si ita esset,& facile ei quidem fuisset.l.unica.§.sin autem, uer.sin uero.C. de cadu.tol.non dixit ergo. & propterea distinguendo, soluendum est ut supra.Insuper & ultimo loco, dum ipsa gl.dicit,eo casu, quo magistratibus municipalibus conceditur, ut legem condere posint,non mirum esse,quoniam princeps ipse facere uidetur,per text.in l.i.in.§.omnia.C.de uete.iu.enu.sentire uidetur ipsius Principis confirmationẽ omnimodo necessariam, & eo tunc à confirmante denominari, & non à confirmato,& male,ac contra tex. in.l.si donatæ,in.§.i.ff.de don.int.ui.& uxo.alias à lege principis non differret, qđ quam absurdum sit,latet neminem, & est arg. in.l.unica.in.§.accedit.C.de rei uxo. ac. de materia tamen,quia Bart.se remittit ad dicta per eum in.l.omnes populi, de iusti.& iu.ego etiam me remitto. Et prædicta, dato quod text. iste intelligatur, quando magistratus statuit ius iniquum,legem condendo,uera sunt.Sed credo alium esse sensum,& quod intelligatur uerbum statuerit,per uiam iurisdicendi,sententiando, uel interlocutorie,uel diffinitiue,neq; illa sit reuocata, uel ab ista appellatum aliter, ut infra in .§.hæc autem uerba,& sensit Deci.seni. hic,& bene & ultra eum,suadetur ratione,quoniam alias finis.l.non correspõderet principio, et è contra, ut arguit etiam glo.in clem.sæpe,in uer.partibus

de

de uerb.si.et dicemus infra.

9 Sed quæritur adhuc, de quibus† statutis loquatur, & intelligi possit text. noster Breuiter idem Bar.concludit, quod intelligi potest de statutis habentibus effectum iuris, quia ualēt, tametsi iniqua sint, quod & supra latius probatum est in not.& in hoc non insistam.Item &in inualidis,quæ tamen effectum habuissent de facto, ut in exemplo glo. seq.in prin.& iuribus per eum allega. & in .§. fi.infra ea.l.ibi,cum nullum habuerit effectum : ergo si aliquem,edictum non cessabit.Quæ conclusio, satis rationabilis esse uidetur, ut ex multis legi potest ultra ea quæ à Scriben.hic adducuntur per Feli.in.c.ex tenore, in 6.colum.in uer.cæterum extra de rescrip. & si diceretur,iniuriam,quæ est, quod de facto statutum inualidum seruetur, iniuria non esse repellendam,ut dicit Cur.hic, post Feli.tamen,& Abb.ante eum,in.c. dilecti,de excep.& fuit dictum tex.in.l. neganda.C.qui accu.non po. Respondeo,non emendicatis sol.eiusdem Cur. sed aliter,id eē uerum in casu suo,quoniam non relatione criminis, sed innocentia,reus purgari debet, ut ipse met tex.dicit,quæ ratio non est considerabilis in casu nostro,&tanto magis cum iniuria iudicis ab ipso proueniat, quia de facto seruauit quod seruare non debuit retorquutio autem à lege, ubi alias utrunq; in casu.d.l.neganda à facto iniuriantium proueniret,ergo termini non sunt pares,& sic ab isto argu.defendi potest facile.Sed ex alio considera tu posse dici,non esse ueram, quia nō probatur iure,nam tex.in.l.3.infra eo.in prin.in illis uerbis,siue usus est iure aliquo, siue &c.intelligi debet de iure non de facto, & sic in executione impetrati iuris ualidi,non inualidi.l.i.§. qui in perpetuum ff.si ag.uectig. Similiter quod alias melioris conditionis esset ille qui de facto seruare fecit statutum ipsum,quam ille qui fecit seruare de iure.l.seruius.ff. qđ ui aut clam.l.nō solum.ff.de noxa. quæ leges in sui ratione, hoc modo induci debent,nihil facit, quoniam regula illa locum haberet,quando non solum ius sed etiam factum respexisset legislator, ut in simili dixit Bart.in.l. quid ergo,in .§.cum autem.ff.de his qui not.infa.sed hic statutum,prout ualida sunt, & habent iuris effectum,considerauit, ut ex §.fi.colligitur infra ea.l.ergo.Et minime ultimo loco tex.in.d.§.fi.quia intelligitur,de effectu iuris,non facti, & hoc ne resultet absurdum contra.l.determinationem,quo argu.à contrario,solet corruere.l.2.C.de condi.inser. Nec dictio nullum,efficit ut secus dicamus,quanuis sit sui natura uniuersalis negatiua.l. i.§. ad eo.ff. de pac. quia resoluetur eo modo,quo supra &est argum.in.l.inter omnes.ff.qui sat.co.& in.l.omnes.C.sine cen.uel reliq.Cogita tamen,quia durum uidetur à communi recedere, & alias ad exemplum ipsum dicas, Bar.cū misterio dixisse,de facto fuisse obseruatum statutum,quia de iure nō ualebat, nec factum ab habentibus authoritatē, cum id principis proprium sit .l. quotiens.l.uniuersa.C.de præcib.imp.offe. & not.ferè omnes.

Verum & ultimo loco quæritur, qđ
10 si priores huius ciuitatis statuissent† ut pœna capitis puniretur,qui offendisset eos,an si ipsi offendissent alios , eadem pœna puniri debeant? Idem Bart.concludit quod sic,inferens amplius,statuta ligare ipsos statuentes, quod tactum etiam fuit supra nec est repetendum. Quantum tamen ad primum , quia dicetur etiam infra aduertendum est , ut idem quoq; Cur.dicit,&pro nunc,quoniam retorquutio hoc casu locum habere non uideretur , ex quo maior est iniuria , quæ committitur in persona magistratus, quam priuati .l. prætor edixit.§. atrocem .ff. de iniur. quod dictum uerissimum est in se, cum delicta non solum ex causa,ex loco,ex tempore,ex qualitate,quantitate,&euentu uerum etiam,& multo quidem magis, ex persona metiantur.l.aut facta in prī. ff.de pœn.& est arg.in.l.si familia supra de iu.om.iud.& in.l.pe.in.§.i.ff. ne quis eum qui.& in.l.de ætate,in.§.qui tacuit ff.

ff.de int.ac. Sed errat grauiter quia Bar. intellexit, tunc retorquutioni esse locũ cum & ipsi priores, non priuatum, sed alios scilicet priores, & magistratus offendissent, & sic iniuria erat æqualis. Cogita.

Veniamus modo ad glo. magnam, in uer. noui. iuris, quam similiter Barto. hic reassumit, ut per eum, ex cuius dictis collige, si præses seu rector huius ciuitatis fecerit statutum iniquum cum
11 consilio populi, † quod ipse non quilibet de populo, tenebitur. Et non ab re (ut glo. ipsa inquit) quia esto quod populus faciat, non tamen quilibet de populo singulariter facere uidetur, ita ut eodem iure conueniri possit. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uo. l. in tantum. §. uniuersitatis. ff. de re. di. & minime populus ipse (addas tu) c. Romana. §. uniuersitatem, de sen. excom. in 6. & quia actus, & passiones, prout consistunt in facto, sunt singulorum, & non uniuersitatis, secũdum Gemi. in. c. sicut uir, in gl. 3. 7. q. i. quem refert & sequitur Feli. in. c. dilecte, in. i. colu. de excep. uerum populus, non est quid singulare, nisi per representationem, & ficte. l. mortuo. ff. de fideius. ergo necessario, & à partibus sufficienter enumeratis. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel ali. iu. ipse Præses, uel Rector, tenebitur. Quam conclusionem tamen idem Bar. declarat, uerã esse quando statutum uoluntarie factum esset, non ex necessitate alterius statuti, quia tunc præses carere dolo, & edictum hoc locum non haberet, ut dixi etiam in not. à quo non dissentio, quoniam necessitas nulli legi subiecta est. l. i. ff. de offi. consu. & facit alias excusabile, quod non esset. l. qui potuerunt. ff. de ma. testa. & est ad idem regula, quod lex magis succurrit facienti actum ex necessitate, quam ex uoluntate. l. si fideiussor. §. qui necessaria. ff. q. sa. cog. Sed considera, quod & uoluntas coacta, atq; necessaria, uoluntas est. l. si mulier. §. si metu. ff. quod met. ca. u. c. merito 15. q. i. & quod hac ratione excusari non deberet. Verum responde, quod regula hæc procedit quando quis facit nomine suo, & quando agitur de ꝓprio secus si de alieno negotio, ut hic & in. l. i. in fi. ff. de auth. tu. & in. l. nouissime. ff. quod fal. tu. au. & per Bar. in. l. 2. in. §. sed & si quis, in fi. C. communia de le. ubi tutor, q̃ authoritatem præstitit, coacte non dicitur præstitisse.

Ex qua conclusione modo inferri potest, secundum eundem Bart. & primo, quod Præsides, seu Rectores ciuitatum
12 cum consilio † procerum, ipsius ciuitatis, faciunt statuta, & bene, quia probari maxime uidetur in. l. humanum. C. de legi. ut Alex. inquit: Sed tamen considera, tex. illum loqui (vt diximus etiam supra) in Principe condente legem generalem, nisi respondeamus, ex ea argui ad alios, qui sub eadem forma, statuta condere possunt, & est argu. in. l. si duo. ff. de admi. tu. & in terminis glo. in. l. sed ex dolo, in. §. i. in uer. facere possunt infra de dolo, & in rub. C. quæ sit lon. con. Quod dictum, & quam illationem tamen, ego limitarem in casu, quando vellet facere statutum pro tempore tantũ suæ administrationis, ut idem met Bar. sentit supra in uer. si uero non sit de his & in uerbo breuiter si magistratus &c. & probatur in. l. fi. ibidem allega. ff. de pœn. & in. l. i. in. §. fi. ff. de offi. præf. urb. & similibus. Sed aduerte adhuc, quia imò uidetur, quod posint, etiam sine consilio procerum, & indistincte quidẽ facere statuta, ꝑ tex. in. l. i. C. quæ sit lon. cons. ubi præses prouintiæ probatis his quæ in oppido frequenter fiunt in eodem genere controuersiarum, causa cognita statuet, & in. c. ut animatum, in. §. statutum, de consti. in 6. ubi Episcopus statutum facit, & tamen consilium procerum non desideratur, & idem etiam ultimo loco dici uidetur in. c. 2. de mario. & obe. Quibus omnibus facile responderi potest, & primo quod text. in d. l. i. non loquitur in statuto & lege, licet glo. proxima, ad id, & male allegauerit, sed in sententia, ita ut uerbũ statuet exponatur, idest iudicabit, quemadmodum etiam hic, ut diximus supra & probatur

batur in.§.fi.infra ea.l. & dato quod loqueretur in statuto & lege, dicam uerũ esse, cum consensu tamen suorum procerum, ut in simili, in.l.fi.C.de legi. iuncta.l.humanum eo.ti.

Non ob.secundum, quia (ut etiam diximus supra) loquitur in Episcopo, qui æquiparatur præf.præto. Sed nihil est, quoniam posset dici, quod imo est spectabilis, ut ibidem. Ideo dico aliter ex quo tolletur etiamtertium quod & ipse quoq;, ut ibi not. tenebitur consilium capituli requirere, estq; text. in.c. nouit, de his quæ fiunt à præla. sine cõ. cap.ergo non solus, & ita tenetur.

Secundo inferri potest, si hic Pataui starct statutum, quod occidẽs forensem

13 † teneretur pœna trecentarum librarũ, alibiq; Patauinus occideretur, quod nõ propterea occidens petere poterit eadẽ pœna puniri, quia ut dictum est, non debet eodem iure uti quilibet de populo. Sed in primis aduertendum ẽ, quia Bar. præsupponit, statutum hoc ualere, imponens pœnam pro homicidio, & male, ac contra text. in.c.erit autem lex 4.dist.ubi inter cæteras legis qualitates, hæc præcipua esse uidetur, ut sit iusta, & æqua, statutum autem hoc, esset iniquum, quia præberet occasionem delinquendi, & male.l.conuenire.ff. de pact. do.ergo.

Nisi dicamus ualere, quia pœna non est parua & contemptibilis, ut etiam cõcludit Alexan.& est ultra eum tex.in.§. pœna.Insti.de iniur.&in.l.illicitas in.§. ne tenuis.ff.de offi.præsi.licet Alexand. in hoc errasse mihi uideatur, quia esto quod lex debeat esse æqua, non tamen sequitur, si iniqua sit, quod non ualeat, ut probaui supra ulterius considera, q̃ retorquutio non habet locum, nisi in casu iniquitatis, q̃bus fit, ut credamus de industria, Bar. hoc modo exemplificasse. Et propterea ad ipsam illationem redeuntes, uideretur dicendum ex mente Pau.de Cast. quoniam cæteri omnes magis communiter cum Bar.transeunt quod imò occidens puniri deberet eadem pœna, ne delictum impunitum remaneat.l.ita uulneratus.ff.ad leg.Aqui. c.ut famæ, de sen. excom. & quia alias sententia redderetur elusoria.c. si sentẽtia, in fi.de sen. excom. in 6. & est argu. in.l.si prætor.ff.de iudi.cui argu.respondet Alex.quem aliter non refero, & minus alios.quoniam non uidentur loqui in terminis.q.Bar. ex quo agitur de puniendo eo, qui Patauinum interfecit: quam ob rem, esto quod eadem pœna non puniatur, punietur tamen alia, ut de se notum est, & patet, non de puniẽdo Patauino, qui sit de populo statuente, quo casu intelligi posse uidentur uerba Pau.& Docto.an scilicet quilibet de populo puniri posit, cum uniuersitas ipsa, & populus non puniatur. Habe tamen, & nunc referre eos licebit, in terminis in quibus loquuntur, quod delictum non remanebit impunitum, secũdum Alex.ex quo consiliarii eodem iure utentur, qui interfuerunt editioni ipsius. Quæ responsio, ultra responsiones Decii hic, mihi non placet, quoniam hoc modo delicta non tenerent suos authores, & de eo punirentur ipsi de quo nõ sunt culpabiles, quod quam absurdum sit, neminem latet, & probatur in.l.sancimus.C. de pœn.& in.c.sicut dignum de homi. Vnde dicerem ego sustinendo Bar.quod toleratur potius quod delictum impunitum remaneat, quam quod quis indebite puniatur.l.fi.§.in cõputatione, cum his quæ not.ibidem.C.de iu.del.uerum indebite hic puniretur.d.l. sed si hac.d.§. qui manumittitur:ergo. Ex quo tollitur etiam secundum, sed idem Alex.respõdet aliter, quod tex. in.d.c. si sententia, loquitur in sententia excommunicationis, in qua cum medicinalis sit.c.i. eod. tit.& lib. agitur de leui præiudicio, & male, ac contra text.in.l.hi qui sanctam fidem.C.de aposta.& in.c. corripiantur 24.q.3.ubi maior pœna est, quam alia quæ sit in ecclesia Dei, Deci.etiam dicit aliter, quod text.ille, ponderandus est in sui ratione, quæ generalis est. Sed ad istud posset replicari, quod esto quod ratio generalis sit, restringi tamen debet

ad

ad terminos legis in qua esse reperitur, & est argu. in l. quanuis. ff. de in ius uo. & in l. i. C. de lib. præte. Tũ & maxime & hoc est de mente text. & idem Alex. aduetit, & in hoc bene, quia uerba sententiæ interdicentis populum, accipiũtur improprie, cum singulares personæ interdictæ esse noscantur, qđ non est in q. nostra considerabile. Rursus & adhuc dicendum uidetur, prædicta dubitationem non habere, cum delinquens in aliquo loco, ibidem pro delicto conueniatur, & puniatur secundum statuta illius loci, ut not. Cano. in c. fi. de fo. compe. Tu uero salua, ex his, quæ habentur in l. i. C. ubi de cri. agi opor. & in §. si uero quis comprehensorum, in authen. ut nulli iudi. & plene not. Ange. in tracta. malefi. in uer. existens Florentiæ in .i. colum.

14 Tertio inferri potest, quod esto quod quilibet † de populo non debeat uti eodem iure, uti tamen compelletur quilibet de consiliariis & proceribus, si inter fuerint, & consenserint, l. i. ff. de magist. cõue. & non ab re, q.a dolus requiritur ut diximus etiam supra uerum qui nõ consentit, non est in dolo, ergo. Et propterea cautela est, ut alias docebat D. meus, quod ipsi protestentur, non consentire tali iuri iniquo, qua etiam minime tenebuntur, nec eo iure uti compellentur, ex quo iura protestantis conseruat. l. non solum. §. morte. ff. de no. op. nun. c. cum M. Ferrarien. extra de const. l. si debitor. §. fi. ff. quib. mo. pi. uel hyp. sol. Est uerum, quod obstare uidetur unum, quomodo compelli possint; si ipsi ut uniuersi consentiunt, non ut singuli, quemadmodum in populo diximus proxime, quod non est in d. l. i. Nisi replicetur, quod imò ut singuli consentiunt, licet populum represen tent, & ea ratione compellentur, & hoc est quod uoluit dicere Bar. ita ut par, eademq; ratio esse non uideatur populi, & procerum. Attamen non satis tutum uidetur, ideo cogita, & quo ad d. l. primam, considera id fauore pupilli forte introductum fuisse, cuius gratia exorbitant regulæ, & dispositiones iuris communis. l. ex pluribus, in fi. ff. de admi. tu. l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideiu. tut. cum similibus. In cæteris, an represaliis concessis iniuste contra aliam ciuitatẽ, quilibet de populo concedentis capi possit, & an quilibet de populo ex delicto uniuersitatis teneatur, quia Bart. se remittit ad tractatum suum represaliarum, & ad not. per eum in l. aut facta, in §. fi. ff. de pœn. ego quoq; me remitto, & unum in materia addo, si uni de uniuersitate seu de collegio iniuria fiat, qđ uniuersitas seu collegium agere poterit quia qui tangit membrum totum corpus tangit. l. uulgaris. ff. de fur. est uerũ quod dubium faciebant iura supra allega. in l. in tantum in §. uniuersitatis. ff. de re. di. & in l. sed si hac in §. qui manumittitur. ff. de in ius uo. quodq; nec mater agit pro iniuria filii, & quod sunt certe personæ quæ hoc casu admittuntur, l. i. ff. de iniur. inter quas non est enumerata vniuersitas, sed omnia sublata sunt eo solo argumento, qđ non repetimus, & cum habeatur loco domini, potest petere quod fiat emenda subdito suo. l. de iure. ff. ad municipa. l. generali. C. de decu. c. si iudex de sen. exco. in 6. Old. cõsi. 66. ad fi. & obiter dictum sit, quia de retorquutione erat disputatio.

In ea, igitur ibi, quid ergo, opponit, & soluit, ut per eum, ex cuius dictis habes †
15 quod tex. noster potest intelligi in interlocutoria iniusta, à qua non appellatur. Addas tu (ut etiam diximus in casus figuratione) dũmodo reuocata non sit, quia quod iussit, uetuit ue prætor cõtrario imperio tollere & remittere potest. l. quod iussit. ff. de re iudi. & dicas, uerum esse regulariter, quoniam aliqui sunt casus, in quibus appellatur, l. 2. ff. de apel. l. ante sententiæ tempus. C. quo. ap. non re. authen. habita, & ubiq; not. C. ne fil. pro pa. alias non differet à sententia interlocutoria de iure canonico, a qua semper appellatur, etiam si grauamen sit minimum. c. super eo. secundo de ap. Quamobrem esto quod dici soleat, appellationẽ, in dubio eẽ admittẽ

dam, ut not. glo. & Ange. in .l. qui restituere. ff. de rei uen. cum nihil aliud sit, quam quærela iniquitatis sententiæ .l. i. ff. de ap. l. præfecti etiam prætorio .ff. de mino. non admittetur tamen eo casu, quo est prohibita, ut puta ante sententiam ab interlocutoria (ut dixi) isto iure, & est argumen. in. l. si stipulatus .ff. de usu. & in. l. si legati serui. ff. de lega. i. & in. l. si uno. ff. loca. cum similibus, & non habet dubium.

16 Secundo habes ex eo, quod potest intelligi etiam in diffinitiua † non expresso errore, & quando pars non appellauit, puta propter paupertatem, quem declara, quoniam si error expressus fuisset, sententia tunc non ualuisset. l. si expressim. ff. de ap. & adde, quod cum maximo misterio dixit, non expresso errore iuris non autem, expresso errore, simpliciter, quoniam expresso etiam errore facti, conditionaliter, nulla fuisset. l. qui testamento, & in specie ibidem hoc not. Bal. ff. de excu. tu. & si ad propositum redeundo, non appellauit propter paupertatem, transiuit in rem iudicatam consensu condemnati, authen. hodie. C. de ap. c. quod ad consultationem de re iudi. ergo retorquutio locum habebit, quia eo tunc uim habet legis. Imò plus dici potest, idem esse si appellasset, & appellationem ea ratione, infra tempus præfixum à lege, de quo in l. 2. ff. de re iud. & in. c. cum sit Romana de ap. prosequutus non fuisset, quoniã tunc deserta diceretur, & perinde ac si non appellasset. d. c. quod ad consultationem, quod tamen non firmo, quia contrarium tenuisse uidetur glo. in. l. eos, in. §. super his, in uer. inopia. C. de ap. & in. l. minoribus ĩ fi. C. de his quib. ut indi. & Bal. in terminis in. l. acceptam in pe. colum. C. de usu. & in. l. 2. in. §. si quis in iudicio, in fi. ff. si quis cau. ubi refert etiam Guliel. de cunio, quendam pauperem euasisse à suspendio, & à furcis, quia cum appellasset, appellationem propter paupertatem non erat prosequutus, & ad idem uidetur casus, in. l. si procuratorem, in. §. si ignorantes, allega. hic, in glo. in seq. parte. ff. man. Nisi culpa sua in paupertatem incidisset, ex quo de tertii agitur præiudicio, quoniam tunc eidem non subueniretur, argumen. in. l. si pignora, in. §. i. ff. de fur. & in. c. deniq; 14. q. 5. & dixi ego alias late, in. c. ex ratione, de ap. Cogitabitis.

17 Tertio habes, & erit limitatio † præcedentis conclusionis, ex eo, quod potest etiam intelligi in sententia diffinitiua, errore expresso, quæ tamen habuisset effectum de facto, prout etiam diximus supra in statuto, & non ab re, de statuto ad sententiam arguit Bart. quia utrunq; est stricti iuris .l. constitutionibus .ff. ad muni. l. i. C. si plu. una sen. uerum quia satis est dictum ibi, non insistam hic aliter.

In ea glo. ibi, quasi sit ei imputandum, habes ut etiam idem Bart. dicit, quod non est imputandum ei qui non
18 appellauit † quasi dicat, quia si imputaretur, non haberet locum retorquutio, & huius legis decisio, & est uerum ex duobus, primo quia causa subesse, potuit, ut in. d. §. si ignorantes, & in. l. uendicantem, cum. l. seq. ff. de euic. quæ, etiam in dubio præsumitur, ut arbitror ego, & per regulam quidem .l. cum de indebito. ff. de proba. & .c. super hoc de renun. Secundo quia iudex est in dolo, & deliquit faciendo, pars autem in culpa, & omittendo, dolus autem præponderat, quia maius est delictum .l. si mora .ff. solu. mat. l. item si obstetrix .§. fi. ff. ad leg. aquil. ergo. Et in simili etiam utroq; modo arguit Ias. in .l. i. in fi. prin. ff. de no. op. nun. & in. l. errore, in. i. colum. C. de testa. & Bald. in. l. i. in 2. C. de ædil. a c. & non habet dubium. Sed quid si tempore syndicatus, egerit non appellans, contra iudicem, an debeat audiri? Alex. hic concludit, quod sic, esto quod non appellans præsumatur consentire .l. hi qui. C. de ap. l. 2. & ibi per Barto. ff. de iure iu. bo. text. in. l. 2. C. de decu. lib. x. & est argumen. in regula qui tacet, de regu. iu. in 6. & in. l. 2. in. §. uoluntatem autem .ff. solu. mat.

Quia Deci.respondet, quod non est proprie consensus, sed fictus, ut per eum latius, & male, quandoquidem non secus operari posse uideatur, quam expressus .l. cum quid .ff. si cert. peta.l. quæritur.§.si uenditor .ff. de ædil.edic. c.i.§.præterea, & ibi Bald. in prin. quib. mod.feu.ami.in usib. Ideo dicas tu aliter, id uerum esse quo ad retractandam sententiam, ne amplius litigetur, non quo ad aliud, & quo ad hoc, ut non teneatur in sindicatu, tanquam iudex iniustus, & qui dolose sententiam tulit contra eum qui conqueritur, & maxime, cum sciret ius eo casu sibi perdurare, ut in ratione sui dicit alibi, & in simili, text. in .l. sicut, in.§.non uidetur .ff. quib. mo. pi. vel hypo. sol. & in .l. uendicantem, iuncta .l. seq. ff. de euic. Cogita, & quo ad illam q.an qui fecit decapitari unum pro homicidio, cum tamen esset pœna librarum trecentarum, possit petere, ut sibi imponatur pro simili delicto pœna pecuniaria dictarum librarum trecentarum, & non capitis, haud esset insistendum, quia id fieri deberet, vt Alexand. hic dicit, quando etiam non haberemus materiam retorquutionis, text. est singularis in.l. lex iulia de repetundis, in fi. ff. ad leg. iul. rep. quem exclamat Bald.in.l.i.in 5. colum. C. ex delic. defunc.& hic, & ultra meminit idem, in .l. obseruare, in .§. proficisci similiter in 5.ff.de offi.procon.

Sed aduertendum est, quia in deportatione ultimo loco, sic firmare uidetur. Melius est igitur ut dicamus, uirtute retorquutionis, fieri debere, ut idem Bald. dicit in rub.C. de pœ. iud. qui male iudi.in 2.colum.& est argum. in.§. pœna insti.de iniur.

Verum adhuc aduertendum ē, quia imò uideretur, secundum Deci. dici posse, quod nec retorquutio hoc casu locum haberet, ex quo magistratus uerisimiliter potuit cogitare, tale statutum non ualere, ex his quæ diximus supra ut scilicet pro homicidio imponeretur pœna pecuniaria, pro quo facit regula.l.hærēnius.§. gaia de euictio. & .c.in præsentia, de renun. Sed respon de, falsum esse, & confundi per tex.in.c. in istis 4.dist.

In ea.glo.in fi.collige, quod iudex non tenebitur hoc edicto, si aliquid fecerit contra legem, quia ita esset consue-
19 tudo† ex quo cessat dolus, cum habeamus, legem uinci à consuetudine, & sic nouum dicetur solum, quod non est de iure scriptum, neq; consuetudine roboratum.l.de quibus.ff. de legi. Et hinc sumpta occasione, satis extra propositum, Deci.multa congerit, ad ostendendum quid nouum, & quid uetus dicatur, & idem etiam remissiue tamen Alex. Igitur tu aduerte, quod cū exponatur nouum, idest iniquum, inuestigatio alia nō erit necessaria, & hoc passim admittunt omnes. Item quod uerum est, legem à consuetudine uinci.l.3.§.diuus.ff.de sep.uio. & sensit Alex. consil. 132.in 3.colum.in.i.uolum. Sed dubito ex alio, quia præsupponitur consuetudinem hoc casu ualere, cum tamen nō sit rationabilis, & inter cætera requisita id maxime expeti soleat.c.i.de cōsue. in 6. Nisi respondeatur, valere etiam quod rationabilis non sit, quoniam rationabilitas solum consideratur in ea inducēda, sed postquam inducta est, secundū illam iudicari debebit.l.prospexit, licet aliter dixerim supra .ff. qui & à quib. d.c.in istis 4.dist.& est argu.in.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui uel ali. iu. Vel dic quoniam tex.aliqualiter prædictis uidetur repugnare.c. fi. de consue. quod potest esse, nec uideo quod repugnet, quod sit contra legem, & etiam rationabilis, & propterea glo.& Bar. non meruerunt reprehendi. Et dum concludit tandem, ius nouum esse, quod scriptum non reperitur, uel consuetudine roboratum, adde ius optimum alias ad huius differentiam appellari .§. i. insti. de codicil.l.si mulier.ff.de mino. siue inueteratum, ut declarat Luc.de pœna in l.pe.in prin.C.de excu.mu.lib.x.

Sequitur glo.in uer.si quis, aliis consulto prætermissis, quia nihil habent

& quia etiam de materia incipientis ad uersario, quam Barto. legit infra in uer. si quis se remittit ad dicendum in.l.3.in fra eo. & breuiter ac ad propositum, dum dicit tex. nostrum in hoc secundo
20 capite † habere locum in eo, qui ius iniquum constitui fecerit, siue assessor, siue litigator fuerit, addit idem Barto. nec secus esse si fuerit tutor, uel procurator, adhibita tamen distinctione, de qua infra in .d. l.3. in .§. si procurator, quæ est, quod aut eidem specialiter est demandatum, uel ratum habuit dominus, aut nõ, quoniam primo casu tenebitur ipse dominus. Secundo autẽ, ꝓcurator, & de procuratore dixi, quia in tutore, & curatore distinctio ibidem non adhibetur, & non immerito, quoniam eo tunc in procuratore forte poterit uerificari regula, quod qui per aliũ facit, per se ipsum facere uidetur .c. qui per alium de regu.iu.in 6.l.ita autem.§. gessisse.ff.de admi.tu.l.i.§.oĩa.C. de uete.iu.enu.ubi alias tutor, & curator. qua si domini reputantur.l.qui fundum.§.si tutor.ff.pro emp. Sed quæro quid in aduocato, Bar. putat idem dicendũ, quod in procuratore, post Guliel. tamen de cu. hic, cuius opi. etiam amplexus est Alex.in.d.§.si procurator, motus, quia appellatione ꝓcuratoris, largo sumpto uocabulo, uenit etiam aduocatus.c.infamis, cum glo.3.q.7.uerum de stricta significatione ad latam, extensio fieri solet, etiam in pœnalibus, ut not. in.l.si uero, in.§.de uiro.ff.sol.ma.& latius, ut per eum, ergo. Adde tu, quod imo extensio fieri debet, quia edictum est hoc, summam habens æquitatem, ut supra ita ut licet in pœnalibus simus, & pœnæ ut plurimum sint odiosæ sui natura ac restringendæ.c.in pœnis.c.odia, de regu.iu.in 6.nihilominus ea ratiõe fauor præponderare uidebitur .l. si quis id quod supra de iur.om.iudi. ubi masculinum concipit fœmininum.l.si quis in graui.§.utrum.ff.ad sylla. & per Bart.in l.quemadmodum, circa medium.C. de agri.& cen.lib.xi.aduocatus igitur tenebitur ut procurator, non habens specia le mandatum, & ita transeundum esset quanuis Alberi.hic secus teneat, & quædam læuia adducat, quæ non refero. Sed tamen cogita si eius opi.ex alio possit sustineri, quoniam considero, quod cum clientulus præsumatur semper velle negare.l.solemus infra de iudi.perinde est, ac si speciale mandatum haberet quo casu, ut in procuratore dicimus, non habet locum retorquutio.d.§.si ꝓcurator, & maxime quia nec specialiter nec generaliter, eidem quid mandari consueuit, quoniam tunc procurator, & non aduocatus diceretur, ex quibus argu. Alex.& quod ego quoq; dicebam supra tollentur facile, quoniam uerum est appellatione procuratoris, aduocatum quoq; uenire, non ut sicuti retorquutio locum habet in personam illius mandatum speciale non habentis, ita in istius locum habeat, sed è contra. Cogitabis tamen, & ab opi. Guli. & Barto. non recedes.

In ea glo. ibi, sed nunquid in impetrante, Barto. cum ea transit, ut dolus in impetrante non requiratur, sicut in con
21 stituente † & hoc primo quia ad impetrantẽ aliquid peruenit semper impetratum scilicet ad iudicem non, & propterea non mirum si indistincte habet locum retorquutio in eo, in iudice autem distinctione adhibita, & est argu.in.l.cũ qui.ff.de iureiu. Quam rationem impugnat uterq; Deci. hic maxime per text. in.l.3.in.§.i. infra eo. ubi ad impetrantẽ nihil peruenit, & tamen retorquutio locum habet. Sed quãtum ad hoc, potest responderi, perinde esse, ac si peruenisset, quoniam uti potuit, ut ibi, & bene dicit gl.& noluit. Verum dico aliter, ꝙ non dubitatur nunc, an retorquutio locum habeat, quando ad impetrantẽ, vel iudicem, aliquid peruenit, nec ne, habens pro absoluto retorquutionem locum habere & in iudice constituente, & in parte impertrante, & est euangelium. Sed quare est, quod in iudice dolus requiratur, in parte autem non, & ideo cogita.

Secundo, alia ratione, id uerum esse dicit

dicit, quia text. utitur uerbo credidisse, quod arguit ut etiam si sine dolo impetrauerit, teneatur. Quam similiter idem Deci. improbat, quoniam solum diuersificat casum inter magistratum constituentem, & partem impetrantem, & non assignat rationem diuersitatis, & male. l. si libertus minorem. ff. de iu. pat. Sed & hæc quoq; sustineri potest iudicio meo, quoniam imò & ratio diuersitatis assignari uidetur ex uerbo prædicto, quod nõ repeto, ex quo id æquum in personam sui ipsius putare debet impetrans, quod in personam alterius credidit, ubi alias in magistratu simpliciter dicitur, ipsum eodem iure uti debere, quod in alterum statuerit, ita ut quãdo etiam aliud non esset satis sit, authoritatem legis, loco rationis adduxisse. Non prætermitto tamen, quod aliam, & tertiam adduxit ipse Deci. ut dicamus, iccirco in parte impetrante locum habere sine distinctione, quia uoluntarie impetrat, quod non est in constituente, q. ex necessitate iudicat. l. munerum. §. iudicandi necessitas. ff. de mu. & ho. l. de qua re. ff. de iudi. & est argu. in. l. si fideiussor, in. §. necessaria. ff. qui satis. co. Quæ mihi non placet, quia confundi uidetur ex not. in. c. ut debitus, de ap. & in. l. non quicquid. ff. de iudi. & ideo dic ut supra. Vel & ultra alios, tu quarto loco, quod hoc ideo est, ut iudex constituens, quoquomodo à priuato impetrante distingueretur, quæ ratio in simili probatur per tex. in. l. nec honore, iuncta glo. in uer. confunditur. C. de epis. & cle. & in. l. unica, in. §. accedit. C. de rei uxo. ac.

Aliud etiam not. Alexand. ex ista gl. quòd id quod subauditur in uno capite, non intelligitur repertum in sequẽti, ut dolus hic, dic, ut per eum, & adde, quod est not. limitatio ad regulam. l. cũ quid. ff. si cer. peta. quoniam secus esset, si fuisset expressum. §. item lapilli, & ibi not. insti. de re. di. Sed aduerte, ut etiam inquit Deci. quia si eadẽ esset ratio subaudiretur, & sic tacitum ab expresso nõ differret, & bene. l. à titio. ff. de uerb. ob. In cæteris Bart. optime loquitur, & dictum fuit supra, & similiter quod in gl. seq. continetur, potissimum quo ad cõtrarium. l. quod fauore. C. de legi. ideo eas aliter non legam, si quid tamen notari potest ex his, quæ adhuc idem Bar. dicit in hoc secundo membro, vel impetretur sententia, uel rescriptum, seu priuilegium, uel lex: id solum erit, qđ in materia retorquutionis (quemadmodum etiam diximus in discursu) argu. de sententia ad statutum ualet, & è contra, & de statuto ad rescriptum, seu priuilegium, & sic de singulis, quoniam semper eadem ratio esse uidetur, ita ut si quo casu uerificari potest regula text. d. l. a titio cum similibus, uerificari uideatur isto.

Capio igitur glo. in uer. putamus, quæ quidem colligit regulam ex text. nostro, & postea pluribus modis opponit, & soluit, ut in ea, ex qua habes, & primo, ut etiam dixi supra quod Cona
22 tus† nisi effectus sequatur, non nocet. Sed tamen nunc addatis uelim, optime ẽt probari, & primo in. c. fi. de spon. ubi cum adolescens, quandam desponsatam per uerba de futuro, nixus esset, & sæpe quidem, carnaliter cognoscere, neq; potuisset, cum alia per uerba de p̃senti contraxit, dubitatumq; fuit, an ad primam redire teneretur, nec ne, & deciditur breuiter, ꝙ non, quia nec uerum fuit cum ea matrimonium ex forma cõtractus, nec præsumptũ cum conatus effectũ non habuisset. Secundo, in. l. sicut in. §. si uoluntate. ff. quib. mo. pi. uel hypo. sol. ubi si uolũtate creditoris pignus alienatum sit, inuerecunde, desiderat ipsum sibi applicari, si tamen effectus uenditionis secutus sit, dicit text. quoniam alias non est satis, quod uendi uoluerit, ut repellatur.

Tertio & ultimo in. l. si constiterit, iuncta tamen glo. C. fi. regun. ubi qui mouit. q. de finibus, si rem alienam, antequam sententia determinaretur, usurpasset tantundem amittit, non si usurpare tentauerit, & non habet dubium, & inde est, licet alias dici

soleat

soleat per unicum actum priuilegio cõtrarium, id ipsum perdi. c. cum accessissent, de consti. quod debet intelligi uerum, dummodo ille actus habuerit finalem effectum, & hac ratione non tollitur, in. c. pastoralis, & ibi But. in 6. colum. in uer. sed est dubium, de cau. po. & pro. Similiter si post sententiam latã à iudice, partes uolunt se compromittere, non possunt, nisi cum clausula nõ obstante prima sententia, quæ habet uim renuntiationis in casu subsequuti laudi: alias nihil operaretur, quia non est satis uelle quod arbitretur, nisi ex inde etiam effectualiter arbitrium secutũ sit. Ita Bald. in. l. si diuersa, in prima colum. in fi. & prin. seq. C. de transac. & ideo si actus inualidus non nocet agenti, ut in. c. ex tenore, de rescrip. & de materia in. l. 4. in. §. condemnatum. ff. de re iud. hic allegata, multominus nocebit conatus ad actum, ut Feli. inquit ibidem, & in tracta. quando conatus puniatur in 3. colum. & alii, quos non refero, & ista erunt satis.

Secundo habes ex glo. solu. ad contrarium. l. ratas. C. de rescin. uen. quæ multum urget, quoniam ut ipsa met dicit, eam inducendo, rescriptum non ualebat, ex quo absordebat † ius alterius
23 in totum. l. quotiens. C. de preci. imp. offe. & tamen retorquutio locum habet eo casu, & sic conatus officit, cuius contrarium directo hic continetur, ut ibi illud ideo sit, quia si concederetur, absurdum esset, & absurdius sequeretur quia haberet locum retorquutio, non quod ualuisset, quia non fuerat concessum, & est argum. in. l. nam & si sub conditione, in prin. ff. de inius. testa. & ad hoc etiam solet allegari lex illa, & propterea ad propositũm non multiplicari, sed minui debent. l. i. C. de do. pro. l. si quando. C. de inoffi. testa. & multa congerit Bald. in. l. quod uero contra, in prin. ff. de legi. Ex qua solu. infero, non attendi in materia ista priuilegium personarum, quia in casu. d. l. ratas, erant milites rescriptum prædictum impetrantes, multum à lege priuilegiati, & nihilominus in eis etiam uult imperator, retorquutionem considerari in illis uerbis, à fisco nostro, uel à priuato &c. quamobrem, quod etiam supra ponderauimus, licet alio modo, dictum est, hoc edictum summam habere æquitatem, quod nota.

Sed iudicio meo falsa est, quia hoc nihil aliud est dicere, nisi retorquutioni esse locum, casu quo etiam non sequatur effectus, & quando rescriptum concederetur. Et ideo glo. aliter dicebat, hic esse speciale, ex quo ius inter non subditos, dictum fuerat, ergo uult inferre, in aliis contrarium esse uerius, & ex iuris communis dispositione. l. ius singulare. l. quod uero contra ff. de legi. l. i. ff. ad muni. cum similibus, & male, quoniam non uidetur posse assignari bona specialitatis ratio. l. filium quem habentem. C. famil. hær. & ea ratione glo. in. c. i. de præben. in 6. inuehitur contra aduocatos, semper ita respondentes ad leges insortiati. Item quia in dubio lex præsumitur fundata in regula iuris communis, ut not. in. l. i. ff. de regu. iu. qua ratione lex generaliter loquens, includit etiam casus priuilegiatos. l. in fraudem. §. fi. & ibi Bald. ff. de mil. testa. & maxime ac ultimo loco, quia id quod dictum est hic, gratia exempli dictum uidetur, sed exempla non restringunt regulam l. damni. ff. de dam. infec. §. hactenus insti. de gradi. ergo, & propterea dicerem ego ultra alios, & est uerissima solu. quod ibidem considerauit imperator rescriptum, si non de iure saltem de facto potuisse ualere, & exequutioni demandari, quo casu locum semper habet retorquutio, quia (ut diximus) paria sunt quod ualeat, uel non ualeat, & seruetur de facto. l. nam & seruius. ff. de nego. gest. l. qui habebat. §. fi. & utrobiq; not. ff. de ma. testa. & dictum fuit supra post Barto. in 2. colu. in prin. & hoc modo non obstabit, quia conatus solus non erit in cõsideratione. Vel dic, quod imò & de iure ualuisset, quia cum oblatum esset preciũ, non

non uidebatur absorberi ius alterius in totum d.l. quotiens .C. de preci. impe. offe.ergo de conatu nihil ad propositũ, prima tamen melior est,& securior.Cogitabitis.

Tertio habes ad aliud contrarium, aliam sol.uidelicet ad tex. in.l.i.ff.de extraordi.cri.& in.l.i.C. si quacunq; prædi.po.in prin. ut illud ideo sit in illis iu
24 ribus† propter criminis enormitatem, quomodo etiam intelliguntur.l.si quis non dicam rapere.C.de epis.& cle.& .l. quisquis.C.ad leg.iul.ma.& .l.præsenti C.de his qui ad ec.con.& similes,& diximus quoq; supra sed tamen aduertendum est,quia confundi uidetur per tex. in.l.qui falsam.ff. ad leg. cor. de fal. ubi qui falsam monetam percusserit, & non perfecerit, non punitur, & tamen ibidem sumus in criminali enormi, qa maiestas principis læditur, & est argumentum in.l.i.C.de fal. mo.

Nisi respondeamus, & est sol.ipsiusmet tex.illud ideo esse, quia cudentem pœnituerat, quo casu suffragio iustæ pœnitentiæ absoluendus est.c.quanto, in fi.2.q.5.l.quanuis.ff.de in ius uo.&in materia, in.l.is qui cum telo .C. ad leg. Cor.de sica, ut declarat Feli. in.d.c.1.in 1.colum.de præsump.quod non esset,si pœniteret post actum consumatum .l. 2.C.de iu.& fac.igno.ibi, sera prece tibi subuenire desideras.l.ciuitas.C. de offi. quæst.l.si vxor.§.fi.ff.ad leg.iul.de adul. & dum notulæ mentionem facit, scias, antiquos glo.notulas appellasse,glo.est in.c.i.in uer.innocentes de excep. & in c.fi.de prescrip. & in.c. edoceri.in fi.de rescrip.ut alibi rub.regulas, ut per glo. in.c. cognoscentes de consti. & diffinitiones tractatus ut in .§. tertij in prohe. fforum.

Quarto habes aliam solu. ad aliud contrarium,uidelicet ad.l. si quis seruo C.de fur. illud esse similiter quia delictum facile in exemplum potuisset trã
25 sire,& pberi †occasio delinquendi,quæ potest etiam comprobari per tex.in.l.si quis aliquid, in .§. qui abortionis .ff. de pœn. & in.l. conuenire, (redendo singula singulis).ff. de pac. dot. & in clem. i. de testa. & est ad propositum argumentum optimum in.l.i.in.§. persuadere.ff. de ser. cor. per quem text. etiam in.d.l.si quis seruo,dicit Bald.alibi perinde esse, ac si delictum fuisset consumatum,ex sola persuasione,in.l.si qs id quod,in 2.lectu.in.§.fi.supra de iu.o. iud.Imò quod est delictum per se,itavt non obstet,dicit idemmet alibi,in.l.sed eximendi,in.§.prætor ad medium.ff.ne quis eum qui.

Quinto & ulti.aliam ad contrarium
26 †.l. & generaliter .§.i. ff. de cal. ut non obstet, quia ibi ad eum, qui calumniæ causa negocium facere debebat, uel nõ debebat.l.i.eo.ti.aliquid pueneràt, hic autem non. Sed posset replicari,quod ad eum peruenit,ut faceret, uel non faceret:ergo si non fecit quod facere debebat, uel fecit quod non debebat facere, non debet etiam agi posse.l. si quis sub conditione dandorum x. ff.si quis omi. ca.tes.& ideo,ut ibidem dicunt Docto. & bene, & præcipue Bar.melius est, si respondeamus,illud ideo esse ibi, quia solum affectum, non etiam effectum considerat : qua de re non mirum est etiam,si pœna illius edicti locum habet, ubi alias in casu nostro non solum affectus,uerum etiam effectus considerabilis est,& sic,utraq; in casu suo procedet ut etiam diximus supra quandoquidem disponendo ita processerit,ut in simili declarat,& respondet Barto.quem his diebus quoq; uobis adducebam,in l.titia,in.§.imperator, in fi.ff.de lega.2. Et ex his sumus de glo. ista, & consequenter de tota lege expediti, cuius materiã latius uidebitis per scriben.in locis superius &hinc inde alleg.die 28. Martij.

M D X X X V I.

Laus Deo Optimo Maximo.

SVMMARIVM.

L. i. ff. quod quisq; in.

1 *casus legis.*
2 *Cum mysterio dicit text. iusta non quod esset necesse.*
3 *Qui ius iniquum statuit debet eodem iure uti.*
4 *Statutum ligat statuentem.*
5 *Magistratus legem facere potest pro tempore sui officij.*
6 *An si uelit facere legem perpetuam possit.*
7 *Quid si sit de minoribus, perpetuam tamen habens iurisd.*
8 *Quid si statutum & lex inualida sit.*
9 *Princeps facit, quod facit magistratus propter confirmationem.*
10 *Si priores ciuitatis faciãt statutum, eos offendẽtes puniri ad mortem, an ipsi eadem pœna puniantur si alios offendant.*
11 *Si Rector ciuitatis cum consilio populi legem iniquam faciat an quilibet de populo teneatur.*
12 *Retorquutio fit contra facientem statutum iniquum, quid si ex necessitate alterius statuti fiat.*
13 *An cum mysterio dictum sit quemlibet de populo à retorquutione esse liberum.*
14 *Quod Rectores faciunt statutum cum consilio procerum.*
15 *An text. intelligi poßit in interlocutoria iniusta à qua non appellatur.*
16 *Quid in diffinitiua non expresso iuris errore, & quando pars non appellasset propter paupertatem.*

Lecta. II.

L. HOC EDICTVM. Summa & diuide, ut per Docto. vsq; ad. §. hæc autem uerba quòd I. Cõ. primo commendet edictum. Secundo, quod ponat primum caput ipsius, contra statuentem ius iniquum. Tertio quod ponat secundum contra impetrantem. Secunda ibi, qui magistratum. Tertia ibi, si quis. casum breuiter sic figura
1 † cum esset alias dubitatum apud Vlpianum I. Con. præstantissimum .l. nostræ authorem, quoniam supra de iurisdictione dictum est, euenitq; interdum magistratum nouum & iniquum ius statuere exemplificando ut in glo. & declarando nouum ac iniquum ius dici, si non sit in corpore iuris clausum, uel consuetudine approbatum, uel per aliam legem, aut simile, seu æquitate determinatum. l. prospexit. ff. qui & à quib. l. de quibus. ff. de legi. l. non possunt, ff. eo. l. placuit. C. de iudi. aliquid Bar. in. l. si an prin. ff. de iusti. & iu. cum similibus an ipsi eodem iure tenerentur & uti deberent, Breuiter uidebatur dicendum quod non, rationemq; dubitandi fortassis faciebat & in primis à partibus sufficienter enumeratis, iuxta uulga. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. quia aut nouũ & iniquum ius statuunt, legem condendo, quod utiq; facere possunt, ut infra, & in. l. i. C. de eman. lib. aut sententiando, si primo casu legem condendo, certum est, quòd sibi legem non imponũt l. pe. ff. de arbit. e. fi. de pœn. & re. & per locum à speciali confirmari potest in uniuersitate, quæ hoc ipsum facit, imponitq; singulis de corpore ipsius, secundum Abb. in. c. ex literis in 3. colum. de consti. ergo non regulariter uerum, & si imponunt, non est ratio, cur ab ea recedere haud possint, si uelint. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. i. l. digna uox. C. de legi. cum similibus. Si secundo, sententiando scilicet. & adhuc, aut sententia erit interlocutoria, aut diffinitiua, si interlocutoria contrario imperio tolli poterit, & reuocari. l. dicere. ff. de arbit. l. quod iussit. ff. de re iudi. etiam qđ ab ea sit appellatum, & non solum ab ordinario, sed etiam à delegato fieri potest, quod nota pro limitatione eorũ quæ habentur in rub. nil no. ap. pen. & declarat Abb. in. c. cum cessante in. 2. & 3. not. de ap. Si diffinitiua, & isto casu aut lata reperietur expresse contra legẽ, aut contra ius litigatoris, si contra legẽ, erit

erit ipso iure nulla .l. i. C. quæ sen. si. ap. re. l. si expressim .ff. de ap. tradit Bart.in.l.quid ergo,in .§. pœna grauior in 4.colum.ff.de his qui not.infa. si contra ius litigatoris, ualebit, sed tamen ab ea poterit appellari, quia esto quod appellans eam habeat ratam, tanquam sic latam, non tamen habet tanquam bene latam.l.cum minor.§.1.& ibi Bart. ff.rem rat.hab.& si non appellauerit intra tempus præfixum & determinatum à lege, de quo in authé.hodie.C.de ap. uidebitur acquieuisse iudicatis, & sententiam confirmasse ita vt transeat in rē iudicatā.l.i.C. de postu. l. i. C.de aduo. di.iud.l.ab eo.C.quomo.& quan.iud.c. quod ad consultationem, de re iudi. & per Bar.in.l.2.in 2.colum.ff.de iureiu.et in.d.l.fi.de iusti.& iu. in prin. ergo primum caput huiusce edicti nullo modo locum habebit, nec ex his commode uerificari poterit.

Vel dicas, dubitandi rationem fecisse, dato quod prædicta non obstent, aliud longe magis urgens, & secundo, quia remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.l.in causæ.ff.de mino.l.in prouinciali.ff.de no.op. nun.l.i. .§.si curator,& ibi Bar. in prin. ff. de eo qui pro tu. Verum si iniquum ius statuerunt, litem suam fecisse uidentur, tenenturq; actione in factū ex quasi maleficio, ut not. insti. de ob. quæ ex qua. mal.in prin.& in.l.ex maleficiis, in.§.si iudex.ff.de actio.&ob.& in.l.fi.ff.de ua. & extraordi. co. hocq; remedium ordinarium est, ergo omne aliud cessabit. Tertio & ultimo, quia officium suum nemini damnosum esse debet .l. sed si quis ex signatoribus .ff.quemadmo. testa.ape.l.si seruus .§. quod uero, & ibi Bar. in prin. ff.de fur.c.cum non deceat de elec.in 6.Sed si magistratus hic tenerentur,ligarenturq; statutis, quāuis nouum iniquumq; ius continentibus,officium quod gerunt sibi ipsis esset damnosum,contra prædictā regulam, ergo.

Quibus tamen non obstantibus,cōtrarium deciditur in.l.nostra,& iure merito quidem,ratioq; decisionis est,quia non debet quis aspernari,idest recusare idem ius sibi dici, hoc est contra se, qđ ipse aliis dixit,uel dici effecit,cum esset litigator.l.prouidendum.C. de postu.l. 2.§.sed si agant.ff.de iud.l.fi.C. de fruct. & lit.expen. & hac de re præmittit Edictum hoc,summam habere æquitatem q̄a lege diuina nititur,ut aliis faciamus quod nobis ipsis fieri uolumus, & è cōtra,appellata ēt naturæ,ut ī .c.humanū genus.i.dis.& in.c.cum oēs, de const.& Matth.7.c.unde originē quoq; sumpsit regula .l. nam hoc natura .ff. de condi. ind. & .c.locupletari,de reg.iu.in 6.nititur item & humana .l.cum Papinianus C.de sen.l.si quis.C.de testi.c. si quis 4. q.3.& ad idem iam factum est(ut inquit gl.hic,q̄ ob hoc erit expedita)tritum sermone prouerbium,patere legē, quā tu ipse tuleris,alias æquitas non esset.§. oportet,in auth.de iudi.tradit Abb. in.c. ex parte,in 2.col.de offi.de. & est declaratio ad uulg.l.quod si ephesi, etiam.ff. de eo qđ cer.lo. eaq; ratione forte summam habet rursum æquitatē edictum quia eam non seruarunt, quā ante oculos habere debuerūt,& in simili est tex. in.l.1.ff.de pac.& in.l.i.ff. quod met cau. & in.l.1.de colla.bo.subiiciens quoq; habere,sine cuiusquam indignatiōe, iusta & bene,prædictis de causis. Nec ob.adducta in contrarium, quia primum uerum est, quando sibi directo legem imponerent.l.2.ff.de stip.ser.l.ille à quo.§. tempestiuum.ff. ad trebel. c. fi. de insti. cum similibus,& ita loquitur tex. maxime in.d.l.pe.ff.de arbit. quia reuera durum esset, & ab omni ratione alienum, sed in consequentiam licet, & cum retorquetur in eos, ꝙ ī aliis æquū eē putarunt ut supra & facit,quia beneficiū nō cōfertur in inuitū directe,indirecte aūt & ꝑ obliquū sic, si ꝑ ignorāte soluatur l.soluere & ibi Bar.ff.de sol.similiter arma sumi nō debēt de domo rei.l. nimis graue.C.de testi. & tamē ꝑ indirectū sumuntur medio positionū clem.sæpe de uer.si.& est arg.in.l.i.ff.de autho.tu.Rursus nō ob.ad idem, ꝙ legem sibi imponere haud ualeant, à qua si uelint recedere

dere non posſint, quia nec iſtud in magiſtratibus eſt uerum.d.l. ſi quis in principio teſtamenti.ff.de lega.3.l. non uſq; adeo.ff.ſi quis à pa.ſue.ma.l.4.ff.de adi. leg.l.i,C.de ſacroſanc. eccl. Vel dato quod & in eis locum habeat, non propterea ceſſabit edictum, intelligendum caſu quo ab ea non receſſerint.Et idem dici poteſt ad aliud, quod de ſententia dicebatur uerificari,ſi interlocutoria nõ ſit reuocata,nec à diffinitiua appellatũ, nec poteſt non appellãti,quippiam imputari,quia id ipſum forte ob aliquam cauſam fecit.l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.ff.manda.& ut in gl.infra latius, ergo edictum omnimodo locum habebit, & quis uel legem condendo, uel ſententiando,æquum in ſe putabit, qđ non iniquum putauit in aliis. Non ob. ſecundum, quia imò utrunq; ordinarium eſt,vnumq; aliud non excludit,vt not.in.d.l.in prouinciali,& in.l.i.in.§.p hanc.ff.de rei uen. ſicuti nec extra ordinarium aliud, ſecundum Bart. in.d.§.ſi curator,&in.l.cum certa.C.ſi mi.ſe ma. di. Vel dic,quod actio in factum ex quaſi maleficio locum habet, ſi iudex dolo fecit litem ſuam, non ſi per imprudentiam,ut in iuribus præallega.hic autem edictum,ſi ſtatuerunt magiſtratus dolo ius nouum iniquum,ergo unum aliud non excludit.l.Papin.exuli.ff.de mino. Non ob.tertium &ultimum,quia illud procedit pariter,ſi exerceatur, prout cõueniens & æquum eſt.alias autem non inconuenit quod exercenti ſit damnoſum,& eſt ſimile in tutore agente nomine pupilli, qui tamen condemnatur in expenſis, ſi negligens fuerit, ſitq; in eius bonis exequutio,ita Bar.in l. edita in.10.colum.in fi.C.de eden. Hic eſt caſus,in primo capite.

Sed quæritur,(& nunc ſum in tertia parte,ubi ponitur edicti, ſecundum diuiſionem ſupra factam,& à Docto. hic ſecundum caput) quid in impetrante, & obtinente,ius iniquum, exemplificãdo adhuc ut per gl. an aduerſario poſtulante id ipſum quoq; (ut in magiſtratibus diximus)aduerſus eũ decernatur.

Videretur breuiter dicendum prima facie, quod non, rationemq; dubitandi faciebat fortasſis, quia inductum fauore ipſius impetrantis, ſicad odium retorqueretur, & male.l.quod fauore.C. de legi.c.quod ob gratiam,de regu.iur. in 6. & eſt generale dictum, ſecundum Bal.in.d.l.quod fauore,in prin.

Secundo dubitandi rationem faciebat, quia exemplis non eſt iudicandũ,quod etiam primo capiti obſtat.l.nemo.C.de ſen.& int.o.iud. niſi eſſent Principum, quia tunc ſecus.l.ſi quis filio.§. quid tũ ff.de iniuſ.rup.irri. teſta. Abb. in.c. in cauſis in 2.colum.de re iudi.Barto. in.l. ſi titius, ad treb. & in .l. apud iul.in.§. utrum.ff.eo.

Tertio & ultimo, quia æqualitas inter litigantes ſeruanda eſt,eodem tempore cum iudicium diſcutitur.l.fi. C. de fru. cti.& lit.expen.l.petendæ,& ibi Bart.in prin. C. de tempo. integ. reſti.pet.l.die ſabbati, ubi idem Barto. C.de iudæ. Sed hic propter uerbum poſtea, intelligitur etiam ex interuallo.l.pacta cõuenta.ff.de contrahen.emp.ergo.

Quibus tamen non obſtantibus adhuc in.l.iſta, & in hac parte determinatur contrarium, & bene, ratione ſupra dicta, quam non repeto.

Nec faciunt adducta in contrarium,qa ad primum dici poteſt, uerum eſſe, ſi quod inductum eſt, æquitatem in ſe habet.d.l.quod fauore,&aliis,vt ſupra,ſed hic æquitatem non habet,ergo. Vel & ſecundo,quod uerum ſit, ſi inductum fuerit nõ ad partis petitionem.l.3. infra eo.Vel & tertio regulam locum non habere,qaando læſio uenit in conſequentiam fauoris.l.cum ex oratione, in fi.ff. de excu.tu.tradit Bal.in.d.l. quod fauore in 7.oppo.ſed hic,ex ſupra dictis,uenit,ergo.Non ob.ſecundum, quia non eſt hoc ipſum exemplis iudicare,ſed legibus huius tituli,& uidetur ſine dubitatione.Vel hoc caſu fallere dicas, ut in ſimili in.c.ſacramentũ,de conſec.diſt.4. & in.l.ar. apud ſe.ff.de ma.uin.à contrario utrobiq:. Non tertium & ultimum deniq:,qa eſto quod equalitas ſeruetur

inter

inter litigantes eodem tempore, & de qua iura ad idem allegata loquuntur, non est propterea quod non seruetur etiam ex interuallo, in casu isto, quoniam æquum debet impetrans putare in se, quod putauit æquum aliquando etiam in persona aliorum. Hic est casus in secundo capite, usq; ad.§.hæc autem uerba.

Additio.

Vel ad euidentiam prius præmitti posset, quod lex quantum cunq; dura & iniqua, ualet, & est seruanda.l.prospexit.ff.qui & à quib.l.hæres absens.§.nũquid.ff.de iudi.tradit Bar.in.l.cæsar in 8 colum.ff.de publi.& hinc est, quod ratio & æquitas non dicitur de esse legis, quòdq; correcta ratione, uel æquitate, nihilominus lex remanet.l.illud, & ibi Bald.in 2.lectu.ff.ad legem aquil.quanquam dicamus alias, quod ratio est anima legis.l.frater à fratre.ff.de cond. ind. Bal.in.l.fi.in 15.q.C.de hæ.insti.& quod cessante ratione cessat lex.l.adigere.§.quanuis.ff.de iu.pat.

Secundo, quod iurisdictio quædam est fori contentiosi contentiosa, quæ regulariter in inuitum redditur.l.inter stipulantem.§.si stichum.ff.de uerb.ob. quædam uoluntaria, quæ redditur in uolentes.l.2.cum similibus.ff.de offi. procon.& per Barto.in.l.imperium, in fi.ff.de iu.om.iud.quædam autem statutaria, faciendi leges, & statuta, in inuitos, & uolentes pariter.l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.l.i.& ibi gl.C.de emã. libe.& de ista hic loquimur, ut infra.

Tertio, quod licet ius uetus sit notissimum & nouum Codicis & authẽticorum ac ex his omnibus mixtum, ut ffo rum Codicis, authenticorum, & institutionum (singula singulis referẽdo) non tamen de aliquo istorum hic tractatur, & si noui iuris mentionẽ faciat tex. Sed de nouo iure & iniquo pariter, qđ non sit in corpore iuris insertum, non cõsuetudine inueteratum, aut alia lege simili, uel æquitate determinatũ, ut infra & est exemplũ in gl. His sic breuiter ad euidentiam præmissis, casum figuranimus

ut supra.

Nota primo ibi, & sine cuiusq; indi-
2 gnatiõe iusta† quod cum misterio dixit iusta, non tamen, quod esset necessariũ nisi declarationis, & dubitationis, tollẽdæ gratia, quoniam indignatio iniusta, non est indignatio proprie, ut hic per Docto.l.si cum dotem.§.eo autem tempore.ff.sol.mat. & est simile ultra eos in l.4.in.§.condemnatum.ff.de re iud. & in.l.2.in.§.fi.ff.quemadmo. testa.ape. & in.l.ædificia in.§.fi.ff.de uerbo.si.& in.l. si quis legatum.ff.ad leg.cor.de fal.& in l.si quis aliquid in.§.testamentum.ff.de pœn.& in.l.Paulus.ff.de sol.& in.l.licet ff.ut lega.no.ca.& in.l.eleganter in.§.q reprobos.ff.de pigno.ac.exemplumq; in naui, quæ ad nauigandum non sit apta, ut nauis non dicatur, nec oculus si non uideat, tradit Bal.alibi in rub.an mut.uel ali.imperfec.in prin.in usib, & in productione inualida alibi, quod productio non sit, quodq; à dispositione non deficiat, qui non implet conditionem inualidam, idem in.c.iurauit, in 2.col.in fi.de proba.& in habente beneficium alibi, nomine, & non re, ac effectu, ut de primo mentionem facere nõ teneatur, si aliud impetrauerit, cum nõ sit proprie beneficium, sicuti nec hic indignatio, quæ (ut diximus) iniusta sit, in l.si is, in.§.eum qui, per illum text.ff.de excu.tu.& alibi in.l.ad probationem, in prin.C.loca.quod quis mutat sibi possessionis causam, si noua superueniat, uel titulus efficax, aliter autem non, & alibi in.c.pastoralis, in.i.col.de appel. q illud instrumentum non est quod non habet solemnitates publicas, requisitas à lege, nec nos instruit ut necessarium est, iuxta tex.in.l.notionem, in.§.instrumentorum.ff.de uer.si.& alibi Bar.in.l. de quibus, in prin.ff.de legi.q si ex consuetudine filius mancus non succedat in feudo, q a seruire nõ pōt, excluderetur q uis manũ habeat, sed aridam, milleq; sunt huiusmodi, quæ non refero breuitatis gratia. Item dixit iusta, quasi à iure approbata, alias autem non admittẽda, ut de causa appellationis declarat

Inno.in.c.bone,in.i.colum.de ap. & est bo.tex.in.l.omnes.ff.de in int.resti. Vel & aliter idest uera,& non falsa, aut putatiua, quia tunc a iure nec rursum eēt admittenda.l.libertini.ff.de sta. ho.

Sed contra quia ex actu nullo uoluntas declaratur .l.fi.ff.de reb.dub.& debētur naturaliter relicta ex testamento imperfecto, secundum Bar.in.l. in testamēto.ff.de fideicom.lib. consuetudoq; introducitur pariter ex pluribus actibus nullis.§.ex non scripto, & ibi Areti.in 8.colu.insti.de iu.na.& plus,quod quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo l.plagii,& ibi Ange.C.ad leg.fa. de plagia, quodq, ius excipiendi paratur ex contractu inualido .l.si pupillorum .§.fi.ff.de reb.eo.& per Bal.in.l.si fundus, in.§.i.per illum tex.ff.eo.

Sol.facilis est,si dixerimus, supra dicta(ut etiam scriben.dicunt) procedere in casibus , in quibus causa requiritur alias in dependētibus à libera uoluntate,vbi pro ratione uoluntas dominatur secus.l.cum quidam.ff.de lega.2.l.fideicommissa.§.quanquam.ff.de lega.3. qđ non placet,nec generale est, ex quo sic testamentum absq; solemnitate iuris etiam posset fieri,& ualeret, non tamen asserendum. Ideo dic tu , uoluntatem declarari ex actu nullo,quia illud poterat fieri in testamento minus solemni, & licentia alienandi cōcedi coram duobus testibus.c.in omni negotio, de testi, & est intellectus ad.d.l.fi. Item quod debentur relicta naturaliter in testamento minus solemni , propter consensum .l. cum amplius.§.is natura debet.ff.de regu.iu.l.cum quis,& ibi not.C.de in. & fac. igno. ex actibusq; nullis consuetudinem induci,quia si forent ualidi, præscriptio necessaria non esset, nec desideraretur.l.sequitur.§.lana.ff.de usuca.itē & ad idem , quod excusat causa , etiam iniusta à dolo,quia lex fauia de plagia, huiusmodi est,crimenq; exportationis ut non committatur absq; dolo,uerum errans in facto, uel in iure, quia nesciat filium esse tuum,uel tuum sed exportādo sibi licere de iure,& sic ex causa iusta uel iniusta,non dicitur esse in dolo : ergo.Et ad ultimū deniq; parari exceptionem ex cōtractu inualido emptoribus, in casu.d.§.quanquam , quia pupillus non offerendo precium,locupletari uolebat,cum eorum iactura, à iure alienū penitus.l. nam hoc natura .ff. de condi. ind. c. locupletari de regu. iu. in 6. quæ omnia nihil commune habere uidentur cum materia nostra,dum text. iustā indignationem requirit, ex supra dictis igitur non obstant.Cogita.

Nota secūdo,ibi,ipse quandoq;(alia enim difficultatem non habent)aduer-
3 sario eius postulante, eodem † iure uti debet,quod qui ius iniquum statuit, debet eodem iure absq; dubio cōtra se uti putareq; equum si petatur, ut in figuratione casus diximus , in sui personam, quod æquum putauit in aliis .l. cum in eo infra de pac.l.cum hæreditas.ff.de admi.tu.l.i.ff.de solu.c.dilecti , de maio.& obe.c.pe.9.dist. Ex quo inferebat Bart. hic in fi. primi capitis & alii post eum, si stet statutum in ciuitate pro homicidio pœnam pecuniariam imponi debere, potestasq; homicidam ultimo affecerit supplicio, dolose intelligas, quod in syndicatu simili pœna punietur,nec ex statuto iuuabitur , pœnæ pecuniariæ mentionem faciente, & bene, idemq; tenuit Bal.in rub.C.de pœ.iud.qui ma. iud.in prin.& Paris de put.in tracta.syndi.in.§.iudex,in pe.colum.in fi.& iuditio meo est casus in.l.lex iulia in.§.fi. ff. ad leg.iul.rep. & erit ampliatio ad prædicta,vt non solum procedant in negotiis ciuilibus, uerum etiam in criminalibus quamuis retorquutio proprie non uideatur,quemadmodum hic,sed delicti pœnus pœna,ex quo de facto processit,& ubi à lege non erat alias determinata , & si qua est,quoniam supplicii similitudine punitur,dici potest,eam esse legis xii.tabu.d.l.lex iulia.d.§.fi.ff. ad leg.iul.repe.§.pœna (& longe melius) insti.de iniur. & dicam etiam infra.

Sed contra , quia si fecerit aliquem torqueri de facto, iniuriarum pro mota iudicis tenebitur, & puniendus erit.l.

iniuria-

iniuriarum.ff.de iniur. ergo non similitudine torturæ, ut supra. Sol.id esse dicas, non absq; ratione decisum, quoniã nullibi lege cautum est, torturam imponi pro finali pœna.l.capitalium.§. solẽt ff.de pœn.dictumq; est in.l.imperium, de iu.o.iud. & tradit in specie Salice. in l.fi.in ult.colum.C.de pœ.iudi. qui ma. iud. & prædicta semper præsuppositis terminis habilibus, quod statutum, pœnam pecuniariam imponens pro homicidio, ualeat, quod tenuit Ro. in singu. suis 706.ad fi.per tex.in.d.§.pœna ibi, in magna uetcrum paupertate &c.insti.de iniur.si tamen pœna non sit modica & contemptibilis, nec aliter disputo, & do lose rursum dixi, qui si hoc idem ex consuetudine loci fecisset, non fieret retorquutio ex quo consuetudo, secundum Bar.adhuc in.d. loco legem uincit.l. de quibus.ff. de legi. l.3.§. diuus .ff. de sep. uio. & facit probabile alias, quod non esset.§.quia uero, iuncta glo. in authen. de desen.ciui. ex cusatq; etiam à pœna; quanuis iniqua gl.est in.c. cum uenerabilis, de consue. nec iudicio meo, ratio assignari potest, quod non ualeat, si ualet lex, quæ huiusmodi sit, differentes ut tacitum & expressum.d.l. de quibus l.prospexit.ff.qui & a quib.& ad propositum glo.præallega.d.c.cum uenerabilis, uera est, quantum ad ista, & ad pœnam temporalem, non gehennalem .c. denīq; & ibi not. 4.dist. declaratq; Ro. singu.19.& crem.149. inserẽs ad pueros Bononienses, funda & lapidibus ludentes ex consuetudine, ut excusentur si unus alium interficiat; idq; etiam seruaretur Venetijs ubi longe magis uiget & idem ultimo loco, si iussu superioris fecisset.l.non uidetur.ff. de regu.iu.l. liber homo.2.ff.ad leg. Aquil.l.iuste.ff.de acqui.po.

Tertio nota, quod statutum ligat
4 statuentem, sensitq; Bar.hic, in 2.col. in prin.per istum text. exemplificando in prioribus ciuitatis, si statuissent offendentes eos, puniri debere pæna mortis, ut eadem puniantur ipsi quoq;, si alios offendant, se nihilominus remittẽdo postea ad dicta per Archid.in.c.ut animarum, de consti.in 6. ubi hoc idem ad literam tenet, & bene. Nec ob.si dicatur, ut dicunt tenentes contrariũ, quod iste tex.procedit in statuto iniquo, & q ipsum statutum non ligat statuentem, sed ius ex capite retorquutionis, quia ex ratione generali confunditur.l. metum .§.animaduertendum.ff.quod met cau.l.regula .§. & licet.ff.de iu. & fac. igno.

Secundo comprobari potest, per tex. in.c.cum omnes de consti.ubi canonici proprio ligantur statuto, quod tam absentes, quam præsentes, fructus beneficiorum suorum integre percipiant.

Tertio ad idem uidetur casus in .c.p illorum, de præben. ubi canonici pariter priuilegiati à Papa, super certo numero, si sibi noua prouisione præiudicauerint, eidem stare tenentur.

Quarto, quia si statutum iniquum obligat statuentem, multo magis debet ipsum obligare statutum, q sit æquum.

Quinto & ultimo, quia speciale est in principe, ut non ligetur de necessitate præcisa loquendo.l.princeps.ff.de legi.l.digna uox. C. eo. ergo in contrariũ erit ius commune in cæteris: alias non different, haud dicendum.l.i. ibi, sed cur non in milite diuersum.ff.de mil.testa.l.nec honore, ubi bo.glo. C. de epis. & cle.l.ius singulare.l.quod vero contra .ff.de legi.c.præsenti.§.loca. de præben. in 6.& est opi.prima facie satis æqua.

Nihilominus contrarium etiam facile suaderi potest, quod magis communiter Docto.tenuisse uidentur, iniquum ius ab æquo separãtes ut supra pro quibus facit, & primo regula trita, neminẽ sibi ipsi imperare, se ipsumq; ligare posse .l. pe. ff. de arbit. dictumq; est unum uerbum in casus figuratione .l. pretor ff.de tu .& cu.dat.ab his, tradit idẽ Bart. i.l.lucius, per illum text.ff.de fideicom. lib.Secundo facit tex.in.l.si peculium, in.§.sicut.ff.de pecu.lega. ubi si peculiũ seruo legatur, non etiam id conceditur ut petitionem habeat pecuniæ, quam se in rationes domini impendisse dicit,

alias

alias uideretur uoluisse se ligare, qđ de iure tamen facere non potest d.l.prætor & aliis ut supra & ad propositum ipsū inducit Bal.in .l. si consul in prima col. in fi.ff.de adop.

Tertio facit text.in.l.licitatio,in.§.fi. ff.de publi.vbi hac ratione fiscus ab omnium uectigalium præstationibus immunis est pariter.

Quarto facit, quia uerisimile est legem permittentem magistratum statuere.l.i.C.de eman.lib.l.omnes populi.ff. de iusti,& iu.non intellexisse de ipso .l. fi.ff.de offi.præto.l.præses.ff.de offi.pſi. l.si mādauero.§ si tibi.ff.man. & in simili inquit Bar.in substitutione,in.l.ex facto,in 7.col.ff. de uulga. & pup. substi.

Quinto & ultimo, quia in generali sermone nunquam includitur persona loquentis.l.inquisitio.C. de sol.l.i.ff.de sena.c.petitio.de iureiu.

Quibus tamen non obstantibus, crederem à prima opi. haud esse recedendum, & ad adducta in contrarium pro cōmuni dici facilime posse aliter quam dixerim supra uerum esse, neminem sibi imperare posse,ex quo uerba imperatiui modi de quibus in iuribus ad idem allega.& maxime in.d.l.pe.non habent primam personam, ut ibi etiam dicit glo.& bene.l.legis uirtus.ff.de legi. c.fi. de insti.cum similibus, sed hic imperat aliis,& postea sibi, ex his quæ diximus supra ergo. Vel & aliter, quod ligatur non ut statuens, sed ut alius.l.tutorem ff.de his quib. ut indi.l.si pater, in prin. ff.de adop. l. pro hærede, in prin. ff. de acqui.hæ. Vel dici potest sic,non bene argui de facto priuati,ut.d.l. prætor loquitur,ad publicum.Nec facit ad idem tex.in.d.l.lucius,in fi.quia(ut dixi in figuratione casus)id est, ne uideatur testator sibi uoluisse imponere legem,à qua recedere non liceat .l. si quis in principio testamenti .ff. de lega. 3. eamq; sibi dicere non legatario, quod tamen facere non intendebat,ideo nimirum si seruus ab eo manumitti potest, & sic de lege testatoris loquitur,non magistratus, ut hic,aut contrahentium,ut in.l.i.in.§. si conueniat.ff.depo.

Secundum, secum etiam responsionem habet, si dixerimus, id esse,quia Dominus uidetur uoluisse cum ipso seruo legatario compensare,nihil commune habens cum prædictis,&tex.met ibi statim declarat.

Non ob.tertium, quia dicam id in fisco speciale, esseq; casum, quo non vtitur iure priuari, ut alias & in dubio .l. item ueniunt.§.in priuatorum.ff. de peti.hæ.& in simili per Bar.in.l.titia, in.§. imperator ad fi.ff.de lega.2. Vel dicamus in uectigalibus id esse, soluendis de rebus quæ portantur de loco ad locum.l.commissa.ff.de publica. haud cōsiderabile in fisco, qui nunquam mercatur,ergo soluere non debet, neq; in lege comprehendetur,& sentit Bar.consi. 226.in 2.colum. Vel & ultimo,quod id sit ex alio speciale propter principem, cuius saccus & archa est fiscus.l.in prouinciis.C.de nume.& actua.lib.x. & declarat Bal.in rub.C.de priuil.fi.

Non ob. quartum, quia imò dicam ex supra dictis esse uerisimile, & doctri. Bar.in.d.l.ex facto,intelligi in substitutione tantum esse ueram.

Non ob.quintum & ultimum, quia id non est generale, sed solum in casu suo,ne dominus cum iactura procuratoris soluentis,siue hæredum ipsius locupletetur.l.nam hoc natura.ff.de condi.ind.c.locupletari, de regu.iu.in 6. & quia donatio in dubio non præsumebatur.l.si cum aurum.ff.de sol.l.cum de indebito.ff.de proba.c.super hoc de renun.Ex quibus defensata opi. uidetur contra communem, à qua tamen alias non est recedendum,dictaq; hæc sint disputationis gratia.

Glo.Magistratum clara est, ut in ea, quam per modum oppo.reassumit Bar. &concludit,primo quod si magistratus
5 uelit legem facere secundum exigentiā factorum,pro toto tempore sui officii, ne nobilis puta, locum aliquem publicum adeat, ob causam, uel quod quis habeat certum præmium caritatis tempore,si annonam attulerit, quæ præsidio

dio ciuitati esse possit, & tale quid aliud potest & bene: casus est in.l.i.in.§. cura carnis ad fi.ff.de offi.præfec. urb. ubi p̄fectus urbis interdicere potest, ne quis utatur negotiatione, uel possessione, imò foro & aduocationibus ac spectaculis. Et idem in.l.cum nauarcorum.C.de nauicu.lib.xi. ubi homines insolitæ regionis mercede alliciuntur ad aliquid faciendum, quod solite soliti erant facere, nec possunt, seu potius in remunerationem, onus soluendi gabellam remittitur, & longe clarius quam alibi, in.l. fi.in prin.ff.de pœn. ubi patriæ præses, ultra tempus suæ administrationis, interdicere alicui uti sua arte non potest, & sic dictione negatiua p̄posita uerbo potest, quæ priuat potentiam, & inducit necessitatem præcisam.c.i. de regu. iu.in 6.l.nemo potest.ff. de leg.i.l.i.ff.de uerbo.ob.sensusq; est nullo modo posse, & non immerito, quia iurisdictio limitata est.l.in agris.ff.de acqui.re.do. & quia sic à Principe non differret, haud dicendum, ut infra & quia deniq; finita iurisdictione, actus deuenit ad eum casum, à quo incipere non potest, quia priuatus est, & priuati legem non condunt, quia nec iurisdictionem habent l.priuatorum.C.de iu.o.iud.ergo.l.eximo.l.pluribus.§.& si placeat.ff.de uerbo.ob.

Sed contrarium uerius uidetur, primo per tex.in.d.l.i. in fi. de offi. præfec. urb.ubi præses ad tempus, & in perpetuum interdicere potest, ergo ultra tempus etiam suæ administrationis, & est inductio, quæ negari non potest, & idem in.l.i.C.de postul.& in.l.moris, in prin. ff.de pœn.& quia secundo loco, exempla Bar.sonant potius præceptum, comminationem, & huiusmodi quiddam, quam legem.c.erit autem 4.dis.l.2.ff.de legi.tolerabile ut diximus in.l. imperiū de iu.om.iud.quia iurisdictio alias nulla esset.l.i.§.qui mandatam.l.fi.ff. de offi.eius.cuiusmodi etiam ē nostrorū hominum, qui saluti ciuitatis præficiuntur tempore pestis, ualentium pari ratione præcipere, ne ægri proprias egrediantur domos.l.fi.ff.de int. & rele. traditq: Alex.in.l.casus.C.de testa.& alii in l.nullus.C.de sum.tri.& fi.catho. Vel si duo sint, qui animum ad iniuriam reuocassent, & se odio quam maximo prosequerentur, ne unus ante domum alterius transeat.l.congruit.ff.de offi.procō. l.æquissimum.ff.de usuf.& per Bar.in.l. quod iussit in prin.ff.de re iudi.

Tertio & ultimo, hoc idem sensit Bart. in.l.i.in fi.ff.de iusti. & iu. ubi magistratus non potest constituere præmium capienti bannitum à se, non requisitis gubernatoribus ciuitatis.

Quibus tamen non obstantibus, à prima opi.haud est recedendum, & dicendum ad primum, id non esse regulare, nec attendendum.l.suus quoq:.§.puto.ff.de acqui.hæ.forte (ut inquit glo.in d.l.i.C.de postu.) quia præses p̄petuuq etiam erat, & est argumen.in consti.Fede.in.§.statuimus, de sta. contra lib. ecedi.Sed non placet & consundi uidetur ex decisione.d.l.moris, ibi, uel etiam tēpore quo prouinciam regūt. Ideo oportet dicere aliter, id esse propter improbitatem aduocatorum speciale.l. quos p̄hibet.ff.de postul. Vel quod ex consuetudine hoc idem facere poterat.d.l.moris, ergo non de iure. Vel & aliter, quod uerbum in perpetuum, ad tempus suæ administrationis restringatur, argum.in l.i.ff.pro so.uel ut latius in .d. l.i. de postul. Ad secundum respondetur, uerum esse, foreq; satis, quod leges dicantur quoquo modo, ex quo in magistratu non potest aliter uerificari, ac eo, quo in .l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.& quia lex nihil aliud est, quam ordinatio quædam, facta ab eo, qui potestatem habet uirtute iurisdictionis sibi à iure tributæ Ad tertium & ultimum uero, quia (ut dicunt Docto.& bene, ipseq; Bart. met in.d.l.i.) non erat id de pertinentibus ad suum officium. Vel dic, quod si præmium promittat de bonis suis, capiendusq; uel ab eo bannitus sit, uel à prædecessoribus suis, ualebit p̄misio, quoniam omni casu, ad eius officium pertinere uidebitur.l.proponebatur.ff. de iudi.

di. & eo casu quo de bonis ciuitatis, deq; ea obliganda ageretur, scias; licet constitutio non valeat, quod tamen magistratus expēsas repetit factas in capiēdo, ut idem Bar. subiicit in d. loco, per tex. in l. mulier. ff. de capti. & postli. re. & bene, quia fisci negotium utiliter gessit & quia quæ ad publicam utilitatem geruntur, publicis expensis etiam fieri debent, vt in simili per d. tex. inquit quoq; Bald. in q. uxoris damnatæ prægnantis, in l. imperator, in i. colum. in i. lect. ff. de sta. ho.

6 Secundo concludit Bar. si uelit† facere legem perpetuam, quod potest; si de sublimioribus sit, & hoc est ex legibus per eum allega. indubitatum, quarum facta est etiam mentio in l. i. de offi. eius. & in l. imperium, de iu. om. iud. nec repeto, & idem (ut subiicit) in regibus cardinalibus, & legatis ap. sedis declarádo ut per Docto. in collegio Cardinalium non singulares eorum personas uerum esse, & quo ad legatos pariter, id in sua prouincia tantum procedere, traditq; Bar. in l. ubi absunt. ff. de tu. & cu. da. ab his, & Imo. in l. si quæramus, in fi. de testa. & probatur (singula singulis referendo) in l. normam, alias formam. C. de offi. præfec. præto. & nimirum ad primum addas tu, quia uiuente Papa, officium assidendi habent, non legem condendi etiam simul, nisi Papa sit præsens à quo lex denominationem accipit, & non ab illis. l. omnium. C. de testa. c. i. de consti. in 6. & ita idemmet Bar. intellexit in l. i. in §. de qua re. ff. de postu. & in l. infamē in fi. ff. de pub. iudi.

Ad secundum uero quia extra territorium ius dicenti, etiam legem condendo, impune non paretur l. fi. supra de iu. om. iud. c. ut animarum in fi. de consti. in 6. & glo. met ibi in legato signanter declarat, liberat tamē solus cardinalis, reum delinquentem per impositionem pylei, si non sit delictum fallitatis, quod nota. l. addictos, & ibi per Docto. C. de appel. l. lucius, ad Turpil. & tradit Barba. in tracta. de præstan. Cardi. in 9. q. primæ par. principa. & quod Reges Cardinalibus æquiparentur, habetur etiam in d. l. i. de offi. eius.

Aduertendum etiam est, intellexisse de legatis sedis apostolicæ, idest de latere, à missis & natis differentibus, de quibus in c. i. de offi. lega. in 6. Sed hi, nonne sunt Cardinales? sunt utiq: & alij, dummodo sint de curia & familia Papæ & ut latius in d. loco.

7 Tertio concludit, idem† si de minoribus sit, dummodo perpetuam habeat iurisdictionem, ut episcopi, comites, & similes, alias non, nisi de uoluntate populi, aut consilii, ut in iuribus per eum allega. nec istud dubium habet. Sed tamen aduerte; primo quod in episcopis male exemplificat, ex quo cardinalibus æquipatantur. l. i. iuncta glo. supra de offi. præfec. præto. Secundo, quod tex. inter cæteros in d. consti. incip. Nos federicus in pri. de sta. contra lib. ec. in usib. feu. loqui non uidetur in habentibus perpetuam iurisdictionem, sed in rectoribus prouinciarum, qui habent temporalem, & longe clarius in §. statuimus, ibi, quandocunq; quis in temporalem potestatem assumptus fuerit. Sol. facilis ē, si dixeris ad primum, æquiparari quo ad dignitatem, secundum eundem Bar. in l. i. in § si quis in i. colum. ff. de ap. nō quo ad hoc d. c. ut animarum. §. statuto de const. in 6. quia episcopus solus facit legem; non cardinalis ut supra de quo tamen in d. c. ut animarum, & tradit plene Anch. in c. canonum statuta in prin. in 5. q. alias 78. & 79. de consti.

Quo ad secundum uero, quod non simpliciter consules & prouinciarum rectores, sed alias etiam quascunq; personas expressit, ita ut necessario intelligantur hæ quoq; quæ iurisdictionem perpetuā habent. l. si seruus seruum. §. inquit lex ff. ad leg. aquil. Tamen dictio alias, similes comprehendit. l. si fugitiui. C. de ser. fugi. ergo habentes temporalem, non perpetuam, nisi replicetur, & est uerū, tertiumq; tolletur, quod imò de perpetua etiam intelligitur, ut in d. §. statuimus, in illis uerbis, siue perpetuam, uel temporalem, & ita tenendum arbitror,

& addendum insuper uera esse omnia prædicta, secundum Docto. dummodo lex non sit contra ius cõe.l. norma alias formã, allega. sæpius, & maxime in.l. imperium, de iu.o.iudi.C. de offi. præfect. præt. & bene, quia inferior non põt tollere legem superioris, clem. ne Romani de elec.c. cum inferior, de maio. & obe. & hinc est, q̃ reseruata Principi, quia abstracta sunt ab inferiori põtate, cẽsentur d. iure impossibilia.l. idẽ iul.§.fi.ff.de le. i.& q̃a non est æquũ, aut bonum, ut supra & in.l. ambitiosa.ff.de decr.ab or.fa. & sentit post Bal.in.l.oẽs populi.ff.de iusti.& iu. Anch.in.d.c. canonum statuta, col.114. de cõsti. nisi ex euidenti & necessaria cã fiat, quia tunc secus.l.si hominẽ ff.man.& isto casu intelligitur tex. in.c. ex parte de uer.si.& in.c.fi.de consue.& declarat idẽ Ancha.in.d.loco, col.118.& 121.in fi.& dictu mirabile est, q̃ episcopus pœnas spirituales tẽporalibus adiiciat, quemadmodum est excommunicatio pro furto.d.c.ut animarum.c. corripiantur 24. q.3.c.i. de loca. aduertitq; Bal.in.l.si quis seruo, in fi.C. de fur. nisi intuitu personarũ id factũ esse dicamus q̃ ecclesiasticæ sunt, & q̃a nulla in ecclesia Dei est maior.d.c.corripiantur.d.l.hi qui sanctã fidẽ. Sed iuxta p̃dicta, q̃ritur certũ.n.est, hæc intelligi semper in legibus, & statutis effectũ iuris habentibus ac ita, & taliter, ut ualeant de iure.§. hæc aũt verba infra ea.l.c.hæc autem de pœ.dis.i.& ĩ simili declarat Bar. hoc mõ intelligi debere legẽ, dicentẽ tutorẽ nihil gerere posse ante factum inuentariũ in.l.tutor qui repertorium, ĩ 3.col. alias nu.22.ff.de admi.tu.& uerbum elegerit in.l.si quis stipulatus, in prin.ff.de uer. ob.& sic efficaciter, secundũ Bal. quoq; in.l.si infanti.in 5.col.C.de iu.deli.& in l.cũ p̃ponas in prin.C.de nau.fæno. qui tradit ẽt alibi, in.l.in emphyteoticariis, in pe.col.C.de iu.emphy. q̃ emphyteota uendens irrequisito domino rem ante traditionẽ, nõ incidit in cõmissũ, ex quo uẽditio nõ est p̃fecta, & alia plura huiusmodi sunt, & q̃ dẽ uera, q̃ nõ refero breuitatis gratia, an idem dici debeat

8 †si statutũ, seu lex inualida sit, habuerit tamẽ effectũ de facto, Idẽ Bar. hic cõcludit q̃ sic, motus p̃ tex.in.l.3.infra eo. ubi si quis iure aliquo usus sit, hoc edicto punietur, ergo ẽt de facto, licet nõ de iure. Secundo, q̃a à simili, clã, nõ solũ q̃d fieri dicitur, de iure, ut ĩ.l.aut qui aliter ff.q̃d ui aut clã. Sed ẽt de facto, si q̃s existimauerit cõtrouersiã sibi futurã. Nec edificãdo id aduersario denunciauerit l.3.§.fi.l.seruius.ff.eo. Tertio & ult. quia noxalis actio datur nõ solũ cõtra eũ, q̃ bona fide possidet seruũ uerũ ẽt contra eũ, q̃ mala, & sic contra dominũ q̃ de facto detinebat, nõ de iure, alias melioris cõditionis eẽt, uel saltĩ paris q̃ de facto eã seruari fecisset, q̃ ille q̃ fecit de iure, & male, ut utrobiq; legitur & hoc ẽ q̃d dicebat gl.in.l.q habebat, in.§.i.in fi.ff. de ma.testa, q̃ licet actus nullus sit, si tamẽ seruetur de facto, p̃inde ẽ ac si esset ualidus, quã inducit Bal.in.l.si quis, in prin.C.de testi.& idẽ in.l.nã & seruius, in prĩ.ff.de nego.gest. Quarto probatur opi. hæc p̃ tex.ĩ.d.l.si quis, ubi si q̃s testibus de facto usus ẽ in uno iudicio, eorũ p̃sonas improbare non poterit in alio. Quinto & vlt. p̃ tex.in.§.fi.infra ea.l. ubi retorquutio nõ fit, dictũq; ẽ supra satis si statutũ uel lex nullũ habuerit effectũ ergo si aliquẽ; sic, ergo ẽt si de facto; & ita cõiter tenetur. Verũ cõtra, q̃a seruare statutũ inualidũ, iniuria est.l.si p̃ imprudentiã.ff.de euic. ergo iniuria repelli non poterit, ut retorquutionis pœna hoc casu locũ habeat.l.negãda.C.q̃ accu.nõ po.& quia sic incõueniens multiplicaretur, haud dicẽdũ.l.q̃d uero cõtra ff.de legi.l.i.C.de do. pro. cũ similibus. Q̃d arg. debile ẽ iudicio meo, nec adduci meruit, in primis q̃a vim alicui inferre, iniuria est, & tamẽ vim vi repellere licet.l.ut vim.ff.de iust. & iu.l.i.§.cũ q̃.ff. de vi & vi ar. Demũ q̃a hoc ipsum verũ ẽ, & p̃cedit in casu.d.l.negãda, quoniã nõ relatione criminis, sed innocentia reus purgari dẽt, ut ibi dicitur, nec ista rõ locũ hẽt in casu nostro. Tertio, q̃a iniuria prouenit ab ipso iudice, seruãte de facto, q̃d de iure facere nõ poterat retor

Quod etiam tolli potest, quia immo conuenit, & æquum est, licet uigilauerit, & conditionem suam meliorem fecerit, quoniam iniquum ius impetrauit, quod cum putauerit æquum esse in personã alterius debet etiam æquũ putare in se ipsum, ut text. met dicit, & hoc ipsum etiam sit pro ratione decidẽdi quoad istud secundum caput. Vel dic quod hoc idem sit, ut æqualitas seruetur.l.fi.C. de fruc. & lit. expen. pulchre Bal.in.l.amicissimos, in.§.lucius, colum.2.ff.de excu.tu.Deci.hic, in uer. si quis in prin.Areti.consi.45. colum.2. Affl.c.signanter per istum text.in.c.i. in prin.

prin. nu. 3. Imp. Lotha. in usib. & in .c. i. in §. in quibus, allegā. etiam supra nu. 17. de consue. rec. feu. eo. lib. & ibi glo. si gnanter d. l. fi. citat, & ad propositum di cit hac de re Barba. quod actor & reus, non debent ad imparia iudicari, in. c. i. in prin. & colum. 20. de proba. & bene c. in iudiciis de regu. iu. in 6. c. i. & 2. de mutu. pet. aliqua Dy. in regu. quod ob gratiam, in 6. oppo. de reg. iu. in 6.

17 Dubitandi rō, ulti. loco † in uer. hæc autem uerba, est potuit, quod retorquu tio locū habeat, etiam si à superiore im peditus inferior, ius nouum in aliquem non statuerit, uel ius dixerit inter eos inter quos iurisdictionē non habe- bat, uel etiam (quo ad secūdum caput) si impetrans nō obtinuisset quod pete- bat, quia nec per statuentem stetit, nec per impetrantem, probo simili pulcher rimo (mitto quod glo. hic multa addu cat, probantia plerunq; conatum puni ri, licet delictum non perficiatur. & nos in aliis lectu. & subinde etiam respon- deat, & bene, ut infra.) quia si clericus beneficiatus contraxerit matrimoniū cum puella annorum. xi. per uerba de præsenti, perdit beneficium, licet matri monium consumatum non fuerit, hæc ratione scilicet, quia per eum non stetit & quia hoc casu cogitasse uidetur, bene ficium perdere. c. nuper de biga. l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his qui not. inf. Rota signanter deci. 103. in antiq. Io. Sta phi. de ua. mo. uaca. nu. 75. & simile opti mum uidetur, licet non sit in materia, & per omnia simile, iuxta not. per Abb. in. c. constitutus, colum. 1. de ap. quia ra tio generalis est l. metum. §. animaduer tendum. ff. quod met. cau. l. regula. §. & licet, ubi glo. Barto. & omnes. ff. de iu. & fac. igno. in pœnalibus procedimus de similibus ad similia, quoniam attendi tur potius ratio, quam Grammatica ver borum. c. i. §. porro, & ibi Bal. colum. 2. quæ fue. prima cau. be. amit. in usib. & quia ut plurimum palatium apostoli- cum (decisio enim rotæ est, ut dictum fuit) inhæret æquitati, in qua edictum istud quoq; fundatum est, ut supra & fuit uerbum Bellen. in tracta. de chari. sub. q. 84. num. 5. 6.

Sed potest responderi, id forte deci- sum fuisse potius, quia matrimonium, non concubitus, sed consensus, facit. l. nuptias. ff. de regu. iu. Bal. consil. 184. in prin. uolum. 3. & consi. 165. colum. 2. uo- lum. 2. dixi late in. l. cum quædam puel la supra de iu. o. iu. licet alio casu legatū nō debeatur, si de matrimonio effectua liter cogitatum sit, ut per eundem Bal. consi. 200. colum. i. & 2. uol. 3.

18 Secunda dubitandi ratio est † quia ubicunq; aliquis processit ad actum, punitur, licet delictum consumatum non fuerit, ut per Bal. in. l. non ideo mi- nus, colum. 7. de accu. not. in. l. si quis non dicam rapere. C. de ep. & cle. & in l. is qui cum telo. C. ad legem Corn. de sica. quod ferè ad idem tendit, Bart. in. l. i. ff. ad legem Pompe. de par. ad fi. late Flo. in. l. item si obstetrix, colum. i. ff. ad legem aqui. vbi si quis emerit uenenum ut daret alicui punitur, licet non dede- rit, perinde ac si dedisset, qđ idem Bart. in. d. loco inducit contra Monachos S. Petri, qui eorum Abbatem uenenare uoluerunt, & in materia uidetur casus in. l. 5. infra eo. sed hic iudex processit ad actum, licet impeditus fuerit à superio ri, uel impetrans non obtinuerit, ergo.

Cui rationi potest etiam responderi, quod cum loquamur in leuioribus deli ctis, prædicta uero in grauibus intelligā tur, parum ad propositum faciant. Vel & aliter, ut per Bal. in. d. l. si quis nō dicam rapere, colum. 2. in 2. oppo. quod tex. iste loquatur in pœnis ciuilibus, q in delictis non consumatis haud habēt locum.

Vel & ultimo, quod hic non sit pro- prie delictum, ex quo ius iniquum effe ctum sortiri potest, secundum Iaco. de Are. ibi, & probatur in. l. prospexit, alle- gā. etiam supra. ff. qui & à quib. & not. in simili in. l. si expressim. ff. de ap. & in l. i. C. sen. rescin. non po. ad textum. d. l. 3. responde, ut ibi per glo. & Docto.

19 Tertia & ultima potuit esse dubitā- di ratio, quoniam in simili, in. l. si quis maior.

maior. C. de transac. dicitur, q. si quis putauerit uenire contra transactionem iuratam, punitur pœnis in eadem lege contentis, & in.l. fi.ff.de re. di.si quis muros ciuitatis transcendere uoluerit, ergo & hic pariter si iudex statuerit, licet postea impeditus fuerit, uel pars impetrauerit, licet non obtinuerit. Quod argu. fallaciam habet, quoniam oratio imperfecta est, & ut dicebam in euiden. suppleri debet, ac subauditione coadiuuari, id pro indubitato habentes, quod puniatur si putauerit & uenerit contra transactionem effectu aliter. & in.d.l.fi. si rursum muros transcenderit alias nõ & utrobique expositio communis est, & necessaria, timore contrarii.l.cogitationis.ff. de pœn. & dixi late in .d.l. si quis maior. Et decidendi ratio in ipso met tex. nostro clara, quoniam si iniuria effectum non habuit, nec conatus obesse debuit, quod per locum a speciali probatur quoq; ex not. in.d.l. si quis non dicam rapere, optimus text.in.c.i. in.§.si uoluerit, de capi. qui cu. uen. in usib. & in.c.i.in.§. porro, quæ fuit pri. cau. be.ami.eod.lib. & quia uerba etiam cum effectu sunt semper intelligenda, ad quod communiter allegari solet. Et hac ratione dixit Ro.consil.294.col. i.si pars confiteatur, & se ad aliquod instrumentum referat, quod uerba ipsius confitentis debent effectualiter intelligi, ut inefficax sit confessio, si instrumẽtum nullum sit ratione deficientis solẽnitatis instrumentariæ, & bene ultra dum, quia relatum est in referente.l.asse toto.ff.de hæ.insti.authen.si quis in aliquo documento.C.de eden.cum similibus. Et Io.de Ana. in.c. ad liberandam, colum.4.de iudæ. quod uerbum residerẽ ĩ ecclesia, debet intelligi cum effectu, idest diuinis officiis interesse, ut quis, etiam absens, quotidianas percipiat distributiones, & est exemplum, si dicatur, quod clerici eũtes in subsidium terræ sanctæ, habeant integre fructus beneficiorum suorum per triennium, ac si essent in ecclesiis residentes, & ut ibi per eum fusius, & Bal.in.l. cum proponas, colum.2.C.de naufræ. quod uerbum in statuto positum, si quis extraxerit, cum effectu pariter debet intelligi, & in delicto prorsus consumato, non autem cœpto tantum. Et Bar.in.l. tutor qui repertorium, nu.22.ff.de admi.tu. quod uerba ibi, quorum sensus est, tutorem nihil ante factum inuẽtarium gerere posse, significant rem perfectam, sumpto argu. ex his etiam, quæ habentur in.l. contractus.C.de fi.instru. Et idem dicit de uerbo elegerit, in.l.si quis stipulatus, in prin.ff.de uerbo.ob. Et quod literæ inhibitoriæ antequam exequantur, nullũ effectum habent, quoniam sic etiam inhibitio intelligi debet, idest cũ effectu, Gui.Papa consi.69. num. 8. Et adhuc ad propositum supra dictæ rationis, dicebam alias, nec posset esse magis in terminis, quod Vassallus etiam obligans feudum, si pcesserit ad actum facti, seu traditionis, cadit à iure suo, & feudum amittit, non si stet in finibus uerbi, quia iniuria effectum nõ habuit, ut per Bal. in.c.i.colum.2.de prohi.feu.alie.per Fede.in usib. Immo quod nec in atrocioribus hodie de consuetudine, conatus solus punitur, ut per Alexand. hic, post Ang & Pau. ego fusius in aliis lectu. addo nouissime Gramma.deci.2.num.13. ubi attestatur quod est generalis totius mundi, & plenius deci.74.num.8.& 9. immo quod in assasinis, de iure gloriatur Ro.hic, se ita etiam Florentiæ obtinuisse, refert Afflic.in.d.§.si uoluerit, num.2.

20 Hoc edictum, quasi à dominis † dictum, ut per Cy.in rub.C.de legi.quod etiam stricte capitur, large, & largissime, stricte, ut in.§.prætorum, insti.de iu. na. large, pro qualibet constitutione prætoria, largissime uero, pro qualibet lege, dummodo facta sit ab habente potestatem.l.3.C.de legi.l.hac edictali.C.de secun.nup.c.ut circa, de elec.in 6. unde illud etiam, exiuit edictum à Cæsare, ut describeretur uniuersus Orbis, de quo Luc.2. Aliter dicit etiam Cy.in.d. loco, edictum specialissimum esse, subalternum constitutio, & lex generalissimum, quid-

dam. & Ro. in. l. i. colum. 4. ff. de no. op. nun. quod ab interdicto differt, quoniã id ius dicitur, quod inter duos per prætorem redditur, edictum uero, quod fit motu ipsius proprio, et probatur in .§. erant autem, insti. de interdic. et in .l. 3. in prin. ff. nau. cau. sta. declarat etiam gl. in loco, de quo supra in prin. quid differat inter dictum ab actione, dic ut per eam.

Summam habet æquitatem, quia
21 † procedit à iure diuino, ut suo loco dictum est satis, & summam, idest maximam, intelligo, sicuti in. l. sunt personæ in fi. ff. de religio. & sump. fu. ibi. Nam summam esse rationem, quæ pro religione facit, & ita capitur etiam insti. de iu. perso. in prin. secundum unam expo. glo. & facit, quia certum erat, æquitatem ĩ se habere, ut pote edictum prætorium. §. quos autem ibi, Prætor ex bono & æquo dilatauit, insti. de bo. po. & quia æquitas etiam, finis est generis iudicialis, ut deliberatiui utilitas, demonstratiui uero honestas, sed ratione prædicta, & cum aliqua edicti commendatione quoq;, summam addit Iuriscon. æquitatis arbiter. c. responsa. 2. dist. & dictum etiam fuit infra in addi.

Et sine cuiusquam indignatione iu-
22 sta, quia alias non esset indignatio † proprie, & inde paria, non habere conquerendi causam, uel habere, & non iustam l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. ma. & ut per Deci. hic latius, in .i. not. quasi dicat Iuriscon. quod nullus potest iuste indignari, ius quod æquum putauit in se, putare æquum etiam contra se. Adde dum idem Deci. dicit, quod tamen plerunq; ex actu nullo insurgit effectus, quia declaratur testatoris uoluntas. l. fi. ff. de reb. eod. & melius quod sic ex iniquo etiam nascitur æquitas hic, dictumq; fuit supra & quod ex actu nullo declaretur uoluntas, & ex defectu etiam potestatis, tenuit Rui. cõ si. 3. num. 26. uolum. 2. & quod sufficiat ad inducendum fideicommissum, con. 134. nu. 10. eo. lib. & ĩtellectum ad. d. l. fi. ponit Seysel. in. l. qui Romæ, in. §. ea lege, colum. 6. ff. de uer. ob.

Et uidemus ad idem etiam quod licet matrimonium nullum sit, nulliterq; contractum, inducit tamen impedimẽtum publicæ honestatis. c. i. de spon. in 6. quodq; prima electio inualida secundam impedit, nisi prima cassetur. c. audi tis, de elec. & facit etiam text. in. l. si ut proponis 2. C. de nup. cuius intellectũ disputant Scriben. in. l. 2. in. §. quod si in patris. ff. sol. ma. Cassanc multa consi. i. col. 29. & ad propositum dicit Bar. quod legatum etiam ex testamento imperfecto debetur in. l. ĩ testamento in. fi. per illum tex. ff. de fideicom. lib. & testatur, quod ipsum allegauit in .q. diuitis cuiusdam marchiani, qui prius quam testamentum absoluisset, decessit, subiiciens, & ꝙ sic instrumentum cancellatũ probat quod fuit & de materia alias in l. quidã tabularum, & in. l. fullo, in. §. fi. ff. de fur. Secundo dũ etiã dicit quod sic quælibet causa iniusta excusat à dolo per glo. (omissis aliis) in. l. si plagii. C. ad legem fa. de plagi. Adde quod istud confundi uidetur ex tex. nostro, alias retorquutio nunquam haberet locum, ut hic per Cur. in prin. & per text. in. l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tu. & in. c. fi. de prohi. feu. alie. per Lotha. in usib. ubi ad literam probatur, ꝙ immo non excusat, nisi iustissima & necessaria fuerit, & aduertit Deci. seni. in l. i. in. §. i. colum. 2. infra si quis iusdi. nõ obt. inferens amplius, si quis contumax fit, ꝙ nec excusatur pariter. l. non potest ff. de regu. iu. Tamen gl. supra dicta, est cõiter approbata, ad quam uide multa, adducta per eundem Cur. consi. 34. col. ult. imò uidetur casus in. l. igitur, in. §. i. ibi, iustis rationibus ductus, uel iniustis ff. de lib. cau. Cui tamen aduersatur tex. in. l. si q̃s id quod supra de iu. o. iud. ubi iustæ causæ tantum exprimũtur, nisi respondeamus, ut ibi per Ias. col. 8 ꝙ non ꝑpea iniustæ excludũtur, & bene, quoniam una lex aliã declarat. l. nõ ẽ nouũ l. sed & posteriores. ff. de legi. c. super q̃stionũ, in prin. de offi. de. & tenendo gl. ꝑdictã, poterit ad text. nostrũ respõderi

non ob.quia immo locum habebit semper,ex quo dolus in statuente præsupponitur,ut per Ias.& Alex.hic & ad tex. in.d.l.tutor q. repertorium, quod illud ideo sit, quia ratione officii sibi iniuncti scire debuit, quod ad conficiendum inuentarium tenebatur, ut ibi per Bar.nu.20.& in.d.c.fi. quia inter dominum & uasallum,nulla fraus, nec ullũ malum ingenium debet interuenire,vt in ratione ipsius dicitur, & ad id, quod rursum dicebatur de contumacia, quia est delictum ,l. omne delictum .ff. de re mili.&latius in.l.i.in.§.fi.ff.si quis iusdi. non obt. Tertio dicit Deci. quod supra dicta procedunt in terminis, ubi causa requiritur,quod scilicet iusta esse debet non in dependentibus à libera uoluntate alicuius, quia tunc sufficit pro ratione uoluntas.l.quia poterat,ad treb.l. cum quidam ita.ff.de lega.2.l.utrum .§. cum quidam.ff.de reb. dub. & uerissimum uidetur,quia tex.in.d.l. cum quidam,negari non potest, quem citat ante eum Bal.in.l.si patronus.ff.de confir. tu.subiiciens tamẽ ibi,& in casu .d.l. cũ quidam,quod eligens scienter indignũ priuatur potestate eligendi, & in.l.his uerbis,in.§.i.ff.de hæ.insti.quod tex. p̃dictus facit contra executores,qui distribuunt eleemosinas minus merenti, tamen tex.negari non potest, & forte prædicta procedunt, quando hoc ideo non fuisset collatum in liberam ipsius hæredis uoluntatem, de quo in.l. fideicommissa,in.§.quanquam.ff.de lega.3. Sed cum hæc omnia ita sint,& si indignatio iusta esse debet, cur sic istud ipsum expressum est.l.hæc uerba.ff.de leg. i.l.nõ recte.C.de fideiu.l.quod ait lex,ibi, nõ ociosum uidetur.ff.ad legẽ iuli.de adul. Ro.consi.206.colum.2.dicit etiam Bal. in authen.ingressi.colu.4.de sacrosanc. ec.quod quando aliquid inest de necessitate,non augetur per expressionem, nec minuitur effectus, non nihil Abb. in.c.cum dilecta col.5.de rescrip.& in.l. fi.in prin.idem Bald.C.de procu.quando aliquis citatur,ut ipse compareat, ꝙ ualet cit atio,ex quo intelligitur,nec ex presio aliquid operatur, ut per se ueniat,uel per alium.l.i.§.usus.ff. de ꝑcu. Solu.expresio facta est, gratia dubitationis tollendæ.l.non solent.l.quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de regu.i. l. qui mutuam .ff. man.l. testamen. C. de testa. l.i.§. quanuis .ff. de uen. inspi. Bar.in.l.fi.in prin.C.de senten.Alexan. consi.21.uiso,colum.4.uolum.5.Gemi. in.c.si papa,in prin. colum. ulti.de priuil.in 6.idem Bar.in.l.& uno, in.§.eius rei.ff.de accepti.& in.l.liberationem,in .§.i.ff.de libe.lega. in prin. & ad maiorẽ declarationem.l.præcipimus,in fi.C.de ap.l.Gallus, de libe. & posthu.c.super quæstionum.c.cum te,de offi.del.& (ut dicebam alias)potissimum propter rudes.c.i.de no.for.fi. in usib. glo. optima in.§.cum ex aliena,insti.de re.di.

Quis enim aspernabitur &c.quasi di
23 cat nullus † ut supra adde nouissime, quod contraria statuta contrariis non indigent quia si Guelphi, dum regunt, faciunt leges cõtra Gibellinos (qui sint hi,et à quibus originem habuerunt, plene Bar.in tracta.de Guelph.et Gibelli. Abb. aliquid in.c. pisanis, colum.4. de resti.spo.Io. Villa.in croni.suis lib.5. c.37.) postea Gibellini uincant, eisdem contra Guelphos utentur,per istum titulum,ut inquit notanter Bal. in.l.i. in prin.C.de cadu.tol. Qui dixit etiam in rub.de pœna iudi.qui ma. iudi. colum. 2.quod iudex qui de facto fecit aliquem suspendere,similitudine supplicii tenebitur,per hanc rationem, licet in pœna ciuili loquamur, & in delictis leuibus, ut supra & in simili Bart. hic in fi. prin. Paris de Puteo in tracta. sindica. fo.64. col.i. & sicuti Vasallus non cõpellit dominũ,ut de cal.iuret,è contra non compellit pariter dominus Vasallũ .c.i.§. in quibus, de consue.rec. feu. in usib. ubi in specie tit. iste adducitur, sicuti etiam in.c. cum omnes, de consti.& sic in feudis quoq; locum habet quod hic dicitur,& signanter in not.q. inducit illum tex.Old.con.46.in fi.& ibi declarat Bal. quod iste titu. habet locum non per inuentionem,sed per extẽsionem potius.

&

Et facit adhuc, ratione prædicta, quod dicitur in.l.fi.C.de iniur.quod sicuti illustres accusantes priuatos, se inscribũt ita se inscribere debent priuati accusantes illustres,& fusius Oldra.in loco præallega.

Qui magistratum potestatem ue habens,si quid in aliquem noui iuris statuerit &c. Verba hæc sunt edicti, vt declarauimus in euiden. quæ seruiunt ad q.si præmiserimus tamen, de statutis in-
24 telligi debere ualidis,licet iniquis† & iuris effectum habentibus.l.prospexit.ff. qui & à quib.uel inualidis, quæ tamen effectũ habuerint de facto.l.3.infra eod. l.non solum.i.ff.de noxa.l.prohibere.§. fi.ubi glo.ff.quod ui aut clam,argumẽ. ultra eum in.l.Barbarius.ff.de offi. præto.& in.l.eos.C.de usu.& ut per Barto. latius.

Sed contra primum facit,quia repugnat quod iniquum sit,& ualeat.c. erit autem lex.4.dist. tradit Abb. in.c. cum omnes,in.4.not.de cõsti.adde tu, quod si non habeat partes, de quibus in præallega.c.erit autem,non statutum dicetur,sed pestis,Cur.cons.5.videretur nu. 28.Stepha.Fede.in tracta.de interpreta. iu.parte ulti. Nihilominus respondet Deci.hic quod bene debet habere partes prædictas,sed non quod non ualeat etiam quod sit iniquum, nec aliud dici potest,& ita per.d.l.ꝓspexit, tenet Bal. hic, Alex.& alii post eum.idem Bald.in l.quid ergo,in.§.pœna grauior, in repe. col.3.ff.de his qui not.infa.& licet ex eo uidere,quia plerunq; dictat,quod pater teneatur soluere condemnationem ꝓ filio,ꝙ est iniquum.l.si qua pœna.ff. de his qui sunt sui uel alie.iu. & tamen ualet,secundum gl.in rub.C.de decre.decu.lib.x.firmat idem Bald. in.l. seruum quoq; in.§.publice,col.i.ff.de procu.Et ad propositum dicimus, quod in præallega.l.prospexit, ius capitur in concreto.ꝙq; bonum est,sed non æquum, si ĩ abstracto aũt,semper bonum, & æquũ erit,& ita posset ad contrariũ,melius ꝙ̃ faciat Deci.responderi,quoniam forma à lege tradita uidetur in.d.c. erit autem à qua alias non deberet posse recedi, iuxta not.in.l.i.ff. de libe. & posthu. & in l.cum hi,in.§.si prætor.ff. de transac. & in.l.qui Romæ,in.§.Flauius.ff.de uerb. ob. & ad propositum hoc idem probatur in.l.i.ff.de iust.& iu.declarat Saly.in l.i.in.2.col.C.de legi. Dicit etiam idem consi.229.in prin.volu.5.quod licet statuta gabellarum sint iniqua, ualent tamen,& seruanda sunt.Statutum adhuc legitimam tollit,iniquum ẽ, quoniam instinctu naturæ debetur.l. cum ratio ff.de bo.dam.& tamen ualet,ut per Bal. in.l.cum lege.C.de ep.& cle.plene Cur. consi.10.num.7. Nihilq; iniquius illis, quæ fœminas à successionibus excludunt,& nihilominus ualent.l.maximũ uitium,& ibi not.C.de libe.præte. pluraq; huiusmodi sunt,non referenda,de quibus in.d.c.cum omnes. Contra secundum etiam facit, quia iniuria est, si inualidum sit & de facto seruetur, ut inquit Cur.hic,subiiciens,quod nec retorquebitur, ex quo iniuria iniuriam non repellit, ut per Alex.plene,in.l.fi.in fi. infra eo.qui tamen non firmat pedem, sed uidetur potius sentire contrarium, se remittendo ad not.in.l. ut uim.ff. de iusti.& iu.& in.l.i.C.unde ui.& in.l.cũ mulier.ff.solu.mat.ubi contrarium probatur, quod imo uim ui repellere licet. l.i.§.uim ui.ff.de ui. & ui arma. quodq; mutua delicta pari compensatione tolluntur,ita ut fundamentum non subsistat,& dictum Bart.uerissimum sit,& ꝙ quædam de facto seruentur, quæ tamẽ de iure non ualent, probatur, in.l.quidam cum filium.ff.de uerb.ob.Bal. consi.204.col.2.uol.i.Ange.in.l.magistratibus,in prin.ff.de iu.o.iudi.

25 Quæstio igitur† huiusmodi est,an statuta ligent statuentes,exemplum,priores ciuitatis ut Florentiæ qui anciani alias uocãtur & primates.l.iubemus, ubi gl. C.de aduo.di.iudi.Bal.consi.177.in prĩ. uol.2.& con.178.col.i.eo. lib. & in rub. de decu. lib. x. Io. Villa. Flo. in anna. suis, lib. 7. c. 79. quasi antes columnæ totius urbis oneri incumbentes, apud nos,deputati, Vincẽtiæ, Cõsules, Vero

næ, Prouisores, & sic de singulis statuerunt, quod pœna mortis puniretur, qui eos offendisset, dubitatur, an si alios ipsi offendant, puniri debeant eadem pœna. Et breuiter Bar. hic determinat, qd sic, motus potissimum per istum tex. se remittendo postea ad plene dicta p Archid. in. c. ut animarum, de cōstitu. in 6.

Sed potest ex eo etiam comprobari, quia esto quod statuentes statuant, & magistratus personam gerant, ut priuati tamen ligantur, quod dicebam etiam in casus figuratione, post Cy. in. l. quidā C. de sacrosanc. ec. declarando tex. in. l. inquisitio. C. de solu. & hoc est nouissime quod dicit idem Bar. in. l. quidam, in 2. colum. C. de iu. deli. quod quādo plura iura concurrunt in personam unius, perinde est, ac si concurrerent in personam diuersorum, bonus tex. in. l. quæsitum. ff. de in ius uo. & ibi Alex. Bal. in. l. Papinianus, in. §. meminisse, in prin. ff. de inoffi. testa. & in. l. filium quem habētem, colu. 3. C. fami. her. ubi allegat tex. ad idem, quem nos quoq; induximus in loco præallega. in. l. tutorem. ff. de his quib. ut indi. pulchre Pau. de cast. consi. 72. colum. 1. uolum. 1. & Ias. in. l. 4. in 4. not. ff. de re iudi. Et præcipue quia statutum authoritate iuris nititur, quo quisq; ligatur, nec differunt, nisi ut genus & species. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. l. 2. ff. de legi. l. priuilegia. l. generaliter C. de ep. & cle. Ancha. in. c. canonum statuta, colum. 208. de consti. Imo quod subrogatur loco legis communis secundum Flo. in. l. 2. in. 1. colum. ff. ad legem aqui. & si speciale est in principe. l. princeps. ff. de legi. l. digna uox. C. eod. Barto. in. l. 1. colum. 1. C. de no. Co. fa. ius commune erit in contrarium, cæteriq; omnes ligabuntur, quod rursum, & efficacius quidem, ostenditur, quia populus, antequam potestatem condendi legem transtulisset in Principem, iuxta not. in. l. 1. ff. de consti. prin. legem condere poterat, imo lex erat, quod populus Ro. Senatorio magistratu interrogante, constituebat. §. lex est, insti. de iu. na. lege autem ligabatur populus, ergo statuentes, & licet uidere ex his quæ not. pariter in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. ibi, qui propriis legibus, & in. l. 1. C. de eman. libe. & sentiunt repeten. hic. Ange. uero, & Pau. de cast. tenuerunt cōtrarium, & est communis opi. ut attestātur Alex. Deci. & alii, moti potissimum quia cōdere statuta iurisdictionis est. d. l. 1. de eman. lib. Bal. consi. 143. in fi. uol. 1. & consi. 177. in prin. uol. 2. allega. etiam supra & consi. seq. Ro. in. l. 1. in. §. 1. col. 2. ff. de aqua. plu. ar. sed si ligarentur, eam in se ipsos exercerent, non dicendum. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad treb. l. pe. ff. de arbi. c. fi. de insti. cum similibus, & maxime quia eorum mens est, alios ligare, non se ipsos, quod apparet ex cōceptione uerborum in personam facta, non in rem, ut per Bar. in. l. si seruum, in §. prætor ait. ff. de acqui. hæ. ergo ne operetur ultra eorum intentionem, uulga. l. non omnis. ff. si cer. pet. l. Rutilia pola ff. de contrahen. emp. pulchre Bal. consi. 331. quædam puella, colum. 1. uolum. 3. & ne actus extendatur ultra quam de necessitate inferant. l. fi. C. ne uxor pro. ma. cum sint uoluntarii nō ligabuntur, & habent colorem.

Sed ego ex supra dictis, quæ non facile tolli possunt, à prima opi. discedēdū haud puto, quicquid alias tenuerim, meq; plurimum mouet. d. l. omnes populi, præceteris inducta ut supra & nouissime tex. in. c. cum omnes, de consti. ubi canonici ligantur proprio statuto, quod absentes integre percipiāt fructus beneficiorum suorum, & ratio generalis ibi posita, vt eo iure vtatur quisq; qd statuit in alterum, & de statutis ad priuilegia arguentes. c. dilecti, de fo. comp. c. 1. de priuile. in 6. Ro. consil. 199. colum. 2. uidetur adhuc casus in. c. pro illorum de præben. ubi canonici priuilegiati à papa, si nouam fecerint prouisionem, ligantur, & illi stare tenentur.

Nec ob. contraria, quia ad primum dici potest, antecedens uerum esse, consequens falsum, ex quo directo nō exercent in se iurisdictionem, sed uirtute legis generalis in loco, in eos exercetur d. l. om-

l. omnes populi. d. c. cum omnes, cum similibus, & est argum. in. l. i. in. §. lex falcidia. ff. ad legem fal. & (ut dixi) disponunt, ut statuentes, & ligantur, ut priuati. d. l. tutorē, de his quib. ut indi. l. si pater familias. ff. de adop. & ita in simili, in uniuersitate, dicit Abb. in. c. ex literis, colum. 3. de constitu. & est argu. adhuc in. l. i. C. ut ac. ab hæ. & contra hæ. & in l. quotiens. C. de hæ. insti. & in. l. cum in eo. ff. de pac. quem adducit Ancha. in. c. canonum statuta, ubi. q. disputat, colu. 142. de constitu.

Minus facit secundum quia imo quandoq; etiam concipiuntur in rem, seu impersonaliter, ut inquit Bart. in. d. §. prætor ait, & dato quod uerba concipiantur in personam, ligantur tamen ut priuati, sicuti proxime dictum est, & cum statuta iuris authoritate nitantur, hoc idem præter eorum intentionem euenisse non dicetur. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. Vel respondeamus, quod regu. hoc casu locum non habeat, quoniam lex ipsos obligat, & quod actus deniq: (ut tertium quoq: tollamus) extenduntur ultra, ex quo hoc ipsum etiā de necessitatē infertur, ut ratione generali, de qua supra eo iure utantur, quod in alterum statuerunt, & mihi semper placuit, disputando, licet fatuum ita tenere, alias dicat Dama. relatus per Io. And. in. c. cui licet, de regu. iu. in 6.

Verum ad supra dicta redeuntes, si statutum iniquum sit, quæritur † quia uerba edicti in personam magistratus concepta sunt, an ipse solus qui statutum fecit, eodem iure utatur, an uero quilibet etiam de populo, & retorquutio fiat.

Glo. hic, noui iuris, in uer. sed si populus, & Bar. post eam dicunt, quod non, sed ipse solus, per text. in. l. sed si hac, in. §. qui manumittitur. ff. de in ius uo. ubi qui manumittitur à corpore aliquo, uel collegio, uel ciuitate, non est illorum libertus, sed Reipub. honorem habere debet, & ita communiter tenetur, ut attestantur Docto. hic, & in simili est glo. in c. cum uenissent, de resti. spo. not. in. l. in tantum, in. §. uniuersitatis. ff. de re. diui. Bernar. Bisigne. deci. i. ad fi. de do. & cōtu. pulchre Ancha. consi. 248. colum. 2. Ro. cons. 400. ad fi. & con. 436. colum. i. Fede. de sen. consi. 15. in prin.

Sed mirum uidetur, quod à populo, seu de ipsius consensu, fiat, singuliq; eo iure non utantur, cum uideamus etiā, quod hæres eius, qui ius iniquum impetrauit, tenetur. l. 3. §. quod autem infra eo.

Sed (ut diximus) nihil est, quoniam delictum uniuersitatis, non est singulorum, nec dictum de hærede officit, quoniam ius iniquum pro se & hæredibus impetrauerat, ut ibi not. & in. l. Neratius. ff. de regu. iu. argum. optimum in. l. si pactum. ff. de transac. & de materia late, in. d. c. cum omnes, de consti. alleg. sæpe, & in. l. aut facta, in. §. fi. ff. de pœ.

Et hoc idem not. declarationem recipit secundum Bart. si statutum uoluntarie factum sit, non si necessario, ex forma alterius statuti, qa tunc non esset statuēs in dolo, edictum autem dolū requirit, ergo, & similem decidit q. infra num. 11. si iudicauerit contra legem, quia ita tamen erat consuetudo, quæ declaratio non est uisa mihi necessaria, quoniam si ex forma alterius statuti factum est, iā nouum non dicetur, ut hic per glo. & not. omnes.

Responde fore saltim probabilem. l. i. §. quanuis. ff. de uen. inspi. & adde, bene facere regu. l. si fideiussor. §. si necessaria ff. qui satisda. co. l. cum postulassem. §. i. ff. de dam. infec. c. ab arbitris, de offi. del. in 6. ubi lex succurrit magis, facienti actum ex necessitate, quam ex uoluntate, Ancha. consil. 159. colum. 2. & consil. 404. colum. pe. Bald. in. l. procurator. ff. de procu. Alexand. in. l. tutori, in prin. C. de nego. gest. & in. l. si cum dotem, in prin. in 2. colum. ff. sol. mat. quo ad id enim quod dicit prius, non insisto, quod debet fieri cum cōsilio procerum, quia indubitatum est. l. humanum. C. de legi. Bar. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. colum. 7. & in statuto signanter hoc ipsum uerum esse dicimus, quoniam lex principis alias nullius cōsensum exigit,

git, ut not. in locis præalleg. licet sit magni effectus, quod etiam lex principis cum consilio procerũ fiat, aduertuntq; Bal. Pau. de cast. Fulgo. & alii adhuc, in d. l. humanum, declarat Seysel. in. l. i. colum. 3. ff. de legi. Et seruit ad. q. ut idem Bart. subiicit, si stet statutum, quod pœna librarum trecentarum puniatur oc-
27 cidens forensem† ut occidens Perusinũ alibi, non puniatur dicta pœna, ratione de qua supra quia non debent singuli de populo puniri, qui in duobus male loqui uidetur, primo præsupponens ꝙ statutum ualeat, imponens pro homicidio pœnam pecuniariam, argu. in. l. qui testamento. ff. de testa. quod tamen falsum est, ut per Alex. hic, post Hostien. Abb. & alios, in. c. fi. de cõsue. Io. de ana. & Feli. in rub. de homici. ea ratione potissimũ, quia præberet occasionem delĩquendi, & male. l. conuenire. ff. de pac. do. plene Signo. consi. 56 num. i.

Qua ratione etiam, si per uerba præsentis, uel præteriti temporis, contineat delictorum indulgentiam, ad futura extẽdi non debet, ut idem Bar. dicit in. l. omnes populi, colum. 23. ff. de iusti. & iu. & pulchre Bal. in. c. per uenerabilem, col. ulti. de elec. quod sicuti utile est purgare prouinciam malis hominibus. l. congruit. ff. de offi. præsi. ita perniciosum ẽ, præbere materiam delinquendi.

Secundo, male loqui uidetur Bar. quia si hoc esset uerum, dato quod statutum ualeat, delictum remaneret impunitũ, & male, uulga. l. ita uulneratus. ff. ad legem aqui. c. ut famæ, de sen. excom. c. si sententia in fi. eo. ti. in 6. & sensit Pau. de cast. considerando ad idem, quod quando agitur de delicto puniendo, materia fauorabilis est, & extendenda, maxime ubi de eo constat. l. quemadmodum, & ibi Bar. C. de agrico. & cen. lib. x. quodq; magna ratio suadet, pœnas, ob maleficia, solui. l. si à reo. §. fi. ff. de fideiu. Et plus quod sentẽtia redderetur elusoria, adhuc non dicendum. l. si prætor. ff. de iudi. glo. in. l. & si fine, in. §. restitutus. ff. de mino. deducendo latius, ut per eundem Alex. col. 3. Qui tamen tenendo opi. Bar. respondet ad primum ꝙ ualet omnino, si pœna contemptibilis nõ sit & ita in ecclesia S. Michaelis, Pisis, disputando, respondebat Deci. ut ipse hic testatur, nu. 11. postea replicat, ꝙ adhuc militet obiectum, quodq; omnino præbeatur occasio delinquẽdi, etiam si pœna pecuniaria magna sit, quoniam est regulare. l. si operis. C. de pœn. ubi ad literam dicitur, publice interesse, non remittere pœnam, etiam pro parte, ne ad maleficia temere quisq; prosiliat, & habet colorem, sed responderi potest (& erit ĩtellectus ad illum tex.) quod id uerum sit, si pœna, iam imposita, remittatur per iudicem, non de statutaria, ut hic, & maxime (ut diximus) si non sit cõtemptibilis, & quia succedit loco corporalis, argum. in. l. quicunq;. C. de ser. fugi. & propterea ipsius ratio, ne temere prosiliat quisq; &c. dicto casu militat, & locum habet, non isto. Ad secundũ respondet etiam idem Alexan. sed non est tuta, eamq; impugnat Deci. hic num. 25. ut per eum. Dic tu, ut dicebam alias ego, longe melius esse, ꝙ delictum impunitũ sit, & ꝙ sententia elusoria reddatur, quam uelle, quod quis indebite puniatur, & sic damnum irreparabile patiatur. l. fi. §. in computatione. C. de iu. deli. pulchre Areti. consi. 105. col. 5. in fi. uerum indebite hic puniretur. d. §. qui manumittitur, ergo. & ex hoc tollitur etiã quod de sententia dicebatur, uel dicamus, quod nec delictum maneat impunitũ nec sententia reddatur elusoria, ex quo punietur ĩ loco delicti, & hoc satis est, ut per Bal. in. l. fi. supra de iu. o. iudi. in illa. q. an delinquens extra territorium, ligetur statuto sui territorii. Immo dicunt Repeten. hic, quod ex hoc, ista decisio est indubitabilis, Sed responde, dubitationẽ habere, quia occidens erat de populo, & cum Bar. alias communiter Docto. transeunt, & ad idem (subdit) ponderandum est, quod glo. his uerbis utitur, quodq; dicit, quod non debet quilibet de populo uti eodem iure, ex quo proceres alias, & consiliarii, seu quilibet

ipsorum

ipsorum,si consilio interfuerint, & con senserit,tenentur,& uti eodem iure debent.l.i.in prin.ff.de magistra. con.

Quod nec tutum adhuc uidetur,quoniam ipsi quoq;,ut uniuersi, non ut singuli, consentiunt.d.§. qui manumittitur. Ergo non debent uti eodem iure,sicuti nec quilibet de populo, ad text. in d.l.i.dici posset,ꝙ id sit,duplici ratione, speciale, primo quia decuriones in se periculum susceperunt, secundo, quia pupilli causa est, & quidem fauorabilis l.cum ostendimus.§.fi.ff. de fideiu.tu.l. ex pluribus.ff. de admi.tu. cum similibus. Ex alio tamen Bart. theorica uidetur uera,ut Seysel ait,per text.nostrum ibi,si quis apud eum,& male,quoniam in impetrante loquitur, non in statuente, & longe melius est dicere si uis eam sustinere,quod immo vt singuli consentiant,licet populum repraesentent,& ex illis uerbis decidatur.q.potius,qui magistratum potestatem ue habẽs, si quid in aliquẽ &c.hoc addito insuper, quod singularis hic numerus in pluralem resoluetur.l. qui filiabus.§.i. ff. de lega.i. Bar.in.l.si plures.ff.de lega.3.glo.in simili in rub.insti.de ac.

Et ad praedicta quadrat multum, qđ
28 dicunt etiam Scriben.de tortura† quod in ea nõ habet locum retorquutio,post Bal.in rub.de poen.iudi.qui ma.iudi. in 2.colum.potissimum Alex.Ias.& Deci. hac ratione moti,quoniam non adhibetur, neq; imponitur pro finali poena delicti,sed ad eruendam ueritatem potius inuenta est l.edictum,& ibi Barto.ff.de quaestio.l.milites.C.eo.l.nullam, iũcta glo.C.ex quibus cau.infa.irro.si iniuste igitur torserit, & de facto potius,quam de iure,pro motu iudicis punietur ipsiusq; arbitrio, extra ordinem, ex quo saltem iniuriarum actione ẽ obligatus l.iniuriarum estimatio.ff.de iniur.Bald. in.l.i.in prin.C.loca.& in.l.2.C.quo.ap. non re.& quod non imponatur pro finali poena delicti,uidetur casus in.l.aut damnum,in.§.hostes.ff. de poen. quem ad idem dicit singu.Flo.in.l.qui occidit in fi.ff.ad legem aqui.& ante eum Bart. in.l.quaestionis.i.ff.de quaestio.

Sed dubito ualde, per tex.in.l. decuriones.C. de quaestio. ubi clare colligit Bal.quod iudex poena capitis puniri debet,si absq; cã & dolo malo, aliquẽ torqueat,sed cõsidera, ꝙ in retorquutione & similitudine supplicii nõ loquitur,et ꝙ ẽt,sepositis multis,de ꝗbus hic plas. specialem habet rationem,quoniam in decurione loquitur, cuius dignitas talis & tanta est, ut in contumeliã tortus uideatur,sicuti ibidem dicitur,ad quod est etiam tex.in.l.nullus.C.ad legem Iuli.ma.& plus.quod torqueri non potest etiam si decurio esse desierit, in memoriam praecedentis dignitatis.l.fi.ff.de decu.tradit in simili glo.in.c. degradatio, de poen.in 6.

Secundo dubito, quia immo quandoq; imponitur pro finali poena delicti,ut per Bar.in.l.imperium, in 4. gradu meri imperii,de iu.o.iudi.& si diceretur,ut dicit idem Deci.non esse regulare, nec consequenter attendendum.l. suus quoq:.§.puto.ff.de hae.insti. Respondeo nec esse regulare pariter, ꝙ ius nouum, & iniquum fiat.c.erit autẽ lex 4.dist.l.2.ff.de legi. & tamen habet locum retorquutio, ergo & hoc quoq; casu. Tertio dubito, quia si supplicij similitudine, per istum titulum, iudex puniendus est, quod sanè dubium non habet,ut supra dictum est saepe, & aperte dicitur in.l.lex iulia,in.§.fi.ff. ad legẽ iuli.repe.non est ratio,cur etiam hoc casu torqueri non debeat. Considerando adhuc,si reus in tormentis moriatur, ꝙ morte etiam iudex plecti debebit, licet nec in hoc sit similitudo supplicii,quoniam satis est quod moriatur ut tortus ut not.in.d.l.quaestionis, & in.l. Gracchus.C.ad legẽ Iuli. de adul. & ideo esto quod tortura, ut dicebatur (alio enim argu.iam responsum est ex his)inuenta sit ad eruendam ueritatem, debito modo tamen,& de iure erui debet, non aliter,& de facto,quoniam in sindicatu iudex tenebitur, & idem ius sibi dicetur, & fiet,quod aliis dixit,& fecit, ut hic. Nec officit rursum,ac ultimo loco,iniuriarum

riarum æstimatio, quod iudicis arbitrio fiat, quia dicam hoc idem omni alio casu procedere, de quibus in .§. sed & lex Cornelia iuncto seq. insti. de iniur. & nõ isto, tamen quia communiter tenetur contrarium, ab opi. Bal. alias non recedetis, & hæc disputationis gratia dicta sint.

Quandoq; aduersario eius postulan
29 te &c. si quandoq; † ergo non semper habebit locũ retorquutio, estq; dictio, quæ regu. in contrarium designare uidetur. c. quod nonnullis, de priui. nisi dicamus, & uerũ est, quod exponatur quandoq;, idest quandocunq;, uel aliquo tẽpore. l. 2. §. i. l. si ante nuptias. ff. solu. ma. l. qui cum uno. ff. de re mi. melius in .l. tutor. ff. de iureiu. & in .l. non enim .ff. de tribu. not. insti. quib. mo. re contrahi. ob. in prin. & ut hic etiam per Deci. & hoc est quod dicebat Bal. in .l. ex arrali, in fi. C. de ac. emp. quod uerba sensibus aptanda sunt, non è contra. l. has causas vbi gl. not. ff. de condi. & de. c. intelligentia, de uerb. si. c. secundo requiris, de ap. in simili Pau. de Cast. consil. 123. colum. 2. uolum. i. Et aduersario postulante rursum dicit, quæ uerba sunt ablatiuorum absolutiuorum, & resoluuntur in conditionem idest si reus postulauerit, uulga. l. à testatore. ff. de condi. & dem. quoniam iudex non impartitur officiũ suum, nisi requisitus .l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. not. Repeten. ubi etiam ego, in .l. si quis maior. C. de transac.

Hæc autem uerba, quod statuerit, cũ
30 effectu accipimus † non uerbotenus. Ad quod multa dicta fuerunt ĩ casus figuratione, adde non incelebre dictum Cardi. in .c. ex insinuatione, in fi. de rescrip. quod ad iustificandas executoriales literas non est satis dicere hoc idemque uerum sit, quod monitorie præcesserint nisi etiam fuerint præsentate, quoniam uerba debent cum effectu intelligi. & est similis tex. in .l. nomen filiarũ, in .§. habere. ff. de uerbo. si. & in .l. quod uulgo. ff. de bo. po. contra tabu. & argu. optimum in .c. Marchion. i. q. i. & in .l. damni in §. si is qui uicina, ubi glo. not. ff. de dam. in fec. & in .l. quoniam indignum. C. de testa. & in .l. non dubium, in prin. C. de legi. Bal. consi. 344. in prin. uolu. i. & cosi. 294. in fi. eo. lib.

Pro nullo hoc habetur, nec ulla sen-
31 tẽtia est &c. nimirũ, quia lata † a iudice inconpetenti, quod ex eo apparet, quia ius dixit inter quos iurisdictionem nõ habebat, ut paulo ante dicitur & probatur in .l. fi. C. si à nõ compe. iudi. fue. ap. l. si quis filio. §. quod si quis. ff. de inius. testa. c. nullus, de par. & ideo dicebat Bal. quod sic lata sine ordine, & sine citatione, lata uidetur, in .c. i. in .§. sancimus, in prin. quo tempo. mi. in usib. & in .c. i. in .§. si acta, colum. 2. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. eod. lib. q̃ acta facta coram eo, debent lacerari, & plus consi. 332. in prin. uol. 2. q̃ nulla, aliqua est, antequam declaretur nulla nec re uero, nec nomine, sententia, si lata sit à iudice incompetenti, qua ratione Christus ad Herodem, & ab Herode ad pilatum, missus est. Et dixit Columban. in prati. sua, articu. 35. quod nulla potest esse maior nullitas, quam ratione incõpetentiæ optima glo. in cle. i. de seq. po. & fruc. & si excommunicatio innodata sit à iudice suo, uel iusta fuerit, uel iniusta, timenda est, si à non suo, nulla. c. pe. de sen. excom. Calde. consi. 9. eo. tit. late dixi ego, in .l. si conuenerit, de iu. o. iud. noui me Bellame. deci. 747. colum. 2. multa Afflic. in .c. i. num. 132. de mi. ua. q. contu. est in usib. In cæteris, quo ad q. represaliarũ, quia Bart. se remittit, deq; his qui possunt facere statuta, dictum ẽ in .l. i. de offi. eius, & in .l. imperium, de iu. om. iudi. satis, claraq; omnia, quo ad materiam. l. si quis non dicam rapere. C de ep. & cle. Finem facio & ad glo. Bar. & Docto. remitto te, ut ubi aliqua etiã uidenda relinquam.

Additio.

Multa ad propositum dicta fuerunt, sed nouissime dubito quid in Papa, & Cæsare, nunquid suis legibus ligentur, &

Et prima facie uideretur dicendum qđ non,ex quo ille est supra ius, & habet plenitudinem potestatis maxime in beneficialibus .c. proposuit de concessio. præb.Iste uero legibus solutus est.l. princeps.ff. de legi. Vsq; adeo ut eis dicere cur ita facis,sacrilegium sit.l.2.C. de cri. sac.Bald.pulchre consil.477.uol.i.& ita sensit glo.in.c.i.de consti.

Tamen contrarium uerius est, ex quo Papa primum,postea Cæsar ligantur dictamine iuris, & rationis naturalis,ut plene dixi in.c.i. de proba. naturalis ratio autem dictat & ius ut leges seruent, quas promulgarunt,ut hic in prin. inq, his uerbis, hoc edictū summam habet æquitatem in.c.cum omnes, de consti. ubi istud de quo hic rursum,canonizatum est,æquitas à iure,& ratione naturali processit,imò sunt idem effectu,ergo.Et ponderandum est,quod non simpliciter dicit tex. æquitatem habet, sed summam, uerbum sanè non ociosum, ut in simili dicitur in .l. quod ait lex .ff. ad legem iuliam de adul.& summam.i. maximam.l.quilibet.C.de decu.l.ciues C.de incol.lib. 10. & super eminentem l.cum usumfructum.ff. duib. mo. usuf. amit.c. damnamus in prin. & in .§. nos autem de summa tri.& fi.catho. & hinc uulga.illud.Summum ius summa iniuria,& est etiam bonus text. ad hoc in .l. bona fides in prin.ff. depo.

Nec ob.quod Papa sit supra ius, ꝑq; habeat plenitudinem potestatis, quia uerū est in beneficialibus(ut dictū fuit) dispēsando,& cum causa quidem,alias esset non dispensatio,sed dissipatio potius.l.in rebus.ff.de consti.prin.l.minor autem magistratus.ff.de mino.c.requisitis.i.q.7.Old.consi.327.in prin.Gui.Pa. decisio 140.colum.2.& 3.Imò dicit Bal. in consi.præallega. 477. quod suprema eius auctoritas est loco causæ non tenēdum tamen, & obiter nota quod dispēsatio Canonis est,non legis ciuilis,quoniam tunc non posset esse iudex lege ipsa clementior,ut per Bal.in rub.de testi. cogen. colum. 2. & quod sublata causa dispensationis tollitur dispensatio inquit idem Bal.in.c.si alicuius num.2. 3. de electio. sed ad propositum redeūdo non quod nō teneatur ad obseruantiā legis,à se promulgatæ.

Et quanquam dicat tex.(quo ad Cæsarem ac secundo loco)quod solutus legibus est.d.l.princeps,attamen naturali iure & ratione ipse quoq; legi alligatus est,quam pariter promulgauit.l. digna uox.C.de legi.l.ex imperfecto.C.de testa.Item legibus solutus est,sed non tamen ut iniqua faciat sed ut Deū timeat iustitiam & æquitatem colat, æquitas autem est ut legem seruet quam ꝓmulgauit,ergo alias nomen Cæsaris amitteret,& ita breuiter tenendum est.

Est uerum quod difficultatem facit adhuc tex.in.c.i.de constitutio, dum dicit canonum statuta ab omnibus obseruentur, quod tamen exponitur ibi ab omnibus subditis ergo non à principe seu papa legem promulgantibus.

Ex quo non æque conuenit ut in.d.uerbis quanuis uniuersalibus persona eorum includatur.l. inquisitio.C.de solu.

Sed potest responderi quod imò includatur,ex quo uerba illa sunt legislatoris ipsum omnino(ex supra dictis) includentia, & quia si iudex quencunq; ingredientē scholas excommunicaret, utiq; ēt in uerbis excommunicationis includeretur,ut tradit Cyn. in.l. quidā C.de sacrosanc.ec.& not. Alex.in.l.3.in .§.si procurator infra eo.

Et ad titulum , habentem orationē perfectam , ut supra histo.addenda etiā est,sicuti enim Carbonem, Pompeius, (ut memoriæ proditum est) persecutus est,catenis deuinxit,&caput ad Syllam misit,ita Pompeii caput, Ptolomeum ponti regem ad Cæsarem misisse ferūt.

Die ult. Aprilis 1552. Patauij.

ADDITIONES AD L. I. .FF. quod quisq; iuris.

Additio prima.

Ad materiam inquit Bal.in.§. iudex num.17.in Marga. quod iudex in criminalibus ratione doli tenetur ad simili-

tudinem supplicii, & ibi tradit exemplum.

Et ad regulam facit quia sicut iudeus in Sabbato non conuenitur, pari modo nec conuenit.l. die sabbati.C. de iudæ. Io.And.in Mercu.in.c.qui ad agendum colum.i.de regu.iu.in 6.

Et in statu.adhuc Bal.in.§.episcopus num.2.quod episcopus non potest suo statuto absorbere ius alteri quæsitum, quodq; hoc casu, in eo non potest exēplificari quod hic dicitur, quia non ualeret, alias sic, si concederet dilationem executionis.

Et ad illud patere legem quam tu ipse tuleris, Adde Albe.in.l.princeps.ff.de legi.de quo etiam Math. 23. ibi alligant enim grauia onera & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Vnde hinc serui, bello capti, seruantur nec occiduntur, ne aliquando (ut hic dicitur fortuna enim anceps est, & uaria, & nō semper nobis arridet) quod quisq; iuris in alterum statuerit ipse eodem iure vtatur, conducitq: exemplum.C.licinii &.l. Sestij trib. pl. qui ne liceret cuiquā plus quingentis iugeribus agri possidere legem tulerūt, Postea ex his licinius lege lata damnatus est, quod plus quingentorum iugerum agros possederit histo.apud liui.nota est.

Lex naturalis hoc dictat quod tibi nō uis fieri aliis fecisse caueto.c.i. i.d.Apostolica Math.7.omnia quæcunq; vultis ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis.

Canonica in.c.cum omnes de const.

Poetica alias sapientis, Patere legem (ut supra) quam tu ipse tuleris, & ut hic per glo.

Humana .l. si quis.C. de testi. l.cum Papinianus.C.de sen.

Ciuilis.l.ratas.C.de rescinden.uen.l. i.ff.de sol.Bal.in.l.iustitia ad fi.ff.de iust. & iu.

Et fœudalis deniq; quia si dominus non iurat de cal.nec iurat uassalus.c.i.§. in quibus & ibi idem Bal.in prin. de cō sue.rec.feu.in usib.

Et quadrat (præter exemplum supra dictum), puerbium, VLTIO NEOPTOLEMEA, quod Neoptolemus priamum ante Iouis aram iugulauit, & ipse quoq; ante illam Apollinis iugulatus est, autor Pausan.

Additio secunda.

Dum in suprascriptione huius legis dicitur (quod omissum est) lib.3.ad edictum. Scias Vlp.lib.83. scripsisse ad edictum ut testatur Rutilius in uita ipsius.

Et ad edictum dic, exponendum, ut dicitur etiam in.l.maximum uicium.C de lib.præte.Alex.declarat in.l.i.colu.2. ff. si cer. peta.suppletioq; necessaria est argumentum in.l.oratio.ff.de spon. & in.l.i.ff.de testa.& in.l.i.C. de fideicom.

Et longe melius quam figurate loq; est supplere, pro latinitate falsa saluanda, seu uitanda, inquit Bald. in.l. eam quam .C. eo. ex quo figura orationem corrumpit, & post eum Ripa in rub. ad treb.in prin.& male quandoquidem ornet potius, ad idq; fuerit inuenta, non tamen quod suppletio hinc etiam laudanda non sit, argumentum in .l.i.in.§. quamuis.ff.de uen.inspi.

Additio tertia.

Quod iste titulus ē singularis ut tradit Albe.in prohe. ffortum colum. 5. & in tracta. represaliarum colum. 7. dicit Bar.quod gens contra quam fit concessio represaliarum, poterit eodem iure uti contra concedentem per istum titulum.

Additio quarta.

Quod oporteat iniuriam habuisse effectum, uerbaq; aliter sint intelligenda ut quis in edictum incidat, præter dicta hic in ver.hæc autem uerba facit, qa si uasallus contrahat cū aliquo, & obliget omnia bona sua, non propterea cadit à feudo si stat in finibus uerbi, nec procedit ad aliquem actum facti seu traditionis, ita Bal.in.c.i. col. 2. de prohib. feu.alie.per Fede.in usib.

Et ad idem, quod uerba præteriti tēporis perfecti, ut hic statuerit, uel fecerit, significent seu requirant actum consumatum tradit Corne.consi. 175.ad fi.

uo-

uolum.3.

Et si dictum esset quod papa assumpserit in cardinalem aliquem intelligetur absolute & perfecte ut idem Corn. ait consi.278.nu.11.eo.lib.

Et ita rem perfectam significarent testes quoq; si dicerent quod testator disposuit de bonis suis, inquit idem Cor. consi.307.num.7.eo.lib.

Et ad regulam quod uerba cum effectu intelligi debent, multa congerit Feli.in.c.rodulphus col.3.de rescrip.

Et hinc est quod Comites Palatini, & Episcopi, ac reges, non habentes comitatus, siue redditus, aut regnum ut Rex Scachorum, sunt tales abusiue quidem & uerbotenus (ut hic dicitur) non uere, habentes nomina tantum, ut per glo.in.c.pudor 32.q.2.Bal.in.c.i. quis dica.Dux Com.uel Mar.in usib.Ias.in.l.i. colum.4.ff.de offi.eius.

Additio quinta.

Ad illud si impetratio iuris iniq. fuerit nulla (quod fere idem est) quod non habebit locum retorquutio, sed cessabit, uidendus est Corn. in pulchro casu consi.181.col.3.uol.3.

Et ad supra dicta redeuntes, quod uerba præteriti temporis denotent rem perfectam, tradit Alex.consi.28.colum. 2.uolum.i.& consi.31.colum.3. uolum. 2.& consi.35.col.2.uol.4.

Et quod attentata nec perfecta haud sufficiant tradit Ro. hic dicens ex his Florentiæ obtinuisse, quod assasini attentantes & non perficientes haud punirentur, quem refert & sequitur Afflic. in.c.i.in.§.si uoluerit colum.3. de cap.q. cu.uend. in usib. quod tamen apud me dubium est.c.i.de homi.in 6.l.si quis nō dicam rapere.C.de ep.& cle. nec facit ꝙ hic dicitur, quia in criminibus grauioribus fallit & limitatur ut in.d. locis legitur igitur cogitandum est.

Additio sexta.

Ibi hoc (quod prius dicere etiam debebam) sciendum est, quod pronomen istud, ē demostratiuum ad oculum corporis, ut inquit Bar.in prohe. ffórum in .§. illud autem & probatur in .l. nemo ff.de hære.insti.& in .l. si stipulatus fuero hanc summam .ff.de uerb.ob. quando maxime īseritur rei uisibili actu manenti.l.meuius .§. duobus.ff. de lega. 2. Alias si rei non permanenti, uel non uisibili, uel rei future, tunc stat intellectiue siue refertur ad oculum intellectus ut hic & in.l.i.ff.de pac.& in.l.i.ff.de no. o.nun.& in.l.2.ff.de cap.di.Bart.in.d. §. illud autem Bal.in prohe.Cod. in prin. colum.2.& iuxta illud Eneid.6. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis, sed reuocare gradum superasq; euadere ad auras. Hoc opus hic labor est, triplex.n. oculus est, corporis intellectus & administrationis ut per glo.in.c.quorundam de elec.in 6.& in.c.testes 3.q. 9.

Secundo difficultatem moueo,cum remedia sint plura ut supra quare hic de multa tantum dicatur,ut glo. declarat, & respondeo forte dici quia multa ab homine imponitur pœna à lege.l.aliud est fraus.ff.de uer.si.l.i.C.de his qui ex pub.ra.lib.x. Vel quia magis usitatū est,argu.in.l.si constante in .§. quotiens ff. solu. mat. & in .l.illud.ff. de excu.tu. cogita.

Tertio & ultimo dubitare contingit
60 †quia dicit Bar.hic iurisdictionem suā, quid in aliena,& respondet,quod poterit eam defendere, subiiciens plerunq; euenire quod ecclesiasticus inuocat brachium seculare, & è contra, & minus

potens

potens auxilium potentioris, ut in iuribus, p eum allegatis, optime probatur & in.l. qui restituere .ff. de rei uen. pulchre Bar.in.l.a diuo Pio,in.§.sententia, num.4.ff.de re iudi.aliquid Bald.in.l.& quia,in.i.lectu.supra de iu.o.iud.Bellē. multa in tract.de charita.sub.q. 57.si papa,in fi.Calca. consil.118. sanctissimus, colum.i.& secunda & plerunq; dixi,qa inuocatio non fit regulariter, nisi fuerit opus.c.i.& ibi Archi.in fi.de sta.re. in 6. immo inquit Old.consi. 89. ad fi.quod tunc locum habet quod dicitur, in.c.i. de offi.ordi.allega. per Bar. quando iudex ecclesiasticus fecit quicquit potuit. Et prædicta uerba si opus fuerit, apponuntur semper in literis apostolicis, & not.in.c.quoniam,eo.tit.Bald.in.l.2.C. de his qui lat.occul.& ad materiam dicebat etiam But. in.c.i. in prin. de elec. hac de re, si quis ecclesiam sit adeptus, non tamen canonice, & debito modo, quod expelli poterit, & propter ipsius potentiam inuocari (ut diximus) brachium seculare,& Inno.in.c. licet ex suscepto,de so.comp.quod è contra si imperator subditos inobedientes coherce re non posset,papa,potentia sua,& gladio spirituali,tenebitur ipsorum audaciam compescere, & Archi.in.c. cum q dam,in prin.de excep.in 6. quod si princeps,seu iudex secularis inuocatus,hoc facere nequeat, detractetq; opem ferre clerico inuocanti, est ipso iure excommunicatus,& not.in.c. administratores 23.q.5.

Sed ob.uerba tex.dum dicit, iurisdictionem suam, uulga.l.non aliter.ff. de lega.3.Pomponius.§.i.in fi.ff.de procu. Et quia defensio permissa est offenso .l. ut uim.ff.de iusti.& iu.l.i.§.uim.ff. de ui & ui arma.ergo non alteri.

Sol.etiam quod dicat suam,non est propterea quod non comprehendat alienā quoq; ex quo uerbum est, factum notans non iuris misterium, ut in simili d.l.ut uim,declarando dicitur, in.l.i.C. unde ui.l.pe.§.fi.ibi triennio exacto ubi Alex.ff.ad legem fal.ego late in libel.de mo.sol.cō.5.etiam quod defendens,cuius auxilium imploratur,non sit offensus ex supra dictis,quæ non repeto.

Cætera clara sunt, nec dubitationem habent.ideo ea uideas tu,ne in me regeratur illud,quod multitudo rerum onerosa est,nihil habens honesti, de quo p glo.in.c.cum sit ars, de æta. & qua. melius B ut.in prohe.Grego.colu. 7. quod docentes breues esse debent,quodq; loqui debent pauca,& conclusiue quidē, ut in præsentiarum fecimus nos à solito stilo de industria deuiantes.

Additio.

Dubitat Bar.hic quarto loco,si multa imposita sit an possit ex causa minui puta ratione paupertatis, & respondet quod sic,& bene per tex.in.l.illicitas.ff. de offi.præsid.& in.l.eos ad fi.C.de modo multa.ubi utrobiq; text. clarus, & not.in.l.& in multis.C.de ap.

Adde quod est unus de casibus priuilegiatis,in quibus paupertas prodest q̄q̄ dicat Cy.a tali pdesse liberet nos Deus in.l.i.in prin.C.de ope.lib.& in.l.si quis ad declinandam.C.de ep.& cle.ad fi.

Secundo adde,qnod in pœna nocet, ut sentit Bar.hic, declaratu quia qui nō habet in ære luit in corpus.l.i.ff. de pœ. l.quicunq: C.de ser.fug.

Tertio adde quod potens, & uolens est in maiori contumacia,quam pauper ut not.idem Bal. in.l.fi.in.§. & si præfatam col.2.C.de iure delib. post Inno. in c.p.& g.de offi.del.

Quinto & ultimo dubitat Bar.an ab impositione multæ possit appellari, & ad istud quoq; respondet quod sic & bene,quia est casus pariter in iuribus per eum allega. adde tu rationem quia lex pœnam imponit(ut dicebam supra)homo multam, uerum ab iniquitate legis non appellatur, iudicis sic .l.i. ff. de ap. ergo.

Sed unum ob. nanq: uerus contumax non appellat.l. & post edictum .S. fi. ff. de iudi. multa imponitur ratione contumaciæ, ergo non appellabitur.

Sol.non appellat à negotio principali, seu à sententia super his quæ ueniunt

ab

ab extrisseca natura iudicii, sed bene ab his quæ ueniunt ex accidenti propter contumaciam ut in multa alias corrigeretur quod dicitur in.d.l.si qua pœna & in.d.l.& in multis,& malc.l.i.C.de inoff.dot.l.fi.C.de ind.uid.tol.

Additio.

Prima quod qui non obtemperat iudici,multatur ut hic,ratio est,quia eidẽ parere necesse est, propter eius auctoritatem,&qui non paret præsumitur esse in dolo,& ratione doli præsumptiui(ut dixi)multatur, etiam si præceptum fiat sine causæ cognitione,in pertinentibus ad eius officium.l. seruo inuito .§. cum prætor.ff.ad treb.l. prætor .§. marcellus ff.de iudi.l.non potest dolo carere.ff. de regu.iu. l.i.C. ad legem Cor. de sica.l.si non conuicii. C.de iniur.Gui. papa decisio.359.& consi.171.num.5. est uerum si non multetur(ut subiicit ibi in fi.)intra annum, quod multari amplius non poterit & probatur in.§.fi.infra ea.lege.

Dicit etiam per istum text. Bellame. decisio.680.& per tex.in.l. contumacia in prin. & in.§.i.ff.de re iud. quod contumacia requirit contemptum,& quod mortuus ad propositum de quo ibi contemnere non potest.

Additio.2.

Ad id de quo hic, quod delegatus non possit multare, nisi in casu .l.2.C. de modo multa. dic fallere in curia delphinatus ut probat Gui. papa decisio. 60.quod tamen possit coercere regulariter impedientem iurisdictionem suam, tenuit Bart. in.§.i.in fi.infra eadem lege nisi sit collega qui turbet, quia tunc secus,ex quo par in parem non habet imperium.l. nam magistratus .ff. de arb. l. qui proprio.ff.de procu. Feli.in.c.i. col. 7.de offi.delega. Imò & multare in pluribus casibus ut supra,&vt per eundem Feli.in.c.de causis col.5.eo.ti.

Additio.3.

In lectu. sum sequutus communem intellectum,quod duum uiri essent magistratus municipales, non de maioribus,cogita nunc tamen, contrarium dici posse, quia in crimine perduellionis, ex his alter dicebat(autor est Cice.)I lictor colliga manus, caput obnubito, arbori infelici suspendito, cuius auctoritate freti,sic forte sustineri posset intellectus secundus, quod text. restitui debeat,ut nõ tantum duumuiris legatur. Magna est tamen illa pandectarum,iterato igitur dicam tibi,ut cogites,& crimen perduellionis scias alias Tullum hostilium,contra Horatium interfectæ uxoris reum.

Vltra obiectiones item factas,contra istud de quo hic, quod qui iudici non obtemperat puniendus est, unam formo nunc etiam & urget, nãq; princeps (& sic fortius) scribit officiali ut aliquẽ suspendat,non obtemperat, & tamen non punitur.l.si uindicari. C. de pœ. Sol.obtemperat, sed supersedet diebus 30.ut sit locus uel misericordie, uel pœnitentiæ.c.cum apud 11. q.3. & suasu D. Amb.l.illa si uindicari à Gratiano, Valentino, & Theodosio Imppp. condita fuit,ut inquit Ias.in.l.puniri,ubi & nos late in æquilib.lib.C. si con. ius uel uti. pub.& alibi in .l. debitoribus colum. 3. ff.de re iudi. quod deberet scribi litteris aureis.

Additio.4.

Quod compulsio,triplex est,Manus militaris.l.qui restituere.ff.de rei uendi. Altera pœna est, & pignorum captio, vt hic.Tertia iuramentum in litem,contra dolosum.l.a possidentibus ubi.glo. C.eo.

Additio.5.

In prin.ibi duumuiris,scias olim his quinquagesimaOlimpiade,ex eleorum ciuitate, sorte ductis(ut pausanias refert) Olimpiorum curam mandatam fuisse. Et plus, quod stella Patauinus, noster,poeta non ignobilis, dignitate, honoribusq; publicis,cohonestatus est non modo prætoria, uerum etiam duũuiratus,argu.planè apertissimum, duũuiros non defensores ciuitatum fuisse, uel

uel aliter magistratus municipales, put se habet intellectus cōmunis. Cogita.

Additio.6.

Ad dicta de multa quoq; sciendum est, quod Ateria Tarpeiaq: lex olim lata est a Spurio Tarpeio, & A. aterio omnibus magistratibus ius fuisse multæ indicendæ, anno.298.antea uero solis cōsulibus, dummodo uel duos boues, uel oues 30.non excesissent.

Additio.7.

Ad.§.i. ibi extremum iurisdictionis, dic quod est executio, potentissimum quiddam, in judice, & fortior uirtus, rei iudicatæ, quam iudicandæ, ut per Bald. in.c.fanè nu.i.de offi.del.

Et ad glo.in.§. fi. (eritq: additio.8.) quod ex simplici contumacia non debet perpetua audientia denegari, vt etiā dicit Ias.in.l.2.colum.3.C. de eden. ubi etiam Deci.nu.30.& Bald.in.c.i.de mil. uas.qui contu.est, nisi esset datus terminus, cum cominatione, ut not.in.d.l.a. ubi idem Deci.num. præallega. Seysel, in.l.si mora col.fi.ff.sol.mat.

Laus Deo Opt.Max. Die 4.Maij.1552.

SVMMARIVM.

L.pleriq; .ff.de in ius uo.

1 *Lex ista licet breuis sit est tamen quotidiana, & practicabilis.*
2 *Lex ista solet sæpe dari in punctis.*
3 *Citatio fit tribus modis, uerbo tantum, uerbo & re, nec uerbo, nec re.*
4 *Fæmina capi non potest etiam si debitum sit fiscale.*
Si contractum autem fuerit ratione tutelæ sic ibidem.
5 *Dubitandi ratio prima.*
6 *Secunda.*
7 *Tertia.*
8 *Decidendi.*
9 *Intellectus.l.ex omnibus.C.de decu.lib.x.*
10 *Intellectus ad.l. ait prætor .§. si debitorem. ff. quæ in frau.credi.*
11 *L.quod maior.ff.ad municipa.multipliciter declaratur.*
12 *Negatiua dictio uniuersalis, non semper negat.*
13 *Nec affirmatiua semper affirmat.*
14 *Domus cuiusq; tutissimum refugium est, uel propria fuerit, uel aliena.*
15 *Citatio realis, soli ordinario permissa est.*
16 *Creditor non propterea fraudatur, licet debitor latitet, nec uerbo, nec re, possit citari.*
17 *Citatio quomodo fiat, si creditor in po. mittatur pro modo debiti declarati.*
18 *Receptaculum quare dictum sit.*
19 *Ostium domus, an idem habeat priuilegium, quod habet domus.*
20 *Ostium dicere, est improprie loqui, & ianna dici debuit.*
21 *Quid in taberna.*
22 *Taberna & non apotheca dici debuit.*
23 *Et ibi quare.*
24 *Porticus, an priuilegium habeat. quod habet domus.*
25 *Intellectus ad.l.cætera.§. hoc Senatus consultum.ff.de leg.i.*
26 *Citans realiter in domo aduersarium, tenetur lege cornelia de iniuriis, siue actione iniuriarum.*
27 *Actio iniuriarum, in casu istius legis, an sit prætoria, uel ciuilis.*
28 *Iniuria unde dicatur.*
29 *Actio iniuriarum, an sit famosa.*
30 *Actio iniuriarum an detur pro re minima.*
31 *Vis, est multiplex.*
32 *Vis, de qua hic, qua sit.*
33 *Debitor inuentus extra domum, & à familia fugatus usq; in domum, an ibi sit tutus.*
34 *Et ibi de asylo multa.*
35 *Domus, an sit tutissimum refugium debitori, si causa ciuilis magna sit.*
36 *Nauis, an habeat priuilegium, quod habet domus hic.*
37 *Debitor fisci, an in domo sit tutus.*
38 *De domo inuitus an quis extrahatur, si minetur ruinam.*
39 *Et ibi, quod est limitatio, non faciens ad propositum.*
40 *Molendinum, an tueatur debitorem, ut domus.*
41 *Et ibi quid si in agro inuentus sit.*

CAIVS LIB. I. ad.l.xij.tabu.

L. 1 PLERIQ;, practicabilis, & quotidiana † est lex ista, licet breuis, soletq; 2 sæpe dari † in punctis, habens amplius in se nonnihil difficultatis, ideo ad euidentiam, ut solemus, premittenda necessario sunt aliqua, & maxime, quod citatio † fit tribus modis, uerbo tantum, uerbo & re, nec uerbo nec re, uerbo tantum si sit mater familias, quia ad iudicium trahi non potest, ne cœtibus uirorum se immisceat.l.i.§.sexum.ff.de postu. l.2 C.de his qui ue.æta. impe. c. mulieres, de iudi.in 6.si tamen in domo sit,& præstet aditum,uel ex publico cõspici possit,aut extra domum,& hoc casu melioris conditionis est,quam masculus,priuilegiata tamen,in casibus tantum à iure expressis.l.in multis.ff.de sta.ho. l. fi. & ibi Bal. quam ordine præpostero ponit ante.l.cum falsa.C.de iu.&fac.igno. Bar.in.l.si quis sub conditione, num.18 ff.de testa.tu.Ias.in.l.si quis maior, col. 2.C.de transac.Deci. in regu. fœminæ, num.93.de regu.iu.Vnde uidemus etiã quod inter egregias personas connumeratur, quibus mitti domum iusiurandũ oporteat,ut not.in.l.ad personas, egregias.ff. de iureiu. quodq; regulariter in 4 carcerem † detrudi non potest.l.i.C. de offi.di.iudi. authen. hodie. C. de custo. reo.§.necessarium in authen. ut nulli iud.etiam si debitum sit fiscale, ut in.d. locis legitur. Et mirum uidetur quod possit,si contractum sit ratione tutelæ, uel si inuentarium non confecisset, aut librum rationum.l.3.§.tutores.ff. de suspec.tu.Bart.in.d.l.si quis sub conditione num.præallega.& in authen. matri, & auiæ.13.C.quando mu.tu.offi.fun. & tamen non possit.d. casu, potest etiam uerbo tãtum citari quis alius in domo, si præstet aditum tamen,uel ex publico conspici possit, ut in.l.seq.infra.Verbo & re,qui extra domum inueniuntur, si nolint ad iudicium uenire, in loco publico,balneo,uinea,uel foro,probatur, quia si non possunt in domo necessario poterunt extra domum .l. cum prætor ff.de iudi.c.nõ ne de præsump. obiterq; notandum est potuisse reum rapi ut inuitus etiam ueniret ad iudicium iuxta illud Hora.

Casu uenit obuius illi,aduersarius, & quo turpissime? magna exclamat uoce & licet attestari?ego uero Oppono auriculam,rapit in ius.Idemq; apud Liui. legitur Horatium quia sororem flentẽ interfecerat, in ius raptum fuisse ad regem. Ex quo tunc cessat etiam tutissimi refugii ratio, ut hic, & in.l. sed etiã & seq.infra eo.& ita hanc.l.ad istud, inducit Cur.in.l.i.nu.25.supra si quis iusdi.non ob. Nec uerbo,nec re, quando quis est in domo, nec præstat aditum, nec ex publico conspici potest,non uerbo,quia latitat,nec(ut dixi)aditum præstat,aut ex publico conspici potest, nec re,quia domus uniuscuiusq; tutissimũ refugium est,ut statim dicemus, & qui secus facit uim inferre uidetur, & quoniam domus fit mentio, posset præmitti quoq; quod pluribus modis sumitur & quomodo sumatur hic, ut pulchre declarat Pau.cast.consi.92.colum.i.&2. uolum.i. Et quo modo securitas pluribus modis considerari potest, naturalis iurisgentium, & ciuilis expressa & tacita & quod hic de tacita agitur,ut not.in tracta. Benedic. Valen. de saluo conductu par.i.in prin.col.i.&2.

5 Dubitandi ratio † esse potuit (summario & diuisione facilis est, ut in ea) quia latitando,quodammodo iusdicentis authoritatem contemnit.l.si quis ex aliena.ff.de iudi.l.i.supra ti. proximo .l. pe.§.i.ff. ne quis eum qui, & quodammodo sui furtum facit .l. ancilla in arg. ff.de fur.Ias.in.l.i.in prin.C.de ser. fugi. Sol.si nullo modo citatus est,nõ potest dici quod iudicem contemnat.d.l. si q.s ex aliena,argu.in.l.decem .ff. de uerbo. ob. Et quia fortassis causam habebat latitandi,quæ ipsum excusat,etiam iniusta,& cui dolus hac de re imputari non potest, nec esse quouis modo, quo ad

iudicis

iudicis contemptum.l.i.§.dolum .ff. de
dolo,& est glo.de causa iniusta,in.l.i.in
.§.fi.supra si quis iusdi non ob. & in.l.si
plagii.C.ad legem Faui. de plagia. Ex
quo tollitur etiam quod sui quodam-
modo furtum faciat. Secunda potuit es
6 se ratio dubitandi † quia si contumax,
inobedientiæ prætextu, tenetur parti,
actione in factum, ad interesse, siq; ei
multa à iudice infligitur, præallega.l.i.
in prin.& in.§.fi.supra tit. proxi. debet
utiq;,& multo quidem magis posse rea
liter citari & ad iudicium trahi, etiam
inuitus.l.non debet.ff.de regu. iu.c. cui
licet,eo.ti.in 6. Quæ etiam non conclu
dit,quoniam bene uerum est, quod ra-
tione contumaciæ multa imponitur,in
odium contumacis, & quia deliquit .l.
omne delictum.ff.de re mili. sed non vt
latitans hic ad iudicium inuitus traha-
tur, ex quo delictum ei imputari non
potest,cum(ut diximus)citatus nõ fue-
rit. Tertia & ultima potuit esse dubitan
7 di ratio† quia de criminalibus,ad ciuilia
arguimus.l.absentem .ff. de pœn. & de
delictis ad contractus.l.omnem.ff.de iu
di.uerum in criminalibus cessat ratio
tex.ut per glo.infra eo.in.l.sed & si.&in
.l.nemo.ff.de regu. iu. ergo & in ciuili-
bus. Ad quod etiam pro solu.dici po-
test,non semper esse uerum,quod de ci
uilibus ad criminalia, uel è cõtra argua
mus,nec oĩ casu, vt insti.de pub.iudi.in
prin. & multo minus hic, quoniam ab
omni securitate semp excipitur dolus,
& delictum.l.si seruus uetitus.ff.de leg.
i.Bal.consi.400.quod Iacobus, colum.
i.uolum.i.de securitate domus priuatæ
intelligendo,nõ publicæ,puta ecclesiæ,
uel principis,quia tunc secus.l.præsen-
ti.C.de his qui ad ec. confu.l. addictos.
C.de ap. Vnde esto quod cesset ratio in
criminalibus,per regu.l. ita uulneratus
ff.ad legẽ aqui.non tamen cessat in ciui
libus,& plus q̃.d.l.absentẽ, alio casu p
cedere, declarat Bal.in.l.i.in ulti. col. C.
8 de summa tri.& fi.ca. Decisionis rõ† po
nitur in tex.similisq; ẽ in.l.nemo de do
mo de regu.iu.& in.l.3.in.§. prætor ait,
in prin.ff.de dam. infec. & in.l. i. & ibi
Bar.ff.ad Syllani,cepo,caute.51.Bald.in
prohe.rex pacificus,col.pe.Ias.in.l.fi,in
prin.C.de procu.Ro.consi.234.aduertẽ
dum,in prin.Abb.in.c.lator,ad fi.de pi-
gno.& nota,q̃ est securitas legis,ad dif-
ferentiam securitatis hominis,si data sit
alicui,q̃ pro debito conueniri non pos
sit,ut per eundẽ Bal.con.præallega.q̃q;
putauit legislator,iniuriam, quæ fit in
domo longe maiorem esse omni alia,vt
in.l.quod ait lex,in fi.prin.ff. ad legẽ iu.
de adul.Bald.in.d.l.i.ad Sylla.in prin.&
q̃ hac rõne deniq; lex Cornelia punit
in tribus casibus,si quis pulsatus sit,ver
beratus,domus ue sua, ui introita.l.lex
cornelia,ĩ prin.ff.de iniur.Ros. de libel.
in 4.par.si aliquis uerbe.in prin.pulsare
enim est sine dolore, cum dolore uero
uerberare,ut ibidem,in.§.inter pulsatio
nem,quanuis aliter dicat valla, elegan.
lib.6.c.464.sed a Iuriscon. nunc non re
cedemus, & domũ intellige, quoniam
uerbũ est(ut dixi in euidentialibus) qđ
multis capitur modis, idest simplicem
habitationem, licet ius in proprietate
non habeat.d.l.lex cornelia.§. domum,
late Pau.de cast.consi.92.notandum,co
lum.i.uol.i. Sed dubium facit adhuc
quoniam decurio priuilegiatus est,&di
gnitatem habet.l.fi. ff. de decu .l. decu-
riones.C.de quæst.& nihilominus inui
tus etiam de domo extrahitur.l.ex om-
nibus.C.de decu.lib.x. Sol.speciale est
9 d.casu † ratione publicæ utilitatis, quæ
priuatæ est preferenda,ut ibi dicitur, &
in.l.unica in.§.fi.C.de cadu.tol.&exem
plum in curialibus, qui ad subeundam
publicorum munerum functionem p-
trahi possunt,&illũ tex.dicit singu.Ro.
in.d.§.prætor ait,in prin.Ias.hic, & cla-
rius in.l.stipulationes non diuiduntur,
in prin.in ult.col.ff.de uerb.ob.& sic ad
factum compelli qđ pro limitatione .d.
l.stipulationes non diuiduntur, &.l.si
quis ab alio.ff.de re iudi.est notandum,
ubi in factis succedit ob. ad interesse.
Ad idem, si suspectus de fuga in domo
capi potest, ut not.in.l.uinum.ff. si cer.
pet.& propria quidem creditoris autho
ritate.l.ait prætor.§.si debitorem.ff.quæ

in frau. cre, cur non debet posse etiam realiter citari latitans, authoritate iudiciaria.

Ad quod etiam dici potest, forte per istum tex. non esse uerum, ut in. d. l. uinum habetur, & de stylo seruatur contrarium, qui in causis est maxime attendendus. c. quam graue, de cri. fal. l. si de interpretatiõe. ff. de legi. & minus quod propria authoritate creditoris capiatur
10 quia nec istud simpliciter uerum est† nisi concurrant tria, quod iudicis copia haberi non possit, quod fugiat cum pecunia ipsius creditoris, & quod suspectus deniq; factus sit post contractum, ut per Bar. consi. 105. inquiritur, colum. i. & Ange. fusius, in. l. extat, in 2. st. quod met. cau. Ad idem uidetur casus in. l. i. ibi non domi &c. C. ut omnes iudi. tam ciui, quam milita. Sol. speciale est etiam in eo, qui finito officio debebat sindicari, ut plene Paris de pu. in tracta. sindi. fo. 82. col. 2. dicens si is, se in domo claudat, quod tutus non erit.

Pleriq; putauerunt, Et bene ratione supra dicta, ut in simili in. l. iulianus. ff. de condic. inde, & in. l. naturalem, in. §. i. ff. de acqui. re. do. & in. l. i. in. §. si uir. ff. de acqui. po. & in. l. i. in. §. fi. ff. de tute. & in. l. uerum est. ff. de fur. Sed cõtra, quia imo standum est maiori parti, & pluralitati. l. athletas, in pri. ff. de his qui not. infa. l. i. ff. de offi. quæsto. l. quod maior. ff. ad municipa. l. aliud. §. i. ff. de regu. iu. l. pe. in fi. C. de lega. lib. x. §. hæc uero, in authen. de alie. emphy. & insti. de actio. tu. in prin. ibi maiore parte tribunorum plebis, Bart. in. l. i. ff. de magistra. conue. pro qua semper præsumendum est. c. nullus 61. dist. immo quod maior pars, & totum æquiparantur. l. 2. & 3. C. de prædi. de. lib. x. quodq; finguntur omnes ad fuisse, ut per Saly. in authen. sacramenta puberum, colum. ulti. C. si ad uer. uen. Alex. in. l. iurisgentium, in. §. hodie, in. i. ff. de pac.

Et contrarium eius quod hic dicitur signanter habetur in. l. i. in fi. ff. de sena. & in. l. proxime. ff. de his quæ in testa. de. ibi, & est simile in. l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. do. fac. clarius in. l. item si uerberatum, in. §. fi. iuncta glo. ff. de rei uen. quomodo ergo decisio Iurisco. hic stare potest, si pleriq; puta uerunt nullum de domo sua &c. Pro solu. di-
11 cas, quod non semper statur † maiori parti, seu pluralitati, si pauciores ratione moueantur, ut hic, & in iuribus, ad idem allega. c. i. de his quæ fi. à ma. par. cap. & ibi glo. concordantes allegat. Vel & aliter, quod statur maiori parti regulariter, sed quod maior pars est illa, quæ maiori ratione nititur, ut adhuc ibidem not. & in. c. sana quippe 9. dist. & in. c. multi in fi. 60. dist, immo quod unus solus rationabiliter omnes in suam sententiam trahere potest. l. i. §. sed neq; C. de uete. iu. enu. glo. not. in. c. Nicena 81. dist. Bal. in. c. i. in. §. iudices, colum. 3. in prin. de pa. iu. fir. in usib. Abb. in. c. i. ad fi. de consti. & in. c. proposuisti, melius colum. 5. de proba. ad saturitatem Barba. qui admi. in 8. Vel & ultimo, quod pleriq; intelligatur, idest maior pars.

12 Nullum, hæc dictio uniuersalis† negatiua est, l. nulli. C. de ep. & cle. l. nulli. C. ex quib. cau. infa. irro. l. hæreditas. C. de pac. con. & tamen in multis casibus uidemus quod sunt nonnulli etiam, qui de domo sua possunt in ius uocari, maxime (ut dicebam heri) delinquens, & designatus ad aliquod officium publicum, & ut hic per Ias. latius. Vel si sit is, qui debeat sindicari, ut inquit ultra eum Paris de puteo, in tracta. syndica. in uer. uiso de modo procedendi alias, fo. 82. colum. 2. & probari uidetur in. l. i. C. ut omnes iudi. tam ciui, quam mi. dixi in figu. casus.

Sol. etiam quod sit dictio huiusmodi, non semper tamen uniuersaliter negat, patet, quia alibi signanter dicitur, in. l. defensores. C. de defen. ciui. defensores ciuitatum nullas infligere multas & tamen infligunt, leues, ut declarauimus in. l. i. supra titu. proximo, & in. l. imperium, de iu. o. iudi. Videmusq;
13 idem esse in uniuersali affirmatiua† quæ nihil excludit, qui omne dicit. l. iulianus

nus.ff.de lega.3.c.solitæ de maio.&obe. & tamen non semper uniuersaliter affirmat.l.2.ff.de legi.l.inter omnes.ff.qui satisda.co.l.fi. & ibi glo. not. C. si. cen. uel reliq. & in terminis nostris est text. aureus in.l.si mihi mæuia, in .§. fi.ibi, nullo omnino excepto.ff.de lega.3. quē exclamat Ias.in.l.singularia,colu.11.ff. si cer.pet.

14 De domo sua, ergo si aliena † secus .l.cum prætor.ff.de iudi.l.Pomponius.§.1.in fi.ff.de procu.l. quod in rerũ § si quis post.ff.de lega.1.cum similibus & tamen hoc est falsum, quoniam istud habet locum etiam in conducta .l. lex cornelia.§.domum.ff.de iniur.l.qui domum.l.nec in ea.ff.ad legem iu. de adu. tradit Bar.hic Ias.&omnes, ideo dicebã supra pro simplici habitatione capiendam esse,nec repeto,nouissime Bald.in .l.2.in prin.ff.de ori.iu.&in.l.1.in.§.item Pomponius.ff.nau.cau.stabu. & in .l.et in 4.colum.C.de execu.rei iudi. & in.l. ea quæ, in fi. C. quomodo & quando iud. Ad quod etiam pro sol. dici potest hoc idem expressum fuisse, gratia frequentioris usus, non quod non intelligeretur etiam in conducta, iuxta glo.in l.1.C.de nili agge.non rum. & in .l.1. C. de his qui ad ec.confu.&in.l.1.C.de rap. uir.tradit Bar.in.l.certo generi.ff.de ser. rusti.prædio.plene Corne.in singul. frequentia, ex quo diuersitatis ratio assignari non potest, uulga. l. a titio.ff.de uerb.ob.

Vel & aliter, quod quamuis dixerit suam, non tamen excludit alienam.l. vt uim,ibi, nam qđ quisq; ob tutelam sui corporis fecerit &c. ff.de iusti.& iu.declarat Bal.in.l.1.in 2.lect.in 6. col.C. unde ui.&facit quod dicitur in.l.1.supra ti. proxi.ibi iurisdictionem suam,ubi Bar. nu.8.& maxime, quia esto quod uerba hæc,meus,tuus, & suus, proprietatem significare uideantur.l.2.§. in locum .ff. de religio. dicuntur tamen pronomina possessiua,ex quo ꝓprietas à possessione cœpit.l.1.ff.de acqui.po.ideo satis admitti pōt, tex.nostrum in domo conducta posse etiam uerificari, ut per Bal. in d.l.2.in prin.ff.de ori.iu.

In ius uocari, extra domum autem sic, ut dictum fuit supra quia tunc prohibitiua ratio Iurisc̃on.cessat, & sic prohibitio.c.cum cessante, de ap.l.adigere, uulga.§.quamuis,de iu.pat. & cum simpliciter loquatur, innuit hoc idem fieri posse à quocunq; iudice.l.de precio,de

15 Publicia.& male,quia † imò soli ordinario hoc idem permissum uidetur, secundum Bart.in.l.consentaneum, nu.9. C. quomodo, & quando iud.citatio enim ut hic per eundem, & in.d.l. consentaneum, & diximus in eadem. uerbalis est, & realis, uerbalis nouissime fit tribus modis, nuncio, epistola, & edicto, nuncio, uel epistola, potest quilibet ordinarius uel delegatus edicto ordinarius tantum, uel delegatus principis, realis uero, per nuncium, & soli ordinario (ut dixi permissa est. Sol.licet tex. simpliciter loquutur, probabilem tamen hãc recipit interpretationem, & distingui sic det per alias leges, ut in simil. li. noti in .l. liberti .ff. de offi. asses bo. quus tex.in §.si uero, in authen. de exhiben.re.melior in.c. super qstionum, in prin.de offi.de.

Quia domus tutissimum refugium est. &c. & sic nec uerbo nec re citari potest, ut dictum etiam fuit loco suo, & male, quoniã sic creditor fraudabitur, nec poterit consequi qđ sibi debetur, ab eo ronẽ alienũ penitus.l.1.ff.si cer.pe.l.1. ff.de co.qđ cer.lo.ex de re nō mirũ est, si in.l.12.tab.post dies quadraginta, sibi debitor dabatur dilacerãdus, multa enim turpia & miserãda patiebatur,multasq; seruili more in tergo plagas, ab ipso creditore, ut p gl.in.l.1.C.qui bo.ce.po.cui malo postea Portia & Sempronia.ll.subuenere, q corpus Ro.ciuis, uirgis, aut alijs uerberibus cædi uetabant .l. 2.ff. de ori.iu.

16 Sed pro † sol.dici potest, quod imo non fraudabitur, ex quo mittetur in po.bonorum ipsius debitoris, p mensura debiti declarati, vt in.l.seq.in fra eo. et in.l.1.ff.ex quib.cau.i po.ea.uerũ dubita

17 tur, quomo † fiet missio, si citari nō pōt quia

q a'adi tū non præstat, nec potest ex publico cōspici. l. nā ita diuus, ff. de adop. l. de uno quoq; ff. de re iudi. ex quo fit, ut non dicatur de causa constare, parte non uocata, tritaq; oīum sententia est, q causarum merita partium assertione pandūtur. l. fi. C. si per uim uel alio mo. c. cum ex literis, de in integ. resti. Gui. papa deci. 140. in decisionibus, colum. 3. Bal. consi. 8. punctus colum. 2. uolu. 3. Sol. citabitur eo modo quo poterit, relicta cedula domui affixa, vel ecclesiæ, nō secus ac edictum in albo. l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instito. l. 4. §. totiens. ff. de dam. insec. Vel publice, præconia uoce ante domum, & pulchre declarat hic Pau. de cast. pulchrius Bal. in c. uenerabilis, col. 2. de resti. spo. & in l. ēt, col. 4. C. de execu. rei iudi. Est uerū q hæc citatio ipsum non cōstituit uere contumacem, sed fictum, qq; hac de re multari non poterit, vt dictum fuit in. l. i. supra ti. proxi. & q deniq; missio erit satis. d. l. satis infra eo. & ex primo decreto quidem, nō ad uenditionem procedatur, sed ut responsurus ueniat ad iudicium, quia latitatio non est dolosa. l. fulcinius. §. i. ff. ex quib. cau. in po. ea. & not. in. d. l. satis. & in. c. quoniam frequēter, in. §. fi. ut lite non contesta. Et ad verbum ipsum adde, quod sic Asylum Romuli quoq; quoniam ad illum confugientes erant tuti pariter refugii domū appellabant, autor est Abb. husper gen. Cron. lib. i. de regib. Italie. Et quod hinc non ab re inquit Cice. in ora. pro domo sua. Nihil sāctius nihil oī religiōe munitius, q̄ domus uniuscuiusq; ibi aræ, ibi foci, ibi dij penates, ibi sacræ religionis cerimonie, continentur, illud perfugiū ita sanctum omnibus ut inde arripi neminē fas sit. Atq; receptaculū hoc dixit
28 † quia ꝓprie receptaculū dicitur locus securus, in quo quis se tuto recipit, & ad quē cōfugit, qđ his uerbis Ci. in Verrē. 7. sentit. Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit, & in Pisonē, ibi, cui tēplū illud fuit ueterum Catilinæ militū receptaculum, hinc recipere proprie est refugiū, abscondēdi causa, seruo ꝑstare, uel in suo agro, uel in alieno loco, ædificioue. l. i. §. quod aūt. ff. de ser. cor. & sic in tutum reducere, iuxta illud Virgilianum adhuc Ænei. 6. medioq; ex hoste recepto. melius li. ab vrbe con. 2. Ictusq; à latere, suorum concursu in tuto recep-
19 tus est. Sed quid ī ostio domus† ex his dicit Alex. & Ias. post Bar. tamen, in. l. i. in. §. hoc interdictum. ff. de cloa. quod si quis sit intra clausuram domus, tutus est, alias non, si extra & realiter citari potest, fusius Ias. & alii, & idem dicit Bart. ac clarius in. l. meminisse, in prin. ff. de offi. procon. optimus text. in. §. sed si ab hostibus, in uer. dictum est autem, insti. quib. mo. ius pat. pot. sol. uerbaliter ergo citari poterit, quia præstat aditum, & ex publico conspici potest, ut supra non realiter, per rationem tex. nostri & ad propositum faciunt quæ dicuntur etiam in. l. statuæ. ff. de uerbo. si. ego late enchi. lib. 9. c. 203. Sed considera si sit intra clausuram domus, quod est ī domo si uero extra, in porticu, quod pendet ab infra dicendis, & ostium dicunt Do-
20 cto. improprie locuti † cum ianua dici debuerit, ex quo triclinia ēt & cubicula, ostia sunt Imo q fluuiorum proprium uidetur, ianua uero ædium, & domus ingressus à Iano dicta, cui omne principium consecratum est. l. qui iniuriæ. ff. de fur. l. si uitem. §. si ad ianuam. ff. quod ui aut clam. Et idem, quod in ostio, seu ianua, dici potest, & multo magis quidem in horto, in quo quis non debet pariter capi posse, quoniam appellatione domus, hortus ēt cōtinetur. l. fi. ī pri. ff. de serui. urb. ꝑdio. l. ꝑdiis. §. qui domū. ff. de leg. 3. l. lex cornelia. § domū. ff. de in iur. sicuti ēt apotheca, alias taberna ut infra & ut p Anch. con. 291. super pluribus, col. i. & Cro. in. c. Rainutius, col. 4. de testa. Tamen ob. qa imò ꝓbatur in d. c. raynutius, q appellatione domus, nō cōtinetur hortus, facit tex. in. l. ꝑsens. ff. de pcu. & sentit Barb. ī. c. i. col. 9. de ꝓba. ponēdo ridiculā notarij Perusini qstionē, quā nō refero aliter, q a dixi satis ī. l. i. C. de pac. nisi replicemus, & uerū ē, q ueniat, si ex domo ad ipsū aditus pateat ut Bar.

ut Bar.declarat in.d.locis,aliter non.Et facit, quia augumentum idem censeri debet cum re aucta, & res unita eiusdē naturæ, cuius est res, cui unitur.c.i.ne se.ua.argum.in.l.cum principalis.ff. de regu.iu.Gui.papa deci. 265. in comitatus Valen.colu.i.& deci.489.princeps, colum. 2. Et ad tabernæ propositum, sentiunt Docto. Alex. & Ias. ipsam tamen apothecam appellantes, & male,
22 quoniam apotheca † cella uinaria est.l. quæsitum.§.de uelis.§.sed si fundus.l.tabernæ.ff.de fun.instruc.l.uulgaris.§. sed & si.ff.de fur.quod immo debitor in ea capi poterit,quodq; domus ap. non ueniat,quicquid dictum sit supra etiam si sit connexa domui, & per eam pateat aditus ad domum, casus est in .d.l.lex cornelia,in.§.domum, in uers. tantum igitur.ff.de iniur.tradit Bar. in.l.i.in.§.i. in 3.not.ff. de libe. agno. Albe. in statu. q.35.item quæritur,in fi. & uidetur esse magis communis opi. iudicio meo, ex prædictis,non uera,nec ob. text.in.d.§. domum,quia debet intelligi in taberna quæ sit remota,nō in ea, quæ sit domui affixa,& per quam aditus pateat ad domum,& est argu.in.l. item apud labeonem,in.§.conuicium.ff.eo.& in.l. cætera,in.§.hoc Senatus consultum.ff. de lega.i.nec firmo pede locutus est Bart. & minus Albe.in locis præallega.

23 Vltimo † sentiunt prædicti, quod in porticu etiam capi poterit, seu realiter citari,moti per tex.in .d.§. hoc Senatus consultum,nec ab re, quoniam domui non cohæret, uenitq; potius ædium appellatione,ut probat Bar.ibi,& subtiliter inducenti innuere uidetur text. in d.§.domum,tradit Abb.in.c.i.colum.2. de deci.pulchre Bal.in rub.solu.mat. in prin.quod statutum loquens de insultante aliquem in domo,non ligat, nec punit insultantem in porticu. & attestatur Alex.quod ita cōmuniter tenetur. Tamen aduerte, quia ædes pro domo capiuntur, & cogita si appellatione ædium,uenit porticus, ut supra quod in eo capi non poterit, nec ad iudicium trahi,sicuti nec in ædibus & hostio.d.§. domum.l.statuæ,de verbo.si.&ad idem inquit etiam Bal.in.d.§.hoc Senatus cōsultum,quod porticus est pars domus, & quod stante statuto quod repertus noctis tempore extra domum, puniatur, non punietur repertus in porticu,
24 & iudicio meo † hoc ipsum probat ille tex.dum dicit Senatus con. de quo loq tur,non solum ad ædes extendi (intelli ge quæ sunt sine porticu) uerum etiam ad porticus ī ædibus, idest ad ædes,porticum habentes,ergo omnino pars domus esse dicetur,tamen ob.tex.in.l.i.in .§.in publico.ff.de flu.Cogita.

Eumq; qui inde in ius uocaret, vim inferre uideri. Et ideo(ut inquit glo.)p hibitum est,& bene.l.ut uim.ff.de iusti.
25 & iu.& qui uocat † aliterq; facit actione iniuriarum tenetur.l.lex cornelia, allega.etiam supra.l.is qui in domum alienam.ff.de iniur.intellige ciuili,non præ
26 toria † quia hæc locum habet pro uerbo,scripto,uel facto,illa,cum quis pulsatus est,uerberatus, uel domus eius ui introita,ut hic.d.l.lex cornelia, in prin. pulchre Rof. de libel. parte 4. si aliquis
27 uerbe.colum.i.& iniuria † dicitur,quia non iure fit.§.i.insti. de iniur. & not. in l.i.in prin.ff.de no.o.nun.actioq; ipsa fa
28 mosa † quæ hac ratione pro re minima dari non deberet.l.si oleum.ff.de dolo,
29 & tamen datur,quod † nota.c. cum te, de re iudi.&quod sit famosa,habetur in l.iniuriarum parua.ff.de iniur.& in.l.de curiones.C.ex quib.cau.infa. irro. & licet ultimum uerbum fictionem importet regulariter.l.i.§. deiecisse autem uidetur.ff.de ui & ui ar.attamen hic ueritatis expressiuum est,sicuti &in.l.seruū filii,ubi glo.Bart.& omnes.ff. de lega.i. & in.l.3.in.§.ex contrario & ibi Ange.ff. de acqui po.Ias. plene in .l. naturaliter, in prin.ff.eo.

30 Verum dubitatur,quæ uis † sit ista q̄dam enim est expulsiua,quædam ablatiua,quædam compulsiua,quædam turbatiua,& quædam deniq; inquietatiua unde postea actiones & remedia inuenta sunt,ut per Bart.in.l. extat, colum.2. ff.quod met.cau.

31 Sol. nulla ex istis, sed illatiua † & in personam quidem, habens specialem actionem iniuriarum ciuilem, ut supra seu legis corneliæ de iniuriis, descendẽtem a lege xii. tabu. d. l. lex cornelia, quoniam persona etiam dignior est, & præstantior, rebus omnibus. l. iustissime. ff. de ædi. edic. l. in pecudum. ff. de usu. cũ similibus, docet Rofre. in loco supra allega. num. 2.

Et ad propositum quæritur adhuc 32 si debitor inuentus † sit extra domum, & a familia fugatus, seq; in domum recipiat, an sit tutus. Concludunt Scribẽ. potissimum Bal. Ro. & Ias. quod sic, & q: inde extrahi non poterit, & idem in ecclesia, uel si in alieno territorio caperetur, & est uerum. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. §. Celius, iuncta gl. ff. de ædi. edic. ubi seruus, ad asylum fugiens, tutus est, nec inde abstrahi potest ergo nec à domo, quoniam hoc casu non differunt, & uidetur idem probari in. l. naturalem in. §. i. in fi. ff. de acqui. re. do. Et ad asyli propositum, nota est 33 † Alex. histo. qui cum accepisset seruum suum, quia in eum grauiter deliquerat in asylum fugisse, ad Megalinum literas dedit, ut illum, si ex asylo egrederetur, manciparet, & uinctum ad se mitteret, sin minus id fieri posset; in asylo ei nullam uim inferret, quãdo per religionem nõ liceret, notius, quod templum Dianæ ephesiæ, ius asyli habuit, notissimum uero, quod Romulus, ciuitatis mœnibus structis, cum habitatores nõ inueniret, asylum fecit pariter, promisitq; omnibus impunitatem, qui ad eũ locum fugissent. Quod etiam aperuit Cadmus, dum thebas conderet, & à pgnatis Herculis, Athenis institutum est & ut de materia susius dixi, in collecta. in. l. præsenti. C. de his qui ad ec. confu. Est uerum (ut inquit Ias.) quod dubitationem faciebat dictum Bart. in. l. quod ait lex, in. §. fi. ff. ad legem iu. de adulte. tex. optimus in. l. qui cum maior, in. §. i. ff. de bo. liber. probantia initium licitum fuisse, idq; spectari debere, Bald. in. l. si quis non dicam rapere, colum. 4. C. de ep. & cle.

Sed nihil est, dato etiam quod hoc ipsum spectandum sit, quia procedit in criminalibus, & quo ad delictum excusandum, non in ciuilibus, ut hic, & notat Bal. in loco præallega. Considerando etiam quod dicitur in. d. l. qui cũ maior, esse minoris fauore inductum, cui, ratione ætatis, semper est ignoscendum l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. non regulariter uerum Bar. in. l. i. C. si aduer. de. Gramma. deci. 23. dum fuisset, num. 31. & si captus fuisset dictis casibus, quibus lex prohibet, de facto relaxari deberet iuxta uulga. glo. l. minor. ff. de euic. Calde. consi. i. captus, de dila. Bald. in. c. ex parte. i. in fi. de rescrip. immo (ut dictum est supra) quod potest agi iniuriarum actione, & resisti capere uolenti, etiam cum armis. l. prohibitum. C. de iu. fi. lib. x. & ut hic per Ias. latius. Et prædicta in causis ciuilibus communiter procedunt, non in criminalibus, ut suo loco dictum est; sed quid si in causa † ciui- 34 lis magna sit, poterit ne, ut in criminali, inuitus ad iudicium trahi? Videretur dicendum, prima facie, quod sic, quoniam hoc casu æquiparatur criminali. l. propter litem. ff. de excu. tu. c. frequens, de resti. spo. in 6. Bart. in. l. admonendi, colum. 11. de iureiu. Soci. consi. 155. præstantissime Doctor in 3. uolum. 2. & fuit opi. Iaco. de ra. nec à ratione aliena etiã ex hac, quia ita in ea probationes cõcludentes requiruntur, sicuti si esset criminalis, & quia neutra admittit iuramentum in supplementum probationis, ut per Bar. in. d. l. admonendi, & in. l. maritus, colum. 2. ff. de quæstio. & erit ampliatio ad tex. in. l. fi. C. de proba. Tamen contrarium uerius est, quod etiam communiter tenetur, & probatur primo per tex. nostrum. Demum quia plus & minus, non faciunt rem specie differre. l. fi. ff. de fun. instruc. Bart. in. l. i. colum. 2. ff. de ac. & ob. & quia æquiparatio non est facta generaliter, nec per uiam regulæ, sed in specie, & quo ad quædam tantum, cessatq; ratio publicæ utilitatis in ciuili causa, quanuis magna

gna

gna, quæ tamen in criminali præcipuũ est ipsius fundamentum .l. ita uulneratus.ff.ad legem aqui. c. ut fame, de sen. excom.glo.in.c.quanquam, de elec. in 6.&quod æquiparatio esse debeat generalis,& facta per uiam regulæ, habetur in.l.si quis seruo.C.de fur.& in.l. sciendum,& ibi Soci.not.colu.3.ff. de lega.i. cætera parum dubitationis habent,facilia sunt,& à supra dictis pendent.Dum tamen adhuc Ias. quid in naui sentiens
35 † relatis opi.Bal.in.l.certi iuris, colum. 3.C. loca.& Ro.in.l.i.in.§.domini.ff. ad Syllania.quod dominus in ea possit capi,& sic cum Ro.per tex.in.l.i.in.§.si qs de naui.ff.de ui & ui ar.cui Bald. in .d.l. certi iuris.secundum eum, non respondet.Tu teneas opi. Bal. quoniam nauis æquiparatur prædio urbano, & ut per eum fusius in.d.loco,& ad tex.in.d.§. si quis de naui, responde, ut per Deci. in l.nemo,alleg.sæpe,num.3.ff.de regu.iu. Tiraquel.multa, in tracta. retrac.in.§.i. in glo.7.num.87.88.

Dubitat etiam & secundo,post hæc,
36 si debitum esset fiscale,quid iuris†& cõcludit pariter capi posse, per tex.in.l.sacrilegii,in fi.ff.ad legẽ iuli.pecu. & post Bal.hic,in lectu,antiqua, adde quod est l.sacrilegij, in fi. iuncta seq. quam allegat etiam Bar.quod capi possit,in.l.i.supra n.1.num.6.Sed aduerte,quia non dicitur ibi,quod in domo etiam capi possit,nisi replicetur, sic intelligi debere, quoniã ut dicebam supra speciale est in muliere, ut capi non possit, etiam si debitum fiscale fuerit, ergo non regulariter.

Tertio dubitat, quid si domus ruinã
37 minaretur † & concludit, quod inde inuitus etiam extrahi poterit, & bene.c. ipsa pietas 23.q.4.adde tu Feli.in.c.contingit colum.2.de sen.excom.Deci.in.l. inuito,de regu.iu. Alex.in.l.quamuis,in 3.solu. mat. plene Bononien. in singu. 389.tu audiuisti.

Sed non uidetur ad propositum, ex
38 quo † dubitatio nostra, est debiti ratione,an quis ĩ domo realiter citari possit, & non inde extrahi, intuitu pietatis,ne moriatur,quoniam homo est(vt aiunt) homini Deus.l.seruus.ff.de ser.expor.l. ut uim.ff.de iusti.& iu.

39 Quarto dubitat † quid in molendino,& sentit, quod non sit debitor in eo tutus,ex quo æquiparatur prædio rustico,ut per Bal.in.d.l.certi iuris, & bene, Adde Io.Parisien.in tracta. de primogeni.in 4.q.arti.1.num.14. post Bal. in.d.l. certi iuris,idem Tiraquel.in loco præallega.nu.91.

40 Et idem † quinto loco dicit, si inueniatur in agro seu uinea, per istum tex. in domo loquentem, quod non placet quia hac ratione nõ deberet aliquo alio casu locum habere, & tamen habet ut supra, nititur item authoritate Bal.in.l. data opera,colum.10. C. qui accu. non po.inducẽdo, vt per eum,videtur mihi quod probari ex prædictis possit, quia si tutus non est in Molendino, multo minus erit in agro, nisi sit Agricultor, quoniam tunc secus.l.fi.& ibi Ange.C. quæ res pi.ob.po. Veronen.ubi alia etiã longe plura, & de quibus supra in .l. q neq; se,colu.1.& 2.ff.de uer. si. & ex hic finem facio,& gratias ago Deo Op.Ma.

Appendix.

In supra scriptione huius legis pulcherrimæ,sic dicitur.

Caius lib.i.ad legem xii.tab. Scias uelim ipsum xii.etiam libros scripsisse, quodq; hæc sexagesimam xii.tab. respicit,quæ erat.

Si quis iniuriam faxit xxv. æris pœnæ sunto, hicq; ad propositum dicitur. Vim inferre uidetur,fusius dixi in æqui lib.super ista lege.

Hic rursum,de domo dicitur, quod in ea quis capi non potest,neq; in ostio domus,neq; in porticu, neq; in horto, neq; in taberna, neq; in ecclesia, sicuti nec olim in Asylo Romuli,uel Neptuni in Calabria, ad quem confugit olim Demosthenes,neq; ad statuam confugiens ut supra & in.l.2.ff. de his qui sũt sui uel alie. iu. adde quod olim nec ad puteum fugiens capi poterat, seu realiter citari, propter aquam,uel ad ignem

qui Sacer est, & quasi simbolum diuinæ naturæ, qua de re seruabatur in templis imò ignis est Deus, iuxta illud. Ignem ueni mittere in terram. Eoq; utimur ut inquit Lactan. ut sit nobis immortalitatis argumentum, & quia duo hæc sunt principia uitæ, unde interdici solebant cuius pœnæ loco succesit postea deportatio. l. 3. ff. ad legem iul. pecu. & idẽ in fontibus sacris, q̃bus præsident nymphæ, nanq; sic ad propositũ poeta inq̃t. Et fontes sacros frigus captabis opacũ, deq; puteo pulchra vidẽda sunt, Magni basi, psal. Domine Deus meus in te speraui. Et idem dicerem ego in schola reuerẽtia studiorum, quod locus sit sacer . l. quicquid. C. de aduo. di. iud. l. i. §. proinde . ff. de uar. & extraordi co. l. i. in prin. ibi cuius merito quis nos sacerdotes appellat. ff. de iusti. & iu. & hac ratione non modo scholaris, & doctor erit securus, uerum etiam alius, & hinc habet nescio quid ponderis, ad propositum Auditorium, de quo in. l. lecta. ff. si cer. pet. & in. l. titius . ff. de actio. emp. Et quo ad domum ultimo, scias etiam quanuis tutissimum hic refugium dixerit l. Con. quod in lege xii. tab. tamen aliquando portum pro ipsa domo Ro. homines posuerunt.

SVMMARIVM.

L. 2. ff. si quis in ius uo. non ie.

1 *Quid differat iste tit. à tit. si quis ius di. nõ ob.*
2 *Multa & pœna differunt.*
3 *Pœna quædam conuentionales quædam legales.*
4 *Quomodo hic titulus legi debeat.*
5 *Ordinariorum iudicum quidam generalis quidam specialis.*
6 *Casus legis.*
7 *Citatus ex quacunq; causa uocetur, uenire tenetur.*
8 *An hoc sit uerum generaliter.*
9 *Quid in delegatis.*
10 *Quid in arbitri.*
11 *Vocatus non ueniens mulctabitur ex causa.*
12 *An statim hoc fieri debeat.*
13 *An faciendo mentionem de mulcta alias pœnas excludat.*
14 *An iusta causa impeditus hic excusetur.*
15 *Si actoris nõ intersit an mulcta reo remittatur. Exẽpli gratia quod dies fuerit feriatus ut ibi.*
16 *An istud in omnibus feriis procedat.*
17 *Quo modo hoc esse possit, quod interesse partis consideretur, cum pœna applicetur fisco.*
18 *Quo iure mulctabitur non ueniens si intersit actoris.*
19 *Si Florentinus citatus hic pro delicto seu contractu, excipiat citari non potuisse, an ante lit. cont. hoc ipsum cognosci debeat.*
20 *An à sententia qua iudex pronunciauit se competentem uel incompetentem possit appellari.*
21 *Nunquid ista sententia possit reuocari.*
22 *An possit in int. resti. peti. si sit ecclesia uel minor contra quam seu contra quem pronunciatio facta sit.*
23 *Si iudex citet clericum ignoranter, ipseq; sit cõtumax & banniatur, occidaturq; an id fieri potuerit uirtute statuti hoc ipsum impune permittentis.*

Lectu. I.

SI QVIS IN IVS VO. &c.

PAVLVS LIB. I.
Ad edictum.

L. EX QVACVNQVE. Ad huiuscæ. l. euidentiam, præmitte, & primo ne superflua, & titulus iste pariter, videatur
1 quid differat † à titu. si quis ius di. non ob. & dic ut per glo. in l. i. eo. in uerbo extremum in fi. ad quã etiam rubricaria hic, se remittit. in tribus differre primo genere & specie, ex quo ibi genus hic species ponitur, & ni mirum addas tu, quia ad cognitionem spe-

specierum &c.l.i.ff.si cer.pet.l.i.ff.de iusti.&iu.§.his itaq; insti.eo.generalitasq, in eo consistit, quia non solum de mulcta respectu fisci, uerum etiam de partis interesse tractat, & probatur in prin.d.l.i.& in.§.fi.duæq; actiones in factum, nascuntur ex illo edicto, ex quo alia non datur, iuxta not.in.l. actio in factum .ff. de actio.& ob.& in rub.& in.l.2.ff.de p̄scrip.uerb.& per glo.in.d.§.fi.in tit. isto autem, de mulcta tantum fisco applicanda, si in ius uocatus quis non uenerit, quod tamen uidetur confundi per tex.in.l.fi.infra eo.ubi de actione incerti mentio fit, idest ex stipulatu, quæ datur ad incertum, idest ad interesse.§ curare, insti.de actio.& de uerb.ob.in prin.eo.lib.ergo idem quod supra in dicto titu. Sol.id esse dicas, non competere si quis in ius uocatus non uenerit, sed eo tunc cum promisit de iudicio sisti, quæ promissio hodie, loco promissionis iudicatum solui, successit, iuxta not.in.l.i.ff.de in lit.iu, nec adiecit pœnam: ergo non regulariter, & est uerum: Ex quo alia differentia colligitur, quia hic de stipulatione certi, uel incerti, agitur, si promitens (ut dixi) non conuenerit, certi adiiciendo pœnam; sin autem incerti, ibi autem non, & quia ibi edictum est, hic non, imò hic ex illo agatur non quod sint idem, quia condictio furtiua, à simili, pendet à causa famosa, & tamen non infamat.l. cessat.ff. de actio. & ob.& differunt ut excedentia & excessa, quemadmodum inquit alibi gl. etiã in.l.naturaliter, in.§.nihil commune, de petitorio & possessorio.ff. de acqui. po. & Bar.in.l.si actum.ff.pro so.de actione communi di.& pro so.& Bal. in.l. inter seruitutes, per illum tex.ff.de serui.urb. prædio.dicens differre, quæ se habent inuicem hoc modo.

Vel dic, differre, propter solam stipulationem, & quod imo hic etiam edictũ est, ut in rub.ponderando dictionem ex quæ significat causam immediatam, & proximam.l.ex hoc iure.ff.de iusti.&iu.l.i.§.ex incendio.ff.de incen.rui. nauf.

Tertio, & ultimo, ultra glo. in.d. loco, quam nec in cæteris refero, differunt quia generalior omnimodo ex alio ille isto esse uidetur, de non obtemperantibus iusdicenti, ubi hic de eo in specie loquitur, qui in ius uocatur, & sic nec lex, nec titulus, possunt esse superflua.

Præmitte secundo, quod mulcta, &
2 pœna † differunt pariter, quoniam pœna est nomen generale, omniumq; delictorum coercio, mulcta specialis peccati.l.aliud est fraus.§.i.l.si qua pœna.ff. de uerbo.signi.c.pœnitentia, de pœnit. dist.i.& ideo forte male dicit glo. exponendo tex.mulcta, idest pœna, ut infra quomodo Paulus etiam Labeonem reprehendit, in.d.l.si qua pœna, & quia à pœna quoq;, non est prouocatio, à mulcta autem sic, & ut latius in.d.locis & est simile in delicto, quod genus est, crimẽ uero species, siue genus subalternum, iuxta glo.in.l.i.C. si aduer. del. & differt à pœnis, quæ imponuntur uenientibus, & iudicium protelantibus, quæ sunt, ut post legitimas citationes procedatur ad diffinitiuam, condemnatio in expensis, damnis & interesse, ratione processus retardati, authen. qui semel.C.quomo.& quan.iud.l.nõ ignorat.C.de fructi.& lit.expen.& per Bald. in.l.i.in.§.hoc iudicium, in 2.lectu.in 2.col.ff.si quis iudi.non ob.

3 Præmitte tertio † pœnas quasdam esse conuentionales, quæ à partium conuẽtione procedunt, quasdam autem legales, quæ à lege imponuntur, effectualiter differentes, quia si conuentionalis fuerit, loco interesse adiecta uidebitur, si autem legalis, non.l. stipulatio ista .§. alteri.ff.de uerbo.ob.l.4.§.nouissime.ff. nau.caup.stabu.tradit Alex in.l. cum p̄ponas, in.i.colum. C. de transac. & isto casu loquimur nos, ut infra dicemus latius, ĩ simili per Bar. in.l.ita stipulatus, in.3.colum.ff. de uerbo. ob. dicentem differre quoq; conuentionalem stipulationem, a iudiciali, siue a prætoria, ut subiicit in.l.si dari.ff.eo.

4 Præmitte quarto † non ut commu-

niter habetur, hunc titulum legi debe re quia conueniret tit. de in ius uo. nec congrueret nigro hic, sed hoc modo.

SI QVIS IN IVS VOCATVS NON IERIT, SIVE PER EVM CAVERIT, PER QVEM EX EDICTO NON DEBVIT, & non sic (iterato dixerim.)

SI QVIS IN IVS VOCATVS NON IERIT, SIVE EVM QVIS VOCAVERIT, QVEM EX EDICTO NON DEBVERIT.

5 Præmitte quinto, & ultimo † quod ordinariorum iudicum, quidam generalis est, qui actu ordinariam habet iurisdictionem, prout est potestas de publico introducta &c. ut in.l.i.ff.de iu. om. iud.& in.l.imperium.ff.eo. quidam uero specialis, vt Dominus feudi, & de isto non loquitur lex nostra, sed de illo, qui iurisdictionem habet ordinariam, & generalem, ita glo.& Bal.in.c.i.in prin. de inuesti.in ma.fac.in usib.& rationem assignat Imo.in.c.cæterum in.i.colum.de iudi.& latius Corse.in singu.suis, iurisdictio, in prin.& minus de eo qui potentia iurisdictionem habet, ut chartularius, & de quo in.l.i.ff.de iudi.& in.l. rē non nouam.C.eo.quia non præest iurisdictioni, ut hic, nequaquam de arbitro, quia habet notionē.l.ait prætor.ff.de re iud.de delegato sic, si in citatione inseratur tenor rescripti delegatorii, ut infra & multo magis, si fuerit ad uniuersitatem causarum, quia æquiparatur ordinario.l.i.ff.quis & à quo.& ut etiam infra statim.

His præmissis, casum (summariū enim planum est, diuisio planior) sic figura.

6 Quum iudex ordinarius † generalis, iuxta dicta proxime, siue etiam delegatus ut infra quia esto quod iurisdictionem non habeat propriam, habet tamen delegatam .l.i. §. qui mandatam supra de offi.eius. Vel etiam delegatus ad uniuersitatem causarum, qui ordinario æquiparatur .d.l.i.iuncta glo.ff. quis & à quo .l.a iudice, & ibi not.C. de iudi.& per glo. in simili ita simile uerbum ut hic, declarantem in.l.i.in prin.ff. de iudi.ut excluderetur arbiter, qui simplicem habet notionem.l.ait prætor .ff. de re iudi.l.priuatorum.C.de iu.om. iudi. citasset aliquem, suæ iurisdictioni non suppositum, exempli gratia, clericum c.significasti .c.si diligenti, de fo. compe. siue exemptum à iurisdictione citantis, ut in.c.cum personæ, de priuil. in 6.

Vel quia sit legatus, iusq; reuocandi domum habeat.l. 2 .§. sed & si dubitetur ff.de iudi. Vel quia sit laicus, & a iudice ecclesiastico uocetur, uel quia distincta sit iurisdictio, & ad maleficia destinatus, citet in causa pecuniaria, aut è contra, iuxta not.in.l.solemus, in.§.la trunculator .ff. de iudi. & in simili in .l. placet .C. de peda.iudi.& in.l.quotiens C.de iudi. & sic ratione personæ, causæ & priuilegii, (singula singulis referendo) dubitatum fuit hic apud Iulium Paulum I. C. celeberrimum huiusce legis authorem, an iste teneretur uenire, priuilegium allegaturus, & non immerito, quia plerunq; in ius uocati ut supra titulo proximo legitur, non ueniebant, fuitq; necessarium, de his in isto uidere, quem congruo ordine, etiam situauit post illum.

7 Et ad propositum, breuiter, ac PRIMA FACIE, dicendum uidebatur, quod non, rationemq; dubitandi faciebat fortassis, quia quemadmodum extra territorium iusdicenti non paretur, citatusq; comparere non tenetur, pari ratione non tenebitur is, qui in territorio citatus est, nec iurisdictioni citantis reperitur suppositus.l.fi. supra de iu. o. iud.c.ut animarum periculis de consti. in 6. Et tradit Barto. in.l.ne quid, in fi.ff.de incen.rui. nauf. subiiciens statutum, quod quicunq; offenderit Perusinum in quocunq; loco, puniatur hic, non ualere, ex quo fit de eo, quod non pertinet ad iurisdictionem statuentis, & in simili in.l.relegatorum, in .§. est quoddam.ff.de interdic. quod si ciuitas præcipiat ciui, ut stet in ciuitate sibi

non

non subdita, prout Pisani olim, qui relegabant in Sardinia,&in insula Rhodo, confinia non ualent, late Bald. in l.omnes, in.§.i.in .i. colum. C. de epis. & cle. Secundo, quia dato uno inconuenienti, non debet dari maius.l.quod uero contra .ff.de legi.l.i.C.de do.pro. Vnde statutum, quod soror non succedat fratri, è contra hac ratione non dictat, fratrem sorori non succedere pariter, secundum Bald.in .l.lege xii. tab. in 2.colum.C.de legi.hæ.

Sed si teneretur uenire, posset inde ferri sententia, & sic à iudice incompetenti, quod tamen a lege non est permissum.l.fi.C.si a non compe.iudi.l.2.in fi. ff. de pœn. l.1.iuncta glo.C.qui pro sua iu.l.si pater.C.ne de sta.de.c. at si clerici de iudi. ex quo lata etiam uidetur sine ordine iuris .c.i.§. sancimus, & ibi Bal. in prin. quo tempo. mil. inuesti. per. deb.in usib.ergo.

Imò quod iudex esset in causa propria, hoc ipsum postea cognoscendo, an scilicet sua sit iurisdictio, & male .l.i. C. ne quis in sua cau.cum uulga.

Tertio & ultimo, quia illud fieri non debet, quod factum non releuat .l. hæc stipulatio.§. diuus.ff. ut lega. no. ca.l. i. in princ. ff. de iu. delibe .l. 2. & quod obseruati, & ibi Barto.in.i.colu. C.de iura.cal. Sed citatus cum non sit de iurisdictione citantis, non potest ab eo iudicari: ergo nec comparere tenebitur.

Quibus tamen non obstantibus,cōtrarium deciditur in lege nostra, quod immo uenire tenetur ex quacunq; causa citatus, seu in ius uocatus, uel ciuilis fuerit, uel criminalis, uel alia, quod indicat uerbum quacunq;.l.2.C. ubi & apud quem .l. illud.C.de sacrosanc. ec. l.si infanti.C.de iu.delib.& ratio decisionis est, quemadmodum hic subiicitur, ut sciat iudex,an sua sit iurisdictio, nec ne quod ipse existimabit,& quia,uocati est,non contemnere authoritatem uocantis, quæ etiam ponitur in.l. si quis ex aliena, passim infra & in materia allegata.ff.de iudi.& in.d.l.2.in.d.§. sed & si dubitetur .ff.eo.& in.c. super literis, de rescrip. & in.c. cum parati, de ap. & in.c.ueniens,de accusa.&in citato ultra duas dietas, contra formam.c.statutum de rescrip. in 6.

Hac ratione idem etiam dixit Hosti. in c.nōnulli,in.§.i.in 2. colum. de rescrip. Item quia in dubio præsumitur pro iudice .l. Herennius .§. Gaia, de euic.c. in præsentia, de renun. & signanter sic dicit Bald.in.l.generaliter, in.i. colum. C.de episc.& cle. & quia deniq; dubitationis ratione multa conceduntur à lege,quæ non concederentur alias, ut in locis præallega.not.

Ex quibus, rationes dubitandi tolluntur, quoniam prima procedit in casu claro,& quando certum est ac notorium,citatum non esse de iurisdictione citantis,quo casu loquitur tex. in.d.l.fi. c.euidentia,de accu.c.si duobus, de appel. d. c. super literis, & ut hic per glo. Barto. & Docto. latius, nos autem in dubio, quorum non est par eademq; ratio.l.continuus .§.cum ita.ff.de uerb. ob.ergo.Secunda rursum fallaciam habet,quia antecedens uerum est, consequens autem falsum, a partibus sufficienter enumeratis id ipsum ostendendo,ut pari modo infra not. quia aut iudex cognoscet de sua iurisdictione, & se uel competentem,vel incompetentē interloquetur, ac pronunciabit, & isto casu non potest non dici, nisi a competenti iudice lata,quia si se incompetentem declarauerit,non iudicabit,aut nō cognoscet,quia nihil fuerit oppositū,et tunc erit competens,uirtute tacitæ prorogationis.l.3.ff. de iud. quod tamen in clerico citato coram laico locum non haberet.d.c.si diligenti, de so. compe.

Nec ad idem officit, quod sit iudex in causa propria, quia non est uerum, ex quo emolumentum inde non consequitur, nec pro se ipso iudicat, sed pro eo, ad cuius instantiam uocauit in ius l.i.§. in propria .ff.quando ap. sit d.l. si quis ex aliena,& ibi glo. & ut etiam hic not.

not.& ad idem facit, alia glo. in.l. de pupillo, in.§. meminisse.ff. de no. op. nun. aliquid Barto. in.l.3. in .§. idem scribit, in 3. colum.ff. de pecu.& si replicaretur, quod immo sentit commodum, ex quo sportulas habet; respondeo, non esse in consideratione, argumen. in .l. scio.ff. de resti. in integ.& in.l. solent, in fi. ff. de offi. procon.& in.c.& si quæstiones, de simo.& in.c. si proponente, de rescrip. cum uulga. uel quia in consequentiam id habet, non principaliter l. qui testamento, in simili tamen .ff. de testa. & est argumen. in .l.i.ff. de autho.tu.

Non ob. tertia & ultima, quia nec ipsa uera est, considerando supra dictis proxime stantibus, quod imo releuat, quia si non opponeretur, iudicaret, & quia forte se competentem pronuntiabit, quo fit, ut quod euenire potest inspiciamus .l. si quis domum .§. i. ff. loca. & hoc quoniam præsens status rei ad hoc tendit, & est de iure, ut declarat Barto. in.l. fundum, in 2. colum.ff. de excep.

Et ideo subiicit text. quod si is, qui in ius uocatus est, non ierit, tanquam contumax, mulcta damnabitur, pro iudicis iurisdictione, iuxta text. in.l. eos .C. de mo. mulcta.& in.l.i. supra si quis ius. di. non ob. ibi secundum ius pot. suæ & in.l.2. in.§. fi.ff. de iudi. & ex causa, idest non sine causa, quia non uenit, vel adhibita causæ cognitione, ut per Bart. hic in fi.

Sed rursum & secundo fuit dubitatum, quid in rustico, si in ius uocatus non ierit, an damnari posset mulcta, ut alius quilibet. Breuiter & pro ratione dubitandi, uidebatur dicendum, quod sic quoniam rusticus in his quæ sunt de iure naturali, non excusatur.l.2.C. de in ius uo. Verum obedire magistratibus, est de iure naturali.l. ueluti.ff. de iusti.& in.l.i.§. ius publicum .ff. de iusti. & iu. ergo. Et ad idem ac secundo, uidetur casus vbi non excusatur, in.l. athlete, in.§. de rusticis, iuncta glo.ff. de excu. tut. & in.l.i.& ibi Bal.C. de int. mat.

Quibus tamen non obstantibus, & adhuc in hac parte legis, contrarium decidit ur,& ratio decisionis est, quia in eo non est literatum peritia, qua debeat non excusari.§. de rusticis.l. fi.C. de test. sicuti nec in milite, quem ignorantia iuris, propter simplicitatem excusat, & quia arma magis quam iura ipsos scire necesse est, adde quod rustici parimodo agricolationi intenti esse debent, nec ab ea auocari.l.i. C. de iu. & fac. igno.l. fi.C. de iu. delib.l. exequutores .C. quæ res pi. ob. nō po.l. qui uiā,& ibi Bal.ff. de no.o.nun. aliquid Bar. in.l.i. in.§. usufructuarius, in 3. colum.ff. eo. Nec ob. rationes dubitandi, quoniam prima vera est, quando mandatum iudicis contineret aliquid, quod ius naturale concerneret, non ciuile ut hic,& in.d.l.2. not. Vel dic quod licet magistratuum obedientia, sit de iure naturali, iudicia tamen sunt de iure ciuili, ut insti. de ob. in prin. quæ à citatione incipiunt.§. fi. insti. de pœ. teme. lit. ergo excusabitur omnino, & qa hæc ratio militat etiam in casu .l.i.§. fi. ff. de eden. & tamen excusatur.

Secunda procedit in rustico sagaci, & ea de re (ut etiam Docto. declarant, & bene) rusticitati dicit parcendum esse, non rusticis, & nimirum, quia tunc ratio legis cessat,& consequenter dispositio, uulg.l. adigere.§. quanuis, de iu. pa. Tertia etiam specialem habet rationem & loquitur in actu clandestino, quod simplicitatem eidem auferre uidetur, igitur & merito non excusat, argu. in.l. fi.ff. de ri. nup.

Tertio & ult. dubitatum fuit, quid si nō interesset actoris, ea die reum in ius uocatum uenisse, exempli gratia, quia erat feriata, an eidem pœna remittatur, uidetur dicendum quod non, quia citantem contemnit .d.l. si quis ex aliena.

Sed tamen contrarium uerius est, cum actoris non intersit, nec consequenter iudicis si dies fuit feriata: ergo uenire non debuit, nec mulctari.

Ex quo dubitandi ratio sublata manebit

nebit, quia sic non contemnit, & si rursum diceretur, nullo modo in pœnis interesse esse considerabile .l. stipulatio ista.§.alteri.ff.de uerbo. ob. ita ut omni casu remitti debeat, & si cum interest multo magis si non interest ipsius responde, ut in glo.pe. hic est casus.

Nota primo ex isto tex. quod citatus à prætore, uel præside, uel alio, uenire tenetur, nec habet dubitationem ut su-
7 pra ex quacunq; † causa uocetur. Sed quæro, an hoc generaliter sit uerum, à
8 quocunq; uocatus fuerit† uideretur prima facie dicendum, quod non, nisi is q uocat, sit de maioribus magistratibus, ex quo Prætoris, præsidisq; mentionē facit, & aliorum, similium scilicet, iuxta glo.in.l.si fugitiui .C.de ser.fugi.ergo non inferiorum. Nihilominus contrarium tenere, & est uerius, aut quia uerbum Prætoris, & præsidis generale sit.l. ubicunq: ff.de regu.iu.l.i.ff.de offi.præsi.l.2.C.si aduer.rem iudi.aut quia subiicitur, qui iurisdictioni præsunt.l.i.ī pri. ff.de iudi.& paulo infra pro iurisdictione iudicis damnabitur. Aut & ultimo, quia aliter legi debet, ut in pandectis, sine uerbo præsides, sic, Ex quacunq; causa ad p̄torem, uel alios, qui iurisdictioni præsunt &c.& omnia erunt plana.& generalis ratio text.hic, & in.d.l.si quis ex aliena & aliis de quibus supra indicat, quæ cum generalis sit omnia determinat, & iudices etiam inferiores iurisdictioni præsidentes comprehendit.l. metum.§.animaduertendum.ff.quod met. causa cum similibus.

9 Secundo quæro† quid in delegatis. Videretur dicendum idem .l.2.§.fi.ff.de iudi. Contrarium uerius est, quia iurisdictionem non habent, nisi delegatam l.i.§.qui mandatam supra de offi. eius.l. & si prætor eo.tit.l.solet, de iu. om. iud. & ideo si uocant, uocatusq; non uenerit, nō mulctabitur.l.eos.C. de mo.mulcta. Nec ob.tex.in.§.fi.præallega. quia loquitur, quando hoc sibi specialiter cō cessum est, & idem in delegato principis.c.pastoralis de offi.ordi.c.sanè, de offi.de. Vel si in citatione insererent tenorem rescripti delegatorii, authen.qui semel, & ibi Bar.in 3.col.C.quomodo, & quando iud.

Quod ultimum tamen de iure canonico forte uerū uidetur, quo etiam causæ meri & mixti imperii delegantur.c. de causis, de offi.de.non ciuili, quo consideratur à nullo alio posse quempiam mulctari, si in ius uocatus non ierit, nisi ab eo, qui iurisdictioni præest, cogita.

10 Tertio quæro † quid in arbitris, uideretur adhuc dicendum, quod & ipsi pariter hoc facere possent.l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbit. Breuiter cōtrarium uerius est, quia (ut dixi in casus figuratione) non habēt iurisdictionem d.l.ait prætor.ff.de re iud.nec ob.tex.in §.de officio, quia procedit, si potestas sit sibi à partibus data.l.non ex omnibus, & ibi Bar.ff.de arbit. & limitabitur decisio.l.i.in prin. in 7. colum. supra si quis iusdi.non ob.

11 Nota secūdo, ibi, *ex causa* &c.† quod in ius uocatus non ueniens mulctabitur, ex causa tamen, quod etiam est sine dubitatione.

12 Sed quæritur, an statim† hoc ipsum fieri debeat. Bart. in.l.impuberibus, in.§. fi.ff. de susp. tu. uidetur tenuisse quod sic, imò quod est casus in.c 2. & ibi Io. And.& But.de testi.cogen. Nihilominus contrarium uerius est, ne uerbum ex causa, sit ociosum, ac sine effectu alicuius operationis.l.si quando.ff.de leg. i.c. si papa de priuil. in 6. & quia posset mulctari, iustasq: defensiones fortassis haberet, quod indicat quoq: uerbum sequens, rusticitati &c. & est argumentū etiam in.l.i.C.de execu. rei iud. & ideo de nouo debet citari, & statui ei terminus ad suas defensiones faciendas.l.3.§. si ad diem.ff.de re mil.per quem text.dicebat alibi in.l.2.in x.colu.C.de iu.emphy. quod si promisisti mihi sistere tali die in iudicio sub aliqua pœna, & non steteris, tibi dabitur terminus ad defensiones probandas, quod si feceris, legitimæq; fuerint, non punieris, alias autem sic, & idem in.l.milites, in 2. colum.C. de mil.testa.& Bar.consi.102. in.i.col.& hic

hic in fi.
Nec ob. doctrina eiusdem Bart. in loco præallega. & text. in.d.c.2. quia procedunt, quando in citatione opposita est comminatio, ut ibi, nec ullus negat, & dum subiicitur, mulctam insligi debere hoc casu à iudice competenti, pro iurisdictione iudicis, dic, quod est competēs ratione dubii, ut supra item mulctæ indicendæ gratia, licet super principali sit incompetens, odio cōtemnentis personam citantis. d.l. si quis ex aliena, & est argumen. in.c. dispendia, de rescrip. in 6. Sed in dubio reiectis cæteris, omnia cōsistunt, & considera, quod turpis uerborum sonus, seu inculcatio quædam in uerbis prædictis esse uidetur, iudicioq; meo sufficiebat dicere, Ex causa mulcta pro iurisdictione iudicis damnabitur.

13 Secundo quæro, an faciendo† mentionem de mulcta, alias pœnas excludat. Videretur dicendum, quod sic, qa aliud est pœna, aliud mulcta, ut in euidentialibus dixi, nec repeto, & quia de excommunicatione intelligi nō potest pœna qua nulla est maior. l. hi qui sanctam fidem. C. de aposta. c. corripiantur 24. q. 3. non de banno, quia banniti æquiparantur deportatis. §. relegati. insti. q. b. mo. ius pat. pot. sol. & deportatio, meri imperii est. l. illicitas. §. qui uniuersas. ff. de offi. præsi. Non deniq; de missione in possessionem, quæ est mixti. l. iubere cauere. ff. de iu. o. iud. Nihilominus contrarium uerius est, ex quo de mulcta dictum fuit exemplificando, exempla nō restringūt regulam. §. hactenus insti. de gradi. ergo uel in genere, ut alias includeret, tanquam species sub. d. genere cōtentas. l. i. §. quid ergo. ff. de uen. inspi. l. i. si quis iusdi. non ob. l. i. §. generaliter ff. de lega. præstan. Vel gratia frequentioris usus. l. i. cum similibus. C. de his, q ad ec. conf. l. i. C. de Nili ag. nō rump. l. i. C. de rap. uir. Nec primum facit, quia dicam, esse pœnam large, ut in. d. euidē. Et minus secundum, ac alia, quia satis est, quod sint meri imperii, ut mulcta, ueniantq; sub ipsius appellatione, nec plus aut minus facient ea differre. l. fi. ff. de fun. inst.

14 Tertio & ultimo quæro† quomodo hoc esse possit, cum causa iusta sit, quia citatus forte aliis negotiis erat impeditus, nec excusetur, & tamen habemus, quod quælibet causa, etiam iniusta, excusat à pœna. l. i. §. fi. ubi glo. supra si q. s. iudi. non ob. l. plagii. C. ad. l. fa. de plagia & tetigi in. l. i. quod quisq; iu.
Solu. facilis est, si dixeris, non excusare hic (de ueritate enim glo. d. §. fi. & similium, nō disputo aliter) quia esto quod esset iusta, nō tamen apparebat, nec certum erat, & perinde ac si non fuisset. l. duo sunt titii. ff. de testa: tu. l. in lege. ff. de contrahen. emp. Sed replicabitur, iniustam præsumi, si non apparebat eam esse iustam, iniusta autem excusat, ut supra ergo.
Sol. excusat ibi, non hic, propter cotemptum, & declarat glo. præallega. in. d. §. fi. in uerbo iudicium in fi.

Nota tertio & ultimo (de rusticitate enim dictum est satis in casus figuratio
15 ne) quod si actoris non intersit † aduersarium in iudicium non uenisse mulcta remittetur eidem, puta (inquit tex. & bene) quod fuerit dies feriatus, & nimirū quia tunc cessat etiā ratio contemptus. l. adigere. §. quamuis, de iu. pat.

16 Sed quæro † an hoc in omnibus feriis procedat. Aliqui dicunt, quod non, sed in solemnibus tantum, non repentinis, de quibus in. c. fi. de fer. & in clem. sæpe, de uerb. si. & per Hosti. in summa de fe. in prin. ego uero, per generalitatē legis nostræ contrarium sentio, & idem quicquid prædicti senserint hac ratione etiam, si in citatione non fuisset expressum.

17 Secundo quæro † quomodo hoc esse posit, quod interesse partis sit in consideratione, cum pœna applicetur fisco respondent Docto. agi de pœna applicanda parti, uel quod inspiciatur, non quantum intersit, sed an intersit, & male, quoniam primo casu alteratur natura mulctæ. l. 5. C. de mo. mul. Secundo diuersificatur casus, & non assignatur ratio diuersitatis, & rursum male. l. si libertus

libertus minorē.ff.de iu. pat. ideo dicas tu,&melius,uerum esse,mulctam fisco applicari,& interesse partis etiam considerari,quia si hoc ipsum passa fuisset, citato non ueniente,uera esset contumacia,in impositione mulctæ maxime cōsiderabilis,& citantis contemptus.d.l.i. si quis iusd.non obt.ergo.Tertio quæro
28 † quo iure mulctabitur non ueniens, si actoris intersit ut supra. Videretur dicēdum iure actionis mulctari debere cum de partis interesse agatur,ut hic, & non ab re Io.circulum huius actionis posuit in arbore sua, quam in factum uocauit ex hoc edicto,sed Bart. hic in antepe. q. extra gl.tenuit contrarium, officium iudicis oriri potius ex hoc edicto, ex quo fisco(ut diximus)mulcta applicatur, & quia uerba etiam ad iudicem dirigūtur l.si soror.C.de colla.l.i. & utrobiq; not. ff.de condic.ex lege, & affirmatiue quidē(addas tu)non negatiue,ut in.d.l.i.in 3.col.inquit &declarat Bar.&placet nec secus tenendum est. Ex quibus, de tex. sumus expediti,& de glo.omnibus breuiter,imò &de his,quæ super eis dicuntur per Bar.

Dum tamen ad propositum dubitat adhuc,si Florētinus,citatus pro delicto,
29 †seu cōtractu hic celebrato excipiat citari non potuisse,quia hic nunquam deliquit,aut contraxit, & consequenter non esse de iurisdictione citantis, an ante litem contestatam hoc ipsum summarie cognoscendum sit, ut ex inde se iudicem competentem, uel incompetentem pronuntiet, scias communem esse,quod sic,quam tenuit (ut ipse refert) Inno.in.c.præterea,de dila.& Bar. met in.l.fi.in 4.col.nu.&.C.si contra ius uel uti.pub.&testatus est Feli.in c.si clericus,in 2.col.de fo.compe.& pro eo facit breuiter tex.in.l.2.in.§.sed & si dubitetur.ff.de iudi.ubi si citatus in ea causa sit,ut ius reuocādi domum habeat, causa cognita, id ipsum prætor intueri debebit hic erit unus de casibus enumeratis in.l.3.in.§. sciendum.ff. ad exhib. ex quo regulariter plena solet desiderari, ut ibi not.& ad idem est etiam text.in.l. si quis ex aliena allegatus sæpe.ff.eo.vbi si dubitetur de iurisdictione iudicis citātis,in primis & ante omnia cognoscit, an sua sit iurisdictio,necne, & in.c. super literis,de rescrip.inductione pariter claro.Secundo pro communi facit quia si dominus in simili,a familia occisus dicatur, in primis & ante omnia oportet, necessariumq;est,prætori id ipsum constare, ut de familia quæstio haberi possit.l.i.§.itē illud.ff.ad Sylla.l.i.in fi.prin. ff.de offi.eius,unde sumpta est pratica, ut dicit Bar.in.d.§.item illud, ut iudex mittat notarium,qui uideat mortuum, & uulnera describat, hoc ipsumq; uisum & repertum uocant, & deinde inquirat.Alias & ad propositum, sequeretur, quemcunq; posse conueniri sub iudice incompetenti, dictu absurdissimū d.l.si quis ex aliena.l.fi.de iu.om.iudi.c. ut animarum, in fi.de consti.in 6.

Tertio & ultimo facit, quia iudex non debet ignorare fundamentum suæ iurisdictionis.l.quæro.ff.de eo qui pro tu. tradit Barto.in.l. multum interest.ff.de cond.& de.& Bal. in.l. sed & si de sua p illum tex.in.§.i.ff.de acqui.hæ.exēplificando ēt in delegato, pcedente ante q̄ præsententur sibi literæ delegationis,& bene. Contrariam aūt sententiā amplexus est idem Bar.hic,& sic sibi ipsi cōtrarius,q imò cognitio necessaria non sit, motus ratione satis solida,quia narrata in libello,talia sunt,ut ad citantis iurisdictionem,si quidē uera essent, possint absq; dubio spectare,& quia pro uero, quantum ad hoc quoq; haberi debet,q petitur.l.cum quædam puella.§. fi.ff.de iu.om.iudi. ubi ex petitione sumus certi de iudicis iurisdictione, quia non inspicitur quantum debeatur,sed quantū petitur. Et est simile in eo, qui se liberum dicit, cum tamen esset seruus, quoniam habetur,quantū ad ipsius personam legitimandam,pro libero.l. ordinata.ff.de libe.cau. Secundo facit,quia si uera esset opi.Inno.merita causæ examinarentur ante litem cont.quod tamē fieri non potest.l.prolatam.C.de sen.& int.om.iud.

Tertio facit reg. l.i.§.fi.ff. de actio. emp. &c.c.eum qui,de regu.iu.in 6.ubi certus non est certificandus. Quarto quia citatus,si certus fuerit in citatione causa expressa,uel ratione personæ,loci, & temporis,ut hic per eundem Bart.non tenetur comparere:ergo ex supra dictis, nec iudex pariter si certus fuerit,debebit aliter cognoscere ut certificetur. Quinto & ultimo,uidetur casus in.c.si clericus, de fo. comp. ubi si clericus citet laicum super re,quam ecclesiasticam dicat,idq; neget,ad iudicem laicum remittit,ergo nulla præcedente cognitione,usq;adeo ut nec uideatur necessaria alia pronuntiatio.

Tu breuiter ab op. Inno.nõ recedas, per supra dicta,&ad contraria dicas,maxime ad text.in.l.cum quædam puella, sepositis aliis responsionibus, non obstare, quoniã ibi præsupponitur iudex competens,si quantitas tamen petatur, intra quã põt cognoscere,nec de iurisdictione eius dubitatur, hic aũt sic, ideo cognitio desideratur summaria. Vel & melius,inspici quantũ petatur ibi, non quantũ debeatur,quia reus nihil opposuit,alias aũt cognitio requireretur, qđ in idem recidit, ex quo tunc de iudicis iurisdictione(ut diximus)dubitatur, & est uerũ.Nec ad idem facit tex. in.d.l.ordinata,q.a pro libero habetur in dubio ex quo erat in possessione libertatis, & transfundit onus probationis in aduersariũ,nihil cõe habens cũ his, ut iudex nõ cognoscat in casu nostro, cũ de eius iurisdictione dubitatur.l.liberis .§. fi.ff. eo.tit.Non ob.secundũ, quia eo stante, nec cognitio in actione ad exhibendũ admitteretur,præparatoria rei uendicationis,& male.d.§.sciendum. Vel & aliter dicas,in declinatoriis esse regulare, ad effectum de quo supra ut cognoscat & pronuntiet iudex se competentẽ,vel incompetentem,nec iudicia efficiantur elusoria.l.si prætor.ff.de iud.d.l.cũ quædã puella,in fi.c.super literis,de rescrip. Non ob.tertium,quia non est uerũ, ex his,quomodo .n.põt esse certus iudex, si reus dicit, se non esse de iurisdictione ipsius,nec hic contraxisse, seu deliquisse unq̃. Quartum etiam a supra dictis pendet,&in reo procedit sine dubio, in iudice uero,nõ,quia si(ut diximus) Florentinus negat ipse iudex certus eẽ nõ potest. Non ob.quintũ & ult. quia dicã intelligi debere, uerumq; esse & istud, si summarie constiterit laicus,rem petitam secularem fore, non ecclesiasticam & sic actor forum rei sequetur,ad quod tex.ille solet allegari, & ita tene.

Secundo dubitatur , an a sententia
20 † qua iudex pronuntiauit se iudicẽ cõpetentem , uel incompetentem, possit appellari. Videretur dicendũ quod non quia cum feratur inter principium , & finem causæ,non diffinitiua, sed interlocutoria dicitur,iuxta glo.in clem.i.de seq.po.&fruct.uerum ab interlocutoria appellari non potest de iure ciuili.l. pe. C.quo.ap. non re.l.2.C. de ep. au.c. super eo.per locum à speciali,de ap.ergo. Nihilominus Bar. hic tenuit contrariũ & uerius est, post glo.tamen,in authen. habita.C.ne fil.pro pa. quia damnum ẽ irreparabile, nec potest esse per appellationem a diffinitiua, contra istam pronuntiationem consultum illi contra quem facta fuisset, ergo appellari poterit.l.arbitro.ff. qui sa.co. l.2.ff. de ap. re. per quam rationem tolletur contrariũ supra factum,& limitabuntur.d.iura,& ut per Bar.latius in.d.l.2.

21 Sed ad idem dubitatur &tertio† nunquid ista sententia possit reuocari. Videretur dicendum, quod non,quia esto quod sit interlocutoria , habet tamen uim diffinitiuæ, ex quo diffinit partem substantialem negotii, uerum diffinitiua reuocari non potest .l. iudex posteaquam .ff.de re iudi. ergo nec ista , & signanter uidetur casus in.c. significantibus, de offi. del. Tamen contrarium uerius est.l. quod iussit.ff. de re iud. & sensit Feli.in.c.qualiter & quando in .i. colum.de accus.&omnes hic. Nec ob. contrarium,quia in delegato id est uerũ non in ordinario,vt hic.l.si præses,&ibi Bal. C.quomodo & quando iud.& tradit Ro.consi.358. ad fi.

Quarto

Quarto dubitatur, an posfit in in-
22 teg.† resti.peti, si minor sit, uel ecclesia contra quem seu quam, pronuntiatio facta sit. Videretur dicendum quod non, quia ex ea non generatur graue præiudicium petenti.l.scio.ff. de in int. rest.&quia remedium extraordinarium est.l.in causæ.ff. de mino.&quia deniq; appellare debuit, si pronuntiatio sibi displicebat.l. i. C. si sæp. in int. rest. post. sue.

Tamen contrarium uerius est, quia nimis graue uidetur, quod litiget coram eo, quem iam dixit incompetentem, argu.in.l.fi.ff.de usu & hab. & in.l. cum seruus, de condic. ob cau. & in.l.apertissimi.C. de iud. ex quo tollitur primum contrarium.

Non ob. secundum quia restitutione in integ.pinguius & plenius ipsi subuenitur.l.æmilius,&ibi not.ff.de mino.

Non ob.tertium quia id eo casu, procedit, ex quo resti. non obtinuerat & ē casus satis clarus: ergo non regulariter ut hic. Cogita.

Quinto & ultimo dubitatur, pone
23 quod iudex † citet clericum ignoranter ipseq; contumax sit, & banniatur, an si occidatur, impune id fieri potuerit uirtute statuti permittentis bannitum impune occidi. Prima facie uideretur dicendum quod non, quia cum istud esse non posfit, nisi ui statuti, statutumq; nihil ualeat contra clericum .c. ecclesia S.Mariæ, de consti.non debuit posse fieri: ergo factum facientem non releuabit l.hæc stipulatio.§.diuus.ff.ut le.no.ca. Secundo quia processus fuit nullus, etiam clerico contumace .c. si diligenti, de fo.comp.c.contingit, de sen. excom. tradit Bar.in l.non uidetur.i.ff.de iudi. Tertio & ultimo (ut dicebam etiam in figuratione casus) quia dato hoc inconuenienti, quod contra clericum processerit, non debet dari maius, vt occidatur l.lege xii.tab.ubi Bal in fi.C.de legi.hæ.

Tamen contrarium uerius uidetur, ex quo scriptura publica est, in qua descriptus reperitur, quæ ipsum occidentem debet excusare.l.pe.ff.ad leg.iul.de adul.l.i.in fi.ff.de abige. alias fide etiam publica deciperetur, non dicendum .l. i.C.de his qui ue.æta.imp. Secundo, quia oportet ut quis teneatur, quod homicidium fuerit dolosum, taliter ut nec etiā lata culpa æquiparetur dolo .l. quid ergo.§.pœna grauior, & ibi Bart.in 3. col. ff. de his qui not. infa .l. in actionibus, ubi omnes.ff.de in lit.iu. Sed hic dolus occidenti imputari non potest, ergo. Tertio & ultimo, quia in criminalibus, ubi uariæ hinc inde sunt opi. ea tenenda est in dubio, quæ ad absolutionem tendit.l.interpretatione.l.si præses.l.sanctio legum.ff.de pœn.

Tu breuiter tene opi. primam, non mediis de quibus supra quia ad primū dici posset, hoc casu statutum ualere, & quia perinde est, ac si laicus fuisset, ex quo non comparuit, nec priuilegium allegauit. Ad secundum uero, quod nō uendicat id forte sibi locum in processu contumaciæ punitiuo, ut per Barto. in.d.l.non uidetur.

Et ad tertium deniq;, quod inconueniens non est, ex quo (ut diximus) hoc ipsum ignorabatur.

Sed ex alio, & miror, Docto. ita supine.q. hanc etiam formasse, quia nunq̄ bannitus potest impune interfici, uirtute.d.statuti, nisi bannitus sit ex ueris ꝓbationibus, contumacia autem, non est uera probatio, ergo & si hoc habet locum in laico, multo magis locum habebit in clerico, & ita not. Alex.in.l.omne delictum, in apostil. ad Bart. in prin. ff.de re mil.post Bal.Imo.& Docto.in.l. si mora.ff.sol.mat. & in.l.i.ff.si quis ius. di.non obt.& in.l.ubi pactum.C.de trā sac.& dixi ego in.l.imperium, de iu. o. iudi. Et ex hoc tollentur argu.contrarium probantia, quia procedunt in casu, & quando aliter, q̄ ex contumacia, clericus bannitus fuisset. Et ex his finis sit huic not. legi.

SVMMARIVM.

L.2.ff.si quis in ius uo. non ie.

1 *An iste titu. differat à titu. si quis ius di. non obt.*
2 *Licet pœna & mulcta differant confunduntur tamen.*
3 *Aliud est tribunali praeesse, & praeesse iurisdictioni.*
4 *Iudices quidam habent iurisd. actu, quidam potentia, quidam nec potentia nec actu.*
5 *Causarum genera duo.*
6 *Casus legis.*
7 *An ius indicende mulcte competat etiam delegato.*
8 *Quid in arbitro.*
9 *Quid si a iudice layco citetur clericus.*
10 *Quare dixerit Iure con. si quis in ius uocatus non ierit ex causa mulcta damnari debere a iudice competenti.*
11 *Nunquid alia pœna contumaci imponi possit.*
12 *Quare dixerit à competenti iudice.*
13 *Quo modo decisio istius text. procedere possit quod citatus a iudice non suo mulctetur.*
14 *Quare dixerit Iure con. rusticitati parcendum esse & non simplicitati.*
15 *Quo modo rustico parcatur si citatus non ueniat & contumax sit.*
16 *Si iudex emolumentum consecuturus sit, deq; eius iurisd. dubitetur, an cognoscat, nunquid sua sit iurisd. nec ne.*
17 *Nunquid à sententia qua pronunciauit se competentem, uel incompetentem possit appellari.*
18 *Si citatus compareat & exceptionem opponat & iudex ad ulteriora procedat, an uideatur excep. reprobasse.*

SI QVIS IN IVS VO. NON ierit, siue eum quis uocauerit quem ex edicto non debuit.

PAVLVS LIB. I. ad edictũ. Lect.2.

L. EX QVACVNQVE CAVSA. Et si lex ista, materiã ferè continere videatur, q̃ continet ẽt titulus si quis ius di. nõ ob. attamen differunt realiter, ut declaratur ibidem, ubi & nos quoq; diximus.

Et clarius nunc, differentiam inter
1 eos † esse probantes, quia in .d. titu. potissimum tractari uidetur in genere de puniendo eo, qui iudici non obtemperauit, hic autem in specie de eo qui non erat de iurisdictione citantis, an si uocatus sit, nec compareat, puniatur. & quid in rustico, atque aliis, si die feriato uocati fuissent pariter. & aliter (ut ibi adhuc not.) dicamus quod habeant se isti tituli, ut excedentia & excessa, prout in simili glo. in .l. naturaliter in .§. nihil commune. ff. de acqui. po. & Bar. in .l. lumen ff. de ser. urba. prædio. & in .l. 2. lectu .i. C. de dolo.

Præmittentes insuper, quanuis pœna
2 † & multa differant, ut adhuc dixi ibidẽ in euidẽ. & probatur in .l. aliud est fraus in .§. i. & in .l. si qua pœna. ff. de uerbo. si. quod tamen confunduntur, quodq; plerunq; multa pœna appellatur .l. unica, in prin. ibi pœnali iudicio, iuncta glo. eo. ti. si quis ius di. non ob. & hic, & in simili in .l. si olei. C. loca. ubi locatio pro contractu innominato ponitur, & in .l. si uno. ff. eo. donatio pro liberatione, & tamẽ differunt. Et nimirum, quia uerba intentioni deseruiunt non è contra .c. intelligentia de uerbo. si.

3 Item & 3. quod aliud est † tribunali præesse, & præesse iurisdictioni, quoniam primo casu magistratus maiores tantum comprehenduntur 2. etiam minores. l. i. ubi not. text. in prin. ff. de iudi. Bar. in tracta. iudi. in prin. uer. in tribunali, & pro tribunali exponitur .i. in tribunali

bunali sicuti pro rostris.

Quarto, quod quidam iudices sunt iurisdictionem habentes actu quidam potentia, quidam nec actu nec poten-
4 tia† actu, ut ordinarii potentia, ut chartularii, de quibus in.d.l.i.ff.de iudi.&in l.rem non nouam.C.eo.qui &habituales quoq; appellantur, & priuilegiarii ut per Bal.consi.105.colum.3. uolum.3. nec actu nec potentia, ut arbitri.l. ait p̃tor.ff.de re iudi.l.priuatorum.C. de iu. om. iudi.quos honorarios appellat Ci. Tuscul.5.

Quinto & ultimo, quod causarum
5 duo sunt genera † ciuilium & criminalium, earumq; iudices limitatam habẽtes iurisdictionem.l.solemus.§. latrunculator.ff.de iudi.l.defuncto.ff. de pub. iudi.

6 Dubitatum igitur fuit breuiter † iactis his apud Paulum Iuriscon.præstantissimum huiuscæ legis nostræ authorem, si aliquis citatus fuisset a prætore, uel alio iurisdictionem habente actu, ipsi tamen non subiectus, ex causa ciuili, uel criminali, nunquid teneatur comparere.

Exempli gratia, Miles scholaris, uel quiuis alius similis, priuilegium saltim allegaturus, & ut sciat iudex, an iurisdictio ipsius citantis sit, nec nè, & si non comparuerit, an possit puniri.

Prima facie (summario enim & diuisione facilis est) dicendum uidebatur, q̃ non, quodq; puniri non possit.

Et rationem dubitandi faciebat, q̃a in simili si quis non est de territorio citantis pariter comparere non tenetur, nec ut contumax consequenter hoc casu punietur.l. fi. allega. in glo. supra de iu.o. iudi. ubi ad literam dicitur, quod extra territorium iusdicenti impune nõ paretur, & latius in.c.ut animarum periculis, in.§.statuto, de constitu.in 6.& bene, cum territoria ipsa sint limitata, & iurisdictiones pari modo in casu nostro taliter ut diuersitatis ratio assignari nõ possit.

Declarando semper uerum fore in terminis, & cum de priuata utilitate agitur, quoniam alias si de publica, secus l.i.§.cura carnis.ff.de offi.præfec.urb.docet Cy.in.l.i.in 3. colum.C. de sum. tri. & fi.catho.

Secundo, dubitandi rationem faciebat, quia si non est de iurisdictione citãtis, & sententia feratur, non ualebit, ut pote lata à iudice incompetenti.l.fi.C. si a non com.iu.l.2.in fi.ff.de pœn.l.i.C. qui pro sua iu.cum similibus, iudiciũq; reddetur elusorium, non tolerandum.l. si prætor.ff.de iudi.

Et propterea bene ad propositum dicebat Bal.in.c.i.i.§.sancimus, in prin. quo tempo.mi inuesti.pe.deb.in usib. quod omnis actus factus coram iudice incompetenti, factus dicitur sine ordine, & sine citatione.

Et alibi in.c.i.in.§.si acta, in 2.colum. si de feu.fue.contro.int.do. & agna. eo. lib. quod taliter facta deberet lacerari. Et idem in probationibus & confessione, secundum Flo.in.l.ait lex, in.§.si dolo, in 2.colum.& in.§.notandum, latius .ff.ad legem aqui.

Tertio rationem dubitandi faciebat, quia non debet quis esse iudex in causa propria, sibiq; ius dicere.l.i. C. ne q̃s in cau.pro.l. nullus.C. de iudæ. c. fi. de insti.

Et istud est fere in terminis, quod dicebat Bar.in.l.ex sententia, in.i. colum. C.de testa. tut. si quereretur de alicuius iurisdictione, & an quis esset potestas, uel capitaneus huius ciuitatis, quod ipse non posset ratione prædicta, hoc idẽ cognoscere.

Et alibi in authen.de quæsto.in prin. quod licet domini agricolarum sint iudices.in causis ipsorum, non sunt tamẽ si cum ipsis contendant.

Sed ad propositum, si cognosceret de iurisdictione sua, & an sua esset, nec ne, ius sibi diceret, & male, ut ostensum fuit, ergo.

Quarto rationem dubitandi faciebat, quia si videmus, iudici incompetenti aliquo casu concessum esse iudicare, & sententiam ferre, etiam in eum qui iurisdictioni suæ suppositus non sit, &

etiam

etiam in causa propria specialiter, iusq; sibi dicere, puta si quæstio incidenter emergat, & iudex sit saltim potentia, qa si nec actu nec potentia secus, & in Cæsare (singula singulis referendo) .l. quotiens. C. de iud. l. proxime. ff. de his quæ in testa. de. tradit Abb. in. c. lator, in 2. colum. qui si. sint legi. nō erit uerum alias regulariter, ergo nec in exemplis propositis citatus comparere tenebitur, nec ut contumax punietur.

Quinto & ultimo, rationem dubitādi faciebat, a uerbis rub. nostræ arguentes (quod facere utiq; licet, iuxta not. in l. i. ff. si cer. pet.) cōiuncta. l. i. supra qa (ut ibidem dicitur) si in ius uocatus fideiussorem dederit in iudicio, sistendi causa, non suppositum iurisdictioni illius, ad quem uocatus, quod pro non dato habebitur, & forte aliter hinc sumpta occasione, legitur in pādectis Haloan. sic. Si quis in ius uo. non ierit, siue per eum cauerit, per quem ex edicto non debuit, ergo ad propositum, & pari modo in casu isto, perinde esse debet ac si uocatus non fuisset quis, in exemplis prædictis.

Quibus tamen non obstantibus, cōtrarium deciditur in. l. nostra, quod immo ex quacunq; causa uocatus ad prætorem, uel alios qui iurisdictioni præsint, uenire debet.

Vt cognoscat an sit iudex competēs necne.

Et ne puniri ualeat, si non uenerit.

Et ratio decisionis est, quam assignat Iuriscon. in. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. allega. etiam in glo. quia iudicis est existimare, an sua sit iurisdictio, necne, uocati autem, non contemnere authoritatem uocantis.

Secunda decisionis est ratio, quia in hoc dubio pro iudice præsumendum est, secundum Inno. in. c. præterea, de dila. quem refert & sequitur Bal. in. l. generaliter, in. i. colum. C. de epi. & cle. & est argu. in. l. uir bonus. ff. iudi. sol. & in. l. herennius, in. §. gaia. ff. de euic. & in .l. 2. C. de offi. ci. iudi. ergo citatio ualebit, & tenebitur citatus comparere, priuilegiū suum ostensurus, sicuti etiam tutor, ut excusetur ab onere tutelæ, in casu .l. scire oportet. §. scire. ff. de excu. tu. & latius ut in. l. ciues, & in. l. hi qui ad ciuilia C. de ap. & in. l. neratius. C. quando prouo. non est ne.

Tertia decisionis est ratio quia iudex contendit de nudo exercitio iurisdictionis, quo casu debet eidem omnimodo in hoc obtemperari, ut de competentia uel incompetentia cognoscat, quia in simili uidemus, quod dominus feudi cū negatur dominus, ex quo de ipsius proprietate agitur, non cognoscit tunc, an sua sit iurisdictio nec ne, alias sic, ergo & pari modo iudex in casu nostro, ita Inno. & bene, in. c. cæterum, de iudi.

Quarta decisionis est ratio, quia disceptatio uertitur inter partes, non inter partem & iudicem ergo non est excusatio, qua uocatus uenire nō debeat sensitq; idem Inno. in. c. cum contingat de rescrip. & Bal. in. c. i. de inuesti. in ma. fac. in usib. feu.

Quinta & ultima decisionis est ratio quia pœnali iudicio iurisdictionē suā defendere potest. l. i. supra si quis iusdi. non ob. ergo si uocatus non uenerit punietur pariter, quia iudex iurisdictionē habere præsumitur in eos q sunt in territorio, licet priuilegiatos antequam de priuilegio constet. d. l. si quis ex aliena, in fi. ff. de iudi. l. fi. per locum à cōtrario, de iu. o. iud.

Et tenendo sic, non obstabunt adducta in contrarium. Non primum quia procedit, ubi certum est citatum non esse de territorio citantis, quo casu præcise loquitur tex. in. d. l. fi. & ad idem allega. quoq; sic intelliguntur, hic autem ubi est dubium an citatus sit de iurisdictione citantis, dubii & certi, non est eadem parq; ratio. l. continuus. §. cum ita ff. de uerbo. ob. ergo.

Quæ solu. uera non uidetur, quia in exemplis supra dictis certum etiam est, militem aut scholarem nō esse de iurisdione citantis, authen. habita. C. ne fili. pro pa. l. magisteriæ. C. de iu. om. iud. l. i. C. de exhib. re. & tamen tenentur uenire

re,priuilegium saltem allegaturi, clem. appellanti, de ap.l. si adulterium cum incestu.§.idem pollioni.ff.ad legem iul. de adul. & signanter ita dicitur in .d.l.si quis ex aliena,in fi. Responde ut hic p Ias.post Bar.tamen,& bene, in.l.3.ff.de iudi.licet Cur.aliter dicat,cui non adsti pulor,quod quanuis certum sit parte ci tatorum, præsupponimus dubium ta-men parte citantis.

Et erit facti,ad iuris differentiam, et ut per Bal.hic,in prin.latius.

Non ob. secundum quia secum habet responsionem,si dixerimus, quod immo lata sit, seu uideatur hoc casu, a iudice competenti, quasi in eum uocatus consenserit, si non uenerit .l.i.ff. de iudi.

Contra quam sol.facere uidetur, q̄a sic per errorem probabiliter dici poterit latam fuisse,& male,ac contra text.in.l. si per errorem, de iu.o.iud.

Responde,errorem iudicis esse, non partis quo uitiari minime debet.d.l.i.ff. de iudi.

Et præsertim quia dicta in præalleg. l.fi.procedunt,quando certum est,citatum non esse de sua iurisdictione, hic autem dubium,ut supra & per glo.hic, Bar.& Docto.& etiam ut in prima lect.

Non ob. tertium quia nō est uerum cum nec causa personæ,sed offi.& iurisdictionis,siue partium sit, argu.in.l.i.in §.in propria.ff.quando ap.sit.

Sed oppono, quod immo propria sit propter commodum sportularum l. de iure.ff.ad municipa.

Responde, quod cum hoc idem incidenter ueniat,& in consequentiam, nō debet esse in consideratione,ut in simili in legatario dicitur,in.l.qui testamento ff.de testa.& in.§.legatariis insti.eo.& in tutore,in.l.i.ff.de au. tu. nec habet dubium,& ut infra latius.

Non ob.quartum quia ex supra scriptis sublatum est,& clarius dici potest, antecedens uerum fore, & consequens pariter,quando certum est,ergo conclusio falsa in exemplis de quibus supra si iudex(ut dixi)dubius fuerit.

Non ob.quintum & ultimum, quia pro non dato habetur fideiussor in .d.l. i.ex quo requirebatur specialis renunciatio priuilegij, nec iurisdictionis erat dubitatio ut hic,argu.in.l.qui testamento.ff.de testa.ergo citatio ualuit, nec termini pares uidebuntur.

Verum fuit adhuc quæsitum, quid in rustico,nunquid excusetur rusticitatis prætextu.

Videbatur prima facie dicendum, quod non.

Et dubitandi rationem faciebat, primo quia in his quæ sunt iuris naturalis puniri debet ipse, ut alius nec priuilegium sibi à lege concessum est.l.2.C.de in ius uo.tradit in not. q.Bart.in tracta. de falco.in prin. sed obedire magistratibus est de iure naturali.l.ueluti.ff. de iu. sti.& iu.ergo.

Secundo rationem dubitandi faciebat,quia in simili uidemus, si tutor pupillæ cum ea matrimonium contrahat, quod non excusatur, nec pœnam euitat infamiæ.l.i. C. de interdic. ma. ergo multo minus in casu nostro.

Tertio, quia non excusatur etiam si in depositione fuerit sibi ipsi contrarius secundum Bal.in.l.scripturæ, in 2.colu. C.de fi.instru.& est not. ampliatio ad.l. qui falso uel uarie,ut procedat etiam in rustico.ff.de testi.

Quarto quia si statuto caueatur, instrumentum non ualere, nisi producatur intra tempus octo dierum,nec a rustico producatur, rusticitas ipsum non excusat.l.fi.l.ambiguitatem,C. de testa. tradit Bal.in.l.iuris ignorantiam, ad fi. C.qui admi.

Quinto & ultimo, quia nec fuit excusata quoq; in non recipiendo statuta concilii celebrati alias apud Constantinopolim, & de quo in.c.de liguribus 23.q.5.

Quibus tamen non obstantibus, & in hoc quoq; determinauit Paulus contrarium supra dicta limitando,quod immo rusticitati parcendum est,ob simplicitatem.l.cum de indebito, ad medium ff.de proba.siue in.§.i. quæ ratio decisio nis

nis huiuscæ limitationis uidetur, taliter ut ex ista cā puniri non debeat, liceatq; ei ius ignorare.

Et ē simile in.l.si quis id quod supra de iu.o.iud.

Et in.l.1.in.§.fi.ff.de eden.& in.l.2.ad fi.ff.de iure fisci.

Et hinc dici solet, quod magis agriculturam scire debet, quam literas, ut miles arma.l.i.C.de iu.& fac.igno. l. regula.§.i.ff.de execu.tu.authen. agricultores.C.quæ res pi.ob.po.

Quodq; pro rustico semper est præsumptio innocentiæ,l.3.& ibi Alb.multa.C.de defen.ci.

Et nota quod rusticitati dixit, non rustico, cum esse possit ut sit sagax, nec excusationem habeat, quemadmodum etiam hic Bal.Alex.Ias.& alii dicunt, p gl.in,d.§.de rusticis, quam commendat etiam idem Bal.in.d.l.i.in fi.C.de interdic. mat. & in .d.l. si quis id quod, in .i. colum.

Adde, ꝙ habet quoq; beneficium.l.2 C.de rescin.uen. nisi fuerit redditus certior, secundum Bal.ibidem, in 5. col.

Et ad propositum sagacitatis, declarationisq; gl.præallega.§.de rusticis, dic quod sagacitas non est scientia, ex quo per singulas artes discurrentes, nec Geometriam, neq: Arithmeticam, neq; naturalem esse inueniemus, non etiam opinio, alias sagaces omnes essemus, q a nemo est, qui non aliquid opinetur, nō deniq; prudentia, cum sit habitus, qui secundum rectam rationem deliberat, & iudicat, ergo prudentiæ similis.

De rusticis igitur intellexit Paulus, quos ueteres a ruditate, asperitateq: petrarum, petrones appellabant.

Deq: illis, quos pariter Poeta his verbis expressit.

O fortunatos nimium, sua si bona norint.

Agricolas.

Et tenendo sic, parum obstabunt cōtraria, primitus dubitationem facientiā non primum, quoniam antecedens uerum est, & consequens pariter, si iussus In præceptis tamen iuris naturalis consistat, puta quia de liberis alēdis agatur, uel de exhibenda reuerētia parentibus, & simili, de quibus omnibus, habetur in.d.l.2.C.de in ius uo.& in.l.si quis a liberis.ff.de libe.agno.& in.l.parentes .ff. de in ius uo.

Contra quam sol. facit, quia etiam citatio est de iure naturali, clem.pastoralis de re iudi.ergo cum citat rusticum iudex, si non uenit, Multabitur, & sic adhuc ob.ratio.

Responde, citationem esse de iure naturali, sed non quod non excusetur, ex quo dolus requiritur & contumacia quæ ē delictum.l.i.§.fi.supra si quis ius di.non ob.in rustico haud considerabile, propter eius simplicitatem (ut diximus) simplicitas & dolus contrariantur ergo.

Vel quod quanuis origine sit de iure naturali, qno ad modum tamen procedendi, est de iure ciuili, alias tolli plerunq; non posset.§.sed naturalia quidē insti.de iu. na.l. 2.§.fi. ff. de usuf.ea.re. q̄ usu con. & tamen tollitur, ut not.in.c. quæ in ecclesiarum, de consti.& est simile, ut inquit Deci.in rub.de ap.in 6.col. in appellatione, quæ etiam est defensio & defensio iuris naturalis.c.suggestum, de ap.l.ut uim.ff.de iusti.& iu.& tamen tollitur, ut ibi, & in.c.i.de rescrip.

Vel esto quod sit de iure naturali, ꝙ tamen non est in consideratione, cum iudicia in genere sint de iure ciuili .l. 2. §.deinde.ff.de ori.iu.§.i.insti.de ob.

Non ob. secundum quia factum id est eo casu contra speciem honestatis, ut sentit Bal.in.l.quicunq; in 6.colum. C.de ser.fu.

Vel clam, quo casu dolus causatur.l. fi.ff.de ri.nup.l.inciuilem, & ibi Bart.C. de fur. ergo non obiciet simplicitate lapsum fuisse, quia (ut dixi supra) repugnant, & declarat adhuc idem Bal.signāter in.d.l.i.in prin.C.de int.ma.

Vel quod nō parcitur eidem, ex quo lex ita processit ulterius disponendo, ut in simili respondet Bar.in.l.titia, in.§ imperator, in fi.ff.de lega.a.idemq; Bal. in.d.l.i.in fi.

Non

Non ob.tertium quia hoc solo uerbo dici potest, non excusari, quia non potest pariter esse simplicitas, ubi est contrarietas, ut de dolo proxime dicebam, & ex eodem met Bal. elicitur, in præallega. l. scripturæ.

Non ob. igitur quartum quia id etiã est propter formæ omissionem, & ubi de iuris rigore conseruando agitur, quo casu solum attenditur quod ordinatur, nec sexus, nec ætas, nec rusticitas excusat. l. properandum, in fi. C. de iudi. §. pupillis, in authen. de hæ. & fal. & in. d. l. iuris ignorantiam, not. latius.

Non quintum deniq; & ultimum, quia uerbum rusticitas, ibi aliam interpretationem habet, capiturq; pro superbia, & arrogantia, & propterea adduci non meruit alias episcopi ligures, uenetici, & histrii, de quibus ibi, nolentes admittere statuta. d. concilii, essent rustici, quod quam sit absurdum dictu, latet neminem: ergo non obstabit.

Vltimo, quæsitum fuit, quid si citatio facta fuisset, nec actoris interfuisset eo tempore aduersarium in ius uenisse, exempli gratia, quia dies feriatus fuisset punietur ne.

Videbatur prima facie dicendum, quod sic, & dubitandi rationem faciebat, quia multa (ut in euidentialibus diximus) pœna appellatur. l. i. supra si quis iusdi. non ob. & etiam hic legitur, ubi in prin. Iuriscon. multam dicit postea pœnam, in fi. modo habemus quod in pœnis non inspicitur, an intersit actoris, necne. §. alteri, insti. de inuti. sti. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo. ob. & nimirum quia succedunt loco ipsius interesse. §. pe. insti. eo. & de materia alias, in l. fi. infra eo. & in. l. fi. in. §. fi. infra de eo per quem fac. erit, & in. l. prædia. ff. de ac. emp. & in. l. si de fundo. C. loca.

Quo tamen non obstante, contrarium etiamnum hic decidit Iuriscon. & bene.

Decisionisq; ratio est, quoniam multa imponitur ratione contumaciæ, & quia maiestas prætoris contemnitur considerato etiam partis interesse. l. i. in prin. & in. §. fi. supra si quis iusdi. non ob. l. si quis ex aliena, alleg. etiam supra ff. de iudi. Verum contumacia dici non põt, nec in non comparente contẽptus aut interesse partis. l. dies festos. C. de feri. ergo pœna (ut inquit tex.) ei remittetur.

Nec ob. argumen. dubitationem faciens, quia procedit secundum glo. hic, Barto. & omnes, in pœnis conuentionalibus, non in legalibus, ut in tex. isto, nec dubium habet, & est argu. in. l. celsus. ff. de arbi. & ut latius infra hic est casus.

Loco not. modo dubito, nam certũ est, prædicta omnia primitus dicta, in iudice ordinario procedere.

Quod tum uerba ipsa indicant, ibi, ad prætorem, uel alios præsides, qui iurisdictioni præsunt, tum ratio, quia his tantum ius indicendæ Multæ datum est, qui iurisdictionem ordinariam habent. l. 2. §. fi. ff. de iudi. an locum habeant † etiam in delegato.

7 Prima facie uidebatur dicendum, quod sic, & hoc ideo, quia etiam ipse iurisdictionem habet. l. i. §. qui mandatam supra de offi. eius.

Secundo, quia uidemus etiam, quod restituit in integ. l. fi. C. ubi & apud quẽ & nihilominus restitutio maioribus magistratibus olim erat reseruata. l. ea quæ. §. i. ff. ad municipa.

Et quod deniq; ac tertio ita contemni potest ipse, ut ordinarius, contumaciaq; parte non comparentis ita considerari quo ad eum, sicut quo ad ordinarium, argumen. in. l. regula in. §. & licet, ubi glo. & Bart. ff. de iu. & fac. igno.

Quarto, quia delegatus excommunicat. c. pastoralis. §. præterea, de offi. ordi. quod sanè maius est, quam multare l. hi qui sanctam fidem. C. de aposta. ergo & contumacem multabi.

Et in specie ultimo loco tenuit Bar. in authẽ. qui semel, in 3. col. C. quomo. & quando iud. & hic. nu. 6.

Sed tamen contrarium uerius est, ea potisſimum rationem, quia hoc idem conceſſum his ſolis eſt (ut diximus) qui iuriſdictioni præſunt .d. l. 2. præallega.§.fi.ff.de iudi.l.eos.C. de mo. mul. l. 2. C. de peda. iudi. l. i. ſupra ſi quis iuſdi. non ob. Verum delegatus iuriſdictioni non præeſt, quia nec territorium habet .l. i. .§. in initio, & ibi Bald. in.2. colum. ff. de offi. præfec. urb.ergo.

Et quanuis habeat iuriſdictionem, habet ab ordinario, & uice delegantis fungitur .d.§.qui mandatam.c.quærenti,de offi.dele.c.ſane,&ibi Abb.in prin. eo.tit.

Plus dicit Bal.met,ꝙ non eſt iuriſdictio radicalis,ſed uſus,in rub.de offi.de. in 2.col.

Et Cy. in .l..i. in ulti. C. qui pro ſua iu. quod fictam habet, & adumbratam.

Et mandatum potius, quam iuriſdictio, uidetur, ut innuitur in.d.§.qui mandatam, & in prin.legis etiam, & in l.fi.eo.tit.& in.l.2.& in.l.ſolent, de offi. procon.

Et quod propriam iuriſdictionem non habeat, patet, quia cito poteſt reuocari.l.fi.§.i.C.communia de le.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi.

Non dicitur etiam hac de re, eſſe in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis, ſecundum Bal.adhuc,in.l.2.C.de ſen.

Sed extraordinarius iudex potius .l. ſi quando,& ibi idem Bal.C.de dila.

Et ex his, quæ pulchra ſunt, & digna ſcitu pro declaratione.d.§.qui mandatam, ſatis ſuperq; primum fundamentum,dubitationem faciens, ſublatum manebit.

Non ob.ſecundum quia id eſt ſpeciali ratione prouiſum,vt ex multis probauimus in .d.l.i. de offi. eius. & in .l. ne quicquam,in.§.ubi decretum.ff.de offi. procon.

Sed nunc, & quantum ad hoc, dico aliter, quanuis cognoſcat eo caſu, non tamen cognoſcere iſto, ex quo ſpecialiter eſt permiſſum in .d.l. fi. hic autem non ſed prohibitum potius d.l.2. d.§.fi. ff.de iudi.d.l.eos.C.de mo.mul.

Non ob. tertium,quia uerum eſt aſſumptum, ſed illatio falſa, quoniam non eſt contemptus in delegato punibilis,ut in ordinario,patet ad ſenſum, & ex uerbis de quibus hic, & in.l.ſi quis ex aliena,allega.ſæpe.ff.de iudi.

Non ob. quartum, quia id procedit in delegato principis, qui eſt (ut tex. met inquit) maior quocunq; ordinario, quod uerum intellige, quantum ad cauſam ſibi commiſſam tãtum ut ibidem adhuc dicitur, tradit Bald. in.l.i.in prin. C. qui pro ſua iu. & eſt ſimile in .l. præſes tertia .ff. de offi. præſi. & in .l. & ideo .ff. de offi. procon. cum tamen non præſit iuriſdictioni, nec habeat territorium, delegataq; ſit, & militent alia proxime dicta, cogitandum eſt, vel reſpondendum, ut ſtatim. Vel quod de iure canonico id uerum ſit, non ciuili, ut hic per Ange.

Non ob.quintum igitur &ultimum quia uerum eſt pariter, ſi in citatione tenor delegationis inſeratur, quo modo loquitur Bar.in.d.locis, alias citatus comparere non teneretur.

Sed ruſum facit, quod omnino delegatus ſit, cui ius indicendæ multæ non eſt à lege conceſſum .l. 3. §. ſi quis ff.ne quis eum qui .d.l.2.d.§.fi. ff. de iudi. Reſponde, conceſſum eſſe deleganti, & cum inſeratur tenor delegationis in citatione, eſt perinde ac ſi ab ipſo uocaretur .c.ſanè, & ibi Abb. in prin. de offi. dele. taliter ut ignorantia nulla prætendi poſſit, quod non ſit iudex,& ut per Iaſ. ſuſius, ubi etiam aliũ tradit effectum, de quo infra.

Secundo dubito, quid in arbitro.

8 † Reſponde ſine diſputatione, expeditisſimiq; iuris eſt, Multare non poſſe,cum iuriſdictionem non habeat,nec actu nec potentia, ſicuti dixi in euiden. l.ait prætor.ff.de re iudi.l.ſi inſulam vbi etiam Bar. in 3.col.de uer.ob.

Ad-

Adde simile,quod ordinarius,& etiã delegatus, in integ. restituunt, l. si. C. ubi & apud quem, tactumq; etiam est supra & tamen hoc idem arbitris est denegatum,ut ibidem circa medium.

Et hinc est,quod ab eorum sententia non appellatur de iure ciuili, nec petitur reductio ad arbitrium boni uiri .l. diem proferre .§. stati .ff. de arbi .l. cum specialis,& ibi Ias.in 3. colum.C. de iudi. tradit Abb.in.c.ueniens, in.i.colum de iure iu.& de materiam alias,ubi etiã. quid in arbitratoribus,in.l.si duo societatem,in.§.arbitrorum.ff.pro so.dixi aliquid in.l.si conuenerit,de iu.o.iud.

Non etiam procedit in his qui habẽt iurisd.iure speciali, ut sunt pares curiæ c.i.ubi glo.de inuesti.in mar.fac.in usib. Alua.in.c.i.in prin.colu.5.de mi.ua.quĩ cõ.est eo.lib.

9 Tertio dubito†quia in scholari & mĩlite exemplificauimus, quid si à iudice laico citetur clericus an in eo locum habeat decisio huiuscæ legis, & d.l.si quis ex aliena.ff.de iudi.

Videretur prima facie dicendum, ꝙ sic, quia ratio.d.l. si quis ex aliena & huiuscæ nostræ, uirtualiter, ita militat in eo,ut in aliis, habentibus priuilegium, uulga.l.metum .§. animaduertendum, ff.quod met.cau.

Item quia esto quod certum & notorium sit id,quòd ab incompetenti iudice citari non potest, releuetq; eum ab onere proponendi, ut supra in casus figuratione dictum fuit.Et nouissime est simile in præsumptionibus iuris, quæ liquidissimæ probationes sunt,& tamẽ non supplet iudex in his, nisi allegẽtur ut declarat Alex.in.l.i.in.i.col.C.ut quæ de.aduo.

Et maxime quia hoc ipsum, factum proprium partis allegantis concernit.l. cum quid,& ibi Bar.ff.si cer. peta.

Vltimo, quia esto quod certum sit parte citati,est dubium tamẽ quo ad ipsum citantem, & dubii ratione pro eo præsumitur,ita ut clericus is uenire omnimodo debeat,ne alias multetur.d.l.si quis ex aliena,& sentit Alb.hic,in prin.

Attamen contrarium uerius est,quia laicus,nec actu,nec potentia,iudex est, nec tenetur clericus quouis modo uenire,nec multabitur de iure, si non uenerit.c.si diligenti,de so.com.c.lator,& ibi Abb.in 2.colum.qui fi.sint le. immo, ꝙ nec expresse in eum consentire posset, etiam de sui Episcopi licentia.d.c. si diligenti.

Et propterea non est uerum, quod in eo militet ratio.d.l.si quis ex aliena.

Et minus quod hoc ipsum quod notorium est,debeat allegari.

Quanuis quoq; dubium sit parte iudicis citantis, quia non potest expresse (ut dixi) uel etiam tacite, in ipsum cõsentire,ut scholaris & miles, & ita tenẽdum est, & facit tex.etiam in .c. contingit,in ratione sui, de sen.excõ. & quod in simili inquit Abb.in.c.ut famæ, in fi. eo.tit.uidendusq; ad longum est postea idem Albe.hic nu.3.& 4.

Quarto dubito, quare dixerit Iuris-
10 con.†ex causa si quis in ius uoca.non ierit,multa damnari debere a iudice competenti.

Respondet Ias.hic, post Barto. infra idcirco dixisse, quia non statim multabitur,sed iterum citabitur, sibiq; dabitur terminus ad suas defensiones faciendas,cum iustam causam forte habuerit non comparendi.l.3.§.si ad diem, & ibi idem Bar.ff.de re mil.

Et non sine dubitatione, quoniam hoc stante, congruentius fuisset dicere, & potius ex causa remitti debuisse.

Ideo melius est respondere, quod ex causa multa damnetur,propter cõtemptum, aliter autem, & sine causa, non argumentum in.l.2.in.§. circa .ff. de excep.do.sensitq; Albe.hic,& bene, & ꝓbatur in uer.seq.

Quinto dubito, nunquid alia pœna
11 †contumaci imponi posit,puta excommunicatio,uel bannum.Idem Ias.concludit,quod sic,& quod potest etiam ꝓcedi ad misionem in po. ex primo decreto. Adde post Bar.tactum etiam remisiue fuisse, in.l.i.in prin. supra si qs

iuſdi.non ob.& ex primo decreto dixi, quia ſecundum excluditur, ex quo magni præiudicii putatur, nec de eo erat cognitio, illud autem leuis, ut in.l.ſi finita, in.§.iulianus.ff.de dam.infec. & in l.3.& ibi Bar.multum not.ff.de iudi.tradunt cano.in.c.quoniam frequenter, vt li.non con. & dictum in excommunicatione declarandum eſt, reſpectu iudicis eccleſiaſtici, quia eiuſdem laicus incapax eſt.c.decernimus.c.quanto, cum ſimilibus, de iudi.

12 Sexto dubito, quare dixerit † à competenti iudice, cum iam præſupponamus quod quis à iudice incompetenti uocatus ſit, ut in exemplis propoſitis.

Reſpondet gl.hic, & idem Iaſ.quod incompetens eſt, quo ad cauſam principalem, competens autem, quo ad multam, ſiue ipſius impoſitionem. Adde tu, bene facere tex.in.l.nullum.C. de teſti. & in.l.quotiens.C. de iudi.allega.etiam ſupra.

Sed moueo difficultatem, ſi incompetens ratione multæ, competens eſt, iamq; dictũ ſuperius, ad quid amplius idem repetere.

Sol.maioris declarationis gratia, uel ut omnem tolleret dubitationem.l.nõ ſolent.l.quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de regu.iu.l.i.§.quamuis.ff.de uen.inſpi.l.1.§.ſed ſciendum ubi not.tex. ad idem.ff.de edil.edic.

Immo plus quod non erat etiam neceſſarium dicere, pro iuriſdictione iudicis, ex quo iam dixerat in prin.de prætore & aliis qui iuriſdictioni præſunt, & in.l.i. ſupra ſi quis iuſdi. non ob. quod omnibus cõceſſum eſt, iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio defendere.

Et forte uera lectio eſt, ſi ſic uerba reſtituamus ſecundæ partis.

Si quis igitur in ius uocatus non ierit, ex cauſa multa damnabitur, alias nõ ruſticitati enim hominis parcendum ẽ, omnemq; uerborum & ſenſus ſuperfluitatem uitabimus.

Septimo dubito, quomodo prædicta † procedere poſſint, & deciſio text. noſtri, quod citatus à iudice non ſuo 13 multetur, quæ cauſa iuſta eſt non comparendi, cum tamen habeamus, quod alia quælibet, etiam iniuſta, excuſat à dolo & a contumacia.l.i.§.fi.ubi gl.Bar. & omnes ſupra ſi quis iuſdi. non ob.l.plagii, & ibi not.pariter.C. ad legem ſa.de pla.

Hanc difficultatem inſolutam relinquit Iaſ.hic, & multa ad materiam congerit in.d.§.ſi nec elinguis eſt Cur.infra num.4.

Breuiter pro ſolu.dicendum eſt, fallere hoc caſu, ex quo non ſolum contemnit iudex, ſed arroganter agitur etiam de cognitione ſibi auferenda, quam immediate habuit a lege.l.ſi quis ex aliena ff.de iudi. & probant uerba text. noſtri ibi, ut hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictionis eius ſit.

Vel aliter, quicquid alias dixerimus, quod excuſet in extraiudicialibus à dolo, non a iudicialibus, & his quæ contẽptũ iudicis reſpiciunt, quia nec iniuſta nec iuſta, uocatum excuſat.

Vel & aliter, ut in ſimili dicebam heri, quod non excuſet hoc caſu, quoniã rationibus ſupra dictis, uocatus incidit in factum iam damnatum à lege abſq; excuſatione, Cogita.

14 Octauo dubito, quare dixerit † iuriſcon.hic, ruſticitati parcendum eſſe, & non ſimplicitati, & quare non ruſticis.

Ad primum breuiter reſponde, dixiſſe, quia ſimplicitas generalius uerbum erat, & quia ruſticitas eſt ſimplicitas, nõ ẽ contra l.cum de indebito.§.i.ff.de proba.c.ſuper literis iuncta glo. de reſcrip. c.ſancta 2.q.3.& quia deniq; de ruſticitate, deq; ruſticis, ut alibi etiam ſæpe, & non de ſimplicitate in genere loqui intendebat, cum multi quoq; ſimplices ſint, qui tamen non ſunt ruſtici & agricultores.

Vnde in ſimili dicimus etiam quod ſancta eſt, quoq; omnia palam habet & quod hac de re conſtituitur differentia inter prædia ruſtica & urbana, quoniam incongruum eſt in urbanis rei familiaris uilitatem detegi.l.2.C.quando & quib.quar.pars de.lib.x.declarat Bar,

in.l.hoc iure.ff.in quib.cau. pi. uel hyp. ta.con.

Dixit etiam rusticitati, & non rusticis, ut post alios declarauimus in figuratione casus, quoniam non omnes rustici sunt simplices.d.l.athletæ.§. de rusticis.ff.de excu.tu.& quia rusticus est etiã (dictum fore Cæsaris aiunt) qui rusticitatem perferre nescit.

Nouissime tamen uidetur, quod idẽ sit, & perinde ac si rusticis dixisset, casus est in simili, in.l.si cognatis.ff.de reb.du. ubi paria sunt relinquere cognationi, uel cognatis, & in terminis in.l.fi.C. de testa.Cogita.

Et quod rusticitati faueant leges maxime in casu isto, & similibus nouissime tradit Anto.de prato.uete.consi.45. inter consi. Alex.colum.2.& 5.uol.4.

15 Nono dubito, quomodo rusticitati † seu rustico parcatur, si non ueniat citatus, & contumax sit, ac multatus.

Dicunt Docto.præsertim Alexan.& Ias.post Bar.tamen in.l.fi.in ult.colum. ff.de resti.in integ. parci eidem, quoniã à facultate appellandi non excludetur.

Et mirum uidetur, ac contra text. in .l.& post edictum, in.§.fi.ff. de iudi. ubi contumax appellans non auditur, & clarus in.l.properandum, in.§. sin autẽ reus.C.de iudi.

Et quia si permittitur appellatio à lege, quando quis contumax est in non restituendo.l.creditor.§.iussus.ff. de ap. uetari necessario uidetur contumaci in non ueniendo, ex quo plus delinquit.

Cõsiderando etiam, quod contumacia dolo non caret, l.non potest.ff. de regu.iu.l.i.§.fi.supra si quis iusdi.non ob. quodq; dolus nemini debet patrocinari.c.ad nostram, de emp. & uen.c.sedes apostolica, de rescrip. l. in fundo .ff. de rei uen.

Sed nihil ob. quoniam prædicta om nia procedunt & intelliguntur in eo, q uere contumax est & dolosus, sed in rustico simplicitas considerabilis est plurimum, ut dictum fuit supra.l.cum de indebito.§.i.ff. de proba. nec contumacia uere in eo, aut dolus esse potest, ergo, & ita transeundum est.

Decimo dubito, de quibus diebus feriatis intelligatur tex.iste, Declarant Docto.hic, maxime idem Ias.post Bald. tamen, in.c.bonæ secundo in.i.colum. de elec.

Quod debet intelligi de solemnibus & non ab re, quia repentinæ sunt incertæ & extra ordinem .l. sed & si per prætorem.§. si feriæ.ff.ex quib. cau. ma. l. a nullo.C.de dila.

Sed obstat (ut dicebam alias) generalitas ipsius, non aliter distinguentis solemnes a repentinis, uulga.l. de precio ff.de pub.

Sol.etiam quod non distinguat, per alias leges tamen distingui debet, ut inquit glo.in l.liberti.ff.de offi.asse. & probatur in.l.ut gradatim, in.§. & si lege.ff. de mu.& ho.& in.l. non est nouum, & in.l.sed & posteriores.ff.de legi.estq; argu.in.c.i.& 2.de no.o. nun. & in.c. si in adiutorium 10.dis.

Suadetq; ratio præallega.& fundata in.d.§.si feriæ, & quia de feriis in potiori significatu, & proprie, uerisimiliter intellexit.l.i.§.qui in perpetuum.ff.si ager uec.uel emphy.pe.& ita tenendum est, quicquid dixerim in prima lectu. & cũ declaratione, quando dies feriata apposita est pro præciso termino dilationis, quoniam alias si uerba paterentur, differendum esset in diem sequentem iuridicam.l.in tempus .ff. de hær. insti. tradit Bal.hic, & de materia alias in.l.2.in .§. si quis in iudicio infra si quis cau.& ibi dicemus.

In glo.sciatur, in prin.Bar.Bal.& Ias. sumpta occasione dubitant, nunquid iudex qui aliquod emolumentum con

16 secuturus est† puta duos solidos pro libra, & forma statuti, uel tale quid aliud si de eius iurisdictione dubitetur, possit cognoscere an sua sit iurisdictio, necne.

Et breuiter idem Bal. & Ias. tenuisse uidentur quod sic, & ante eos Rof.in libel.suis, Pet. de bellaper. Iaco. But. & alii.

Et bene, efficaciterq; probari uidetur secundum eos, & primo quia si hoc idem est

est in delegato.c.super literis,de rescrip. l.præscriptione .C. si contra ius uel uti. pub.

Et in arbitro quoq; , qui iurisdictionem non habet.l.ait prætor.ff. de re iudi.c.cū dilectus,& ibi not.de arbit.multo magis esse debet in ordinario.

Secundo,quia.d.emolumentum iudici, intuitu laboris,debetur.§.ne autē, in authē.de iudi. ergo ex hoc suspectus non reddetur,ut cognoscere non posit l.quoniam liberi.C.de testi.

Tertio quia incidenter & non principaliter ipsum consequitur , nec debet ex hoc esse in aliqua consideratione.l.si quis nec causam.ff.si cer.pe.& est simile in legatario, qui licet commodum sentiat ex testamento pariter, in eo tamen testis esse potest.l.qui testamento .ff. de testa.l.dictantibus.C.eo.argum.in.l.i.ff. de au.tu.

Quarto quia nō est verisimile quod contra conscientiam iudicet, spe modici lucri, quodq; salutis æternæ immemor sit .l. quidam consulebant .ff. de re iudi.& ibi not.l.si quis à se fundum .C. ad le. iuli. de ui .c. & si quæstiones , de simo.

Quinto & ultimo, quia longe maius est,quod prælatus ferat testimoniū; in causa suæ ecclesiæ , propter commodum quod ex ea consequitur, & tamen non prohibetur.c.insuper,de testi.ergo multo minus hic iudex cognoscere an sua sit iurisdictio,necne, & in sui generalitate hoc idem etiam tex.noster probare uidetur.

Contrarium uero glo.in.l. de iure.ff. ad municipa. quam hic dicit singu. idē Bart.& ibi eamq: sequitur utrobiq; , & in.d.l.quidam consulebant , & hic rursum Pau.de cast.Ange.& alii quamplures per Ias.relati, quod immo cognoscere non posit.

Moti & ipsi,quia simplex affectionis ratio iudicem ut suspectum remouet.l. prætor.l.qui iurisdictioni supra de iu.o. iud.ergo quanto magis ex affectione lucri pecuniarii,cuius odor bonus est , ex re qualibet,dicebat Vespasianus, à tito filio reprehensus, quod appositis amphoris in uiis , ad urinas excipiendas , uectigal commentus esset, fullonibus uendendas pecunia urinaria ex prima pensione ad ipsius titi nasum admota , cum dixisset scisitatus à patre , odore non offendi,& habetur ad propositum in.l.hæ operæ , in .§.fi. iuncta glo.ff.de ope.lib.

Secundo, quia in simili , si dominus petat rem feudalem ab aliquo , ipseq; neget eam esse hoiusmodi,ex quo de ipsius domini commodo agitur, iudex esse non poterit.l.i.C. ne quis in sua cau. c.cæterum &ibi Inno.de iudi.dictumq; fuit etiam in figuratione casus.

Tertio facit, nam propria causa dicitur,cuius emolumentum vel damnum ad aliquem pertinet , seu pertinere potest.l.i.§.in propria.ff. quādo ap.sit, quē tex.citat glo.hic,& in.l.si quis ex aliena ff.de iudi.& in.d.l.de iure, modo in propria causa quis iudicare non potest .d.l. i.C.ne quis in sua cau. ergo nec in casu isto,iudex cognoscere,an sua sit iurisdictio , cum emolumentum omnimodo consecuturus sit,ut supra.

Quarto ꝓbatur à simili , quia uidemus si allegetur suspectus,quod causam suspicionis non examinat .l. apertissimi. C.de iudi.c.secundo requiris , de ap. & tradit glo.ista in fi. communiter approbata,ergo nec istud ipsum,an sua sit iurisdictio,necne.

Quinto & ultimo , quia sic citatus duplici onere grauaretur in comparendo coram iudice non suo, & quod possit etiam ab eo iudicari,quo ad istud,ab surdissimum dictu :l. titia .§. qui inuita ff.de leg.2.alias etiam opi. refert Ias. sed in exemplo Bar.& Doct.nessarium non erat.

Ego,his non obstan.opi.primā,quæ uidetur esse magis communis , probo, nec ab ea ullo pacto recedo, ex supra dictis,satis stringentibus.

Et nouissime considero,si lex uult in hoc dubio, quod citatus teneatur comparere, priuilegium suum allegaturus , ut hic , & in.d.l.si quis ex aliena , quod neces-

necessario uoluisse etiã uidetur, quod iudex iudicet, & cognoscat an sua sit iurisdictio, necnè.l.2.supra de iu.o. iudi.l.illud.ff.de acqui. hæ. cum uulga. & maxime quia actus est, qui momento, & quam primum quidem allegato priuilegio, potest expediri, etiam si sportularum alias commodum consecututus sit, & quia uerisimile non est, nisi ꝙ ipsum ad iudicem competentem remittat, nec quod sportularum prætextu, in re notoria, allegata tamen (ut dixi) aliter faciat.l.merito.ff. pro so. c.i.de scruti. fa.

Nec adducta in contrarium obstanbunt, quoniam primum procedit, & verum est in causa principali, & non quãdo uenit in consequentiam iurisdictionis cognitio, ut hic. Vel quod in affectione personarum id lege cautum reperitur, non ratione lucri, & præsertim (ut inquit Ias. licet ad aliud, & bene) quia non consequitur emolumentum de præsenti, sed in futurum & tempore prolationis sententiæ diffinitiuæ, qđ & in propositione q.etiam præsupponitur, & urget, cum euenire possit quoq; quod non pronuntiabit, quodq; ipsum non consequetur, & est argu.optimum in.l.naturalem, in.§.i.quamuis ipse nihil alleget.ff.de acqui.re.do.

Non ob. secundum, quia secum responsionem habet, id esse longe diuersum à casu nostro, cum sit quæstio inter partes hic, ibi autem inter partem et iudicem, siue dominum & uasallum, quo fit ut negari non possit, quia refragatur directo d.l.i.decisio. Vel (ut dicebam proxime) tolli potest, quia si de re feudali agebatur, non erat, ut hic, iurisdictionis quæstio.

Non ob.igitur tertium, quia antecedens uerum est, & consequens uerius, sed conclusio falsa, quia pendentia ab euentu futuro incerta sunt, neq; prospicienda, quando præsens status rei ad hoc uerisimiliter non tendit.l. fundum & ibi Bar.in 2.colum.ff.de excep.sed emolumentum non consequitur nunc, ut etiam dictum est supra ergo.

Vel dic, quod immo causa propria non sit, ex quo aliud est emolumentum consequi, idest sportulas, aliud uero, ad aliquem suo nomine pertinere emolumẽtum uel damnum, quia hoc ipsum negocium principale, & totius causæ pondus respicere uidetur, ut in .d.§.in propria, ergo cognoscet, quia eidem nõ conueniunt uerba legis, & necessariò dispositio alterius prohibitiua cessabit l.4.§.totiens.ff.de dam.infec.

Non ob. quartum, quia si suspectus est.d.casu iudex, non æque conuenit, ꝙ ipse suspicionis causam examinet .d.l. apertissimi, & maxime quia forma est à lege tradita, quod arbitri eligantur .d. c.secundo requiris, hic haud considerabile, cum citatus teneatur comparere, & suspicionis causa efficax, nulla allegetur.

Non ob.quintum & ultimum, quia onus dici non potest, cum non sit super negocio principali, uel respondeamus, tolerabile, ex quo dependet a citatione unumq; imponitur in consequentiam alterius necessariò, vt in simili de specialibus dici solet pro limitatione.l.i.C.de do.pro.per Bar.in.l.si is qui pro emptore, in pe.colum.ff. de usuca. & ita tene, & multifariam limita, ut hic per Barto. Ange.Ias. & alios, quorum dicta aliter non refero, quoniam difficultatem non habent.

Secundo ad idem dubitant scriben. maxime Bar.& Ias.nunquid a.d. senten
17 tia† quia iudex pronunciauit se competentem, uel incompetentem, possit appellari.

Et concludunt breuiter, quod sic, moti per glo.in authen. habita, si.in fi. quæ hoc ad literã dicit .C. ne fi. pro pa.

Et ratione insuper, quia per appellationem a diffinitiua, damnum hoc reparari non potest.l.arbitro, iuncta gl. infra qui sat.co.l.2.ff.de ap.re.

Et est not.limitatio ad regu. l. pe. C. quo.ap.non re.&l.2.C.de epis.audi.vbi ab interlocutoria non appellatur, loquor de iure ciuili, quia de iure canonico alias secus.c.super eo.2.de ap.&ita com-

communiter tenetur.

Et si cupias uidere, quomodo damnum istud sit(ut diximus)tale ut per appellationem a diffinitiua reparari non possit,sicuti nec tortura,uideas Bart. in d.l.2.nu.13.qui multum notanter locutus est,& adeo certum te reddit in hoc, ut non sit amplius quippiam desiderandum.

Tertio dubitant scriben. si citatus cõ
28 pareat † & exceptionem iudicis incompetentis opponat,ipseq; ad ulteriora ꝓcedat, nunquid intelligatur talem exceptionem reprobasse.

Et breuiter concludunt,quod sic, etiam quod non pronunciet expresse, se iudicem competentem, quodq; ualebit inde processus & sententia, & bene probaturq; apertissime in .c. ex parte, de ap.l.à procedente.C.de dila. & expedit hoc casu opponenti, si non uult in ipsum iudicem consentire, quod à tali tacita pronuncia appellet,ut per Fel. in c.suborta de re iudi.& Cur.hic declarat post eum, dic tu quod ē casus etiam ad idem,in.d.c.ex parte.

Secundo probatur,quia in simili,eo ipso,quod pronunciat super principali uidetur compensationem reprobare .l. i.C.de ordi.iu.l.2.de or.co.tradit Bar. in l.si autem,in.§.fi.in prin.ff. de neg. gest. Tertio, quia uoluntas nõ minus datur intelligi facto,quam uerbis.l.paulus .ff. rem ra. ha. l. reprehendenda .C. de insti.immo plus illo modo quam isto .l.si tamen.§.ei qui.ff. de ædi. edic. sed si exceptionem reprobasset expresse, & ad ulteriora processisset,processus ualeret ergo & quando tacite, & ultra est argu. in.l.cum quid.ff.si cer.peta.& certe opi. hæc satis rationabilis uidetur.

Tamen contrarium tenuerunt aliq; præsertim Pau.de cast.hic, quod immo necessarium sit,quod se pronunciet, & ante omnia quidem iudicem competētem, & quod alias processus esset nullus,considerando forte supra dicta, locum habere in aliis exceptionibus dilatoriis,non ista iurisdictionis, & iudicis incompetentis, & differentiæ ratio est, quia in aliis constat iudicem esse competentem,hoc autem casu & in istis nõ propter dubium, igitur ne incertitudinis ratione,processus uitietur,debet(ut dixi)pronunciare se competentem.

Adde tu, hoc ipsum præsupponi necessariò etiam in tex.nostro,& in.l.si qs ex aliena,in materia not.ff.de iudi.allega.sæpe,dum utrobiq; dicitur,iudicem cognoscere posse, an sua sit iurisdictio, necnè, quodq; hac de re uocatus ad iudicium,uenire omnimodo debet,priuilegium suum allegaturus, quo facto se competentem uel incompetentem iudicet.

Et sic ultimo loco,quasi forma tradita a lege,a qua recedere non licet.l.iulianus .§.sed & si quis.ff. ad exhi. l. qui Romæ .§.Flauius.ff.de uer. ob.cum similibus.

Tu breuiter prima opi. uti ueriorem tene,ex supra dictis,& considera nouissime,quamuis opponens grauatus sit in hoc,quod est tamen in alio releuatus, quia(ut dixi)potest apdellare.l. eũ q .ff. de iure iu.l.i.ff.si quis à pa.fue.ma.& ita tenuit etiam Alex.consi.37.colum.5.uolum.2.& in simili est tex.in.l. sed & si susceperit,ff.de iudi.ubi qui exceptionem unam,puta iudicis incõpetentis, omittit,& aliam obiicit, illi renunciare uidetur,& in iudicem consentire, ergo pari modo iudex hic ad ulteriora procedendo exceptionem partis reprobare, & se competentem iudicem pronunciasse.

Nec ob. contraria quia sublata esse uidentur, nam dubium esse non potest hoc casu,nec incertitudo aliqua ex quo procedendo ad ulteriora colligitur, ꝙ sit competens, & ex tacita reiectione exceptionis incompetentiæ, quæ uim expressæ pronũciæ habet : ergo processus etiam ualebit.

Non ob.secundum, quia fallax est, nec id ipsum hic,aut in.d.l. si quis ex aliena,sic intelligitur , ut in inductione dicebatur,sed quod uocatus compareat ut sciat iudex,an sua sit iurisdictio, nec nè,uerum scit quomodocunq; sciat, ut ostensum est,ergo.

Non deniq; tertium & ultimum,q̃a

non

non est uerum, nec alicubi iure cautum reperitur, sed contrarium potius in .d.c. ex parte, inducendo aliter, quod cum ibi dubitetur, an tunc possit appellari, alio casu pro absoluto habetur quod legi satisfactum sit, uel expresse uel tacite procedendo ad ulteriora, si se competentem iudicem pronunciet. l.qui testamēto. ff. de testa. c.1. de æta. & qua. in 6. ergo, & propterea hinc dici solet, & argu. retorquebitur, quod in non desiderantibus certam formam, non refert quid ex æquipollentibus fieri, & quod habito effectu non curamus de modo .l. si mater. C. de insti. l. fi. ff. man. tradit late Bar. in l. gallus, in .§. & quid si tantum, in 2. colum. ff. de libe. & posthu. & ex his, quæ reliqua in cæteris glo. & apparatu Bart. facilia sunt, & expedita alias finis impositus sit quoq; huic not. legi.

Additio.

Conclusio est, quod iudex de cuius iurisdictione dubitatur, potest cognoscere an sua sit iurisdictio nec ne, siue commodum sportularum cōsequatur, siue non, quod suo loco probatum fuit satis.

Verum nunc limita ut non procedat si opponatur exceptio quæ suggillet personam ipsius, puta quod sit furiosus, quoniam tunc non cognoscet .l. cum furiosus .ff. de iudi. & multis auctoritatibus hic confirmat Ias. ut per eum.

Adde tu tex. in l. cum prætor in .§. fi. ff. eo. & in l. furiosi & in l. negotiis. ff. de regu. iu. tradit Bald. in l. mandatum col. pe. C. man. & in arbitro idem dicitur in l. sed & si seruum in prin. ff. de arbit.

Et declara uerum nisi habeat dilucida interualla ut ī d. l. cum furiosus not. & in simili in l. furiosum. C. qui testa. fa. po. quoniam tunc secus.

Imo quod nō præsumitur nisi quod sit sanè mentis. d. l. furiosum, quodq; tēstamentum factum a furioso, si reperitur factum ut fecisset quilibet sapiens, ualet. c. cum dilectus & ibi Ioa. And. de suc. ab int. Et idem in donatione facta ecclesiæ, dicit tex. in c. sunt qui opes 17. q. 4. & in sentētia si iuste lata reperiatur, Ancha. in clem. si furiosus de homi. fusius Corse. singu. testamentum, conducunt quæ etiam per Abb. dicuntur in c. ad materiam colum. 2. de consue. Grāma. deci. 73. num. 38. Boer. deci. 23. num. 60. par. i.

Est uerum in materia, si constaret quod aliquando furiosus fuerit, quod tunc incumberet onus probandi contrarium dicenti, quod scilicet est sane mentis, declarat Ancha. in præallega. cle. si religiosus col. 2. Bar. in l. 3. in fi. ff. de bo. po. infan. uel fu.

Et idem quod in furioso dicendū est (inquit Bar.) si opponeretur quod est in famis, fusius idem in l. quidam consulebant nu. 7. ff. de re iud.

Adde si posset cognoscere, & probaretur hoc, quod utiq: detegeret turpitudinem suam & male, nec est tunc quis audiendus. l. i. C. de fur. l. transactione finita. C. de trāsac. c. inter dilectos de do.

Et quia etiam si non potest, cum ad eum spectat commodum pecuniarium l. de iure. ff. ad municipa. multo minus poterit hoc casu, ex quo tractatur de fama iudicis, quæ omne commodum pecuniarium excedit. l. iusta. ff. de ma. uin. l. isti quidem. ff. quod met. cau.

Et quia si non opponatur ualebit iudicium. l. 2. C. de sen. not. in c. sciscitatus de rescrip. alias non, & ideo hoc ipsum cognoscet prius superior, seu arbitri ad idem electi, ut in l. cum specialis. C. de iudi.

Nisi ad primum respondeamus, non detegere suam turpitudinē quia aliter pronunciat se scilicet iudicem esse uel non esse, ut per Inno. in c. cum super de offi. de.

Non ob. secundum quia antecedens est falsum, ut supra dictum est, & ita cōmuniter tenetur, ergo & cōsequens, maxime quia (ut dixi) in pronunciatione turpitudo nulla detegitur.

Non tertium & ultimum quia uerū est pariter quod ualebit iudicium nulla oppositione facta, uerumq; etiam, quod

alias non ualebit, sed falsum, quod hoc non possit iudex ipse cognoscere ut hic & in.l.si quis ex aliena.ff.de iudi.

Vltimo(dicit adhuc Bar.) non poterit ipse cognoscere, si aliquid obiiciatur quod spirituale sit, puta quod conuentus dicat se esse clericum, quoniam tūc ad episcopum statim remitti debebit.

Et bene estq: casus in .c. si iudex laycus de sen.exco, in 6.& in.l.omni.C. de sacrosanc.ec. & ita etiam transit Ias. hic & omnes, & negari non potest, ex quo nullo modo se intromittere debet siue incidat quæstio iuris uel facti.c. si diligē ti de fo.comp.c.decernimus de iudi.c.lator & ibi Abb.qui fi.sint legi.

Tamen adde, si iudex sit in quasi possessione, ratione habitus, & fundatam habeat intentionem, quod non statim ipsum remittere tenebitur, ut per Ancha.consi.234.in fi. & probatur in.d.c.si iudex.

Et docet practicam Alex.in.l. titia colum.4.ff.sol.ma. quando tales exceptiones opponuntur, ut opponentibus statuatur terminus, ad producendum coram iudice seculari, capitula quæ probare in curia ecclesiastica uolūt, ut uideat an releuent nec ne, quia si non releuabunt poterit ad vlteriora procedere, sed aduerte, quia quo ad istud probatio momento fieri poterit, ex ostensione bullarum, uel si in loco notorium sit, allegari tātum.d.c.si iudex.l. si adulterium cum incestu.§.idem pullioni.ff.ad legem iul. de adul.cle. appellanti de ap.imo quod citatus hoc casu comparere non tenetur, ut per Abb.in.c. cum ordinem in fi. de rescrip.

Et ad propositum Bal.omnino uidē dus est, quando super huiusmodi exceptionibus cognoscere possit secularis iudex nec ne in.l.quotiens colum.2. C. de iudi.alias limitationes ponit Ias. dic ut per eum quia non habent difficultatem.& quia illa etiam de qua per gl. hic in fi.in discussione articuli tacta est, de iudice recusato, quod ipse non possit cognoscere causam recusationis Fusius Bar.& Imo.in.d.l. quidam consulebant ff.de re iud.

Sed ad propositum quæritur, quid si nihil sit oppositum, & iudex processit ad ulteriora, ac sententiam tulit poterit ne is qui citatus fuit dicere quod non sit competens.

Glo.præalleg. hic in uer.sciatur Barto. & omnes concludunt quod non, cum declaratione tamen quod sciat ipsum esse talem, Moti postea, quia tunc ipsius iurisdictio uidetur prorogata uoluntate partium.l.i.ff. de iudi. alias non si hoc ipsū ignorassent seu dubitassent. l.si per errorem.ff.de iu.o.iudi. l.fi.C.de condic.ob.cau.

Quia errans & dubitans erranti comparati non consentiunt.d.l. si per errorem, alias sic, licet non expresse tacite tamen, & par est uirtus taciti, & expressi l.cum quid.ff.si cer.pe.

Et potest ex eo etiam confirmari, qa infamis assumptus iudex à partibus, si sententiam ferat & non opponatur, ualet, ut dictum est supra tradit idem Bar. consi.77.in fi.& in.d.l.quidam consulebant.ff.de re iud.

Item si agatur contra fideiussorem, nec opponatur de excussiōe quæ prius contra debitorem fieri debet auth.præsente.C.de fideiu.iudicium similiter ualebit & tenebit, ut per eundem Bart.in l.si mancipium in.§.1.ff.de euic.

Vltimo si libellus incertus sit pariter non ualebit si opponatur, alias sic.l. fi. C.de anna.excep.not.in.l.edita.C.de eden. & mille sunt huiusmodi non referenda, de quibus etiam per Ro. consil. 409.col.2.& cano.in.c.i. in glo. processus de rescrip.in 6.

Et prædicta adhuc declarari debent ita demum procedere, si citatus sit talis ut possit in iudicem consentire, alias secus puta quia clericus quoniam (ut dictum est) nec expresse nec tacite posset iurisdictionem citantis prorogare.d.c.si diligenti de fo.comp.

Et hinc sumpta occasione de not. q. dubitatur, si iudex citet clericum ignoranter, ipse uero contumax sit & banniatur, an si occidatur, impune hoc idem

fieri potuerit uirtute statuti istud pmittentis, quam expediui in. i. lect. in 3. not. in 5. dubitatione dic ut ibi.

Secundo quæritur, quid si iudex in contumacem processisset eo casu quo potest perueniri ad diffinitiuam lite nõ contestata, puta in appellatione. l. fi. §. il lud. C. de temp. ap. uel ad primum aut secundum decretum. c. quoniam frequẽter ut lite non cont. nunquid processus ualeat.

Et breuiter post Inno. in c. præterea de dila. Bar. hic num. 8. concludit quod sic, si tamen pronunciauerit se prius iudicem competentem alias non, & quandocunq; contumax posset contradicere. Nec ab re quoniam iuris auctoritate pronunciatio hæc istud idem operatur, ipsumq; iudicem facit licet nõ sit ut inquit etiam Abb. in. c. cum ordinem in fi. de rescrip. & bene & ita transeunt omnes.

Est uerum quod Ias. reprehendit Bar. quantum ad dictum de primo decreto, quia ualet missio licet non præcesserit pronunciatio fretus eiusdem Bar. auctoritate in. l. 3. ff. de iudi.

Et nimirum quia fit tantum ut reus tedio affectus ueniat responsurus iuxta not. in. l. si finita i. §. iulianus. ff. de dam, infec. & in d. c. quoniam frequentet. Tamen hoc non dicit Bart. in d. l. 3. & militat ratio p̃dicta qua dici aliter non põt.

Et quod non præcedente pronunciatione prædicta possit semper dicere, tu non es meus iudex, etiam post sententiam eaq; nulla sit, not. in c. at si clerici de iudi.

Considerantes ultimo, quod nec ẽt dici potest iurisdictio prorogata, ex quo absens contradicere uidetur. l. in eo. §. deinde. ff. de ri. nup. l. sicuti de arbit. cætera dic ut supra in lectu. prædictus.

Die 8. Maii 1548. Paduæ.

SVMMARIVM.
L. sciendum. ff. qui satisda. co.

1 *Quid sit satisdatio.*
2 *Satisdatio differt à cautione.*
3 *Satisdationes prætoriæ in materia duæ sunt.*
4 *Quando satisdatio a reo præstari debeat.*
5 *Quidam satisdant, quidam iurant, quidam uero nec iurant nec satisdare tenentur.*
6 *Quæ sit forma promissionis.*
7 *De qua parte rub. hic tractetur.*
8 *Casus legis.*
9 *Quid si reus possideret uilem cespitem terræ.*
10 *Quid in usufructuario & creditore qui pignus accepit.*
11 *Quid in annuis redditibus.*
12 *Quid si fideiussor idoneus non sit.*
13 *Quid si reus conuentus bona non possideat immobilia, sed pater eius.*

QVI SATISDARE COGANTVR, vel iurato promittant, vel suæ promissioni committantur.

MACER. LIB. I.
De appellationib.

L. SCIENDVM EST. Ad euidentiã huiuscæ not. legis, præmitte, Primo quid sit satisdatio
1 † ut supra in. l. i. quod ẽ cautio, qua securum aduersarium nostrum facimus, datis fideiussoribus.

2 Secũdo præmitte † satisdationem differre à cautione, quoniam illa fideiussoribus præstatur. d. l. i. ista sine. l. sancimus C. de uerb. sig. multa Bal. in statutis, in uerbo cauere, colum. i. Alex. in. l. diuortio, in. §. interdũ. ff. sol. ma. uel & fusius, ut declarat Pet. de Bellaper. q. 464. non nihil in. l. 2. in. §. sed & si dubitetur. ff. de iudi.

3 Tertio præmitte, sasisdationes † prætorias, multiplices esse, sed in materia duas potissimum, de iudicato soluẽdo,

& de iudicio sisti, hæc hodie præstatur, illa uero, olim, cum aliquis nomine proprio conueniretur, erat necessaria. §. sed hæc hodie, insti. de satisda. l. iulianus supra eo. deq; hac loquitur tex. in. d. l. i. et tres clausulas continebat, de re defendēda, de re iudicata, & de dolo malo. l. iudicatum. ff. iudi. sol. odof. in rub. supra eo. & in. l. i. in prin. ff. de in lit. iu. & in. l. si defunctus. ff. de procu. pulchre Boer. deci. 314. num. 3. par. 2.

4 Quarto præmitte, hanc rursum† reū præstare, cum primum ad iudicium uocatur, oblato eidem libello, & ut formaliter dicitur, in authen. offeratur. C. de lit. contest.

5 Quinto præmitte, quosdam esse † q. satisdare tenentur, ut puta immobilia non possidentes, quosdam uero, qui tantum iurant, & hi sunt illustres ac super illustres. l. quotiens. C. de digni. lib. x. Vel qui, nec immobilia possident, nec fideiussores inueniūt, appellaturq; iuratoria cautio. l. generaliter. C. de ep. & cle. & quosdam ultimo loco, nec satisdantes, nec iurantes, sed per stipulationem promittentes, sub obligatione omnium bonorum suorum, ut clerici. l. omnes. §. in hac autem inclita urbe. C. eo. & de his omnibus in hoc titu. quod rub: supra tres habens partes, etiam ostendit, singula singulis referendo.

6 Sexto præmitte, formam esse promissionis † de stando in iudicio, usq; ad finem litis & causæ, ut in. d. §. sed hæc hodie.

7 Septimo & ultimo, quod hic tractatur de materia † primæ partis rub. & de tertia etiam incidenter, & in. §. si quis autem, in authen. de sanc. ep. de secunda uero, in. l. fi. infra eo. & in. d. l. generaliter. C. de epis. & cle.

Quibus præmissis, casum in terminis (summario enim plana est, & diuisione non eget, maxime in prin. isto, in quo maior est difficultas) sic breuiter figura.

8 Vocarat in iudicio † quidam, aduersarium suum; uolebatq; oblato eidem libello, sic instando apud iudicem, ut præstaret satisdationem de iudicio sisti, quoniam (ut notum est) reorum proprium est fugere, l. iudiciumq; in inuitū reddi. l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de uerbo. oblig. uocatq; reum partem fugientem imp. in. l. properandum in. §. i. & 2. C. de iudi. qui cum possideret bona immobilia, essetq; satis cautum sic agenti recusabat, dubitatum fuit hic apud Macrum Iuricon. quid iuris, nun quid cogeretur.

Videbatur prima facie dicendum, quod sic, & dubitandi rationem faciebat: Primo quia a forma legis nullo modo est recedendum. l. qui Rome. §. flauius. ff. de uerbo. obliga. l. nemo potest. ff. de lega. i. l. scio, in fi. ff. de ap. l. si quis reum. ff. de custo. reo. cum similibus, nec ab re quoniam dat esse rei. l. iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhib. nec potest omitti. l. fi. §. omnem. C. de admi. tut. Bald. in authen. matri, & auie. C. quando mul. tu. offi. fun. alias actus non ualet. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. l. i. ff. de libe. & posthu. tradit Bart. in. l. si curatorem, in 2. colum. C. de resti. in integ. sed forma legis est, libello oblato fideiussorem præstari, ut supra & in authen. offeratur C. de lit. con. ergo etiam quod immobilia possideat, ad id tamen tenebitur, & ita signanter arguit Alex. in. l. i. in 3. col. C. de procu. nec omitti debet.

Secundo dubitandi rationem faciebat, quia actor & reus sunt correlatiua, l. fi. C. de indic. uid. tol. l. i. C. ne li. po. & de his qui po. no. diximus in. l. i. in. §. si procurator supra si quis iusdi. nō ob. taliter ut inter eos correlationis ratione, sit seruanda æqualitas. l. fi. C. de fruc. & lit. expen. sed actor satisdat de lite prosequenda, q̃uis immobilia possideat. l. generaliter, allega. etiam supra. C. de ep. & cle. declarat Bar. in. l. de die, in. §. quidam in fi. supra eo. ergo. & reus.

Tertio, dubitandi rōnem faciebat, q. a maritus & uxor fundum possident dotalē. §. si fundus infra ea. l. & nimirū quia socii sunt diuinæ & humanæ domus, una eademq; caro. l. aduersus. C. de cri. expi. hæ. l. i. ff. de actio. re. amo. c. 4. xxx.

q.4. & iugales quia simul iugum ferunt ut boues, & ad aratra iuuenci. & tamen si a marito petatur, uxor satisdat, quæ hac ratione, in rem suam fideiubere dicetur, casus est in.d. §. quidam & non ab re, quia alias, & regulariter quidem non admittitur, sicuti nec miles, nec minor ann.xxv. ut ibidem, & in §.i.ea.l.

Quarto dubitandi rationem faciebat, quia uidemus etiam, quod si quis alienam defensionem suscipit, tenetur omnimodo satisdare, quamuis locupletissimus sit.l.minor.§.fi. cum duabus seq.ff.de procu. & probatur per locum a speciali, in.l.fi.in.§.defensionem.C.de admi.tu.

Quinto & ultimo, dubitandi rationem faciebat, q̃a in criminalibus quoq: indistincte præstatur.l.i.l.si quis reum ff.de custo. reo. ubi si quis, reum criminis, pro quo satisdedit, non exhibuerit pœna pecuniaria plectitur, & pondera satisdationem esse de iudicio sisti quodquè idem habuit pro absoluto Iuriscõ. cum dubitet qua pœna promittens puniendus sit.l.qui testamento.ff. de testa. c.i.de æta. & qua. in 6. ergo & in ciuilibus, quia in criminalibus ad instar ciuilium proceditur.l.absentem.ff.de pœn.

NIHILOMINVS istis non obstantibus, contrarium deciditur in.l.nostra. Et ratio decisionis est, quia si possidet immobilia, satis cautum actori uidetur, quod in iudicio stabit, & sentit glo. hic, in fi.eamq: probat Guliel. de cu. & facit tex.insti.de fideiu.in prin. & in.l.i. in fi.supra eod. tradit in simili specu. in titu.de compe.iu.adi.in.§.i. in ii.col.

Sed dubitabilis est, secundum Pe.de Bellaper.& Barto.quoniam mulier possidet fundum dotalem, ut dixi supra d. §.si fundus infra ea.l. & tamen non per hoc agenti cautum esse uidetur.l.de die §.i.supra eo.

Et quia dicitur in.§.si fundum infra ea.l.quod ad rem non pertinet, quod ibi fundus euinci possit, appareatq: ex eo, si euinci possit, quod actori adhuc non est cautum.

A quibus facile defendi potest, & responderi, ut dicebam alias, fusiusquè nunc, fore satis regulariter quod agenti sit cautum, quamuis in muliere priuilegiata, milite, & minore fallat.d.§.i. Immo plus quod nec uerum est absolute, quod in muliere etiam non cadat satisdatio, per quam actori quoq: efficaciter consulatur.l.de die.§. quidam supra eo.allega.proxime.

Ad secundum uero, non debere sic argui a contrario, ex quo resultaret absurdũ.l.inter stipulantẽ.§. sacram.ff. de uer.ob.uulga.l.2.C.de condi.inser. Imo ꝙ arg.retorquebimus, quia si pendente appellatione, non ideo minus possidet reus, in.d.§.si fundum, nec ad rẽ pertinebit fundũ euinci posse, multominus cõsiderabitur ꝙ alias & regulariter hoc idẽ possit euenire, & ꝓpterea mihi optima semper uisa est. Vel ex alio dic tu quod non sit bona, quia eadem cum dicto eẽ uidetur, & male.l.fi.ff.de offi. procu.Cæsa.Bar.in.l.q. interrogatus.ff. de pet. hæ.

Secunda est decisionis ratio, quia (ut dicebam ẽt supra) reorum proprium est fugere.l.properãdum.§. sin autem reus C.de iudi.l.fi.C.de præscrip.xxx. ann.l. 2.C.de iu.cal.sed ubi possidet immobilia, cessat fugæ præsumptio, ergo, estq; Bar.& oĩum cõiter.Et uera in se, non ꝙ iura ista hoc ꝓbẽt, nã aliud est fugere .i. detrectare iudiciũ, latitare, & retardare ꝓcesũ, quo mõ ibi intelligitur, & aliud fugere.i.se absentare, ne capi possit.Et simile adducit Bar.in fideiussore, qui reo coniunctus sit, ut cogatur actor ipsũ admittere, q̃uis minus idoneus sit, ex quo cessat tunc ꝑsumptio fugæ, & bene, ne cõiunctũ illaqueatũ relinquat, & ne uideatur odio habere carnẽ suã.l.i.2. & 3. iũcta gl.ff.ĩ ius vo.ut eant.Et ꝑ istã rõnẽ ita signãter ẽt arguit idẽ Bart.in.l.hæres meus in.§.fi.ff.de con.& de.aliq.d specu. in ti.de satisda.rei, in 3.colu.Et q̃a cessat ꝑsumptio fugæ ẽt ĩ.d.§.si fundus, alleg. supra mulier pro possidente habetur, quo ad euitandam satisdationem, licet uir solus possideat, ut per Barto. adhuc ibidem not.

Et hac de re posset inferri quoq; , ut subiicit hic,si cessaret, ex possesśiōe mobilium(exemplum tibi sumito in.l.3.in §.fi.ff.de tri.ui.oleoq; le.) quod satisdationem uitaret pariter.

Et rationabile est,quoniam nō aliud curat lex , nisi ut actori consultum sit, & reus in iudicio sistat,usq: ad finē causæ,modo hoc idem sit,uel ex possesśione immobilium, uel mobilium,quæ essectualiter possint immobilibus comparari,sufficit,arg.in.l.3.C.de insti.

Et addi potest,de immobilibus dictū fuisse,gratia frequentioris usus, argum. in.l.i.ubi glo.not.C.de his qui ad ec. cō su.cum similibus,nō quod mobilia hujusmodi ex identitate rōnis quoq; non comprehendātur, quamuis expressum non fuerit,quod erat etiam facile legislatori.l.unica.§.sin autem, ver.sin uero. C.de ca.tol.l.his solis,ibi,satis etiam tacite cautum putamus .C. de reuo. do.

Tertia est decisionis ratio , quam adhuc glo.hic sensit, non teneri scilicet ad satisdandum ,quia possesśio rerum immobilium, loco satisdationis succedit.

Et bene.l.de bonis.§.i.ubi ad literam hoc dicitur .ff. de carbo. edic. & sentit idem Bart. in.§.i.infra.ea.l. argumen. in l.si eum ī.§.qui iniuriarum.ff. si qs cau.

Verum dubitabilis reddi potest,quoniam primum non probatur in .d. l. de bonis,sed contrarium potius , quod loco satisdationis non habeatur.

Et quoniam alias clerici sic non deberent esse obligati per stipulationem promittere sub obligatione bonorum suorum,de iudicio sisti,& tamen tenentur.§. si quis autem, in authen. de sanc. epis.dictumq; est in euiden.

Quarta est decisionis ratio,q̄a si reus in iudicio nō staret,actor in po.bo.mitteretur,ꝓ mō debiti declarati.l. satis .ff. de in ius uo.quoniam immobilia se ipsa exhibent, ubi facile mobilia asportātur.l.2.C.quando & quib.quar.pars debe.lib.x.

Sed considera,quod in primam , uel secundam incidit,quoniam sic cautum est agenti , & cessat protinus fugæ præsumptio.

Quinta & ultima decisionis est ratio quia affectionem habere reus præsumitur ad immobilia, ex quo forte fuerunt suorum progenitorum, non sic ad mobilia.l.lex quæ tutores.§.nec uero.C. de admi.tu.l.si in emptionem.ff. de mino.

Nec ista necessaria est, quoniam concludit præsumptionem fugæ cessare pariter,& sic in secundam adhuc incidit.

Et ideo ultra alios , cogita tu,si decisionis ratio etiam possit assignari,possidentem immobilia non teneri satisdationem præstare, quoniam iniuriosum esset nimis,cum inuitus etiam ad iudicium trahatur .l. inter stipulantem .§. si stichum.ff.de uerb.ob. multiplicare inconueniens quod etiam satisdare compellatur,estq; ad propositum argum.in l.quod uero contra.ff.de legi. & in.l. cū post in.§.gener.ff.de iure do. & in.l.i.cū similibus.C.de dot.pro.tolerabile in illis,qui immobilia haud possident.

Nec ob.dubitationem facientia , & maxime primum , quia antecedens uerum est,uerius & consequens, sed conclusio falsa,ut hic,conuenit enim sic legem lege distingui & declarari.l.non est nouum.l.sed & posteriores .ff. de legi.l. ut gradatim.§.& si lege.ff. de mu. & ho. & maxime nouam per antiquam,secundum glo.Bar.& alios hic. Alex.con.168. colum.4.uolum. 7. & ita signanter respondetur,in.c.super quæstionum , in prin.de offi.dele.quod una per aliam exponitur, & plus quod etiam suppletur quo ad ea quæ prætermissa sunt , tradit late idem Bar.in.l.non dubium, in a.colum.C.de legi.

Et est rationabile alias hæc lex per d. authen.offeratur,corrigi uideretur,non dicendum,quia expresse non apparet.l. sancimus.C.de testa .l. præcipimus .C. de ap.l.fi.C.de indic.uidu.tol. Pulchre Alex.consi.101.colum.5.in fi.uol.3.

Et utile ē scire pro reformationibus & statutis,ut idem Bar.subiicit,se remittendo tamen ad not.in.l.omnes populi ff.de iusti. & iu. dum loquitur de interpretatione restrictiua.

Dic tu, ex supra dictis determinari, quod ex antiquis statutis scilicet, suppleri noua debeant pariter, & distingui, ex quo non differunt, nisi ut genus & species. l. omnes populi, & ibi not. ff. de iusti. & iu.

Etiam si in reformatione adesset clausula, aliquo non obstante, secundū glo. in authen. de hæ. ab intesta. ue. in prin. in uer. uacantibus, quam hic post eundem Bar. sequuntur omnes, Alex. Ias. & cæteri.

Et mirum videtur, quoniam sic nihil operari uideretur, contra tex. in. l. si quādo. ff. de leg. i. & in. c. si papa de priui. i 6.

Sol. operatur satis, quia intelligitur de aliquo contrario quod stare non possit cum ipsa reformatione, ita glo. supra allega. & Bar. in extrauagan. ad reprimē. in uer. non obstantibus, declarat, non quod distinctio (ut diximus) & suppletio fieri non possit.

Est igitur necessarium, quod aliter dicatur, uel expresse ut supra uel & taliter ut omnimodo antiquis derogatum intelligatur, puta (ut idem Bart. inquit in loco præallega. & Doct. hic) non obstante aliqua lege, quæ generaliter uel specialiter in contrarium loquatur.

Et ad propositum bene, quia non cōuenit quod lex, quæ tot uigiliis excogitatur, & cum maxima deliberatione fit, hinc inde, tot sapientissimorum hominum, auditis planè & intellectis opinionibus tam facile subuertatur. l. humanū C. de legi. l. si quando. C. de inoffi. testa. c. non debet, de consan. & affi. considerando, papam ibi hac ratione, excusatione uti, ne reprehendatur. Imo quod nec inconuenit aliquando clausulam prædictam etiam nihil operari, quando plura essent obstantia, ut not. in. l. si non lex æliascentia. ff. de hæ. insti. & in. d. l. si quando, tradit latius Bal. in. l. i. in pe. colum. C. de fur. Multa alia ad idem congerunt scriben. hic, quæ sunt dicta Bar. in loco de quo supra ideo ea aliter non refero.

Non ob. igitur secundum eò redeundo unde discessimus, quia regu. d. l. fi. C. de indic. ui. tol. limitari solet, nisi correlatiuorū diuersa sit ratio, dictetq: aliud ut ibi Pau. de Cas. not. & probatur ultra per bo. tex. in. l. uxores. ff. de his q. not. infa. tradit Bar. in. l. hoc iure, in. §. si quis debet. ff. de dona. & not. in. l. si ex falsis. C. de transac. sed diuersa est ratio in actore & reo quoniam ille sponte agit, iste uero inuitus uenit ad iudicium. l. si quando. C. de dila. l. inter stipulantem, §. si stichum. ff. de uer. ob. ergo.

Vel dici potest, ut per Ias. hic, quod immo nec actor eo casu tenebitur, si immobilia possederit.

Motus, quoniam si non tenetur reus ut hic cuius proprium tamen est fugere l. inter stipulantem. §. si stichū. ff. de uer. ob. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudi. multominus tenebitur actor, concludendo in vtroq: sic fugæ præsumptionem omnimodo cessare.

Et quia actori etiam in principio iudicij magis fauemus, quam reo. l. de die supra eo.

Et quia deniq; in satisdatione superfluitas uitari debet. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. ca.

Quæ sol. uidetur confundi ex uerbis d. authen. generaliter, & ex forma ibidē tradita, a qua minime ē recedendum. l. scio. ff. de ap. cum similibus.

Cōsiderando etiam, quod cum eo casu hominum malitiis occurratur, ne agere uolentes, aduersarios uexent, & ad iudicia trahant inuitos, sine iusta causa indistincte teneri debent ad præstationem d. satisdationis, etiam quod cesset præsumptio fugæ, & magis actori in aliis faueamus, quam reo, nec propterea satisdatio superflua sit, quoniam eiusdē interest plures habere debitores. l. 3. in fi. ff. de libe. leg.

Prima igitur est melior, quam etiam ex eo comprobo, quod dicit Bart. in. l. eum quem temere. ff. de iudi. quod in actore iustior causa requiritur, quam in reo, ut excusetur ab expensis.

Vel dicamus, cum sit ius nouum codicis, nec per antiquum de quo hic, distinguatur, ex quo in actore loquitur,

nos autem in reo, inter quos longe diuersa est ratio, ut supra quod non æque conuenit sic ab actore satisdante, indistĩcte, ad reum arguere. l. papinianus exuli ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. po.

Et ista omnia ultimo loco disputationis gratia dicta sint, quoniam authen. præallega. exoleuit, nec seruatur de iure l. arriani. C. de hære. cum similibus.

Non ob. tertium quia multæ sol. traduntur hinc inde, & primo quod text. in. d. §. quidam, loquatur in cautione de iudicato soluendo, quam non euitabat olim suo nomine conuẽtus, dato quod immobilia possideret, ut in. §. sed hæc hodie, insti. de satisda. nos autem in satisdatione de iudicio sisti.

Et non displicet, quia de ea etiam duo seq. §. §. sic loquuntur ex quibus p̃cedens quoq́: declaratur. l. utrum. ff. de peti. hæ. l. si seruus plurium, in fi. ff. de lega. i. tradit in simili Bar. in. l. fi. ff. ad treb.

Secundo respondetur, quod quamuis possideant, non tamen satisdationẽ euitant, quia super re possessa lis mouetur. Sed contra de. §. si fundum infra ea. ibi, nec ad rẽ pertinet, quod euinci &c. ubi reus satisdationem euitat, quamuis res litigiosa sit, & possit euinci. Sol. euitat quo ad alios, non quo ad eos cũ quo est in controuersia.

Tertio respõdetur, quod mulier possidet non eo modo quo hic. l. doce ancilla. C. de re uen. ita ut nec mirũ sit si mota lite marito dotis ratione, ipsa potest contra regu. fideiubere, ex quo (ut in inductione dicebam, & ex ipsomet tex. elicitur) in rem suã fideiubere dicitur sententiaq́; ipsi p̃derit, et nocebit. l. meuia §. fundus. ff. solu. mat. l. si pro re. §. i. ff. de euic. & not. in. d. §. quidam, et est uerum & ut latius per Doct. infra in glo.

Non ob. quartum quia sublatum est ex proxime deductis, & si rursum dixerimus, nec potest negari, quod id procedit in satisdatione de iudicato soluẽdo, quando quis alienam suscipit defensionem. l. qui proprio. §. qui alium. ff. de p̃cu. l. recte. ff. de iudi. §. fi. & etiam in prin. insti. de satisda.

Et non mirum, quia si olim præstabat conuentus nomine proprio, multo magis qui alieno agit, olim & hodie, ut in locis supra allega. maxime insti. de satisda. in prin.

Et nota satisda. iudicatum solui præstari, quia clausula de defendẽdo, ut potе præambulum, iudicatum supponit l. iudicatum solui. ff. iudi. sol.

Quodq́; de rato promittitur, ubi de mandato dubitatur. l. pomponius. §. i. iũcta gl. ff. de procu.

Non ob. quintum & ultimum, quia non semper in criminalibus ad instar ciuilium proceditur, ut insti. de pub. iu. in prin. & uidere licet in simili, in. l. pleriq́; supra de in ius uo. ubi domus, uniuscuiusq́; tutissimum refugium est in ciuilibus, & tamen in criminalibus secus, q̃a potest etiam inuitus in ea detineri. §. si uero, in authen. ut nulli iudi. tradit glo. in. l. sed & si. eo. tit. de in ius uo. & latius dictum est in præallega. l. pleriq́; & ideo ad propositum, licet hoc idem sit in criminalibus, quod etiã per. d. iura firmant Bal. Alex. & Ias. non propterea sic erit dicendum in ciuilibus, ut hic.

Suaderiq́; ratione etiam potest, quoniam in criminalibus fugæ præsumptio non cessat, etiam quod reus immobilia possideat, argu. in. l. i. ff. de bo. eo. qui sibi ip. mor. cõsci. ergo nec mirum si satisdatio. d. casu desideratur, nec potest euitari, ut in ciuilibus, in quibus ea ratione cessat, & iure potest euitari, ut supra sufius extitit declaratum.

Vel quia (ut dicebam alias) in criminalibus, cum de maiori præiudicio agatur, cautius procedendum est, & nouissime ad idem uidetur glo. in. l. i. in fi. supra in ius uo. ut eant. Hic est casus, litera pro lecta habeatur.

Notabilia clara sunt, clariora in cæteris dicta glo.

Quorum loco tamen quæro adhuc
9 † q. d si reus possideret uilem terræ cespitem, nunquid satisdationem euitet.

Videretur dicendum quod sic, quia uere immobilia possidet. l. fi. ff. de fun. instruc.

instruc.l.cum furti.ff. de in lit. iu. tradit Barto.in.l.in 2.colum.ff.de ac.& ob.tali ter ut legi indistincte loquenti satisfactum uideatur.

Secundo quia de iure communi agitur,quo modica curari solent,alias si de iure speciali cõtra ius commune,secus, puta in restitutione in integ. & in actione de dolo,in qua species quædam restitutionis uersatur.l.scio.ff.de resti. in integ.l.si oleum, in fi.& seq. ff. de dolo .l. quamuis .ff. ut in po. lega. declarat Bar. in.l.si proprietarius, in prin.ff. de dam. infec.forte ne specialia multiplicentur, quod restitutio fiat contra ius commune, & etiam modica curentur,&male.l. i.C.de do.promi.l.cum post.§. gener.ff. de iu.do.

Tertio, quia in simili uidemus quod pro locuplete accipitur fideiussor in necessariis personis etiam minus idoneus l.3.supra in ius uo.ut eant.

Nihilominus contrarium uerius est, ut hic per glo.Barto. num. 8. & omnes. Et non ab re ultra eos, quoniam uerba legis taliter debent interpraetari vt in absurditatem haud incidamus.§.sed & qđ principi placuit,insti.de iu.na.l.ex stipulatione .C. de sen.l. obligationum substantia.ff.de ac. & ob. sed si intelligeremus satisfactum ex hoc legi, utiq; absurdum esset maximum, ut infra ergo. & hinc Ias.sumpta occasione satis extra propositum, multa congerit ad regu.d. l.scio,quæ non sunt nec scribenda, nec referenda.

Secundo,quia parum & nihil æquiparantur.l.quamuis.ff.de cõd.& de. per quem tex.dixit alibi Bal.in authen. præterea,in fi.C.unde uir & ux.quod matrimoniũ sine dote dicitur,si congrua non fuerit,alias mulier dotata ẽt obolo, excluderetur a beneficio d.authen.qđ dictu est absurdissimum,sed ad propositũ si nihil possideat,satisdationem nõ euitat,ergo nec si parum, & (ut diximus) terræ cespitem.

Tertio & ult.quia minimũ curatur,quãdo in eo eadem est rõ, q̃ est in maximo c.de appellationibus, extra de ap. sed hic diuersa est, quoniam fugæ suspicio tunc non cessat,ergo. Ex quib.adducta in contrariũ tollũtur facile,nã primum non negatur,ꝙ uere ĩmobilia possideat sed non ut satisdationẽ euitet, & propterea falsum est,ꝙ sit(ut dicebatur) legi satisfactum quãuis indistincte loquẽti,quoniam rõne debet distingui.l.q̃uis ff.de in ius uo.declarat Bal.in.l.pactum in 2.colu.C.de colla.

Non ob.secundum quia & id quoq; uerũ est,ꝙ modica curentur de iure cõi, sed non hic,oĩq; casu,ratione prædicta. Modicũ interuallũ ẽt de iurecommuni nõ curatur, quoniam alias uitiaret duorum reorum constitutionem, & tamen non uitiat.l.duos reos.§.fi.ff.de duo. re. Appellareturq; à sententia lata in causa possessoria, propter modicum præiudicium,& tamen non appellatur.l.i. C. si de mo.po.fue.ap.de iure ciuili loquor ut ibi,non de iure canonico, quia tunc secus,clem.i.de cau.po.& pro. declarat Por.insti.de auth.tu.in 5.col. in prin. Et iudicis decretũ deniq; rescinderetur modici dãni ꝑtextu,cum tamen non rescindatur, nisi magnũ & enorme fuerit l.si prius,& ibi Bar.in 6.col.ff.de no.op. nun.& plura huiusmodi sunt,quæ non scribo,ad idem tendentia.

Non ob.tertium quia secũ responsionẽ hẽt,id alia ratione decisum fuisse in.d.l. 3. ex quo nemo ꝑsumitur habere odio carnem suam,ad qđ gl.ibi posita,allegari ẽt solet,nec uerisimile ꝙ necessarius necessariũ illaqueatũ relĩquat, ergo nõ a simili ꝙ hic satisdationẽ euitet.l.papinianus exuli.ff.de mino.cũ uulga.& ita tenete.Secũdo q̃ro,q̃a in usufructuario
10 †& creditore,qui pignus accepit, euitabũt nè satisdationẽ istã?Bar.hic,post gl. tamẽ nu.12.& in .§. sed & qui uectigalẽ sensit ꝙ nõ,& bene,quoniã ꝓ rei ueritate non sunt possessores,ut in.§.itẽ q. solã,& seq..ĩ.ea.l.ex quibus declaratur,q. sint huiusmodi ad effectum uitandæ satisdationis prædictæ.

Adde text. de usufructuario, in .l. naturaliter, in prin. iuncta glo. .ff. de acqui. poss. & not. in .l. 2. C. de usuf.

quod licet posſideat, poſsidet tamē naturaliter tantum, & non ſufficit quo ad effectum legis noſtræ.

Secundo adde, quod legitimus procurator domini dicitur, in re, in qua vsū fructum habet. l. i. §. fi. & ibi not. ff. de no. op. nun. tradit Barto. in l. de die, in §. quidam ſupra eo. ſed procurator non poſsidet. l. i. §. uſus. ff. de procu. ergo ſatiſdationem non euitabit.

Tertio adde, quo ad creditorem etiā benefacere, quia uideo quod non præſcribit pignus. l. nec creditores. C. de pi. ac. ergo nec eſt poſſeſſor ipſius, quoniam unum præſupponit aliud neceſſariò, & præſcriberet utiq; ſi poſsideret. l. ſine poſſesſione. ff. de uſuca. not. in rub. ff. de acqui. po. & ut per Bal. latius, in d. l. nec creditores, & cum habeamus iura clara, non inſiſto aliter.

Sed tamen difficultatem moueo, certum enim eſt, quod uſufructuarius, & emphyteota æquiparantur, ut not. in l. i. C. de iu. emphy. uerum emphyteota naturaliter tantum poſsidet. l. 3. §. ex cōtrario. ff. de acqui. poſſ. l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ff. commo. & tamē ſatiſdationem euitat, ut in §. i. infra ea. l. ergo & uſufructuarius. l. ſi quis ſeruo. C. de fur.

Sol. æquiparatio bona eſt, quo ad poſſeſsionem, ſed non quo ad effectum de quo hic, ex quo poſſeſsio emphyteotæ eſt ratione utilis dominii quod habet in re emphyteotica. l. i. §. qui ī perpetuum ff. ſi ager uecti. uel emphy. pe. uſufructuarii autem non: ergo non mirum ſi ipſe non euitat ſatiſdationem, emphyteota autem ſic, & not. in d. §. i. latius, & unum uerbum dicit Barto. hic, licet ad aliud.

11 Tertio quæro, quid in annuis † redditibus. Docto. omnes Bar. Alex. Iaſ. & cæteri, concludunt breuiter, ex his, reum ſatiſdationē euitare abſq; dubio, ſi debeantur ex fundo ſpāliter obligato & ad longum tēpus quidē. Et bene, quoniā inter imobilia cōputātur, gl. eſt not. in l. iubemus nulli, in uer. annonas. C. de ſacroſan. ec. & in l. hac edictali, i. §. his illud. C. de ſecun. nup. & in cle. exiui in §. cūq: annui redditus de uer. ſi. ſed īmobiliū poſſeſſor, ſatiſdare non tenetur, ut hic, ergo nec is, qui annuos ꝑcipit redditus. Et nota qđ alias appellātur panes ciuiles. l. fi. §. p̄terea. C. de iu. do. multa affiict. in trac. iu. ꝓthomy. in 3. not. bonus tex. ēt eſt in l. 2. C. de pe. bo. ſub. lib. x. & in l. i. ubi Luc. de pœ. & in rub. C. de anno. ciui. lib. 11. & annona, & ſalaria & ꝓuiſiones, ut in locis. ſ. alleg. ſuſius, & Teſſere frumentariæ, ut in l. titia ſeio in pri. ff. de leg. 2. & in l. 2. C. de fru. Alexan. lib. 11. Et rōne ſuadetur, ad qđ ſēper aīaduertendū eſt, quoniā actori tūc cautū uidetur, nec p̄ſumptio ꝙ reus ſugiat, ut late dictū fuit. ſ. not. tamen diſtinctionē, tradit Bar. in l. fi. ff. quo. bo. quā referunt & ſequuntur Regien. conſi. 82. nu. 5. uol. 2. Et ī ſimili, quoniā emphyteota pariter annuos percipit redditus, & ſatisdationē euitat, ut ꝓxime oſtensū eſt, exinde diuerſitatis rōnē aſsignando inter eū & uſufructuariū, nec repeto. Quarto q̄ro,

12 q̄d ſi fideiuſſor idoneus nō ſit † q̄a īmobilia, non poſsideat, an admittatur. Cōcludit Bar. hic in fi. nu. 13. quod non, authoritate glo. fretus in §. ſuſcepto, in authē. de exhi. re. uidetur mihi (ut dicunt alii & bene) quod ſit tex. clarus in l. 2. ſupra eo. & inſti. de fideiu. in prin. & in §. fi. de replica. eo. lib. & appellatur fideiuſſio perſonalis, quia eſt de repreſentatione perſonæ in iudicio, ut glo. præalleg. dicit, adde tu tex. in argumentum, tamē in l. ſi quis reū. ff. de cuſto. & exhibi. reo. Secundo probatur per locum a ſpeciali quia in neceſſariis perſonis (ut ſubiicit) toleratur, etiam ſi minus idoneus ſit. l. 3. ſupra in ius uo. ut eant, ergo non regulariter. l. i. ff. ad municip. cum uulga.

Tertio & ultimo, quia quemadmodum reppellitur principalis immobilia haud poſsidens, ita repelli debet fideiuſſor, ex quo inſufficiens eſt ſi ſuo nomine conueniatur, & multo magis ſi alieno, argu. in l. filium habeo iuncta gl. ff. ad macedo.

Tamen dubium faciebat, quia facile

fuisset legislatori, hoc idem exprimere si uoluisset. l. unica. §. sin autem, uer. sin uero. C. de cadu. tol. non expresit, ergo, l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hære.

Secundo quia solum dicitur alibi interesse nostra, hĕre plures debitores obligatos. l. 3. §. fi. ff. de libe. lega. ergo idoneus erit, quamuis immobilia non possideat.

Vltimo uidetur casus in. l. quos nos hostes, in. §. locuples. ff. de uerbo. sign. ubi locuples est, qui satis & idoneæ habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit: ergo etiam quod immobilia non possideat.

A prima opi. breuiter recedendum non est, quam ultra supra dicta, nouissime comprobo, quia tex. in. d. l. 2. uult, quod sit idoneus non modo facultatibus, uerum etiam conueniendi facilitate, Corn. consi. 303. ad fi. uolum. 3. Alex. consi. 84. ad fi. uolum. 3. Et quia hinc uidemus sublata obligatione principali, etiam fideiussoriam tolli. l. cum principalis. ff. de regu. iu. l. omnes. ff. de excep. tradit Bar. in. l. huiusmodi, in prin. ff. de uerbo. ob. argu. planè apertissimum, regulari ut pote accessoriam, secundum naturam sui principalis. d. l. cum principalis.

Quodq; exceptio competens principali alias competit etiam fideiussori. l. græce. §. si quis pro pecuniaria. ff. de fide iusso. & in not. q. probat Specu. in tit. de compe. iudi. adi. col. 11.

Et quod deniq; non obligatur ex nouo contractu, q̄uis priori simili, ex quo ei non accedit, nec simile est idem. l. qđ nerua. ff. depo. & est argu. in. l. si cum venderes. ff. de contrahen. emp. & in. l. si ita 2. ff. ma. testa. pulchre Signo. homode. cō si. 221. incip. in quæstione, per totum, & facit et bonus tex. in ratione sui, pro ista opi. cōi, insti. de replicatio. ad fi.

Nec ob. contraria, qa manent ex his sublata, si ad primum dixerimus expresŝū fuisse hic, & in. l. i. supra eo. q̄uis de principali loquantur, & rōne amplius, quoniam ut proxime dixi non esset actor securus nec posset suum consequi. d. l. i. l. nam is. ff. de dolo. & ad ꝓpositum facit tex. in. l. his solis, ad fi. ibi, satis etiam tacite cautum putamus. C. de reuo. do. & sic licet in specie expressum non fuerit, est tamen expressum in genere & virtualiter. l. fi. in fi. C. quod cum eo, declarat not. Bar. in. l. i. nu. 7. ff. de uulg. & pu. sub.

Non. ob. secundū quia verum est, sed debito mō intelligi debet, dummodo fideiussor immobilia possideat, ad quæ recursus haberi posit, & actor sit securus d. l. i. l. 2. C. quando & quib. quar. pars debe. lib. x. ergo non erit alias idoneus, & repelletur.

Non ob. tertium, & ult. quia pro nobis facit, intelligiq; debent uerba illa satis & idoneæ habere debere quempiam ut locuplex dicatur, pro magnitudine rei quæ petitur, respectu possesionis rerum immobilium, ut hic per glo.

Et hinc sumpta occasione dubitatur an sufficiat hoc in casu. l. nostræ, an uero necesse sit, ꝙtot bona possideat reus, ut cesset præsumptio fugæ.

Et breuiter gl. hic prællega. tenet (vt dixi) ꝙ sufficiat, idemq; Ias. per tex. in. l. i. supra in ius uo. ut eant, & in. d. l. quos nos hostes, in §. i. de uer. si. Bal. uero contrarium, quod imo tot esse debēt, ut cesset præsumptio fugæ, arbitrio iudicis relinquendū tamen, arg. in. l. i. ff. de iu. del.

Et puto uerius, stantibus deductis in casus figuratione, & quia simpliciter dicit tex. possessorem immobilium ad satisdationem non compelli, & faciunt in simili not. in. l. i. ff. ex quib. cau. in po. ea. & in. l. satis supra de in ius uo.

Nec adducta iura obstabunt, quoniā forte procedunt in fideiussore, non in casu huiusce legis, & in reo principaliter obligato, ad effectum uitandæ satisdationis.

Quod etiam ratione suaderi potest, quia si in necessariis personis sufficit & idoneus reputatur, quamuis immobilia non possideat. l. 3. supra in ius uo. ut eant, in aliis huiusmodi erit & reputabitur talis longe magis, si immobilia possederit pro rei qualitate. d. l. i. eo. ti.

Sed oppono, dictum est supra, quod debet regulari secundum naturam rei principalis, & est uerum, ergo tot immobilia ipse quoq; possidere debebit, ut d. præsumptio fugæ cesset.

Solu. regulatur secundum naturam rei principalis, pro quo fideiubetur, ex quo immobilia possidet, licet pro qualitate rei tantum quæ petitur, ut in simili dicitur in.l.fi.ff.de fun.instruc. & ꝑ Bar. in.l.i.in 2.colum.ff.de ac.& ob.& probatur in iuribus supra allega.

Quinto & ultimo q̄ro † quid si reus conuentus bona non possideat immobilia, sed pater eius, nunquid satisdationem euitet.

Pe.de. Bellaper.dicebat quod sic, motus, quia cessat hoc casu fugæ præsumptio, ex quo filius est quodammodo dominus etiam uiuente patre .l. in suis .ff. de libe. & posthu. & filius regis rex .l.2. §.ex actis.ff.de ori.iu.ponderando quod dicit exactis, quodq; Tarquinus & filii expulsi fuerant, & ad propositum, dictum adeo uerum est : ut in eo hac ratione non habeat locum usucapio pro hærede.l.nihil.C.de usuca.pro hæ. nec dominium istud post mortem patris nouum dicatur, sed potius sibi confirmatum siue continuatum.l.fi.& ibi Pau.de cast.infra si ex noxa.cau. aga. Positq; dari per filium libertas seruo, quæ tamē per procuratorem dari non potest.l.nec mulierem, vbi glo.C.de uindic.liber.l.i. §.fi.C.communia de ma.

Secundo ad idem facit, quia sufficit patrem sustinere munera publica, ita ut dicamus uulgo, æstimum ipsius, filii æstimum quoq: reputari, glo.est not. in l.2.C.qui æta. lib. x. de qua tamen testatur Bal.hic, Guliel. recordatum non fuisse, tenentem contrarium ut infra. Adde quod idem Bald.eam dicit singu. & non esse alibi, in .l.3.in.§.i. in prin. ff. de excu. tu. & hinc multa ad idem congerit Ias.non referenda.

Et naturali ratione suadetur 3. loco, quia cogitare debet actor & iudex, quod pater nō relinquet ipsum illaqueatum quodq; filius hac ratione non fugiet in casu succumbentiæ, argu. in.l.3. iuncta glo.supra in ius uo.ut eant, & in.l.fi.C. de cu. fu. & in.l.nec in ea.ff. ad le.iu. de adul.& in.l.isti quidem ff.quod met. ca.

Guliel.de cu.uero (ut dixi) tenuit cōtrarium, quem etiam hic Bar.secutus ē, Moti & ipsi, quia multa accidere possunt, ne successio patris ad filium pertineat, argu.in.l.naturalem, in.§.i.ff. de acqui.re.do.unde prouerbium est, multa cadunt inter calicem, supremaq; labra inter os & offam, inter manum & mentum magnum interuallum interq; cogitatus nostros, & actiones mons quidam magnus positus est, & ideo de nostris cōsiliis fortuna iudicat.

Secundo, quia spes successionis attendi non debet.l.post emancipationem.§.fi. ff.de libe.le.& nimirum (ut Bar. met.ibi dixit) quia est de futuro, & non fundata in aliquo iure de præsenti .l. precia rerū ff.ad leg.fal.

Tertio, quia si ad legitimam, quæ iure naturæ filio debetur .l. cum ratio .ff. de bo.dam.authē.nouissima.C. de inof si.testa.c.raynutius, de testa. pater uiuēs non tenetur, nec ex ea actor potest esse securus.l.i.§.si impuberi.ff.de colla. bo. §. illud, & ibi idem Bar.nu.5.in authen. de mona. etiam si filius ex delicto sit cōdemnatus, ut inquit Abb.in.c.2.num.3. de delic.pue.multominus tenebitur in casu succumbentiæ, si conueniatur, ergo nec ex hoc quod pater possideat immobilia satisdationem euitabit.

Et est aduerteneum, quia prædicta procedunt, & intelliguntur de iure digestorum.l.tam ex contractibus.ff.de iud. non codicis, quoniam tunc legitimam personam standi in iudicio non habet, nisi consensu patris l.fi.§.necessitate.C. de bonisq: libe.quod tamen non habet locum etiam iure Codicis, si filiusfam. fuerit citatus quia statim uidetur habilitatus ut not. Inno. in.c.cum inter, de excep.Bal.in.l.cum mulier .ff. sol. mat. Ias.in.l.fi.colum.ante pen.C.de edic.di. ad.tol.vel alias in curia delphinatus inquit Gui.pa pa decisio.54.

Ego quicquid sit, in his terminis, &

q. præsentis teneo opi. istam Guliel. & Bar. considerando nouissime, quod tex. noster requirit reum possessorē esse immobilium, ut satisdationem euitet, sed filius nō est huiusmodi, cum possideat pater. l. si ut certo. §. si duobus uehiculū ff. commo. l. 3. §. ex cōtrario. ff. de acqui. po. ergo.

Et tenendo sit, facile tollentur cōtraria, nam primum non ob. quia imo nō cessabit, ex quo dominus est ficte, & interpretatiuæ, ut ad longum & bene declarat Bald. in. d. l. in suis, in repe. in 2. colum. & indicat uerbum quodammodo quod huiusmodi est, ut fictionem importet, argum. in. l. fi. C. de impub. & ali. sub. & in. l. i. ff. de ac. re. amo. & in. §. igitur insti. de pup. sub. & in. l. i. in prin. ff. quod iussu. tradit Bar. in. l. prætor ait, in. §. i. per illum tex. pariter. ff. de eden. & in l. 4. in. §. cato, in. 4. colum. ff. de uerb. ob.

Non ob. secundum quia id in fauorabilibus uerum est, ut in. d. l. 2. non in odiosis ut hic, & ideo patre ad æstimum recepto, & ad ciuilitatē, priuilegio gaudent omnes filii, ita Bald. in. l. 2. ad fi. C. de liber. & eo. lib. & propterea ad propositum, quamuis pater possideat, non tamen efficit, ut filius ob hoc satisdationem euitet.

Non ob. tertium & ultimum, quia non est præsumptio, quæ fit à iure ponderata, ut in. d. l. 3. ergo nec satisdationē (ut dixi) euitabit.

Alias affectu paterno stante, habenti patrem nūquam daretur tutor. d. l. fi. d. l. nec in ea, & tamen plerunq; datur. l. fi. §. minores. C. de sen. pa. l. si cum dotem §. eo autem tempore. ff. sol. ma.

Nec posset actus gestus cum authoritate patris, tutoris, rescindi, cum uerisimile sit, ipsum eundem actum diligentius egisse, quam alius fecisset, & tamen rescindi potest, restitutioq; peti. l. i. & ibi Iaco. de S. Geor. C. si tu. uel cu. & ex his, quia paucula restant, iam ex prædictis expedita, nec (ut dixi supra) difficultatē habentia, consulto prætermittenda, de huiuscæ. l. prin. sumus expediti. imo & de. l. tota, quia omnia etiam in discursu, & per transennam quodammodo tacta fuerunt. Die xix. Maii. 1548. Paduæ.

Additio.

Quod propter bona cessat præsumptio fugæ, non modo immobilia ut hic uerum etiam mobilia, quæ maxime occultari uel amoueri non facile possunt, ut mercantias aurum & argentum, si publice fœnerētur, ut in iudeis tradit Gui. papa decisio. 395.

Non est etiam suspectus qui plures habet debitores, magnarum maxime quantitatum. l. facere & ibi Bal. ff. solu. mat. Alex. fusius & clarius consi. 37. col. 4. & 5. uol. 2.

Et minus qui possidet immobilia, vt se se habet principalis materia huiusce legis istud dicens expresse & Barto. hic. Alias sic, ut per Alex. consi. 64. colum. 3. uolum. 3. & cons. 160. colum. i. uolum. 5 & satisdare compelletur ut hic rursum not. Imo quod tenebitur etiam si possideat immobilia, multos tamen habeat creditores & implicitus sit (estq; pulcherrima limitatio) Valde (ut ī stupa pullus aiunt uulgo) tradit Seysel. & dicit non inuenire ab aliquo tactum in. l. i. in. §. si heres in prin. ff. ad treb.

Est uerum quod uir honeste & laudabilis uite, non tenebitur. l. i. §. is autem ubi glo. singu. ff. de ripa munien. Feli. in c. adhæc ad fi. de sen. excom. fusius in. c. super his col. pe. de accusa. nonnihil in c. litteras colum. 4. de præsump. sicuti uidemus in simili quod ei iuramentum cal. remittitur de quo tamen late Barba. in rub. de iura. cal. col. 2. omnino ubi de archiepiscopo Cantuarien. pulcherrimā refert histo. certe memoratu dignū. Audacter dicit Zaneti. in. c. i. colum. 12. de accu. per. d. glo. quod uite qualitas loco satisdationis & diuitiarum succedit.

Additio.

In illa. q. in qua fit mentio de annuis redditibus, diximus, quod alibi appellantur panes ciuiles, ut in. l. fi. in. §. præterea. C. de iu. do. & in. l. 2. C. de peti. bo. sub. lib. x. nouissime sciendum est quod

panes pro annona dicuntur siue ponũtur quotannis reddita, & ciuilis, quia de publico alias ciuibus erat constituta .l. hac edictali.§.his illud.C. de secũ. nup. l.i.C.de frumen.urb.Constantinop.lib. x.l.2.C.de anno.ciui.§. hæc ergo ĩ auth. de non alienan.

Additio.

Nouissime ad dicta supra quod possessor bonorum immobilium, præstare satisdationem non teneatur, uel si haberet plures debitores magnarum quantitatum, uel annuos redditus magnos, uel esset honeste & probatæ uitæ, addi ratio potest, hoc ideo plus quam uerum fore quia habemus, quando sunt plura eandẽ rõnẽ habentia, unius aũt fiat mẽtio, quod fieri uidetur exemplariter, & nõ restrictiue.l.traditionibus & ibi not. C.de pac.l.i.ff. de publicia .l. imperium ff.de iu.o.iudi.Bald.in.l.de quibus colu. 14.ff.de legib. exempla non restringunt regulam.§.hactenus insti.de gradi.ergo.

Additio.

Quod non uerificetur quod hic dicitur in possidente uilem cespitem terre probatur, quia in numero plurali loquitur text. & dicit possessorem rerum immobilium.l.ubi numerus.ff.de testi.l.inter illam.§.fi.ff.de uer.si.& in regu.pluralis loquutio, de regu.iu. in 6. ubi pluralis locutio non uerificatur in uno, ergo nec in modica gleba hic. Et si diceretur, quod imo est regulare quod pluralitas in singularitates resoluatur .l. falsa demonstratio.§.fi.ff.de condi.& demõ.dic fallere si materia subiecta non patiatur uel ratio aliud suadeat, quia fit uiolẽtia uerbis, estq; impropriatio ac figura aliter quæ orationem corrumpit, ut inqt Bal.in.l.eam quam in pri.C. de fideicõ. pulchre Corn.cons.159.num.9.uolum. 4.siue quia hic unum finalem effectum satisdationis respicit, & non plures, repugnatq; (ut diximus) ratio.l.quamuis C.de impub.idem Corn.consil.320.nu. 4.& ad finem uol.3.

Additio.

Dum dicit text. possessorem rerum immobilium satisdare non compelli, intellige, & subaudi possessorem & dominum, sed possessorem dixisse, quia a possessione dominia iure gentium cœperunt.l.i.ff.de acqui. po. nec nouũ quod fiat subauditio.l.oratio.ff.de spon. ibi ꝗ orationi D.Marci deest subaudi &c.vel dic possessorem.i.dominum.l. ĩterdum ff.de uer.si. Figuraq; erit Metonymia.§. item qui solam infra ea.lege.

Additio.

Dum adhuc dicit I. Con. sciendum est (adde tu) nec sine ratione, quia scire ẽ rem per causam cognoscere (ut philosophus inquit) & qui nescit rationem reddere dicitur nescire inquit Bal.in.c.cum causam nu.42.de testi.not.in.l. non omnium.ff.de legi.verbumq; scio uirtutem habet, nescio, reprehẽsionem ait adhuc in.c.ex literis colum.i.de iure iu.& si testis interrogatus vt dicat quid sit mutuũ responderit nescio, non probat.l.i.& ibi idem Bal.& omnes col.3.ff.si cer.pet.

Additio.

Quod dictum hic procedit etiam in appellatione, ne scilicet possessor bonorum immobilium, satisdare teneatur alias autem sic pro ut apparet ex supra scrip. quæ est. Macer de ap.lib.i. argumẽtum enim ualet ut per glo.in.l.propter. C.de accu. qui tamen de ap. non scripsit quod in eiusdem uita legatur, sed militarium pub.& de offi.præsid. ideo Martianus fuit seu Mauritianus potius qui præcæteris binos de ap. reliquit tractatus & maxime mirandum est quod aliter legatur, in pandectis flo. Sed moueo difficultatem, satisdatio enim hæc, præstatur ante litem contestatam, authen. offeratur.C.de lit.con. & in prima instãtia, ergo non in causa ap. ut in simili in cautione rati fit.l.pomponius.§.rati habitionis.ff.de procu. Sol. si petatur, præstari debet, qa mutatur iudicium, quod nititur etiam ꝓbare Bart.in.l.cum apud ff.iudi.sol.nisi reus sit po.bonorum immobilium, ut hic. Tamẽ cogita si semel præstita est, quod amplius præstari non

debet dato qđ possessor bonorum immobilium non sit,& semel (ut dixi) satisderit,& per Bar.latius in.d.l. cũ apud &in.l.grecæ in.§.post litem.ff.de fideiussso.Bononien.in.q.q.familia. 76.

Additio.

Ponamus in materia quod fideiussor datus, idoneus facultatibus sit de inde labatur & efficiatur non soluendo tenebitur ne iterum reus satisdare? Bar.in.l. 3.ad fi.ff.de fideiusso.dicit quod non.Et uerum est, si quis teneatur iure obligationis,quia satisdatione extincta ē, nec potest ex superuenienti inopia reuiuiscere, sed hic reus tenetur officio iudicis, quo casu cum desinit esse cautum, superuenit æquitas, ex qua oritur officium iudicis, & debet iterum præstari, & ita paulo supra postea idem Bar. sentit,& bene(& ita alias obtinui in facto) in.d.l.3.

SVMMARIVM.
L. 2.§.si absens.ff.si ex noxa.cau.aga.

1 *Ex persona seruorum domini tenentur.*
2 *Duo sunt necessaria ut detur noxalis.*
3 *Vbi agitur noxali dominus potest aut soluere lit.estimationem aut dare seruum pro noxa.*
4 *Noxa in seruis,pauperies in brutis.*
5 *Noxalis actio est in rem scripta.*
6 *Annalis est & pratoria,licet ppetua est possit.*
7 *Quod nanq; dicatur primum decretum.*
Et ibi in quibus actionibus locum habeat, deq; secundo aliqua.
8 *Casus.*
9 *Dominus conuentus noxali,ex delicto serui liberatur dando eum quod noxa.*
10 *Absentia necessaria & probabilis, non debet quemquam afficere damno.*
11 *Si restituatur dominus æque conuenit,ut restituatur etiam aduersarius.*
12 *Statuto cauetur de maleficio reperto per familiam potestatis stari eiusdem dicto & relationi,uel denunciationi syndici an admittatur probatio in consrarium.*
13 *Nunquid libero homini de facto proprio deponenti credatur.*
14 *Quo modo .§. iste suprascriptioni pauli conueniat,edictum exponentis.*
15 *Quo modo dominus posfit esse certus de negatiua sui natura improbabili.*
16 *Si dominus negauerit seruum esse in sua potestate perdit beneficium dandi eum pro noxa,quid si ante lit. cont. mendacium reuocaret an illud retineat.*
17 *Quo modo probetur dolus domini desinentis seruum possidere.*
18 *Nunquid missus ex primo decreto fructus lucretur.*
19 *Nunquid possit appellari,*
20 *Quid in secundo.*
21 *An ea facilitate qua primum,uel secundum decessum est,possit reuocari.*

SI EX NOXALI CAVSA AGAtur, quemadmodum caueatur.

PAVLVS LIB. VI.
Ad edictum.

L.2. §. SED ALIO IVRE. SI ABSENS. Ad euidentiam huiusce difficilis & not. §. habent iuuenes præmittere, & primo, quod ex perso-
1 na seruorum, domini tenentur † si contrahant, uel delinquant.

Si contrahant, actiõe de peculio(qđ enim sit peculium habetur in.l.depositi in fi.ff.de pecu.) de in rem uerso, & quod iussu,quæ omnia per ordinem uidenda sunt in.l.i.ff.de pecu. de in rē uerso,& quod iussu deniq;,& ubiq; in pri. Si uero delinquant,noxali,ut hic,& insti.de noxa.ac.in prin.

Secundo, quod duo necessaria sunt
2 †ut detur noxalis,quod delictum sit priuatum,quoniam alias si publicum, tũ vt liber castigabitur,nisi de crimine agatur ciuiliter.l.hos accusare.§.omnibus, & ibi Bar.ff.de accu. l.i.§.fi.l. qui nomi-

ne.ff.ad leg.Cor.de fal.q̄ aūt sint delicta publica,habetur in.l.i.ff.de pub. iu. Et quidem commissum domino ignorante,quod semper præsumitur.l.uerius.ff. de proba.l.fi.pro suo.quoniā si eo sciente,tunc insolidum obligabitur.l.2.ff.de noxa.ac.

3 Tertio,quod ubi agitur noxali† in facultate domini est,uel soluere litis æstimationem,uel dare seruum pro noxa.l. i.ff.eo.l.miles.§.i.ff.de re iudi.& insti. de noxa.in prin.& pro limitatione.§.curare,insti.de actio.notandum est ,ut inq̄t Spe.de offi.o.iu.in .§. deseruit quoq: in 5.colum. & ad propositum hoc idem satis æquum erat,ne factum serui esset sibi damnosum.l.si vnus.§.ante omnia.ff. de pac.l.sancimus.C. de pœn.l.non debet.ff.de regu.iu.& maxime nequitia ipsius commissum, ut in locis de quibus supra est uerum tamen, quod litis æstimatio est in obligatione,deditio autem in solutione.d.l.miles.

4 Quarto, quod noxa in seruis est † ut in brutis pauperies de qua in ti. si quadru.pau.fe.di.sic dicta, quia caput sequitur,idest seruum ipsum,seu corpus, q̄d nocuit,ad differentiam noxiæ, quæ est ipsa culpa,seu ipsum maleficium, ut insti.de noxa.in prin.& in.§.omnis,&in.l. licet.C.an ser.ex suo fac.& licet titu.ille &.l.i.si quad. paup. fe. di.ascribatur Vlpia.tulit eam nihilominus Solon apud Athenien.si canis damnum dedisset, ut capistro alligatus,quatuor pedum, dederetur.

Nisi delinquat aduersus dominum, quoniam tunc secus, ex quo sic esset sibi ipsi obligatus,non dicendum .c.fi.de insti.l.2.ff.de stipu.ser.l.i.&ibi Salice.C. de noxa.

Vel de iure longobardo loquamur (allegari enim commode potest.l. capitalium.§.famosos,ubi glo.ff. de pœn. c. raynutius,de testa.)quia semper eo intētari potest actio cōtra dominum, etiam si caput,idest seruus ab alio possideatur l.2.de paupe.l.si quis aliū,& seq. de cul. ser. & sic declarabitur, siue limitabitur dispositio.d.§.omnis.

Et quod ē in seruis dixi de industria, ex quo filius pro noxa dari non potest, iure nouo.§.fi.insti.de noxa, vnde non ab re seruos non liberos, pecudibus etiam comparamus.l.2.ff.ad legem aqui. Nec etiam liber homo.c.i.§.si iudex, & ibi Bal.in fi.de pa.te.in usib. ubi ad literam dicitur,quod nec ipse,pro noxa dari potest,sicuti nec filius.

5 Quinto, quod noxalis actio est personalis† in rem scripta,quodq: omnem possessorem persequitur, ad similitudinem rei uendicationis, dummodo dominus dolo haud desinat seruum possidere,ut infra & not.in.d.§.omnis, & in l.sin autem,in.§.i.ff.de rei uen.&in rub. late.ff.si cer.pe.

6 Sexto, quod annalis est & prætoria †licet perpetua esse possit quia descendat ex actione quæ perpetua sit,ut communi diuidūdo,ex quo in locum actionis furti,& ui.bo.raptorum succedit, q̄ sunt huiusmodi, & ut latius habetur in l.pe.in.§.fi.ff.de noxa.ac.& obiter nota, quod actiones perpetue alias dicuntur quanquam hodie restricte sint ad certum tempus, origine antiquitatis considerata, quoniam à legibus senatus ue consultis prouenientes erant tales, hoc est (ut dixi) perpetuæ , nec præscriptio cognita de iure digestorum ut declarat glo.in.l.qui occidit in.§.i. ff. ad legem aquil.& Bar.in.l.si pupillus ad fi.ff.de admi.tu.

7 Septimo & ultimo, quod primum decretum dicitur†primus iussus iudicis & interlocutoria ipsius,lata inter principium &finem causæ,iuxta gl.in clem.i. de seq.po.& fruc.& primus quidem,q̄a alias ipsum nullus præcedit.l. ꝓximus. ff.de uerbo.si.§.in reliqua,in prohe. ffo-rum, sicuti etiam primus gradus testamenti in simili.l.i.ff.de uulga.&pu.substi.& primæ nuptiæ, si nullæ aliæ intercesserunt.l.si quis.§.talem. C. de secun. nup.

Quod scilicet actor,ubi reus uocatus ad iudicium non uenit, mittatur in possessionem bonorum ipsius,uel rei petitæ, ut tedio affectus ueniat responsurus

l.i.& 2.ff.ex quib.cau.in po.ea.l.is cui,in prin.ff.ut in po. le. & hac de re detentator tantum efficietur,&ut infra latius.

Et habet locum breuiter in actionibus tam realibus,quam personalibus.l. cum proponas, & authen.ei qui iurat. C.de bo.au.iu.po.l.fulcinius.§.Celsus, & .§.fi.ff.ex quib.cau.in po.ea.

Interponiturq; iudicis officio, ad quem spectat non obtemp. antem punire,ut diximus in.l.i.supra si quis iusd. non ob.

Ex quibus infertur ad secundum, ut secundus iussus dicatur, sicuti secundæ nuptiæ pariter post primas, secundus gradus testamenti substitutio, & simile d.l.si quis.d.§.talem.C.de secun.nup.d. l.i.de uulga.& pu.sub.

Et nota,quod inter unum, & aliud debet labi tempus,quod arbitrabitur iudex, si non sit à lege uel consuetudine præfixum.d.i.C.de eman.lib.l. uenditor §.si constat.ff. communia prædio.l. i. ff. de iu.deli.

Quodq: officio iudicis interponitur ut supra contumacia iterata.d.l.i si quis iusdi.non ob.

Et est effectus,quia si is contra quem fit missio,dominus est,missus efficietur dominus pariter, sin autem parabitur usucapiendi & præscribendi conditio.

Verum est,tamen,quod a primo differt, quia secundum interponitur in personalibus tantum actionibus, & maxime in noxali,primum uero (ut diximus) in personalibus & realibus.

Et differentiæ ratio est, ut hic per Odof.quia in reali actor habet desiderũ suum,ita ut secundum decretum superfluum uideatur, quod non est in personali, ex quo per primum decretum fit tantum detentator, uel quia dicit se dominum in primo,nec potest amplius effici dominus per secundum .§. sic itaq; insti. de ac. Immo quod si in secundo idem peteret, uideretur affirmare se dominum non esse, & sic contrarium, & male, nec admittendum,l.i. C. de fur. l. 2.§.i.ff.quando ap.sit.l.titiæ si non nupserit.ff.de condi. & dem. & fusius ut per eum. & est materia subtilis & quotidiana male explicata, ut inquit Barto. in l.si finita in.§.iulianus .ff. de dam. infec. testatus hic quod eam repertit Pet. de Bellaper. in .d.§. iulianus, & Cy. alias in ulti. repet.primæ partis.ff.uet.hoc est huius libri.

Quibus præmissis, casum in terminis (summario enim & diuisione facilis est, ut hic per Bar.Bal.& Docto.) sic figura.

8 Ego habebam seruum, quem tibi damnum † dedisse asserebas, aufugerat timor enim pedibus addidit alas (ut ille ait) conuenisti me sic eo absente, noxali actione, Dubitatum fuit hic apud Paulum Iuriscon. præstantissimum huiusce .§. nostri authorem, si ego ipsum seruum meum esse nõ negauerim quid iuris.

Qui respondet,quod alterum de tribus facere debeo, quodq; Vindius putabat me ad hæc compelli posse, uel quod promittã ipsum in iudicio sistere si dubitẽ,an damnũ dederit tibi,necnè. Vel si certus sim damnũ non dedisse, ꝙ iudiciũ statim accipiã, ipsũq; defendã. Vel è contra,si certus sim damnũ dedisse,ꝙ caueam,me, ipsum daturũ tibi rursum omnimõ pro noxa, ad qđ ẽt de iure teneor, nisi uelĩ soluere æstimationẽ damni,ut supra in euiden. dictum fuit. Et ratio decisionis est quo ad primum, quia non cogor alias præcipitare ius meum,&seruum ipsum dare pro noxa, causa indiscussa.l.illud, in fi. prin. ff. de peti.hæ.per quẽ tex.ita etiam dixit Bar. in.l.fiscus,in prin.ff.de iu.fisci,& Bal.in l.fi.C.quib.ad lib.procla. non licet. Quo ad secundũ uero,quia cum fidem innocentiæ habeã iuxta uulga. illud cõsciẽtia mille testes,habere quoq: debeo securitatem aduersus oẽm calumniam l.sororem.C.de his quib.ut indi. Et quo ad tertiũ deniq:, ne in expensis me iudex condemnet rõne uictoriæ,iuxta not.in.l.properandum,in.§.& si quidem.C.de iudi.& non habet difficultatem,ut hic per Ang.& alios, & est argu. etiam in.l.proinde.ff. ad legem aqui.

Sed tamen dubium faciebat ex huiusmodi promissione, quod in iudicio seruus sistet, tibi agenti non esse in aliquo satisfactum, & adhuc quo ad primum, ex quo legitimam personam stādi in iudicio non habet.l.seruus.C.de iudi.qua de re mirum nō est, si dominus ad eum defendendum admittitur, imo quicūq; l.si nō defendantur ff.de pœ.

Non habet etiam facultatem compromittendi, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum .l.i. ff. de arbit. tradit Bar.in.l.licet,in.§.si seruus .ff. de pecu.

Horumq; omnium ratio est, quia iudicia sunt de iure ciuili,ut insti.de ob.in prin.dictoq; iure seruorum status anihilatus.l.quod attinet.ff.de regu. iu.

Secundo dubitationem faciebat, qa promissio facti alieni, si sit contra legē, non ualet,etiam si pœna adiiciatur.l. stilatio ista,in prin.ff.de uerb. ob. declarat Feli.ī.c.ex rescripto,in pe.col.de iureiu.

Tertio & plus,quod dato quod sisteret & confiteretur, non proprerea præiudicaret mihi, neq: meam conditionē faceret deteriorem, neq; eius confessio haberetur pro explorato facinore .l.i.§. diuus,&.§.si quis ultro .ff. de quæstio.l. seruus.C.de pac.argumētum in.l.ignorantis.ff.de procurato.& insti.de auc.tu. in prin.& in.l.qui fundum in .§. si tutor ff.pro empto. & ideo ad ꝓpositum hoc ipsum fieri non deberet, idest promitti quod in iudicio sistet .l. hæc stipulatio §.diuus.ff.ut le.no.ca.

Quarto,&nunc modo quo ad secundum, dubitationem quoq; faciebat, quia regulare est, neminem teneri, uel esse obligatum, alium defendere.l.metum .§. sed licet, & ibi Barto. ff. quod met.cau.l.inuitus.C.de procu.l.noxali, ubi tex.in terminis.ff.de noxa. ac. quomodo igitur cogi potero iudicium accipere, ut ipsum seruum statim defendā? & est argumen. in .l.i. C. ut ne. inui. age.co.

Quinto & ultimo, dubitationem faciebat quo ad tertium d. cautionem minime necessariam esse,quoniam hoc mihi erat omnino à lege concessum, ut hic in prin. & in.l.i.ff.de noxa. & insti. eo.in prin. dictumq; fuit satis in eudē. eoq: magis quia licet sim ego certus, seruum meum damnum tibi dedisse vt asseris, non tamen apparet quia fuerit condemnatus, & id aliter per sententiā cognitum atq; decisum.

Et urgent ualde prima facie: nihilominus à determinatione Pauli haud est recedendu, ut supra, & rationibus prædictis, quas non repetimus aliter.

Nec ob. dubitationem facientia, quia ad primum responderi potest, & dici, quod quamuis legitimam personam standi in iudicio non habeat regulariter, habet tamen hoc casu, ut de facto suo interrogetur, ex quo melius scit ipse hoc ipsum, quam ego, uel alius.l.interrogari.C.de quæstio.l. cum probatio .ff. de proba. & ut hic per glo. ac Docto.latius,quod etiam probatur, quia si de facto meo interrogari non potest,nec torqueri.l.diuus.l.i.§.idem Cornelio .l.sed si unius.§.seruus.ff. de quæstio. necessario interrogabitur de suo & torquebitur, intellige semper indiciis præcedentibus, quia a tortura non est incipiendum, ut in .d. iuribus not. & est argumen.in.l.pomponius,in fi.prin. ff. de procu. Vel formalius quod non habet legitimam personam standi in iudicio agendo, sed se defendendo .l. seruus .ff.de accu. Barto. in.l.si fideiussor. in.§.si necessaria .ff.qui sa.cogan. & est argumen.in.c.cum inter de excep.

Ex quibus tolletur, secundum quoniam dici probabiliter non potest, alienum factum esse, cum actio in me ipsum ut supra dirigatur, ipseq: tenear, & non seruus, ergo cum dubitem promittendo seruum in iudicio sistere, ut ueritas cognoscatur,factum meum, & non alienum promitto,&sic promissio ualebit.

Non ob.tertiū quia non p̄iudicat mihi in rebus meis,nec ī peculio, sed quo ad ipsū seruum tantū quē dabo ꝓ noxa nisi uelim æstimationē soluere, ut .s. & plus quod absolute ei credendū est,nisi ego contrariū ꝓbauerim.d.l. cū ꝓbatio

l.serui.ff. de testi.& not. hic per glo. adhuc & Docto.nec habet dubium.

Non ob.quartum, quia cogar causatiue saltem, si non præcise, ex quo ipso seruo carebo alias.l.is qui aliena.d.l. noxali.ff.de noxa.

Immo plus dicit Ang. hic, quod hæc omnia procedunt per modum consilii, taliter ut contraria etiam omnia cessent sed iudicio meo longe tutius est respondere ut supra quoniam uerba text.clara sunt, nec posśũt negari, ibi, COMPELLENDVM PVTAT VINDIVS.

Non ob.igitur quintum & ultimum quia verum est, sed non simpliciter, quo casu cum sim de damno certus, nec promittam me daturum ipsum seruum ꝑ noxa, tenebor in solidũ, ex quo uideor quodammodo fateri me sciente damnum tibi datum fuisse.d.l.i. cum aliis allega.supra.ff.de noxa. Et ultra etiam dici debet, quamuis non appareat, nec cõdemnatus sit, quod tamen debet intelligi, dummodo hoc ipsum constet, & de delicto conuincatur .l. qui accusare .C. de eden.l.actor quod asseuerat.C. de ꝓba.cum similibus.

Secundo apud eundem Paulum dubitatum fuit, quid si negassem, seruum esse in potestate mea, uel dolo fecissem quominus esset, exemplificando ut in glo.si eum interfecerim, uel manumiserim, & ex hoc nota quod dolus præsumitur, pro limitatione.l.quotiens. §. dolo.ff.de proba.vel si fugam ei mandauerim.l.de illo.ff.de noxa.ac. an cogendus sim suscipere iudicium, sine noxæ deditione, deq; mendacio conuictus, an teneat præcise & insolidum.

Qui similiter respondet, quod sic, & est decisio uerissima, ac rationabilis.

In pœnam mendacij, & doli.l.si seruus depositus.§.fi.d.l.de illo.ff.de noxa. Theophrastus enĩ dicebat ueteres duorum maxime cũram habuisse, ut omnia fierent in foro citra tumultum, &a mendaciis homines abstinerent. Et quia nõ dẽt cuiquam patrocinari .l.itaq: Fullo. ff.de fur.l.ne ex dolo.ff.de dolo .c. sedes apostolica de rescrip. & istud sit pro ratione decidendi.

Adde simile in.l.fi.& in.l.qui restituere.ff.de rei uen. ubi negans se possidere de mendacio conuictus pariter punitur in translatione possessionis, & si (referẽdo singula singulis) in actione reali conuentus, & iussus rem restituere, eam desierit possidere, damnandus erit in quã tum aduersarius sine ulla taxatione iurauerit.

Et quia in pœnam mendacis similiter obligatur filius alibi, ut teneatur, & perdat beneficium, ne conueniatur nisi in quantum facere potest, in.l. eum qui ff.quod cum eo. & in.l.2.ff. eo. & etiam in.l.4.si dixerit se patrem familias, cum non esset ut ibi.

Et alibi, ut quis tanquam hæres rursum teneatur, tam & si non sit hæres si se hæredem per mendacium dixerit, in l.fi.& ibi not.ff.de int.ac.multa Ias. in.l. quod te, in 11.colum.ff.si cer.pe.& in.l.i. C.de transac. & ante eum aliqua Odof. in.l.i.C.ad macedo. per illum text. perditq; feudum, si quis negauerit se dominum feudi ut inquit Abb.in.c.cæterum colum.pe.de iudi. & ut infra latius. Sed tamen dubitationem faciebat quo ad mendacium tex.in.l.fundum cuius, in fi.ff.de euic.ubi quis propter mendacium non punitur, &ibi etiam not.glo. Secundo quia negat quis occidisse hominem conuincitur de mendacio & tamen ad probandum admittitur, quod ad sui defensionem occidit, ita Bal.in authen.contra qui propriam colum. 3. C. de non nume.pecu.

Tertio uidetur pro hoc casus in.l. nemo ex his.ff.de regu.iu.

Quarto probatur quod immo seruũ etiam possim dare pro noxa, quia in simili in actione, quæ per inficiationem crescit puta legis Aquiliæ .l. contra negantem.C.ad le aqui.cõuictus de mendacio, in simplum condemnatur, &non in duplum.l.eum qui.ff. de iure iu. Bal. pulchre in.d.authẽ. contra q̃ propriam ergo etiam hic, ut seruum possim dare pro noxa.

Quinto, quo ad dolum, faciebat etiã

dubitationem, quia in simili adhuc per alienationem non tollitur potestas soluendi speciem, quæ antea competebat l.si quando.§.i.ff.de lega.i.

Sed istis non ob.Pauli decisionem ꝓbo, ratione supra dicta. Et ad primum breuiter dico, quod ideo non punitur eo casu, quia alium non afficit damno, ut hic, & in simili per glo.in.l.damus.C. ad legem Cor.de fal.de falso, & de periurio in.l.2.C.de reb.cred.tradit Rui.cōsi.15.de duobus num.8.uolum.5.& consi.81.uisa num.9. uolum.4. & ad primū Pau.de cast.consi.130.uidetur num.4.& 5.uolum.i.Bal.in.d. authen. contra col. 2.C.de non nu. pe. ad secundum uero, quod id a multis improbatur de q̄bus in.l.ut uim.ff.de iusti. & iu. uel quod id sit quia defensio cum sit de iure naturali.d.l.ut uim clem.pastoralis de re iud.c. significasti de homici.debet extendi, uel ut inquit idem Bal.in.d. authen. contra colum.3. quod id sit quia omnino ratio ne mendacii sibi necessitas ꝓbandi imponitur. Ex quibus tertium quoq; tollitur. Non ob.quartum quia sensit gl. hic id esse specialiter à lege inductum, ex quo agens erat releuatus ab onere probandi, & reus iuramento ipsius conuictus, hic autem ego testibus: quo fit, ut nō sit pariter mirum, si grauatur in hoc quod reus non cōdemnetur nisi in simplum, hic autem ego in solidum, & sine deditione noxæ.

Non ob.quintum & ultimum quod etiam fuit glo.motiuum hic, cui nec respondet, quia ibi solui species poterat, hic nullo modo, ex quo forte seruum ipsum interfeceram. Vel aliter distraxeram, taliter ut non esset amplius spes aliqua redemptionis, & sensit Bar. hic, & post eum Albe. Sed uerior sol.est, quod ibi alienatio simpliciter facta fuerat, nec dolus in cōsideratione, ut hic, ut uterq: adhuc dicit. Vel & tertio quod ex generali regula.l.plerunq;.ff.de iu.do. hæredi, successoriq: eius, facultas illa competebat, uel speciem, uel æstimationē soluere, alienatione facta, & non facta.

Tertio & ultimo adhuc fuit dubitatum, quid iuris, si ego præsens non fuissem, sed solus seruus, ab aliquo non defensus, me tamen ad domum citato.

Respondet Paulus, te mittendum fore in po.ex primo decreto, & postea ex secundo, seruumq: meum iussu prætoris ducendum, quod idem est, & mirabile in causa noxali contra absentem non latitantem fraudationis causa missionē fieri in po. ex secundo decreto .l. fulcinius.§.1.ff.ex quib.cau.in po.ea.not, late in.l.si finita, in.§.iulianus.ff.de dam. infec.forte quia de delicto serui, & nō mei absentis agitur, ut hic declarant Docto. Bar.& omnes, & bene, & habetur etiam in.d.l.si finita, in.§.si forte.

Respondet item, & ad propositum, quod causa cognita omnia in pristinū statum, restitutionis ope, tunc sunt reponenda me reuerso, ego ad serui defensionem, tu uero ad actionem tuā, quamuis esset extincta.

Et hoc idem, ne absentia prædicta mihi noceat (ut tex.met inquit) si necessaria & probabilis sit, puta ex causa reip. uel militiæ, iuxta glo. not.in.l.fi.ff.de in integ.resti.& in.l.i.ff.ex quib. cau. ma.

Et quia conuenit, me restituto ad idē, ut tu etiam ad actionem tuam restituaris, tum quia restitutionis uirtus est (ut dixi) omnia in pristinum statum reponere.l.i.& 2.C.si aduer.transac.l.i. C. de repu.l.quod si minor.§. restitutio .ff. de mino.tum quia sic seruari inter litigantes debet æqualitas.l.fi.C.de fruc. & lit. expen.l.petende.C.de tempo.in int. resti.peten.

Dubium tamen faciebat quam maxime, in primis quod procedi non potuerit, quia habemus quod quando interlocutoria generat plenum præiudicium, tunc ferēda est causa cognita, & præsentibus partibus, ut not.in.d.l.si finita, in §.si forte, & in.§.postea.ff.de dam. infec. sed ego absens fui, ergo.

Non secundum quia non uidetur generaliter procedere,maxime in contractibus,&dispositione hominis,sed legis forte,quæ facilius extenditur.l.2. & ibi Are.in 2.colum.ff.de lega.i.not.in.l.gallus,in.§.si eius,& in.§.& quid si tantum ff.de libe.& posthu.adeo ut casus omissus, relinquatur dispositioni iuris communis.l.commodissime.ff. eo .l. si cum dotem.ff.solu.mat. cum uulga. & uidetur tex.ad idem,in.l.si quis ita, in.§.pe. ff.de testa.tu.ubi si testator filios suos instituat, non trahitur institutio ad eum quem ignorabat se habere,quamuis institutio sit generalis, & tamen uerisimiliter si hoc idem sciuisset,naturali charitate,absq: dubio ipsum instituisset,arg. in.l.3.C.de inoffi.testa.& in terminis est glo.in.d.l.titius,in fi.prin.ff. de libe. & posthu.

Et ad propositū nota,quamuis Bart. in.d.§. medico, dicat illum esse casum insolitum, qui una uice in mille annis contingere potest,quod hoc idem dicit gratia exempli,ita ut dispositio restringi non debeat.l.damni infecti stipulatio pertinet, ad fi.ff.de dam.infec.§.hactenus,insti. de gradi. & quod intelligi debet de casu non cōmuniter contingenti ut per Ias.hic,& Alex.in.d.cons.107.incip.perspectis,in pe.colum.in 3.volum. Alii alia dicunt ad.d.§.frumenta,præsertim idem Ias.Alex.Bal.& seq.quos non refero,quia hæc satis realia uidentur, & amica literæ.

Sed ad renunciationis generalis propositum,& ad tex.redeuntes,quæritur,
24 quid si facta † esset cum iuramento,ua-

leret nè?

Idem Bar.& communiter cæteri,concludunt quod non,moti hoc solo,quia iuramentum regulatur secundum naturam actus super quo interponitur .l. si, C.de non nu.pecu. sed actus renunciationis non ualet, ut ostensum est supra in casu figuratione, & in discursu, inq; ea deficit consensus,ergo nec iuramento ualidabitur.

Adde bene facere tex.in.l.non dubiũ C.de legi.& in.l.si quis inquilinos,in.§. fi.ff.de lega.i.late dixi ego in authen.sacramenta puberum.C.si aduer.uen.

Et in simili declarat Bal.in.l.illud, in pe.colum.C.de sacrosanc.ec. quod sicuti donatio non ualet sine insinuatione,

Intellige cùm summa quingentorum aureorum excedit hodie .l. sancimus .l. ĩ donationibus.C.de dona.minus ualebit iuramento firmata.

Subiiciens,tria ad idem concurrere, debere,quod persona habilis sit, forma seruata,& res non prohibita.

Et in.l.i.in prin.C.si aduer.uen.quod eo ipso quod lex reprobat principale, ut est renunciatio hic, eo ipso etiam uidetur reprobare accessorium,idest iuramentum. Iuramentum autem à lege reprobatum,nihil operatur.l.fi.ff. ad municipa.l. qui iurato supra qui sa. cogan. allega.etiam hic per Bar.ergo.

Et Areti.in consi.56.incip.post absolutum,in prin.quod si non ualet sententia & principale unde potest causari executio, non ualebit pariter executio ipsa,quæ ex eo,siue ex ea sequitur , & dependet.

Et maxime, quia renunciatio est de iure communi ꝓhibita, ne generaliter fiat & perpetuo quidem, non speciali, & ad tempus, quoniam forte esset tunc secus.d.authen. sacramenta puberum, & sentit idem Bal.in.l.qui iurisdictioni, in fi.supra de iu.o. iudi. & in.d.l.i.si aduer.uen.

Et signanter,ac ultimo loco, ita etiã ut hic, arguit & clarius idem Bar. extendendo.l.si unquam.C.de reuo.do.in.l.tia,in.§.imperator,ad fi.ff.de lega.2.&in l.societatem,in.§.arbitrorum,in vlt.col. ff.pro so.

Sed aduertendum est,quia plura obstant, & primo quia si iuramentum seruari potest sine interitu salutis æternæ, id utiq; seruandum est .c. quamuis, de pac.in 6.

Secundo quia iuramentum nihil operatur,quando consensus deficit in genere & in specie.l.sub prætextu .C. de transac.tradit Bart. in.l.2.num.10. ad fi. C.de rescin.uen.sed hic in genere renũcians saltim potuit consentire,&de casibus fortuitis cogitare.l.qui iure militari ff.de mi.testa.ergo.

Tertio quia iurat creditor alibi, contenta in instrumento mutui,uera esse , & tamen exceptio non numeratæ pecuniæ obiici haud potest, quod est de directo contra inductionem.d.l.fi. C. de nõ nu.pe. quod non reguletur iuramẽtum secundum naturam actus super quo interponitur,& fuit singu.dictum Bald.in l.2.in repe.fio.in 25.colum.ff. de iure iu.

A prima opi.Bart.breuiter non recede,& dic ad contraria,primum non obsta,quoniam in.d.c.quamuis consensus non deficiebat,hic autẽ sic, ut in prima ratione decidendi declarauimus , nec repeto.

Non secundum quia nec id uerum est,cum infiniti prope modum sint,nec possint in genere aut in specie comprehendi,ut hic per Alex. & dixi etiam in aliis lectu.

Non tertium deniq; & ultimum,quã uerum est in iuramento decisorio, non assertorio & confirmatorio contractus, seu renunciationis conuentionalis, ut hic,testaturq; Bal.in.d.loco, refert & sequitur Fran.Crem.in singu.suis 152.incip.uolo dare,ad fi.& est not.declaratio seu limitatio ad text.in.l.si ex cautione. C.de nõ nu.pe.& ex his(in reliqs enim dic,ut per Docto.) sumus expediti etiam de §.isto,die 2.Iunii 1548.

PADVÆ.

Addi-

ADDITIONES.

Ad §. q̃situm. l. sed & si quis. ff. si quis ca.

Dubitandi rationem faciebat, renuntiationem in iudicio factam ualuisse, (ut dicebamus alias) contractus ex conuentione partium legem accipiunt uulga. l. i. §. si conueniat. ff. depo. & maxime in iudicio. l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideiusso. tuto.

Sol. uerum est, sed tamen iure communi conuentio limitari, & modificari debet, si in specie facta sit, non si in genere, quia sub inuolucro uerborum, reus promittens decipi non debuit, ut in ratione decidendi supra dictum fuit, sicq; limitata dabit pariter limitatam legem contractui argu. in. l. in agris. ff. de acqui. re. do. Gozad. bononien. con. 74. nu. 16.

Secundo dubitandi rationem faciebat, ualuisse, quia in principio iudicii actori magis fauemus quam reo. l. de die in prin. ff. qui sat. cogan.

Sol. fauemus actori quando nulla cõuentio inter litigatores facta est, quo casu loquitur tex. in. d. l. de die, at hic facta erat, & ad rei promittentis præiudicium quidem, cui æquitate prætoria subuenitur, ergo. Nec ita fauendum est actori (maxime hoc casu & quanquam simus in prĩcipio iudicij,) vt iniusticia fiat reo, argu. in. c. ex tenore de foro comp.

Tertio dubitandi rationem faciebat, interpretationem fieri debere cõtra reũ quia, potuit legem apertius dicere. l. ueteribus. ff. de pac. Sol. id uerum ẽ quoq; quando uerba sunt ambigua & obscura, quo casu loqtur tex. in d. l. veteribus, at hic sunt generalia, & interpretatione non egent, igitur non ob. & ita ibidem not. pulchre Alex. con. 11. col. fi. uol. 2. & quando reus se fundat in uerbis (ut oẽs dicunt. d. l. ueteribus, declarãtes) sed hic non fundat se reus in illis, sed dicit potius eorum inuolucro decipi nõ debuisse, ergo.

Quarto dubitandi rationem faciebat, q̃a tantũ operari dẽt genus quo ad genus, q̃tum spẽs quo ad spẽm. l. si duo ff. de admi. tut. Sol. regu. non est semper uera & in casu isto specialiter limitatur, ut signanter per istũ tex. inquit Pau. Ca. consi. 187. col. pe. uol. 2. & quod fallat in renunciationibus adhuc per istum tex. ita declarat Bal. in. l. i. colu. 2. ff. si quis in ius uo. non ierit. Quinto dubitationem faciebat tex. in authen. matri & auiæ. C. quãdo mul. tu. offi. fun. ubi si mater, vel auia renunciauerit velleiano & omni legum auxilio, ualet renunciatio, & tamẽ generalibus uerbis erat facta.

Sol. id est in. d. personis speciale, ex quo renunciatio est de conscientia legis, ut per Bal. ĩ. d. l. i. ad fi. ff. si quis in ius vo. nõ ie. & forte quia releuate in hoc, quod ad tutelam admittuntur, ꝓhibite alias, & iure ueteri, nisi id à principe impetrassent. l. fi. ff. de tute. fuerunt à lege noua grauate ut uelleiano & omni legũ auxilio renunciarent. l. eum qui. ff. de iureiu. Sciendum tamen est istud non seruari de consuetudine, ut testatur Io. Fab. in d. authen. matri, & auiæ, Boer. plene decisio. 124. nu. 13. par. i. & adhuc quod tria tantum requiruntur, primo quod pupillus non habeat tutorem testamentarium, secundo quod mater uel auia sit legitime ætatis, tertio quod uerbo tantum renunciet velleiano & secundis nuptiis, ut in. d. authen. matri & auiæ, & in authen. hoc sacramentũ. C. eo. pulchre Bal. in. c. ex parte M. col. 3. de ap.

Decisio igitur tex. tenenda est, rationibus de quibus supra loco suo.

Non mireris Lector, si in hisce commentariis posterioribus aliorum mentio facta est, nec tamen impressa reperiantur, quia timuit autor sibi id Solonis uulgatum obiici, ne quid nimis, nescit manũ de tabula tollere, satisq; fuisse, si paulo supra id fecerit prius, hoc est in tit. de offi. eius. & de iu. o. ind. de industria omissis etiam enarrationibus. §. quinimò. l. iurisgentiũ, & §. pactus ne peteret. ff. de pact. quia satis superq; dixit in antiq. alias, & quia omnia etiam quæ nunc omissa sunt, istius primæ partis, sanè multa, alia uice, aliaq; editione, si tantum uita superfuerit, aliquando imprimentur. Vale.

SVMMARIVM.

L. tres fratres.ff de pac.

1 *Casus.*
2 *Appellatione fratris, continetur soror.*
3 *Diuisio celebrari potest, & perfici per confessionem & refutationem hinc inde factam.*
4 *Absens præsumitur ignorare.*
5 *Ad uerbum pecuniam auream aliqua.*
6 *Licet quietatio generalis, & pactum porrigatur ad non cogitata, debet tamen intelligi in specie & restringi, ne dolus cuiquam patrocinetur.*
7 *Diuisio appellatur transactio.*
8 *Declaratio & intellectus ad tex.*
9 *Sol. ad cōtrarium. l sub prætextu. C. de transac.*
10 *Quando petitio, & transactio est generalis in omnibus præiudicat, præterquam in casu quando aliquid subtractum est.*
11 *Reipub. interest testamenta executioni mandari*
12 *Transactio restringitur ad speciem petitam. Et ibi limitatio.*
13 *An dicta in transactione hic locum habeant in pacto.*
14 *Sol. ad contrarium. l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de uer. ob.*

PACTIS.

MODESTINVS LIB. II. Responsorum.

L. TRES FRATRES. Summa, & diuide, ut hic per Docto. uel breuius quā ipsi, dicas sic, Generalis quietatio & pactum extenditur etiam ad ignorata, nisi quatenus dolo aduersarii ignorātia esset causata. h. d. diuiditur lex ista in 3. partes, prout in prima narrat factū: in secunda quærit: in tertia, & ult. respōdet secunda est ibi, quæro 3. ibi, Modestinus respondet. Casus in terminis sic breuiter† potest figurari. Titius, Meuius,
1 & Seia, fratres, cum sibi materna hæreditas esset delata, eandem diuiserunt, cauerunt q; nihil sibi commune d. hæreditatis remansisse: Postea cōpertum est, pecuniam auream a titio subtractam esse (intellige post mortem matris quia si ante aliud dicendum esset ut per Bal. in tract. de duob. fra. in prin. & probatur in l. & puto in. §. sed & si dolo. ff. fa her. & ē intellectus ad istum tex. idem Bald. in. l. filiæ, in pe. col. C. fa. hær.) quæsitum fuit hic apud Modestinum Iurisconsultum authorem legis nostræ, an d. Meuio, & Seiæ competat actio fami. her. cōi di. uel realis, ut hic per Pau. cast. in prin. & Ias. col. 3. siue (& melius) ipsis agentibus obstet exceptio, generalis, pacti conuentu. Videretur prima facie, dicendum quod sic, & rationem dubitandi faciebat text. (prout etiam dicemus in glo.) in .l. sub prætextu. C. de trāsac. vbi prætextu speciei repertæ, non rescinditur trāsactio. Adde tu, nec ab re esse quia litibus finis impositus est, ut ibidem, & in. l. causas. C. eo. & in. l. qui res, in. §. areā. ff. de sol. & in. c. quam sit periculosum 7. q. i. & ex inde per. d. pactum omnia iura cassa, & irrita dicit melior text. de iure, in. c. i. ad fi. extra de transac. quem ibi ponderat Bal. & singu. dicit Ias. in. d. l. prætextu in prin. Hac tamen ratione non obstante contrarium deciditur in lege nostra, quod & ipsis actio competat, & replicatio doli, si agentibus exceptio supra dicta obiiciatur, nec immerito, quoniam cum dolose hoc factum fuerit & fraudulenter, non debet dolus & fraus eidem patrocinari. c. sedes apostolica, de rescrip. c. intelleximus, de iudi. l. itaq; fullo in prin. ff. de fur. l. si ab hostibus. §. i. ff. sol. mat. Nec ob. text. in. l. sub prætextu quia procedit ubi dolose non est actum ut hic, ex quo reliqua etiam tolluntur, quod litibus finis impositus fuerit, & actio extincta, & factum pactum, ac quietatio generalis, quoniam uera sunt quo ad ea quæ scienter in pacto deducta fuerunt, non quo ad ignorata, alias sequeretur, uoluntatem nostram ferri circa

incognita in specie, & in effectu, etiam quando dolo aduersarii id euenisset: haud dicendum, ut hic,& in .l. non est ferendus de transac. & clarius ut infra.

Additio.

Dubitandi rationem faciebat hic, quod Meuis & Seia agere non possent, tex. primo (ut dicebam proxime & repeto) in .l. sub prætextu .C. de transac. ubi generalis transactio, facta prætextu specierum postea repertarum, non potest rescindi: ergo nec diuisio hic, quæ uim transactionis habet, ut inquit Fulgo.consi.120.colum.i. signanter per istũ text. qui in fi. etiam diuisionem transactionem uocat maxime facta generali quietatione,nec peti pecunia, quã subtractam petentes asserebant, Et ad idem facit tex. in.l. fratris eo. tit. ubi a transactione recedi non potest,ut sit litium finis: ergo nec ista ratione, a diuisione hic. Et idem in.l. causas, tertio loco. C. eo. ubi in fortioribus terminis dicitur, nec rescripto principis etiam tolli posse. Quarto, in.l.qui Romæ in .§. duo fratres .ff.de uerbo.ob. ubi diuisione facta inter duos fratres, onere fideicommissi grauatos,sub pœna, si quis eidem contrauenisset, superstesq; hoc nõ obstante,ab hæredibus defuncti hæreditatem petiisset ex causa fideicommissi ꝓdicti sibi debitam pœnæ stipulatio committitur,quoniá diuisioni, contrauenit quod utiq; facere non poterat. Quinto ferè idem est in.l.lucius,in.§.fi.ff.ad trebel. Sexto facit tex.in.l.post decisionem C.de fur.ubi post transactionem super furto factam,agi pariter non potest. Septimo, quia si iudex uendit rem absentis,& creditor emat, (debitor enim uendere uidetur) potest emere pro iusto pretio &si in solutum accipiat,q̃uis non compellatur accipere pro toto debito, attamen si rem ualentem centum (puta)pro mille acceperit, non poterit agere remedio.l.2.C.de rescin.uendi.ꝓpter authoritatem rei iudi.sicuti nec ꝓpter transactionem: secundum Bald. in l.ordo in.i.colum.in fi.C.de exe.rei iud. ergo nec hic dicta pecunia peti.

Octauo, quia si diuisio uim transactionis habet, imò est transactio (ut hic dicunt omnes) transigens & remittens incertum litis euentum, non potest allegare se deceptum .l.i.C. de pact. l.si ea lege.C.de usu. tradit Alex. in .l. si quis cum aliter, in 3.colum.ff. de uerb. ob.ergo nec diuidens frater,maxime q̃a dolus abesse præsumitur.l.merito .ff. ꝓ so.l.aduersus.C.fami.her.

Nono,quia non potest hoc idem dici nisi ab ignorantibus,uerum ignorantia hoc casu non præsumitur .l. octaui ff.unde cogna.l.de tutela.C. de resti. in integ.ergo.Et dato decimo, quod ignorauerit, ignorantia crassa est & supina, quæ non excusat .l. cum sex menses .ff. de ædil.edic.l.quisquis.C.de rescin.ven. l.regula.ff.de iu.&fac.igno.c.i.de postu. præla.c.nec supina 16.dist.

Ratio autem decidendi fuit,q̃a perimi non uidetur id,de quo non est cogitatum.l.non est ferendus .ff.de transac. l. emptor .§. lucius infra eo. Vnde dicta pecunia aurea peti poterat à Meuio & Seia, & si generalis pacti conuenti exceptio obiiciatur, quia promiserunt de cætero nomine communium rerum haud agere(inquit tex.) utiliter, idest efficaciter, de dolo replicari poterit, quæ ẽt exceptio est .l. 2. ff. de excep. & continet restitutionem quandam, & datur ei qui damnum passus est, & cui diminutum est patrimonium.l. eleganter .§.seruus,& ibi Barto.in fi.ff. de dolo. & est uerum, quoniam dolus nemini patrocinari debet.l.uerum .§.tempus.ff.ꝓ so.l.Titio.ff.ad municip.l.ne ex dolo .ff. de dolo.c.sedes apostolica, de rescrip.& quia generaliter in quacunq; dispositione, semper excludi uidetur .l. creditor .§.lucius.ff.manda. & quia in simili dolus etiam dans causam contractui ipsũ uitiat.l.eleganter.ff.de dolo.tradit Bald. in.l.i.in.§.conuentionis.ff.de pac. & inde est, quod uerriculum appellatur ab Aquilio,quasi euerrantur hominũ fraudes,inuentus ad terrorem amplius,hominũ subdolorum.Et hoc idem,ut tacitæ obiectioni occurramus,efficit ut neç

in specie, nec in genere cogitatum uideatur. Ideo omnimodo d. Meuius & Seia, debent posse agere, alias & ultimo, iniquum esset, quod unus haberet plus, alter uero minus argumentum in. l. si non fuerint in. §. aristo. & in simili in. l. uerum, in. §. si cum tres, in sociis loquentibus. ff. pro so. & non ab re, quia societas instar fraternitatis habet, (ut ibidem in prin. legis) & male, quia æqualitas inter eos seruanda est. l. si emã cipati. C. de colla.

Nec ob. rationes & argumenta dubitationem facientia, quia primum, secundum, tertium, quartum, quintum, & sextum procedunt, ubi transactio bona fide facta est, at hic diuisio, speciem transactionis habens, fuit dolosa, ergo. Vel & aliter, ut hic per Barto. & Docto. quoniam diuisio nõ fuit dolosa, sed dolus tantum in pecuniæ subtractione, quamuis possit replicari, imò dolosam fuisse, quia titius hoc ipsum tacuit dolose. Ex quibus tollitur etiam septimum, quoniam imò agi poterit & etiã transactio prætextu doli rescindi, ut in d. l. 2. C. de rescin. uen. not. p d. §. lucius, & octauum pariter, quod imò potest, si deceptio fuisset dolosa, ut in iuribus ad idem allega. Nec facit quod dolus abesse præsumatur in cohæredibus, quia est uerum in dubio, non quando ex coniecturis cõstat dolo aliquid factum fuisse ut hic. l. dolum. C. de dolo.

Non ob. nonum, quia imò præsumitur, ex quo nõ est de his quæ cadunt in notitiam agnatorum. §. thesauros, insti. de re. di. l. peregre. ff. de acqui. po. Vel & latius vt hic per doct. & in. l. 1. ff. si cer. pe. Non deniq; decimum & ulti. quia nec id uerum est, ratione prædicta, & quia non est uerisimile, quod frater furtum faciat fratri, seu eiusce rei, cuius commodum ad fratrem erat peruenturum, arg. in. l. 2. ff. in ius uo. ut eant.

Nota primo ex isto tex. quod appel-
2 latione fratris, continetur soror † prout etiam habetur in. l. lucius, in. §. quæsitũ ff. de lega. 3. allegata in glo. 1. quæ ob hoc euit expedita, & per Alex. consil. 84. col. 3. uol. 4. & consil. 45. colum. 1. uolu. 7. & Bald. in. c. ad audientiam primo ad fi. de rescrip. nec immerito, (esto quod uocabula sint diuersa, & grammatica incongrua, cum fiat per figuram conceptionis generum, nec naturalis significatio sermonis sit) quoniam masculinum cõcipit fœmininum. l. i. ff. de verbo. si. l. 3. in prin. & in. §. i ff. de neg. gest. c. si quis suadente diabolo 17. q. 4. & ibi not. Quod tamen & primo debet intelligi, ut glo. declarat, & bene, in. d. l. i. quantum ad mentem legislatoris, non quantum ad uerba, & ideo non ab re dixi esto, quod uocabula sint diuersa & reliqua, & est tex. in. l. pronuntiatio, & in. l. hominis, & in. l. seruus, & in. l. liberti, infra eo. & in. l. qui duos. ff. de leg. 3. & probatur hic & istum tex. dicta met gl. supra allegata ad hoc citat ultra alios, & bene, & dicitur interpretatio extensiua, ut ille idem Alex. declarat, in. d. consi. 45. & non potest negari. Item & secundo, ut inquit Bal. & post eum Ias. (nisi aliud sensisse testatorem probetur, quoniam tunc esset secus, casus est in. d. l. lucius, in. d. §. quæsitum. ff. de lega. 3. & ex duobus exemplificat idem Ias. post Rapha. Fulgo. cõsi. ut per eum. Adde tu, quod fuit limitatio glo. in. d. l. i. ff. de uerbo. sig. per tex. d. §. quæsitum & facit etiam quod habetur in. §. disponat, in authen. de nup. & in. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & de. in not. q. Bart. in. l. fi. ff. ad treb. num. 2. signanter per istum text. Tertio & ultimo, cum sumus in fauorabilibus, non in odiosis nisi odium sit rationabile. d. c. si quis suadente. l. si quis id quod. ff. de iu. om. iudi. & ad propositum not. in. d. l. i. per bo. text. in. l. i. in. §. sed & si incertum. ff. de uen. in po. mi. l. quisquis. §. ad filias. §. uxores. C. ad legẽ iu. ma. glo. in. c. generali, de elec. in 6. & est argumen. in. c. odia de regu. iu. in 6. & in. l. cum quidam a contrario. ff. de libe. & posthu.

Sed moueo difficultatem de. l. si quis C. ad tertu. ubi dicitur, si quis, uel si qua, ergo non est uerum, quod masculinum fœmininum concipiat, &

maxime uerbum hoc si quis, ut dicitur in.d.l.i. & pondera, quod loquitur, quando non aliud sensisse testatorem probabatur, & in casu minime odioso.

Vlterius & secundo, idem tenuisse uisus est Bald. in .d. c. ad audientiam primo ad fi. de rescrip. ubi ad idem, si quis dederit fratres suos executores in suo testamento, non comprehendun tur sorores.

Tertio facit dictum Guido. de Suza. per illum text. in .l. ueteribus infra eo. quod si quis fundum in emphyteosim receperit, pro se & filiis suis, non uenient fœminæ: ergo male.

Ad primum breuiter respondetur, quod masculinum concepisset ibidem fœmininum, quando etiam non fuisset dictum si qua, præallega.l.i.

Nec ob. quod hoc modo uerbum illud erit superfluum, & sine effectu alicuius operationis, contra text. in .§. quibus, in prima consti. Cod. & in l. hæc stipulatio, in .§. diuus, ut lega. no. ca. & in .l. qui bis idem ff. de uerbo. oblig. & in .l. si quando. ff. de lega. i. & in.c.si papa, de priuil. in 6. Quia respondetur, non referre, ex quo fuit dictum ad maiorẽ expressionem, secundum glo. in clem.i. in.§. quia ergo, de iureiu. & optimum est argumen.in .l. quæ dubitationis .ff. de regu. iu. & in .l. non solent eo. tit. & in.l.i.in.§.quamuis .ff. de uen. insp. Quamobrem alibi etiam dixit Io. de Ana. in .c. minus de exces. præla. ut refert Feli. in .c. fi. in 7. colum. de consti quod aliquando quid exponitur bis, ad tollendam malitiosam & sophisticam interpretationem, quos refert Butigel. in .l. lecta in 7. colum. ff. si cer. peta. dic tu quod est text. in .l. i. in .§. sed sciendum .ff. de ædil. edic. & dixi etiam ego in .l. imperium ff. de iu.om.iud.& propterea uerba debent aliquid operari, quando possunt, non quando exprimuntur per eum modum qui tacite inerat.l. 3. ff. de lega.i.& ibi omnes,& in.l.non recte .C. de fideiu.

Non ob. secundum, quia posset dici haud esse uerum, ex quo authoritates Docto. sunt probabiles, non necessariæ.l.i.ff.si cert.peta.l. si de interpretatione.ff.de legi.l.i.C. de professo. qui in vr. Constan. lib. x. Sed quoniam ultra allegatur text. & ratio, eidem acquiescendum est, & dicendum uerum esse, sed id iuridice statutum fuisse, quoniam fœmina inualidum consilium habet, ut not.etiam in.l.i.quam etiã hic Ias.citat.ff.de legi.& est tex.de hoc, in.l. cuius bonis.ff.de cura.fu. Adde tu, bene facere regulam.l.tale pactum .§. fi. infra eo.& exinde dic, forte solidius posse demonstrari, cum nõ semper fœminarum consilium sperni debeat, ut dixi aliquãdo ego in.d.l.i.ff.de legi. & in.c. quoniã contra, in 10.col.de proba.&est arg.in.c. dilecti, de arbit.hoc esse, quia fœminæ ab his officiis remotæ esse uidentur.l. fœmine.ff.de tutel.l.fœminæ.ff.de regu.iu. & ibi Bal.simpliciter Deci.refert,&in.c. mulieres in simili, in prin. de iudi. in 6. & in materia differenti est regulare, ut declarant Veronen.in.d.l.i.nu.7. Non ob. tertium & ulti. quia id in contractibus est uerum, in quibus, cum uerba cõtra proferentem interpretentur, non cõgruit quod masculinum fœmininũ cõcipiat,& not. omnes in locis præallega. supra ex quo infero, non semper arg. de contractibus ad ultimas uoluntates, ualere.l.quæ de legato, & ibi plene ꝑ scriben.ff.de lega.i. Sed aduerte, quia forte posset dici, hoc esse contra tex.nostrum loquentem in contractibus, & tamen masculinum concipit fœmininum, ut diximus eam ab rem, Deci.in.d .l. fœminæ, in 16.colum. in fi. & seq. tenuit contrarium,& bene, respondendo ad.d.l.ueteribus, ut per eum,& in hoc,&in aliis, quoniam hæc erunt satis, cum aliena alias a præsenti materia esse uideantur, & facit tex.in.§. emphiteosim in authẽ. de non alie.vel tenendo cum Guid. de Suzza. dic in emphiteosi esse, quia habet cum feudo similitudinem ut per Barto. in .l. si mihi & Titio .ff.

de uerbo.ob.in quo fœmina non habili tatur regulariter.c.i.§.i. de his q feu. da. po.in usib.ergo nec in emphiteosi.

Masculinum etiam fœmininum nõ cõcipit quando diuersa esset successio, & filia fuisset ad imparia uocata, ut per Alex. ubi exemplum habebis consil. 48. col.8.uol.4.

Id non tango an appellatione fratris, ueniat frater patruelis, quia indubitatum mihi uidetur, qđ non, sed carnalis tantũ in secũdo gradu de iure ciuili, in.i.de iure canonico, quia non est proprie & simpliciter frater, sed cum aliqua adiectiõe l.iuriscõsultus.§.quarto gradu.ff. de gradib. argumentum.in.l.hoc legatum .ff. de leg.3.Bar.in.l.lucius i .§.qsitũ, palleg. ff.de leg.3.Pau.& Ias.hic.Secundo nota ex isto tex.quod hic est casus singularis, diuisionem celebrari & perfici posse, p cousessionem† & refutationem hinc in-

3 de factam, & est forma, quæ differt ab ea quæ fit per traditionem, & utilis quidẽ quia per istam dominium transfertur: per illam non, casus est in.l.si pro fundo & in.l.siue apud acta.C. de transac.in tã tum ut dixerit Bal.hic, & est not.uerbũ, q gabella quæ de contractibus solui solet, non soluetur de refutationibus. Sed moueo difficultatem, de qua in simili etiam faciebam mentionem alias in.l.iurisgentium.in.§.quinimo in lectu.prioribus & antiq.in glo. post diuortium supra eo.in sol.contrarii .l. qui negotia .ff. sol.mat.nam considera, q refutationem facere, nihil aliud est, nisi dominiũ transferre, uel quasi.l.qua ratiõe.§. interdum ff.de acqui.re.do.l.saculum.§.fi.ff.depo. ergo differentia Bal.non uera, nisi respõdeamus, ut respondet Ias.in.d.l.si pfundo, in pe.col.uerum esse, quando dicta refutatio fieret ad effectum & finem trãsferendi dominium, ut per eum. Sed replicatur, quod hic fit ad finem istum, q non est ibidem in casu Ias.ergo differentia Bal.falsa, quam tamen facit ẽt in .l.si donationis.C. quod met cau. & in .l. i. ad fi.C.si aduer.dona. & post eum Salicе.i.l.i.in 5.colum.C.eo.de pact.quos refert Ias.in.d.l.siue apud acta, in i. col. in fi.C.de transac.Cogita.

Tertio nota ex isto text. quod absens

4 præsumitur ignorare† & est casus in .l. fi.& ita per illum tex. dicunt omnes .ff. de decre.ab ord.faci. & per tex. in.l.uerius.ff.de proba. exinde ad quædam inferentes, ut per eos. Adde tu, quod ista ignorantia improbabilis esse uidetur, & supina potius, quam aliter, ex quo erãt filii, & ignorare minime debebant quantitatem maternæ substantiæ.l.quisquis. C.de rescin. uen. & in simili de agnatis & uicinis dicitur in .l. octaui .ff. unde cogna. Ange. hic, tradit duas sol.quarum prima est, ut regula prædicta limitetur in casu absentiæ, per text. in.l. Titius, in.§.i.ff.de libe. & postu.

Adde tu & in.l. filium diffinimus .ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. & in.l.ab ea parte, in prin.ff.de proba. & in. c. cum in tua, extra qui mat. accu. po. in tantum ut dixerit Barto. in.l.is potest in 6. colum.ff.de acqui. hære. quod qui uult tollere dictam præsumptionem, seu dictam regulam, & præsumptam scientiam, habet necesse probare dictam absentiam: sequitur Alexand. consil. 82.in 3.colum. in 3.uolum. & clarius in d.l.Titius in.d.§.i.ff.de libe. & posthu. Secunda est, quod excusatur, quia pecunia ut plurimum solet occultari.§. thesauros. Iusti. de re. di. melior text. de iure ultra eum, in .l. peregre .ff. de acqui.po. Adde tu & tertiam, quod excusatur, nec scientia præsumitur ex regu. præallegata, quia ad ætatem, & ius sanguinis restringitur, & similia, non autem quo ad alia ut inquit Bald. in.l.quoniam sororem.C. de iu. del. & in.l.i.C.de collu. de. & Barto. in.l.qui duos.ff.de reb.dub.& Alexan.in.d.l.Titius, & probatur in.d.met.l.octaui.

Sed aduerte (& ob hoc etiam glosella absentes, erit expedita) quod licet text. dixerit absentes, procedit tamen etiam in præsentibus, in quibus facile, stantibus supra adductis, ignorantia p̃tẽdi põt, ita ut quo ad effectum de quo hic, excusentur perinde ac si absentes fuissẽt, nec ab re vt gl.met dicit cũ re

sponsio legis sit generalis .l. regula.§. & licet, & ibi Barto. ff. de iu. & fac. igno. & tanto magis, quia uerba tex. sunt narratiua facti, & ita euenerat, prout consultus fuit Modestinus author legis nostræ. sed non propterea quod idem & de præsentibus, ignorantibus tamen, non intelligeretur, tam & si minus iustam causam ignorantiæ habere uideantur, ex quibus infero, quod consulti quandoq; ex una responsione, plures qq. decidere possumus. §. hoc nobis, ubi Ange. in authen. de hæ. & fal. c. pastoralis, de rescrip. c. fraternitatis. c. præterea de testi. c. i. & ibi But. de pact. l. i. & ibi Ias. in. i. colum. C. de diuer. rescrip. tene menti.

Quarto nota ex isto tex. ibi pecuniã

5 auream, quod alibi aureos † simpliciter dicit in. l. si quis id quod. ff. de iu. om. iud. & in. l. 2. ff. in ius uo. ut eant, & in l. libertus, & in. l. pe. & fi. ff. de in ius uo. alibi solidos, à soliditate metalli, in. l. quotienscunq; .C. de suscepto. lib. x. & in. l. i. C. de uet. num. pot. lib. 11. & in. l. quicunq; .C. de ser. fugi. & in. §. fi. instit. de pe. te. litigan. & sic diuersis nominibus, & dic exinde, quod non fuisset satis, si hic dixisset pecuniam simpliciter non, quia argentea etiam & ænea intelligi potuisset, sed quoniam (quod est notandum) totum quod homines habent, quorumq; domini sunt, pecunia dicitur, quia antiqui omnia quæ habebant, in pecoribus habebant, & ab eis pecunia dicebatur, quasi à pecudibus. c. totum. i. q. 3. quod tamen usus communis hodie non probauit, secundum quem uerba debent interpretari .l. librorum .§. quid tamen Cassius .ff. de lega. 3. & not Barto. in rub. ff. de no. op. nunc. in. 2. colum. & Ias. in l. talis scriptura: in 3. ad fi. ff. de lega. i. Accedat, quod plerunq; subiecta materia etiam attendenda est. l. si vno. ff. loca. l. si stipulatus. ff. de usu. item personarum qualitas, a quibus profertur. l. i. ff. ad macedo. & per Barto. in .l. uxorem, in. §. legauerat. ff. de lega. 3. Vel dicamus, quod auream dixit, quia ita euenerat in facto, uel quod aurea abundet, Cogita.

Quinto nota ex isto text. quod licet

6 alias quietatio generalis † & pactum, de sui natura porrigatur etiam ad non cogitata, in specie intellige, quoniam cogitata præsumuntur in genere. l. qui iure militari .ff. de mili. testa. restringitur tamen de æquitate, & restringi debet, ne dolus cuiquam patrocinetur, ut dicebam etiam in figuratione casus, & sentit Bald. & bene. Sed ultra eum dic in simili arg. esse in. l. 2. in. §. si quis in iudicio .ff. si quis cau. ubi si quis promiserit sistere in iudicio certo die, & impeditus non steterit, ipso iure incidit in pœnam, uerum ex æquitate datur sibi exceptio, & sic sicuti excusatur in effectu ibi, ita in effectu generalis quietatio hic non porrigitur ad species ignoratas dolo aduersarii, & propterea ob id factum est, ut agentes, (quod intellige secundum Ias. hic, & bene, uel famil. herc. uel communi diui. seu rei uen. l. si filia. §. familiæ. ff. fam. her. ita tamen ultra eum, ut electione unius tollatur altera. l. quod in hæredem .§. eligere. ff. de tributo, & late in. l. edita. C. de eden.) si eis dicti pacti generalis exceptio obiiciatur, replicatione doli utiliter compescantur. l. si unus .§. pactus supra eo. & est simile, ut inquit Ange. in .l. 2. C. de iudi. & in. l. siue apud acta. C. de transac. quæ replicatio (ut dicebam alias in l. iurisgentium, in. §. quinimo, in lectu. antiq. in glo. post diuortium supra eo.) fundata ẽ in æquitate, quemadmodum exceptio. l. qui æquitate .ff. de excep. do. cum & ipsa sit exceptionis exceptio, secundum Bal. in authen. si dicatur, in .i. colum. C. de testi.

Sed aduertendum est ad illud, quod de actione dixi, quia competeret etiam actio furti, si uerbum subtracta de quo in text. de necessitate furtum importaret: sed de necessitate furtum non importat .l. subtracto .C. de fur. l. sub prætextu, ubi glo. C. de transac. ergo. Item & secundo, quod cum misterio, text. dicit utiliter de dolo,

si agentibus obiiciatur exceptio pacti, replicari posse, quoniam mens est legis, ut dolus nemini patrocinetur, ut supra & glo. ad propositum dicti uerbi utiliter, in. l. actio nego. gestorum. ff. de nego. gest.

Tertio & ultimo, quod potius esset dicēdum pactum hoc esse ipso iure nullum, quam aliter, ex regula. l. iurisgentium. §. prætor ait supra eo. ad quod animaduertit Ias. hic. Sed dic non esse uerū & in contrarium facere tex. in. l. & elegāter, in prin. ff. de dolo. quoniam diuisio hæc, uim transactionis habet, ut statim dicemus, & trāsactio est stricti iuris, quo casu, contractus ipse, & pactum ipso iure non uitiatur, sed in effectu, & potest latius legi ex his, quæ scribit Ias. met, in l. sub prætextu supra allega. in 3. col. C. de transac. & ita pro nunc tenete. Et si x. annis stetissent, habentes d. bona materna pro diuisis, quo casu diuisio præsumeretur, ut per gl. in. l. pe. C. communi di. Alex. consi. 92. colum. i. uolum. 2. multo magis agi posset in casu istius legis, quod pro ipsius ampliatione obseruandum est.

Sexto & ultimo, nota ex isto text. ibi
7 transegerunt, quod diuisio appellatur transactio † similisq; tex. est in. l. qui Romæ, in. §. duo fratres, quem citat Ang. & omnes. ff. de uerbo. ob. quod non placet quia hoc attento debuisset hæc lex sub tit. de transac. collocari, tanquam sub titulo congruo. l. imperatores. ff. de in di. ad. §. quibus, ibi, congruis subdere titulis, in prima consti. Codi. & sentit Ias. hic, in prin. Sed responde, uerum esse improprie, & largo sumpto uocabulo, ita ut non posit aliter dici, nisi congruēter hic positam fuisse, & est simile in authen. si uero contigerit. C. de iudi. & in l. si uno. ff. loca. & similibus, quæ breuitatis gratia, & consulto omittenda sunt.

Glo. in uer. cauerunt, clara est, ex qua habes, quod isti fratres, non solum dixerunt maternam hæreditatem diuisisse, sed etiam cauerunt, promittentes nihil sibi commune dictæ hæreditatis remansisse, & consequenter nomine commu-
8 nium rerum, de cætero † non agere pro qua glo. expositione, est tex. ut etiam dicit Ias. & bene, in. l. epistola infra eo. tit. nec ab re, quia si solam diuisionem confessi fuissent sibi non præiudicasset, nec exceptio fuisset necessaria, & minime replicatio, quoniam confessio erronea, & maxime extra iudicium facta, in realibus nō nocet. l. cum falsa. C. de iu. & fac. igno. & habetur late in. l. unica. C. de cōse. & per Bal. in. l. i. in 2. colum. C. de collu. de. ubi confessio filii credentis matri suæ, eidem non præiudicat, tametsi in personalibus sit secus, ut dicunt omnes hic, post Bar. & bene prima facie, ex quo in illis pactum inducit. l. tale pactum, in prin. infra eo. & hinc sumpta occasione Ias. differentiæ rationem assignat, cur sic secus sit in realibus, quam personalibus, post glo. & not. ibi, in. d. l. cum falsa. ut per eum.

Tu aduerte, quia a litera, prout iacet non uidetur recedendum, ex quo duo sunt dicta: primum est, quod dixerunt maternam hæreditatem diuisisse. Secundum, quod nihil sibi commune remansisse cauerunt, & debet exponi, idest confessi fuerunt, quæ expositio est magis ꝓpria, quam dicere idest promiserunt. l. maritus. ff. solu. mat. ubi si maritus dotē quam non acceperat, post diuortium ꝑ errorem soluat, repetit, quoniam nō numeratam pecuniam cauerat, idest confessus fuerat recepisse, cum tamen non esset uerum, & non potest aliter intelligi, & si diceretur, quod sicuti exponitur idest confessi fuerunt, ita debet exponi idest promiserunt. Respōdeo, nihil esse, quoniam quando uerbum habet duplicem expositionem, magis propria est attendenda. c. Rodulphus, de rescrip. ubi diœcesis, potest exponi, idest comitatus item & ciuitas, & quia magis proprium est exponere primo modo, ultimam expositionem omittimus, per quem text. ita etiam dixit Mathesi. in singu. suis 95. incip. nota. & ultra eum melius quam alibi, probatur in. l. i. in. §. qui in perpetuum, ff. si ager uecti. uel emphy. peta. Nec ob. quod confessio hæc non debet

nocere

nocere erronea, quia uerum est in effectu, sed non alias simpliciter, ex quo facta est parte præsente, item ex causa, ut not.in.d.l.cum falsa.C. de iu. & fac. igno.& in.d.l.unica .C. de confe. & ita d.l.cum falsa, intelligo, & utilitas inde est, quia exceptione opposita, si non replicaretur utiliter de dolo ut hic, consequeretur alias id, quod consequi non posset, si esset ipso iure nulla.

Secundo non ob. quod realia à personalibus distinguantur, quia non est uerum, quandoquidem ratio.l.tale pactum, etiam in casu nostro, & sic in realibus, locum habeat, & est argum. in l.regula. in .§. & licet .ff. de iu. & fac. igno.

Non ob.tertio, quod ratio in personalibus, quæ est, quia in illis est dare debitorem obligatum, non militat in realibus, in quibus nulla præsupponitur obligatio, aut debitum .§. omnium. Insti.de actio. quoniam præsupponitur saltem quasi.d.§. omnium, & est idem in officio iudicis, quod nullam similiter præsupponit obligationem.l. qui per collusionem .ff. de actio. emp. sed quasi, ita ut qui iudicis officio tenetur, large obligatus esse dicatur, secundum Barto.in.l.fi.ff.de iniur. & glo.in.l.si seruum, in.§.fi.ff.de uerbo. ob.& dixi ego late in.l.i.ff.de iu.om.iudi. & propterea exceptio competit ex tali erronea confessione, & inde ut hic dicitur replicatio. Alia etiam ratio assignatur diuersitatis inter personales, & reales, ut hic per Ias.quoniam confessio in personalibus, emanat super eo, quod pendet a uoluntate partium, non sic in realibus.l.si quis ui .§. differentia .ff. de acq.po.l.traditionibus.C. de pac.

Sed potest dici, non esse uerum, quoniã etiam in realibus dominium à nobis abdicamus, concurrentibus his, quæ concurrebant hic, quod non est in .d. §. differentia.Ideo cogita, & a prima opi. nõ recede: pro qua est text.in.l. qui Romæ, in.§.duo fratres, allega.in glo. licet ad aliud.ff.de uer.ob.Nec ob.tex.in.l.maritus .ff. solu. mat. quia id subiecta materia dictabat, ut non aliter intelligeretur, secundum quam uerba sunt aliquando impropriãda.l.si uno .ff. loca. & reliqua minime, quæ facille tolli, & retorqueri possunt, si recte intueantur, & ideo hæc sint satis, quo ad istam glo.

In gl.posse, quæ diuiditur, ut hic per Ias.ibi, secundum quosdam, dum soluit primo modo contrarium.l.sub prætex-
9 tu.C.de transac.dic bene loqui, † quoniam re uera dolus non est considerabilis ibi, ut transactio debeat retractari, quemadmodum hic. Nec ob.quod ab utraq; parte hic esset uoluntas diuidendi, ut.d.met glo.dicit: quia uerum est, sed nec negari etiam debet dolus ex parte Titii, quandoquidem pecuniam ex dicta hæreditate materna subtraxerit. Sed aduertendum est, quia esto quod dolus interuenerit in tacendo pecuniã, nõ propterea dedit causam contractui, & hoc est quod uoluit dicere glo. ut declarat Ange.& bene.Sed hoc stante, nõ deberet posse replicari, solue quod replicatur de æquitate, ne dolus sibi patrocinetur, & est simile in.l.lucius, ĩ.§. lucius titius daman.ff.de leg.2.& hac de re prædictorum sol.non est tenenda, sed alia, quam glo.subiicit, ut in ea. Adde tamen ad id, quod in primo mẽbro dicit, quando petitio & transactio est specialis, quia alteri rei, uel personæ, non præiudicat, per tex.in.l.si unus, in .§ .ante omnia supra eo.quod debet intelligi, secundum Bar. de petitione extraiudiciali ex duobus: primo ut congruat legi de diuisione loquenti, pro quo facit in arg.in.l.imperator.ff.de in di.ad. uel & melius forte regula.l.si uno.ff.loca. Secũdo, quia de iudicio nulla prorsus est facta mentio.l. unica.§.fin autẽ, uer.sin uero.C. de cad. tol.l.si seruum .§.non dixit prætor.ff.de acqui.hæ.l.i.ff.si me.fal.mo.di. Quæ declaratio non est mihi uisa necessaria, quia si in iudiciali hoc locum habet.l. i. & toto tit. C. res int. ali. acta. (loquor regulariter, quia hoc plures patitur de

clarationes, ut ibi ego quandoq; dixi, & inter cæteras, in casu, de quo per Bald. & sit incidenter dictum, in.l. post uenditionem, in.i.colum.in fi. C.eo. & Ro.consi.347.in fi.per singu.text. l. posthumus.§.si quis ex his.ff. de inoffi. testa.) fortius, ad propositum redeundo, locum habebit in extra iudiciali.l.quanto magis.ff.de iureiu.c.cum in cunctis, de electio.probabilis est tamen, & non spernenda.l.nō solent.l.quæ dubitationis.ff.de regu.iu.

Secundo adde, secundum eundem intelligi hoc idem debere, nisi alia res esset de appendiciis eius, super qua esset transactum.l.licet, & seq. C. de iudi. nec ab re ultra eum, quia appendix & principales, censentur unum & idem.c. dudum 2.de electio.c.eam te. de æta. & qual.c.quia, de relig.do.l.quamuis.ff.de præca.l. si gemina.ff. arbo. fur. cæs. §. adeo. Insti.de actio.& in terminis nostris hoc idem tenuit Bart. met, in.l. aurelio. in.§. Gaius, in fi. ff. de lib. lega. quam theoricam, multum commendat Alex. in.l.2.ff.si quis cau.

In ea.gl.ibi, si autem è contra, dic ut per Bart. quoniam optime loquitur, & bene probatur in.l.alleg.per eum, de rebus.ff.de arb.

In ea. ibi, quando aliquid est subtractum, dum dicit, quod quando & petitio, & transactio est generalis, in omni-
10 bus præiudicat † præterquam in casu, quando aliquid est subtractum, ut hic quærit Barto. quod si aliquid apud aliquem remansisset absq: dolo suo partibus ignorantibus, an teneatur id restituere, & respondet, quod generalis remissio liberat à dolo & culpa, non autem quod id restituere non teneatur, per tex.in.l.si ei cui.ff.de libe.le. & male ut dicunt omnes, maxime Paul. Cast. quia est de directo contra text. in .l. sub prætextu .C. de transac. allega. in glo. & bene. Sed adde, non ab re esse, quoniam termini sunt pares, ex quo petitio est generalis, & transactio generalis, (ut iam diximus) quam ob rem optime conuenire uidetur, ut ad id etiam non teneatur ille apud quem res ipsa remansit, quandoquidem solus dolus, & culpa (de lata intellige quæ dolo comparatur .l. quod nerua ff. depo.) operetur ut transactio rescindatur hoc casu, ut hic: ergo non alio .c.non ne. de præsump.l. cum prætor. de iudi. cum uulga.

Est uerum quod obstat unum, quia hoc stante, uoluntas contrahentium extenderetur etiam ad ignorata, & male, quia ignorans non obligatur .l. generali .C. de tabu. lib.x.& non agit.l.ex maleficiis.§.i.uer. longe minus .ff. de actio.& ob.

Sed respondet Paul. & bene, quod licet in specie cogitatum non fuerit, fuit tamen cogitatum in genere, & est satis .l. qui iure militari .ff. de mili. testa. neq: erat necessaria cognitio, specialis, quod nota, quia tunc esset secus, & eo modo, ultra eum, solet limitari .d.l.licet .ff. in quibus cau. pi. uel hypo.ta. con. & in. c. qui ad agendum, de procu. in 6. & ita respondet Soci. consil. 283. colum.i.in fi.uolum. 2.& sic uerificabitur regula, quod idem operatur genus quo ad genus, quod species quo ad speciem, de quo in .l. i. in.§.fi.ff.quod quisq; iu.& in.l.si duo.ff. de admi. tuto. & in.l.si chorus.ff.de lega.3. & ita tene. & scias quod obiectum hoc militaret eo casu, ubi dolus retinenti posset imputari; (ut dixi supra in discursu, & maxime in figuratione casus) & ad idem cum d.l. qui iure militari .l. sub prætextu inducit in not. casu Alex. in.l.si aliquam, in 11.colum.in prin.ff.de acqui.po.& in.l.si quis mihi bona in.§. sed utrum, in 3.colum.ff.de acqui. hær. & consi.30.colum.2.in 5.uolum.

Sed adhuc aduerte, quia sol.ista non uidetur posse procedere, & de directo contra eam est tex.in.d.§.sed utrum ubi iussus patris, qui debet aditionem hæreditatis præcedere filio, ut hæreditatem adeat debet esse specialis, & non sufficit generalis. Responde

speciale esse, ut ibi dicit Rapha. Fulgo. Ro. & Alex. met, & bene in hæreditate, quoniam communiter consueuerunt habere multa incommoda .§. neq; . Insti. de autho. tu. ergo in contrarium erit regula iuris cõmunis, & dispositio .l. i. ff. ad municipa .l. ius singulare .l. quod uero contra. ff. de legi. & tenendo sic nõ ob. tex. in d. l. si ei. quia ut idem Paul. & Ias. post eum dicunt, loquitur in quietatione respectu actionis particularis, hic autem uniuersalis, & non potest negari tantumq; est hoc dicere, quantum est quod ideo ibi retentum teneatur restituere, quia uerba liberationis ad id extendi non poterant, hic secus, & est argumen. in l. si uero. in §. de uiro. ff. sol. mat. & in l. 4. ĩ §. totiens. ff. de dam. infec. & ĩ l. i. in §. is qui nauem. ff. de exerci. ac. & in l. si seruum, in §. non dixit prætor. ff. de acqui. hæ. deducendo, ut deducit Ancha. in repe. c. canonum statuta col. 144. & seq. de consti. & Bal. in simili, in authen. preterea. in 3. col. C. unde uir & ux.

In ea. glo. ibi & quando dubium pendet ex testamento, dicas non ab re esse

11 † quia reipublicæ interest, testamenta exequutioni demandari. l. uel negare. ff. quemadmo. testa. ape. quod dictum mihi non placet, quia unusquisq; debet posse renunciare fauori suo. l. si quis in conscribendo. C. de pac. c. ad apostolicã de regula, ex quo infero, uerum esse quod habetur in d. l. uel negare, quando uel exequutio ab ipso in quem fieri deberet peteretur, uel aliter, non quando ipse renunciaret fauori & iuri sibi in d. testamento competenti, unde dico & est uerum, quemadmodum etiam paulo infra sentit Barto. id esse, quia de controuersiis ex testamento, non potest transigi, nisi uisis, cognitisq; uerbis ejusdem. l. de his. d. l. non est ferẽ dus infra de transac.

In ea. glo. ibi, transactio restringitur ad speciem petitam dic, ut declarat Ange. & est not. dictum, quod est uerum, sed limitatur in casu, quando uerba non paterentur restrictionem

12 salua ratione recti † sermonis .l. plautius. ff. de au. & ar. lega. exempli gratia, quia dictum esset, quod quietatio ab omnibus intelligeretur generalis & plena, argumen. optimum in. l. si cum dies, in. §. plenum. ff. de arbi. Quæ limitatio non est mihi ussa uera, & de directo contra text. in d. §. plenum, ibi tum ex cæteris causis, & in. l. emptor, in. §. lucius infra eo. in fi. ibi, cæteras obligationes in sua causa manere, & satis ratio recti sermonis poterit uerificari, quod etiam (& tertio) ex eo patet quod hic dicitur, quia generalis quietatio facta est, & tamen recta sermonis ratio patitur, ut ad id quod subtractum est agatur. Nisi dicamus, quod esto quod quietatio sit generalis, non tamen uerba alia prægnantia adsunt, quibus dicamus, id necessario intelligi debere ut intelligit Ange. & est argum. pro eo in. l. Bali sta. ff. ad trebel. & in. l. cum scimus. C. de agricol & censi. lib. x. cogitat.

Sed quæro, glo. ista in transactione loquitur, quod tum potest uideri, quia uerba ipsa indicant tum quia .l. in ea allega. si de certa. C. de transac. id exprimit & est doctrina Barto. in .l. non solum, in. §. si liberationis uerba. ff. de lib. lega. pro qua facit text. in. l. asse toto ff. de hær. insti. & in authen. si quis in aliquo. C. de eden. an habeat † lo-

13 cum etiam id in pacto, uideretur dicendum, quod non glo. est in .l. emptor, in. §. lucius, præallega. infra eo. tamen contrarium est uerius, ut Ange. hic dicit, & bene. Addo ego bene facere, non ab re esse, quia esto quod diuersitas nominum, & titulorum arguat diuersitatem effectus. l. si idem. C. de codi. & not. Gemi. in c. præsentium in. §. si testes de testi. in 6. & Ias. in .l. 2. in prin. ff. de iureiu. attamẽ transactio nihil aliud est, q̃ pactum l. i. ff. de transac. hoc genus, illud autem species & ita titulus de transactionibus continuatur ad istum, ex quo tollitur quod de diuersitate & nominum & titulorum dicebatur, & est simile de serui. et aqua. in rub. C. de serui. & in. l. ad prote-

gendam.C. de in lit. dan. tuto. & not. Pau.Cast.in.l.2.in 2.colum.C.ut lit. pe. Nec ob.glo.in.d.§.lucius,quia est reprobata communiter,sed quoniam non est principalis materia nostra, ad ibi dicta me remitto.

In ea glo.ibi.§.duo fratres,dum laborat in sol.huius contrarii, & tradit duas sol.de ambabus uidendum arbitror,prima igitur est,
14 †quod ibi fideicommissũ sciebat frater hic autem ignorabat pecuniam subtractam fuisse,pro qua sol. addo bene facere(ut dicebam ĩ tex.) quod habetur in.l.quisquis.C. de rescin. uen, &in.l.octaui.ff.unde cogna.Sed ista sol. ut Bar.hic dicit in fi.& in.d.l.qui Romæ in.d.§.duo fratres,in 6.colum. in prin. uidetur contra text.in.l.eius qui in prouinciam,in.§.fi.ff.si cer.pet.ubi filii, qui sunt sui hæredes, non præsumuntur scire contenta in testamento. Aduerte,qa credo,qđ sol.sit uerissima,nec ob.tex.in d.l.eius qui,quoniam loquitur in seruo nec semper arg. de seruo ad filium procedit,ut not.in.l.i.ff.de stip.seruo. & in .§. idẽ iuris,insti.eo. Vlterius esto quod filii non curent scire contenta in testamento,quia sui hæredes sunt, & in eos dominium continuatur .l. in suis .ff. de libe. & posthu. attamen lex præsumit quod sciant d.l.octaui.d.l.quisquis,magis tamen communis opi.ut in.d.l.eius qui,(testatur Ias.)esse uidetur cum Bar, & erit limitatio ad.d.l.octaui, & ad.d.l. quisquis, & confirmatio.l.uerius.ff.de proba.&.l.fi.ff.de decre.ab ordi. fa. & similes.Ideo secunda est sol.quod ibi male pronunciatum fuerit. Quæ etiam mihi non placet, quia hoc nihil aliud est dicere, nisi reprehendere iurisconsultũ & male.c.beatus in fi.c. cum maiores 6, q.i.& propterea posset dici au dacter, ut dicit Ias. quod ad propositum nihil faciat, quoniam fundamentum huius legis,stat in dolo,qui non est ibidem, & uidetur uerissimum, & de materia dicendum in reliquis ut ibi, Et ex his, Dei Optimi Maximi auxilio,sumus de lege ista expediti. Die ultimo Aprilis, M D X X X I I. Paduæ.

SVMMARIVM.

L.qui fidem.ff.de transac,

1 *Hac lex non modo pulchra est uerum utilis, & quotidiana,habens multa capita,& quæ sæpæ accidit in pratica.*
2 *Dubitandi ratio.*
3 *Decidendi.*
4 *Quare licite transactionis dixerit.*
5 *Rumpi dicitur quod quis non seruat*
6 *Transactio hic non ab re pactum appellatur.*
7 *Quid operetur clausula,rato manente pacto.*
8 *Si duo faciunt pactum promittantq: se non offendere sub pœna Titius & Seius,si Titius offendat Seium, & Seius Titium , an iste possit pœnam petere.*

DE TRANSACTIONIBVS.
Scholia.

HERMOGENIANVS LIB. I.
Iuris ἐπιτομῶν

QVI FIDEM: Materia huius legis pulchra est, multa habens capita qđ attestatur Cambanus in trac. clausula.3. in prin. & non modo pulchra (ut inquit Albe.)uerum utilis & quoti-
1 diana,quia sæpe euenit in pratica†ideo diligenter aduertendum ,l. legaui ibi quotidiana enim sunt,ff. de lib. le. l.i.ff. de di.& tempo. præscrip.l.properandũ, C.de iudi.

Diuisione non eget quia breuis: summario clara est. Dubium igitur faciebat
Et ut Comes sine comitatu, vel Episcopus sine fructibus, quia episcopatum habeat apud Turchas, uel saracenos, ut inquit Ias.in.l,id quod.ff. de lega.i.& in.l.i,ibi num. 25. hic col.2.ff.de offi.eius. & simile,

Et ex hoc sequitur, si nudum est, quod actionem nõ producit exceptionem sic, seu quòd efficax non est ad agendum, propter sui frigiditatem, quæ uim pariendi nõ habet, ut inquit not. Salice.in.l.traditionibus, in 6.col.C.de pac. regulariter tamẽ, quia aliquo casu producit ut infra,

Et quòd oportet quòd sit uestitum aliquo modo, ut hic per glo. & in rub. insti.quib. mo. re contrahi ob. in prin. & in.d.l.legem. Et maxime contractus coherentia, de quo uestimento in .§.isto,

Et hoc idem etiam, ne paciscens inconsulte obligari uideatur, quemadmodum Scribẽ.aiunt in.l.i.in.§. si quis simpliciter.ff.de uerb.ob,& hoc casu actionem & exceptionem producit.

Sed cum nulla conuentio sit, quæ in se consensum non habeat.l.i.§.conuentionis uerbum supra eo. nonnè ut contractus, qui consensu perficiuntur, dicetur uestitum?

Responde, ut per Docto.hic, post dictam glo.nostram, quam Cy.quoq; refert & sequitur, in d.l. legem, in prin. in pacto consensum simplicem esse in contractibus uero urbanum & elegantem.l.ii.in fi.ff.de cont.emp.l.consensu, ff.de ac.& ob.& supra hac eadem.l.nostra in prin.& in.§.1.insti.de ob. ex con, ibi sufficit eos qui negocia gerunt consentire,

Secundo præmittendum est, pacto-
3 rum uires † multiplices esse, pariendi

scilicet, perimendi, elidendi, & informandi, quod gl. declarat in.l. pacta quæ contra, & Scriben. latius in.l. petens, & ibi etiam nos. C. eo.

Pariēdi nouam actionem præscrip. uerbis, ut hac eadem .l. in prin. & hic aliqualiter, & in.l.2.C. de pac. int. emp. & uen. metaphora à mulieribus, uel ab animalibus sumpta.

Perimendi eas, quæ ex maleficiis descendunt, ut iniuriarum & furti, ut in l. si tibi, in.§. quædam infra eo. simile in .§. pe. insti. de duo. re.

Elidendi aliud pactum, ut in.l. si unus, in.§. pactus infra eo. idest debilitandi, effringendi, & disipandi.

Et informandi deniq; actionem ueterem, idest extendendi, & nouam formam imprimendi ac qualitatem inducendi, ut infra declarat Bal. in.l. petens colum.11.C. eo. & hæc est materia nostra subinde exemplificando & declarando, quomodo noua forma imprimatur etiam ut per Cy. in.d.l. in bonæ fidei, in 4. col. C. eo. & Docto. hic.

Tertio præmittendū est, quosdā cōtra
4 ctus ēē nominatos, quosdā innominatos, quosdā mixtos, nominati.n. sunt, qui elegans & specificum habent nomen, ut emptio & uenditio, locatio & cōductio, ac similes, de quibus in prin. huiusce .l. innominati, qui non habēt, & horum tractatus est in.l. naturalis. ff. de præscrip. uer. Mixti uero, ut hic, ubi est contractus nominatus & innominatus simul, ut infra & in.l.2.C. de pact. int. empto. & uend. & est argu. in.l. munerum, in.§. mixta. ff. de mu. & ho.

5 Quarto præmittendum est † contractus innominatos adhuc, quosdam esse correspectiuos idest ultro citroq; obligatorios quosdam non quosdam uero, tertiam constituentes speciem, correspectiui, sunt illi, de quibus in.d.l. naturalis, non correspectiui, si do tibi rē explorandi precij causa, ut inquiras quanti uendi possit, & aliter, ut in.l.i. in fi. & in .l. si rem. ff. de præscrip. uer. Tertiam autem speciem constituentes ut in simili dicitur in.l. mouentium .ff. de uerbo. sig. quando habita relatione pacti ad contractum resultant tales, ut hic, & in.l. in bonæ fidei, & in.l. petens. C. eo. & in.l. lecta. ff. si cer. pe.

Quinto & ultimo præmittendum
6 est, † contractus rursum quosdam esse bonæ fidei, quosdam stricti iuris, Bonæ fidei qui enumerantur in.§. actionum, insti. de actio. & est consequentia quam facit glo. in.d.l. in bonæ fidei & in .l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & in .l. 2.C. loca. & Bar. in simili, in donatione in.l. ædibus, in.§.i. in fi. ff. de dona. stricti iuris si ibi enumerati non sint. Vel & aliter ut per Bar. in.l. sub prætestu .i. num.8.C. de transac. Vbi bona fides magis exuberat uno casu quàm alio. Et quia in contractibus Bonæ fidei debentur usuræ à tempore more, in contractibus stricti iuris uero, à tempore lit. cont. l. uideamus. ff. de usur.

Additio.

Quod pactum duplex sit ex his, nudum & uestitum. Vtile, & inutile, obligatorium, & liberatorium.

Nudum à forma.
à consensu vrbano & eleganti.
à causa, &
à traditione ut.s. vestitū uestimētis de quibus infra, & ut hic p gl.

Vtile secūdum legem.

Inutile contra, vt not. in.l. pacisci infra eo. ratione. { Personarum. / Rerum. / Turpitudinis. / Reip. uel religioni, cōtrarium, & fusius ut not. in .l. pacta quæ contra. C. eo.

Vtile rursum { Personale est, & reale, illud non transit ad hæredem, uel ad aliam personam, istud sic, ut not. in.l. si unus in.§. ante oīa infra eo. & in prin. satis ea.l.

Obligatorium, ad aliquid dandum uel faciendum.

Liberatoriū, quo eximitur quis ab

obligatione, d.l. si unus. §. pactus. l. tale pactum infra eo.

His præmissis, summa & diuide ut per Docto. & breuiter casum sic in terminis figura, ac aliter, quàm fecerim aliàs.

7 Nam certum est, † quod pactum uestitum actionem parit, ut in prin. l. hic dicitur, & in. d. l. 2. C. de pac. inter empto. & ven.

Et non ab re, quia si nudum, & relictum in meris & puris terminis naturalibus, hoc idem facere non potest, ut supra, ne procedatur in infinitum, & singulis horis uariare oporteat, & actionum confusio fiat ac cumulus in immẽsum crescat, ut in auth. ut determi. sit cle. num. in prin. & in. §. fi. in authen. de rese. fac. pal. sequitur necessario, quod faciat, si uestitum fuerit.

Et actionem præscrip. uerbis quidẽ ob id dictam, quia sic præscriptum, diffinitumq; sit, ac conuentum inter partes. l. cum mota. C. de transac.

Modo dubitatum fuit apud Vlpi. Iuriscon. præstantissimum authorem huiusce. §. nostri, nunquid uim aliam haberet, puta informandi & extendendi actionem ueterem, ut & ipsa daretur ad id, quod in ipso pacto deducitur.

Exemplum, uendidi tibi rem, pacto apposito incontinenti, hoc est antequã ad extraneos actus diuerteremus. Imo uel ante contractum, uel in ipso, uel post vt dixi in. l. petens in euiden. C. eo. l. duos reos. §. fi. ff. de duo. re. l. si apud. C. de edil. ac. l. si usuras. C. de usur. ut mihi librum scribas, seu foueam fodas, uel pro me eas Romam.

Videbatur prima facie dicendum, quòd non, & dubitandi rationem faciebat, quia natura actionis ex uendito ẽ, ut detur ad precium. l. pacta conuenta ff. de contrahen. emp. §. item precium insti. de emp. & uendi. sicuti ex empto, quòd res tradatur, & uenditor de euictione obligetur. l. i. l. ex empto. ff. de ac. emp. ergo non aliter ad factum, ut librum scribas, uel foueam fodas, aut aliter pro me Romam eas, argumentum in. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. aliàs agens succumberet, & libellus tãquàm ineptus reiiceretur. l. i. ff. de offi. asse. tradit Barto. in. l. si quis libertatem, nu. 7. ff. de peti. hæ. & Alex. in. l. fi. per illum text. ff. de libe. & posthu. Eoq; magis cum sit mihi de noua actione prouisũ præscrip. uerbis, ut diximus, & est arg. in. l. quod in hæredem, in. §. eligere. ff. de tributo, & in. l. in causæ. ff. de mino. & in. l. dominus testamento. ff. de cõdi. ind. & quia (ut dixi) actionum cumulus crescere non debet.

Secundo dubitandi rationem faciebat, quia actio ex uendito, bonæ fidei est. §. actionum, insti. de actio. & si daretur ad id quod in pacto deducitur, efficeretur stricti iuris, ex quo loco actionis præscrip. uer. tunc subrogaretur. l. si cum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cau. quæ huiusmodi est. d. §. actionum, & male præsertim, & quia differunt (ut dicebã in euidentialibus, argumentum in. l. in rem in. §. item quecunq; ff. de rei uen.) ergo nullo modo uim hanc habere uidebitur.

Tertio dubitandi rationem faciebat, quia si pactum informaret ueterem actionem, non daretur aliter præscrip. uer. ex quo subsidiaria est. l. i. 2. 3. l. quotiens. ff. de præscrip. uer. d. l. in causæ, not. in. l. in prouinciali. ff. de no. o. nun.

Quarto dubitandi rationem faciebat, quia pactum tanquam accessoriũ, ad contractum uenditionis, in exemplo proposito, stare uidetur, argum. in l. i. & 2. ff. de pecu. le. ergo non conuenit quòd ueterem actionem informet l. quod per manus. ff. de in. codi. & ideo uidemus, quòd uestitur, & non uestit, quòdq; robur sumit ab ipso contractu non è contra. 8

Quinto & ultimo, dubitandi rationem faciebat tex. in. l. in bonæ fidei, al lega. sæpe. C. eo. ubi actionis in nu. singulari mentio fit, & non actionum in plurali, quòd ex pacto scilicet, iuxta cõtractum in continenti apposito, actio competit præscriptis uer. ergo nõ alia, & ita arguit etiam gl. in rub. ff. de iudi.

& in rub.insti.de actio.

Quibus tamen non obstantibus cõtrarium audacter determinauit idem author, quod imo etiam ueterem informet, & bene.

Et ratio decisionis est, quia si in continenti fiat, idest e uestigio & statim, antequam ad alia diuertamus negotia, ut hic per gl. & Docto. in est contractui & pars ipsius dicitur.l.lecta uer.dicebã ff. si cer.peta.l. fundi partem.ff. de contrahen.emp. estq; unum & idem quicquid per rerum naturam immediate, & continuatiue dicitur & fit.l. cum acutissimi.C.de fideicom.Cap.cons.22. num.6. & est sensus, pactum in continenti appositum iuxta contractum bonæ fidei, uestiri ipsius cohærentia, & nõ solum actionem nouam parere præscrip.uerbis, uerum etiam informare, extendere, & amplificare ueterem, ut detur ad id, quod in pacto prædicto deductum est, multa Gui.Papa consi.12. colum.2.& q̃a tex. met ipsam assignat hic & ubiq; ubi de materia, alias non adducemus. Et ideo subiicit, quod si apponatur ex interuallo non inerit, non ualebit si agetur nec ex pacto nascetur actio, ut infra.

Nec dubitationem facientia adduci meruerint, nam primum uerum est, si non sit pactum appositum, ut dixi, iuxta ipsum contractum, sed hic appositũ est, ergo informabit, etiam quòd sit de noua actione prouisum, ut infra.

Non ob. igitur secundum, quia negatur, cum diuersa ratione procedant, & ex diuerso fonte mihi agenti competant, nam ex uendito informata datur, quia pactum inest, præscriptis uerbis uero, quia uestitum est cohærentia ipsius, ergo non istius loco illa subrogata dicetur, nec una aliam impediet.

Non ob. tertium, quia uerum est, loquendo de illa, quæ oritur ex contractibus innominatis, de quibus in.l. naturalis.ff. de præscrip. uer. sed hæc est ex innominato, resultante habita relatione pacti ad contractum, ergo concurrent, nec ista subsidiaria dicetur d.l.2. C.de pac.int.emp.& uen.

Non ob. quartum, quia immo ut ostensum est, tanquam pars contractus dicetur, & non uelut accessorium considerabitur.d.l.fundi partem: ergo nec mirum si informat, quoniam tunc cessat ratio.d.l.quod per manus.

Non ob. quintum, & vltimum, quia suppletur per alias leges, vt hic, & in d. l.2. proxime allega.& in.l.lecta.ff.si cer. peta. Vel dic, quòd quamuis actionis mentionem fecerit in singulari numero, non propterea tollit, quod non possit etiam sic intelligi, & de noua præscrip.uer.& de ueteri informata, ut ibi per glo.& not.in.l.falsa in.§.fi.ff.de con di.& de.

Nec mirum uideatur, quia interest nostra habere plura remedia, quibus nobis succursum sit, & plures agendi formulas.l.non est nouũ.ff. de ac.emp. & maxime, (vt supra dixi) quia diuersa ratione, & ex diuerso fonte procedunt nec repeto.

Et si hac ratione pactum uestitur, & informat ueterem actionem, quia scilicet in continenti appositum est iuxta contractum, & quæ incontinenti fiunt censentur inesse, inferri necessario debet, quod subiicit tex. ponendo postea exempla in.§.seq. ut puta, secus esse, si ex interuallo fiat, & in simili dicebam etiam supra & repeto, si nudum, actionem non parit, quòd necessario pariter erit secus, si fuerit uestitum, hic est casus, litera pro lecta habeatur.

Additio.

Vel in uer.si ex interuallo, casum etiam sic breuiter figura, quanquam in exemplis (ut inquit Cy.in.l.i. colum.3. C.de legi.) dubitatio esse non possit. Dictum est supra pactum in continenti appositum iuxta contractum, cohærentia ipsius uestiri, quia cẽsentur inesse quæ fiunt in continenti: Dubitatum modo fuit apud eundem Vlpia. quid iuris, si ex interuallo fiat.

Exemplum in dote, solu.matrimonio, ne statuto tẽpore reddatur, quod de mobilibus intellige, intra annum

quo, immo quod accidens est, & ab eo penitus extraneum, igitur non obstabit, hic est etiam in hac parte casus, litera pro lecta habeatur pariter.

Nota primo ex isto tex. quòd pactũ si in continenti apponatur iuxta con-
8 tractum, uestitur cohærentia † ipsius, & non solum habet uirtutem pariendi nouam actionem præscrip. uerbis ut supra uerum etiam informandi ueterẽ ut detur ad id quod est in pacto ipso deductum.

Et innuit aduerbium quinimmo, quod hoc idem implicat, & sensus est rursum, aliis expositionibus sepositis, pactum quandoq; actionem parere, quandoq: exceptionem, actionem si causa subsit, alias exceptionem, immo quod quandoq; etiam informat ipsam actionem.

Et probatur ex eo, quia quæ in continenti fiunt, censentur inesse, & ipsius met Iuriscon. est ratio vt dictum fuit in casus figuratione, & idem in. l. lecta, in uer. dicebám. ff. si cer. pet. Et cum dixerit pacta hic text. adde non modo unũ uestiri, coherentia contractus, uerum etiam plura, si plura fuissent, & sentit Bar. hic ad fi. & dat exemplum Deci. Seni. in. l. in bonæ fidei colum. 4. C. de pac. de pluribus qui pari modo sic se calefaciunt ad eundem ignem, sed cogita tu non tamen eadem ueste posse uestiri. l. si ut certo. §. si duobus uehiculum in argumentum tamẽ. ff. commo. l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. po. & responde uerum fore uere, sed ficte & ideo alibi dicit I. Con. in. l. lecta, credũtur ines. sc. i. finguntur. ff. si cer. peta. l. retro. ff. de capti. & postli. re. & nos infra.

Et hinc est à simili, & ad propositũ quòd si fiat solutio post promissionem coactam incontinenti, intelligendo semper antequam partes ad extraneos diuertant actus, ut hic in glo. & ut supra declaratum fuit, metus inesse præsumetur, quòdq; solutionis actus, uti meticulosus, rescindi poterit per actionem quod metus causa, secundũ Bart. in. l. cum te; lectu. 2. ad fi. C. quod me. cau. alias non, quia metus purgatus uidebitur, & seruit ad ea quæ habẽtur in. l. nouissime. ff. quod fal. tu. autho. & per eundem Bart. de ratificatione, in. l. i. in. §. diuus. ff. de quæstio.

Et ad idem, quod licet periculũ post uenditionem perfectam, sit emptoris, ut dixi in. l. sed & si quis, in. §. quæsitum supra si quis cau. probaturq; latius in l. i. & & in. l. necessario. ff. de pe. & commo. rei uen. & in. l. i. C. eo. attamen si damnum, seu uitium, uel infirmitas appareat, uel superueniat statim, puta in seruo, uel animali aliter uendito, erit uenditoris hac ratione, ita Cy. in. l. i. ad fi. C. de ædil. ac. & est argum. in. l. si uentri, in. § fi. ff. de priui. cre. in simili Bald. in. c. i. num. 4. de pa. tenen. in usib.

Et quòd deniq: si staret statutum in ciuitate, mulieres non posse adire hæreditatem, uel aliter contrahere, sine consensu duorum consanguineorum, & bene, ne decipiantur, ut per Bal. in. l. 2. in 6. colum. C. de rescin. uen. contractus, uel quasi, seu aditio non ualebit, nisi consensus eorum interueniat incontinenti, post ipsam aditionẽ & cõtractum, & confert ad ea quæ not. in. l. si quis mihi bona, in. §. iussum. ff. de acqui. hæ. & declarat Bald. in. l. i. in 16. colum. C. qui admi. ad bo. po. pos.

Facit etiam glo. in. l. pomponius, in. §. rati. ff. de procu. ubi ratihabitionis satisdatio a procuratore exigitur ante litem contestatam, diceturq; fieri etiam post, incontinenti tamen.

Per quam dixit etiam Alex. in. l. ita demum, in 2. col. C. eo. quod exceptio non opposita ante lit. contesta. opponi tamen potest etiam post, incontinenti tamen, & dixi ego late in. l. edita. C. de eden. maxime in 3. lectu.

Et quod ultimo loco etiam Ias. hic dicit in teste, quòd si dictum eius corrigat incontinenti sustinetur, alias non, per glo. not. in. §. quia uero multi, in authen. de testi. egregie Bart. in. l. repeti, in prin. ff. de quæstio. & in. l. eos, in prin. ff. ad legem Cor. de fal. & in. l. si librarius, num. 8. ff. de regu. iu. & idem in notario

inquit

inquit idemmet Barto.consi. ccviii.incip. ex facto, in 2.colum. & non ab re, quia æquiparantur.l. domitius .ff. de testa. testatur idem Barto.in.d.loco, & bene adeo ut in teste nouum iuramentum non requiratur, quod ipse met declarat in.l.hæredes palam, in.§. si quid post, in fi.ff.de testa.

Sed adde tu uerum, si iustam & probabilem causam erroris allegent, quod totum arbitrio iudicis relinquitur, alias punirentur & maxime testis, ut uarius l.qui falso.ff.de testi.& aduertit Bart.in d.l.eos, declarabiturq; etiam, quod habetur pariter in.c.præterea, de testi.qui etiam suo motu reuerti debet, ut dicit idem Bart.in.d.l.repeti.

Et pro complemento adduci etiam potest Christi exemplum, qui apostolis tunc gradum non habentibus, dedit corpus suum, postea eos ordinauit, dicens in continenti, hoc facite in meã commemorationem, ut Luc.c.xxii. legitur, & not.Cardi.in cle.i.in.§. transiturus, de reliq.& ue.sanc.

Verum de pluribus dubitare contingit ad propositum, & primo quare
9 sit hac ratione, perfecto † contractu, si pars uelit recedere in continenti post, quod tamen non potest, intellige altera parte inuita, quia alias secus.d. l. C. quando li.ab emp.di.l. nihil tam naturale.ff.de regu.iu.§.adeo infra ea.l. & quod non liceat, probatur in.l. non idcirco, in fi.C.de contrahen.emp.

Sol.hoc idem esse dicas, quia in contractibus iam perfectis & absolutis, est statim ius acquisitũ parti, quod sibi auferri non potest, nec ex interuallo, nec in cõtinenti.l.fi.ff.de pac.l.id quod nostrum ff.de reg.iu.l.sicut.C.de ac.& ob.

Et ideo dicebat Bal.in.d.l.sicut, in fi. quod hac ratione, etiam si sit conditionalis, quo casu ante euentũ cõditionis nec obligatio nec actio nata ẽ.l.cedere diem.ff.de uerb.si.reuocari non poterit ex quo non solum in cõtractibus obligatio & actio nascitur, sed etiam tertiũ quoddam ius, quod ipsos facit irreuocabiles sagittarius.n.cõtrahẽtiũ simbolũ ẽ, q cum primũ sagittã emisit sic eã amplius reuocare non põt, & susius ẽt, ut per Alex.in simili cons.xc.incip.fere, in 2.col.in.i.uolu.& ad aliud rursum uerbum dicemus infra.

10 Secundo dubitare contingit † quare est alibi, quod seruus iussus rationes reddere intra certũ tempus, vt libertatẽ consequeretur, eam consequi non põt ẽt si in cõtinenti post, paratus sit idem facere, in.l.thays, i.§.intra.ff. de fideicõ. liber.

Soluunt Docto.breuiter, & maxime Bal.in.c.cum dilectus, de fi. instru. 11
& in.d.l.ita demum, ubi ẽt Ias.in prin. C.de procu.& in.d.l.lecta, si cer. pet. id esse speciale in q.momenti. Et ideo in simili, si iudex loqui incipiat, & sententiando quidem, pars uero anteq̃ dicat absoluo uel condemno, instrumentũ producat, ualebit productio, alias non ita idem Bal.in.d.c.cum dilectus.

Quæ solu.ex decisionibus supra dictis confunditur, & per dictam met rationem tex.nostri, etiam quod quæstio momenti sit, quod non uideo, quo modo procedat.

Vnde dici potest & secundo id forte esse, quia sub dicta conditione libertas sibi relicta fuerat, quæ debuit impleri in forma specifica, taliter ut mora purgari non possit, etiam quod sit paratus in continenti rationes reddere.l. q. hæredi.l.meuius.ff.de condi. & de.

Vel & tertio quod cum uerba ibi limitandi causa a testatore apposita fuerint, induxerunt terminum, quem excedere non licuit.l. qui fundum .ff. de contrahen. emp. & dixi etiam ego in.l.edita, in 3. lectu.C. de eden. & in.l. 2. in not. q. C. de pac. int. emp. & uen. & nouissime hoc vltimum sentit Bald.in.l.2.in prin.C. qui admi. ad bo. pos.po.

Posset etiam dici, & quarto ut sentit D.meus, in.l.i.in.§.qui præsens, nu.17. ff.de uerb.ob.quod cum uere reddi rationes debuerint, si redderentur post d.

tempus etiam incontinenti, ficte reddi uiderentur.d.l.lecta, & ut infra statim, ergo reddi non poterunt, & bene, sed considera in secundam sol. supra a me adductam, incidere.

Quinto & ultimo dici posset, ut primo loco dicebat Bald.in.d.c.cum dilectus, sed declarandus aliter nunc, quod cum momento ibi hæredi sit ius acquisitum, non debet sibi posse auferri, etiã quod seruus paratus sit rationem reddere incontinenti, argu. in .l. placet .ff. de acqui.hæ.& in simili per Bald.in.l.i. in 3.col.C.de dela.lib.x.Cogita.

11 Tertio dubitare contingit † an pactũ insit uere, uel ficte, ipsi contractui, iuxta quem apponitur. Videretur dicendum, uere inesse, & non ficte, quia inesse hic dicitur, quodq; insunt, uerbaq; sunt non aliter cauillanda .l. ille aut ille.§.cum in uerbis.ff.de lega.3.

Tamen contrarium uerius est .d.l.lecta, quæ per uerba fictionem importãtia hoc idem dicit .l.retro.ff.de capti.& postli.re.& non ab re, quia uerè inesse non potest, cum aliud sit pactum, & aliud contractus, & quid separatum ab eo penitus, licet incontinenti iuxta ipsum apponatur, alias fictio locum non haberet, iuxta not. in.l. singularia.ff.si cer.peta. Et nota quod est fictio legis, quia homo ipse fingere non potest .l.si forte.ff.de castren.pecu.uidebitis in.l.si is qui pro emptore.ff. de usuca. Quid autem differat fictio a præsumptione tradit glo.in.l.unica in.§.accedit.C. de rei uxo.ac.fingi scilicet super certo præsumi uero super dubio, ut ibi.

12 Quarto dubitare contingit, † an hoc idem sit in contractibus bonæ fidei tantum, an uero etiam in his qui sunt stricti iuris. Videretur dicendum pariter, de contractibus tantum bonæ fidei intelligi debere, casus est, hic nec adhuc cauillandus, & in.d.l.in bonæ fidei.C.eo.

Tamen contrarium est uerius .l. petens .C. de pac. & ratio generalis hoc ipsum suadet, ita ut dicta uel hic, uel ibi, exemplariter dicta uideantur, nec decisio restringatur, argumen. in .§. hactenus, insti. de gradi. Et est simile, quia esto quod dicatur alibi, quem non teneri de casu fortuito, in bonæ fidei iudiciis .l. quæ fortuitis .ff. de pigno. ac. non est propterea quod non sit idem etiam in contractibus stricti iuris .l. si ex legati causa .ff. de uerbo. ob. & not. in .d. l. quæ fortuitis, & quia dixi fusius aliàs, aliter non repeto.

Nouissime tamen scias, iudicia & non contractus dixisse, quia est perinde ac si dixisset actiones, nec aliud sit actio, quam ius persequendi in iudicio quod nobis debetur.§.i. insti. de actio.& facit etiam tex.in.l. si seruus depositus .ff. de noxal. ac. & quia (ut etiam Bald. hic declarat) per contractus ad iudicia deuenitur, nec iudicia fuissent ultra eum necessaria, absq; hominum commercio, argumen. in .l.2.in .§. post originem .ff. de origi. iu.

Considerando quoq; Iuriscon. affinitatis ratione quadam de contractibus ad iudicia plerunq; etiam, & è contra, arguere solere .l. 3. §. idem scribit ff.de pecu.l.ea, & ibi Cy. colum.i.C. commo. Immo quod quemadmodum ex contractu innominato oritur actio præscriptis uerbis, ut hic, ita oritur ex quasi, & est exemplum in sententia iudicis diuidentis, per quam quasi contrahitur .l. hæredes .§. nihil, & ibi Flo.& alii in prin.ff.fami. her.

13 Quinto & ultimo dubitare contingit † quare Iuriscon.dixerit, quòd interdum informat.

Sol. responderi posset, ut hic per gl. quia si ex interuallo fiat pactum, non informat ut infra in exemplis, sed aliter respondeo hoc idem dixisse, quia si actionem aliquando parit ut supra aliquando exceptionem, conuenit ut interdum etiam hoc idem faciat.i. informet, una etenim pars legis, per alteram declaratur.l. utrum .ff. de

peti.hæ.plene So.in.l.i.in pri.ff.de reb. dub.c.super quæstionum in prin. de os si.del.

Vel & secundo,quòd sic dixit, quia non semper uirtutem istam habet,si actionem non reperiat informandam, non entiũ enim non est qualitas.l.ejus qui in prouincia.ff.si cer.pet.ergo.

Et nimirum,quia restitutio bonorũ in simili,etiam alibi,non est necessaria, immo nec peti potest,cum nihil debeatur,in.l.hæreditas.C.de pac. conuen.

Nec alibi manumitti seruus,aut aliter alienari, si non est in dominio manumittentis,in.l.vsufructu 2.C. de vsu & ha.

Vel & ultimo nec matrimonium accusari,si nullum fuerit,ex defectu consensus.c.ad dissoluendum, & ibi Abb. in 2.colum.de despon.impub.

Et plura possent exempla subiici,ut per Docto. quorum istud mihi præcipuum uidetur.

In stipulatione certum deductũ est, quo casu competit certi condictio.l.certi condictio.ff.si cer.pe.incontinenti pactũ fit,continẽs factum,quod sui natura est incertum.l.vnica.C.de sen.quæ pro eo. ergo non potuit informari certi condictio,ut detur ad incertum.Ita Bar. in.l. lecta in ult.colum.ff.si cer.pe.Pau. cast. & Ias. hic colum.3. Posset etiam poni exemplum in.l. si in uẽditione in prin. ff.de peri.&commo. rei uen. & ut per eundem Bar.hic num.10.fusius.

Vel & tertio, quòd regula hic ponatur,ueterem informari, nouamq; produci ut supra & fallentiam a regula, quod nec nouam aliquando producat, nec ueterem informet, in casibus de quibus per Odof. hic in ulti.col. quod tamen non conuenit, nec uerbis tex.potest adaptari, ideo uerus eorum intellectus est,ut supra, aliter tamen deducendo,quod interdũ dixit,ex quo non semper informat ueterem actionem,vt in.d.casibus Odof.l.quod si locus.ff. de religio.l.seruus ea lege.ff.de ser. expor. l.auia.C.de iure do. & est nouissime argumentum in.l.si ut certo in.§.interdũ ff.commoda.&in.l.admonendi.ff.de iure iu. & in.l. interdum.ff. de cond. ind.

Sed considera,quod non semper fit, & regulariter,quod fit interdum.l.si ut certo.§.interdum.ff.commo.l.si uero.§ interdum.ff.solu.mat.l. seruitutes .§. si ante.ff.de serui.urba. prædio.optimus tex.in.§.sed furti,insti.de actio.quòdq; sic regula esset in contrarium potius,quod non informaret,nec produceret,& quod deniq; principaliter hic de informatione tractatur, ut supra igitur prima responsio, uidetur solidior,& uerior, secundaq; etiam potest tolerari.

Nota secundo si pactum ex interuallo apponatur iuxta † contractum bonæ fidei,vel stricti iuris, ut supra quod non uestietur cohærentia ipsius, sed nudum manebit,& consequenter effectum prædictum non habebit informandi ueterem actionem, nec nouam pariendi, immo (dicit text.) quod non ualebit.

14

Et nimirum, quia tunc inesse non uidetur,nec pars contractus effici,ut in exemplis subiectis infra & relatis in figuratione casus,& est argum.in.l.cum prætor.ff.de iudi.&in.l.Pomponius,in .§.i.in fi.ff.de procu.& in .c. nonnè, de præsump.

Adde simile,quòd interuallum etiã temporis,stipulationem uitiat.l.i.§.i.ff. de uerb.ob.

Et duorum reorum constitutionem l.duos reos.§.i.ff.de duo.reis.

Et testamentum .l. cum antiquitas. C.de testa.

Et rationem assignat Abb.in.c.cum causam,in 2.not. de elec. quia non potest dici actus continuo tunc factus, per illum tex. ibi cõtinue unus post alium l.continuus.ff.de uer. ob. sicuti nec hic pactum inesse,contractui.

Sentitq; Bal.alibi,cùm dicit, id continuum fore, quod habet manentiam successiuam, non scisam, seu interruptam,in.l.in suis,in repe.in 2.colum.ff. de libe.& posthu.& est tex.in.l.non solum,in.§.annus.ff. de excu. tu. & in .l. seruitutes,& in.l.foramen. ff. de serui.

rusti.prædio.& in.d.l.in suis.

Et in seruitute quoq; potest exemplificari, quemadmodum in.d. iuribus not.maxime in.d.l. seruitutes, & in .d. l.foramen, quarum aliquæ causam habent cõtinuam, aliquæ discontinuam, continuam, quæ hominis factum non requirunt, & sic sine interuallo temporis, puta aquæ ductus, discontinuam uero, quæ ipsum desiderant, ut stillicidii.

Nec auditur agens ad propositum, & rursus, quominus hæres in possessionem mittatur, beneficio .l. fi.C. de edic.di.ad.tol.si uitium testamenti inuisibile, temporis interuallum requirat, & altiorem indaginem.l. 2. & ibi Bald. declarat.C.eo.

Quæ omnia intellige uera esse, & procedere, cùm de actu continuando agitur, ut dixi, & in casibus de quibus supra ex quo uidemus hinc, cæteros contractus ob hoc non uitiari.l.si stipuler.§.fi.ff.de uerbo.ob. tradit Alexand. consi.cxiii.incip.perspectis, colum. iii. uolum.vi. Et ad propositum quod interuallum noceat & non prosit agenti, facit etiam text.in.l.Modestinus .ff. de dona. & in.l. cum quidam in .§. i. ff. de usu.

15 Sed dubito, quare istud † dixerit hic Iuriscon.cum ex præcedenti uerbo inferri potuerit commode, quòd ex interuallo scilicet pactum appositum haud uestiatur, si uestitur appositum in continenti, ut in iuribus supra allega. probatur, & nouissime in .l.i.ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. & in.l.qui accusare ff.de accu.& est argu.in.l.i. etiam .ff. de offi.eius.& ita præcise arguitur in .l. ex eo.ff.de testi.& in.l.qui testamento, in .§.mulier.ff.de testa.& in terminis in .l. petens.C.de pac.

Secundo dubito, dum etiam dicit, 16 †quòd nõ ualet, perindeq; est, ac si dixisset funditus nullum esse, nec effectũ aliquem ex eo resultare, est.n. coniunctio disiunctiua posita inter duas orationes, quæ negat utrunq; .l. q̃q̃ in fi. ff.de ritu.nup.Bald.in.l.fi.ff.de iure do. & male, quia parit saltem exceptionẽ, ut in prin.legis, & infra in ultimo exemplo.ad fi.&in.l.tale pactũ, in pri.inf.eo.

Et soluti repetitionem impedit naturalis obligatio, quæ ex ipso oritur .l. naturales.ff.de ac.& ob.l.naturaliter.ff. de condic.inde.l.in his.§.imperator .ff. de solu.

Sufficiẽsq; est, vt obligatus teneatur pariter in foro conscientiæ, secundum Bart. in.l.si pœnæ causa, in prin. ff. de condic.inde.

Et si mandauerit testator, creditoribus suis satisfieri, hæres tenebitur etiã his, quibus ipse erat naturaliter tantũ obligatus, ut declarat Bal. in.l.id quod pauperibus, in 9.q.siue alias colum. 4. C.de ep.& cle.

Et plus quod licet non sit efficax ad agendum, est tamen efficax ad deducẽdum in diuisione quod naturaliter debetur, ut per Ias.in.l.frater à fratre, in 7 not.ff.de condi. ind.& ibi susius ẽt alij.

17 Tertio dubito, dum ad idem dicit † ꝙ ex pacto nudo, actio non datur, intellige ut supra nec informata, nec noua, quia (ut dixi) nudum est.

Et nouissime nudum, ultra dicta in discursu, quia stat in nudo nomine cõuentionis hoc casu, nullo alio addito.

Sicut nuda uolũtas, quæ stat in suis principiis, non addita præsentia partis, uel alio nomine a iure.

Et in actionibus, quæ electione tolluntur, & in quibus nuda uoluntate fit electio, & susius ut per Bar.in.l.pomponius, num.6.ff.de neg. gest.

Nam istud quoq; mihi falsum uidetur, & cõtra tex.in.§. prætor ait infra ea l.ubi pacta si dolo malo inita non fuerint, seruanda sunt, & idem in.l.si quis in conscribendo, in.§.i.C.de pac.& in.l. i.ff.de pac.ꝙ etiam Matthæi xx.c. exprimitur, his uerbis, Amice non facio tibi iniuriam, pacto conuenisti mecum, sed quomodo seruabuntur, si non datur actio? & urgentissimum dicit contrariũ Bar.in.d.§.prætor ait.

Secundo uidetur hoc idem adhuc contra tex.in.l.&eleganter, in.§.seruus

pactionis.ff.de dolo, ubi seruus naturaliter obligatus domino, manumissus, si non seruat pactum, actione de dolo eidem tenetur.

Tertio & vltimo uidetur contra tex. in.l.inter socerum, in.§.conuenit .ff. de pac.do.ubi ex pacto nudo inter uirum & uxorem, utilis actio datur contra uirum uxori, & hoc ipsum extollit Soci. in reg. 9. in 5.fallen.& Ias.in.§.sed cum nulla supra ea.l.& in.§.in personam, insti.de ac.& ubiq; post Bal.in.c.si cautio de fi.instru.

Breuiter & pro resolutione primæ dubitationis, dici potest, id ipsum a Iurecon.factum fuisse, maioris declarationis gratia, ut in simili in.l.i.in.§. quamuis.ff.de uen.inspi.& in.l.non solent.ff. de regu.iu.bo.tex.in.l.2.in.§.si non propter ualitudinem.ff. si quis cau. & in.l. i.in.§.ex incendio.ff.de incen.rui. naufra.& in.l.qui liberis, in.§.hæc uerba.ff. de uulga.& pu.sub.

Immo plus dicit Bart.in.l.liberationem, in.§.i.in prin.ff.de libe.lega.quod plerunq; hac ratione etiã superfluitas admittitur.

Et maxime in legibus non procedẽtibus per viam regulæ, ut hic, & in.l.certi condictio.ff.si cer.pe. et quemadmodum in contractibus.d.l. non solent .l. quæ dubitationis tollẽdæ gratia eo.tit.

Et hinc est, ꝙ Aquilius reprehenditur in.l.gallus.ff.de libe.& posthu.quoniã eo casu per modum regulæ procedebatur, nec uerborum superfluitas tolerabilis est, ex quo regula est breuis ordinatio eorũ quæ narrantur.l.i.ff.de regu.iu.ita ut si locum habeat, & debeat seruari ꝙ habetur in.l.ampliorem in.§. in refutatoriis.C.de ap. id maxime seruandũ sit (ut dixi) in regula, declaratq; fusius Bal.in.d.l.gallus, & est annotatu dignũ, in.§.quidam recte, in 2.col.ff.eo.

Facit & tex.not.in.l.qui mutuam, in prin.ff.man.quẽ ad idem inducit Alex. consi.21.incip.uiso compromisso, in 4. col.uol.5.& Gemi.pro limitatione .l.si quando.ff.de leg.i.in.c.si papa, in prin. in ult.col.de priui.in 6. Aliquid Bart.in l.& uno, in.§.eius rei.ff.de acceptilla, et in.l.fi, in.i.col.C.de sen.

Vel & secundo dic, factum fuisse ab eo ut diceret pactum ꝓdictum, licet nudum, si non actionem, saltem exceptionem parere, ut insra & tactum est etiã supra.

Vel tertio & ultimo, rudium gratia c.i.de no.for.fide. vbi not.text. in usib. feu.quem in simili citat etiam Butigel. in.l.i.in.§.qui p̄sens, in 2.col.ff. de uerbo.ob.bo.glo.insti.de re.di.in prin. aliquid Odof.in.l.iubemus C.de testa.

Sed dubito, an hoc idem sit recte fa-
18 ctum semper, † & laudabile, quidam tenent, ꝙ non, moti, quoniam facilitate nimia, nostra hæc iuris peritia, ciuilisq; sapientia, pretio nummario nonæstimanda, nec dehonestanda.l.i.§.ꝓinde ff.de ua.& extraordi. co. sic communis illiteratis & idiotis redditur, testaturq; Pau.de cast.hic, ꝙ Bal. sæpe hoc ipsum exclamabat, dum uideret Accur.paulo obscurius loqui in vnius legis interpretatione, quam alterius, ut hic, & refert Ias.in ult.col.infra in prin.

Adde ꝙ istorũ oculi (vt Melissus dicebat) uelut pulli adulterini Aquilæ, huiuscæ rei sanctissimæ radios etiam sufferre nequeunt.

Immo ꝙ plena diuinitate (Trimegisto teste) multorũ interuentu uiolatur.

Et ꝙuitium sit animi, indignis secreta uulgare, quod fit quoq: uel loquacitate incauta, uel adulatione, uel iactatione scientiæ, ut legitur in.c.fi.43. dis. licet adhuc elicere ex eo, quod Christus nihil sine parabolis loquebatur, dicens, sollicite enim esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos, & sancta canibus exhibeamus.c.in mandatis, ea.dis.& Matth.7.ac Luc.8. ꝙq: Socrates, q̃a uulgo cõmisit ignobili, quæ committenda non erant tam facile, ab Atheniensibus interfectus est.

Ego uero cõtrariũ sentio, & dico, oĩ conatu, oĩbusq: neruis (vt aiũt) esse cõtendendũ, ut plana oĩa fiant, si quæ difficilia fuerint, ex quo nomen amitteremus, quod ob hoc nobis impositũ est.

Nam Doctor à docendo dictus est, immo, quòd is solus Doctor est appellandus, qui docet.l. sed & reprobari .§. fi.ff.de excu.tu. quomodo igitur doceremus, nisi quæ difficilia sunt & obscura, facilia & clara redderemus? Accur. imitati, qui & si quandoq; (ut dicebatur) paulo obscurius, quàm deceret, ob materiæ difficultatem, de qua tractandum erat, locutus fuerit, occurrēs tamen per ethymologicam denominationem quandam, tenebris iuris ciuilis sic appellatus est, ut in.l.facta, in .§.si in danda, & ibi glo.ff.ad Treb. Instruitq; nos tex.in.§.his igitur, insti. de iusti. & iu.nec sibi aliud uult Iuriscon.dum altius exorditur in difficilibus & arduis aliqua præmittendo, in.l. ex facto, in prin.ff.de hæ.insti.& in materia in.l.lecta, in uer.dicebam, iuncta glo. quam ibi etiam not.D.meus,ff. si cer. peta. & idem in.l.i.ff.de ori.iu.& in.§. duo hæc igitur præmittantur, in authē. de nup. & maxime, quia scientia nostra ad mores pertinet .§. iuris præcepta, insti. de iusti.& iu. not. glo. in authen. de nup. in prin.

Nec ob. quòd Idiotis cōmunis reddatur, quia hoc idem negabo, ex quo uis potest à sapientibus intelligi, ita ut plerunq; dicant interpretes, soluat Apollo, Sali.in.l.quicunq;, in 4.colum. C.de ser.fu.Bald.in .l.cum antiquioribus, in ulti.C.de iu.deli.& Ias.post Fulgo.in rub.si cer.pe.in secunda.Quis dabit mihi pœnas columbarum, & alte uolabo, ut idem Bald.in.l.edita, in 2.lectu.in ulti.colum.C. de eden. Soluat qui potest, ut Hosti. in.c.in nostra, quē ibi Abb.refert, colum.3. ad fi. de sepul. non respondebit totus mundus, ut Sicu.in.c.i. in 2. de mu. pe. non facile responsum dari potest, ut in.c. cum sint homines, de deci. & similia, quæ non scribo.

Et minus quòd in parabolis Christus loqueretur, quia ea pertinebant ad fidem, & quia conueniebat tunc, necesseq; erat intelligentem phantasmata speculari.

Vel ut sancta res, à Christo dicta, dicentis etiam dignitate, uerbis atq; exēplis congruis uelaretur, ut margarita uelo.

Vel quia præcepta, quæ memoriæ teneri nō poterant, facile ab auditoribus per similitudinem & exempla tenerentur, ut depalestinis aiunt, qui in omni sermone parabolam inserere solebant, & ægyptiis, qui pro templis sphinges apponebant.

Vel quia solis discipulis datum erat mysterium cœlorum cognoscere, cæteris autem non, sed in parabolis tātum ut uidentes non uiderent, nec intelligentes intelligerent, quemadmodum Matth,13.legitur,& Luc.8.

Vel quòd hæc admiranda sunt, non ad exemplum humanæ actionis trahēda.c.si testes 4.q.2.& 3. & de his satis.

Redeundo modo eò unde discessimus, quo ad secūdam principalem dubitationem dico, quod non simpliciter ait Iuriscon.hic, pactum esse nullum, sed nullum si agatur, ergo aliquod si excipiatur, ut postea subiicit in fi. & testati sumus supra satis.

Nec officiunt alia ad idem adducta, quia uetussima sunt, & pro constanti supponuntur, cum sint effectus naturalis obligationis, & non pacti, de quo principaliter hic tractabatur.

Et est sensus, quod quamuis habeat effectum pariendi exceptionem, & ne uirtute naturalis obligationis solutū repeti possit, & quod quis teneatur in foro conscientiæ, & satisfacere uoluntati testantis, & naturaliter debitum deducendi in diuisionem, attamen efficacem actionem non producit, quia nudum.§.igitur nuda supra ea.l.

Quo ad tertiam & ultimam autem respondeo in primis, non obstare text, in.d.§.prætor ait, & similes, quia intelligo, & si Bar.ibi difficile contrarium ac insolubile dicat, de pactis uestitis id uerum esse, & non si fuerint nuda, quia lex dicit non ualere hic, & in d.§.igitur nuda, & quia cōcordare iura debemus ne contraria sint, & sibi inuicem repu-

gnantia.l.i.C.de inoffi.doti.c. cum expediat, de elec.in 6.

Considerando etiam & plus, quod immo seruari non debeant, si aduersus leges fuerit, ut ibidem, sed hic si nuda sunt, aduersus leges facta dicuntur, requirentes uestimenta quo ad effectum de quo quæritur, ergo.

Et ultimo loco, quod si de pacto nudo intelligeretur, uideretur uoluisse legislator se in continenti corrigere, non uerisimile, l.non ad ea.ff.de cond.& de. & ut latius etiam dixi in authen. sacramenta puberum, in glo. custodiantur. C.si aduer. uen.

Et specialiter ad text. in .d.l.i. quod loquitur de æquitate iurisgentium primeui, quo poterat obligari etiam seruus naturaliter domino, ut per Bar.in l. si id quod & in .l. frater à fratre colu. 14. ff. de condic. ind. de qua æquitate et intelligũtur Math. uerba de quibus supra & sic nihil ad ꝓpositum, & quo ad istud ulti.est argumen.in.c.iuramenti 32.q.5.& not.in.c.i.de pac.in 6.

Non ob.secundo tex.in .d.§. seruus pactionis, quia respondent scriben. in §. sed cum nulla supra ea .l. maxime Ias.in 3.colum.& Deci.in.l. si conuenerit, num.10.supra de iu.om.iud.& ante eos Bald.in.l.cum mora, in pe. colum. C.de transac. quia dominus damnum patiebatur serui dolo, nec alia actio sibi competebat.

Quæ solu. non est tuta, quoniam sic semper ex quolibet pacto nudo ageretur, cum alia actio tunc competere non possit.

Considerando etiam quod Iuriscõ. non fundat se in hoc, an alia actio sibi competat, nec ne, sed in dolo, quod & natura quoq; tituli suadet.l.imperatores.ff.de in di.ad.

Igitur, & si hæc communis solu.sit, posset aliter responderi, & dici, quod id sit, odio serui inductum, qui dolose libertatem consecutus uidetur, ex quo obligationem in se suscipere recusat.l. promisse.C. an seruus ex quo facto.

Vel quod datur actio de dolo eo casu, quoniam euidens serui calliditas ẽ, nolentis iam consecutus libertatem in se obligationem (ut dixi) suscipere, casus est in.§.fi.in fi.ea.l. argumentum in l.dolus.ff.man.& ille tex.in.d.§. seruus pactionis limitat totam materiam pactorum ut inquit Ange.consi.1.& Alex. consi.41.post eum colum. 2. uolum. 3. & facit etiam quod dicit Bal.in.l.si duo ad fi.ff.de dolo.

Aut & ultimo, quòd cum sit contractus innominatus facio ut des, non alia quam de dolo dari debuit.l.naturalis.§.quod si faciam.ff.de præscrip. uer. quem tex. hoc ipsum uirtualiter sentientem, allegat etiam Bald.in.d.l.cum mora, & bene, & rationẽ assignat Bart. in.l.cum proponas, in 2.lectu. in 3. oppo.C.de dolo.quod illud ideo sit, quia feci quod debui tu autẽ non, rumpisq; fidem, ergo non mirum si datur actio de dolo, & dixi quoq; licet ad aliud in l.si conuenerit supra de iu.o.iud.

Non ob.ultimu deniq;, quia potest responderi, illud ideo esse, quia in pacto deductum fuerat id ad quod quis tenebatur ex dispositione iuris communis, ad alimenta scilicet uxori præstanda, ita ut nudum dici non possit.l. legitima supra eo. c. i. in simili tamen, cum ibi not.de consti.in 6.& dixi supra & nouissime facit etiam tex.insti.quib. mo.testa.infir.in fi.inducitq; ad propositum Ro. omnino uidendus, singu. DXXII. incip.tu audiuisti, per totum Bar.in.l.non impossibile.ff.eo.Alex.in d.l.legitima colum.2.

Respondebant etiam quidam Moder.in.d.§.in personam, in pe. colum, insti.de actio.quod agebatur ibi ex pacto, ex quo erat geminatum, iuxta not. in.c.i.de pac. ubi Fel. & alii, & in .d.§. sed cum nulla supra ea.l.

Quod ego non probo, ex quo dicit tex. non quod pactum fuerit geminatum, sed quod mulier ad literas uiri pactum secuta est.

Præterea si daretur hac ratione actio non utilis in factum, sed directa daretur, ergo sol.non tuta, & prima uerior

ac solidior.

Vel & ultimo dici potest, actionem parere de æquitate, non de iure, eaq; ratione non directam, sed utilem dari in factum, ut in simili in.l.quintus.ff.manda. Maxime quia uir & uxor, sunt socij diuinæ & humanæ domus .l. aduersus. C.de cri.exp.hære. & duo in carne una c.admonere 33. q.2.

Et hinc dicimus, ubi negotium de æquitate est decidendum, quod non potest opponi exceptio, in eo stipulationem non interuenisse, sed nudum pactum, quia tunc uerecundia est illud recusare, & ad quod opponens vtili actione tenetur in casu (vt dixi).d.§. conuenit, ita Bal. in.l.si pro ea, in ulti. colum.C.man.multa Deci.in.l.in omnibus.ff.de regu.iu.& Ias.in.d.§. sed cũ nulla. Speciale est etiam præter hæc in aduocato, sibi ex pacto nudo, salariũ deberi, quod honorarium uocatur .l.i. C. de suffra.l.i.§. in honorariis .§. si cui ff.de ua.& extraordi.co. Alex.cons.109 colum.i. uolum.6.si nudo pacto igitur promittatur, petitur conditione ex lege l.unica.ff.de cond.ex lege, si per stip. & certum sit, certi condictione, si in certum, actione ex stipulatu.l.certi condictio.ff.si cer.pe.& insti.de uerbo. ob. in prin.si nullo modo, officio iudicis, constitui debet.d.§.in honorariis.

Nota tertio & ultimo, quod exce-
19 ptionis natiuitas † facilior est, quam actionis, ut etiam hic dicit Bal. Adde Alex.in.l.si cum dotem in 6. colum. ff. solu.ma.& dic nimirum esse, quia tendit ad liberandum, actio uero obligationem respicit, quæ non est ita fauorabilis.l.arrianus .ff.de ac. & ob.l.fauorabiliores.ff.de regu.iu. not. in.d.l. tale pactum, allega.sæpe, infra eo.

Et hinc est quod non desiderat fomentum ciuilis obligationis ut actio, secundum eundem Bal.in.§.igitur nuda supra ea.l.in prin.

Quodq; in simili, exclusus ab actione, non propterea exclusus est ab exceptione.l.miles.§. socer .ff. ad legem iul de adul. c. cum inter, de excep. tradit idem Bal.in.l.cum mulier in 4. colum. ff.sol.ma.

Et plus quod potest esse generalis, licet in actione certitudo requiratur, Bal.teste adhuc, in.d.l.tale pactum, in 2 lect.in prin.

Duo iudicia quoq; super actione pẽdere non possunt.l. ubi cæptum .ff. de iudi.super actione autem & exceptione simul sic, ita Bart.in.l.in compensationem, & in.l.si cum filio, in .§. i.ff. de compen.

Qui dicit etiam alibi in. l.idem quærit, in.§.fi.ff. pro so. quod ius excipiendi transit contra singularem successorem, puta emptorem, non ius agendi.

Et forte hac ratione æquitate sola nititur.l.qui æquitate .ff. de excep. do. tradit Bar.in.l.non solum in.§. si liberationis uerba, in i.& 2.colum.ff. de libe. lega.& cum æquitate sola nitatur, non ab re dixi supra obligationem ciuilem non desiderare, & nouissime Flo. not. in.l.in hoc iudicium, in prin.in.i.col.ff. communi di.

Et multa aliqui deniq; consequuntur excipiendo ut supra quæ agendo consequi non possunt d. c. cum inter, de excep.l.i. ff. de pigno.l.i.§. id quod, ad legem fal. & in Bannito nouissime potest exemplificari, qui non agit pariter, & tamen excipit, & in minore cui diuisio excipiendo denegata non est, etiam absq; decreto, actio autem sic .l. inter omnes .C. de prædi. mi. firmatq; Albe.in statu.q.lxii.incip. an stante statuto, in prin.in.i.par. secundi tempo. Ex quibus textualia breuiter sint expedita.

Sed iuxta prædicta (in aliquibus enim glo.ordinem tamen non secutus, quæ magis utilia mihi uidebuntur insistam) quæritur, & primo nunquid pactum nudum uestiatur a stipulatione
20 † accessoria.

Glo. hic, quæ ob hoc erit expedita, in uerbo bonæ fidei, concludit quod nõ. Mota ratione, quia incongruum foret, principale uestiri ab accessorio .l. quod per manus .ff. de iu. codi. dixiq; aliter

aliter tamen deducendo, in casus figuratione. Cuma. pulchre (a simili tamē arguendo) consi.1. pulchrius Bal. consi. 379. colum. 2. uol. 4. ubi utrobique pulcherrimum exemplum, quod si maritus domicilium mutauerit, uxor eum sequi teneatur, non econtra, quodq, nulla est coniunctio inter hæredem & legatarium, nec inter eos locū habeat ius accrescendi, sed legatū hærede non adeunte uel excluso, expiret, quia accessorium non dat robur principali.

Et hinc est rursum, quod exemplaris substitutio in Codicillis fieri non potest, nec facta a patre in testamento, poterit in illis reuocari, ne principale subiiciatur accessorio, contra mentem legis, quæ nunquam hoc facere uelle præsumitur. l. quidam. §. 2. C. de ne. ser. hæ. insti. l. sceuola. ff. ad Treb. tradit Bal. in l. humanitatis, in xii. col. C. de impu be. Qui dicit etiam in not. q. in authen. ex causa. in 12. col. pariter. C. de inoffi. test. quod solemnitas ac essentia totius testamenti potissimum in hæredis institutione, & nu. septem testium, consistentis. §. ante hæredis, insti. de lega. l. p xime. ff. de his quæ in testa. del. l. hæredes palam. §. in testamentis. ff. de testa. non poterit subuerti per breuem solēnitatem codicillorum, puta si pater filium instituat in re certa, ut in l. i. in. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. & extraneū hæredem faciat, relictumq; filio in codicillis adimat, alias sic causatum & effectus posset etiam esse causa suæ causæ, dictu absurdissimum, ut ostēdit D. meus, reprehendendo Ias. in. l. 1. in. §. si quis ita, in 10. col. ff. de uerb. ob. & glo. late in d. l. quod per manus, & patet ad sensum.

Et ad idem, ac 2. inquit glo. quam ad unguem Bar. quoq; secutus est hic, nu. 5. est tex. in l. nuda. C. de contrahen. & commi. sti. ubi pacto nudo promisisti mihi aliquid dare, uel facere, stipulatione subiecta incontinenti de interesse soluendo, si promissa non adimpleuisses (inquit tex.) quod non ex pacto agetur, sed ad interesse ex stipulatu, uel quod lite contestata de facto, commissa statim erit stipulatio. non nihil Bar. in. l. stip. ista. in 2. col. ff. de uer. ob. & ius. in. l. legata inutiliter in fi. prin. ff. de lega. 1.

Et clarius. 3. in. l. si pacto quo pœnā C. de pac. ubi pacto promiseras pariter mihi aliquid dare, & alio pacto, si non dedisses, penam, quam etiam per stipulationem promisisti, dicit tex. quod ad pœnam ex stipulatu agi poterit.

Et mirabile uidetur, quod pactum sit geminatum, idq; aliàs actionem producat, ut cōcluditur communiter, in. §. igitur nuda supra ea. l. & in rub. ff. de uerbo. ob. & utrobiq: Ias. ibi col. 3. hic uero. 4. idest in. d. rub. estq; tex. in. l. i. in. §. debitum. ff. de consti. pecu. & tamen non ex pacto agatur, sed ex stipulatione.

Sol. licet duo pacta sint absq: stipulatione, unum tamen censetur, cum secundum incontinenti factum sit, & nō ex interuallo, quo modo supra dicta intelliguntur. l. si conuenerit iuncta glo. ff. de pi. ac.

Vel dic, quod diuersa sint, & non ad idem, ut pariter intelligi debent supra dicta, unumq: pœnam, aliud uero dationem, seu factum respiciebat.

Vel quod antiquorum mos erat, uolentium stipulari, id prius in pactum simplex deducere. l. debitori, in fi. C. de pac. l. duo societatem. ff. pro so. & ita trāseunt omnes communiter. Considerando adhuc supra dicta confirmando, & 4. quod cum accessorium sit minus dignum suo principali non secus ac filius & pater, seruus & dominus, Monachus & Abbas, si uestiretur, minus dignum traheret ad se magis dignum, & male. c. quod in dubiis, de conse. ec. uel alta. l. ex pupillari. ff. de uulg. & pu. sub. & fere in primum incidit.

Et ultra ac 5. quod cum præcedētia influant magis in sequentia, quam ecōtra. l. quisquis alias si quis in prin. testamenti. ff. de lega. 3. tradit Bart. in l. auia. ff. de con. & de. nec pactum præcedens stipulationem sequentem uestiat, tum

quia nudum est, tum quia uestimento non eget, haud erit conueniens, quod uestiatur.

Tamen durum uidetur, & in primis quia dicimus generaliter pactum nudũ uestiri cohærentia contractus, ut hic, & in .l. in bonæ fidei. C. de pac. & in .l. lecta uer. dicebam, cum similibus .ff. si cer. pe. ergo siue præcedat pactum, siue sequatur.

Demum & .2. quia de modo non est curandum, dum modo effectum habeamus, & maxime in non desiderantibus certam formam .l. si mater. C. de insti. late Bar. in .l. gallus, in .§. & quid si tantum, in .2. col. ff. de libe. & posthu.

Tertio, quia militare uidetur ratio, actus habentis manentiam successiuã, ex quo incontinenti fit stipulatio ut supra & ut not. in .l. in suis. ff. de lib. & posthu. ergo uestietur .l. à titio (uulgata). ff. de uer. ob.

Secundo, & ad idem, quæsitum fuit si antedictus Titius, debitor meus mihi fideiussionem præstitisset de dictis centum reddendis, quod præsupponi debet idq; etiam in pacto, ultimo de petendo, ut iam dixi, an esset per pactū de non petendo liberatus, idq; sibi pro desset, necne. Prima facie, dicendum uidebatur, quod sic. l. fi. infra eo. ubi casus expressus, & ad literam, quo fit ut ius sibi acquisitum, eidem inuito non posset auferi, ad quod etiam solet ille tex. allegari. Et clarius in. l. & hæredi. in. §. fi. supra eo. ubi debitoris conuentio fideiussoribus prodest, & ex regu. amplius. l. cum principalis. ff. de regu. iu. & l. omnes. ff. de excep. & l. ī omnibus. ff. de sol. tradit Bar. in. l. hujusmodi ī prin. ff. de uerbo. ob. Item dubitandi rationē faciebat, liberationis fauor, ut dicebā proxime & nouissime est argu. in. l. dedi. & ibi Barto. in prin. ff. de condi. ob cau. ubi transactio est contractus innominatus, & tamen in eo non habet locum pœnitentia, quod nota pro limitatione. l. si pecuniam. ff. eo. fauore liberationis declarat idem Bart. in. l. quamuis C. de transac. & hinc est, quod potest, fieri in iudicio & extra. l. siue apud acta. C. eo. & ante lit. contesta. ac post, & breuiter quandocunq; . l. eleganter. §. si q̄s post, & ibi not. ff. de condi. ind. Item dubium facit tex. in. l. cum apud. ff. iud. sol. & in. l. 3. & in. l. cum quærebatur, in fi. ff. eo. ubi fideiussor obligatus in prima instantia, vel coram uno iudice, aut pro una re, non tenetur in secunda, uel coram alio iudice, aut pro re diuersa. Item in simili, & adhuc facit, quia promittens præsentare accusatum, uel inquisitum, perempta instantia ex forma statuti, vel dic tu etiam de iure communi quo est biennalis. l. properādum. C. de iudi. liberatus est, & sic in causa criminali, ī qua de graui agitur præiudicio. l. in seruorū. ff. de pœn. tenuit Bart. & clarius Ange. in. l. græce, in. §. & post litem. ff. de fideiu. ergo multo magis hic in ciuili, per pactū de nō petendo.

Dubium facit vltimo, quia si fideiussor promittat aliquem sistere ī iudicio, nec impeditus sistat liberatur. l. 2. §. si quis in iudicio & ibi not. ff. si quis cau. argumentum in. l. si cum hermes. C. lo ca. & in. l. item quæritur in. §. qui impleto. ff. eo. Et maxime ac ad propositum tex. nostri, quia non æque conuenit, vt

semel liberatus fideiussor, amplius obligetur, siue obligatus maneat argumentum in.l.licet in.§.fi.ff.nau.caupo. stab.& uidetur not.tex.adhuc in.l.fideiussores magistratuum ĩ fi.ff.de fideiusso.pulchre Bal.cõsi.428. in prin.uol.2.

Quibus tamen non obstantibus, cõtrarium deciditur in.§.nostro, nec fideiussoribus prodesse, quia ultimo pacto de petendo consenserunt, & sicut titio non prodest debitori, pactum de non petendo, obstãte replicatione pacti de petendo, non proderit pariter fideiussoribus. per quam rationem decidendi tolluntur omnia, dubitationem facientia, intelligenda re integra, & quando ultimo pacto non consensissent, ut hic not.& in.d.l.fi.infra eo. quæ tamen diuinatiua est, & ex hoc non tenenda.l. apud celsum.§. illa etiam.ff. de excep. do.l.si putator.ff. ad legem aquili. Imò cõtra tex.in.d.l.fi.& de indubitabili, quia certum est, si ultimo pacto consentiant potuisse sibi ipsis præiudicare omnimodo.l.in re mandata.C. manda.l. sed si lege.§.consuluit.ff.de peti.hæ. l. si q̃s in conscribendo, cum uulga.C.de pac. Dic ergo aliter, non prodesse fideiussoribus, quia per pactum ipsum de non petendo, obligatio prior ex toto non erat sublata, sed tantum naturalis elisa ut dictum est supra, nec ipsi absolute liberati: ergo sicuti reo non prodest, non proderit pariter fideiussoribus, & forte hac de re dicit cum misterio, eadem ratione contingere, ut prædictis prius factum non prosit. Et simile adduci potest in terminis fortioribus, debitoris, bonis cedentis, ut non propterea liberet fideiussorẽ.§.fi.insti.de replica. Bar. in.l.hæres, in.§.quod si stipulator.ff. de fideiu.ergo multo minus hic. Sed considera, quicquid dixerim in prima lect. hoc ipsum confundi per tex.in.d.l.fi.& a prima sol.non recede, nec facit, quod sit diuinatiua, quia contrarium aliter solui non potest, ut inquit Bart.in.l.ita stipulatus in 14.colum.ff.de uerbo. ob. & maxime q̃a subauditione coadiuuãtur, argumẽtum in.l.oratio, ff. de spon. & in.l.i.ff.de testa.& ibi not. Vel dic, quod non diuinat, ponderando uerbũ eadem ratione. Et minus quod sit contra tex.in.d.l.fi.quia uerum non est, uideriq: potest. Non deniq: quod de indubitabili foret, quia imo dubium habet, ex supra dictis, haud obstantibus, ex quo procedunt ubi consensu nouo sibi non præiudicasset, ut hic.

Tertio quæsitum fuit, quid si tenearis mihi actione iniuriarum, ut in.l.si tibi in.§.quædam supra eo.egoq; tibi faciam pactum de non agẽdo, postea de agendo, quid erit, potero ne agere uirtute pacti prædicti, & replicatione exceptionem tollere, si per pactum de nõ agendo inducta obiiciatur. Videretur dicendum, quod sic, & rationem dubitandi faciebant breuiter supra dicta, arguendo de cõtractibus ad delicta.l.omnem.ff.de iudi.late Bar.in.l.cunctos populos.C.de sum.tri. Imo plus quod si efficax est actio in ciuilibus, & hoc casu, longe magis esse debet in criminalibus, ex quo publice interest, impunitum non relinqui facinus.l.ita uulneratus.ff.ad leg.Aquil.c.ut fame de sen.ex com. nisi agatur de crimine ciuiliter, quia tunc aliud forte dicendum esset.c. super his, de accusa. c. tuæ de procu.l. prætor edixit.§.i.ff.de iniu. multa Bart. in.l.infamem, ĩ 2.colum.ff.de pub. iud. & nota, quod licet in.d.§.quædam (ut ibi glo.declarat, & bene) fiat mentio iniuriæ & furti tantum, habet id locum tamen etiam in aliis delictis famosis.§. hactenus, insti.de gradi.

Quibus tamen non obstantibus, cõtrarium deciditur in.§.nostro, & ratio decisionis est, quia actio iniuriarum erat ipso iure sublata.l. si tibi.§. quedã supra eo: etiam si pretio pactum factũ fuisset, secundum Bar. in.l.cum mota. in.i.col.in fi.C.de transac. & in totum; nec per pactum de agendo, potuit, seu potest reuiuiscere pœnalis & odiosa & quia à priuatione ad habitum impossibilis est regressus.l. qui res.§. arcam, ff.de sol.uel odio obligationum, ex delictis descendentium uel quia sola ciuilis

lis erat cum non sit naturalis in delictis neq; consensus, & si est, est fictus, non uerus, in contractibus haud considerabile, & quia actio non ex pacto(inquit tex.) sed ex contumelia nascitur, & propterea argumen. de ipsis ad delicta non procedit, ubi diuersa est ratio, quemadmodum not. in d. l. omnem, argumentum insti. de pub. iud. in prin. & probatur efficaciter ex his quæ habentur per glo. & Bar. in l. si quis in tantam. C. unde ui. ubi statutum quod mulier non possit se obligare sine certa solennitate, rationem assignat Bal. in l. 2. colum. 6. C. de rescin. uen. non comprehendit obligationem delicti, uel quasi. Item quia dici solet in contractibus, quod inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dolo. l. itaq; fullo. ff. de fur. & tamen fit in delictis pœnæ commutatio de pecuniaria in corporalem. l. quicunq;. C. de ser. fu. l. si q s id quod. ff. de iu. om. iudi. cum similibus. Considera tamen, quomodo pactum, quod facti est, ut hic, potuerit tollere ciuilem, quæ est iuris, & dic, ut infra in primo not. in 6. limitatione. Et ad materiam adde alias, quod pactum de non petendo & de non agendo differunt ut pulchre per Bar. hic num. 15. post Inno. & Io. And. in c. i. de lit. cont. in 6. nonnihil Bal. in rub. de pac. extra num. 11. crederem ego, pactum de non petendo dici, quo ad debitũ, quod peti potuisset si illud factum haud fuisset, & sic de petendo ob id, quia ultimo loco factum est, ut peteretur. De non agẽdo autem, quia de actione iniuriarum agebatur, & pari modo de agendo, & ex ipso met tex. nostro, elicitur.

Quarto quæsitum fuit, quid si pacto re integra a tota obligatione recessum sit, puta ab emptione, postea fiat pactũ de petendo, an prima actio suscitetur. Pro ratione dubitãdi breuiter dici posset, quod sic, ut supra ostensum est, in prin. tamen contrarium uerius est, quoniam actio prima erat ipso iure sublata, & in totũ. l. i. C. quando lice. ab emp. di. l. nihil tam naturale, de regu. iu. c. i. extra eo. ti. & quod non est suscitari nõ potest, quia non entium non est qualitas. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. argumẽtum in l. qui res in. §. arcam. ff. de sol. ergo nouo pacto suscitari non poterit, dubitandiq; ratio erit sublata, quia dicto casu erat elisa, & sic suscitari poterat & coniungi cum ciuili, ut ibi dictum est. Sed nunquid saltem proficiet ad nouum contractum, ita ut actionem producat. Videretur dicendum, quod non, quia nudum est, & ex interuallo appositum, argumen. not. in l. iuris gentium, in §. quinimo sup. eo. tamen contrarium uerius est, re integra, quod erit loco rationis decidendi, ut statim declarabo, & quia solo consensu contrahitur obligatio, quo solo etiam ab ea recessum est, ut insti. de ob. quæ ex con. in prin. ut hic, & in l. iuris gentium, in §. adeo supra eo. Nec ob. quod pactum sit nudum, quia immo uestitũ est consensu, uel incontinenti, uel ex interuallo fiat. Et re integra dixi, quia si processum esset ad traditionem, solus consensus non sufficeret. l. ab emptione infra eo. necessariumq; esset omnia in pristinum statum restitue re, ut ibi, & in l. i. & 2. C. quando li. ab emp. di. actioq; erit præscriptis uerbis, ut per Doct. maxime Odof. in d. §. adeo, & probatur in l. 2. & in l. quotiens. ff. de præscrip. uerb. ubi cum deficiunt uulgaria atq; usitata nomina actionũ præscriptis uerbis agendum est, uel actione in factum. l. in factum. ff. de actio. & ob. & forte si diceretur dari, seu actionẽ competere, ex natura contractus noui, qui non alius esse potest quam emptionis & uenditionis, ut prius, non esset ponere os in cœlum, tamen cogitabis.

Quinto & ultimo, quæsitum fuit, quid si pacto contractus non in totum sublatus est, sed imminutus pro parte, & postea factum pactum, quo reintegratum est, exempli gratia, quod res uẽdita pro x. esset uendita pro 5. postea pactum factum, dicta x. pecu. posse. Vel 11

quod dos, quæ annua bima trima die restitui debebat, ut in.l.unica in.§. exactio.C.de rei uxo. ac. restituatur statim & postea pacto, quod restitueretur intra dictum tempus statutum a legē, an ultimum ualeat, & primus contractus in suas pristinas uires repositus esse uideatur. Videbatur dicendum, quod non primo casu, quia de parte ad totū, ualet argumentum.l.quæ de tota .ff.de rei uen. ergo sicuti primo casu proficit pactum tantum ad nouum contractū ut proxime dicebam ita proficiet hic. Secundo uero, quia conditio dotis reddi deterior uideretur, & male.l.i.ff.sol. mat.l.assiduis.C.qui po.in pi.hab. Quibus tamen non obstantibus, contrarium adhuc deciditur in.§.nostro, & ratio decisionis est, quia contractus primus nō erat in totum sublatus, uidenturq; partes ad ius pristinum uoluisse redire, eo renouato.

Nec ob.dubitationem facientia, quia argum.de toto ad partem non ualet, si diuersa potest ratio assignari, ut hic; quoniam primo casu omnis obligatio erat sublata. Secundo uero (ut diximus) non & not. in.d.l. quæ de tota, ergo nimirum si eo proficit pactum ad nouum contractum, hoc uero non, nec est uerum, quod ex hoc dotis conditio reddatur deterior (ut ipse met Iu. Con. dicit) quia pristinæ suæ formæ redditur, quod fauorabile est ut infra interim probatur in.c.statutum in glo. numerandum de præben. in 6. id ipsum quoq; authoritate Sceuolæ confirmans, & bene, quod ipse met etiam facit in.l.si maritus in fi.ff.famil.her. Et quia etiam nō aufertur quod differtur.l.quamuis.ff.de arb.l.destitisse.ff.de iudi. Hic est casus, litera pro lecta habeatur.

Nota primo, regulam (& si dubitatio tex.nostri prima alia sit) quod pactum de non petendo, ipso iure actionem non tollit † præterquam in casu
11 de quo infra in uer.sed si pactum & in l.si tibi, in.§.quædam supra eo. & in uer. idem dicemus, & in.l.iuris gentium, in.§.adeo supra eo. & hæc duo (ut diximus in figuratione casus, testanturq; Scriben. hic) difficultatem non habent.

Sed & tertio, est etiam casus in pacto facto debitori, qui antea erat tutus exceptione Macedoniani, aut Velleiani, quoniam tunc tolleret ipso iure quoq; isto, glo. est singu.in.l. legitima, quam sequuntur omnes supra eo. & ratione suaderi potest, quia duplex uinculum est, quod hoc ipsum debet omnimodo operari, argumen. in .c. 1. de treu. & pa. & in.l.2.in.§. ætas .ff. de excu.tu. & in.l.i.in.§.idem Cornelio ubi late Barto.ff.de quæstio.ac simili in pacto geminato, quod si actionem efficacem producit.l.1.§. debitum .ff. de consti. pecu. §. de pecunia autem constituta, insti.de actio.late Docto.in rub. ff.de uerbo.ob. debet etiam eam tollere posse, & ipso quidem iure.l.1.ff. de his qui sunt sui uel alie.iu. l. fi.ff. de lega. 3. ergo & pactum nudum, factum ei, qui erat exceptione tutus, & ita esset transeundum.

Verum aduertendum puto, ne limitatio falsa sit, ratione & authoritate, ratione, quia exceptio de se non tollit ipso iure, hoc ipsumq: est certissimum, sed elidit, secundum Barto.in l.iulianus num.18. ff.de condi.inde. Minusq: pactum, quia nudum, ut hic, & quia factum continet, quod non tollit ius, idest actionem competentem, quæ huiusmodi est .§. i.insti. de actio. & ut hic rursum dicitur: ergo nec iuncta simul .l.spadonem.§.qui iura.ff.de excu. tut.l.1. C. qui nu.tu. Authoritate, quia ad literam probari uidetur, in.l.3.in.§. nunc de effectu .ff. de lib. lega. ubi si mihi debitori liberatio legata sit, & hæres a me petat, possum exceptione uti aut agere, ut me rursum per acceptilationem liberet: ergo non per pactum.

Tu breuiter a prima opi. non recede ex supra dictis, & ad contraria dic,

primum non obstare, quoniam cum ipsa tendant ad tollendam actionem, simul iuncta tollunt, licet per se secus sit, non autem quando tendunt ad diuersa, & ita intelligitur text. in .d. §. qui iura, declaratq; Barto. in .d. §. idem Cornelio.

Non etiam secundum & ultimum, quia immo non solum petere potest legatarius per acceptilationem liberari, uerum etiam per pactum, ut ibi per Barto. & consonat l. 3. C. de insti. & etiam fauore liberationis, & quia Iuriscon. ibi narrat seu enuntiat non autem disponit. Et hinc est si acceptilatio peccet, non in forma, quia sit facta inter absentes, in diem, uel sub conditione .l. iii. iiii. & v. ff. eo. hoc enim casu non ualet, sed in materia, puta super obligatione iuris gentium, quod uim habet pacti, glo. est in .l. an inutilis. ff. eo.

Quare autem non tollit obligationem iuris gentium, stipulatio uero sic, declarat Cy. in .l. fi. C. eo. quia scilicet in habentibus symbolum facilior est transitus, in acceptilatione haud considerabile, quæ tendit ad liberandum, ut ibi per eum, & ita tene, cum declaratione tamen nisi d. exceptioni renuntiatum fuisset, renuntiantibus certificatis, iuxta doctrinam Bar. in simili in .l. sciendũ in 3. col. alias num. 7. ff. de uerbo. ob. & de Velleia. in .l. fi. in §. fi. ff. eo.

Quarto, est alius casus, si naturali obligationi fideiussio accessisset, & sic naturaliter & ciuiliter .l. i. ff. de noua .l. blanditus. C. de fideiusso. debitoriq; pactum de non petendo factum fuisset indubitãter, ex quo dicta naturalis sublata est ipso iure, erit etiam in consequentiam sublata naturalis, & ciuilis respectu fideiussoris .l. 3. ff. de rescin. uend. & fuit limitatio Gul. Albe. Bald. & Ange. in .l. & post rem in §. i. per illũ text. ff. de transac. ubi casus etiam clarus, & per regu. probatur (ut diximus in casus figuratione) .l. cum principalis .ff. de regu. iu. l. omnes exceptiones .l. exceptiones ff. de excep. l. in omnibus .ff. de solu. & uerissimum est, quia perinde est, ac si una tantum obligatio naturalis esset, ex quo ciuilis, quæ remansit debilis est, eiq; coniungi non posset naturalis, ad effectum agendi, etiam si factum esset pactum de petendo, ex quo iam erat sublata ut supra & est argumentum in .l. 3. in §. minorem. ff. de mino. Sed contra; quia pactum (ut dicebam etiam supra) est facti, obligatio ciuilis iuris; ergo eam tollere non potuit.

Solu. dic quod hac ratione non posset etiam tollere naturalem, & tamen tollit .l. stichum. §. naturalis. ff. de sol. Vel quod tollit specialiter hoc casu, sicuti etiam in delictis supra in uer. sed si pactum, & in .l. si tibi, in §. quædam eo. tit. vel quod facit in consequẽtiam ipsam euanescere, & si principaliter ac directo permissum non sit .l. i. ff. de auct. tut.

Quinto, est alius casus, quando post pactum de non petendo lata fuisset sententia absolutoria, ex quo iam pactum sustulerat naturalem, & eliserat ciuilem: ergo necessario absolutoria, quæ alium effectum non habet .l. iulianus uerum debitorem. ff. de cõdi. inde. eam sic elisam tollit, & ipso quidem iure, alias nihil operaretur, & male, nec dicendum .l. si prætor. ff. de iudi. l. & si fine. §. restitutus, iuncta glo. ff. de mino. Imo quod natura eius est tollere ciuilem obligationem: naturalem autem, nec tollere, nec elidere, nisi in casibus, de quibus in .d. l. iulianus; ergo multo magis facto pacto de non petendo, ut supra nec habet difficultatem. Sed aduerte, quia sic sublata uidebitur, uirtute sententiæ, & non pacti, uel & melius, utriusq; non pacti simpliciter.

Sexto, adde tu alium, si hoc egissent expresse partes, ut tolleretur, primo ex regula generali, in re mandata. C. manda. quæ etiam in abutendo locum sibi uendicat .l. sed si lege. §. consuluit de peti. hæ. Secundo, quia contractus, ex conuentione partium, legem accipiũt l. i. §. si conueniat. ff. depo. l. legem. C. de

pac.l.contractus.ff.de reg.iu. & quia ultimo loco partes agere possunt quoq; ut pactum nudum sit, in casibus tamē in quibus actionem produceret, secundum glo.in.l.iuris gentium, in .§. sed cum nulla supra eo. & alibi, quod numeratio, quæ est actus naturalis, actionem producat.l.non omnis.ff. si cer.pe ta .l. ita stipulatus .§. grisogonus .ff. de uerbo.[ob. ergo & quod hic actio siue obligatio, ipso iure tollatur, & multo quidem magis, liberationis fauore.

Septimo & ultimo, aliud, si essemus in foro canonico, quo dicendum uidetur, sicuti producit actionem eo iure, si nudum sit, & affirmatiuum.c. i. de pact. in 6. ut hoc casu pariter tollat, ratione supra dicta, & nouissimo est argu.in.l.fi.C.de legi.Cogita.

Nota secundo, quod nec regulariter istud pactum negatiuum, tollitur
12 ipso iure † per affirmatiuum, sed replicationis ope, quæ est exceptio.l.2.l.exceptio.§.replicatio .ff. de excep. tradit Barto.in.l.ex falsis, in.i.colum. C. de transac.habens se ad exceptionem, ut exceptio ad actionem, quemadmodum idem Barto. declarat in.l. si quis a se fundum, in 2.C.ad legem iul. de ui. pub. ergo sicuti pactum de non petendo, inter cætera exceptionem inducit, ut in euidentialibus diximus, ita inducet replicationem, pactum de petendo & nimirum ad propositum, quia in his (ut tex.mer.subiicit) factum uersatur; quod factum non tollit ipso iure, ex quo (ut diximus rursum in figuratione casus) forma sibi, aut robur, à iure data, seu datum non est. Quæ responsio tamen subuerti posset, quia immo uidetur iuris, ex quo primum obligat paciscentem ad non petendum, obligatio est iuris.§.i.insti.de actio, ergo. Secundum naturalem sublatam suscitat, & coniungit cum ciuili ut supra; qui effectus etiam iuris est: ergo & causa, quæ non potest producere effectum sibi dissimilem, secundum Bald. in .l. eius qui, in.§.1.in fi. ff. de testa. ubi de finito & infinito exemplificat; & in simili, in.l.non solum, in.§. & qui testamento.ff.de testa.& in.l.propter litem, eo.ti.vbi iurisdictio limitata ad certum territorium producere minime potest effectus non limitatos. Sol. facilis est si respondetis, quod cum obligatio naturalis non sit ad agendum efficax pactum dici non potest iuris esse. Vel & aliter, quo secundum etiam tolletur, quod licet effectus iuris sit, potest tamen causa esse facti: probo, quia obligatio: causa est, actio, effectus, & tamen sunt dissimiles.l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iu.l.2.§.deinde.ff.de ori.iu.item sententia; stricti iuris est; & actio pariter iudicati, & tamen iudicium est alibi bonæ fidei, in.l. petens .C. de pact. & huiusmodi pactum in continenti appositum iuxta contractum bonæ fidei scilicet, & actio præscriptis uerbis stricti iuris.§.actionū, insti. de actio. ergo & latius ut per Bal.in.d.l.petens in fi.

Potest etiam, & secundo, dici, in pactis factum uersari, quia in eis nil allegari uidetur, quod ius sapiat: ergo non conuenit (ut diximus) quod factum a facto tollatur, quæ in primam incidit, quoniam si robur iuris non habet, sequitur necessario, quod sit facti: ideo oppone, & solue, ut supra.

Tertio, dici potest, facti esse, quia nulla solemnitas est probanda: & ista pariter in primam incidit, quia si solemnitatem a lege non habet, sequitur necessario, quod probari non debeat.l. decem.ff.de uerb.ob.c.ad dissoluendū, de despon.impub.

Quarto, dici potest, istud factum, ius naturale esse, quod tolli ipso iure pacto non potest, quoniam immutabile est.§.sed naturalia quidem, insti.de iu.natu. Quod non placet, & uidetur contra tex.in.l. stichum in .§. naturalis ff.de sol.

Quinto & ultimo, dici potest, in pactis factum uersari; idest exceptionem, ut per Bald. in rub. extra de pac. in prin, & Ias. in.l.nouus in fi.infra eo.

quos refert & sequutus est Alcia. parado.lib.i. c. 21. dictum adhuc non tutum, quia cum exceptio, sit actionis exclusio.l.i.ff.de excep. & actio, iuris, oportet etiam fateri, quod exceptio huiusmodi sit, alias factum ius tollere posse, non dicendum, & pactum de non petendo, actionem pariter, & tamen non tollit ut supra, & quia sic ab exceptione intentionis, & facti non differret,& rursum male.l. 2.præallega. ff. de except. & insti. eo in prin. igitur resolutio, seu ratio prima, uera, & cæteris prætermissis, tenenda. Et ex his elicitur, in stipulationibus contra, uersari ius,(ut dicit tex.) mirumq; non esse, si una per aliam tollitur, ut hic per Albe. & Ange. late in prin. quos aliter non refero.

Declarando tamen procedere, si hoc inter partes actum sit nouandi animo, expresse uel tacite olim, hodie expresse tantum.l.fi.C.de noua.l.2. iuncta gl. ff.de eo.l. aquiliana, cum not.ibi infra de transac. Vel tria tempora considerando, ius antiquum, digestorum, & ultimo loco, Codicis, quia primo casu inducebatur, siue ex secunda stipulatione additum aliquid fuisset, siue detractum.l.obligationum fere.§.fi. ff. de actio. & ob. Secundo inducebatur, si secunda stipulatio cõtinebat aliquid plus, non si tantundem, uel minus, nisi expresse dictum fuisset fieri, hoc non obstante.

Tertio uero & vltimo, semper & pro forma quidem, exprimi debet.d. l.fi.C.de noua.&per Bar.in.l.qui vsum fructum in prima & 2.col.ff.de uet. ob. & ante eum gl.i.§.præterea,insti. quib. mo.tol.ob.& hoc est quod dicebat Ro. in consi.211.incip.allegationes,in.i. expressissime fieri debere, item in nouatione propria, siue uolũtaria,& de qua in.l.i.ff.de noua.& hic,& in.d.l.fi. non in impropria, siue necessaria, quæ fit p lit.contesta.de qua in.l.aliam.ff. de noua. & in.l.i.C. de iudi.quia in ea nihil est innouatum, secundum Bar. in.l.solutione,in 2.colum.ff.de sol. Item & ultimo, aquilianam stipulationem inuentam fuisse,ut quis ipso iure liberetur,quoniam per pactum de non petẽdo fieri haud poterat,ut supra.&in.d.l. aquiliana infra de transac.

Nota tertio & ultimo (cætera enim difficultatem non habent, de quib.tamen latius, alias diximus in.i.lect.& supra in casus figuratione) quod res de facili reuertitur ad nãtam suam qq; fauo-

13 rabile solet† hoc ipsum iudicari,& simile in.c.statutum, in glo. numerandum de præben.in 6. & in.c. ab exordio 35. disti.& in.l.sed si hac, in.§.liberos.ff.de in ius uo. exemplificando ut in text. duobus modis, ex quo elici potest,arg. de re ad tempus, ualere & tenere, & bene,idemq: in.l.miles ita,in.§.& quia.ff. de mil.test. & quo ad regulã late ut hic p Ias.Adde q si legetur fundus usq; ad x.annos, sicuti dominiũ recta uia trãsit in legatarium absq: traditione.l. a titio ff.de fur.ita finito tempore, ad hæredẽ reuertetur,ratione supra dicta.l.fi.&ibi per Doct.C.de lega.& si, non obstante statuto exclusiuo fœminarum a successionibus parentum,quod fere ẽ per totam italiam, frater sororem admiserit, beneficio statuti renuntians reprehensionem non habebit,&admittetur etiã inuitis creditoribus:ita Bal.in.l. maximum uitium,in 4.col.C.de lib. præte. Vltimo,q.a si pater filiũ exhæredauerit postea se cũ ipso reconciliauerit, exhæredatio reuocata videbitur.l.3.§.fi.&ibi Bar.in fi.ff.de adi.leg.§.fi.insti.de iniust. argu.in.l.paulus.ff.rem rat.hab. & in.l. reprehendenda.C.de insti.& in.l. si tamẽ in.§.ei qui.ff.de edil.edic.sentit Bal. in.l.in ipsius,in prin.C.famil.her.&idẽ Ias.clarius in authen.non licet, in fi.C. de lib.præte.quod tamen non firmo,& ad longum uidẽdus est Gerar.pet.sanc. in singu.suis 2.per totũ, & dixi ẽt ego, in prima lect.Sed contra, qa si constãte matrimonio restituatur dos obviri inopiam,isq; diues iterum efficiatur,administrationem non reassumit.l. si constã

te, ubi idem Bald. in fi. prin. ff. solu. mat. Solue, ut ibi per eum, quod cum causa redacta sit ad non causam, haud æque conuenit, ut reassumat. l. ubi adhuc, iuncta glo. abutatur. C. de iu. do. l. seruus, de actio. & ob. l. non ut a patre, de capti. c. per uestras, de dona. int. ui. & uxo. Vel dic, illud ideo esse, quia periculum est, ne iterum inops efficiatur, si prima uice ad inopiam maxime redactus fuisset, sua culpa, argu. in regu. semel malus de regu. iu. in 6. Vel & ultimo, quia esto quod cessante causa cesset effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. pat. non cessat tamen ubi effectus est consumatus. l. fi. ff. vnde lib. tradit Barto. in. l. 2. in. §. fi. ad fi. ff. de dona. & ideo ad regulæ declarationem, oportet quod uestigia aliqua remaneāt & reliquiæ, ut ad naturam suam reuerti possit, quoniam alias secus. l. qui res. §. aream. ff. de sol. tradit Barto. in authen. quas actiones, in fi. C. de sacrosanc. ec.

Verum contra tex. oppono, dum
14 dicit, quod pactum de petendo † proficiet, si non ad actionem, ad replicationem saltem, quoniam creditor agit debitor uero excipit, pactum de non petendo factum fuisse; agens autem replicat, pactum postea de petendo fecisse, nam fortiter aduersari huic decisioni uidetur alia. l. iurisgentium. §. quinimo, uer. ut puta supra eo. ubi si post diuortium, ex aliquo interuallo, pactum factum sit, ne statuto tempore dilationis, iuxta not. in. l. unica, in. §. exactio. C. de rei uxo. actio. dos redderetur, sed statim, id ipsum non ualebit, nec quo ad actionem, nec quo ad replicationem, usq; adeo ut si agat mulier, maritus uero, uel hæres eius excipiat, diem legalem statutum fuisse, non possit ipsa replicare, pacto inductum fuisse, ut citeriori tempore solueretur.

Pro cuius contrarii solu. dici posset,
15 quod imo si ad actionem † non proficit, proficiet saltem quo ad replicationem, & concordabit: eoq; magis, quia regulare est, si datur exceptio reo, ut replicatio actori non denegetur, quæ (ut dicebam supra) se habet ad exceptionem, ut exceptio ad actionem. l. 2. l. exceptio. §. replicari. ff. de excep. & est argumen. in. l. fi. C. de eden. & tex. met dicit, ne ex pacto nascatur actio, supple nudo; ergo saltem replicatio. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nonne, de præsump.

Sed nihil est, quoniam replicatio datur ad coadiuuandam actionem (ut dicunt omnes, & patet ex se) uerum actio nata non erat, uel si erat nata, obstante dilatione legali, intentari non poterat: ergo nec replicatione iuuari, & ideo non potest intelligi ut supra nec argui ab exceptione ad replicationem, quouis modo. Alij aliter dicunt, quod non mulier, sed extraneus in. d. uer. ut puta pactus erat, ita ut ei non esset ius actionis quæsitum, de dote, & propterea nec pactum replicationem inducit, quod utique uideri potest, ex uerbo impersonali, conuenit.

Solu. adhuc non tuta, quia exponi potest conuenit, idest conuentum est l. lecta. ff. si cert. peta. l. pacta conuenta, in fi. ff. de contrahen. emp. l. prædia. ff. de actio. emp. & quia uerbum est, quod ita potest ad uxorem adaptari, sicuti ad extraneum; imo & uerisimilius magis ad uxorem. l. in obscuris. ff. de regu. iu. Igitur uera sol. est, cæteris sepositis, quæ sunt meræ nugæ, & somnia, quod cum pactum ibi contineret plus tempore, & sic re, propter intersusuria, quæ debentur, quando aliquid petitur, & id quod petitur, petenti restitui debet ex interuallo, alia consideratione, quam miserationis, quoniam tunc obstaret exceptio dolo facis. l. si cum milite. §. cum intra. ff. de compensa. tradit Bald. in. l. si socer. in. §. lucius in prima colum. ff. solu. mat. nec debeant ipsi auferri, per ipsumq; augeri uideatur condemnatio, non potest insurgere ex eo replicatio,

quin insurgat etiam actio, seu quoddam ius agendi: uerum quia ex interuallo factum est, actio non insurgit: ergo nec replicatio: in .§. nostro haud considerabile, quoniam non augebat effectum primæ actionis: Ideo non refert an fiat in continenti, uel ex interuallo, daturq: ex eo, & competit nuda replicatio. Et si diceretur, quod imò pactum non auget actionem, ex quo competebat ad totum statim, considerando tempus inesse non obligationi, sed exactioni dotis: respondeo perinde esse, ac si augeret, quoniam paria sunt non habere, uel habere, exceptione elidibilem.l.& eleganter.§. seruus pactionis.ff.de dolo.l.non uidetur ff. de regu. iu. tradit Barto. infra in pe. colum.

Et hinc aliam fortissimam oppo.eli
16 cio, quia si paria sunt † actionem non habere ipso iure, uel habere, & exceptione elidibilem, ut in.d. iuribus, & nouissime in .l. nihil interest .ff. de regu.iu. uideretur dicendum, inanem esse q.de qua hic, an actio tollatur ipso iure, uel exceptionis ope, siue pactum de non petendo, per pactũ de petendo.

Sol.etiam facilis est, si dixerimus,
17 † & ad istud quoq; imo utile esse, quia si pacti de non petendo exceptio a reo non opponatur, condemnabitur, si ipso iure autem esset liberatus, non dato quod taceat, & nihil dicat, usq; adeo ut regu. procedat tantum quo ad effectum, non quod utilitas ex hoc esse non possit, ita Bar.infra in 7.colum. in uer. secundo nota, & in .l. eum qui ita, in.§.qui ita in 2. ff. de uerbo. ob. & in.l.exceptionem.C.de proba. refert & sequitur Areti.in.§.omnis in 2. colum. insti.de uerbo. ob. & Deci. in.d.l. non uidetur, in prin. de regu. iu. & est argumentum in.l. fi. C. de anna. excep. & idem in pacto de petendo dici debet, eadem ratione, si non obiiciatur replicatio, reum absolui debere, alias autem condemnari.

18 Vltimo oppono † quod immo pactum de non petendo, per pactum de petendo ipso iure tollatur, de tex. in l.stichum aut Pamphilum, in .§. naturalis .ff. de solu. ubi sicuti naturalis obligatio, numeratione, quæ est actus naturalis pariter .l.ea quæ .ff. de acqui. re.do.tollitur, ita tollitur iusto pacto, uel iureiurando, & ipso quidem iure: sed pactum, naturalem obligationem inducit, ut sæpe dictum est, primum hic, ad non petendum: ergo ipso iure per secundum de petendo tolletur, & certe urgens contrarium est in glo.magna formatum, in prin. & iusto pacto dic, idest bona fide facto, quia alias secus, ut declarat Barto. in .l. qui exceptionem, in .§. fi. ff.de condi. inde. Item iureiurando uoluntario, siue iudiciali, propter consensum.l.cum amplius.§.is natura debet .ff. de regu. iu. & indicat uerbum conuentione, ibi positum, non necessario, quod solum in defectum probationis defertur, iuxta not. in rub.& in.l.2.ff.de iureiu. & ibi glo. magistra, quod naturalem obligationem tollat, & in.l. fi. eo. tit. & in §.æque, insti.de excep.

Pro solu. igitur & ad propositum
19 † dici potest, primo ut dicebat Irne. quod pactum tollit naturalem obligationem iunctam ciuili, non naturalem solam, quæ ut inquit Barto. & cæteri, falsa est, & contra text. in.d.l. fi. de iure iu.& dixi in prima lectu. latius, & nouissime probatur ratione tex. met, ibi quia uinculum æquitatis quo solo sustinebatur &c. Item quia obligationem simpliciter dixisset, argumen.in.l. i.in.§. qui in perpetuum .ff. si ager. uectig.uel emphy. pet. Et quia ultimo loco, si tollit naturalem iunctam ciuili, multomagis tollet naturalem solam c.i.de treu.& pa.cum similibus. Secundo, soluit Rog. quod ipso iure tollit .i. per exceptionem, & sic concordabit. Quam similiter reprehendunt Docto. per.d.l.fi.&bene, ponderando uerbum tolletur, & non minus clare in.d.§. naturalis, & certe repugnantia est, quod

tollatur ipso iure, & per exceptionem, considerando, duo hæc inuicem repugnare. l. qui x. ff. de sol. Tertio dicebant alii, quod bene tollit naturalem solam, ciuili non coniunctam, ut in .d. .§. naturalis, sed non, si iuncta sit, quia una substantia efficitur, ut hic, & inde sumpta occasione, Bar. disputat, an uere una substantia sit, an duæ res, separatæ penitus, & distinctæ, ut per eum, dic tu, quo ad effectum agendi, unam esse substantiam, alias non, & quo ad sol. hanc quoq; subsistere non posse, quoniam hic naturalis erat coniuncta cum ciuili, & tamen sola naturalis tollitur, eliditur uero ciuilis, per pactum de non petendo. Item quia dictum pactum de non petendo, naturalem inducit solam, & tamen non tollitur per pactum de petendo, & est uerissimum. Idcirco Azo, quarto loco, dicebat, tolli quando pactum præcedit obligatorium, quo casu loquitur contrarium, non si fuerit liberatorium, ut hic, & consonat, l. arianus .ff. de actio. & ob. l. fauorabiliores, ff. de regu. iu. Cui tamen ratio tex. generalis aduersatur, in pactis scilicet, factum uersari, quod tam in liberatoriis, quam obligatoriis, uerificari posse uidetur & patet, addas tu, quia tex. in hoc se non fundat. Quinta fuit eiusdem Azo solu. quod concordant, ex quo pactum de non petendo hic inter cæteras uires quas habet, obligat paciscentem naturaliter ad non petendum, & hæc per pactum de petendo tollitur. Ineptior cæteris, quia non tollitur ipso iure, sed ope replicationis, alias æquitas cessaret, in qua exceptio fundata est. l. qui æquitate, ff. de excep. & post Iaco. de ra. & Pe. & Cy. in. l. pacta quæ contra. C. de pac. aduertit idem Bart. hic. Sexta fuit sol. Gul. de cu. in. d. §. naturalis, tolli, quia ad hoc tendebat pactum, puta quia erat dictum libero te, hic autem non, quia tendebat solum ad effectum impediendi actum petendi, argumen. sumpto ex. l. si pro fundo, C. de transac. & ex triplici possessionis specie, ut per Bar. hic, & in. l. si is qui pro emptore, in x. num. & ibi Ias. in prin. ff. de usucap. quia sicuti in ea, quæ parum iuris, & multum facti habet, haud fingitur, pari modo haud fingitur in pacto, multū facti, parum uero iuris habente, ut de non petendo, quia naturalem non tollit, & adhuc male, contrariumq; tenent omnes, & ut idem Barto. dicit, & rursum bene, contra text. in. §. sed si stipulatus infra ea. l. Qui postea ad quintam reuertitur, & certe uidetur minus periculosa cæteris. Nec ob. quod cesset æquitas in qua fundata est exceptio & quod imò non ipso iure tollitur, sed replicatione, quia replicatio tollit exceptionem ortam non ex obligatione naturali, sed ex æquitate pacti . l. i. ff. de pact. §. i. insti. de replica. & ita communiter tenetur, quod pactum semper tollat naturalem obligationem, siue solā siue iunctam cum ciuili, siue pactum sit de non petendo, siue de petendo, ut hic per Ias. in 4. colum. & sic dictum secundo loco supra in 3. Sol. non est uerum, quod non tollat ipso iure.

Septimo, posset responderi, ut dicebam alias, tex. in. d. §. naturalis, loqui in pacto uestito legis auxilio. l. legitima supra eo. Sed nihil est, Primum, quia illatio contrarium innuit. Secundo, quia sic esset de indubitabili. Octauo dici posset, loqui in contractu emptionis & uenditionis, aut simili, qui solo cō sensu perficiuntur, a quo causatur naturalis obligatio, & quæ re integra simplici pacto etiam tolli potest, ut hic, in uer. idem dicemus, & in. l. i. C. quando li. ab emp. di. Sed de emptione verbum nullum ibi; ideo non tuta, & quia esto quod solo consensu perficiatur, ex eo tamen oritur naturalis & ciuilis obligatio. l. iurisgentium in prin. supra eo. Nono igitur responde aliter, & dic, non obstare, quia sicuti solo uinculo, quo sustinebatur naturalis obligatio, ibi, æquitatis uinculo dissoluitur, idest iusto pacto: sic dissoluetur hic, pactum

de

de non petendo, quod sustinebatur exceptione, replicationis uinculo, quo sustinebatur secundum de petendo, & a simili concordabuntur.

Additio.

Istum tex. ibi quia in stipulationibus ius continetur, in pactis uero factum uersatur, declarāt Scriben. quod istud ideo sit, quia solemnitas in stipulationibus maxima requiritur. l. i. ff. de verb. ob. & non ab re uerborum obligatio dicitur, & iuris uinculum ut ibi & in. l. 5. in. §. stipulatio. ff. de uerb. ob. & insti. de ob. in prin. in pactis uero merum factū uersatur, si stipulationem igitur stipulatio tollit ipso iure non mirum, pactum uero non, quia infirmum est, & nihil iuris habet, & est communis declaratio.

Aliter dicit Alcia. lib. i. paradoxo, c. 21. quod uerbum ius ad actionem refertur, factum uero ad exceptionem. Et male quia etiam exceptio iuris est, ut actio, inq; exceptionibus reus actor. l. i. ff. de excep. & insti. de repli. in prin.

Aliter Corasi. hic, in stipulationibus ius contineri, in pactis factum, hoc est primo casu hominis factum non requiri, secundo autem sic, idcirco non ab re est, si ipso iure tollitur stipulatio per stipulationē, pactum uero pacto non, qs necesse est, quod opponatur, quodq; factum hominis interueniat, & ut per ipsum fusius, nec displicet, sed quia dictū est suo loco satis, nō insisto nunc aliter.

Additio.

Ad illud quod dicitur hic, in fi. quod res de facili reuertitur ad naturam suā, sex principalia adducit hic Ias. ut per eum.

Adde ad tertium dum dicit, quod testamentum secundum imperfectū tollit primum perfectum, si in eo sint instituti uenientes ab intestato & bene. l. hac cōsultissima. §. si quis autem. C. de testa. ex quo reuertimur ad dispositionem iuris communis positam in. l. 2. ff. de iniuf. testa. quod ita etiam deducit Ancha. in. rep. c. canonum statuta colu. 205. de consti. & Ro. consil. 306. colum. 2. & Deci. consi. 105. in fi. uolum. i. Et quod ita demum locum habet, si omnes uenientes ab intestato in eo instituti fuerint, alias secus. l. si filius & ibi Cuma. ff. de lib. & posthu. Alex. in. d. §. si qs autem colum. 9. ubi etiam idem Ias. in 3. & si proximiores fuerint, non ulteriores ut ibidem idem Cuma. declarat nu. 29. & in primo instituti extranei, alias non ita uenientibus ab intestato fauendum esset, ut per glo. in. §. ex eo. insti. quib. mo. testa. infir. declarat adhuc Ias. in. d. §. si quis autem, col. 2.

Secundo adde bene facere quod de scholare matriculato inquit Bar. consi. 134. & Bal. in. l. filio quem pater in prin. ff. de lib. & posthu. Por. in. §. apum. col. 2. insti. de re. di. Alexan. consi. 50. colu. 2. volum 4. omnes per tex. in. l. 3. C. de domesti. & prot. lib. x. quod si recesserit & redierit ante quinquennium, matriculam retinet.

Tertio adde, nam hoc die bona Castrensia uel quasi, nullo iure acquiruntur patri, nec quo ad proprietatem nec quo ad usumfructum, iuraq; antiqua in hoc remanent incorrecta, ex quo in his filius familias, habetur pro patre familias. l. 2. ff. ad macedo. acquisita autē ex causa profectitia pleno iure, & iura antiqua confirmantur, quia fauorabile est, si ex re patris acquisita fuerunt, ut ad ipsum reuertantur, si ex causa aduectitia uero usuf. queritur patri, sibi uero proprietas, & in hoc iura antiqua corriguntur, & ut plenius insti. p quas per. nob. acqui. in prin.

Quarto adde bene facere, quia si stet statutum quod ab interlocutoria possit appellari etiam sine scriptis, ualebit nulla alia ratione, nisi ista, quia ex eo, reuertimur ad ius antiquum, quo hoc idem concessum erat. l. i. & ibi, glo. ff. de ap. Ro. in rub. de arb. colu. 19. subiiciens quod hodie est in contrarium casus in c. cordi. de ap. in 6.

Verum cogita quo modo etiam dictum hoc possit procedere, cum de iure ciuili ab interlocutoria non appelle

tur.l.apertissimi.C.de iudi.l.ante diffinitiuam.C.quo ap.non re.Bart.in trac. differen.iur.ciui.& ca.diffe. 147.

Quinto adde tex.in.l.casus.C.de sen. pa.ubi quis contra debitorem suũ mouit actionem fuit damnatus, bona eius & actiones cõfiscate deinde restitutus, inquit text. quod ad actionem etiã erit facta restitutio.l.quod si minor.§. restitutio.ff.de mino.l.2.in fi.ff.de noxa.Bellame.deci.743.co.i.& 2.Sexto adde,q.a si staret statutum, quod extantibus masculis fœmine non succedant, & pater habeat filium & filiam,filium instituat filiam uero prætereat, & filius moriatur,quod poterit filia dicere testamentum nullum,& admitti ad successionẽ patris ex quo reuertitur ad ius commune, de quo in .l. maximum vicium .C. de lib.præte.& ut per Bald.latius in.l.si quis posthumos in.§.i.colu.i.& 2.ff. de lib.& posthu.

Sed moueo difficultatem, quod regu. non sit semper uera, nam restituta dote constante matrimonio,ob inopiã uiri,iuxta tex.in.l.si constãte.ff.sol.ma. uir deuenit ad pinguiorem fortunam, & tamen ei non restituitur dos,nec amplius administrationem habet.l.ubi adhuc.C.de iu.do.l.seruus effectus.ff. de ac.& ob.l.sciendum.§.fi. ff. qui satisda. co.c.factum legitime de regu. iur. in 6. Bart.in.d.l.si constante in fi.prin. num. 108. Resoluit dic ut per eum,& ad reg. fusius nos in collect.hic,dixi etiam supra nec insisto aliter.

Secũdo moueo difficultatem, quia in.l.pactum quod dotali. C. de pac. ex illo pacto reducebantur partes ad ius commune.l.maximum uicium.C. de lib.præte.& tamen non ualet. Sol. ut ibi per me in collecta. & in lectu. illud ibi ideo esse, quia factum erat contra bonos mores,inducebat uotum captãdæ mortis, & auferebat liberam testamenti factionem.l.fi.C.eo.

Tertio difficultatem moueo,mulieri in dote promissa est quantitas,speciẽ in solutum accepit quæ sibi euicta est, inquit Dy. quod non habet pristinam actionem dotis,ĩ.l.libera.C.de sen.improbando glo.positam in.l. qui res, in prin.ff.de sol. Sed(ut ibi declarat Bald. col.2.)immo habet,& glo.verissima est per istam regulam.

Quarto moueo difficultatem, quia si filius exhæredetur, & postea ipsum pater arroget non ꝑpterea uidetur exheredationem reuocare,& tamen fauorabile est, quia sic reuerteretur ad sui pristinam naturam, ita Are. in .l. filio quem pater in prin.ff.de lib.& posthu.

Sol.id est,quia si esset reuocata,filius reperiretur præteritus, & rumperet testamentum contra mentem testatoris, qui non uidetur eligere uiam ad impugnanda sua iudicia.l.3.ff. de mili. testa. & ut per Are.in loco præalleg.

Quinto & ulti.uidetur, quod istud sit fauore dotis.l.i.ff.sol.mat.l. assiduis. C.qui po.in pi.ha.ergo non generale.

Sol.in hoc se non fundat iurecon.et ratio generalis est.l.regula.§. & licet.ff. de iu.& fac.igno.ergo & generaliter uerum,quod res de facili reuertitur ad naturam suam,& probatur, quia idem dicitur etiam proximo casu supra, & tamen id non est in dote.

Additio.

Sæpe mentio facta est tum hic, tum etiam supra in.l.iurisgentium in .§. quinimmo eo.tit.de sola obligatione naturali,proueniente ex pacto nudo, quod actionem non producit præallega.l.iurisgentium.§.sed cum nulla, & bene quia actio causatum est, & ubi non est causa ibi causatum oriri non potest l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu.Bald. in rub.de pac.num.9.extra. Et quamuis dicat alibi gl.in.l.i.ff.de actio. & ob. quod omne pactum est contractus,cõtractus autem obligationem pariat, & obligatio actionẽ.d.§. ea obligatio,nõ ita ruditer tamen debet intelli gi,de pacto nudo,sed de uestito,ut idem Bal.dicit ĩ.c.quintauallis colum.2.de iure iu. verum instatur adhuc si pactum nudũ continens obligationem naturalem,

actionem non parit, & inefficax est q.d operabitur? natura enim, & ars nihil operantur frustra .l. qui bis idem ff. de uerbo. obli. Dicunt Docto. alibi quod solutum repeti non poterit, & probatur in.l. naturales. ff. de actio. & ob. & in.l. fideiussor in.§. fideiussor. ff. de fideius. quem tex. allegat glo. in .d. l. naturales, est etiam bonus text. in.l. in his, in.§. imperator. ff. de sol. & in.l. naturaliter. ff. de cond. ind. Et ratio ē quia æquitas ipsius obligationis ratione consensus ortæ.l. cum amplius .§. is natura debet. ff. de reg. iu. non patitur, ex quo melius est, non soluere, quam solutum repetere.l.3. ff. de compensa.

Sed contra præscribens similis est soluenti.l. si pupillus ad fi. ff. de admi. tu. qui tempore liberatus, naturaliter tamen obligatus manet.l. obligationum ferè.§. placet. ff. de ac. & ob. ubi tempus non est modus neq: inducendę neq: tollendę obligationis, & si solnat repetit.d.l. si pupillus. Sol. remanet naturaliter obligatus, sed tamen ipsius obligationis effectus omnis penitus tollitur, igitur nec mirum si hoc casu repetit.l. fi.§.i. & ibi Bart. in prin. notat. ff. rem ratam hab.

Ad idem tamen, quod solutum repeti possit facit, quia si debitor sit absolutus per sententiam tollitur ciuilis ob. & ipse remanet naturaliter obligatus.l. iulianus uerum debitorem. ff. de cond. ind. & tamen solutum repeti potest gl. est in.l. quecunq; .ff. de cōp. solu. hoc ideo est, quia naturalis aliquando ciuili fuit iuncta, ut ibi dicitur, nos autem in sola naturali.

Operatur secundo, quia si huic naturali accedat altera, simul iunctę actionem producunt.l. fi. C. ad legem fal. & ibi Ange. not. & faciunt quæ de pacto nudo geminato diximus supra l.i.§. debitum .ff. de consti. pecu.§. de pecunia autem constituta insti. de actio. argumentum in .l. balista .ff. ad treb.

Operatur tertio, quia qui naturaliter obligatus est, tenebitur in foro cōscientiæ secundum Bart. in.l. si pœnæ ff. de cond. ind. nec licite retinebitur, quod naturaliter debetur.c. quia pleriq; & ibi Inno. de immu. ec.d.l. si pœnæ, quam dicit etiam singu. in statu. Bal. estimum num.5.

Quarto operatur, quia si testator mandat satisfieri omnibus creditoribus suis, etiam illi satisfieri debebit cui erat naturaliter obligatus, ut tradit Bal. in.l. id quod pauperibus in 9. q. C. de ep. & cle. Et nimirum quia dixit omnibus creditoribus .l. iulianus. ff. de leg.3.c. solite de maio. & ob. argumentum in.l. in testamentis. ff. de regu. iu. & quia de ipsius testaroris cōscientia exoneranda agitur, quod piū est, & ita debet eius uoluntas interpretari argumentum in.l. si quis titio .ff. de lega.2. & in authen. similiter. C. ad legem fal.

Quinto & ultimo operabitur hoc quia si fideiussio præstetur, efficaciter obligabitur.l.i.l. fideiussor.§. fideiussor. ff. de fideiusso. Sed cogita ni forte istud sit non propter naturalem obligationem, sed quia stipulatione præstari solet.l. blāditus. C. eo. & hæc sint satis, de quibus non nihil alibi etiam dictum est, licet non ita digesta sint, ut hic, & ordinata

Additio.

Quod ex testamento minus solemni orta, poterit in constitutum etiā deduci.l. si ueritas. C. de fideicom. Bal. in.l. non dubium colum.2. C. de testa.

Et quod huic, est similis, obligatio antidoralis, ut benefacienti benefaciamus.l. sed si lege.§. consuluit. ff. de peti. hæ. quæ licet non producat quoq; actionem sic tamen laudabiles parit effectus, quos enumerat Ias. in.l. ex hoc iure colu.10.11. 12. & 13. ff. de iust. & iu. & præceteris unum de quo in.l. si uero non remunerandi in .§. idem pap. ff. māda. ubi patronus liberto donauit prædium, is uero eidem aliter disponenti consensit dicit I. Con. q̄d licet donatio regulariter non præsu-

matur, quia fatuitas est, & dilapidatio l. filius fam. ff. de dona. l. cum de indebito. ff. de proba. præsumetur tamen illi redonasse, quod etiam refert ad propositum Cur. iuni. olim collega. consi. 54. num. 3.

Et ex his (reliqua enim poteritis videre uos met studio camerario) finis impositus sit, propter ferias etiã, huic .§. subtilissimo. Die X. Iulij. M D X L I I I I. Paduæ.

SCHOLIA .§. QVI PROVOCAVIT l. tale pactum .ff. de pact.

1 *Casus.*
2 *Rationes dubitandi.*
3 *Decidendi.*
4 *Transactio super re iudicata fieri potest.*
5 *Nunquid ualeat saltem ut pactum simplex, quando non ualet, si sententia transiuit in rem iudicatam, ut transactio.*
6 *Quid si in ea iuramentum interuenisset.*
7 *Quid in sententia excommunicationis.*
8 *Quid in matrimonio.*
9 *Iudex debet sequi conuentionem partium.*
10 *An pactum ualeat, quod a sententia arbitri appelletur, & an iudex ipsũ sequi teneatur.*
11 *Quid in causis criminalibus.*
12 *Quid in iudicibus delegatis.*
13 *An conuentio habeat executionem paratam*
14 *An executio impediatur, si exceptio nullitatis obijciatur.*
15 *Si secundo appelletur, an appellans releuetur*
16 *Quid in supplicatione.*
17 *An generaliter uerum sit, & procedat illud, quod appellatio suspendat pronunciatum.*

DE PACTIS.
Papinianus lib. V. responsorum.

TALE PACTVM .§. QVI PROVOCAVIT. Casus ita se habet (summario enim & diuisione, plana est litera ut in ea) Titius † a debitore suo petebat centum, is negabat se debere cõuictus, ad soluendum est condemnatus, postea appellatione pendente, transactio facta est, huiusmodi, quod debitor creditori Titio, dare teneretur quinquaginta, Klen. Iuliis, hoc adiecto, si dicto tempore non dedisset, quod iudicatis stare teneretur, accidit quod dicto tẽpore dicta quinquaginta non dedit, neq; fidem seruauit, dubitabatur q̃d iuris, an alio non discusso, dicta centum debeantur, conuẽtio fuerit iusta nec ne, & cõsequenter an iudex appellationis, pronũciando bene iudicatum, & male appellatũ, legitimam conuentionem atq; sententiã exequi debeat & posit.

Et breuiter uidebatur prima facie
2 dicendum quod nõ † & primo quia p appellationem extinguitur p̃nuntiatum. l. i. §. fi. ff. ad turpil. extinctum nõ disponit. l. qui res. §. aream. ff. de sol. l. eius qui in p̃uintia. ff. si cer. pe. Signo. de homode, cons. 34. in prin. ergo nec confirmari poterit, nec executioni demandari, & in hoc a restitutiõe differt l. illud & ibi Bar. ff. de ap. l. præfecti ẽt prætorio. ff. de mino. Sol. licet extinctum dicat tex. in. d. §. fi. exponitur tamen. i. suspensum, gratia uitandæ cõtrarietatis, quod quidẽ permissum ẽ, ẽt quod fiat uiolentia litere, & maxime in casu presenti. l. eas causas & ibi gl. ff. de condi. & de. l. si uno. ff. loca. c. cum dilectus de consue. c. uenientes de iure iuran. l. fi. §. eandem. C. de fi. instru. Abb. in. c. i. ad fi. de Clandesti. de spon. in fi. Et amplius quia uerba deseruiunt intentioni, non intentio uerbis. c. intelligentia de uer. si. Vel dicamus extigui inspecto præsenti statu non futuro, ut per Alex. in. l. i. in prin. ff. de re iud. & in. l. si causa cognita. C. de transac.

Secundo, quia si post appellationẽ causatum est, ab appellatione prædicta recessum uidetur, ergo nec rursũ pronuntiari poterit, bene iudicatum, & male appellatum. l. postq̃. liti. C. de pact. l. post rem iudicatam. C. de transac. l. elegãter. §. si quis post. ff. de cõd.

Indeb. Sol. recessum fuisset quando quinquaginta promissa soluisset, & q̃a a principio non pure & simpliciter recessum est, sed sub conditione, si soluisset uerũ non soluit, ergo sententia confirmata valebit, & virtute appellationis pronuntiabit iudex ut supra & superinde eam exequatur, atq; executioni demandabit.

Tertio quia si conuentio fuit nuda; non potuit eã iudex exequi.l. iurisgentiũ.§.sed cum nulla supra eo. Sol. nuda non fuit, sed uestita legis auxilio, atq; auctoritate.l.legitima infra eo. Vel dicamus cũ in actu transactionis pactum conuentio fuerit apposita, de dictis q̃nquaginta soluendis, uestitum seu uestitam fuisse.l.petens.C.de pac.l.iurisgentium.§.quinimmo sup. eo. & utrobiq; diximus.

Quarto, quia nulla ꝓmissio mere cõuentionalis executionẽ meretur.l.minor 25.annis cui fideicommissum relictum est.ff.de mino.l.i.C. de execu. rei iudi.arg.in.l.pecuniã.ff.si cer.pe.& in.l.i.C.de execu.rei iud.arg.in.l.pecuniam ff.si cer.pet.& in l.i.C.de plus peti.&in l.cedere diem.ff.de uer.si. Sol. non est simpliciter conuentio, quæ exequitur, sed sentẽtia quã uirtualiter cõtinet, & ipsa partium conuentione confirmata ut hic sumitur, & dicemus ĩf.& de quo ẽt in l.4.ĩ.§.si ex cõuẽtiõe.ff.de re iudi. Quinto, quia quando agitur ex partiũ conuentione, non debet agi, seu non agitur coram Iudice appellationis, sed coram ordinario.l.2.C.de iu.o.iu.& sic coram iudice a quo, non coram iudice ad quem ut ibi dicitur. Sol. id uerum ẽ regulariter, non in casu p̃senti, ex quo suspensa appellatione cõuentione partium, conditionali ut sup. si non soluerit debitor, deficit conditio relaxata est suspensio, & onus iudici appellationis deuolutum pronuntiãdi bene iudicatum & male appellatum, ergo nec mirum si ipse, & non iudex a quo conuẽtionem & sententiam exequi debet.

Sexto, quia perinde est ac si appellatio deserta fuisset, uerum hoc casu quãdo scilicet deserta ẽ, iudex primus, exequitur ex quo sentẽtia firma manet auth. ei qui & ibi Bar.in.2.not.l.fi.§.illud.C. de tẽpo.& repa.ap.l.eos.C.de ap.auth. si quis litigantium, & ĩ corpo. unde sumitur.C.de ep. aud. ergo non appellationis. Sol. uerum est assumptũ si deserta fuisset ꝑ lapsum fatalium. d. l. fi.d.l. eos, cum aliis ut sup. at hic secus est, ergo, & latius declarat Ias. ut ꝑ eum. ego uero aliter dico, desertã non fuisse, sed suspensã, ut sup. ergo oĩo iudex appellationis exequetur. Septimo & ultimo, quia si sentẽtia lata est, a iudice minus instructo festinãter & uelo leuato dicente tantum bene iudicatum & male appellatũ .l.de submersis.C. de nau. lib.10.c.tum ex litteris de resti. ĩ integ. Bal.in.l.prolatã.C.de sen.& int.'o. iud. & in l.si cum ipse.ff.de execu. tuto. q̃uo potuit cõuentio, seu sententia ipsa exequi. Sol. satis instructus esse potuit, ex conuentione ipsa, pacto, & transactiõe quib.uisis, debitorem pro condemnato habuit. Ratio aũt decisionis est, † q̃a sententia partium conuentione approbata ualet, nec amplius est disputanda, usqueadeo ut statim posit executioni demãdari. d.l. minor 25. annis, cui fidei cõmissum relictum est, ubi Bar. & Bal. ff.de mino. & plus ẽt q̃ eẽt nulla, hoc casu tamẽ ualeret.l.2.C.cõia ut.iud. 3

Secunda quia perinde est, ac si debitor confessus fuisset contenta in ea uera fore, in confessum nulle sunt iudicis partes nisi in condemnando.l.proinde. ff. ad legem aquil.c.nos in quenq̃.2.q.1.ergo.& perinde dixi, ut hic ueluti, quæ, aduerbia sunt similitudinẽ significãtia l.sed & si possessori.§. fi. ff. de iure iu. l. ueluti, ff.de iusti.& iu.quia proprie cõfessio dicitur in iudicio facta.l. fi. §. necessitate ubi glo. C. de bonisq; lib.

Tertia & ultima, quia qui transigit & paciscitur sententiam confirmat, ut ille q. dilationem petit ad soluendum, se debitorem fatetur.l.ad solutionem. C. de re iud. Modo notandum est & primo, quod transactio ſuꝑ re iudicata fieri põt.† Et mirum uidetur hic, quoniã 4

pendẽte appellatione nihil est innouã dum, ut in rub. & in. l. i. ff. eo. nil. no. ap. int. alias oĩa reuocarentur per viã attentatorum. l. appellatione, & ibi Bald. in prin. C. de ap. c. non solũ eo. ti. in 6. maxime quia transactio est de re dubia. l. i. infra de transactio, re iudicata aũt, oĩa sunt clara & aperta. l. i. ff. de re iud. ergo. Et uidetur casus ad literam quod fieri non possit nec facta ualeat in. l. si causa cognita. C. de transac. Nisi ad primũ di camus & verissimum est, nil nouandũ, quod cãm ipsam principalẽ, concernat alias si quid emergat uel incidat, vt hic in transactione partiũ dicitur secus. l. si instituta. §. pe. ff. de inoffi. testa. c. cum teneamur de ap. præsertim quia quilibet est moderator & arbiter in re sua. l. in re mandata. C. manda. nec ob id appellationi renuntiatum uidebitur, vt inquit Bal. in lib. Marg. in. §. appellatio nu. 10. Ad secundum uero, qđ bene oĩa erant clara & aperta, ante ap. & sic res iudicata, sed post appellationem, dubia effecta est, ergo transactio pariter de re dubia facta dicetur. Ad tertium aũt quod ibi sententia trãsierat in rem iudicatã, nec intra tempus x. dierũ fuerat appellatum, de quo in auth. hodie. C. de ap. & in. c. quod ad consultationem de re iud. & idem qđ dicitur in. d. l. si cã cognita, legitur ẽt ĩ. l. post rem iudicatã. ff. de transac. Sed q̃q̃ transactio non ualeat hoc casu poterit ne tamen debitũ aĩo nouandi, est stipulationem deduci, & liberari debitor per aquilianam stipulationem, & acceptilationẽ? Certe sic q. nec aliter dicitur in. d. l. si cã cognita.

Nunquid dicto casu adhuc ualeat sal
5 tim ut † pactũ simplex? uideretur dicendum qđ sic, quia stat regula, si id quod agitur, non ualet ut agitur, quod ualet eo mõ saltem quo ualere põt. l. i. §. si q̃s ita & ibi Bar. ff. de uer. ob. debetq; fieri semper interpretatio ut actus potius valeatq̃ pereat. l. quotiẽs. ff. de reb. dub. Tamen contrariũ est uerius. l. suus hæres. C. de repu. hæred. Et rõ est ut dicit Alex. in. d. l. si cã cognita col. i. quia transactio fit super eo super quo controuersa fuit, pactũ uero super eo, super quo non fuit, iõ nec ut pactũ ualebit. l. i. ff. eo. Nec ob. regula. §. si q̃s ita, quia multis modis limitatur, & maxime quãdo actus peccat ĩ forma. l. an inutilis. ff. de acceptila. not. in. d. §. si quis ita, sed transactio peccat in forma, quando appellatum non est, si super re iudicata fiat, ergo. Est bene uerum forte, si non opponeretur, qđ ualeret ut pactũ, ut in simili inquit Fel. in. c. inter monasterium, in 10. col. in 8. limita. de re iud. Quid si in
6 transactione † interuenisset iuramentũ, adhuc in prædicto casu, quãdo sententia transiuisset in rẽ iudicatam. Videretur dicendum, non ualere. l. fi. C. de nõ nume. pecu. ubi regulatur secundum nãm actus super quo interponitur. Tamen contrarium quoq; uerius est, ex quo vim hẽt clausulæ Codicillaris, ut ualeat oĩ mõ meliori quo valere potest l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. & quia seruandum est, ubi seruari potest sine teritu salutis æternæ. Ad argu. respondetur, hoc est ad tex. in. d. l. fi. p̃cedere rõne deficientis consensus, ita quod, si dispositio ipsa non extenditur nec iuramentum ipsum pariter extendatur, & latius ut per Bar. in. l. si quis p̃ eo. ff. de fideiusso. Est ẽt sententia excõ
7 municationis † quæ per appellationem non suspenditur, ex quo nec ab ea, põt appellari. c. pastoralis. §. i. de appel. rõne de qua ibi per gl. Capel. Tholo. decisio. 298. ideo fatuum est dubitare an super ea transigi possit, ut infra. Et longe ma
8 gis † quid in cã matrimoniali, maxime, quia est tex. ad literam qđ transigi non possit, ĩ. c. fi. de transac. ubi iudex debet se interponere p̃ transactione inter partes facienda, præterq̃ in casibus in quibus iura hoc non admitunt, ut sup̃ matrimonio, & quantum ad istud fac regulã, qđ liceat semper transigere, in depẽdentibus a potestate partiũ, hoc est in temporalibus, alias non, ut in spiritualibus, & sentit But. & bene in. d. c. fi. col. 2. ad fi. Secũdo notandum est quod iudex dẽt sequi conuentionem partium
9 † vt ad literã quoq; dicitur in. l. si conue

nerit.ff.de re iud.& in.l.i.i.§. et post ope ris.ff.de no.o.nun.& q̃ quis omnium in libello contentorum, pronunciatio fieri debeat.l.ut fundus.ff.cõi diui.l.fi.C.de fideicom.lib.c.licet hely.de Simo.l. i hoc judicio.ff.famil.her.attamen si unius tantum cõueniant partes,ita ẽt pronunciabitur, ut declarat Bal.in Marg. sua iudex nu.23.&in alio etiam,si adhuc ita conuẽtum sit,q̃ petitum fuerit.l. uinum & ibi Ias.col.14.ff.si cer.per.& est simile, cum dicimus qđ in confessum nulle sunt Iudicis partes,nisi in condemnando.l. proinde.ff.ad legem aquil.ut etiã dicamus, cum partes sunt cõcordes,quod ipse iudex pariter,earum uoluntatem sequi debeat. Et ad propositum,sicuti trãsactio, appellatur oĩs actus, per quem a lite receditur,qđ ita sententia si feratur,secundum conuentionem partium transactio appellabitur,Et dicebat ultimo Abb. in c.cum dilectus in ul.col.de arb.quod ualebit pactum partium, a sentẽtia arbitri
10 posse appellari. † quodq; ipsum Iudex sequi tenetur,intellige in casibus,in quibus appellari non potest.Tamen contrarium uerius est,quod non appelletur ab arbitro,& quod pactum non ualeat,hoc casu.l.i.l.priuatorum consensus.C.eo.& consequenter qđ iudex non tenetur sequi partium uoluntatẽ,&ita firmat Specu.in.§.in quib.nu.15.de appella.late idẽ Abb.in d.c.cum dilectus, & erit limitatio ad supradicta,ultra alias traditas per glo.& Docto.in d.l. si conuenerit, inter quas nec illa prætermittenda est, qđ fallant quoq; in causis criminalibus, & solum procedant in ciuilib.priuatam utilitatem,concernentib.
11 †&ratio est,ex quo in illis,consensus partium, nihil operatur.l.ita uulneratus.ff.ad legem aquil. l. fallaciter. C. de submer. lib.x.c. ut famę de sen.exco.arg.in l.ius publicũ. sup.eo. & uerissimum uidetur,si criminaliter agatur,quoniam si ciuiliter,forte esset secus.c.tuæ de pcu.c.sup his de accu. Bar. in l.infamem,col. 2.ff.de pub.iud.Tamẽ cogita,prohibitum ũna uia,id alia cõcedi non debere.d.c.tuæ.c. cum quid de regu.iu.in.6.Ancha.consi.132.ad fi.&consi.298.col.2.Tertio limitatur in iudicib.de
12 legatis†ut per Inno.in c. si quando de offi.del.qui cum sibi commissum non fuerit.l.diligenter.ff.manda.c. cum dilecta, de rescrip.c.de causis.c.cum olim.de off. del.l.de qua re.§.i.& ibi not.de iudi. non solum non debebunt sequi partium cõuentionem,uerum nec etiam poterunt. Vltimo notandum est,quod conuentio de qua hic,habet executionem paratam
13 † ut etiam sententia diffinitiua, & stipulatio iudicatũ solui.l.minor.xxv. an. cui fideicommissum relictum est.ff.de min. & ibi not.l.i.ff.iud.sol.tradit Bar.hic, nõ regulare tamen.l.i.C.de execu. rei iud.l. 4.§.si ex conuentione.ff.de re iud.d.l.minor 25.an.& nimirum, quia uim confessionis habet,in confessum nulle sunt iudicis partes,nisi in condemnando, ut ẽt dicebam sup.l.proinde.ff. ad legẽ aquil. ergo. Vel & melius,quia sententiam uirtualiter continebat,ex quo stare iudicatis debitor promiserat, si non soluisset, &sic ipsa exequi dicetur,non cõuentio, quia nec istis stantibus simplex est,& relatum in referente alias, quicquid hic dicatur,uulga.l.asse toto. ff. de hære. insti. Nec ad propositum hoc casu, dicta executio impedietur,si obiiciatur,exceptio
14 nullitatis†cum tamen sit regulare, eadẽ opposita, su perlederi, & nũquam tolli cle.i.ubi glo.singul.de seq. po. & fructi. & hoc,quia quemadmodum partiũ conuentione,appellationi, tacite renunciatum uidetur,ita renunciatũ uidetur nullitati,quæ appellationi inest.l. quædam mulier.ff.famil.her.l.Carmelia pia.ff. de iure pat.declarat Alex.in l.4.in.§.condẽnatum col.4.ff.de re iud.unum uerbum hic alias in collectanc.ergo. Sed cæteris prætermissis,dictum est sup.& ut p glo. etiam in uerbo sequetur, quæ ob hoc ẽrit expedita,quod per appellationem suspenditur pronuntiatum,Quero,si secũdo appelletur, an appellans releuetur,
15 †Bar.in l.cum procurator in.§.i.ff.de no. o.nun.dicebat quod non,motus,quia semel suspensum amplius suspendi non debet.l.nã &si sub conditione in fi.prin. ff.de iniusto rup.irri.testa.l.pe. (ultra cũ)

APPENDIX SIVE ADDITIO ad l.i.supra de iur. o. iud.

IVDEX non tenetur impartiri officium suum nisi fuerit requisitus.l.4.§. hoc autem iudiciū. ff. de dam. infect.l.3.§.si pupillus. ibi, sed non alias quàm si ipse petat.ff.de tu tel.l.i.§. magistratibus.ff.de magistra. cō ue. & faciunt exempla tradita supra & singulare uerbum dicit ad propositum Corse.in singul. Iudex.i. quod Iudex si non condemnauerit partem in expēsis uictam ex quo non habebat iustam litigandi causam, tenetur resarcire de suo, si expresse fuerint petite, & not. in l.sancimus.C.de iudi.& Ias.in l.i.in 2. col.ff. de eden.quod agens in libello debet cōclusionem apponere (libellus enim sicut argumentum constare debet, ex maiore minore, & conclusione) puta in actione reali, peto me declarari dominū in petitione hæreditatis, hæredem, & in personali debitorem cōdemnari ad soluendum. alias reus nunquàm posset esse certus, an edere uel contendere debeat, ut in l.i.ff.eo.neq; posset impartiri officium suum Iudex non requisitus. & in.l.admonendi in repetitione, nu. 45. ff. de iure iu.si stet statutum, consanguineos compelli posse, ad cōpromissum faciendum, quod compelli non poterūt, nisi petatur per regulam de qua hic. Et Bar.in d.l.admonendi in pe. colum. quod iuramentum in supplementum probationis deferri non potest adhuc p istam regulam nisi petatur. & est communis opinio, ut ibi dicitur.& nouissime testatur Capici.decisio.35.in prin.& glo.in regu.Cancellariæ ap.25. quod Iudex nō debet mittere Bullam male formatam, ad Cancellariam corrigendam, nisi petatur, ex quo istud utilitatem priuatam concernit, quo casu (ut dixi) non impartitur officium suum, nisi requisitus, uerum si uoluerit (ut ibi subiicit in fi.) quod poterit, cum sit causa beneficialis, sed non quod cogatur. c. olim de rescrip.c. bone.i. de postula. prælato. bonumq; sit in arbitrariis habere Iudicem fauorabilem, ut inquit glo.in.c. in iudiciis de regu.iu.in 6. Dicit ad regulam adhuc Bal.in l.i.C.ut quæ des. aduo. & in l.properandū in.§.& si quidem, in prin. C.de iudi.& Ancha.consi.167.colum.2. si sententia sit lata partibus absentibus, nec appareat ad cuius instantiam, quod ipso iure erit nulla. Et in authen. si quis in aliquo documento, in 3.colum.C.de eden.quod ubicunq; fieri debet publicatio scripturæ priuatæ, ad effectum ut ualeat (nanq; si non ualeret alias publicata tamē ualet.l.publicati.C.de testa.) duo requiruntur, quod petatur, quodq; citetur pars quæ lædi potest, l. nam ita diuus.ff.de adop. Non debet iudex etiā dare parti inducias deliberatorias, de q bus in auth.offeratur.C.de lit.cont. nisi petantur.l.i.§.ait prætor & ibi Bal. not. ff.de iure delib. Et simile etiam adduci potest, quia hinc uidemus quod neque insignia examinato dantur à promotoribus nisi petatur, ita Ange.in l.i. C. ut ne. li.sine iudi.aucto.si impo. & ubi imposita est pœna quoq; iudici, iustitiam non administranti, quod ita demum puniri poterit si petātur, ut not.docto.in l. si quis maior, ubi ego etiam multa. C. de transac. Calde.consi.3.de pæn. Et idē si imponatur eidem, nō expedienti causam intra tempus instantiæ quæ triennalis est.l.properandum. C.de iudi. declarat Abb.in c.pen.in pen.col.eo.tit.extra. Imò quod quilibet actus iudiciarius, ad petitionem partis fieri debet. d. l.properandum.l.ad peremptorium.eo. tit.l.2.C. ut int.cer.temp.q.ctimi.termi. Bald.pulchre in l.si curatoris per illum tex.C.de iure delib.& quoniam Christi actio nostra est instructio. c. significasti de electio. pro regulæ comprobatione simile adduci potest, nam Christus tres mortuos tantum suscitauit, Lazarum, & Archisynagogi filium, & Viduæ unicum, quia petitum fuerat, quartum autem non quia requisitus non fuerat.

Est uerum quod fallit regula in multis casibus, & maxime si appelletur à p consulibus, quia ipsi etiam non requi

ti, teneantur mittere processum & acta, copiamq; suæ opinionis, & apostolos dimissorios iudici ad quem, auth. hodie §. apostolos. C. de ap. l. à proconsulibus & ibi not. C. eo.

Secũdo fallit in causis criminalibus, cum de augenda uel minuenda pæna agitur, quia tunc cum sit hoc idem, arbitrio suo commissum facere potest, etiã non requisitus. l. hodie. ff. de pæn. l. & si seuerior. C. ex quib. cau. insa. irroga. l. q. d ergo. §. pæna grauior. ff. de his qui not. insa. & quia etiam de publica utilitate agitur. l. cõgnuit. ff. de offi. præsi. l. si quis in hoc genus. C. de ep. & cle. regulariter autem pænam non constituit, nec patitur, de quo tamen per Bal. in l. i. in prin. per illum tex. & per tex. in d. §. hoc autẽ iudicium. ff. ubi pup. edu. deb. Sed eo casu quo pæna minui potest & mitigari, & istud (ut dixi) iudici commissum sit, poterit ne si æquitas subsit, a reo peti? Videretur dicendum quod non, quia dispensatio est, & ius, quod peti non potest. c. minor. 50. d. Contrarium tamen uerius est. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. & ita tenet Bar. & Bald. in d. §. pæna grauior, ille col. 3. iste in rep. i. & est effectus, quia si posset peti, & iudex non faceret appellari posset, imò quod faceret litem suam. l. i. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æsti.

Tertio fallit regula in concernentib. rectitudinem iudicii, puta si quis sine actione experiatur. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de nego. gest. l. si seruus nauem ff. de fur. quo casu audiri non debet, ut inquit Bald. in l. si quis conductionis titulo col. pen. C. loca. & in l. ancillæ in 4. C. de furt. etiam quod non opponatur libellum non procedere, secũdum Bar. in l. cum quærebatur. ff. iud. sol. not. in l. uir bonus. ff. eo. & idẽ si ineptus sit quoniam reiicitur, & laceratur ut inquit Feli. in c. ad aures col. 2. de præscrip. & glo. ultra eum in l. i. ff. de offi. assesso. multa Nel. de banni. in prima par. a. tempo. q. 5. colum. 3.

Quarto fallit in accusatore illegitimo, quem ex officio Iudex adhuc repellit, sicuti agentem sine actione, ut supra & not. in c. i. & in c. nulli de accu. & facit quod habetur in l. quos prohibet. ff. de postulan. & si diceretur quod imò non debet se intromittere, nisi petatur in cõcernentibus commodum priuatum, ut hoc casu & not. in d. §. hoc autem iudicium, Respondebo contrarium fore uerius, & seruandum, ex quo agitur etiam de ipsius iudicis honore, imò & de utilitate publica, uulga. l. ita uulneratus. ff. ad legem aquil. c. ut fame de sen. exco. & in specie Abb. in d. c. i. col. 3.

Quinto fallit quãdo ex actis aliquid appareret notorie, quia tunc hoc casu quoq;, supplere teneretur nemine petente. l. ubi pactum & ibi glo. not. C. de transac. Ange. in l. iam tamen in. §. si tamen. ff. iud. sol. hoc enim casu Iudex assumit personam partis, estq; perinde ac si petitum fuisset, arg. in l. bonorum. C. qui admi. & est glo. in l. de pupillo in. §. meminisse. ff. de no. o. nunc. & ut etiam infra dicemus.

Sexto fallit, quia iudex potest opponere testi infamiam, licet pars hoc idem ei non obiiciat, ita Inno. in c. intimauit, de testi. & est glo. in l. i. ff. de magistra. cõue. not. Bal. in d. l. quos prohibet.

Septimo fallit in statuto disponente quærelas bannitorum non audiri, quia repelli poterunt, etiam si non petatur, maxime quando banna sunt notoria, quoniam tunc ad Iudicem spectant. & nemine opponente ut not. in l. 2. ff. de fer. & in l. i. ff. qui & aduer. quos. Cy. in l. reos. C. de accu. Bald. in d. l. quos prohibet, & seruit ad dicta etiam supra in. 5. fallen.

Octauo adhuc fallit, si de conditione testis inquirat, quia ex officio potest, quamuis non petatur, & eos inhabiles nõ admittere. l. i. §. si curatores. ff. de magistra. conuen. & hoc idem ut sciat quid credere debeat. l. 3. §. fi. ff. de testi. usque adeo ut nec requiratur citatio partis, & limitabitur quod dicitur in l. de uno quoq;. ff. de re iud. & in l. nam ita diuus.

ff.

ff. de adop. declaratq; Pute. in §. Iudex nu. 25. fol. 59. col. 3. de Sindica.

Nono fallit quia in causa criminali potest testes recipere, etiam post publicationem, tam ad defensam, & pro innocentia rei, quam ad offensam, ita Bar. in l. 2. in §. si publico. ff. ad legem Iul. de adult. & in l. i. in fi. ff. de quæstio. & in d. §. hoc autem iudicium, & in l. absentem ff. de pæn. Idem Pute. in loco præalleg. fo. 60. col. i.

Decimo fallit quia Iudex iurat seruare statuta, & tamen ex officio, illa potest transgredi, licet non petatur. c. i. & ibi Inno. de consti. nec in sindicatu tenebitur, quia fecit illud in quo multorum salus continetur, siue procuratur. argum. in l. pe. C. de fer. & quia statuta facta contra publicam utilitatem, contra eam haud debent interpretari. l. de his. C. de transac. Idem Pute. in loco præallega. fo. 59. col. 3.

Vndecimo fallit regula si de pace cōponēda ageretur, quia tunc hoc quoq; casu debebit impartiri officium suum, ēt non requisitus. l. æquissimum. ff. de usuf. imò si non occurrerit iudex, uidēs duos rixantes quod debet cōfestim officio priuari, inquit Cy. in l. si seruus. C. de noxal. & Bal. ubi alia multa in l. i. in §. quies lectu. 2. ff. de offi. præfec. urb. & generaliter dici potest, pro prædictorū declaratione (hæc enim erunt satis quātum ad regulam, & quantum ad limitationem ipsius, maxime quia dixi etiam in 2. lect. & non nihil in l. bonorum. C. qui admi.) si id quod incumbit officio iudicis, consistat in iure radicato parti, quod tunc partis petitio requiratur, si uero in mero & libero iudicis officio nō l. eos. §. fi. C. de ap. c. ad nostram. 2. & ibi Inno. de iureiu. & ista est quoq; sententia Old. & post eos tradit Bal. in l. i. in §. magistratibus. ff. de magistrat. conue.

Posthoc dubitat etiam Bar. an requiratur libellus in officio Iudicis, ac litis contestatio, & uideretur dicendum qđ non, quia misericorditer imploratur ut inquit glo. in rub. ff. de int. ac. & Bar. in l. requirendi. C. de ser. fugi. & Ang. in l. fi. in prin. C. de tempo. in integ. resti. pet. & misericorditer implorari dicitur, quotiens id quod petitur, non debetur, sed iudex facere potest, ut sibi debeatur, qđ declarat idem Bart. hic nu. 11. & bene & uidetur casus in l. ne quicqnam in. §. de plano. ff. de offi. procon. ubi omnia requirentia causæ cognitionem, libellum & litis contestationem desiderant, ergo in officio iudicis, non desiderabitur, cū (ut dixi) misericorditer imploretur, nec requiratur causæ cognitio. argum. enim à contrario ualet in lege. l. i. ff. de offi. eius cui man. est iu. Tertio probatur in authen. si omnes. C. si minor se ab hæred. absti. ubi minor restitutionem petit ut abstineat ab hæreditate paterna, absentibus, creditoribus, & Iudicis officium implorat, & tamen libellus necessarius non est, nec lit. cont. & minus si petatur aduersus lapsum fatalium ut inquit Inno. in c. suscitata de resti. in int. deq; his in l. 2. C. de tempo. & repa. ap. Quarto implorabatur alibi officium iudicis, sententiam rescindi contra absentem latam in c. quærelam de procu. & in c. cum Bertoldus de re iud. & in c. inter quattuor de maio. & obed. & tamen lit. cont. non est necessaria ut dicunt D. de Rota in decisio. suis 10. in nouis. Quinto & ultimo, quia uidemus quotidie implorari officium iudicis & oretenus peti, testamento ostenso, non abolito nec cancelato, ab aliquo hærede se mitti in possessionem bonorum defuncti, ut in l. fi. C. de edic. di. ad. tol. absq; libello & lit. cont. alias officium Iudicis nobile, & Mercenarium non differrent, & tamen differunt, quia in Mercenario libellus requiritur & lit. contestatio. ut idem Bart. hic declarat, & nos latius supra.

Nihilominus idem Bar. adhuc sentit contrariū, dum allegat tex. in c. fi. de offi. iud. se prius remittendo ad glo. in d. rub. de int. ac. & in l. ne quicq̄ in §. ubi decretum. ff. de offi. pcon. & uerius est, nec tex. ibi cauillari potest, dicens. ubi restitutio in integrum principaliter petitur, quoniam causæ cognitionem re-

quirit.l.in causæ. §. causa cognita. ff. de mino.l.nam & postea. §. si minor. ff. de iureiu.quod libellus etiam tunc requiritur,& lit.cont.alias cognosci,seu causæ cognitio adhiberi non posset,ex quo facile tolluntur cōtraria, & ad primum dicitur ratione prædicta misericorditer non implorari,qua tollitur etiam secūdum,imò desiderari libellum,quia (ut dictum est)etiam causæ cognitio adhibetur.d.c. fi. nec subsistit arg. à contrario,quia subauditus, intellectus est.l.apud antiquus.C. de fur. & ex coniecturis.l.i.ff.si tab.testa. extab. quibus correctio legum induci non debet.c.cupientes.§.quod si per uiginti de elec.in 6.corrigeretur autem tex.in d.c.fi.& male.hi. C.de inoffi.dot.l.fi.in prin.C.de ind. uidui.tol.ergo. Non ob. tertium, quia ut dicebam alias,id est ex quo petebat minor restitui ad factum suum, & contra personam incertam, nimirum igitur si non requiritur libellus, ex quo repugnat,quod persona incerta sit, & quod lis contestetur,uel libellus offeratur.Et minus,si petatur restitutio, propter lapsum fatalium,quia incidenter petitur, nec causæ cognitio requiritur, ut dicitur in d.c.fi.igitur nec libellus desiderabitur,& tunc (ut dixi supra) miser icorditer implorari dicetur. Addentes hoc casu multa licere & à iure permitti, quæ alias principaliter non admitterentur argumentum in.l.quotiens. C. de iudi. & in l.nullum. C. de testi.& glo. etiam declarat fusius,exemplaq; alia ponit in d.c.fi.ex quo tollitur etiam quartum ut dicunt D. de Rota in loco præallega. Non ob.ultimum, quia id quoq; uerū est & de stilo, cum non apparet legitimus contradictor,qui in iudiciis seruandus est.c.quam graui de crimi. fal. Bart. in l.2.C.quæ sit lon.consue.& si non est quis cum quo lis contestetur, (ut dicebam supra)non æque conuenit aut necessarium est, libellum offerri, & quia etiam conceditur missio, cum clausula saluo iure omnium personarum, & ita tenendum est.

Finis.

SVMMARIVM.

1 *Aduerbium ferè,diminutionem designat.*
2 *Assessor non est Iudex nec large nec stricte.*
3 *Assessores debent esse iuris periti.*
4 *Aßessoris officium in cognitionibus causarum ciuilium & criminalium consistit, consulendi scilicet,& instruendi præsidem,quid agendum sit,quomodo procedendum & iudicandum.*
5 *Quæstio est dubitabilis propositio interrogatiua facta,quia de in dubijs non est.*
6 *Assessoris officium consistit etiam in postulationibus,ut consulat scilicet præsidem,uel procuratorem ad agendum admittat mandato carentem,uel filiumfamil. sine consensu patris, uel mulierem alieno nomine,uel infamem.*
7 *Accusatorem illegitimum ex consilio assessoris repellit præses,& excommunicatum agentem*
8 *Præses interrogare potest postulantem, an sit infamis,& ipse tenebitur respondere.*
9 *Præses silentium indicere partibus potest ipsisq; iubere ut taceant, ex causa. & quod in postulationibus seruetur ordo.*
10 *Præses potest libellum ineptum reiicere, & ibi quando dicatur ineptus, & an posit opponi exceptio ineptitudinis quandocunq; & quid si ineptia fuerit propter generalitatem, uel causa sit in qua libellus non requiratur, uel quo quo modo saluari posit,uel si uicarii forent rurales, uel qui opponit in iudicio confiteatur,aut libellus sit rei & non actoris.*
11 *Libellus si ineptus sit eiq; cumuletur actio, non uiciabitur.*
12 *Libellus ineptus uiciatur, & tamen legum latoribus permissum est,quod uocabulis abutātur.*
13 *Erratum est in confinibus, an libellus tanquam ineptus uicietur.*
14 *Banna generalia,à præsidibus mittuntur.*
15 *Alienatio bonorum minoris,transactio super alimentis,datio tutoris & similia,non sine causa cognitione fieri debent, & subscriptione præsidis.*
16 *Præses potest epistolas mittere, iudicibus alterius territorij,pro sententiæ executione, & pro testibus examinandis.*
17 *Assessor non potest iudicare causam in qua assidet,nisi sit sibi delegata.*

PAVLVS LIB. SINGVLARI.

De Offic. Assesso.

L.i OMNE officium, summario, diuisione, & casu, clara est hæc lex, ut in ea. Ex qua notandum est, quod assessoris officium in his ferè causis, consistit, cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, & epistolis, exemplificando ut infra. sed quare † dixit istud,
1 cum appositione aduerbii prædicti, cuius uirtus est diminutionem notare, ut hic per Deci. & Aquens. ante eum, dic tu ultra eos, probari in. §. discipuli, in prohe. ffortum. ibi ex oī ueterum penè (idem quod ferè est) institutionum corpore. & in l.i. ibi tres ferè causæ sunt, ex quibus quis in po. mittitur rei seruādæ, legatorum & uentris nomine. ff. quib. ex caus. in po. ea. & in c. unum orarium in. §. i. ibi contra naturam ferè est, quod quis sit sine peccato. 25. d. Card. in c. dudum colū. 2. de electio. Hor ad istud respondet idem Deci. dictum aduerbium fuisse appositum, quia in omnibus aliis causis assessoris officium uerificari posse uidetur, p ut in iudicio occurrerint. quæ responsio mihi non placet, quia cō muniter dixisset I. Con. potissimum, ut plurimum, uel maxime argumentum in l. suus quoq; in §. puto ubi glo. ff. de hær. institu. Aret. in l. i. in pe. col. ff. de testa. melior igitur est ista glo. hic, ideo id cum appositione. d. aduerbii dixisse, q a alias præsidis occupationes adimplent assessores, præter supra scripta. & hoc ad literam dicit tex. in §. i. in auth. de iudi. uel & aliter, quod ferè dixit propter ea quæ emergunt incidenter, cum nec præ uideri nec cogitari potuerunt arg. in l. quotiens. C. de iudi. & in l. titia. ff. solut. mat. & in l. i. ff. de aucto. tu. & in l. nauis ff. ad legem rhod. de iac. Bar. in l. solent. ff. de ali. & cib. lega. Et cum assessorē asciscat præses, ut eum consulat & instruat, quid sibi agendum sit, ut cognoscat, iudicet, & causas debito fine perducat. l. pe. infra eo. Auten. quæ supplicatio. C. de preci. Imp. offe. uana dubitatio est an sit iudex, ut hic per Deci. quia nec
2 stricte, nec large dici potest † cum diffinitiones sint diuersæ, nomina, & tituli. l. i. C. de iure emphit. l. si idem. C. de codicil. Gemi. in c. præsentium in. §. testes colū. i. de testi. in 6. supponit etiam tex. adhuc, ibi, quo iuris studiosi. (ita enim restituendus est, ut in pandectis Flor. legitur) quod assessores debent esse iuris
3 periti † ne alias si cecus cecum ducat ambo in foueam cadant, ut Matth. 15. c. dicitur. & probatur alias in l. metum in §. sed quod prætor. ff. quod met. causa. & in l. ego. ff. de ma. uindic. & in l. lex cornelia in fi. prin. ff. de iniur. & sic uerba p̄dicta, ad assessores, non ad Iudices, ut hic declarat Odof. & male, referuntur. & perpende etiam, quod non simpliciter studiosos dixit, sed iuris, ex quo non sufficeret si philosophiæ uel medicinæ, uel humanarum literarum studiosus foret, & quia studiosus simpliciter, scholaris dicitur, ut in prohæ. ffortum in princ. & in l. pe. ff. ad exhib. & in l. librorum in §. quod tamen Cassius. ff. de lega. 3. In cognitionibus causarum (ad supradi
4 cta redeuntes) officium assessoris † consulendi & instruendi præsidem, consistit igitur, tum ciuilium, tum criminalium, ut etiam declarat glo. hic quæ ob hoc erit expedita, sed meo quidem iudicio declaratio necessaria non erat, ex quo dixit in cognitionibus, & cum præses sit omnium causarum cognitor, uerisimile est quod de causis omnibus, seu de omni genere causarum intellexerit. probabilis tamen gratia dubitationis tollendæ. l. quæ dubitationis tollendæ gratia. l. non solent. ff de regu. iu. l. i. §. sed sciendum. ff. de edil. edic. l. i. §. quāuis. ff. de uen. inspi. Bal. in l. i. in fi. C. de iure emphi. Ciuilium ergo, ut summarie procedat, in non desiderātibus causæ cognitionem, alias plene, & causa cognita. l. 3. §. sciendum. l. Thesaurus. ff. ad exhib. l. ne quicquā. §. de plano. ff. de offi. procon. l. iudices. C. de iudi. Criminalium uero, ut in eisdem exacta diligen-

tia procedatur arg.i c.iudicātē.30.q.5.& cōsideret, quod q̄libet minima, est maior quacunq; pecuniaria.l.in seruorum ff.de pæn. ne quid durius aut remissius fiat.l.respiciendnm.ff.de pæn. quod penæ sunt arbitrariæ. l. hodie. ff. eo. quod quandocunq; exacerbari maleficia conuenit.l.aut facta.§.fi.ff. eo. & leges transcendi, inquit Inno.in c.i. de consti. & quandoq; etiam superinfundi uinum & oleum.d.l. respiciendum, in princ.c. omnis utriusq; sexus, de pen. & remi. ubi ego multa in 2.commentariolo, posito in lib.qui Theseus inscribitur,& in i.quoq; posito in 2.æquil. uol. & quod testes debent esse luce meridiana clariores.l.fi.C.de testi. quod inditiis non est quis condemnādus, nisi indubitata fuerint, de quo alias in l.absentē.ff. de pen. & in d.l.fi.& in l.milites. C. de quæstiō. & sic de singulis.Et hic rursum satis extra propositum dicit Deci. quod licet causæ criminales delegari non possint, non tamen assessorum consilium excludunt,quoniam si ob id conducuntur,et quidem in cognitionibus causarum, generaliter,eorum officium cōsistit ut hic dicitur,indubitatum est,de indubiis igi-

5 tur quæstio non est † uulga. l. quod labeo.ff.de carbo.edic.l.3.ff.de natal. resti. quia dubitabilis propositio interrogatiue facta dicitur.d.l.quod labeo.Bal.in l. i.col.7.C.de ser.fugi.

Subsequitur tex.modo,& in postulationibus consistere assessoris officium

6 †ut præses non admittat facile,agentem mandato carentem.l.si quæramus. ff.de testa.Abb.in c.i.de accusa.si alieno noīe compareat tamen, quoniam si proprio aliud dicendum esset. Nec filiumfamil. quia sine consensu patris non habet legitimam personam standi in iudicio, regulariter.l.fi.§.necessitate.C.de bonisq; lib.Nec mulierem,nomine alieno agentem quia tunc audiri non debet.l.i.§.sexum. ff. de postul. & minus infamis,ut ibi in §.ait prætor & hic per Bar. & in l. quos prohibet.ff. eo. & licet obstare uideatur tex.ad istud,in §.fi.īsti. de excep. non ob.tamen,quia loquitur in procuratore,cuius officium uilissimum est,ut not.ibi & in l.i. C. de procu. nos autem in aduocato,in quo laudabile est.l. laudabile.C.de aduo.di.iudicum.& not.in d.§.ait prætor.& dictu mirabile est. qđ quos prohibet prætor postulare,eos p̄hibet, licet aduersarius patiatur. d. l. quos prohibet,hic in glo,alleg.per quē tex.dicit alibi Bar. ultra eam quod poterit opponere etiam exceptiones publicam utilitatem concernētes tametsi nemo reclamet, in l.4. in §. hoc autem iudicium col.4.ff.de dam.inf. & repellere ex officio illegitimum accusatorem

7 in criminalibus†ut per Abb.in d.c.i. de accu.& excōmunicatum, quia licet excipere possit, non tamen potest agere, uel aduersarium suum, reconuenire.c. cum inter & ibi per docto.de exceptio. & hæc omnia de consilio, (ut dictum est)sui assessoris. Sed ad idem quattuor adhuc dicit glo. quod poterit interroga

8 re eum,qui postulat† eidemq; opponere,ad ueritatem inquirendam,et ei (si sibi uidebitur) silentium indicere. & qđ denıq; ordinem, postulatorum seruet, & quoad primum & secundum quod interrogationi respondere,& oppositioni,tenebitur,alias frustra permitteretur interrogatio ipsa inquit Bart. & bene. quanquam Deci. cōtrarium sentiat hic post Fulgo.& Saly.ex quo dictum secūdum de eo interrogando,est separatum à primo, quod ex aduerbio,item elicitur,& quoniam interrogatio fit ad ueritatem inquirendam.Et quia si glo. sensisset istud,quod dicit Bar. fuisset male locuta,ex quo non cogitur quis propalare turpitudinem suam, & subiicit qđ hanc rationem idem Bar.hic,inferendo ad testem (remissiue tamen) adducit & in specie hanc glo.reprehendit in l.2. in §.quod obseruari nu. 32 . in fi. C. de iu. cal. Et male,quia aduerbium prædictū item,seu dictio(ut ipse loquitur) continuatiua est,&repetitiua præcedentium l.item.ff.de consti.pe.l. in repetendis. ff. de lega.3.sed præcedentia dicunt quod uideat præses, an qui postulauit sit infamis,ergo,ut etiam de hoc,ipsum interro-

roget, & ueritatem inquirat, & est uerus sensus ipsius glo. & Bar. Nec ob qđ respondere non compellatur, seu propallare & detegere turpitudinem suam, quia cum istud sit ipsi præsidi à lege cōcessum quod ex officio uideat an postulās sit infamis, concessum quoq; eidem uidebitur, ut possit ipsum interrogare, & ueritatem inquirere, arg. in l. 2. C. de eden. & in l. ubicunq;. ff. de inter. actio. & maxime quia esto quod non cogatur quis propallare turpitudinem suam, cogitur tamen, iam propallatam, respondendo confiteri, puta si fuerit condemnatus ex famoso iudicio, ut in l. i. in. §. pen. & in l. quos prohibet. ff. de postu. & in hoc male loquitur Bar. hic, & in d. §. sed quod obseruari. In cæteris glo. dictis de silentio imponendo, bene loquitur, quod intellige ex causa† quæ in quacunq; dispositione semper excepta intelligitur. l. si hominem. ff. manda. alias sine causa non liceret arg. in l. 2. in §. circa. ff. de excep. do. & ad propositum probat glo. in l. proxime in uerbo remotis, in ea allega. ff. de his quæ in testa. del. & de ordine postulatorum seruando melius quoniam inordinatio uitanda est. § inordinatum in auth. de hæredi. & fal. cum ex inordinabiliter habitis non possit quicq̄ ordinabiliter agi. c. qualiter. i. de accu. c. nihil. 7. q. i. Archid. in c. non ita col. i. 2. q. 6. l. ne quicquam. §. obseruare in ea allega. ff. de offi. procon. quæ et ex his, remanet expedita.

9

Tertio de libellis uidendum est, & dicendum, quod ex assessoris consilio debet etiam libellum reiicere si ineptus sit & male conceptus † l. libellorum, uer. quod si libelli. ff. de accu. glo. in l. fi. in fi. C. ut nemo priua. & in l. i. C. ut quæ de. aduo. & late ut hic per Ias. & alios, & declarat Ang. & Pau. Cast. quando dicatur ineptus, quia conclusio ex narratis non inferatur, uel aliter si laicus petat ecclesiam uel rei uendicatione conueniatur qui non possidet, ea enim dominum agentem, reum uero possidentem, requirit. l. in rem actio, in prin. ff. de rei uend. quod etiam refert & sequitur Deci. hic,

10

Adde tu duplicem fore ineptitudinem, in materia & forma, quando incongrue actum est & cum ex probatione rei, detegitur, congrue quo admodum, in congrue uero quo ad effectum & substantiam ueritatis, actum fuisse, ita pulchre Bald. Marg. in. §. actor. 2. num. i. libellus ineptus etiam dicitur, propter ineptam actionem, vel si non petatur reum condemnari. l. i. §. i. ff. si men. fal. mo. dixe. Bar. in. l. si cum nulla. ff. de re iud. Et si causam ineptam contineat, quoniam qua ratione ineptus modis prædictis, & frustratorius dicitur alias, dicetur pariter & uiciabitur sententia isto. l. si fideiussor. ff. de nego. gest. l. licet. C. de procu. l. si quidem. C. de excep. glo. in. l. i. ff. de eden. Et dictu mirabile est, quod etiā probatio super libello inepto admissa à iudice, nō ualebit, ita Spe. in. §. deseruit, num. 18. de offi. o. iud. Et quod exceptio ineptitudinis potest opponi quandocunq̄, etiam post sententiam. l. si patronus de iure iu. c. cum dilecti de emp. & vend. & ideo bonum est, vel quod emēdetur, uel mutetur actio, ut not. in. l. edita. C. de eden: ne aliàs laceretur à iudice, ut hic not. frustratorius processus fiat. l. si prætor. ff. de iudi. d. l. si fideiussor & inanibus sumptibus uexentur partes. l. i. ff. de inoffi. testa. Spec. in loco de quo supra num. 10.

Istud ultimum tamen limitat hic Deci. post Abb. in d. c. cum dilecti in 3. not. à me allega. proxime, si ineptitudo fuerit, propter generalitatem, quod procedet libellus tunc parte nō opponente, & est casus in l. fi. C. de anna. excep. & in c. fi. de lib. ob. & male, quia aliud est qđ sit ineptus, aliud qđ generalis, ex quo hoc modo ex actis iustificari poterit alias non. l. i. §. si quis argentum. ff. depo. & ob id in sententia secus dicitur. §. curare insti. de actio. Bal. in l. cum propria C. si quis alte. uel sibi. l. pe. & fi. C. de sen. quæ si cer. quanti.

Limitat item, glo. hic, Ias. trib. modis, primo, ut non procedat eo casu, ubi libellus non requiritur, post glo. in l. ui. nū. ff. si cer. sed replicabitur, quod istud

non dicit ibi glo.& quia si non requiritur,iam non poterit de ipsius ineptitudin eagi,arg.in l.decem. ff.de uer.ob.

Secundo, si quo quo modo sustineri possit post Bal.in l.2.C.de formu. & Inno.in c.examinata de iudi. & rursum male qui id uerũ est de iure canonico, quo actionis expressio non est necessaria. c.dilecti de iudi. & ita declarat Bald. met ibi post Inno.in d.c.examinata,ergo nõ regulariter,& de iure ciuili.

Vltimo limitat,in Vicariis ruralibus, coram quibus etiam libellus ineptus,procedit & admittitur,post Bal. in authen. nisi breuiores.C.de sen.expe.re.Qui tamen hoc non dicit. & quia si non requiritur libellus,seu scriptura, ex quo sunt ut plurimum legum &iuris ignorantes, & qualibet uia quanquam simplici,cõtenti iam non potest(ut dicebam etiam supra)de ineptitudine libelli agi, disputari,& controuerti.

Sed tu adde quarto, nec dici adhuc, uel opponi istud posse ab eo qui in iudicio cõfitetur.l.ait prætor.§. permittitur ff.de mino.Inno.in c. qualiter & quando de accusa.& Bart. in l.si confessus. ff. de custo.reo.

Quinto & ultimo, limita in libello rei,quia esto quod actoris sit ineptus,si non concludat, secus erit tamen in illo rei,conclusionem non requirentis.l.defendente.ff.de aucto.tu.l.i.ff. famil. her. est bene uerum,quod & iste rei ineptus esset quoq;,quando saltim tacita quædam conclusio nõ resultaret.l.i.§. labeo ff.de flu.Bal.egregie in l.si unus in §.pactus in uer.quod in specie in pen.col.ff. de pact.ex quibus finis sit etiã huic glo. libellis.

Sed quid ad propositum si libellus
11 ineptus sit† eiq; cumuletur actio,uiciabitur ne, dic quod non argu. in c.utile per inutile de reg.iu.in 6.& in l. certi cõdictio in §.quoniam.ff.si cer.peta.& quia etiam sententia prima,ratione ineptitudinis non ualet, & tamen si confirmetur per iudicem ad quem, ualebit confirmatio, quia non intelligetur ineptitudo repetita,ut per glo.in l.legata inutiliter & ibi Bal.in 2.col.ff.de lega.i.

Item quare est,quod libellus, uerbis ineptis conceptus,uiciatur ut hic & tamen hinc uidemus, quandoq; leges uo
12 cabulis,abuti.†l.ueteres.ff.de actio.empt.l.2.ff.ad legem rhod.de Iac.l. si domina.ff.de usuf.l.si uno. ff. loca. l.2. C. eo. potest responderi hoc ideo esse, quia solis legislatoribus potestas data est, non etiam priuatis.

13 Quid si sit in confinibus† erratum,uiciabitur ne libellus, tanquam ineptus, ad effectum de quo supra ut possit reiici,& lacerari,si iudici uidebitur, dic quod non,si in aliquo erratum sit, imo quod lex ipsum tolerat,glo.est singul.in l.forma.ff.de censi.quam not.ad idem Bald. in l.i.col.2.ff.de eden.

Modo quid in edictis sit, uidendum est,& quarto in quibus assessoris officiũ (iterato dixerim) consistit, & nunc glo. edictis,absoluemus pariter,quæ respondet de generalibus intelligi debere, in
14 cõi totius ciuitatis† & in omnium personis,ut sunt banna quæ consilio assessorum,mittuntur,& ita etiam Azo (ut refert ante eam) exemplificat. Nec exẽpla restringunt regulam, (inquit Deci.) quominus etiam particularia proponãtur.l.consentaneum.C.quomo.&quando iud.& bene,quia edictis dixit,in numero plurali,ut supra cognitionibus,& postulationibus,& infra decretis, & epistolis.& licet Bar.cõtrarium dicat quod imo generalia edicta olim proponi non poterant,nisi auctoritate decurionum, quorum loco hodie cõsiliarii urbium et locorum successerunt, non est propterea,quod nec ipsi præsides possent,spectantia ad ipsorum iurisdictionem, arg. in l.normam.C.de offi.præfec.præto.ex quo generalia decurionum, concernebant utilitatem publicam præsidum uero,priuatam.& glosam saluat etiam idẽ Deci.aliter tamen,& bene, ut per eum.

In decretis quinto loco, est exemplũ quod præses se subscribat petitionibus super alienatione bonorum minoris
15 †ut hic per glo.& bene, quoniam est casus ad literam in l.2.C.de assesso. quãq;

Bar.

Bar. hic asserat glo. ibi dicere de consuetudine non seruari, & male, quoniam hoc non dicit, & qui consuetudinem allegat probet, de quo tamen alias in l. de quib. ff. de legi. imo subiicit glo. ibi qđ exemplificari pōt ēt in decreto interponendo, seu subscriptione, q̄ ab ipsis fieri debet, super transactionibus alimentorum, & aliis q̄ sint mixti imperii, quasi dicat, hæc oīa, & datio etiam tutoris ultra eam, fieri non debere seu non decerni, absq; causæ cognitiōe, & ita ab assessoribus, p̄sides instrui ac consuli, debere, & plus tex. met, qđ si non per se sed p assessores, subscripserint, tam ipsi quā assessores, punientur.

Superest sextum & ultimum, quod est epistolarum, mittēdarum iudicibus alterius territorii, uel pro executione sētentiæ, uel ut testes examinentur† & cau-
16 te remittantur, mittentibus, seu scribētibus, de quib. in l. cum quædam puella. ff. de iu. o. iud. & in §. & quoniam in auth. de testi. Sed contra quia par in parem, non habet imperium, & extra territorium ius dicenti impune non paretur. l. nam magistratus. ff. de arb. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad treb. l. fi. ff. de iur. o. iud. & quia iudex unius territorii, non potest exequi sententiam latam à Iudice alterius, etiam quod scribat iste, illi secundum Bal. in l. fi. C. si à non cōp. iud. fue. ap. Nec committi testium examinatio. §. illud in auth. ut defuncto. su. fol. præsides scribentes his casibus non imperant nec ius dicunt, quia tunc militarent supra dicta, sed rogant & præcantur, igitur non ob. Ad secundum dic uerum fore, quando sententia sumeret uires à statuto, & ita loquitur Bal. & nimirum, quia non extenditur extra territorium, ut ibi declarat, ergo secus si à iure cōi, quo casu loquitur glo. Ad tertium uero, committi non posse, iurisdictionē non habenti, alias sic, ut hic, uel dicamus in criminalibus committi non posse, in ciuilibus sic, & ut latius not. in d. §. & quoniam ex quibus omnibus finis sit huic not. legi. & etiam pro expeditis habeantur glo. in uerbo decretis, & ult. quæ tamen dubitat in fi. seu q̄rit, ut nihil intactum relinquamus, an possit qs
17 iudicare† causam in qua est assessor, & respondet quod non, nisi sit sibi delegata, & delegabilis quoniam alias p̄ses tantū iudicaret. l. 2. C. de assesso. de quo tex. etiā supra. §. 1. in auth. de iudi. susius Bar. hic. Mihi autem uidetur, indubitatum fore istud, quia si iurisdictionem nō habet, siq; officium eius est in cōsulendo, præsidem, eoq; instruēdo, nec sit iudex large uel stricte (ut dictum est supra & not. in l. diem functo infra eo.) quomodo iudicare poterit, argu. in l. priuatorū consensus. C. de iur. o. iud. & amplius, quæstionem nō esse in terminis ex quo assessor est omnium causarum tum ciuilium tum criminalium, ut dictum pariter fuit supra. Nisi replicetur, quod non omnibus causis, assidet uno eodemq; tempore, uel de iure canonico uetum c. statutum. §. assessorem de descrip. in 6. tamen urget primum, quod indubitatā sit, quæstio, & ob id uana. Meliusq; esset eam sic formare, cum sit quod assessor, nō sit iudex, nec iurisdictionem habeat, nec possit iudicare, nunquid possit tamen si causa sibi delegetur, & respōderi quod sic. l. 1. §. qui mandatam supra de offi. eius cui man. est iu. nec erat opus dicere si delegabilis sit, quia habemus quando contingit de aliquo dubitari, apud aliquem, quod omni alio casu habilitas præsupponitur. l. qui testamento ff. de testa. cum igitur quæstio sit, seu dubitatio, an causa sibi delegata, possit iudicare, præsupponi debet quod causa sit delegabilis. In cæteris Bart. dictis quod etiam criminalia delegantur, quo ad cognitionem tantum, & quod hodie assessores cognoscunt, & prætores ac capitanei sententias ferunt, quo ad primū dic ut not. in l. i. præallega. ff. de offi. eius quo uero ad secundum, in prætoribus uerum fore, sed non in capitaneis, seu præfectis, quoniam ii assessores non habent. Laus Deo opt. max.

Finis.

SVMMARIVM.

1 *Casus.*
2 *Transactio facta non ualet nisi inspectis cognitisq; uerbis testamenti.*
3 *Quid si renunciatio cum iuramẽto facta fuisset.*
4 *Quid si transigentes sciuissent tenorem testamenti.*
5 *Quid si facta sit transactio ab hærede, cum debitoribus uel creditoribus hæreditariis, non uisis nec cognitis uerbis testamenti, an ualeat.*
6 *Quid si hæres absolutus fuisset, à legatis in testamento relictis, per sententiam Iudicis, non uisis adhuc cognitisq; uerbis testamenti.*
7 *Quid si soror fecit in instrumento dotali, generalem quietationem, fratribus uocando se tacitam, & contentam de omni & toto eo quod petere posset in testamento patris, an hoc non obstante, legatum sibi relictum petere possit, seu consequi.*

DE TRANSACTIONIBVS.

Caius lib. xvij. ad edictum prouinciale.

L. DE HIS. Quid sit transactio, unde dicatur, & quæ ad ipsius essentiã requirantur, clare patet ex not. in l. i. supra eo. ubi Ias. late. Melius Azo. in summa. C. eo. in prin. quod sit de re dubia tamen, & lite incerta, necdum finita, non gratuita pactio, dicitur in d. l. i. & quod duæ species sunt, per Bart. in l. si societatem in. §. arbitrorum nu. 8. ff. pro so. & in l. quod si ephesi, in §. i. ff. de eo quod cer. lo. & in l. furti in §. qui iussu ad fi. ff. de his qui not. infa. Sed quia una est proprie alia improprie', arbitramentum scilicet ut in d. locis, dic de ꝓpria tex. nostrum intelligi, & præmitte etiam, quod actor propriæ trãsigit, reus improprie ut inquit Bal. in marga. Transactio, nu. 4. & glo. ante eum in l. 2. C. de transac. Azo. in summa hoc eo. ti. in pri. & nimirum transactio, dicta est, quasi ab actione transitio, ut ibi per eum, & dum æquiparatur transactioni arbitramentũ ut supra adde quod nõ cõpellitur quis transigere uel se compromittere in arbitratorem. l. interpositas. C. eo. Corne. cõsi. 113. col. 2. uol. 2. Et quod si sententia transiuisset in rem iudicatam, transigi non posset. l. eleganter. §. si post rem iudicatam. ff. de cond. ind. unde in d. l. i. de re dubia & lite incerta dicitur ut supra & ideo si quis transegerit, & soluerit, repetere poterit, ut in d. §. si post rem iudicatam.

Casum igitur in terminis (summario enim clara est, nec iudicio meo, cũ sub uno uerborum constructu claudatur, eget diuisione, licet idẽ Ias. diuidat, & male, ut ꝑ eum tamen) sic breuiter figura. 1
Quidam fecit testamentũ, & in eo, instituto tamen prius hærede, quoniã alias fuisset nullum. l. i. ff. de testa. l. prime, de his q̃ in testa. del. §. ante hæredis, insti. de leg. multa reliquit legata, iter legatarios & hæredem orta est controuersia, quoniã ipsi dicebant unũ, hæres uero aliud postea facta fuit transactio, non aliter inspectis cognitisq; uerbis testamẽti dubitatũ fuit hic apud Caiũ Iurisc. ꝑstantissimum huiuscæ legis nostræ authorem, an ualeret nec ne. Videbatur prima facie dicendum, ꝗ sic, & dubitandi rationem maxime faciebat, quia sic etiam pactum factum inter legatarium & hæredem adhuc, ne ab eo satis accipiatur, ualet & tenet. l. pactũ supra de pac. & hoc (ut ibi subiicitur in fi.) quia licet unicuique sui iuris persecutionem, aut spem futuræ perceptionis deteriorem constituere, sed transactio species pacti est. l. i. C. eo. ergo & transactio ualebit.
Secundo rationem dubitandi faciebat, quia transactio fit de re dubia, ut in d. l. i supra eo. uerum si transigentes prædicti uerba testamenti uideant, erunt certi, ergo non ualebit, ut pote forma non seruata. l. nemo põt. ff. de leg. i. l. cum præcario. ff. de præca. declarat Bar. in l. ubi ita donatur. ff. de do. cau. mor.
Tertio rationẽ dubitãdi faciebat, q̃a à simili, si occasione aliorũ instrumentorũ oriatur controuersia, nõ uisis eorũ uerbis, põt trãsigi, & transactio ualebit pariter, imo ꝗ nec põt retractari, ẽt si po-

stea fuerit de nouo repta. l. sub ptex. C. eo. Et præsertim ac quarto considerantes, quod per ipsam transactionem à lite receditur, quod fauorabile solet reputari, taliter ut subuerti nullo modo debeat, arg. in l. quotiens. ff. de reb. dub.

Et hac de re non refert, si fiat ante lit. cõ. uel post. l. i. §. i. ff. de calum. l. elegãter. §. si quis post, & ibi not. ff. de condic. ind.

Vel in iudicio uel extra regulariter. l. siue apud acta. C. de transac.

Nec in ea habet locum pœnitentia, licet sit contractus innominatus. l. dedi, & ibi Bar. in princ. ff. de condic. ob cau. idem Bar. in l. quamuis. C. de transa. quod est notandum pro limitatione. l. si pecuniam. ff. eo.

Nec euictio. l. litis, & ibi Bar. in i. col. ff. pro empt. bonus tex. in l. si pro fundo C. de transac.

Et lit. cont. deniq; impedit, licet hoc idẽ non faciat exceptio perẽptoria. l. fratris, & ibi not. C. eo.

Quinto & ultimo faciebat dubium forte, regula. l. in re mandata. C. man. & l. i. §. si conueniat. ff. depo. cum similibus quib. permissum esse uidetur, cuiq; rei suæ, quomodocunq; & qualitercunq; legem apponere, etiam si ea abutatur, hoc idemq; clarius in l. sed si lege. in. §. consuluit. ff. de peti. hæ. vnde ortum est hinc puerbium, Figulus olis ansas ponit. Et hæc est ratio, quod quilibet potest renunciare fauori suo. l. si quis in cõscribendo. C. de pac. & ibi Ias. l. si iudex. ff. de mino. c. ad apostolicam, de regula.

Quodq; non compellitur quis uendere rem suam, licet uenalem exposuerit, etiam iusto precio, nisi publica utilitas aliud suadeat, in hospitatore exemplificãdo. l. nec emere. C. de iu. deli. l. i. ff. fur. aduer. nau. l. i. §. cura carnis. ff. de offi. pfec. urb. l. munerum. ff. de mu. & ho. tradit Cy. in l. i. C. de ep. au.

Et quod pactum deniq; uicino meo factum, quòd ego rem meam uendere nõ possim sine eius licentia, non ualet, tanquam contra bonos mores. l. pen. supra de pac. per quem ita dixit etiam idẽ Ias. in d. l. si quis in conscribendo, in 5. colũ. C. eo. ergo ad propositum etiam quòd testamenti uerba non uiderint, ualere debebit.

Quibus tamen non obstantibus, cõtrarium deciditur in lege nostra, quòd imo nec trãsigi potest, nec ueritas aliter exquiri, puta per iuramẽtum, ut in l. si. C. de reb. cred. & nota de trãsactione explicite, & iuramento implicite ac uirtualiter dixisse, quia æquiparantur, & quia iusiurandum speciem transactionis cõtinet. l. 2. ff. de iureiu. estq; argu. in l. admonendi, in fi. ff. eo. nisi inspectis cognitisq; (ut diximus) uerbis testamenti.

Et ratio decisionis est ad propositum, & quidem in primis, ut glo. Bar. & omnes dicunt, quia plerunq; testamẽta ab hæredibus occultantur, & in istorũ odiũ hoc ipsum inductum fuisse uidetur, nãque tenentur etiam pæna falsi ut not. Bar. in l. paulus. ff. ad legem cor. de fal. & in l. 3. in §. & posse, per illũ tex. ff. de tab. exhib. Quod uerum nõ est generaliter, alias posset etiam fieri transactio, testamento non occultato, quod tamen est falsum, ut hic, & in l. i. ff. quemadmo. testa. ape. & sentit Ias. Adde tu Bar. in l. stipulationes non diuiduntur, in 6. colũ. ff. de uer. ob. Sed probabilis est, & non spernenda, ut in simili inquit glo. in l. si cum exceptione, in. §. post annum, in uerbo & rei. ff. quod met. cau.

Secunda decisionis est ratio, ut facilius ultimæ uoluntates exitum sortiantur. l. uel negare. ff. quẽadmo. testa. ape. sentitq; idem Bar. & cæteri hic, & in l. si quis pro eo, in prin. in 3. membro. ff. de fideiu. Adde hac de re falcidiam etiam inuentam fuisse, siue inductam à lege, ut idem Bar. declarat in l. nemo potest, in i. col. in fi. ff. de lega. i.

Taliter ut remitti à testatore quoq; non possit, ab hærede tamẽ sic, cum iã hæreditas sit adita. l. pactum, & ibi idem Bar. supra de pac.

Et si neglexerit adhuc hæres implere uoluntatem defuncti, non mirum est si omni commodo hæreditario priuatur, authen. hoc amplius. C. de fideicommis.

Sed considera, in primam incidere; quia si in odium occultantium testamẽta, hoc idem inductum est, innui uidetur, contrahi, ex quo eisdem occultatis inspici non possunt, nec testatoris uolũtas executioni mandari.

Præterea, nihil commune habere uidentur hæc, ꝙ inspici uerba debeant testamenti, ut transactio fiat, & ut testamẽtum ipsum executioni mandetur. est tamen communis, & tenenda.

Tertia decisionis est ratio, quia sine Iudice transigi haud potest de his, nec ueritas coram eo aliter exquiri, nisi inspectis cognitisq; uerbis testamenti.l.ĩ. allega.etiam supra.ff.quemadmo.testa. ape.

Quæ eadem cum dicto esse uidetur, & consequenter reicienda, quamuis sit ipsiusmet Iurisconſ.l.fi.ff.de offi. procu. Cæsa.l.qui interrogatus, & ibi Bar.ff.de peti.hæ.

Quia nihil concludit, unde testis dicens, scio quia scio, nihil probat pariter ut ibidem.

Et si dixerit, ꝙ est publica uox & fama, interrogatusq; de causa scientiæ, respondeat, quia publice dicitur, non probat adhuc, ita Bald.in c.cum inter, in fi. de consue.

Quarta decisionis est ratio, quia pro forma à lege traditum est, ut non aliàs fiat transactio, nisi modo prædicto, unde forte uerbis hoc idem dictum est hic ablatiuorum absolutiuorum, & in l.qui filium, in §.fi.ff.ad Treb. & in d.l.i.ff.quẽadmo.testa.ape, quæ resoluuntur in cõditionem, l.à testatore, ff.de condi, & de. debetq; conditio impleri in forma specifica, l.qui hæredi, l.meuius.ff.eo.quod tamen pro nunc non firmo, ut per Bar. infra & in l.qui Romæ, in §.duo fratres, in 7.col.ff.de uer.ob.deducendo & ostẽdendo formam aliter, ut infra pariter dicemus.

Quinta decisionis est ratio, quia ex lectione testamenti cognoscitur, quænam fuerit mens & intentio disponentis, & sic ut possit inde iudicari etiam transactio, an utilis sit, expediatq; legatariis, nec ne, ut in simili in rescriptis & priuilegiis dicimus.c.super quæstionũ, §.intentionis, de offi.dele.c.cum contingat, uer.si uero de rescrip. & est argu. in l.labeo, in §.idem tubero.ff.de sup.lega. & in l.fi.C.de edic.di.ad.tol.

Sexta, quia transigendo quodammodo remittunt, seu repudiant, relictum sibi factum, uerum remissio siue repudiatio fieri non potest, nisi uisis cognitisq; uerbis testamenti.l.in repudianda ff.de acqui.hæ.ergo.

Septima & ultima, quia non potest dici, ꝙ in ea adfuerit consensus transigentium.l.mater decedens, in fi.ff.de in offi.testa.ubi quis non uidetur repudiare hæreditatem, quam sibi delatam ignorat.l.nec ignorans.C.de dona.l.non est ferendus infra eo. Ias. pulchre consi. 160.ad fi.uol.2.

Et tenendo sic, non ob. dubitationem facientia, non primum quia in d.l.pactum, causa continebat simpliciter fauorem eius qui iuri suo renũciabat, spem futuræ perceptionis deteriorem constituendo ne ab hærede legatarius satis acciperet. hic autem non, sed aliud, ut supra & declarat Bart. in l.ius publicum, nu.3.supra eo. & ut infra etiam aliter responderi potest. uel dicamus quod legatarius remittendo hæredi satisdationẽ, uerisimiliter uiderit testamentum, arg. not.in l.si legatum supra de eden.

Non ob.secundum quia stant ista simul, ꝙ uerba legantur, & tamen sint dubia.l.hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa.l.si seruus plurium. §. fi. iuncta glo.ff.de lega.i.l.nummis.ff.de lega.3. & est argu.in §.si uero, in authen. de tabellio.exemplificando ut per Odof. in l.i. in 2.col.supra eo.uel dic, fallere cum fit transactio super controuersiis à testamẽto dependentibus, quia uidemus ꝙ fit etiam super alimentis præteritis, quæ tamen sunt certa.l. de alimentis. C.eo. & hoc casu poterit exemplificari ut hic ꝑ glo.in prin. Vel ꝙ erat facta super re dubia, ex affirmatione & negatione litigantium.l.3.C.quib.ad lib.procla. nõ licet.

Non ob.tertium quia eo casu non re

sistit lex, ut hic, neq: ratio potest adaptari ad tex. nostrum, qua id ipsum deciditur ibi, quod per transactionem scilicet, omnia instrumenta cassa & irrita sint. c. i. & ibi Bal. in fi. de transac. firmat Ias. in d. l. sub prætextu, in princ. transactio igitur nulla est hoc casu, nec ciuilē uel naturalē obliga. parit, illo autem ualet. l. cum lex, & ibi Bar. in princ. ff. de fideiu. l. si nō sortem, in princ. ff. de condi. ind. & tetigit etiam unum uerbum hic, in princ. per iura prædicta.

Adde simile, quod nec pactum ualet, in l. pactum quod dotale. C. de pac. licet cō feratur in tempus habile, cum filia erit sui iuris post mortem patris, quoniam lex resistit initio, ut per Bart. in d. l. cum lex, in prin.

Ad idem resistit lex, ne mandata iurisdictione in genere, quæ meri & mixti imperii sunt transferātur, igitur non ualet delegatio, & tamen multa generaliter conceduntur, quæ non concederentur expresse, ubi lex nō resistit. l. quædā ff. de acqui. re. do. l. in modicis. ff. de contrahen. emp.

Et est optimum argu. quoq; in. l. si minor, in fi. ff. de ser. expor.

Non ob. quartum quia uerum est, si ualet, factaq; sit seruatis seruandis, sed hic nulla est, ergo nullum effectum regulariter parere debet. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. l. 2. §. 1. ff. quemadmo. testa. ape. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pe.

Non quintum deniq; & ultimum. quia ex responsione primi sublatum est, cū rei suæ simpliciter, & actui à mera uoluntate transigentis dependenti, lex non apponatur, sed actui dependenti à uoluntate legislatoris, ita ut non simus in casu. d. l. in re mandata, & similium, argu. in. l. nensennius, cū not. ibidem. ff. de ne. ges. l. libertas. ff. de sta. ho. nec possit aliter dici, nisi quod transactio nulla sit, necessariumq; omnimodo ut fiat prius inspectis & cognitis uerbis testamenti. hic est casus litera pro lecta habeatur.

Nota pro forma hic traditum esset ut transactio fiat inspectis, cognitisq; uerbis testammenti alias non ualeat.

Et idem in fideicommisso dicit Bar. in. l. eius qui in prouincia, in 5. colu. ff. si cer. pet. aliàs nu. 29. quòd super eo transigi non potest, nisi uisis cognitisq; uerbis testamenti, & confert ad not. in. l. i. C. de pac.

Et quòd utile est, uerba hæc semper apponere in transactione, ne rescindatur, Pau. in. l. tres fratres, in 2. colu. supra de pac. & Docto. hic.

Et ita praticasse Perusij sæpe, testatur Ange. in. l. quotiens. C. de fideicom. refert & sequitur Cepo. caute. 210. incip. si pater.

Et in materia signanter, quòd uerba quantumcunq; generalia, non extenduntur in dubio ad ea quæ dependent ex testamento, quòdq; non ualet transactio quantumcunq; generalis, nisi uerbis eiusdem (ut diximus) uisis & cognitis, declarat Imo. in. c. i. in ulti. colum. de transac. late Alex. consi. 11. incip. uiso, in 1. & 2. uol. 2.

Et suadetur ad propositum, quia negatiua præposita uerbo potest, priuat potentiam, & inducit necessitatem præcisam, quando lex procedit tradendo formam ut hic. l. i. ff. de uerb. ob. l. nemo potest. ff. de lega. i. c. i. de regu. iu. in 6. firmat Bal. in. l. gallus, in prin. in 3. colum. ff. de lib. & posthu.

Et quòd hoc idem pro forma traditum sit, patet, quia dicit, non aliter fieri posse, nisi modo prædicto. l. comparationes. C. de fi. instru. l. fi. & ibi Barto. C. de uen. reb. ci. lib. 10. qui idem etiam hic notat. Et sic uirtualiter & necessariò, quòd facta aliter non ualeat, quoniam actus (ut etiam regulare est) factus contra prohibitionem legis, est ipso iure nullus. l. non dubium. C. de legi. l. cum hi. §. si prætor. supra eo. c. qui contra, de regu. iu. in 6.

Et secundum Bal. in. c. i. in prin. de no. for. fi. in usib. feu. nihil aliud est, quàm ordinata, series, rem ad substantiam deducens.

Quæ cognoscitur ex uehementi &

studiosa animi applicatione, circa modum faciendi adhibita ut in .l. si quando. C. de inoffi. testa. & in .l. humanum. C. de legi. & in .c. cum dilecta, & ibi Innoc. Butr. & alij, de rescrip. Item

Ex iuramenti appositione in eo, quod specifice communiter implendum est. c. ad nostram. c. pe. de iureiu. l. si pecuniam, in prin. iuncta glo. quia iurasti. ff. de condic. ob cau.

Vel si sub pœna fieri debeat aliquid. l. prætor. §. i. & ibi Bar. ff. de no. o. nun. optima glo. in. c. i. ubi etiam Bal. de mil. ua. qui con. est, in usib. feu. & in clem. i. de ui. & ho. cle.

Aut conditionaliter, ut tradunt Doct. potissimum Alex. in .l. i. ff. de libe. & posthu. per tex. in .l. prætor, in prin. ff. de colla. bo. quem ante eum citat idem Bal. in authen. matri & auiæ. in. i. col. C. quando mul. tu. offi. fun. po.

Et si deniq; resistat actui lex, nisi certo modo fiat, ut hic, & fusius in .d. l. cum lex. ff. de fideiu. & per Imo. in. c. cum contingat, in. 8. articulo, de iureiu.

Et ideo mutari non potest, quoniam tunc mutaretur etiam effectus, ut ostensum est supra. & ut in simili inquit Bal. in .l. i. exemplificando in stipulatione, testamento, electione, & similibus, in prima. col. C. de fi. instru. & iu. has. fis. lib. x.

Nec consequenter huic legi, pacto renunciari, ut tenent omnes, glo. reprobantes, quæ quo ad istud etiam erit expedita, & ad propositum bene, alijs sepositis, quia respõderi non potest facile supra dictis, & probatur in .l. nemo potest. ff. de lega. i. & in .l. i. & .2. C. ne fideiu. do. den. & in .l. ius publicum supra de pac.

Et hoc est quod dicebat Bar. in .l. si stichum aut pamphilum. in. §. fi. in fi. ff. de uerbo. ob. quod testator non potest facere, quod actio ex testamento finiatur tempore.

Et in .l. modestinus, in. i. col. ff. de dona. quod legibus inducentibus certam solẽnitatem in actibus hominum, renunciari non potest, in insinuatione exemplificando.

Et rationem assignat Bal. in .l. in suis, in repe. in. 8. col. ff. de libe. & posthu. fore hoc, quia idipsum non stat in partiũ consensu. subijciens, formam esse iuris, quæ in actibus hominum omnino seruari debet.

Qui dicit etiam alibi in. c. ex transmissa, in fi. de renun. quod ius si certa principia tradat in actibus hominum, & formam, redditur in inuitum quodq; eidem nullo modo renunciari potest. nec aliud sibi uult tex. iste.

Sed pro ipsius declaratione, & glo. adhuc, quam ex infra dicendis, principaliores ad materiam maxime facientes, una cum Bar. qq. tangendo, expediemus, quæro quid si renunciaretur cum

3 iuramento † ualeret ne renunciatio, seu pactum renunciationis, iuramento uallatum.

Breuiter scriben. maxime Imo. in. c. cum contingat, in pe. col. de iureiu. & Alex. consi. etiam supra allega. n. in 6. uol. 2. & Cu. in .l. si quis pro eo, in prin. ff. de fideiu. quos etiam hic citat Ias. col. 3. tenuerunt quod sic.

Moti, & primo, quia solennitas huiusce legis, positiua est, cui debet posse iuramento renunciari, & ut in .d. locis lati us. Estq; simile in muliere, quæ licet auxilio nullitatis renunciare non possit pariter, authen. si qua mulier. C. ad uelleia. potest tamen cum iuramento, secundum Bal. in .l. antiquæ, in. §. fi. C. eo. sic dicta ad propositum, quia uoluntate ponitur & deponitur, mutabilisq; est. §. ut autem, in authen. de non alie. c. non debet, de consan. & affi. & hinc uidemus quod hodie sublata est differentia agnationis, & cognationis, emancipationis & patriæ ptãtis, quod tamen non erat olim. §. si uero in auth. de hær. ab int. ueni. Bar. in .l. peto in fi. ff. de legá. 2. & in .l. illud in. §. fi. ff. de bo. po. contra tab. bal. consi. 215 col. i. uol. 3. Et idem de legatis & fideicommissis dicitur in .l. i. ff. de lega. i.

Secundo, quia esto quod legi prohibitiuæ renunciari non possit. l. i. & .2. C. ne fideiu. do. den. Bar. in .l. Modestinus

col. 2. ff. de dona. potest tamen cum iuramento, ut in locis supra allega. legitur, sed hæc est prohibitiua, ergo.

Tertio, utilitatis publicæ causa etiã inductum est, secundario tamen non principaliter ut hic, ne fundus dotalis possit alienari. l. i. ff. de fun. do. & tamen potest cum iuramento, d. c. cum contingat, de iureiu. c. licet mulieres. eo. ti. in. 6. ergo & huic legi etiam renunciari.

Quarto, quia generalis renunciatio casuum fortuitorum, non ualet. l. sed & si quis. §. quæsitum, ff. si quis cau. ne sub inuolucro uerborum renuncians decipiatur & tamen si facta sit cum iuramento, secus ut ibidem not. & in. l. sciendum. ff. de uerbo. ob.

Quinto & ultimo, quia à simili rursum, si super contractibus etiam ipso iure nullis, apponatur, ualidantur, authen. sacramenta puberum, iuncta glo contractibus, in prin. C. si aduer. uen. ergo & pactum hic, quo huic legi renunciatur. Considerando maxime, ne frustra adijci uideatur in actu, ita & taliter intelligi debere, ut aliquid operetur. l. i. C. eo iuncta glo. confirmasti. d. c. cum contingat. de iureiu. l. ait prætor in prin. ibi nec frustra adiicitur conditione dela ta. ff. de re iud. argu. in l. si quando. ff. de lega. 1. & quod habet uim clausulæ codicillaris, ut ualeat omni meliori modo quo ualere potest. l. si quis maior. C. de trãsac. l. cum pater. §. filius matrem, ubi glo. not. ff. de lega. 2. & quod potest etiam seruari sine interitu salutis æternæ. c. quamuis, de pac. in. 6. Imo. in. d. c. cum contingat col. pe. præallega. de iureiu. & ita transeundum esset.

Sed maxime dubium facit, uideturq; contrarium uerius, quoniã lex pari modo prohibet transactionem super alimentis futuris, nisi prætoris decretum adfuerit. l. de alimentis, allega. etiam in figuratione casus, licet ad aliud. C. de transac. l. cum hi, in prin. infra eo. & tamen (ut ibi dicit Bar.) dictæ legi cum iuramento renunciari non potest refert Imo. in. d. c. cum contingat. ergo nec huic nostræ.

Secundo probatur, quia renuncians, legem transgreditur. c. 2. de maio. & obe. ergo nec iuramentum ligabit, seu renunciationem ualidabit, quoniam est contra bonos mores. l. non dubium. C. de legi. tradit Angé. consi. 94. incip. cum lis & qõ, in ulti. col.

Tertio, quia sic posset etiam renunciari decisioni. l. 3. ff. de testa. quoad formam testaměti, & tamen non põt, q̃uis iuretur. l. nemo potest, & ibi not. ff. de lega. i. & in simili per Bar. in. l. si quis in prin. testamenti. ff. de lega. 3.

Quarto, quia debitor pacisci non potest, quod à creditore propria authoritate capiatur. l. liber homo. ff. ad legem Aqui. tradit Bal. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. uen. quem refert & sequitur Alex. in. l. alia, in. §. eleganter, in 4. col. & ibi etiam Bar. ff. sol. ma. q̃uis pactum sit iuramento firmatum, ut in d. locis, ergo multominus quod possit transigi, uerbis testamenti non ursis & cognitis, & maxime, q̃a (ut dixi in casus figuratione) ex uerbis elicitur mens, aliter errare presumũtur, nihilq; consen sui magis contrarium q̃ error. l. si per errorem. ff. de Iu. o. iud. & ubi non est consensus ibi iuramẽtum nihil operatur. l. fi. C. de non nume. pe.

Quinto & ultimo, uidetur mihi quod sit casus hic, ponderãdo eum, (ut supra) dum dicit, transigi non posse (sensus enim huiusmodi est) nisi modo prædicto, quæ uerba ĩtelliguntur, idest nullo modo. d. c. i. de reg. in. 6. ergo nec ẽt si iuretur, forma hac p̃termissa uel & melius, dicamus quod hoc firmet l. Con. p coniunctionem disiunctiuam, positam inter duo uerba, seu inter duas orationes, usq; adeo ut neget utranq; quod scilicet nec ueritas exquiri possit, nec transigi. l. pe. §. fi. ff. de au. & ar. lega. Bal. in. l. fi. ad fi. ff. de ritu nup. melior tex. ultra eum in. l. Ingenuam. C. de inge. ma. ergo (ut dixi) omnino forma legis seruanda est nec renunciatio quanquam iurata ualebit, arg. in d. l. hoc genus ubi glo. ff. de cond. & de. & est articulus satis disputabilis.

Et hæc pars breuiter disputando mihi placet, ex supra dictis, quibus facile cõtraria tolli possunt.

Et dici ad primum non esse uerum, quoniam ea ratione deberet etiam simpliciter posse renunciari, & tamen fieri non potest, communisq; est conclusio ut supra ergo nec ẽt cũ iuramento. d. l. non dubium. C. de legi. l. si quis inquilinos. §. i. ff. de lega. i. negaboq; dictũ Bal. in. d. l. antiquæ, cum non probetur iure, sed contrarium potius, ut in. d. authen. si qua mulier, iuncta glo. C. ad uelleia. cuius auctoritas maxima est secundũ Bar. in. l. ut uim infi. ff. de iusti. & iu. & ad propositum est argumentum in l. fi. C. de non nume. pecu.

Ex quibus secũdum quoq; tollitur, quoniam uerum est, ꝙ legi prohibitiuæ renunciari non potest, quodq; hæc est prohibitiua, sed falsum quod possit cũ iuramento, ut ostẽsum est satis, ex quo etiam prohibitio est formalis, ut infra.

Non ob. tertium quia illud ideo est, ex quo lex prohibens, non habebat perpetuam prohibitionis causam, ut hic; authen. siue à me. C. ad uelleia. Quam sol. tamen reprobat Abb. in d. c. cum cõtingat, in 3. col.

Vnde dici aliter potest, id iure canonum procedere, nõ ciuili, ut nos loquimur, quæ adhuc non subsistit, & cõfunditur per tex. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. uen.

Vera igitur est sol. renunciari ibi posse, saltim cum iuramento, quia defectus non erat in materia, ut hic propter formam à lege traditam, & alia de quibus supra.

Non ob. quartum quia communis opi. est in contrarium, ut per doct. in d. §. quæsitum.

Non ob. quintum & ultimum, quia ex supra dictis pariter sublatum est.

Et nouissime, quia hic de iuramento nullum est uerbũ, Imo (ut dixi) quod innuitur potius, nec cum iuramento posse huic legi renunciari, ibi autem; idest in. d. authen. sacramenta puberũ; contrarium, quæ cum ulterius disponendo procedat, efficit, ut dicamus audacter bene ualidari eo casu maxime quia iuramentum ipsum facit maiorem ut ibi diximus, sed non isto, ut in simili per Bar. in l. Titia in. §. Imperator, in fi. ff. de lega. 2. & sic ad propositum stare ista simul, quod semper aliquid operetur, quodq; clausulæ codicillaris uim habeat, & quod deniq; seruetur, ubi potest id quidem fieri sine interitu salutis æternæ regulariter, sed non in casu legis nostræ (ut dixi) propter formam, cuius defectus etiam efficit, si id quod agitur, non ualet ut agitur, ut nec ualeat eo modo quo ualere potest, iuxta not. in l. i. in §. si quis ita. ff. de uerb. ob. & in l. si post diuisionem, ubi omnino Cy. C. de iu. & fac. igno. cogita tamen, & à prima opi. alias non recede, quæ uidetur esse magis communiter recepta.

4 Secundo quæro, quid si transigentes † tenorem testamenti sciuissent, uel à notario, uel à testibus testamentariis, ualeretur ne transactio?

Bar. hic ad fi. uidetur tenuisse, ꝙ non. Motus per tex. in l. i. & in l. cum proponas. C. de pac. & in l. de fideicommisso. C. de transac. & in l. Aquiliana supra eo. & in l. & uno, in §. i. ff. de acceptil. dum in eis fit mentio tantum, maxime in d. l. cũ proponas, & in d. l. & uno, de persecutione fideicommissi. considerando ex his sufficere, quod tenorem testamenti (ut diximus) transigentes sciant, & idem tenet in simili, in l. eius qui in prouincia in quinta col. citatus etiam supra i not. ff. si cer. pet.

Et rationabilis opi. uidetur. 2. quoniam si testamentum esset factum sine scriptura, (non enim est necessaria nisi quo ad effectum probationis. l. contrahitur. ff. de pigno.) non posset alias hoc attento transigi, quod tamen dictu absurdissimum uidetur, ut idem Bar. inq. in l. qui romæ, in §. duo fratres, nu. 17. ff. de uerbo. ob. ubi etiam post multa iura supra allega. citat.

Tertio probatur, quia sic data alicui legatario sciphi electione, anteq̃ exhibeantur, nõ ualet electio, nisi sciat alios

esse

esse in testamento contentos. l. sciphi, & ibi idem Bar. in fi. ff. de op. le. Ro. consi 475. in prin.

Quarto probatur, quia scientia & intellectus sumitur à ratione & mente, non à cortice uerborum. l. scire leges. ff. de legi. c. intelligentia. c. præterea, de uerbo. si. c. marchiō. i. q. i. sentit Bar. in d. l. sciphi, & in d. §. duo fratres, & etiam hic, & Soci. in l. in ambiguo, in 2. col. ff. de reb. dub. bo. tex. in l. non figura uerborum ff. de ac. & ob.

Quinto & ultimo probatur, quia in simili, si instrumenti fiat mentio in iudicio, idipsum debet exhiberi, authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. l. 2. ff. de fi. instru. & tamen si testes dicāt, tale instrumentum uidisse talis tenoris, publicatum manu talis notarii, eorum dicto statur, & probant, ut ibi not. per Bar. & omnes, nu. 6. & ita transeunt cæteri.

Sed tamen uidetur cōtrarium uerius esse, & sustentabilius.

Et potissimum (ut dicebam supra licet pedem nō firmauerim) quia uerba tex. nostri, inspectis &c. in conditionem resoluuntur. l. à testatore. ff. de cond. & de. hab emptione supra de pac. cōditio specifice debet impleri. l. 2. l. qui hæredi. l. meuius. ff. de condi. & de. maxime quia est ad essentiam actus ut per Bald. in l. gallus in §. & quid si tantum col. 2. ff. de lib. & posthu. Nec fato. i. casu debet impleri. l. 2. ff. de condi. & de. & licet Bar. respondeat, non tollit tamen eius responsio arg. ex quo uere nescit nisi uideat.

Secundo, quia uerba debent intelligi cum effectu. l. 2. §. i. ff. quod quisq; iu. q testamentum uideatur, propter transactionē, arg. in l. 2. in §. homines. ff. ui bo. rap. & ibi Bar. ubi non sufficit homines conuocatos fuisse, nisi ut rapinam committant, alias ut bo. rap. agi non poterit, & hoc arg. quod pro se inducebat idem Bar. facit pro ista parte ut etiam hic per Ias.

Tertio, quia si hoc uerum esset, cognitis tantū dixisset tex. hic, & in l. i. ff. quēadmo. testa. ape. cum ergo dixerit etiam inspectis, arg. apertissimum est, non sufficere q aliter sciat. l. argentarius. §. edi. ff. de eden. arg. in l. balista. ff. ad treb. Bar. in l. cum scimus in fi. C. de agri. & cen. lib. 10. & efficacius secundum Ias. probatur, quia unicuiq; prætor dat potestatē describendi tabulas testamenti, si hoc ipsum desiderauit d. l. i. quod fieri non potest, nisi inspiciantur oculo corporali, & hoc est ad propositum quod subiicit, edicti rationem esse, quia nec transigi potest de his controuersiis, quæ ex testamento proficiscuntur, nisi inspectis cognitisq; uerbis ipsius, ergo scientia aliter non sufficiet.

Quarto probatur efficaciter per text. in l. 2. in §. inspectio, ff. eo. ubi ad litterā dicitur, inspectionem literarum etiam lectionem earum indicare, & maxime quia ab inspectione incipit l. Con. ut in simili inquit glo. in l. 3. in §. in amittenda. ff. de acqui. po. declarat Seysel. in fi. §. duo fratres col. 7. ff. de uerb. ob.

Quinto & ultimo, quia certum est adhuc uerbis prædictis intelligi de notitia perspectiua, seu intuitiua, uerum si de intellectiua intelligeremus, abstractiua esset, qua Cæsarem & Pompeium ēē cognoscimus, & male, ac contra iura p̄dicta, & signanter per d. l. i. ita declarat Bal. in l. non ignorat, in 4. col. C. qui accu. non po.

Et hanc opi. amplectitur, his stantib. quibus contraria non difficulter etiam dilui possunt, & dici breuiter ad primū stare ista simul, q iura prædicta, de persecutione fideicommissi loquantur, nec tamen posſit fieri transactio, nisi ut supra ex quo iura iurib. concordanda sūt, unumq; per aliud distingui & declarari maxime ius nouum per antiquum ut not. in auth. offeratur. C. de lit. cont. & ī l. sciendū. ff. qui satisd. cogā. l. i. C. de inoff. dot. l. ut gradatim. §. & si lege. ff. de mu. & ho. c. su pqōnum. in prin. de offi. dele, & licet Bar. met idem dicat in d. l. eius q in prouinciam, dicit tamen quod uerba testamenti inspici & cognosci debent, signanter per istum tex. & per tex. in l. i. ff. quemadmo. testa. ape.

Nõ ob. secundum quia si factum si ne scriptura fuerit, probari non poterit d.l.contrahitur.ff.de pigno.ergo nec cõ trouersia ex testamento dici dependens cum non entium non sit qualitas.l.eius qui in prouincia.ff.si cer. pe. pariaq; nõ esse quid alias, uel esse & non apparere l.duo sunt titii.ff.de testa.tu.l. cum in le ge.ff.de contrahen. emp. & si coram te stibus, releuabitur, & tunc secus, eritq; forma.l.nostræ seruanda.l.hac consultis sima.§.per nuncupationem.C. de testa. §.fi.& utrobiq; not.insti.eo.

Nob ob.tertium quia dicam legatarium scire debere, uisis cognitisq; testamenti uerbis, ut hic, & in d.l.i.quemad mo.testa.ape. uel quod in electione loquatur, non in transactione, ut hic, differentiæq; ratio est, quia non ita resistit lex electioni, ut transactioni, nisi certo modo fiat, & ad longum uidendus est Ro.consi.præallega. 475. incip. quo ad primum, in.i.dubio.

Non ob.4. quia nec id est negandum, nisi in casu huiuscæ legis, & d.l.i. quem admo.testa.ape.imo quod uerba sunt si gna earum quæ sunt in anima passionũ notæ.l. labeo.§. idem tubero. ff. de sup. le.nec mentem bene scrutari possumus nisi ex inspectione uerborum, iuxta illud.

Certior aure arbiter est oculus. de quo in §.agnationis, insti.de gradi.

Non ob. quintum & ulti. quia non est uerum, nisi aliis concurrentibus, de quibus ibi, & dato quod uerum sit eo casu, speciali ratione procedit, si origina le instrumentum amissum sit, idq: probetur, & ut per Bar.ibi latius. Cogita ta men, & à communi alias non recede, quam si tenere uolueris comproba ex his quæ dicit Ang.consi.198.in fi. de ceco, & post eum Boer.deci.240. num.21. par. 2.

Tertio quæro, ponamus quod tran-
5 sactio facta † sit ab hærede, cum debitoribus, seu creditoribus hæreditariis, nõ inspectis nec cognitis uerbis testamenti, ualebit ne, Docto.hic, limitantes hãc legem, cõcludunt quod sic, & precipue Ias.post Alexand.tamen, consi.supra allega.11.

Motus per tex. in l.controuersia infra eo.& in l.fi.in fi.& in l.3. in prin. & in §. fi.supra eo.in quibus constat transactio nem factam fuisse inter prædictos, absque eo tamẽ quod testamentum uisum fuisset.

Secundo, quia cessat ratio occultationis, cum debitum tale, seu creditum ab ipso testamento non dependeat, ergo et effectus ostẽsionis cessare debet, ex quo factum, superfluum est, facientem non releuans.l.hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut lega.no.ca.& ita transit.

Adde tu, benefacere & 3. rationem quia non distinguerẽtur contractus ab ultimis uoluntatibus, actusq: facti inter uiuos, ab actibus defunctorum, nisi sic diceremus, & male.l.sub prætextu, al lega.etiam in glo.C.de transac.deducẽdo ut in figuratione casus. simileq: est in electione, quæ si fiat in contractibus, licet uariare.l.eum qui certarum.§. fi. ff. de uerb.ob.non autem in ultimis uolũtatibus.l.serui electione.§.fi.ff.de lega.i. & differentiæ rationem assignat Bart.in d.l.serui electione, in prin.

Et profecto ita ego quoq: ex his tenẽdum censeo. Sed moueo difficultatem non ne legatarius quoq: creditor dicitur? l.si is cui.§.flauius. ff. de sol. l.apud Iulianum.§. fi. ff. ex quib.cau.in po: ea. tradit Bart.in l.i.ff. si cer.peti. & tamen cum hærede non transigit, nisi inspectis cognitisq: uerbis testamenti, ut hic, & in d.l.i.ff.quemadmo.testa.ape. ergo & pari modo si cum debitoribus uel creditoribus hæreditariis idem faciat.

Considerando etiam si hæreditarii sunt, quod dependentiam habere uidẽtur à testamento.

Et quod deniq: in eo, plerunq: debitoribus relinquitur liberatio, uel creditoribus legatum animo compensandi, uel quod certo modo ipsis satisfiat. §. si quis debitori, insti.de leg.l. cum ab uno & ibi Bar.ff.de lega.2.

Pro sol.ad primũ dici põt, ꝙ est creditor ĩpropriè, & alibi quodãmõ quasi hære-

appellatur, in l. id tempus, in §. i. ff. de usufru. aduertit Bal. in l. si abducta colū. 2. C. de fur. & inde est, quod eidem substitui potest ut hæredi. l. ut hæredibus. ff. de lega. 2.

Quodq; legata conseruantur per edictum de lega. præstā. sicut institutiones l. si duo. l. filium. §. sed & si portio. ff. de lega. præstan.

Et quod deniq; si fundus uectigal, ea lege locatus sit, ut ad hæredem suscipientis transeat, ad legatarium quoq; ius ipsius transibit. l. in conuentionibus. ff. de uerb. sig.

Et quod improprie creditor sit, probatur in legibus supra allega. loquentibus per dictiones improprietatem designantes, & clarius quam alibi, in l. fi. in §. licentia, ibi, creditoribus & legatariis C. de iure deli. ponderando copulam & quæ diuersitatem notat inter eos, creditorum appellatione scilicet, legatarios non contineri, iuxta glo. in rub. ff. de iu. & fac. igno. & in c. querelam, de simo. & fusius ut per Ro. consi. 224. incip. ista ca ptuta, ad fi.

Non ob. secundum quia stant ista simul, quod hæreditarii sint, idest defuncti, & tamen à testamento non dependeant. l. 2. & ibi not. C. de bo. au. iudi. po.

Non deniq; tertium & ultimum, quia non est regulare, nec attendendum. l. suus quoq;. §. puto. ff. de hæ. insti. & si ita fuerit, tunc fateri oportet, quod controuersia sit à testamento dependens, nec possit fieri transactio, nisi inspectis cognitisq; uerbis testamenti, ut supra.

Quarto quæro, quid si hæres absolu-
6 tus† fuisset à legatis in testamento relictis, per sententiam Iudicis, non uisis cognitisq; uerbis testamenti, erit ne ut transactio, ipso iure nulla?

Videretur prima facie dicendum, quod non, sed ualere, quamuis ope restitutionis, posit legatario succurri, ut in simili in l. 2. ff. de excep. rei iudi.

Et nimirum, quia uidemus alibi etiā quod transactio & sententia differunt, nam hæc generaliter lata super administratione tutelæ, uel curæ, obstat in omnibus, & tamen secus est in transactione l. age cum geminiario, & ibi not. C. de transac. Considerando quoq; quid subesse legatario, quod testamentum non produxerit, aut produci non petierit. l. si legatum. ff. de eden.

Tamen contrarium tenetur communiter, & uerius est, per tex. in l. i. allega. sæpe. ff. quemadmo. testa. ape. ubi nec apud Iudicem ueritas exquiri aliter pōt de his controuersiis, quæ ex testamēto proficiscuntur, quam inspectis cognitisq: &c.

Dic tu idem probari etiam in tex. nostro, & si de Iudice mentio facta non sit, quoniam in iudicio maxime, ueritas exquiri solet. l. 2. l. non est nouum. C. de eden. c. iudicantem. 30. q. 5.

Et quia Iudicis factum representat factum partis, nec parti solum uerba referuntur, uerum etiam Iudici, ut p Bar. in l. fi. in §. i. ff. de euic. & in l. si finita, in §. iulianus, in 7. col. ff. de dam. infec.

Nec ob. contraria tenendo sic, quoniam primum fallaciam habet, ex quo non est lata eo casu sententia super controuersia testamenti, igitur nec mirum si sententia ualuit, ut per Ias. in l. 3. in §. i. in fi. supra eo. ita respondentem, & bene estq: casus talis, pater filium emancipatum præterit, extraneum instituit, & mihi legatum reliquit, peto ab hærede legatum, opponit non deberi antequam præteritus agat, quia subuertendo testamētum, non debebitur, reducta re ad causam intestati, fuit hæres absolutus, dicit tex. & nunc ad propositum si emancipatus omisit contra tab. quod ego statim restituendus sum, ut adhuc legatū petam.

Non ob. secundum quia non est regulare, nec ut in simili dicebam supra) attendendum, ex quo sententia & transactio æquiparantur. l. non minorem. C. de transac. not. in l. 2. ff. de iureiu. Vel dic aliter, ut per Bart. in d. l. age, ad quem Ias. ibi etiam se remittit, & quasi idem est in compromisso, quod tamē improprie appellatur transactio, auth. si uero contigerit. C. de iudi. tradit

Bart.in l. quod si ephesi, in. §.fi.ff.de eo quod cer.lo.non est ratio cur dicere nõ debeamus etiam hoc idem esse in sententia, cum nec ueritas quoq; exquiri adhuc possit per iuramentum.l.fi.C.de reb.cre.& fuit tactum pariter supra.

Non ultimum deniq;, ex quo debebat hæres compelli ad editionem testamenti, & hoc ipsum per Iudicem suppleri,quamuis non teneatur communiter,ex quo maxime allegabatur in petitione legati.l.4.§.hoc autem iudicium ff.de dam.infec.cogita.

Quinto & ultimo quæro, si soror in instrumento dotali, fecisset generalem quietationem fratribus,uocando se tacitam & contentam,de omni & toto eo, quod petere posset ex testamento pa-
7 tris † nunquid hoc non obstante possit legatum consequi,in eo sibi relictum.

Concludunt omnes hic,Bald.Ange. Ias.& omnes,quod sic, ex quo facta est non uisis cognitisq; uerbis testamenti. Imo plus inquit idem Ias. si uisa cognitaq; fuissent,eiq; minus quam sit legitima datum,posset supplementum petere.l.si quando.§.& generaliter,& ibi per docto.C.de inoffi. testa. & hoc est quod in simili dicit Bald.ibi, quod si pater instituerit filium in Flo. 50. & mandauerit ipsum fore tacitum & contentum,ipse uero acceptauerit eos,quod nihilominus legitimæ supplementum petere poterit,quoniam onus & grauamen reiici debet.l.quoniã in prioribus.C.eo. Gui. Papæ pulchre post eum decisio.93.Alexan.consi.69.col.2.uol.1.multa Ias. consi.131.col.2.uol.4.

Nec habet dubitationem, & propterea utile est(ut dicebam supra post Pau. in l.tres fratres,de pac.) d.uerba semper apponere,in instrumentis huiusmodi, quoniam forma seruata uidebitur, & tabellionibus, ac partibus ita attestantibus,credetur.

Addo ad dictum de legitima quotidianum, non ab re id ita decisum fuisse, quoniam necesse est specifice ipsius mẽtionem facere,cum instinctu naturæ debita sit, alimentorum loco, quod text. met ibidem dicit,nec potest cauillari,& habetur alias in l. cum ratio. ff. de bo. dam.

Estq; simile in trebellianica,quæ nũquam prohiberi uidetur, quamuis testator mandet uerbis generalibus totam hæreditatem restitui.l.si totam. l. lucius §.hæres.l.si hæres.ff.ad.treb.& de materia alias in l.centurio.ff.de uulga. & pu. sub.aliquid ad utriusq; dicti declarationem,Ro.consi.32.incip. uisa municipali constitutione,in ult.col. Sed ad legitimæ propositum, & terminis superioribus retentis,quid si filius,uiso testamẽto,agnouisset iudiciũ patris, & iurasset non contrauenire, an ipse uel hæres eius possit aliquid petere, uidetur esse tex.in d.§.& generaliter à contrario sensu,quod non,&ita transit idem Gui.pp decisio.96.col.3.& ita tenendum est. Et idem etiam si approbasset testamentum adhuc absq; iuramento in omnibus & per omnia ut in eo,ut tenuisse uidentur Regien.consi.56.num.11.uol.2. & multo minus si iurasset, ut ĩ treb. inquit Ias. consi.108.col.pe.uol.4. & ex his sumus etiam de lege ista, breui admodum,luci tamen plena,expediti,die 25. Iunii.

M D XLVIII. Paduæ.

Mantua.

SVMMARIVM.

L.seruum quoq;.§. publice.ff.de procu.

1 *Materia istius.§.est admodum periculosa, & confusa.*
2 *Quis dicatur absens.*
3 *Quot sint causarum species.*
4 *Causarum criminalium diuisio.*
5 *Casus.*
6 *In pecuniariis causis,absens à quocunq; defendi potest.*
7 *In capitalibus iudiciis non admittitur procurator,nisi ad allegandas absentiæ causas.*
8 *Nunquid probari etiam debeant.*
9 *Quid prosit causarum allegatio.*
10 *Vbicunq; absens damnari potest, quiuis ad ipsum defendendum plene etiam admittitur.*
11 *Si quis habeat mandatum ad plene defendendũ, si uelit allegare solũ causas absentiæ an possit.*

12 *Dubitatio notabil.*
13 *Notabilior.*
14 *Concordia iurium, inuicem pugnantium.*
15 *Intellectus ad tex. ultra communem.*
16 *Alius & tertio loco.*
17 *Quartus.*
18 *Quintus & ultimus.*

Finis.

DE PROCVRATORIBVS & defensoribus.

Vlpianus lib. ix. ad edictum.

L. SERVVM QVOQVE S. PVBLICE. Materia istius. §. (ut inquit Pau. de Castr. hic in. 2. col.) est periculosa ad-
1 modum, & confusa † & præsertim quia nec multos text. habemus de ea loquentes, opinionesq; prope modum infinitas; ideo est diligenter aduertendum, & ipsius utilitas (pratica bilis enim est, & frequens, ac quotidiana, ut in simili inquit Iurisconsult. in l. legani. ff. de libe. le. & Bart. in l. post contractum in 2. col. ff. de dona. & in l. i. in pri. ff. de tute. & ra. distra.) cum hoc compensanda, de materia enim habetur tamen in l. pe. in §. ad crimen. ff. de pub. iud. & in c. ueniens de accusa.

Et breuiter præmittẽdum, pro ipsius clariori intelligentia, quod absens is di-
2 citur, qui non est † in iure, idest in loco iudicii, ubi ius redditur. l. 4. §. abesse. ff. de dam. infec. coniuncta l. pe. ff. de iusti. & iu. l. non tantum. §. abesse. ff. de fideicom. lib. l. absentem. ff. de uerb. si. tradit glo. in c. placuit, in §. præscriptionum, in uerbo præsentis, quæ est prima 16. q. 3. figuratusq; modus loquendi est, quẽ ponit I. Con. in d. l. pe. ibi appellatione collata ab eo quod fit, in eo ubi fit, per Metonymiam, estq; contentum pro cõtinenti, licet non dicatur. non tamen ꝙ non dicatur etiam aliis modis, secundũ diuersos tractatus, ut not. in l. præses supra eo.

Secundo præmittendum est, duas es-
3 se † causarum species, ciuiles & criminales, & sic aliter q̃ dicant Docto. l. i. ff. an per ali. cau. ap. c. i. in fi. de iu. cal. tradit glo. in rub. infra de iudi. ciuiles, si de re nummaria & commodo pecuniario agatur. l. 2. l. fi. C. de procu. criminales uero, si ad uindictam, ut not. in l. interdum ff. de pub. iudi.

4 Tertio præmittendum est † criminaliũ quasdam esse capitales, quasdam uero non capitales. Capitales, si de morte imponenda rursum agatur, uel de ciuitate aut libertate amittẽda. l. 2. ff. de pæ. l. 2. ff. de pub. iudi. dixi in l. imperium, de iu. o. iud. quæ omnia ultimum supplicium interpretamur, deportationem in insulam, & damnationem in metallum & sic mortem naturalem ac ciuilem.

Non capitales autem, cum simplex relegatio fit, uel si minor pæna, puta remotionis ab ordine, & similis, imponatur, de quibus in l. capitalium. ff. de pæ. & in l. edicto. ff. de bo. po. & in l. licet. ff. de uerb. si. & in l. i. ff. ad legem iu. de ui priua. & in l. cognitionum, in. §. i. ff. de ua. & extraordi. co. nec habet dubium.

Quarto præmittendum est etiam ad idẽ, de crimine agi duobus modis, ciuiliter & criminaliter. c. tuæ, ubi exemplũ de procu. c. super his, de accu. tradit Bar. in l. infamem, in 2. col. ff. de pub. iu. & in l. i. in prin. ff. ad legem iu. repe.

Quinto præmittendum est, procuratorem à defensore differre, quod ĩdicat copula posita inter ipsos, dum dicitur de procu. & defenso. c. querelam, de simo. not. glo. in rub. de iu. & fac. igno. procurator igitur est cum mandato, defensor autem sine, ille communiter actoris, defensor uero rei, qui tamen in exceptionibus actor dicitur. l. i. ff. de excep. l. in exceptionib. ff. de proba. promiscue etiam loquuturi infra.

Sexto præmittendum est, quid utile ab apto differat pariter; & dicẽdum breuiter, ꝙ utile est ad usum perpetuum, aptum uero ad tempus, fuitq; declara-

tio Archi.in c.ecclesiasticis,in prin.12.q. 2.& est argu.in l.2.C.de formu.

Septimo præmittendum est, causas absentiæ, quasdam esse iuris, quasdam uero facti, iuris, si accusato locus non sit tutus, facti uero, si in uinculis detineatur, & tale quid aliud. Vel dic quod aliæ sint excusationes necessariæ, ut infirmitas, aliæ probabiles, ut inimicitia in loco, aliæ uero uoluntariæ, si iudicis incompetentia obiiciatur, & ut per Bar. latius. in l. 4
pe.in §.ad crimen,nu.18.ff.de pub.iudi.

Octauo præmittendum est, defensionem duplicem esse in materia, plenam & semiplenã. plenã, si absolute fiat; semiplenã uero, si absentiæ causæ allegẽtur.

Nono præmittendum est, legi hunc §.pluribus modis, ut infra communẽq; lectu esse, quod tria in eo ponantur dicta primum in pecuniariis causis. 2. in capitalibus.3.in non capitalibus.

Decimo & ultimo præmittẽdum est, quomodocunq; legatur, intelligi sem p in reo conuento, ut hic per Odof. in prin.

Quibus præmissis, casum in termi-
5 nis sic breuiter figura † certum enim est quempiam agere posse per procuratorem in causa ciuili & pecuniaria, si per se hoc facere nolit, aut nõ possit. l.i.§ .usus supra eo.l.fi. C. de procu. l. papinianus exuli. ff. de mino. quod intellige & declara mãdato non carentem, aliàs procurator non esset, ut ibidem in prin. & hoc est quod etiam dicitur i authen. generaliter. C. de epis. & cle. quod ab actore cautio de lite prosequẽda præstatur, per se uel per procuratorem & est arg.in. l.certe.ff.de præca.&in.l. ita autem in.§. gessisse.ff.de admi.tuto. & plus quod fauorabile est ipsum habere, secundum Abb.in .c. sedes apostolica, in.3. col. de rescrip.

Qui rursum dicit, quod etiam in religiosis procedit, in.c.edoceri, in. 4. col. eo. ti.

Et alibi (adeo fauet eidem lex) cùm dubitatur an sit ꝓcurator, & an habeat speciale mandatum, nec ne quod admittitur cum cautione rati, in. c.i.in.3. col.de procu.declarando tex.in.l. quod si de speciali.ff.de mino.

Modo quæsitũ fuit hic apud Vlpia. Iuriscon. præstantissimum.§. nostri authorem, quid in absentibus, an quiuis ad eos defendendos admittatur, etiam quod mandatum non habeat.

Prima facie uidebatur dicendum, quod non.

Dubitandiq; rationem forte facie- 1
bat, quia(ut dicebam proxime) procurator est is, qui mandato domini negocia administrat.d.l.i supra eo.

Secundo, quia actor & reus, sunt corre-
latiua.l.fi.C. de indic.uidu. tol.l.admo- 2
nendi,& ibi Bar.in fi.ff.de iureiu. l. i.C. ne li.po.sed procurator actoris non admittitur sine mandato. d.l.i.d.l.si quæramus.ff.de testa. ergo nec rei.

Et hoc est quod dicit idem Bar. in l. non ignorat.C.qui accu.non po. quod non debet quis admitti ut talis, nisi probauerit se talem, inq; ciue à simili exẽplificat, qui ex forma statuti ad aliquid admitti debebat, probatioq; fieri citata parte, ut subiicit Idemq; Bal.in. l.cum qui duas.per illum tex.C.ad legem Iul. de ad.& Ias.post eum consi. 102. col.1. uol.4.

Et alibi,in .l.si quis inficiatus. ff. depo. 2
quod quando aliquis protestatur tibi tãquam procurator uel hæres, ut ei soluas, debet statim fidem facere, quod talis sit, aliàs non constituet te in mora, et not.in.l.quod te.ff.si cer.peta.

Et translatio imperfecta appellatur secundum Rhetores, per locum a persona.

Tertio & ultimo, quia subest quid, quod ipsis potest imputari, cur procuratorem non dimiserint. l.absens infra eo. & est ratio formalis, quam assignat Iuriscon.in.l.papinianus exuli in prin.iuncta glo.ff.de mino. præallega.

Istis tamen non obstantibus contra-
rium deciditur in.§ .nostro, quod imo 3
possunt à quibuscunq; defendi.

Et ratio decisionis est, quia hoc ipsum ad publicam utilitatem spectat (ut tex-

met dicit& ut & in .i. lectu) quod nihilominus intellige secundario, non principaliter.l.exigendi, in fi.C.de procu.

Secunda decisionis est ratio, quia fauorabiliores esse debent rei in hoc, q̃ actores.l. fauorabiliores. ff. de regu. iu. unde defensor non immerito rei, sicuti procurator actoris, dicitur, ut in euidentialibus declarauimus.

Tertia & ultima decisionis est ratio, quia multo iustius est defensorem audire, q̃ absentem quasi contumacem & in defensum condemnare.d.l.exigendi, & not.glo.hic, & in.d.§.ad crimen.

Nec ob. cõtraria dubitationem faciẽtia, quia primum ex his procedit in procuratore actoris, non rei absentis defensore.

Habetq; 2. fallaciam, quando potest diuersitatis ratio assignari, ut ostensum est.l.si quãdo.C.de dila.& ad propositũ n. t.in.d.l.fi.

Et in simili inquit Bal.in.l.edita, in .i. lectu .in.4. col. C. de eden.quod actor causam actionis proponere non tenetur in reali, reus autem sic.

Et Iacob.de S. Geor. alibi in.l.i.in fi. supra de transac. quod calumnia in praeambulis transactionis in actore, efficit ut non ualeat, in reo autem sic.

Et in emptore ac uenditore, quae sũt huiusmodi pariter, Bar.in.l.damni, in §.emptor, de dam. in fec. quod stipulatio uenditoris porrigitur ad omne tempus, emptoris autem non, ex quo obligationis natura est, non ut retrocedat ad authores, sed uadat ad successores.l. si à te.§.fi.ff de excep.rei iudi.

Non ob.3. quia non est uerum; probo, nã si posset idem sibi imputari, utiq; fuissent in culpa, non dimittendo ipsũ: culpa peccatum supponit.c.cognoscentes, de consti.quod utiq; esse nõ potest, ut hic.ergo.& est sensus.d.l.absens. absẽtem à quibuscunq; passim defendi posse in causa ciuili, non si fuerit criminalis quia tunc quis non admittitur, nisi ad allegandas absentiae causas.

Nec rursum facit ĩductio.d.l.papinianus, quia id est, ex quo minor laesus sciebat tempus sibi currere ad petendam restitutionem in integrum, ideo si non petiit per procuratorem, quod quidem facere potuit & debuit, sibi omni modo est imputandum, haud considerabile in casu nostro, ex quo etiã hic ante q̃ abessent, necessarium sibi non erat, ut ibi.

Et nota, quamuis dixerit tex. absentem à quibuscunq; defendi posse, intelligi tamen debere (cum de plena defensione loquamur) dũmõ idonei fuerint, quia mulier, miles, & similes, procuratores esse non possunt, nec alios in causis defendere.l.i.§.sexum.ff.de postu .l. filiusfamil. §.ueteram supra eo. & ad propositum quod sic debeat intelligi, habetur in simili, in.l.i.C.de sacrosanc. ec. & in.l.ut gradatim, in.§.& si lege.ff.de mu.& ho.& in.l.qui autem, signanter in.§. fi.iuncta glo.ff.de consti.pe.& est arg.in l.qui testamento .ff. de testa.quod secus forte si de semiplena ageretur, cum scilicet allegantur causae absentiae, & informatur Iudex, ut hic per Albe. & ut plenius infra.

Secundo, quaesitum fuit apud eundem Vlpianum, quid in iudiciis capitalibus, quod arguit principiũ, loqui (ut diximus) ĩ ciuilibus causis omnino, an procurator seu defensor admittatur.

Videbatur hoc quoq; casu dicendũ prima facie, quod non.

Dubiumq; faciebat tex .in.l.pe.in.§. ad crimen, etiam supra licet ad aliud allega.ff.de pub.iudi. ubi ad literam dicitur, & quidem ĩ terminis, ad crimen publici iudicii, nec procuratorem, nec defensorem esse admittendum. & hinc est quod exceptio haec ad ipsum repellendum, admitti potest quandocunq; alias autem usq: ad lit.con.l. ita demum, & ibi Alex.in i.col.C.de procu.

Et si admittatur ad propositum procurator, seu defensor, iudicium erit ipso iure nullum, propter uerbum frustra positum in .d.§. ad crimen.l. frustra. C. de non nu. pecu.not.in.l.cum ab ea.C. de transac.disputat late Imo .in.d. §.ad crimen, in 25 col.& seq.post Bar.ibi ĩ fi.

Intelligendo semper in reo accusato

libero, uerum, non capto & in carceribus detento, quia tunc posset facile etiam teneri, posse defendi à quibuscunq; ut sentiunt & declarant D. de rota, in deci. 201. de procu. in nouis.

Secundo dubiũ faciebat adhuc, tex. in. l. fi. C. de iniur. arguendo per locum à speciali, quia in omnibus causis criminalibus, defenduntur personæ illustres per procuratorem, ergo non omnes cõmuniter, nec alii regulariter illustri dignitate haud decorati & est arg. in. l. quæsitum in. §. deniq; ff. de fun. inst. & ita etiam arguit Bar. hic, post glo. & in. l. 2. in. §. si quis in iudicio, in 2. oppo. ff si quis cau.

Et rationem assignat ad. d. l. fi. Pau. de Cas. in. l. pe. C. de procu. & ante cũ glo. ibidem, ne fiat uerecundia scilicet dignitati.

Tertio & ultimo, dubium faciebat, quia in his per lit. contesta. procurator, dominus effici nõ potest unde semper ĩ ipsum dominum uerba diriguntur. d. l. fi. C. de iniur. & ita limitatur quod habetur in. l. procuratoribus, & in. l. nulla dubitatio. C. de procu. ergo nec ad ipsius rei defensionem admitti, etiam si esset pater, ut not. declarat Bal. in. l. reos, in. 6. col. C. de accusa.

Quibus tamen non obstantibus, cõtrarium deciditur adhuc, secundum cõmunem lectu. in. §. nostro, quod imo admittetur, ad allegandas tamen absentiæ causas tantum facti scilicet, & non iuris, quod est infirmus, aut ĩ uinculis, uel aliquo alio modo impeditus, licet uideatur casus, ut ibi not. Maria. Soci. ĩ 2. col. in. c. ueniens, de accu. quod imo admittatur ad allegandas etiam causas absentiæ iuris, sed primũ uerius, ut ibi p Inno. & alios.

Et ratio decisionis est, utilitas publica, ut supra & est argu. in. l. si non defendãtur. ff. de pæn. hinc dicit Sueto. qđ parricidas Augustus, docebat, parricidia negare, ut sic atrocitati pæne per negationem subducerentur. c. 33. In uita ipsius Augus.

Considerando, cõtinuatiue dici hoc idem à Iurisconsul. ĩ eadem, q; ratione utrũq; determinari, indicatq; uerbum nam, quod huiusmodi est. l. 2. l. nam ita diuus. l. nam Imperator, cum similibus. ff. de legi.

Sed in quo consistit utilitas hæc publica? Sol. ne re sua absens male utatur, quia possent alias bona eius annotari, uel pecuniaria pœna eidem imponi, nisi allegarentur. l. 1. ff. de requi. rei. l. absentem. §. 1. ff. de pœn. l. 1. §. 1. & ibi diximus ff. si quis Iusdi. non ob. & quia interest reip. adhuc locupletes habere subiectos §. sed & maior. insti. de his qui sunt sui uel alie. iu.

Secunda decisionis est ratio, quia cessant causæ prohibitiuæ, ne quis per alium defendatur, quæ plures sunt, ut per Bar. & alios in. d. §. ad crimen, ergo & p hibitio, uulga. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. pa.

Tertia & ultima decisionis est ratio, quia ob hoc non tollitur examen & cognitio, aut etiam executio, si cõuĩcatur, in ipsius met delinquẽtis persona, licet differatur, ad effectum prædictum, tales et ut admitti omnimodo debeat, argu. in. l. q uis. ff. de arb. & in. l. destitisse, cum similibus. ff. de iudi. Por. insti. de sing. reb. per fideicõ. rel. in prin. col. 1. ubi uulga. Illud, quod differtur, non aufertur.

Eoq; magis, quia esto quod hoc casu non teneatur satisdare, de pñtando absentem, finita causa absentiæ, quoniam difficile est tales fideiussores inuenire. §. fi. in authen. de depo. tenetur tamen iurare, quod non aio calumniandi allegat. d. causas, nec est proprie iuramentũ cal. sed malitiæ, ut not. in authen. hoc sacramentum. C. de iu. cal.

Et tenendo sic, nõ ob. dubitationem facientia, non primum, quia uerum est quoad plenam defensionem, non quoad hoc. l. præsens infra eo. & est de mẽte d. §. ad crimen. imo quod istud ipsum dicit expresse ibi, sed excusationes absẽtium ex Senatus con. Iudicibus allegantur, & ita communiter hic Docto. transeunt.

Non

Non secundum quia eodem modo quoq; tollitur, ut alii communiter non defendantur plene, sed semiplene sic, patet, quia in personis illustribus, speciale est, ut diximus, quod per procuratorem plene defendantur, ergo non alii adhuc plene, alias argum. non procederet, nec termini essent pares. l. nam quod liquidæ. §. fi. in simili tamen. ff. de pe. lega. ergo secus si semiplene, & quoad absētiæ causas prædictas.

Non ob tertium & ultimum, quia antecedens uerum est, & consequens uerius, cum non agatur de ipsius interesse alias secus, ut in d. l. reos, not. uel si (ut dixi) uelit absentiæ causas tantum allegare.

Et in hoc, uersi. iste, à præcedenti differt, quod ibi ad plene defendendum admittitur, hic tantum ad istud. Et in alio quoq;, quod eo casu quis si idoneus fuerit, admittitur, isto uero, etiam si minus idoneus, puta mulier, minor, rusticus, & similes, ut hic per Albe. & Alex. in l. exigendi, allega. etiam supra in 2. col. C. de procu.

Tertio & ultimo, quæsitum fuit, q̄d in non capitalibus causis, si de aliquo relegando agatur, uel eo ab ordine remouendo, poterit ne per procuratorem defendi?

Videbatur prima facie dicendum, quod nō: Dubitandiq; rationem faciebat forte, quia Dominus melius scit ueritatē, q̄ alius. l. fi. & ibi glo. C. de proc. passim etiam hic per Bar. allega. Bald. consi. 50. uol. 3. & not. quoq; in l. si actor supra eo.

Secundo, quia colligitur etiam ueritas ex aspectu. l. de minore. §. tormenta ff. de quæstio. tradit idem Bar. hic in fi. et in l. is qui reus, in ult. col. ff. de pub. iu.

Et signanter in l. prætor ait, in §. defendi. ff. ex quib. cau. i po. ea, dicit quod quærelæ, seu inquisitioni, per procuratorem responderi non potest.

Et alibi Bald. in l. testium, in 5. col. C. de testi. quod essentia ueritatis, in hoc potissimum consistere uidetur.

Et in l. ne quicquam, in §. ubi decretum, in 2. col. ff. de offi. procō. q. qui per se uidet & audit, melius ueritatem cognoscit, ut id ipsum in actis redigat. et quoniam contra, de proba. quod utique facere non posset, si reus hoc casu per procuratorem defenderetur.

Tertio & ultimo, quia in d. §. ad crimen, dicitur generaliter, frustra procuratorem uel defensorem desiderari, in criminibus publicis, ergo etiam quod nō capitalia fuerint, quia perinde est, ac si dixisset, nullo modo hoc idem in his esse desiderādum. l. auxilium. ff. de mino. l. i. C. de thesau. lib. 10. c. frustra, de usu. Considerando etiam procuratorem nomine Domini relegari non posse, argu. in l. sancimus. C. de pæn.

Quarto uidetur casus clarus in l. i. in fi. prin. ff. an per al. cau. ap. red. po.

Quinto & ultimo, in l. 2. C. de procu. ubi in causis pecuniariis, admittitur procurator, hic autem est criminalis licet non capitalis, ergo.

Quibus tamen non obstantibus, contrarium hic quoq; deciditur, quod imo quiuis admitti poterit, etiam ad ipsum plene defendendum, & idem in l. reos C. de accu.

Et ratio decisionis est (ut ipsemet Iuriscon. ait) quia absens damnari potest, quo fit ut sententia elusoria reddi nequeat, igitur nec mirum, si defendi etiā per alium non prohibetur, quod intellige (ut etiam dixi in primo casu) dummodo idoneus sit, nec repeto, & probatur ad propositum, in l. absentem, in §. i. ff. de pæn. & in d. l. i. §. i. ff. an per ali. cau. ap. & facit quod habetur quoq; in l. si p̄tor. ff. de iudi. tradit Bart. & Imo in d. §. ad crimen, canonistæq; omnes, in d. c. ueniens.

Subiiciens plus, æquum esse hac ratione, & ordinarium, quod admittatur defensor, quasi dicat quod non sit æquitas phantasiæ, sed à ratione regulata, ut in §. oportet, in authen. de iudi. declarat Abb. in c. ex parte, ad fi. de offi. dele. & sic scripta quæ rigori semper est præferēda. l. placuit. C. de iudi.

Quodq; ex Imperatoris rescripto apparet, qđ nō habemus, ut i simili respōdet

glo.in l.admonendi.ff. de iureiu. uel & melius posito,in d.l.absentem,& in d.l. i.& sic authoritate etiam confirmata. d. rescripti. Vel cũ dicat Imp.nostri,uerisimile est fuisse Alexandri, seueri Christiana Mammea geniti,eiusdem assessoris,qui ut memorie proditum est, claruit,anno 228.

Secunda ratio decisionis est, quia uoluit Iuriscon.si in causa capitali prohibitum est,ut supra & in d.§. ad crimen, & in d. c. ueniens , hoc idem tamen in non capitali absq; dubio permittere, l. cum prætor.ff.de iudi.l.ab ea parte.ff.de proba.c.non ne,de præsump.

Tertia & ultima est ratio,quia effectualiter reputatur causa ciuilis , ut in simili dicimus de ciuili, quod reputatur nonnunquam criminalis.l.propter litem.ff. de execu.tu.tradit Bart.in l.admonendi, in 11.colum. ff. de iureiur. sed in ciuili plene absens defenditur, ut supra ergo & in criminali, non capitali , ac casu nostro.

Nec ob.contraria,non primum,quia id procedit in negotio ciuili & pecuniario,si sic Iudici uidebitur,& ex causa q;dem,non regulariter,ut supra & in l.i. ĩ §.usus,hic autem sumus in criminali et publica,non capitali tamen,ergo, & d. iura Bar.ita inducit hic.

Non secundum quia id etiam in criminali causa uerum intelligitur , quando est locus torturæ, ex quo indicium facere potest corporalis præsentia,haud considerabile hic, rationibus supra dictis,& tex.met uerba indicant,satis clara,ac titulus , sub quo. d. §. situatus est, uulga.l.Imperatores.ff.de in di.adic.

Non tertium,quia per alia iura distinguitur.c.super quæstionum,in princ.de offi.del.l.non est nouum.l. sed & posteriores.ff.de legi.not.Soci.in l.i.ff.de reb. dub.& sic intelligitur,ut ibi per Bart. & Docto. quod nullo modo scilicet desiderandum est in criminibus publicis capitalibus, ergo in aliis cum desiderandum,tum etiam admittendum. Minusq; officit rursum & ad idem, quod in procuratorem sententia cadere non possit, quia dico uerum,sed contra dominum dari,quod & conueniens est, & rationabile.d.l.sancimus.C.de pœn.

Non ob.tex.in l.i.an per alium, quia concedat ex quo dicit usque ad relegationem si pæna sequatur, quod causæ per alium non aguntur, ergo secus si de relegatione, ut hic.

Non quintum deniq; & ultimum , quia debet distingui per alias leges ut declarat Bar.in d.§.ad crimen col.3. potuisset etiam pro ratione dubitandi , induci tex. in d.l. fi. C. de iniur.ut hic per Bar. num.1.ad fi.sed quia induximus supra nolui aliter referre,&dicam infra statim. hic est casus in toto hoc. §. nostro, prout communiter intelligitur.

Nota primo quod in causis pecuniariis , absens à quocunq; defendi potest 6 † & plene quidem deducendo ut supra & est uerissimum.

Nisi uelit Iudex ut personaliter compareat ex causa,quia tunc per alium, defensorem,seu procuratorem defendi nõ posset.l.fi. allega. etiam in casus figuratione.C.de procu.

Et dictu mirabile est,quod beneficiũ sibi indultum à lege, auferatur per Iudicem.l.i.§.if.ff.de fer.l.i.§. usus. ff. de procu.c.indultum,de reg.iu.in 6.

Forte quia non sine causa (ut dixi) hoc idem facit, eidem semper obediendum ẽ.d.l.fi .l.nõ uidetur.ff.de regu.iur. Diciturq; tũc citatio iustificata, si in ea exprimatur,imo quod necessarium est, secundum Inno.in c. præterea , de dila. & not.Bald.in d.l.i.allega.sæpe, in præallega.§.usus supra eo.& est argum.in l. si hominem.ff.man.&in l.2.in.§.circa.ff. de excep.do.causa autem erit, si Dominus sibi legalior uideatur quia procurator sit infamis, seu defensor rei , ut per glo.in l.si actor supra eo.Ias.in d.l.fi.colum.2.

Et indubitatum hoc quoq: uidetur, quia si aduersario permissum est agenti facere, quod reus personaliter compareat.d.l.si actor,quanto magis Iudici.l.i. supra de iu.o.iu.arg.in l.ubicunq:. ff.de inter.ac.

Sunt etiam alii casus, in quibus procurator non admittitur.

Maxime si filius arrogetur. l. in adoptionibus. l. neq;. ff. de adop.

Vel impetretur uenia ætatis. l. 2. C. de his qui ueni. æta. impe.

Vel si nouus emphyteota in po. inducatur. l. fi. §. necessitatē. C. de iu. emphy. & rationem assignat Bart. in §. si uero, in fi. & seq. in prin. in authen. quib. mo. na. effi. sui.

Nec in causis capitalibus, ut infra & in d. §. ad crimen, eritq; regu. cum quinque fallen.

Et pro complemento obserua, quam uis de plena defensione loquamur hoc casu, quod admittitur nihilominus q. s. & admitti debet etiam ad allegandas absentiæ causas. l. liberto. §. litem. ff. de nego. gest. tradit Alex. in l. exigendi, in pri. C. de procu. & multo quidem magis.

Nota secundo quod in capitalibus
7 iudiciis † non admittitur defensor siue procurator, nisi ad allegandas absentiæ causas, ut pariter ostensum est supra cō sistentes in facto, & rationem assignant Scriben. in d. §. ad crimen, ubi plenius q̄ alius Imo. col. 17.

8 Sed dubito † nunquid probari etiam debeant, aliqui dicebant (ut hic Albe. refert) quod sic, moti per tex. in l. item si suspectus, & in l. quæ omnia, in §. i. & in l. in causæ, in §. hæc autem cognitio supra eo. in quibus habetur, cum allegantur, quod hæc solius prætoris cognitio est. Aliqui uero, iuramentum sufficere. primum tenendum est, eodem teste, q. a decidi clare uidetur in l. 3. ī §. si ad diem ff. de re mili. & male, placetq; mihi magis eorum opi. qui tenuerunt iuramentum sufficere, sicuti dictum fuit supra ꝙ nec pariter satisdare tenetur de absente præsentando, & ipse met Albe. firmat, in hoc sibi ipsi contrarius. Nec adducta obstabunt, non tex. ordine retrogrado respondendo, in d. §. si ad diem, quia dicam ibi doceri impedimentum iuramento. Tamen responsio non est tuta, ut per Bal. in l. scire oportet, in §. sufficit ad fi. ff. de excu. tu. Dic ergo aliter, ꝙ id est odio deserentis militiam statutum: hic uero mero defensionis fauore, & pcipue quia de modico agitur piudicio, arg. in l. si debitori. ff. de iudi. Et minus alia iura ad idem allega. quia bene dicūt ptoris esse cognitionem, sed intelligo ego summariam per iuramentum, non ꝙ probatio necessaria sit. l. thesaurus. ff. ad exhib. cogita.

9 Secundo ad idem dubito † certū enim est, ꝙ in capitalibus causis absens damnari non potest. l. absentem. §. i. ff. de pæ. quid prosit sibi causarum absentiæ allegatio, cum non debeat fieri alias, quod factum non releuat. l. hæc stipulatio, §. diuus. ff. ut lega. no. ca.

Sol. (ut dictum etiam fuit supra) releuabit in hoc, & tradunt omnes hic, ne bona sibi annotentur, seu publicentur, uel multa infligatur pecuniaria, nec repeto. l. i. ff. de requi. re.

Et sic nisi allegarentur, redderentur absentes culpabiles, qua rōne expedit, ut sic à quibuscunq; defendantur, & ēt secundum Bar. hic, ad fi. quia processus inde factus alias, esset ipso iure nullus, per not. in l. quæsitum. ff. de re iudi. & in l. 2. in §. si quis, & ibi diximus. ff. si quis cau.

Vltimo dubito, quid agendum à Iudice sit, cum primū allegatæ & iuramēto iustificatæ. d. absentiæ causæ fuerint. Dicunt Doct. & bene, nil aliud nisi ꝙ assignabit terminum alleganti ad dictum reum præsentandum, qui tamen competens sit, quo elapso, & ipso reo non comparente, possit ad ulteriora contra eum procedi, iuxta not. in authen. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi opor.

Sed contra istud not. opponitur, de l. non tantum. ff. de ap. ubi in quibuscunque capitalibus admittitur defensor, etiam inuito reo, idq; rursum in l. ad dictos. C. eo. & in l. 1. 2. 3. de lib. cau. Sol. id locum habet non in defensione proprie, ut hic, sed in actu appellationis tātum, quæ fit ratione officii, prout homo homini tenetur, ex quo natura cognationem quādam inter eos cōstituit, quemadmodum dicitur in l. ut uim. ff.

de iusti. & iu. & quod sit casus specialis tradit Bar.in l.cum & Iudices, in 2. col. C.de iu.cal.aliquid Bal.in c. cum inter, in 2.col.pariter de elec.Sed ratione officii prædicta,etiam ꝓcurator hic admitti deberet,quod tamen est falsum. Ideo solue melius,quod de solo appellationis(ut dicebam)actu loquitur, non de prosecutione.d. l. addictos, & tradunt scriben.in c.ueniens,de accusa. quod id tamen fiat ratione humanitatis, est de mente tex.ibi,dictum sanè ad actum ap pellationis tantum restrictum, ideo adhuc prima sol.potest teneri, alius intellectus colligitur etiam ex not.per Bart. in l.qui ultimo,in fi.ff.de pæn. qui omnino uidendus est,multa consi.100.colum.2.

Nota tertio & ultimo, quod ubicunque absens damnari potest,quiuis ad ipsum defendendum etiam plene† admittitur, quod difficultatem quoq; non ha
20 bet,ut ostensum est.

Ex quo potest inferri,cum hodie per statuta terrarum, & consuetudines etiã in causis capitalibus,absens damnetur, quod deberet defensor & procurator admitti ad eum defendendum,quod tamen non fit,quia in odium ipsius inductum,haud debet in eius fauorem retorqueri,ut infra in glo.datur,in prin.

Verum pro declaratione dubito ad-
21 huc† ponamus quod quis mandatum habeat ad plene defendendum, si uelit solũ absentiæ causas allegare,an possit?

Forte & prima facie dicendum esset, quod non,& hoc quia cum habeat plenum mandatum, uidetur sibi adempta facultas,quam habebat à iure, allegandi d. absentiæ causas.l. maritus. C. de procu.

Considerando ad idem,quod prouisio hominis,communiter prouisionem legis tollit.l.fi.C.de pac.con.

Quodq; mandatum,quod stricti iuris est,factum ad plene defendendum, non debet porrigi ad d. casum semiplenæ defensionis.l.diligenter.ff.man.c. cũ dilecta,de rescrip.ideo procurator constitutus ad agendum, non transigit neque sol.recipit.l. transactionis placitum C.de transac.& fuit opi.Iaco.de ra.

Tamen contrarium tenuit Pe. quem etiam Albe.hic refert,& secutus est,hoc solo motus & ipse,quia ea quæ fiunt ad augumentum, diminutionem inducere non debent,quod utique esset, si absentiæ causas allegare non posset.l. legata inutiliter.ff.de adi.le. l. cum tale. §. fi. ff.de condi.& de.l.si mancipia,in princ. ff.de fun.instruc.

Adde,quod defensio fauorabilis est, ita ut ampliari potius debeat, quam restringi.l.cum qu idam.ff.de libe.& posthu.l.fi.ff.de consti.prin.

Et maxime cum in ea etiam publica uersetur utilitas,ut supra.

Non discedo ego breuiter ab opi.Iaco.ex supra dictis.

Nec ob.contraria, quia primum uerum est,sed retorquetur, quia si solum absentiæ causas allegaret, non defenderetur absens plene,& sic factum mandatum ad augumentum, diminutionem induceret,& male.l. quod fauore.C. de legi.c.quod ob gratiam,de regu.iu.in 6.

Verius item, quòd defensio fauorabilis sit,& quidem amplianda, sed non hoc casu, ut solum absentiæ causas allleget, quoniam mandati fines diligenter etiam debent custodiri, dictat alia regu. in.l.allega.supra diligenter,manda.

Et uerissimum quoq; quòd in ea uersetur publica utilitas, sed non ut ad solas absentiæ causas allegandas admittatur, propter mandatum plenum, quoniam uersatur etiam in causis capitalibus, & generaliter in quocunq; crimine,& tamen non patitur in capitalibus quod quis tanquam procurator admittatur,ut supra & in d.l.pe.in præallega. §.ad crimen.ff.de pub.iudi.& ita tene.

Vel fœdere distinctionis opi. concorda,quod aut uult solum absentiæ causas allegare,& non plene defendere, cũ fuerit opus,quo modo etiam.q.proposita uidetur,& tunc non admittatur, & ita procedat opi.Iaco.alias autem sic, & isto casu Pet.uerum dicat.Cogita.

22 Secundo dubito † omnem(quod est i

prouerbio) lapidem moueamus, nam ĩ crimine iniuriarum pœna relegationis imponitur. l. fi. ff. de iniur. & nihilominus haud potest in eo interuenire ꝓcurator, nisi pro illustribus personis. l. fi. C. de iniur. unde Bar. hic intellectum communem quoad hoc improbat, nu. i. ad fi. etiam supra incidenter tamen, relatus.

Sol. est generale, quod in omnibus criminibus, & penis quamuis corporis afflictiuis, tam&si hæc relegationis, etiam pro, Iudicis arbitrio imponi possit & pro personarum conditione procurator interueniat, pro personis illustribus; & non pro alijs, & ita intelligatur. d. l. fi. ut ibi per Salice. sed nõ quod alii quoq; ꝑ procuratorem quoad hoc tantum se pariter defendere nequeant, ex quo absentes etiam damnari possunt. l. absentẽ ff. de pæn. & cessabunt omnia, quæ idem Bar. adducit contra istum intellectum, haud aliter referenda.

13 Vltimo dubito † quomodo possit absens per alium defendi rursum, cum sit, quod per relegationem & remotionem ab ordine, æstimatio minuatur, quæ est dignitatis illæsæ status, legibus ac moribus comprobatus. l. cognitionum, in prin. & in. §. i. ff. de ua. & extra ordi. co. infamiaq; morti æquiparata. l. iusta. ff. de ma. uindic. l. isti quidẽ. §. fi. ff. quod met. cau. not. in. l. transigere. C. de transac. quo casu (ut supra dictum est) nec procurator admittitur.

Sol. facilis est, si dixeris, hoc idem cõsiderari non debere, cum ad ignominiã, seu infamiam ipsam, non agatur principaliter. l. i. §. i. ff. an per ali. cau. ap. tradit glo. in. l. non solum, in. §. fi. infra eo. & cano. in. d. c. ueniens, & est uerum.

Sed dici etiam aliter potest, quamuis ageretur principaliter, ad ignominiam, cũ cessẽt rationes prohibitiuæ, ne quis per procuratorem & alium defendatur, etiam quod morti æquiparetur, hoc ipsum non propterea tolli.

Et ideo quãuis relegatus efficiatur infamis, relegatio tamen non est de gradu meti imperii maioris, de quo est ademptio uitæ, ut dixi in. l. imperium, in. 3. lectu. huius anni, de iu. o. Iudi. Ex quibus sumus de tex. expediti.

In glo. datur (. i. enim facilis est, & fuit etiam ex supra dictis absoluta) in prin. dum opponit de. l. lucius. ff. de ap. ad contrarium. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. Iu. quod imo ĩ causis capitalibus etiam admittatur procurator, & postea soluit, quoniam. d. iura pugnarent alias, quod ibi Dominus uel procurator Domini admissus est, quoniam sua intererat, & sensit etiam glo. in. l. serui, eo. ti. Addẽ
14 nimirum esse † quoniã serui æstimãtur ut aliæ res not. in. l. i. in uer. rei quoq; uerbum. ff. si cer. peta. ipsosq; pecudibus comparamus, & ueluti iumenta cõtinuis quotidie ꝑ urgemus calcaribus. l. 2. ff. ad legem Aqui. & mulis. l. qui duos ff. de lega.. homoq; uilissimus uocatur. l. si ex duobus. ff. de noxal.

Et hac de re si petantur, causa est nõ ĩdelegabilis, ut per Bar. in. l. ne quicquã, in. §. ubi decretum, in repe. in pe. col. in uer. quæ est ratio. ff. de offi. procon.

Et ad propositum est clarior tex. in. l. 2. C. de accusa. & in. l. seruus. ff. de pub. iudi. qui signanter in defensione loquuntur.

Et hanc solu. ab omnibus teneri Bal. hic, in prin. testatus est, col. i.

Et si hoc est in seruo, quanto magis ĩ filio permittetur à lege, ut possit à patre defendi pariter.

Cum sit administrator ipsius legitimus. l. i. C. de bo. ma.

Vna eadẽq; persona cum eo. l. fi. C. de impube. & al. sub. fictione unitiua, arg. in. l. cum bisextus. ff. de uer. si. Bal. ĩ. l. qui in prouincia in. §. diuus col. 2. ff. de ritu nup.

Nec affectus inueniatur, qui paternum uincat. l. fi. C. de cu. fu. l. isti quidẽ, in fi. ff. quod met. cau. quiq; consilium bonum semper capit pro filio. l. nec in ea. ff. ad legem Iul. de adult.

Ita ut causam propriam defẽdere uideatur. l. pe. §. fi. ff. quando ap. sit, & ita ꝑ multa consuluerunt Veronen. cons. 54. & 55. per totum.

Cum declaratione tamen, si præstiterit idoneam securitatē de ipso filio præsentando, in casu succumbentiæ, ut sentit Albe. hic, & Gandi. in tracta. malefi. utrum procu. in malefi. inter. in. 2. col.

Quod in pratica tamen nolunt nostri temporis Iudices seruare, & male.

Imo plus, quod præstatio securitatis prædictæ, non est necessaria, ex quo potest hodie secundum statuta & consuetudines terrarum etiam in causa capitali, absens damnari, quod nota pro limitatione. d. l. absentem, . ff. de pæn. ita ut sententia elusoria non efficiatur, & testantur Veronen. consi. 45. col. 2.

Et hoc stāte, nedum pater & Dominus, uerum etiam alius procurator admitti deberet, ut supra conclusum est, quod tamen non est uerum, quia odio absentis id inductum est, nec debet in eius fauorem retorqueri. l. siue hæreditaria. ff. de nego. ges. & ita seruatur, & incidenter dixi etiam supra Cogita. & quo ad intellectum d. l. lucius, dic, ut dixi etiam in. i. lectu. Vel declara aliter, ut hic per Bal. quod de iure pater, seu Dominus, ille pro filio, iste autem pro seruo, admittatur securitate præstita ut supra nisi statutum uelit ipsos personaliter comparere, & est ultra eum argu. in. l. fi. C. de procu. inducta etiam supra licet ad aliud. Sed pone quod statutum imponat penam pecuniariam pro homicidio, poterit ne interuenire procurator, Iaco. de Are. dicebat quod nō hic, Bal. uero contrarium, non inspecto genere delicti sed pene, post Dy. & Old. & etiam Cy. in. l. transigere. C. de transac. Idem Bal. i statu. in. §. homicidium nu. 11. Imo. in. d. §. ad crimē col. 13. Ad idem quis est accusatus de pluribus criminibus unū erat capitale, pnunciat Iudex procuratorem nō admittendum, & male quia defensio potuit scindi, ita Bar. in. l. iam tamen in. §. fi. ff. Iud. sol.

In ea. glo. ibi Item prædictæ regulæ, &c. habes ultra communem intellectū in figuratione casus relatum, cui (ut dixi etiam supra) nihil ob, quod urgeat, alium. 2. loco Marti.

Quod totus iste. §. loquatur tantū in
15 causis † capitalibus, quodq; in eisdem admittatur procurator semp, etiam ad plenam defensionem, post litem contestatam.

Qui (ut ipsa met glo. subiicit) nullo modo tenendus est, quoniā prohibitus ante lit. con. est etiam prohibitus post l. nihil. C. de procu. & not. in l. reos. C. de accu.

Et ultra eam facit, quia ita post lit. cōt. militāt rationes prohibitiuæ, ne admittatur, ut ante.

Considerando quoq; generalitatem d. §. ad crimen, loquentis ante litem contesta. & post, frustraq; hoc ipsum desiderari, quasi dicat, nullo modo, ut etiā supra ostensum fuit in discursu.

Et plus quod implicite innuere uidetur Mar. ex hoc, quod procurator, dominus effici possit post lit. con. uerbaq; in eum concipi, & consequenter puniri, cum tamen non deliquerit, dictu absurdissimum, ex quo in ciuilibus negotiis id tantum locum habet. l. procuratoribus, & seq. C. eo. Et quia deniq: hoc casu lit. contesta. non uidetur necessaria de quo tamen per Bar. in l. fi. ff. ubi pu. edu. de. & in. l. absentem, allega. sæpe. ff. de pæn.

In ea. glo. in fi. (cætera enim in progressu tacta fuerunt, consulto hac de re prætermittenda) habes alium intellectū
16 adhuc † & tertio quod uer. ubicunq;, in relegatione rursum loquatur, & absentiæ causæ tantū fuerint allegatæ, ex quo nolebat procurator plene defendere, & nimirum, cum sufficiat, si in paucis amici laboribus consulatur. l. tutori. C. de nego. gest. l. tutores. §. i. ff. de admi. tu.

Qui etiam est periculosus, nec caret dubitatione, quod apparet (secundum Ange. & Bar. hic, recitando intellectū Iaco. de ra.) quia tex. dicit æquū esse, atq; ordinarium quemuis pro ipso absente, uerba facientem, & innocentiam excusantem, audiri. sonantq; potius plenam defensionem, & sic causam causæ, quā causam absentiæ simpliciter.

Confirmo, quia uerba legis semper

sunt referenda ad intellectum iuris. l. gallus. §. quidam recte, & ibi not. Bal. ff. de lib. & posthu. Verum allegatio absentiæ factum respicit, ut supra ostensum est, dictumq; sæpe. ergo.

Et quia sic capitalia à nō capitalibus, seu relegatione, haud distinguerentur, & male. l. 2. ff. de pub. iudi. & ut statim latius.

Loquitur ergo (ut communiter dicitur) in pecuniariis, capitalibus, & non capitalibus. primoq; casu, & tertio, plena est defensio; secundo uero, semiplena, quo scilicet, ad. d. absentiæ caussas allegandas.

Sed habe extra glo. quod alius, & 4. traditur intellectus, ꝑ Iaco. de ra. quod totus iste §. loquatur in eo qui uenit ad

17 allegandas† causas absentiæ.

Eodem iaculo feriendus, quo supra quoniam uerba repugnant, nec repeto.

Confirmo, quia ī pecuniariis causis, si plene defēdi potest, utique excusatio non est necessaria. l. i. §. usus. ff. de procu. quamuis possit etiā fieri, ut dixi supra. l. liberto. §. litem. ff. de nego. ges.

Et minus si de relegationis pœna agatur, ut ostensum est.

Considerando quoq; quod hac ratione dixit Iuriscōsultus, absentem posse damnari, ut eliceretur, defensionē etiā plenam permissam, esse & ut à capitalibus causis hæc distingueretur, de quibus paulo ante erat locutus, nec dubito.

Verum est ad materiam tamē, quod conatur Bar. ostēdere pro defensione Iaco. de ra. quod imo nec in relegatione admittatur procurator, sed quia cauillat casum. l. i. ff. an per ali. cau. ap. & . l. fi. C. de iniur. non refero aliter.

Et solum. d. iura induco dicitur enim ī ipsa. l. i. quod si capitalis causa fuerit, per procuratorem agi nō poterit, quod planè admittunt omnes, & probatur in. d. §. ad crimen, allega. sæpe. si uero ea, ex qua sequi soleat pæna, usq; ad relegationem, per alium agi non poterit, ergo si eiusdem relegationis pæna ueniret imponenda, secus, quia dictio usq; dicat Bar. quid uelit, est exclusiua. c. cum dilecti, de do. & con. Optimus tex. est in. §. ad hoc prohibemus, in authen. de collatradit Bal. exemplificando in . l. 2. in. i. lectu. in. fi. ff. si quis in ius uo. non ie.

In. l. fi. uero, quod si criminaliter conueniatur illustris persona, procurator tunc debet interuenire, etiam si de relegationis pæna agatur. ergo (dicit Bar.) non pro alio & regulariter.

Quod tamen est falsum, quia (ut dicebam supra) generaliter permissum est in causis criminalibus, ut per procuratorem agat, & si contingere possit etiam quod pro Iudicis arbitrio relegetur, & in aliis generaliter prohibitum, sed non quod in relegatione hoc idem particulariter prohibeatur, ex quo (ut tex. noster dicit) absens damnari potest, nec effici sententia elusoria, & ita tenendum est.

18 Quintus & ultimus traditur intellectus † ꝑ eundem Bar. hic, quod iste tex. loquatur non in procuratore, sed in defensore, sine mandato.

Et in omni quidem genere causarū, siue pecuniaria, siue capitali siue non capitali, ubi etiam absens potest damnari.

Considerando, quod hoc idem quoque eueniat iterdū quāuis causa sit capitalis, ut not. in. d. §. ad crimen.

Ad ostendendam scilicet absentis innocentiam.

Quod in primis apparet ex uerbo quibuscunq; quasi dicat, uel cum mandato, uel sine.

Et ex uerbo quemuis, ꝑ eo &c. quod adhuc uerificari, in quocunq; potest, etiam (ut dixi) mandato carentem, uel fuerit masculus uel fæmina, liber uel seruus, coniunctus uel extraneus.

Demum quia Iudex etiam debet & potest hoc facere, si ab alio non fiat. ex suo officio, authen. qui semel. C. quomo. & quando Iu. l. ampliorē. §. pe. C. de ap. l. si non defendantur. ff. de pæn. ergo multo magis alio ueniente, & innocentiam docente, tenuitq; (ut subiicit) Inno. in. c. ueniens, de accu.

Et sic non ut procurator, qui Domino prodest & nocet .l. non solum, infra eo. sed ut quilibet Iudicem informando.

Adde tu, omnimodo uerbum prædictum, & innocentiam excusantem non sine misterio fuisse hic à Iuriscon. prolatum.

Exquo uidemus, quod eiusdem probatio in simili, admittitur, etiam post sẽtentiam .l. i. §. fi. ff. de quæstio.

Item post mortem in casu .l. fi. §. fi. ff. de bo. eo. qui sibi ip. mor. consci.

Et quod Senatuscon. cohercetur, qui societatem coierit ad accusationem innocentis .l. i. in prin. ff. ad legem Cor. de fal. l. i. ff. de concussio.

Et quod exceptio innocentiæ nunq̃ exclusa est, secundum Bal. in. l. edita, in 2. lectu. in pe. col. C. de æden.

Et quod deniq; ad eam probandam admittuntur etiam testes inhabiles, ut ĩquit Spe. in ti. de inquisitio. in §. i. ĩ uer. & generaliter. & Archi. in. c. manifeste, & seq. 12. q. 2. quos refert & sequitur Alex. cons. 24. col. 2. uol. 2. late Deci. in regu. & si nihil. ff. de regu. iu.

Nec adhuc tutus, ĩprimis, ut inquit Ange. & bene, quia. d. uerba quibuscũq; & quemuis, refragantur, comprehendẽtia non solum defensorem absq; mandato, sed etiam procuratorem.

Et si diceretur, ut idẽ Bar. dicit, quod admittetur procurator, non ut procurator, sed ut quilibet ad Iudicem informãdum, quod etiam supra relatum est.

Respondeo, repugnare quod sit procurator, & non procurator, sed defensor.

Quòdq; prosit Domino, & non noceat, ut in. d. l. nõ solum not. infra eo. l. 2. §. pe. ff. quib. ex caus. po. ea tradit Inno. in. c. constitutus, de procu.

Secundo non est tutus, quia nõ est regulare quod absens etiam, in causis capitalibus damnetur .l. absentem. ff. de pæn.

Tertio quia tex. hic non solum dicit æquum fore & ordinariũ, quemuis uerba pro absente facientem audiri, uerum etiam ex rescripto Imperatoris hoc idẽ apparere in. l. i. ff. an per alium cau. ap. & ĩ. d. l. absentem ut supra declarauimus, ubi non simpliciter de defensore agitur neq: de absentis innocentia ab eo ostẽdenda ut Iudex informetur sed quod causa capitalis, usq: ad relegationem p̃ alium agi non possit, alias autem sic, quia primo casu absens damnari nõ potest, secundo uero sic.

Et ad propositum si capitalis fuerit, ad plenã defensionem admittetur nullus, ad allegãdas autem absentiæ causas, quilibet etiam minus idoneus, si nõ capitalis uero absq; dubio absens defendetur, & plene quidem, quia potest etiã damnari, sed ab eo tamẽ qui habilis sit, & probãtur etiam prædicta in. l. reos. C. de accu.

Alios ĩtellectus de quibus p̃ Docto. in. d. §. ad crimen, & in d. c. ueniens, & hic non refero, quia nec ipsi tuti sunt, & ex prædictis facile eliduntur, & a communi breuiter non discedo, sed quia uerba repugnare uidentur, ita forte ex antiquo exemplari sunt restituenda.

Publice est absentes a quibuscunq; defendi.

Et si in capitalibus iudiciis nõ datur.

Et ubicunq; absens quis damnari potest, ibi quemuis uerba pro eo faciẽtem, & innocentiam excusantẽ audiri æquũ est, & ordinarium admittere, quod ex rescripto Imperatoris nostri apparet.

Hæcq: aliter quam alias, dicta dispositaq: sint, ex quibus finem quoque imponimus huic. §. nostro, uitiosum inde & turpe putantes. d. §. ad crimen, & d. c. ueniens, materiam quæ ipsorum propria est, & peculiaris, omni ex parte uelle hic pertractare, & longius maxime hoc tempore quam par sit. Die ult. Iunii. 1548. Paduæ. Laus Deo.

Non mireris lector si huiusce. §. lecturæ prima, mentio fit in discursu, & tamen impressa non sit, quia breuitati studere uoluimus, sat est pro nunc alias non omisisse, aliarum legum supra, ut uides, & quia & prolixitati quandoq; est occurrendum, & fastidientis pòtius quam proficientis, uelle omnia scribere, uel scribendoq; complecti. Vale.

SVMMARIVM.

1 *Pœnarum diuisio.*
2 *Quod corporalis etiam minima est maior quacunq; pecuniaria.*
3 *Quot furtorum sint genera.*
4 *An tex. iste habeat locum in infamia facti.*
5 *Quid sit infamia iuris & facti.*
6 *Casus.*
7 *An Iudex possit imponere pœnam corporalem pro pecuniaria*
8 *An condemnandus in duplum, si condemnetur in quadruplum condemnatio teneat.*
9 *Quare mulctari & non puniri dixerit. I. Con.*
10 *Item quare, quod præses relegauerit.*
11 *Quando pœna grauior imposita est, an reus notetur infamia.*
12 *Quæ utilitas sit, an quis nec ne notetur infamia.*
13 *Vbicumq; pœna imponitur delicto diuersis legibus, an reus una tantum puniri debeat*
14 *Quid si in eadem lege copulatiue.*
15 *Quid si alternatiue.*
16 *Vtrum hic necesse sit exprimere, quod imponitur pœna corporalis pro pecuniaria.*
17 *Quid respectu sententiæ.*
18 *An respectu etiam iudicis id fieri debeat*
19 *Limitatio ad l. ut fundus. ff. communi di.*
20 *Quando liceat iudici pœnam minuere uel augere.*
21 *Si statutum pœnam exprimat, an habeat locum decisio. l. hodie. ff. de pœn.*
22 *Quæ sit causa argumenti & diminutionis*
23 *Si minor pœna imponatur quam a lege sit disposita, an cum infamia uideatur dispensatum.*
24 *An pars possit implorare officium Iudicis, ut pœnam augeat uel minuat.*
25 *Quid si statuto pœna augeatur uel minuatur, an cum infamia dispensatum uideatur.*
26 *Difficultas in materia urgens. Et ibi Sol. multiplex.*
27 *Alia urgentior.*
28 *Quid si pro pœna pecuniaria applicanda parti, utraq; imponatur casu quo detur concursus, an cum infamia sit dispensatum.*
29 *Quid si iam lata sententia in pecuniaria, infligatur corporalis, quia reus inopia laborabat.*
30 *Quid si pro pecuniaria imponatur corporalis, ei qui delictum commisisse dignoscitur, eo quia soluere non poterat.*
31 *An si soluendo etiam sit possit fieri commutatio pœnæ.*

DE HIS QVI NOT. INFAMIA.

Vlpianus lib. vi. ad edictum.

L. QVID ERGO. S. POENA GRAVIOR. Inquit Pau. Cast. hic, quod iste S. est famosus & uulga. quodq; habet materiam satis difficilem, & breuiter hoc dicit in summa. Si pœna corporalis, pro pecuniaria, uel pro alia corporali grauior imponatur, æstimatio cõseruatur, seu reus haud notatur infamia; si pecuniaria autem augeatur, non, siue criminaliter, siue ciuiliter agatur. Diuiditur in duas partes, prout ponit duo dicta. In prima, an infamia notetur reus, si pæna corporalis pro pecuniaria imponatur, uel pro alia corporali grauior. In secunda, quid si pecuniaria augeatur. a. ibi, sed si.

Modo, quoniam de pœnis facta est mentio, & de eis latius tractandum est, quædam præmitti debent, Pro intelligẽtia, ideo scias uelim (libentius enim hæc perducunt nos ad lectionem propositæ materiæ inquit I. Con. in .l. i. ff. de orig. iur.) & primo. quod pœnarum
1 quædam sunt † pecuniariæ; quædam corporales; quædam autem priuatiuæ dignitatis. pecuniariæ, quæ continent diminutionem patrimonii, & hac ratione, pæna, damnum appellari potest .l. 3. ff. de dam. infec. uel dici, quod punitus sit damnificatus. l. proculus, in fin. ff. eod. l. non amplius. S. i. & ibi glo. & Bald. not. de lega. i. quod tamen non est absolute uerum, ut declarat Rom. singu. 342. Corporales, quæ affligunt corpus. l. si quis id quod de iu. om. Iudi. l. quicunque. C. de seruis fugi. Priuatiuæ dignitatis, quæ æ-

stimationem auferunt,& infamant.l.cognitionum.§.Estimatio.ff. de ua. & extraord. cogni. & de his omnibus latius infra & legitur in tex.nostro. Mitto, quod aliæ etiam inde sunt(ut inquit Ange. & bene) quæ capitales appellantur, non capitales,canonicæ, & spirituales,& aliæ quam plures, quæ breuitatis gratia prætermittendæ sunt. Capitales,ut mortis,deportationis,& metalli, de quibus melius quam alibi in l.2.ff.de pœn.& in l.2.ff.de pub. iudi. & in l. edicto in §.rei capitalis.ff.de bo.po.dixi in l.imperium ff.de iu.om.iudi.Non capitales,ut relegatio,dignitatis amissio, ut hic. & per Inno.in c.qualiter & quando, de accusa.canonicæ,ut degradatio,& cum quis traditur curiæ seculari, ac damnatio ad perpetuas carceres,ut in c.2.de pœn. in 6.& in c.cum non ab homine, de iudi. & in c. qualiter & quando. 2. in §. fi. de accusa. (reddet singula singulis) deq; hoc ultimo per Bar.in d.l.imperium. in 3.col.in 2.gradu meri imperii maioris. Spirituales, ut excōmunicatio maior, cum quis priuatur communione fidelium, & sacramentorum, qua pœna nulla est maior in ecclesia Dei. c. corripiantur.24.q. 3. l. hi qui sanctam fidem C.de aposta.Item & minor, cum priuatur tantum communione fidelium. c.si celebrat quod est fi.de cle.exco.mi.

2 Secundo,quod pœna † corporalis, quātumcunq; minima,est maior quacunq; pecuniaria.l.in seruorum. ff. de pœn.l. nec in ea.ff.ad leg.iul.de adul.& hac ratione statuta imponentia pænam pecuniariam,pro homicidio uel furto, non ualent,ut per Abb.in c.2.in prin.de de.lic.puc.& dicimus ad idem quoque ob id,cumulationem impediri.l.edita, ubi ego multa. C. de eden. quæ regulariter est permissa.l.fi.C. de ordi.iu. l. per minorem.ff.de iudi.quod tamen in personis uilibus,non contingit. l. hæ operæ. in fi.ff.de ope.lib.per quem tex. ita dicebat Bar.in l.i.in §.fi. ff. eo. tit. de pæn.& facit ultra eum,tex.in l.2.ibi, & si persona uilior.C.ut intra cer.temp.q. cri. ter. & glo.in l.illicitas. in §. ne potentiores, in uer,limine.ff.de offi. præsi. & non abre,quoniam uerba semper intelligūtur, secūdum qualitatem personarum.l. plenum.§.equitii.ff. de usu & hab. l. librorum.§.quid tamen cassius. ff. de lega. 3. ibi studiosus studioso. l. fi. ff. de actio. & ob.

3 Tertio,quod furtorum duo sunt genera † manifesti,& non manifesti.l.2. ff. fur.& seq.usq: ad l. ei qui. §. furtorum. insti.de obli. quæ ex del. nas. ita ut pro manifesto pæna quadrupli,pro non manifesto uero, pæna dupli,fuerit constituta à Prætoribus,& l.12.tab.§.pæna.insti. eo.Melius Bald.in l.certa col.2.C.quando prouo. non est ne. quod triplex est, unum in genere; ex l.12. tab. manifestū & nō manifestum haud erat cognitum, item & in specie, quod in manifestum & non manifestum diuiditur, ipsiusq: pæna dupli & quadrupli ut supra est & conceptum ac oblatum,de quibus in §. conceptū & seq.insti.eo.& de his alias.

4 Quarto præmitte etiam, quod licet loquatur tex. iste de infamia iuris † hēt tamen locum etiam in infamia facti. l.i. & ibi glo.not.supra eo. & est simile in l. iuris gentium.in §.quinimo.ff. de pact. quoniam loquitur in contractibus bonæ fidei, & tamen habet locum etiam in contractibus stricti iuris.l. petens. C. eo.& e contra,argum. in l.i.& ibi Soci. ff.de reb.dub. & in §. hactenus insti. de gradibus.& dixi late utrobiq;.

5 Quinto præmitte,quid sit † infamia iuris &facti,ut per glo.magistram,in d.l.i. Bar.in l.&si seuerior in prin.C.ex quib. cau.infa.irro.& quod alia est interior,alia exterior,interior ex legis dispositione,exterior uulgi,Iudicis,&secte,exemplificando ut per Bal. in c.i. ad fi. an remoue.deb.testes,in usibus deq; interiori exteriorīq; in c. testimonium colum. 3.extra de testib.

Sexto & ultimo,quod omne iudicium criminale,dicitur de iure cōmuni arbitrarium, subsistente tamen iusta, & legitima causa,quæ arbitriū boni uiri suggerat:quod intellige uerum hodie, quandoquidē olim esset secus .l. hodie .ff. de

pœn. & ideo licèt antiquitas bene statuerit, nouitas tamen neglexit, dicit tex. in c. anteriorum. in §. illud. 2. q. 6 & hoc (ut dixi) ex causa, que semper excepta esse uidetur in quacunque dispositione. l. si hominem. ff. manda. l. qui Iurato. ff. qui satisda. co. Bar. in §. quibus in prima cōsti. C. & ampliabimus ac limitabimus infra latius.

Istis sic ad euidentiam præmissis, casum in terminis figura hoc modo. Qui
6 dam puta Titius, cum in parte bonorū esset mulctandus, ut puta (quem admodum exemplificat glo.) quia seruum castrandum tradidisset, ut in l. is qui. ff. ad leg. Cor. de sica. aut quia criminalem causam non exercuisset, impleuissetq; intra tempus biennii prefixum & determinatum a lege, l. i. 2. & fi. C. ut itra cer. tem. q. cri. ter. Vel quia domum iudicis ingressus, quæsierit eum corrumpere. l. i. in fi. ff. ad leg. Iul. ambi. fuit a Præside relegatus in insulam, & sic, pæna grauiori affectus. dubitatum fuit apud Vlpianum Iurisconsultum, authorem legis nostræ, nunquid notaretur infamia. Pri ma facie, uidebatur dicēdum, quod sic, & rationem dubitandi faciebat uer. sequens; nam si notatur eo casu, ubi pæna pecuniaria maior, pro pecuniaria minori īposita est, multo magis notari uidebatur, quādo ē imposita corporalis grauior, uel pro pecuniaria, uel ꝓcorporali. l. q̄to magis. ff. de iureiu. auth. multo magis. C. de sacros. ec. c. cū in cūctis, de elec. l. in seruorum. ff. de pen. uel & secundo, quia infamia contrahitur ratione doli & culpæ, §. suspectus. Insti. de susp. tu. l. Impuberibus. §. i. ff. eo. uerum in exemplis de quibus supra delinquēs dolo uel culpa non caruit, ergo. & hoc idem etiam sensit Bal. in. l. ne causas. C. de ap. Aut & tertio, quoniam relegatio infamat. l. cognitionum. §. minuitur. ff. de ua. & extraor. cogni. Istis tamen non obstantibus, contrarium deciditur in lege nostra; & ratio decisionis est, ut in ea quoniam cum eo duriori hac sententia transactum esse uidetur; quod non est, cum pæna pecuniaria maior, pro pecuniaria imponitur. & sic rationes dubitādi tolluntur, quandoquidem pœna pecuniaria augeatur, nō autem durior imponatur; quæ duo lōge differre uidētur ex quo augumentum idem est cum pœna aucta & grauamen patrimonii, non personæ; quod non est cum durior imponitur. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dota. l. etiam. C. de iu. do. l. quotiens. §. fi. ff. de admi. tu. quod nihil aliud est dicere, nisi quod grauatus in hoc, quod maior pæna imposita est, alio solatio saltem releuatur, ut infamia non notetur l. cum qui. ff. de iureiu. l. cum mota. iuncta glo. C. de transac. & melius quam alibi. in. l. fi. ff. de litigio & latius ut infra & ita in. d. uer. seq. etiam casum habebitis, in quo ratio dubitandi e contra, ex præcedēti potissimum ponetur, & postea resolu[e]tur ut supra.

Posset etiam breuius sic dici Titius parte bonorum, erat mulctādus, fuit relegatus, & sic grauiori pena ultra legem condemnatus, dubitabatur an esset infamis. Videbatur dicendum quod sic, quia est etiam infamis, cōdemnatus pæna pecuniaria ut infra in seq. uer. ubi in duplum furti non manifesti condemnari debuit, condemnatus fuit in quadruplū, & sic multo magis in casu isto, quia quælibet pæna corporalis etiam minima, est maior, quacunq; pecuniaria. l. in seruorum. ff. de pæn. Contrariū tamen deciditur, & ratio decisionis est, quia cum eo duriori sententia transactum uidetur, de existimatione eius, quod non est in uer. seq. ex quo pæna erat patrimonii, & non personæ, nec potest facere præses quominus damnatum furti sequatur infamia. l. non potest. ff. de fur. & sic dubitādi rō sublata ē, & ita cōstitutū ē, et respōsū in q. t tex. Constitutū à ꝑtore respōsū à iuris prudentib. ꝑiterum Vlp. auctore legis nostre ad edictū lib. 6

Additio.

In primo dicto decidendi ratio est, (ut in tex. ipso dicitur) quia super existimatione transactum uidebitur, & infamia remissa, & ponitur transactio improprie pro compensatione quadam,

arg.in l.si uno.ff.loca.& facit regu.l.cum qui.ff.de iureiu.& l.diuus.ff.de offi. præs.quasi hoc solatio,leuetur,ut in simili in l.capitalium in §.famosos.ff. de pæn. & in l.si cum dotem in.§.sin autem in se uissimo ad fi.ff.sol.mat.& in l.fi.C.de institutio.& sub.sub con.fac.& in l.i.C.de his qui ante ap.tab.& insti. ad tertul. in prin. Dubium tamen facit, quia si(ut dicitur hic rursum)ultra legem pæna imposita est,sententia non ualebit.l.i.C. q sen.si.ap. re. nec transactum uidebitur, ut infamia remissa uideatur, quia non entium non est qualitas, quodq; nullũ est,nullum parit effectum.l. eius qui in prouincia.ff.si cer.pet. c. constitutus de transac.

Sol.aut Iudex pronunciat contra legem,puta minorem 14. annorum testari posse,& sic errore in sententia expresso,& tunc non ualet ut in contrario, & in l.si expressim.ff.de ap. quandoq; præter legem, puta aliquem posse testari, non dicendo tamen impuberem,& isto casu ualebit,ut ind. locis not. quãdoq: ultra legem ut hic,& pari modo,non ĩprobabitur,quia lata contra ius litigatoris erit.l.a.C. quando prouoca. non est ne.ergo & transactum uidebitur, & ut dictum est etiam remissa infamia. Sed contra,quia non potest Iudex infamiã remittere expresse.l.i.§.fi.ff. de quæstio. ergo multo minus tacite hic. Sol.non potest ibi post sententiam, nos autem ĩ sententia,loquimur,quod sibi à lege ẽt tacite hoc modo permissum est. ergo.

Secundo dubium facit, quod adhuc sententia non ualeat,nec infamia remitti possit,quia unum petitur, & super alio pronunciatur,& male.l.fi.C.de fidei com. lib. l. ut fundus. ff. cõi di. c. licet hely.de Simo.

Sol.id uerum est in ciuilibus , cum quid dandum est uel faciendum,nos autem in criminalibus,in quibus ad uindictam agitur.l.libellorum. ff. de accu. ergo ualebit, & effectum pariet ut supra & sic non semper argumentum de causis ciuilibus ad criminalia procedit.l.absentem.ff.de pæn.& insti.de pub. iud.in prin.unde in ciuilibus libellus conclusionem desiderat,ubi alias in criminalibus nõ est necessaria ut hic per Bar.not. in l.i.ff.de eden.

Secundum dictum est, si pro minori pæna pecuniaria,maior imponatur,exẽplificando ut per glo. quod infamia nõ remittetur,neq; transactum uidebitur, & facit tex.in l.non potest.ff.de fur.

Et non ab re,quia patrimonii grauamen est,non personæ; in duplum enim condemnari debebat,& fuit condemnatus in quadruplum,ut hic per Bal.colũ. i.in rep.

Dubium tamen facit hoc quoque casu,quod imo infamia etiam remissa sit l.si furti.C.eo.ubi mulier fuerat condẽnata furti non manifesti , & tamen non notatur infamia.

Sol.clara est ut hic per glo. & doct.& ibi,quod conuenta fuerat, rei uendicatione,uel ad exhibendum,& ad rei restitutionem condemnata,nec restituit delatumq; iuramentum actori.l. qui restituere.ff.de rei uen.l.in actionibus. ff. de in lit.iu.quo casu si condemnata est ultra quam debuit,non infamatur,ut hic, ex quo actiones prædictæ non infamãt. Vel dicamus quod ibi actum sit certi cõdictione generali ad duplum,non infamante pariter.l.cessat.ff.de ac.& ob.

Secundo dubium facit, quia persecutio pænæ legis auctoritati est reseruata, facti uero quæstio arbitrio iudicantis.l. i.§.sin autem.ff.ad turpil. l. ordine.ff.ad municipal. unde philosophus oporter recte positas leges,omnia determinare, & quam paucissima committere iudicãti,uideretur igitur dicendum , iudicem nec augere,nec minuere posse pænam.

Sol. non potest absque causæ cognitione,alias sic,ut not.in d.iuribus, & in l.& si seuerior.C.ex quib.cau. infa.irroga.omnes hic.

Tertio dubium facit, quia sumus in delictis extraordinariis,in quibus nulla pæna statuta reperitur.l.hodie.ff.de pæ. quo modo igitur potest augeri uel minui,& consequenter agi de aliqua infamia remittenda,uel non.

Sol. intelligi debet, posse augeri uel minui habito respectu ad id quod fieri solet. l. si finita. §. i. ff. de dam. inf.

Primo ex isto tex. notandum est, quod Iudex potest imponere pœnam corpo-
7 ralem † pro pecuniaria, causa cognita, secundum Bar. hic, & in l. aut facta. in §. fi. ff. de pæn. & in l. quædam, ultra eum, eo. tit. & in l. & si seuerior. C. ex quib. cau. infa. irro. & hoc, ut dicitur in d. §. fi. quia multis grassantibus (grassari enim est obuios in itinere à latronibus spoliari. l. capitalium. §. grassatores. ff. de pæn. à gradior uerbo descendens, quod est ambulare) locus est exemplo, & ut pœna unius, metus sit multorum, & sic recedere à pœna legis, seu consuetudinis, quoniam consuetudo lex est, licet non scripta. §. ex non scripto. Inst. de iu. natu. à lege non differens, nisi ut tacitum & expressum, ut not. in l. de quibus. in fi. ff. de legi. ubi alias causa non subsistente, ad legem seu consuetudinem recurrendum esset, ut infra & sentit Abb. in c. de causis in fi. de offi. del. not. in l. hodie. ff. de pæn. & propterea ad propositum, plus punitur interficiens uxorem quam matrem, tamen & si matricidium sit delictum grauius uxoricidio. c. admonere iuncta glo. existimes. c. latorem 33. q. 2. & hoc ex causa, quia, promptiores sunt homines ad interficiendas uxores, quam matres ut in. d. glo existimes, declarat, etiam Abb. in. c. at si clerici. col. 3. in prin. de iudi. & alibi dicit, in. c. fi. in. 8. ad fi. de fo. compe. quod. ista ratione, & sic ex causa ad locum delicti fit remissio quanquam ex consuetudine Italiæ fieri non soleat, ut inquit Bar. in l. sepulchri nu. 3. ff. de sep. uiola. tribus tamen concurrentibus, quod petatur, quod delictum non sit leue, & criminaliter non autem ciuiliter intentatum. c. super his. de accusa. c. tuæ. de procura. Sed moueo difficultatem, & dico, quod, si causa cognita hoc fieri deberet, dixisset utique lex, prout dixit in l. sed si hac. in. §. pe. ff. de in ius uo. in. l. nonnunquam. ff. de adop. in l. si creditores. ff. de priuil. credi. in l. si quis ex argentariis in. §. fin. ff. de eden. & in l. fi. de testi. in int. & aliis plerisque, & facile quidem fuisset. l. unica. §. sin autem. uersic. uero. C. de cadu. tol. non dixit; ergo nec nos. l. si seruum. §. non dixit Prætor. ff. de acqui. hæ. l. si uero. §. de uiro. ff. sol. mat. responde, quod esto quod non dixerit, debet tamen subintelligi & suppleri. l. oratio. ff. de spon. l. i. ff. de testa. quandoquidem a pœna legis alias recedi non debeat, ne exinde sententia iniusta esse dicatur, ut infra & est argu. in. l. prospexit. ff. qui & à quib. & in. c. in istis 4. d. uel dic, quod imo facta est mentio supra ead. in §. quantum, & una pars legis alteram declarat l. uerum, ubi. glo. ff. de peti. her. Secundo,
moueo aliam, nam quando aliquid ali- 8
cui permissum est ex causa, eius æstimatio sibi non permittitur, ita Bar. in l. i. in 4. not. ff. de offi. consu. §. eadem lege inst. quib. ex cau. ma. l. i. l. si minor com. l. seq. ff. de ma. uind. responde, uerum esse in uoluntaria iurisdictione, non in contentiosa, ut ibi, uel in ciuilibus, non in criminalibus. & est argu. in l. ita uulneratus. ad leg. Aquil. & in. c. ut famæ de sen. ex com. & sic declara, non semper argu. de ciuilibus ad criminalia procedere, pro limitatione. l. absentem. ff. de pæn.

Tertio & ultimo aliam quid si causa cognita hoc non fieret, responde quod tunc non ualeret, neque prætextu dictæ pœnæ puniretur, argu. in l. 2. in. §. circa ff. de excep. do. d. §. quantum supra ea. l. & de facto diceretur imposita, ut not. in. l. uerum. in. §. ex facto. ff. de mino. & in. l. ictus fustium. infra eod. & de facto deberet reuocari, secundum glo. in. l. minor. ff. de euictio. & tex. ad literam not. in. l. i. in §. & hoc edictum. ff. si mul. uen. no. Quæ autem uersetur in causæ cognitione, dic ut per Soci. consi. 32. col. fi. uol. i. uel & melius ut infra.

Secundo, ex isto tex. notandum est, secundum eundem Bar. quod licet contra aliquem, actum sit ex causa, ex qua debebat fieri condemnatio dupli, si fiat
8 condemnatio quadrupli, tenet; de quo tamen se remittit ad not. per eum in. l. denunciasse in uer. quid tamen. ff. ad leg. iul. de adul. qua de re nec ego aliter insi

cto; addito tamen, non mirum esse, quoniam si hoc locum habet, ex causa tamen, ubi de pœna corporali agitur, (ut diximus) multo magis locum habebit, ubi agitur de ciuili, prout est dupli & quadrupli; ex quo pæna corporalis quãtuncunq; minima, est maior quacunq; pecuniaria, præterquam in personis uilibus. l. in seruorum. ff. de pæn. not. Bar. in l. i. in §. fi. eo. tit

Tertio noto ego ex isto tex. (reliqua enim) dicit Bar. (uidenda sunt in .l. & si seuerior. præallega. C. ex quib. cau. infa. irro. & in .l. si possidonium .C. eo, ubi etiam parum utiliter pertractatur) ibi,

9 mulctari &c. quod non ab re† aut extra propositum, in exẽplo hoc dicitur, Præsidem relegasse eum, qui in parte bonorum mulctari debuit, non autem puniri; quoniam pæna, nomen generale est, & omniũ delictorum cohercio; mulcta autem specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est. l. aliud est fraus. ff. de uerbo. si. l. si qua pæna. in fi. ff. eo ubi etiam aliæ differentiæ uideri possunt. & ultra eos per Bal. in. l. certa ratione, in 2. col. C. quando prouo. nõ est ne. & hoc modo loquitur etiam tex. in. l. is qui. ff. ad leg. Cor. de sica. & in lii. & 2. C. ut infra, cer. tem. q. cri. cer.

10 Quarto noto, quod non sine misterio † quoq; dixit tex. Præses relegauerit quoniã relegatio meri imperii est, quod minoribus magistratibus minime competit, ut not. in l. i supra de offi. eius. & in l. imperium. de iu. om. Iud. post glo. in l. nulli. C. de sen. & in. §. relegati. Insti. quib. mod. ius pat. po. sol. Aduerte tamẽ, quod non est imperii maximi: non maioris, neq; magni, sed parui, & expeditur officio Iudicis nobili, cum etiam publicam utilitatem respiciat, ut idem Bar. ubi supra dicit, & declarat, & bene. & signanter ac in materia de præside est tex. in. l. non potest. ff. de fur.

Quinto notandum est ex isto tex. quod quotienscunq; pæna grauior imposita est alicui, corporalis scilicet pro pecuniaria, uel etiam pro corporali, nũquam est uerum dicere, quod ille note-

11 tur infamia † quod mirabile mihi sẽper est uisum, nec immerito, quoniam cũ eo transactum & dispensatum uidetur. & intellige semper (ut diximus ĩ primo not. (ex causa, quoniam alias cum transactio sit stricti iuris. §. actionum. isti de actio. & per Alex. in l. sub prætextu. i. in 3. col. C. de transac. & dispensatio, odiosa sui natura, ex quo relaxatio est iuris cõmunis, imo uulneratio, ãquit Specu. de dispensa. in §. i. in prin. sine causa facta non ualet. c. innotuit. de electio. & inde est, quod forte factum temerarium Iudicis diceretur, secundum Bal. in .l. bonorum, in prin. C. qui admi. Sed moueo difficultatem, quomõ hæc esse possint, cum solus priceps dispenset, & ubicunq: de ea fit mentio, solus princeps cõtemplari uidetur. l. i. §. de qua autem ff. de postu. Responde breuiter, ex mẽte Ange. hic, & bene quod dispensat inferiora principe, nõ gratiam faciẽdo quod solius principis proprium est: & quo casu loquitur tex. in d. §. de qua in prin. & in terminis quidem, de infamia, sed iurisdictionem exercendo, & est etiam de mente d. §. de qua. in uer. seq. & ita tene. & ad propositum redeundo cum reus ĩ hoc grauetur, quod duriori pœna afficitur, in alio debet releuari, iuxta regulam dictæ. l. eum qui. & aliis supra in casus figuratione allega. ff. de iureiu. ut infamia non notetur. & est simile ultra ea, per regulam prædictam, in l. fi. ff. de rei uend. prout tamẽ interpretatur Ro. cõs. 70. col. 3. qđ cũ actor ibi fuerit grauatus onere probandi, reum negantem possidere, debeat releuari, ut statim eo consti to, possessio in eum transferatur, etiam quod de dominio aliter non probauerit, an notatu dignum. & alibi in l. i. in §. in operis. & ibi Ias. in 2. col. in prin. ff. de no. op. nun. quod licet alias ꝑ nũtiationem noui operis, iactu lapilli, & ꝑ ꝓtonem ius cõseruetur absq; amissione possessiõis. l. de pupillo. §. meminisse. ff. eo. secus est tamen si fiat uerbo, quoniam possessio amittitur: & hoc quia nũtiatus grauatus in hoc, ut si ædificauerit, propria impẽsa, opus destruat, debet ĩ alio

alio releuari, ut cōmodum possessionis reporte t. & in authen. qui rem. ubi simi liter Ias. not. col. 3. ad fi. C. de sacrosanc. ec. quod colonus ecclesiæ grauatus in hoc, quod cessans à solutione pēsionis, perdat melioramenta, releuatur in alio ut non expellatur, nisi cessauerit bien nio: ergo Idem ad propositum in casu nostro. quæ ratio cessat, ubi causa ciui lis augetur, prout diximus supra in dicta casus figuratione, ideo non mirum si in uer. seq. nō conseruatur. & hæc erūt quo ad textualia satis. Sed ante quam ueniamus ad glo. quæro, cuius utilitatis sit disputare, annotetur, nec ne, infamia
12 † seu conseruetur æstimatio, quod alienum à prædictis non erit, et respondeo breuiter, quod maxima hinc resultabit quandoquidem infamis faciem Principis non uideat, secundum Bal. in c. i. in prin. an ille qui ītersf. tra. dom. sui ī usib. l. 2. C. de digni. lib. 12. nec ad honores admitti possit, ut ibidem, Neq; pro alio possit postulare. l. i. §. ait. pretor supra de postu. Nec possit esse testis. l. 3. §. lege iulia. ff. de testi. Nec testamenti factionē habeat. l. cum lege. ff. de testa. et not Bal. in l. i. in 2. col. in prin. C. de secun. nup. et est limitatio ad. l. i. C. de sacrosāc. ec. nec ad quærelam inofficiosi testamenti admittatur, ut dicitur in. l. in arenam. et l. l. si filiam. C. de inoffi. testa. et breuiter ad nullos actus legitimos, qui explicantur in l. actus legitimi. ff. de reg. iu. ut cōcludit Fede. de sen. consi. 5. incip. quidā in 3. col. in prin. per tex. & ibi not. in c. licet ex quadam de testi. reliqua uidenda essent in d. §. quantum supra ea. l. & dicemus infra in discursu.

Quæro item, sunt duo fratres habentes turrim siue domum communem cuius partem unus habitabat, puta superiorem, alter inferiorem, ex forma statuti ob delictum ueniebat destruenda, an debeat destrui tota, multi multa dixerūt, breuiter ueritas hæc est, quod non destruatur, sed ex causa, pæna hæc in aliam commutetur, ut hic, & ita signanter per istum tex. dicebat Abb. in c. sup specula ad fi. de priuil. nonnihil Bart. in l. Ateius. ff. de aqua pluu. ar. & Alua. conciuis in c. i. in. §. præterea ad fi. de pace iur. fir. in usib.

Glo. debuit clara est, quā multum egregie reassumit Bart. maxime in resol. contrarii l. nemo. 2. C. de epis. audi. & l. nemo ubi idem ad literam. C. de postul. Ex cuius dictis collige & primo. Quod ubicunq; pœna imponitur delicto diuersis legibus, una tantum reus puniri
13 debet † nec habet dubium. l. senatus. ff. de accusa. quæ tamen secundum inductionem glo. ibidem, hoc nō probat, ex quo intelligitur in reo iam condemnato, & nimirum, quia sicuti in ciuilib. bona fides non patitur, ut bis idem exigatur. l. bona fides. ff. de reg. iu. l. qui bis idem. ff. de uerb. ob. quia solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio ut insti. quib. mo. tol. ob. in prin. minus patietur in criminalibus. l. in seruorum ff. de pæn. & idem etiam dicit glo. in l. in delictis, in. §. si detracta. in uer. amplius ff. de noxali. imo tex. in l. licet. ī fi. ff. nau. cau. stab. & Bal. hic in rep. col. 2. & Areti. ad propositum, cons. 58. col. 7. ad fi. si stat et statutum in ciuitate, imponens pœnam pecuniariam homicidæ, & ex forma iuris debeat decapitari, quamuis utraq; pæna cōcurrat origine quod si est punitus pæna pecuniaria, non poterit postea decapitari, & ante eum Bart. in l. i. in ult. q. ff. ui bo. rap. & Bal. pulchre ita declarat illum tex. in l. placet ad fi. C. de sacrosanc. ec. & dicit adhuc Abb. in c. sit per eo. in 2. col. de rap. q qui in hoc seculo pænitentiam sufficientem egerit, in purgatorio aliter non punietur, nos autem loquimur in condemnando, & à principio quando uenit puniendus; ergo. solidius dicerem ego, id esse, quia si delictum unum est, conuenit etiam, ut reus una puniatur pæna, & non plurib, l. sancimus. C. de pæn. l. rescriptum. ff. de his quib. ut indi. c. sicut dignum. de homi. Ro. consi. 463. Corn. consi. 5. colum. i. uol. 3. & est arg. in l. quod in hæredem in §. eligere. ff. de tribu. actio. & in l. cum filius. in §. uariis. ff. de lega. 2. & in l. i. in §. dixerit aliquis, & ibi not. ff. de publica.

&in.l.prætor edixit.in §.i.ff.de iniur.& plene etiam not. Bald. in l. quicunque, in 3.col.C.de ser.fugi. Si autem plura forēt & specie quidē differentia, tunc secus, ut ex multis ostendit idem Corn. consi.8.in prin.uol.3.

Secundo collige, si imponatur in eadem lege, & quidem copulatiue, quod utraque absq; dubio punietur, ut in d. 14 l.nemo. † & ratione suaderi potest, qa copulatiua regulariter concursum utriusq; copulati requirit.l.si hæredi plures ff.de condi. insti. c. quia propter de electio.l.i.& ibi Bar.ff.de iusti.& iu. & maxime quando copulantur respectu eiusdem finis, adiiciturq; uni dispositioni, ut in casu isto, & ibidem not.& in l. si is qui ducenta.in §.utrum.ff. de reb. dub. & per Bald. in l.fi. in 2. col. C.de sen.& int.om.iud.& in præallega.l.placet, aliquid, ad fi.C.de sacrosanc.ec.& sunt pœnæ, origine & effectu concurrentes, ut hic per doct.

Tertio collige, quod si alternatiue imponatur, una tantum damnabitur, ex 15 quo tunc origine & effectu † non dicuntur concurrere, ut in l. si fugitiui. C. de ser.fugi.& ratione etiam cōprobari potest, quia in alternatiuis sufficit alteram partem esse ueram quæ regu. generalis est.d.l.si hæredi plures, de condi. insti.l. generaliter.C.de insti.c. in alternatiuis, de reg.iu.in 6. Quod tamen dubitabile uidetur, quia alternatiua legis, semper habetur pro copulatiua, ne incerta sit dispositio ut not.Bar.in d.§.utrum, Cy. in l.cum quidam col.2.C.de uer.sig. Solue ut per eundem Bar.egregie declarantem in d.§.utrum in.2.col.quod uerum est quantum ad ipsum ius, non quoad executionem facti, signanter per d.l.si fugitiui, nonnihil in l.is qui in.§.2. ff. qui aut clam.& longe latius Cy.in d.l.cū quidam, & erit electio, (ut not.in d. l. si fugitiui) Iudicis, & non rei, alias ipse sē per mitiorem eligeret, quod etiam declarat Bald.in statu.pœna nu.6. Est uerū si uerba ad partem forent directa, quod tunc rei etiam esset electio, & ut fusius ibi & in l.quicunq; eo.tit.& per Bart.in l.i.in §.i.ff.de effractor. Sed quid si nec copulatiue, nec alternatiue, sed simpliciter? Dicit Bar.in humaniorem & mitiorem partem esse inclinandum, ut una tantum imponatur.l.si præses.l.interpretatione.ff. de legi. quo modo etiam arguit Ias.in l. transigere, in 3.col.C.de transac. Dicens in simili, quod si per statutum etiam simpliciter imponatur p delicto pœna capitis, intelligetur, non de morte, sed de pœna perpetui exilii, post Io. And.in c.quanto, de iureiu. & per bo.tex.in l.qui cum maior in §.is demum.ff.de bo. lib. & glo. not. est in l.i. C.ne christia.man.& hinc est, quod assessores exprimunt in sententiis capitalibus, (ut ibi dicit) quod caput à spatulis amputetur, ita quod anima separetur à corpore, cuius practicæ meminit etiam Fulgo.in l.præsenti.C.de his qui ad eccle.confu.quæ tamen mihi uisa est semper ridicula, ex quo quam primum dictum est, amputetur ibi caput, non aliter uerba sententiæ intelligi possunt. Et eadem ratione dicit Alex.in l.3. in §. si seruus in pe.col.ff.de acqui. po. quod offendens eum qui de proximo erat bāniendus, pœnam non incurrit ac si bannitus fuisset, quoniam de ea euitanda agitur, cuius theo.tamen dubitabilis est & reprobatur ibi ab aliis, nec ipse Alex. firmat pedem.& alibi Bal.in l.diuortio, in 3.col. ff.sol. mat. quod accusatus aliquē insultasse, mox uulnerasse de uulnere tantum punietur, cui insit insultus, quoniam uerba sunt æquiuoca, & in mitiorem partem intelligenda, ut mox id est statim id fecerit. quamobrem solent assessores ponere, cum temporis interuallo, ut sic uulneris & insultus habeatur consideratio, & delinquens puniatur.& alibi, ac ultimo loco, glo.in l. hæc enim causæ.ff.de susp.tu. quod ī dubio tutor suspectus remotus uidebitur potius propter culpam, quam propter dolum, à tutela. & facit dictum Io.2.ibi, et cum fecisset quasi flagellum. & cum p̄tor Cassius esset inexorabilis, dixerunt omnes eius tribunal reorum scopulum prædictaq; omnia uera sunt, præterquā

in excõmunicatione, cuius ap. maior uenit & non minor, rationemq; assignat Feli. in .c. si quem in prin. de. sen. exco.

In ea. glo. ibi, & hæc uera sunt. pari modo Bar. quærit, utrum ĩ casu præsentis. §. necesse sit exprimere in sententia, quod imponitur pæna corporalis pro pecuniaria. & breuiter, ac .i. respectu partis condemnatæ, conclu

16 dit quod non † motus potissimum, quia post quã ipse pænã imposuit, uidetur recessisse à prouisione legis. l. fi. C. de pac. conuen. ad cuius declarationẽ præmitte, quod dicit Alex. consi. 42. col. 6. uol. i. ergo nulla ratio ne suaderi posse uidetur, ad hoc teneri, & esse obligatum. Quæ ratio, iudicio meo non concludit, quoniã esto quod à prouisione legis, ipsius prouisione, recessum sit, non per hoc infertur ad id ipsum non teneri. ulterius decisio d. l. fi. procedit, quando à iure speciali receditur, ut ibidem sentit Bar. & Imo. in .c. potuit. in 3. col. de loca. & non immerito, quoniam facilius tollitur, quã ius cõmune. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de mil. testa. hic autem à iure communi. Secundo, tollit prouisionem legis nasciturам, non natam, ut ibi Bal. declarat; & probatur in .l. qui autem. cum similibus, ĩ argu. tamen ff. quæ in frau. credi. Sed nos loquimur in iam nata; ergo. Tertio tollit tacitam, non expressam, ut tex. met dicit, & rationabiliter quidẽ, quia regulare est etiam, tacitum expresso tolli. l. cum ex filio. §. i. ff. de uulga. & pup. sub. uerum hic est expressa; ergo non tolletur. & commode in argu. adduci posse uidetur tex. in. §. sed & hoc præsenti. in authen. de sanc. epis. non tenetur igitur id in sententia exprimere, quia nullibi lege cautum reperitur, aut ratione suaderi potest. §. consideremus in authen. de trien. & se. §. cum igitur ibi nec est lex quæ hoc dicat, in authen. de non eli. secun. nub. Sicuti dicitur in expen. in. §. opportet in authen. de iudi. Bal. in authen. nouo iure colum. 3. C. de iudi. Ias. in. l. properandum in. §. sin autẽ alterutra colu. 4. C. eo. Et alio casu de quo per eundem in. l. fi. colu. 2. C. de procu. quod in citatione debet exprimi scilicet causa, quando uult ut principalis cõpareat & non per pruouratorem, & iusta causa qua quis litigauit, & fuit ab expen. absolutus.

Nec ob. tex. in. l. i. in. §. si autem. ff. ad Turpil. adductus prius p Bar. quia pronuntiatio calumniæ erat simplex nulla penitus facta mentione pænæ, qđ nõ ẽ ĩ casu nostro cõsiderabile. & minus, quod si nõ exprimeretur (ut adhuc idẽ dicebat) Iudexq; pæna pecuniaria aliquem condemnaret, ubi à lege maiori esset prouisum, lex ipsa suppleret. l. 4. §. si quis cõdemnatus. ff. de re iudi. quia id uerum est in ciuilibus, & respectu temporis à lege diffiniti ad solutionem celebrandam commodo eorũ qui iudicati fuerũt, in quibus nulla Iudici potestas, nec arbitrium datum est: nos uero in criminalibus sumus, in quibus precipuo quodam iure, pœnæ ex arbitrio Iudicis pendent; iusta tamen (ut diximus sæpe) & legitima subsistente causa. & sic teneo opi. Bar. nõ tamẽ ex ratione qua mouebatur, & contraria ita tollo. qui tamẽ contrarium tenuisse uidetur in. l. 2. in. §. ignominie ĩ prin. supra eo. cogita.

Secundo concludit, quod nec re-

17 spectu † sẽtentiæ ad idem tenetur, quoniam cum habeat potestatem augendi & minuendi pænam ex causa. l. hodie. ff. de pen. & ut infra non potest dici, quod expressum iuris errorẽ cõtineat: & sic tolletur obiectũ l. 2. C. quãdo prouo. nõ est ne. l. præses. ff. de re iudi. l. si expressim. ff. de ap. adeo uerum alias, ut ab ea non possit appellari, ut in. d. l. 2. continetur, nec ualidari partium consensu, secundum Bal. in. l. error in ulti. col. C. de iu. & fac. igno. tradentem ex hoc intellectũ ad glo. in. l. 2. C. cõmunia ut iud.

Sed tamen aduerte, quia hoc idem dubitabile uidetur, exquo causa semper, & à quocunq; alleganda est, ut inquit idem Bal. in. l. cum hi. in. §. eã transactionem. col. i. ff. de. transac. l. i. in prin. C. de predi. decu. lib. 10. ibi omnes causas quibus strãgulatur exponat. tum & maxime, ac secundo, quia facti est. l. procula. ff. de proba. p quem tex. ita alibi dicebat idem Bal. in. l. generaliter. in 3. col. C. de non nume. pe. & facta regulariter non præsumuntur, uulga. l. quæcunq; in fi. ff. publicia. l. ĩ bello. §. factæ. ff. de capt. c. cum in iure peritus. de offi. dele. Tertio, quia si præsumitur in Principe, iuxta glo. in. l. fi. C. si con. ius uel uti. pub. & in. l. fi. ff. de consti. prin. & in. l. rescripta. C. de preci. Impe. offe. & in. l. relegati. ff. de pœn. in aliis regulare haud erit; alias à priuato, & alio quocunq;, differre non uidebitur, quo modo in simili arguit glo. in. l. nec honore. C. de epis. & cle. & in l. transigere. C. de transac. l. 3. ibi cur non in milite diuersum. ff. de mil. testa Nisi respondeamus, & est uerum, tantam esse iudicantis authoritatem ut Principi hoc casu æquiparetur. equiparatorũ equiparata debet esse ratio. l. i. ff. de lega. i. ergo. adeo ut præsumatur omnimodo, & allegari ab eo nullo modo debeat, imò plus ipsum non priuatum, sed Principis, ac legis pariter, ministrum esse, qui sicuti à forma ipsius hac ratione nõ recedit, ut in. l. quæ sub conditione. ĩ prin. ff. de condi. Insti. recedet ex causa, & uirtute potestatis, sibi tributæ hoc casu, ut hic, & in. d. l. hodie. ff. de pæn. & in. l. & si seuerior. C. ex quib. cau. infa. ir. & est regulare. c. sicut de re Iud. uel dicamus quod teneatur exprimere, & si non expresserit, quod non propterea sententia erit nulla ut communiter tenetur in. d. c. sicut ubi Imo. & Abb. glo. in. l. i. ff. si men. fal. mo. di. c. i. de senten. exco. in. 6. Crot. in. l. qui rome In. §. duo fratres. nu. 5. ff. de uer. ob.

Tertio & ultimo cuncludit, nec
18 respectu † Iudicis necessarium esse: quia cum ex actis appareat, ad quæ sententia semper refertur. l. hæc sententia. C. de sen. quæ si. cer. quan. per quem tex. ita etiam declarat Alex. in. l. i. in 2. & 3. col. C. de erro. cal. non dicitur grauare partẽ; quod potissimũ dubitandi rationem faciebat, nec tenebitur in syndicatu, ut in. l. si. ff. de ua. & extraordi. co. & Insti. de ob. quæ ex quasi delic. nas. in prin. Dũ modo, (addas tu) acta sint probatoria, non si assertoria, quoniã tunc partẽ grauaret, & militaret obiectũ; & secus postea, si se ad acta retulisset, quoniã & probatoria & assertoria cõprehendũtur, & concordabuntur duæ glo. cõtrariæ, in d. l. hæc sententia. & in l. q. d. tamen, in §. pomponius. ff. de arbit. In ea. glo. in fi. habes not. limitationẽ
19 † ad l. ut fundus. cõi di. & ad l. fi. C. de fideicõ. lib. & ad c. licet hely. de simo. q ad aliud, q̃ ad id quod petitũ est, fit condẽnatio: & nimirũ, inquit Bar. q a in criminalibus, conclusio haud ẽ necessaria, iuxta not. in l. libellorũ. ff. de accu. & in. l. accusatio. C. eo. ubi alias in ciuilib. factũ partis inspicitur, ut ĩ iurib. supra alleg. Q d declara tu uerũ dũ modo criminaliter agatur. c. tuæ. de procu. c. sup his. de accusa. quia si ciuiliter, cõclusio requireretur, & petitiõi sentẽtia deberet esse cõformis. uel & dato, subdit ipse, q d cõclusio sit necessaria quoniã actiones criminales ad uindictã publicam proponũtur. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publica. cõclusio partis non poterit auferre potestatẽ Iudicis. l. quos prohibet. ff. de postu. Quarum neutra placet, exquo prima confundi uidetur per tex. in l. absẽtem. ff. de pæn. ubi in criminalibus ad instar ciuilium proceditur, quem sic inducit, & interpretatur etiam Bal. in. l. cũctos populos. in ulti. col. C. de sum. tri. & fi. catho Secunda uero, quia nec id generaliter uerũ est, sed dũtaxat quã do Iudex procedit per inquisitio-

nem ex officio, ut in l. congruit. ff. de offi. præsi. & in c. qualiter & quando, de accu. aliàs factum partis quoquo modo considerari posse uideretur. Et ideo dic secundo loco, id uerum esse quod dicitur in d. l. ut fundus, & similibus, regulariter, sed non inconuenire quandoq;, ex causa etiam condemnationem fieri ultra id quod petitur; quoniam etiam in ciuilibus interdum permissum est. l. qui restituere. ff. de rei uen. l. i. ff. de in lit. iu. Vel & ultimo, quod imò facta est condemnatio in eo quod petitum erat, quia actor petit reum condemnari absq; pœnæ expressione, vt sentit Bal. in d. l. & si seuerior, in 3. col. C. eo. Cogitate.

Glo. magna (aliæ enim, secunda scilicet & tertia, consulto prętermittendæ sunt) multas habet partes ut in ea

Adde primo, dum respondendo
20 † ad contrarium. l. i. §. si aũt. ff. ad Turpil. & l. ordine. ff. ad municipa. dicit, post ipsam sententiam, iudici non licere pœnam minuere, aut augere, in ipsa uero sententia, sic, id ipsum probari, quoniam aliàs dispositio .l. hodie. ff. de poen. verbis & non rebus imposita esset, seruiretq; nobis de nihilo, & male. l. 2. C. cõia de lega. c. commissa, de elec. in 6. & not. Bar. in rub. de leg. i. in prin. & sic d. iura contraria concordabuntur.

Et adeo uerum est, ut alibi dixerit Bal. in l. quicumq; in 4. col. C. de ser. fugi. quod licet aliàs in ciuilibus, cùm de pœna applicanda parti agitur, si alternatiue debeatur, dicamus electionem esse semper dare debentis. l. plerunq; §. fi. ff. de iu. do. in criminalibus tamen electio sit iudicis, siue per accusationem, siue per inquisitionẽ, procedatur, Odof. tamen in l. si fugitiui colu. i. tenuit contrarium, & dictum fuit supra.

Et alibi, in l. & si seuerior, in 2. ad fi. C. eo. quòd iudex non erit periurus, quamuis iuret seruare leges, iuramentumq; in forma specifica adimplendum sit, ut in l. si pecuniam, in glo. necesse. ff. de condi. ob cau. & in c. ad nostram, de iureiu. Si ex causa pœnam alterauerit, quia ad æquitatem semper reduci debet. §. æquius, in authen. iusiuran. quod præstatur ab his.

Et alibi in .c. præterea requisisti. in 3. de ap. adeo hoc esse uerum, ut cum tempus sententiæ inspiciatur, uariatio sibi permissa sit vsq; ad illud quod tamen non est regulare, & probatur etiam in l. pe. & fi. ff. si ex no. cau. aga.

Et ampliatur, ut locum habeat non solum in foro iudiciali, sed etiam pœnitentiæ, ut declarat Abb. in .c. significauit, de pœni. & remi. & non immerito ultra eum, quia diuersitatis ratio assignari non potest, usq; adeo ut id, quod uno iure statutum est, alio etiam statutum intelligatur. nisi per legem distinguantur c. inquisitioni, de sen. excom. c. tua nos, de sponsa. c. quicunq; 17. q. 4. & si propter iuramentum, contrarium tenuerit Gui. Pa. in loco infra allegan. in fi. & ex supra dictis male.

Sed pone, quòd statutum pœnam
21 exprimat † an hoc casu locum habeat dispositio. d. l. hodie. Videretur dicendum, quòd non, quia uerba ipsius præcise seruanda sunt, nec secus nisi ut iacent. l. 3. § hæc verba. ff. de nego. gest. l. quicquid astringendæ. ff. de uerbo. oblig. l. quod constitutum. ff. de mil. test. Considerando etiam per ipsum generalitati d. l. fuisse derogatum .l. sanctio legum. ff. de poen. c. generi per speciem, de reg. iur. in 6. & not. Bal. in simili, in l. obseruare, in §. proficisci, in i. lect. in 3. col. de offi. procon. Et ultimo loco, quòd nihil operaretur aliàs, contra uulga. regu. l. si quando. ff. de lega. i. l. ait prætor in prin. ff. de iure iu. c. si Papa de priuile. in 6. cum similibus, & ita tenet Bald. hic in repeti. & in lectu. & in .l. si fugitiui, & utrobiq; in 3. colum. C. de ser. fugi. & in .l. i. C. si aduer. do. & erit limi-

tatio ad d.l.hodie.

Sed tamen cogita, si contrarium suaderi potest, quia statutum, particula legis & iuris dicitur.l.omnes populi.ff.de iusti. & iu. Sed de iure licet; ergo & eo casu, non obstante q̃ à statuto sit expressa. l. si eum.§. qui iniuriarum.ff.si quis cau. l. ex diuerso.§.i.ff.sol.mat. & maxime quia causa excepta regulariter uidetur in quacunq; dispositione. l. si hominem.ff. manda .l.qui iurato.ff.qui satisda.cogan. & quia uerba eius reputantur prætoris, ut not.in rub. de decu. & per Bald.in l.quisquis,in.i.colũ.C.ad leg.Iul.ma.usque adeo, ut rationabili interpretationi acquiescãt.l.ab hostibus.§.fi.ff.ex quib.cau.ma.Ex quibus tollitur primum, quod intelligitur, si sine causa uelit Iudex pœnam alterare. & hinc passiuam interpretationem patietur.l.i.§. lex falcidia, & ibi Bar.ff.ad legem fal.

Nec ob. secundum, quia non est uerum.l.si serui uestri. C. de noxa.c. cum dilectus. de consue. & est argu. in c.cum inferior de maio. & obe. & præcipue, quia non procedit regula illa, quando genus & species in diuersis ponuntur legibus, ut declarat Bal. in l.i.ff.ad leg.Aquil.

Non deniq; tertium, quia operabitur satis quoad actionem Bart.in l. i.in fi.ff.ad legem fal. & ubi causa nõ subest, & fuit respõsio glo.in c.si duo. quam etiam ibi Gemi.not.de procu. in 6.& Gui.papa, in decisio.suis 206. col.3.in princ. & in simili per Abb.in c.certificari, de sepultu.cogita.

Et iuxta prædicta quærit Bar. post
22 glo.quæ sit causa augumenti † & diminutionis, & concludit breuiter, quo ad augumẽtum primitus, quod sicuti in actionibus ciuilibus, per officium Iudicis quandoq; augetur cõdemnatio, secundum naturam actionis, si bonæ fidei fuerit, quãdoq; præter si fuerit stricti iuris, ut in l.in actionibus.ff.de in lit.iu. & in §. præterea. Insti, de actio.& not.in l.i. C. ubi cõue.qui cer.lo.da.promi.ită criminalibus augetur condemnatio quãdoq; ex natura delicti, propter qualitates ipsi inhærentes, de quibus in l. aut facta, in.§.i.ff.da pæn.quandoq; præter naturã ipsius, propter aliquod extrinsecum accidens, in exemplum puta aliorum, quia multi erant delinquentes, uel quia magnum imminebat periculum, ut in d.l. aut facta. in fi.ff.de pœn.usq: adeo ut primo casu, reus ĩfamiam non euitet, nec conseruetur illæsus quouis modo, ratione tex.nostri.& l.ordine.ff.ad municip.quoniã grauior pæna ultra legẽ imposita nõ est, sed secũdum legem, & prout qualitates delicti requirunt, haud dicendum secundo, iccirco non ab re etiã, si infamia non notatur. Dictum sanè apud me non satis tutũ, quia nec isto casu, ultra legem imposita uideretur ex quo lex ipsa hoc ipsum dicit, ut in exẽplo de quo supra. Nisi respondeamus, (& est uerum) dictum fuisse ea ratione supplicia exacerbari debere, quotiens nimium multis grassantib. exemplo opus est, non autem pæna specialiter imposita delinquentibus, ita ut cũ postea à Iudice imponitur, transactum quodammodo uideatur, & omnis infamia sublata penitus, & adhuc male, quãuis alibi supra dictũ non fuerit, quia transactio sui natura infamat, non autem infamiam tollit, l.i.in princ.l.athletas.§.fi.l.furti.§.pactus supra eo. Sol. iura prædicta loquuntur in trãsactione hominis, nos autem legis, quæ multum differre uidentur: quoniam in simili cõdemnatus ex præsumptione legis, punitur pœna ordinaria.l. i.C.ad leg. Cor. de sica.hominis uero, extraordinaria, & mitiori.c.tertio loco, de præsump. & not.Doct.in l.i.ff.si cer.pet.latius. Ad idem, contra negantem duplatur pæna, si condemnatio fiat ab homine, idest à Iudice, quod secus si à lege, ut per Bart. in l. id quod seruo . in. §. i. ff. de pecu.leg. & est not . declaratio ad l.contra negantem. C. ad leg. A.

quil. & propterea, ac ultimo, inde est, quod dispositio legis, contrauenientes ligat, absque alia monitione: hominis uero, interpellationem desiderat, secundum Abb. in c. extirpandæ. in §. quia uero, in 6. colum. de præben. Vel dic, quod non est proprie transactio, quia tex. noster, utitur uerbo uidetur, & in d. l. ordine, uerbo uelut, quæ improprietatem regulariter designant. l. i. §. deiecisse autem uidetur. uulga. ff. de ui & ui ar. l. precibus. C. de impub. l. sed ea. (singula singulis reddendo). ff. de legi. & nõ habet dubium.

Secundo concludit Bart. quod si minor pœna imponatur, quam à lege im-
23 posita sit † ex causa, puta ratione iuuentutis, uel senectutis, uel quia dolo delictum commissum non sit, aut alia quælibet simili, ut in l. auxilium. in §. in delictis. ff. de mino. & in l. 2. ff. de termi. mo. & in l. absentem. in fi. ff. de pæn. & in l. si adulterium cum incestu. in §. Imperatores. (singula singulis referendo) ff. ad leg. iul. de adulte. cum infamia etiam dispensatum uidetur, alias non.

Et probatur, primo, in l. & si seuerior C. eo. ubi casus clarus.

Secundo, quia si Iudex pœnam remisit ex causa, uidetur etiam remisisse infamiam, quæ (ut inquit glo. in d. l. & si seuerior.) est accessorium & sequela ipsius pœnæ, & ideo in simili, sublato testamento, euanescunt codicilli, nisi in eis expresse essent rogati uenientes ab intestato, implere contenta in eo, ut declarat Alexand. in l. i. in princ. C. de codicil. & alibi Salice. in authen. ingressi. in penult. colum. C. de sacrosanct. eccles. quod uitiato ingressu, nec bona remanent apud monasterium. Et quod monitorium emanans super exequutione gratiæ surreptitiæ, ob uerum ualorem non expressum, nullum est, si gratia est nulla, dicit alibi Ancha. in consi. 297. in prima colum. & est argumen. ad propositum in l. manumissiones quoque. ff. de iusti. & iur.

Terio, quia sicut naturale est, ipsum excusari ex causa, quo ad pœnam ita etiam naturale est, excusari quo ad infamiam. Considerando quoque id ipsum fauorabile esse reo, cui remittitur, & ampliandum, non autem restringendum, ne ad eius læsionem retorqueatur, uulga. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. l. fin. ff. de constit. princ. l. quod fauore. C. de legi. & ita tenendum est.

Quamuis unum obstet, quod motiuum fuit Petr. de Bel. perti. ut scilicet cum infamia dispensatum in dubio nõ uideatur, nisi exprimatur, uel tale quid apponatur in sententia, quod idem importet, exemplificando, ut per eum: & hoc quia sufficit si in paucis amici laboribus consulatur. l. tutori. C. de nego. gest. & ideo in simili, dicebat alibi glo. in l. seruum quoque. in §. publice. magna, in fi. infra de procu. quod satis est quod procurator admittatur in causis capitalibus, ad allegandas causas absentiæ, absque eo quod reum plene defendat. Et alibi Alexand. in l. more. in 2. colum. ff. de acqui. hær. quod licet in certis actibus, minor pro maiore habeatur, attamen id non est in omnibus regulare.

Nos uero, in l. imperium. in glo. fin. ff. de iu. om. iudi. quod delegatus ad uniuersitatem causarum, subdelegat, non tamen omnes causas; ex quo id in delegatis haud permissum est, sed unam tantum.

Cui facile potest responderi, quanquam Bart. nihil dicat, id uendicare sibi locum in terminis suis, ubi causa nõ est in consideratione, non necessitas, nec quid quod sit necessarium, uel sequela ad aliud, ut hic, ita ut ratio ad terminos, super quibus posita est, restringatur, alias cum militet etiam in tutore & curatore, idem in eis quoque dicendum esset, & male, ac contra illum tex. ergo & secus in casu nostro.

Rursus quærit Bar. an pars possit im-
24 plorare officium Iudicis † ut pœnam

augeat, uel minuat, & respondet breuiter, quod sic, non quod respectu ipsius Iudicis sit necessarium, ex quo consistit circa id, quod principaliter radicatur in eius persona: ita ut impartiatur officiũ suum etiam non requisitus, tam pro accusatore, quam pro accusato, ut in l. ædiles. in. §. item sciẽdum. ff. de ædil. edic. & in l. 2. ibi, sed aduersus nocentem &c. C. de aboli. & in l. accusatore defuncto, ff. de pub. iud. & in l. si non defendantur ff. de pæn. & in l. i. in fi. (singula singulis reddendo). ff. de quæstio. & ita per d. §. item sciendum. dicit etiam idem met Bar. in l. 4. in. §. hoc autem iudicium, in 3. colum. ff. de dam. infec. & Salice. in l. quamuis, in fi. C. quib. cau. pi. ta. contrahi. & ratione amplius suaderi potest, quia si hoc est in ciuilibus, siue simus in pertinentibus ad litis ordinationem, ut in libellis reiciendis. l. i. ff. de assesso. iuramẽto cal. exigendo. l. 2. §. sed quia ueremur. C. de iu. calum. & dilationibus dãdis. l. properandum. §. i. C. de iud. siue decisionem, & post lit. contestatam emergant. d. §. item sciendum, & not. Bart. in d. §. hoc autem edictum, multo magis erit in criminalibus. l. in seruorum. in fi. ff. de pœn. & est mirabile, quia alias uidemus hæc duo differre plurimum: ex quo primo casu attenditur consuetudo loci ubi agitur. Secundo uero, non, secundum Bar. in l. 3. in. §. fi. ff. de testi. qui dicit etiam alibi, in l. antiqua. C. de iu. cal. quod leges respicientes ordinationem litis & processus, non solum ad futura, uerum etiam ad præterita trahuntur. Si uero decisionem, & iustitiam uel iniustitiam partis, ad futura tãtum: quo modo intelligitur etiam quod habetur in l. leges. C. de legi. & in c. fi. de consti. & de materia latius in. l. inter stipulantem. in. §. i. ff. de uerbo. oblig. & in l. de die. ff. qui satisd. cog. potest ergo si uelit petere, non quod necessarium sit. Vtilitas est tamen, quia si petatur & id ipsum non faciat Iudex, tenebitur secũdum Bar. hic, & probatur in d. l. 4. in. §. in eum, actione in factum ad interesse, quod tamen in criminalibus tutum nõ uidetur; & ibi de pæna, fisco applicanda, ageretur; quoniam tunc nullum interesse probari posse uidetur, nisi uolũtatis satisfactio; quæ & si magnum interesse reputetur, iuxta glo. in l. pe. ff. de condi ob. cau. reputari tamen non uidetur. quantum ad hoc, ut contra Iudicẽ agi possit, si non fecerit quod petitum est. Considerando etiam tex. in d. §. in eum. loqui in cautione damni infecti, imo expresse in pæna sibi locum non uendicare. & quodsi non fecerit iusta de causa non fecisse uidebitur. Ideo cõgitã dum est.

Secundo quærit Bar. quid si statuto
25 augeatur uel minuatur pæna † utrũ cũ infamia dispensatum uideatur: & distinguit breuiter, quod non, si augeatur ex causa, cohærente ipsi delicto: si autem propter extrinsecum aliquod accidens, sic, & bene; dictumq; fuit supra & idem si minuatur cũ causa, alias secus. quod etiam potest ex eo comprobari, quia licet factum legis à facto hominis distinguatur, non distinguitur tamen quotiens diuersitatis ratio assignari haud potest; id maxime considerando ĩ homine, legis ministro, idest Iudice.

Sed moueo difficultatem, & dico, cõdictionem non infamare regulariter. l. cessat. ff. de actio. & ob. per quem tex. ut testatur Bar. in. l. infamem. in 3. col. ad fi. ff. de pub. Iudi. ita tenent communiter omnes Aduocati: & idem dicit Bal. in. l. athletas. in. §. calumniator, in ulti. col. supra eo. & not. ad propositum, in l. si furti. C. ex quib. cau. infa. ir. sed in statuto, si quis condemnatus est, condictione ex lege municipali condemnatus dicetur, & non aliter, idq; in dubio etiam præsumetur, ut inquit Io. de ana. in. c. qualiter & quando, in §. a d. corrigendos de accusa. pro quo est tex. in l. hæ enim. ff. de suspec. tu. ergo. Sol. facilis est, ut intelligamus prædicta secundum eundem Bar. hic. & latius in. d. l. infamem. & in. l. i. eo. tit. & in. l. i. supra

tit.nostro.quãdo ex statuto potest infamari; aliàs militaret obiectum . exempli gratia, quum pœna solum alteratur, quoniam ex lege antiqua publicorum iudiciorum agitur, ex qua etiam delinquens infamatur, ut in d.l.i. Bar.i.3.col. de pub.iudi. declarat. & est exemplum in.l.Iulia de adulte.peculatus, repetundarum,& simili.quibus id etiam, quod statim idem Bar.subiicit, p authen. sed nouo iure.C.ad leg.Iul.de adulte.deciditur, ut ipse met quoq; dicit, & clarius in d.l.i. Sed tamẽ dubium adhuc restat, quia qualitas auget effectum dispositionis, ita ut non ex antiqua, cui additur, sed ex addita, agi debeat.l.ius autem ciuile.ff.de iusti.& iu.l.fi.C. de aquæduc. lib.x.§. fi. in authen. ut fac. no. consti. Solue, alterationem esse, non mutationem uniuersalẽ, usq; adeo ut omnino ex lege antiqua agatur,&non ex noua, secundum Albe. in prohe. Co. in ulti. col. Vel & aliter, quod pœna noua dici non potest,&cõfunditur cum antiqua, ut idem met ibidem. dicit, & bene. Vel & tertio, ut per Ias.in repe.l. admonendi col. 72. ff. de iureiu. In reliquis, glo. clara est.

Quo modo ad uer.sed si.&extra glo. quidem opponitur, quod sententia nõ
26 ualeat, quia si pro furto non manifesto debuit fieri condemnatio ĩ duplum, & fiat in quadruplum, lata uidebitur contra expressum iuris errorem absq; dubio,& male.l.2.C. quando prouo. non est ne.l.i.§.item cum contra.ff.quæ sen. si. ap. re.l. si expræssim.ff. de ap. usq; adeo (quæmadmodum ubiq; dicitur) ut appellatio quoq; necessaria non sit. & hinc est, quod semper in hunc modum appellatur, Dico sententiam nullam,& si qua est, appello. secundum glo.in.l.i. in fi.C. quando prouo.non est ne.augeturq; difficultas, q̃a uidebitur hoc modo etiã in plus facta condemnatio, quã petitum sit; & adhuc male, uulga.l.ut fundus, cõi di. l.fi. C.de fideicõ.lib.c.licet hely.de simo.ergo nec infamabitur, quia cũ sententia nulla, sententia nõ sit l.4.§.condemnatum.ff. de re iudi.ex ca non potest etiam effectus infamiæ caussari, ut in simili de gabella inquit Bal .i. l.2.p illum tex.C.de eunu.solui scilicet non debere, si contractus fuerit nullus. late Docto.in.l.edita.ĩ emẽdationibus. C.de eden.

Cui difficultati respõdebat Gul. de cu. nimirum esse, quia proposita actione furti non manifesti, manifestum probatum fuerat, ita ut lata contra expressum iuris errorem dici non possit: argu.in.l.bouem . in.§.aliquando.ff.de ædil.edic. ubi quamuis actum sit actione æstimatoria quanto minoris, attamẽ officio Iudicis continebitur, ut reddito mãcipio, prætium agens recipiat, si nullius frugis sit, nec expediat ipsum habere: puta (inquit tex.) lunaticum, aut furiosum: quem etiam sic inducit glo. in c.iudicantem.30.q.ulti. & Bal.in.l.fi.C. de ædil.ac.& implicite in.l.2.in2.col.C. de proba. & minus recte, secũdum Bar. quoniam cũ fuisset proposita actio furti non manifesti, & probatum manifestum, ad quod alia actio competebat, manifesti scilicet: quarum una, à Prætore: alia autem, à lege 12.tab. descendit. ut not.ĩ.§.pœna.Insti. de ob. quæ ex delic.nas.non potuit sequi condemnatio, ut in.l. prætor.in.§. docere.ff.ui bo.rap. & in.l. denunciasse. in.§.quid tamen.ff. ad leg.Iul.de adulte.alias fine libello,& litis contestatione etiam sententia inde ferri posset: haud dicendũ quouis modo.l.prolatam. C.de sen. authen.offeratur.C.de lit.cont.& est argu.ultra eum, in.l.non est ferendus .ff. de transac.&ĩ.l. emptor.in.§.lucius.&in.l.tres fratres.ff. de pact. considerando etiam, non esse satis, quod in genere de alia actione cogitauerit, uulga.l. qui iure militari.ff.de mili.testa. melior tex.in.l.debitor. in.§. si.ff.de lega.2.quia expressio requirebatur. prærallega .§. docere.l. licet.ff. quib. mo.pig.ta.contra.c.qui ad agendum, de procu. in .6. & est not . declaratio ad .l. qui accusare .C.de eden.& ad.c.i.ut ec. be.si.di. confe. Actorem nihil probasse, & reum absolui debere; ad quod etiam. d.iura allegantur, si probauerit id, pro

quo alia competebat actio. & ad idem etiam est tex.in.l.habebat.ff. de instito. &hinc est, quod sequi poterit, si qualitas probetur, etiam non proposita, quoniam non mutatur actio, licet augeatur uel minuatur comdemnatio .l. in delictis.§. si de tracta. ff. de noxa. per quem tex.ita etiam dixit idem Bar.in.d.l. edita.in.4.col.C. de eden.&negari non potest. & sunt utilia ad .q. ut etiam idem met.inquit, si accusetur quis de percussione cum sanguine, seu cū armis, nec probata sit nisi percussio, an possit sequi condemnatio; de qua tamen postea se remittit ad not.in.d.§. quid tamen.

Et tenēdo sic, ad tex.in.§.aliquando. respondebitur, id non mirum esse, quia redhibitoria continebatur sub proposita quanto minoris. & est uerum, idq; tex.met dicit, &clarius in.l.si is qui hæres in.§.i.ff.de excep. rei iudi. exquo minus ualet quod nihil ualet, ut subiicit, &clarius in.d.§.quid tamen.& Bal.post eum, in.d.l.2 & aliis locis ut supra & est tex.in.l.illud quoq; in.§.minus.ff. de tributo. uel dic, quod ibi Iudex supplet ꝓpter illam æquitatem generalem, ne uenditor locupletetur cum iactura emptoris, ut in simili in.l.plane.& in.l.fi.ff. de peti.hæ. & sēsit Bal.in.l.cum mulier. in 7.col.ff. sol. mat. haud considetabile in casu nostro. & sic lectura ista, & intellectus Gul.de cu.non est bonus.

Nisi saluemus (inquit Bar. (quod ꝓposita fuerit actio furti nō manifesti, & Iudex pro manifesto condemnauerit, hoc tamen parte proponentis non probato, nec immerito (addas tu) quoniā tunc esto quod altera pars grauetur, ex quo qualitas probata non erat, cum nihilominus à petitis non discrepet, ualere debet necessario; & postea per appellationem rescindi. Vel & ultimo, quod actum sit furti simpliciter; & cum manifestum probatum fuisset, condemnatio facta in quadruplum, ita ut pari modo grauatus reus uideatur, nō quod expressum iuris errorem contineret, ꝑ appellationem postea, ut supra rescindēda. sed proxima melior, quoniam hæc directo textui nostro refragari uidetur, dum dicit, reum, ex furto non manifesto, conueniri debuisse.

Posset etiam dici ultra prædicta, licet in quadruplum condemnatio facta fuerit, quod non tamen expressum iuris errorem continet, neq; in plus factū, quam esset petitum; ex quo error facti potius, & excessus probationis, quam petitionis est, secundum Inno.in.c.quoniam contra, de proba.& Bal.hic, in repe.in 4. col. & ideo infamiæ effectus inde sequetur omnimodo.

Vltimo opponit Bar. ad uer. quamuis. † quo modo esse posit, quod ius
27 parti quæsitum posit auferri, per impositionem scilicet pænæ corporalis, ubi alias pecuniaria ueniebat imponenda, iuxta regulam.l.id.quod nostrum.ff.de regu.iu.&.l.fi.ff.de pac. &breuiter, duabus solutionibus confutatis, plures casus considerat, ut per eum. ex cuius dictis multa colligi possunt; sed prius dū dicit ad primum, &clarius in.l.ictus fustium.in.i. lectu. in .i. col. in .fi. infra eo. quod licet reus grauetur in processu, seu modo procedendi, non propterea uidebitur cum eo dispensatum quo ad infamiam, optima ratione comproba, quoniam æque conuenit, infamiam nō irrogari, nisi in casibus a iure expresis. l.i. supra eo.l. infamem .ff. de pub. iudi.&sentit Bald.in.l.quoniam, ī.i.lectu, in .2. col.supra eo. Sed nullibi expressū reperitur, cum infamia dispensatum esse, si reus grauetur ī modo procedendi, sed cum durior pæna imposita est ultra legem, ut hic, & in.l.ordine.ff.ad municipa.ergo.quo ad.2.dicam infra.

Prima igitur & ad propositum, sit cōclusio Bar. quod quando pro pæna pecuniaria, quæ ueniebat applicāda fisco, imponitur corporalis, semper cum infamia dispensatum uidetur. & in hoc non est dubitatio, quia tex.noster idem probat ad literam, &in.d.l.ordine, cum distinctione tamen eiusdem Bar. ut supra in.3.col.in prin.

28 Secūdo collige, quod si ꝑ pæna† pecuniaria applicanda parti, pecuniaria

& corporalis infligatur, casu quo detur concursus, ut per eum hic & in .l. prætor edixit, in .§. .ff. de iniur. parimodo cum infamia dispensatum uidebitur; alias non. Intelligendo non quando agitur ad uindictam in actione iniuriarum, ut præsupponit, sed ad rem familiarem, ut in lege Aquilia, qua ad damnum occasione mortis serui, & lege cornelia de si ca. agi potest, & nimirum ad propositum (inquit ipse) quia pœna durior, ultra legem, imposita reperitur; quo modo uer. iste intelligi potest, non referendo ipsum ad præcedentia, idest ad prin. §. ex quo (declara tu) ibi sola pæna corporalis imponitur, hic pecuniaria & corporalis simul dictum sane non satis tutum, quoniam expresse dicit tex. reum in pæna non pecuniaria oneratum fuisse, & sic sola corporali. nec uerum uidetur, si datur concursus, quod ultra legē imposita sit. & ideo omnimodo ad principium referri debet; & est uerus intellectus, quem etiam sensit hic Odof. nec dicatur superfluo repetitum, quoniam gratia clarioris doctrinæ repetitum est, ut in simili respondet Barba. in .l. cum acutissimi. col. 54. C. de fideicom. Considerando maxime prin. loqui quando criminaliter agebatur hic autem ciuiliter. Cogita.

Tertio ꝓbaẽ,q̃a si fideiussor esset reus,& debitor frustratoria fuisset decisio authen.pręsente. C.de fideiusso.non dicendum maximè de iure au&tenticorum, quia iure Cod.& digestorum non erat cognita, ut hic per Iac. de nig. & appellatur exceptio ordinis, ut per Bartol.in l.exceptiones, colum.1.ff.de exceptio. Et est unum beneficium fideiussoris,ex tribus de quibus per Abb. in cap. 2.col.2 & 3.de fideiusso.

Quarto (ut dicebam alias)quia hoc idẽ argui tur ex diuersitate nominum, titulorum, & diffinitionum. l. si idem. C. de codicil. Ias. in l. 2. in princ.ff.de iureiur.l.1.C.de iu.emphi.Bal.in l.testamentum.in fi.ff.de Testa.

Quinto & Vltimo,quia uideo quod distinctio contractuum est quod alii re,alii uerbis, alii literis,alii consensu celebrantur & locũ habent in debitore principali,cũ fideiussore tñ nunq̃ cõtrahi tur nisi uerbis.l.blanditus,allega.etiam supra. C. de fideiu.l.si pecuniam & ibi Bald. infra eodem. Debitor igitur est subsidiarius, & locodebitoris subrogatus,si ille nõ soluerit & ñ ꝓpriè debitor.

Et tenendo sic in uia disputatiua,ac contra cõmunẽ quod etiam Deci.tenuit. sed non omnibus arg.respondendo,posset ad contraria dici 1. non obstare,q̃m uerũ est, qđ tenetur & obligatus est ut fideiussor non ut debitor,Vnde ut dicebã proximè aliud est esse talem aliud haberi pro tali. l. si maritus.§. legis Iulię. ff. ad legem Iuli. de adult.

Non 2.quia dico quod est diuersitas rationis hic ex quo nõ potest fideiussor regulariter ad soluendũ cõpelli, nisi facta excussione, debitor aũt sic.d.auth.pñte,l.cũ q. Klendis.§. quotiens. ff.de uerb.ob.ergo ex diuersitate modi inducetur diuersitas dispositionis.

Non ob.3.quia si fideiussorio noĩe dẽt,nõ erit debitor,ut de debitore conditionali, & ita ẽt trãsit idẽ Deci. pro qua responsione dic tu quod est tex.in d.§.uerbis,& in d.l.furti in §.qui alieno. ff. de his qui not.infa.& in d.l.& magis.

Non ob.4.quia nõ reũ Iuriscon.sed quodlocũ rei tenet, & quasi reũ uocat quæ dictio sui natura improprietatẽ significat.l.meminimus.C.de legi. he.l.si cũ dotẽ §.fi.ff.sol.ma.Abb.in c.q̃liuit, sup uerbo quasi unigeniti à patre de uerb. si. & ꝓbat optimè ibi tex.i fi. Notat ẽt similitudinẽ.l.2.§. fi. ff.de usuf.ea rerũ.l.1.ff.de eo.q. pro tu.Sed nõ oẽ simile est idẽ.l.qđ Nerua.ff depo.ergo non erit debitor, & ad id quod locum rei tenet, est bonus tex.in cap.non est, 40.d.

Non obst. Quintum quia & id quoque uerum est sed non ut ab eo inuito mox, debitum extorqueatur, ut hic, ergo non erit debitor. l.4.§.totiens.ff.de damn.infec.

Non ob. sextum quia seruus est etiam ad dominum, uti obligatio fideiussoria ad principalẽ, & tamen non idem est seruus quod dominus,ergo nec fideiussor debitor.

Et minus septimum aliaque ad idem tendentia quia esto quod à reo siue debitore peti uideatur, quod à fideiussore petitur, ex quò id totum soluens postea ab ipso reo consequetur, non propterea debitor dicetur, ut supra.

Non ob.quod in pęnalibus de bitoris appellatione ueniat ẽt fideiussor.quia,i. non quia sit debitor propriè,sed q̃a fit extẽsio ex idemptitate rationis de uno casu ad alium siue de una pſona ad aliã qui uel quæ lata quadã significatione sub expresso cõprehendatur.l.filium habere.ff. ad Maced.Alex.signanter per d.auth.minoris debitor., in l.1 in §.hoc autẽ in fi.ff. ad Treb.Et ꝓ ista opi. in cõmunem facit adhuc,quia fideiussor semel liberatus,ex nouo debitoris ɔ̃ctu nõ amplius obligatur.l.fi.ff.de pact.inq; principali causa, obligatus In appellatione restat obligatio, & extinguitur.l.cum apud.ff.iud.sol.

104 In cæteris an cessionarius † sit ꝓpriè creditor * dic qđ sic quodque sic cõiter*tenetur, p text.in l. per diuersas ubi Bal.in specie not.C. mãda.& ita transiui alias, Adde nouissimæ eo ipso quod quis cedit iura sua alteri,quod cessionarium ponit in locum suum.l.planè Versi c.suo loco.ff.famil.ercis. sed cedens est creditor, ergo & cessionarius, Bertran. consil.116.nume. 14.uolumi.secundo. Et aduerte hinc quod tamen debitor cessus potest à cedente conueniri,nisi à cessionario debitori sit denunciatum,uel cessionarius à debitore aliquid acceperit,uel si cum debitore fuisset lit è cõtestatus,& ut per Ias. fusius in l.si pecunia,n.2.ff. de lega.1. Ex quibus sit breuiter finis etiam huic l. 1. septima uicæ à nobis compendiaria potius quadam uia,quã aliter interpraetatæ.ff. si cer. pe. die S. Clementis 23. Nouembris. 1557. PATAVII.

MANTVA.

SVMMARIVM.

1 *Lex ij. ff. si cert. petat. uenit continuatiuè ad leg. 1. ff. eod.*

2 *Mutuum ut dicatur quæ res efficiant, & in quibus rebus contrahatur.*

3 *Dictio quandoque regulam in contrarium deßignat sed in l. 2. ff. si cert. pet. exponitur pro aliquo tempore, & alijs pluribus modis exponi poteſt.*

4 *Dictio quandoque an semper neget, quando negatiua sequitur.*

5 *Species pro rebus ponuntur in l. 2. ff. si cert. petat.*

6 *Rationes dubitandi in l. 2. ff. si cert. pet. 7. 8. 9. 10.*

11 *Genus in l. 2. ff. si cert. petat. capitur pro quantitate fugnibili ideſt pro uſu promiſcuo ad differentiã generis quod in species diuiditur.*

12 *Mutuum quid sit.*

13 *Intellectus ac l. si seruum §. fin. ff. de uerb. oblig.*

14 *Contractus à uoluntate contrahentium qualitatem accipiunt.*

15 *Actus agentium nunquam ultra id quod agitur extenduntur.*

16 *Bartol. & Socin. reprehenditur à Curt. defenditur tamen à Mantua nu. 17*

Contra-

PAVLVS LIB. XXVIII. ad Edictum.

L. II. ¶ MVTVVM DAMVS.

PRAEMITTE aliqua ad euidentiā huiusce legis 2. & primo, quod est Pauli, ad interpretationem edicti prætorii, ut in supra scriptione patet. l. fi. C. de lib. præte. Alexand. in l. 1. colum. 1. supra eo d.

1 Secundo, quod uenit† continuatiuè, ad d. l. 1. & secū dū ordinē rub. hic tractādo de mutuo, postea q̄ tractatū est de credito, siue de rebus creditis.

Tertio, quod iste tex. debet legi usque ad. §. appellata, ex quo idem Paulus in eo, dicit quatuor continuatiuè primo qualiter mutuum contrahat.

2 † Secundo quæ res efficiant ut mutuum dicatur, seu in quibus rebus contrahatur.

Tertio assignat rationem, quare in illis ɜhat.

Quarto & ultimo rationem rationis, quare dictæ res tantum possint mutuo dari. 2. ibi mutui datio. 3. ibi, quoniam earum 4. & ultima ibi, quia in genere suo &cæt.

Summario plana est, ut hic per Bar. qui in tres partes diuidit tantum tex. istum, usque ad. §. creditum, prout in prima ponit Iuriconsul. quis debeat esse in mutuo animus contrahentium, in 2. quibus in rebus consistat mutuum in 3. & ultima, ad quid teneatur mutuans.

Et postea prin. istud in duas pro ut in 1. ponit dictum negatiuum, & probat, in 2. uero affirmatiuum, & idem facit, & una quæque bona est.

Dubitandi ratio in primo dicto negatiuo esse potuit, quod immò si eadem species res, seu corpus restituatur, mutuum sit, & contrahatur, quia dicit alibi text. quod quandoque nobis non eadē res sed aliæ eiusdem naturæ & qualitatis, redduntur in §. 1. instituta quib. mo. re contrahi. ob. siue

3 in prin. ergo reguraliter eadē res, quia † dicta dictio quandoque dessignat regulam in cōtrariū, iuxta uulgatū illud qn̄q; , bonus dormitat Homerus, & not. alias in c, qđ nōnullis, extra de priuile. ibi possit qn̄que ianuis clausis diuina officia celebrare, bonus tex. in c. j. si Vasal. fe. priue. in usibus ibi ad agnatos quandoque pertineat.

Sol. exponitur quādoque (ut inquit Deci. hic) i. aliquo tempore & sic habeat relationē ad tempus & nō ad rem, & benè. l res in dotem. ff. de iu. do. & ita etiā iura. supra allega. exponātur, prout declarat quoque Grat. consi. 2. nu. 32. uol. 1. ex adductis per Deci. hic.

Vel dicamus, qn̄q; , i. qn̄cūq;. d. uerbū exponi debere uitandæ absurditatis grā iuxta glo. in l. eas causas. ff. de condi. & de. & ita exponitur etiam in l. tutor. ff. de iureiur. & in l. non enim. ff. de tributo. & in l. qui cū uno, in prin. ff. de re milita. & in l. ab hostibus, in §. fi. ff. ex quib. cau. ma. & in l. is cui. ff. quando di. lega. ced.

Vel pro quia ut in l. fi. ff. de nego. gest.

Vel quod stet ēt propriè qa satis est qđ ɜhētes ea intentione cōtraxerint à principio, ut eadē res in gn̄e restituerentur, & est communis opi. ut j.

4 Vel quod neget † semper qn̄ negatiua sequitur. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. & pup. l. Titius. ff. ad Treb. l. si patroni eo. ti. uel quandoque, i. postea. l. j. in prin. ff. de ac. & obl.

Vel dic quod ibi aduerbium quandoque positū nō sit, ī codicibus antiquis, & uera erit lectio, nec in institutionibus Theophili inueniatur.

5 Secunda dubitandi ratio† esse potuit, quia præsupponit tex. quod mutuū in speciebus consistat dum dicit, nō eadē speciē, & tn̄ secus est, ut paulo. j. dicit, & in §. mutui datio, ibi qa fuuctionē recipiūt in gn̄e suo per solutionē potius q̄ p spēm.

Sol. exponit species, i. res, siue corpus, ut in deductione quoq; superius dictū est, & declarat gl. hic, & bn̄, & facit text. ibi mutui datio consistit in his rebus. l. litibus. §. 1. C. de agrico. & cē. lib. 10. l. peregrè. §. quæsitum. ff. de acquir. posses.

6 Tertia dubitādi ratio esse potuit† dū dicit, qđ aīs si eandē spēm receperimus, quam dedimus, nō mutuū sed cōmodatū erit aut depositū, quia immò potuit esse ēt ɜctus innominatus, do ut des l. naturalis. §. 1. ff. de præscri. uer. aut precariū l. 1. ff. de prec. uel pignus. §. creditor, instituta quib. mod. re contrahi. obl.

Sol. dictum est exēpli gratia, nō quod restringat regula. §. hactenus, inst. de gradi. sensus igit est, quod non erit mutuū, sed alius contractus, qualem contrahentes uoluerunt ut etiā sentit gl. & Deci. hic in prin. & Odof. fusius quam alius.

8 Quarta dubitandi rō esse potuit† dū dicit text. qđ idē in genere reddi debet, ex quo certi condictio spālis, pro mutuo competit, ut dictum est in rub. & not. in l. certi condictio. j. eo. & sic ad certum ut ibi, ergo non debet nec peti nec reddi genus quod est incertum l. in ratione. 2. §. incertè. ff. ad legem Fal. Bart. in l. 2. in §. & harum, nu. 10. ff. de uerbo. oblig.

Sol. ut hic per Albe. & Ias. genus in abstracto incertum est, in concreto uero habito respectu ad id qđ datū fuit est certū. l. certū. j. eo. adde tu not. in l. 1. ubi Bald. lectu. 2. col. 4. ff. de lega. 2.

9 Quinta, & Vltima † dubitandi rō esse potuit, quod immò in aliis rebus mutuū esse possit q̄ in consistētibus pōdere nu. uel mēsura, qa si ego te rogauero, ut dares mihi mutuo decem, & dederis equum, erit mutuū. l. si pmutua. C. si ce r. pe. ergo & pro tritico uinum, quicquid hic dicatur.

Sol. idest, quia fingit lex me equum emisse, æstimationemque tibi soluisse, eamque postea à te breui manu mutuo accepisse, & fusius ut dicemus in l. singularia infra eo.

Interim Io. de Blanasco inst. de actio. in tit. de cer. condic. ex mutuo col. 4. declarat.

Cōcludit ergo tex. qđ si mutuo aliqd dederimus nō eādē spēm, i. eādē rē, idē corpus. recipere debemus, ne sit alius contractus, sed idē genus, i. simile, qđque aliud genus, i. aliud simile recipiendo

do veluti pro tritico uinum,non erit mutuum.& quod denique consistit in rebus, quæ pondere numero mensurave constant.

Et ratio est (ut in litera) quoniam earũ datio
10 ne † possumus in creditum ire.i.mutuum cõtrahere,mihiq; debitorem psonaliter obligare vt eitundẽ in gñe soluat.l. pcuratoris.§.pe.ff. de tribu.

Cum recipiũt (ut subijcit & est ratio rationis, sm oẽs) functionẽ in genere suo psolutionẽ potius q̃ p speciem electiuè.i.solutione eiusdẽ rei in genere & in eadẽ bonitate.l cũ qd.ſ.eo.& pro hoc verbo est etiã tex.in l.certũ.ſ.eo.& in l.si ser uũ.ff.ad leg.Aqui.& in l.precia rerũ.ff.ad leg.Fal. q̃ p speciem.i.q̃ p solutionẽ eiusdẽ speciei, hoc est eiusdem corporis, & sunt uerba principio correspondentia, dum speciei est generis, ibidem fit mentio se positis tot intellectibus & nugis scribentium.& idem sensus est licet aliter legatur in Pandect.Flor.& sic † genus capitur hic, pro qualita
11 te fungibili.i. pro usu promiscuo, ad differentiã generis,quod in species,diuiditur, & de quo in l.3.in § genera.ff.de acquir.poss.& generis.i.cõditionis,de quo in l. quæsitum.in §.idem Celsus.ff. de fun.inst.& anonymi de quo per gl in l.licet.C. de pac. Aliam rationem quare est quod in his rebus tñ mutuũ contrahatur,tradit Io.And. in regu.peccatũ,col.5.de reg. iu.in Mercu. Et licet ista uideat esse eadẽ cum dicto, non est tñ, ut hic per Ias.& in §.mutui datio, in glo. pondere. in princ.

Et ad propositum horũ uerborũ dicebat Ang. in l.2.C.ad legẽ Aqui.quod ubi damnũ est reducibile ad pristinã formã,hoc idem petitur. Alias quòd agitur ad emendam damni.

Si uerò functionẽ recipiat in genere suo, quod tunc tñ in genere petitur. Et ex his oĩbus (ut inquit et Alex. & Butigel.præceptor, post oẽs hic in prin.)cũ nõ idem in specie, sed in genere reddi debeat,consistatq; mutuũ in his rebus, q̃ pondere numero mensurave constant, & dominiũ transferatur in accipientem,ad differentiã cõmodati, & depositi.l.rei cõmodatæ.ff.cõmo.l.licet.§.rei depo
12 sitæ.ff.depo.constat † qd sit mutuũ,nõ aliud.s. nisi contractus celebratus datione vera uel ficta rei consistentis pondere numero uel mensura, ut per Bart.in §. appellata, in fi. infra ea.lege.

Et subdit rursum tex.nr,qd in cæteris rebus in creditũ ire non possumus.i. in mutuũ ut ſ. declara, nõ cõsistentibus numero pondere uel mẽsura, nec recipientibus functionẽ in genere suo. idest promiscuum vsum ex quo aliud pro alio inuito creditore solui non potest.

13 Quod ultimum etiam videtur † per tex. in l. si seruum,in §.fi.ff.de uerbo. oblig.

Sol.id est speciali ratione, qa debitũ solui non poterat,idq; necessitatis ratio suadet,nõ solutionis,ut not.in l.uinũ.ff.de sol. Bar.ſ. nu.12. aliter dicit Bal.fallere regulã qñ debitũ formaliter solui nõ põt,in l.fideicommissa, in §. si seruo per illum tex. ff.de lega.3.

Facit etiã contra istũ tex. qd habet in §.qd aũt, in auth.de fideiusso.ideo longa Bar. distinctio uidenda est ibi col.2.& dicemus infra.

Et ultimo pro nunc in casu, de quo p Dec. in l.si donatione,ad fi.C.de colla.si pater tradidisset libros filio gratia studij, ut frater creditor, etiam inuitus æstimationem accipere compellatur.

14 In primo not.Bar.dum dicit, qd animus † contrahentium esse debet, ut idẽ restituatur in genere & non in specie. Inferebat Soci.hic,qd qualitas contractus accipitur sm ꝯhentiũ mentẽ & bñ. l.j.§.si cõuenit.ff.depo.l.j.C.eo.l.legẽ.C.de pac.

15 Et qa † actus agentiũ nõ operant, ultra eorũ intentionem.l.non oĩs.ſ.eo. & voluntarij nunq̃ extra id qd agitur, extendunt.l.fi.C.ne ux. p ma.

16 Nec † Bar.nec Soci.benè locuti sunt, non Bar. qa, ut inquit Cur.hic, propositum in mente retentum, nihil operatur.l.si repetendi.C.de condi. ob cau. Non Soci.quia totũ contrariũ dici debet, quod immò animus & mens contrahentiũ in dubio, debet regulari secundum naturã, & qualitatẽ contractus, ut p glo.& Bal.in l.si duo.ff.de acq. liber.& in l.huiusmodi. ff. de lega. j. ubi aliàs ꝯtra loquuntur in casu certo, quando cõstabat partes, voluisse recedere à dispositione iuris communis, & ita transit Deci.

Et est rationabile, ut magis dignum trahat ad se minus dignũ, & animus ac mens contrahentiũ reguletur sm naturam ꝯctus, non è contra. c. qd in dubijs, de consecra.eccl.uel alta.

17 Sol.dico qd Bart. † optimè locutus est, & illatio Soci.optima Bar.qa uidentur uoluisse cõtrahentes, se conformare cũ dispositione iuris cõis, q̃ est ut idem in genere restituatur, & non in specie, ex quo mutuũ non esset, l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.& qd operatur propositũ, etiã non expressum, ex quo pro expresso habeť, cum hoc idem sit de natura contractus.l.cum quid.ſ.eo.& pulchrè p Bar.in l.quicquid astringendæ, nu.2.se positis his q̃ ad istud dicit idẽ Cur. ff.de verb. ob.

18 Illatio vero † Soci.qd qualitas contractus intelligatur, secundũ mentem contrahentiũ, qm nõ alia esse potuit q̃ illa, quæ iuris est, ut nõ in specie idem, sed in genere, mutuo datum, restitueretur. Aliam difficultatem mouet Cur.adhuc, qd immò unum genus pro alio solui potest, quicquid hic dicatur, ueluti triticum pro uino, ex postfacto s. volente creditore, non à principio, p istum tex.à cõtrario sensu.infra ibi aliud pro alio inuito creditore. & per tex.in l. pretij causa.C.de rescin.vendi.postea respondet siue inculcat potius ut p eũ.

Tu dicas non esse uerum, nec ob.tex.infra à cõtrario: quia non legitur in mutuo, sed in cæteris rebus, non recipientibus functionem in genere suo. & minus tex.in d.l.pretij, loquuta pariter in uenditione, non in mutuo, igitur nec difficultas est in materia, nec facit ad propositum tex.

Verum adhuc aduertendum est, quia mihi videtur, absolutè, & in dubio quod contractus regulari debeat secundum ꝯhentium mentem & uoluntatẽ, ut ſ. dicebatur, nã si dedero tibi pecuniã, in sa-

in sacculo obsignatam ut eam mihi restituas, erit depositum, si uero ut ea utaris & tantumdẽ mihi restituas, erit mutuũ, & sic i gñe.l. L. cius. ff. depo.

Sol. illud est, non quia contractus reguletur secundum contrahentiũ mentem, sed quia pecunia etiam in sacculo dari potest obsignata, & numero, si in sacculo, erit depositum, si numerata mutuum, non quod dicere possint uolo quod sit mutuum, uel depositum, & sic (ut dicebam) quod non alia possit esse eorum mens, quam ea quæ sit iuris, ut supra uel dicamus quod sit depositum, etiam quod numeretur, & tantumdem in genere reddi debeat, ut hic per eundem Soci. sed irregulare, & de intellectu. d. l. Lucius, fusius infra.

Secundo notat Bar. quod ex uno eodẽque actu
19 non possunt oriri diuersæ species contractus† maximè incompatibiles, & inquiunt Fulg. Ro. & Soci. nec erat necessaria declaratio ex. intra dicendis, probabilis tamen, & ostenditur ex his uerbis, alioquin aut commodatum erit aut depositum, quasi dicat non erit mutuum, quia in mutuo dominium transfertur, dictumque est, quia fit de meo tuũ. §. appellata, infra ea. lege, in commodato autem & deposito retinetur, l. rei commodatæ. ff. commo. l. licet. §. rei depositæ. ff. depo.

Et ideo si compatibiles fuerint secus ut hic per
20 Soci. Deci. & alios, † signanter per tex. in l. 2. C. de pact. inter emp. & uen. ubi est uenditio & pactum, de retrouendendo quod etiam est cõtractus, iuxta glo. in l. 1. ff. de ac. & ob. & sic ex eodem facto, quia incontinenti fit pactum, duo sunt contractus habentes tamen diuersas qualitates, & ex quibus duæ etiam oriuntur actiones una ex uendito, alia præscrip. uerbis, ut ibi, & sic rursum nominatus & innominatus,

Et per tex. in l. Aristo. ff. de dona. ubi si trado tibi seruum ut eum post quinquenium manumittas, est donatio, & contractus innominatus, do ut facias.

Et quia denique si dixero uendis mihi stipulanti librum pro decem, tu uero responderis uendo, erit uẽditio & stipulatio, ut not. i rub. de uerb. ob.

Et si diceretur ut dicit Alexan. quem etiam Butigel. præcep. secutus est, quod non idem factum est in d. iuribus, sed diuersa.

Respondebo ut hic per Deci. quod immò est idẽ factum ex quo fit eodẽ instanti, nihil allegat.

Dic tu quod est tex. pro ista responsione, in l. illud in §. fi. ff. ad legem Aqui.

21 Vnde uulgatum illud etiam prodiit, † quotiens unum est propter aliud, utrobique unum tantum, Bal. in l. cum dotem, in fi. C. de iu. do.

Dici etiam potest ad rationem, quæ fuit Cyn. in l. hac consultissima, in §. per nuncupationem. C.
22 de testa. & scribentium in d. rub. de uerb. ob. † qđ immò stipulatio esse non potest. d. casu, ex quo, uerba in futurum non sunt concepta, prout in stipulatione requirit. l. 5. §. stipulatio. ff. de uerb. obl.

Sed replicabitur, non ut per Deci. quia non re-
23 spondet formaliter ad arg. † sed hoc modo quod cum stipulationis mentio facta sit, & de mente cõtrahentium appareat, non modo uenditio sed etiã stipulatio esse poterit dicto casu, & quia etiam uerba respiciunt futurum, cum res tradi debeat & precium solui.

Verum quod immò ex eodem actu oriri possint & quidem diuersi immò contrarii, probatur
24 † quia obligatio & liberatio sunt contraria, & tamen ex eodem actu numerationis oriũtur. l. in numerationibus, ff. de sol.

Et quia si testator grauet me uendere, & uendã ex uenditione obligor, & ex obligatione testamentaria liberor, l. si hæres. ff. de ac. emp.

Si uero de qualitatibus loquamur ut etiam supra adhuc dico quod oriri possunt & concurrere, licet sint diuersæ & contrariæ. & ex eodem actu q̃dem, do instantiam, quia ex contractu transactionis, testator potest mori pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. controuersia. ff. de transac. & tamen duo hæc sunt contraria. l. ius nostrum. ff. de regu. iur.

Et quia ex contractu meticuloso, oritur consensus, uoluntas enim coacta uolũtas est, & dissensus pariter. l. si mulier. §. si metu. ff. quod met. cau. Bal. in c. cum inter, col. 2. de elec. quæ adhuc sunt ꝯria.

Videmusque ultimo loco, si testator instituat uxorem suam Dominam & usufructuariã, quod qualitates istæ sunt ꝯriæ, tñ institutio ualet. l. Titia. §. Titia, & ibi not. ff. de lega. 2.

Ad primum respondet Butigel. hic, quod fictè duo sunt actus ex quo ẽt sunt duæ causæ numerãdi. Quæ responsio mihi non placet ex quo, ut dicebã supra post Deci., eodem contextu fit, & una tantum est numeratio meliorque sol. erit, quod licet contrarii sint, sunt tñ cõpatibiles, nec est quid quod obstet, quo minus uno respectu, sim liberatus, alio obligatus, & ita respondet Bar. in l. siquis ante, in prin. ff. de acq. po. & in simili no. in c. cum tu, de testi. Bar. in §. creditũ, col. 2. intra ea. l.

Non ob. 2. quia licet ex post facto non ante, ut in d. l. ius nostrum, not. l. circa. ff. de inof. testa. Ias. in l. cum duobus. C. eo.

Non 3. quia dissentiens per diuturnã pacientiã postea consentit. l. 3. §. qui fideicõmissariã. ff. de hær. insti. Regien. consi. 105. nu. 11. uol. 1.

Non ultimum denique, quia usufructuarius dicitur dominus impropriè, & ita respondet Bar. in auth. hoc locum, nume. 7. C. si secun. nup. mu.

25 Sed quo † ad cõmodatũ & depositum redeũtes, quæro si proprietas & possessio retinet, quare fit qđ cõtra cõmodatariũ seu depositariũ ẽt põt agi actione reali, qđ esse non deberet, cum possessionẽ præsupponat, ex parte possidentis.

Sol. quia datur etiam contra detinentem, habentem facultatem rei restituendæ. l. officium in fi. ff. de rei uend.

26 Quæro † rursum, si sic est adhuc, quod scilicet retineat proprietatem & possessionem, quare nõ ueniat res commodata uel deposita, si suppellectilles suas testator legasset. l. pe. §. 1. ff. de au. & ar. le.

Sol.

Sol. quia restrinxit se ad eas quæ in domo esse solebant, locutus per uerba præsentis temporis. l. si ita. ff. eo. latè Alex. consi. 216 col. 3. uol. 7.

27 Et ex his licet elicere † quod commodatum & depositum, à mutuo distingui debet.

Licet dubium faciat tex. quoad commodatum in l. 3. C. de his qui ex pub. ra. lib. 10. ubi mutuum commodatum appellatur.

Sed nihil facit quoniam id impropriè uerum est, ut in simili in l. si uno. ff. loca. ubi donatio pro transactione ponitur.

Nec ob. si diceretur, quod cum rub. declaret nigrum. l. 1. supra. eo. omnino intelligi debet, commodatum, idest mutuum, quia dicam uerum esse adhuc, sed impropriè. Vel quod de commodato propriè loquatur, nec inconueniat, licet rubr. de mutuo inscripta sit quandoque nigrum esse generalius rubro, ut not. in d. l. 1.

Et probatur ut hic p Dec. lectu. 3. & quia dicit tex. in d. l. 2. in §. commodauerit aut dederit, ut his uerbis commodatum comprehenderetur & mu-

28 tuum, quia † dare est dominiũ transferre. § sic itaque, instituta de actio. & dederit ad mutuũ, aliud uerbum autẽ ad cõmodatum applicetur.

Et quod distinguantur, ex hoc probatur primò, qđ etiam, supra ostensum fuit. Demum quia mutuum est stricti iuris, depositum uero bonæ fidei, ut in §. actionum, instituta de actio.

Et ultimo quia depositum re tantum contrahitur mutuum uero re & uerbis, ut in §. fi. j. ea. lege.

✠ Tertio notant ✠ omnes, quod mutuum consistat in his rebus, quæ pondere, numero, mensura ue consistant, sicuti habetur etiam instituta quib. mo. re contrahi. ob. in prin. & ad litteram in l. 1. in prin. ff. de ac. & ob. ratione de qua supra & p Ioã. Andr. in regu. peccatum, in Mercu. col. 5.

Sed dubitant an numeri propositum an in uno

29 nummo † mutuum consistat dicuntque pro dubitandi ratione, quod non, quia unus non est numerus sed principium numeri. l. si quis ante. ff. de acqui. poss. ideo cui non conueniunt uerba legis, eidem non conuenit lex. l. 4. §. totiens. ff. de dam. inf. nec dici potest in uno nũmo mutuum hac de re contrahi posse.

Postea contrarium tenent, maximè Albe. Ias. & Deci. post Cy. & Old. quoniam esto quod unus non sit numerus, sed principium numeri, Idem tamen iudicamus de principio, quod de principiato. l. non ideo minus. C. de hær. insti. Alex. in l. maritus, in prin. C. de procu.

Et ultra eos, quia uidemus quod in emphiteosi pro canone etiam magnæ rei nummus soluitur, ita Specu. in § nunc aliqua, Versi. 103. de loca. Cy. in auth. qui rem, in ult. q. C. de sacrosanc. ec.

Et quia etiam si statutum cassat contractum nisi soluatur gabella, cassabitur, si in uno tantum nũmo erratum sit. l. res bona fide, & ibi Bal ff. de cõtrahen. emp.

Et facit rursum quia unus dicitur respectu duorum & pluriũ, ut no. Io. Andr. in proœ. 6.

Et quia denique designantia numerum atque pluralitatem in uno resoluuntur. l. 1. C. de cõ di. in ser. glo. in l. cũ uxori. C. quãdo di. lega. ced. Boer. deci. 241. nu. 5. par. 2.

Quæ argumenta tamen parum concludunt, nĩ

30 primum inductum est. d. casu † ad ualidandã uxoris institutionem argumentum in l. cum negare. quemadmod. testa. ap. & in l. quotiens. ff. de reb. dub. quam maritus affinem appellauerat, cum tamen non sit affinis, sed principium affinitatis, ex quo de corpore constabat, non tamen ut idem de unitate dicamus, quia si numerus est unitatum collectio, non potest dici quod unus sit numerus, nisi nominibus singulari carentibus iungatur.

Secundum etiam sol. habet secum id esse, quia soluitur in signum recognitionis, non pro fructibus consequendis, ut per Bal. in l. siquis conduxerit. ff. loca. immò quod Cy. in d. auth. qui rem, dicit ꝯctũ nõ ualere, & dubitat Spec. in loco palleg.

Tertium uero, quia numeri statutum mentionem non facit, sed gabellæ tantum, quod etiã in nummo uerificari potest, alias quoque rigorosũ, ut inquit Bal. in d. l. res.

Minus concludit quartũ, quia si unitas & binarius numerus sunt numerorum principia, non potest dici quod in pluribus uerificetur, & quia ab unitate etiam est singularitas sicuti à binario numero, pluralitas.

Non quintum & ultimum, quiá id quoque est, non quod pluralitas resolueretur in uno de propria uocabuli significatione, sed rõne potius cuiusdam naturalis rationis, quæ idem operatur, ut ibi not. & per Alex. consi. 109 col. 3. uol. 7. Et qa numerus in testibus desideratur. l. ubi numerus, ff. de testi. & tamen dicimus hinc quod uox unius est uox nullius. l. iurisiurandi. C. de testi.

Si uelis tamen tenere, quod etiam in uno nummo, consistat mutuum & contrahi possit ex eo dicas solum posse suaderi, quia nullibi reperitur ꝓhibitum. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cau. ma.

31 & quia † esto quod nummus non sit actu numerus, est tamen potentia & aptitudine, & sic de rebus in quibus mutuum consistere potest, ut hic & quoniam potentia & aptitudo inspicitur, & propinqua actui, ac deducibilis ad actum, actus est. l. quæsitum. §. illud fortassis. ff. de lega. 3. l. pe. ff. de mi. testa. In cæteris usque ad §. appellata, quia nõ est difficultas, dic ut per scribentes.

In Glo. 1. concluditur, si eadem res restituatur

32 quia ille cui mutuo data sit non indigeat † quod omnino erit mutuum.

Et hoc quia primum propositum inspicitur l. 1. §. unde quæritur §. Offilius. ff. de exercito. bonus tex. ad idem in l. cum quis in §. 1. ff. de sol. & idem quod in d. §. unde quærit dicitur, in l. Lucius. ff. eo. & est argumentum in l. si quis nec causam infra. eo. Bar. in l. quod ait lex, in §. 1. ad fi. ff. ad legẽ Iul. de adult. inspicitur Item & à principio translatio dominii, in accipientem, uti est natura mutui.

Et quia à simili sic matrimonium dicetur, dum modo

modo contrahentes ab initio habeant animum retinendi indiuiduam uitæ consuetudinē, licet de facto postea simul non co habitent ut in §. 1. institu ta. de pat. pot.

Et quia instituta quib. mo. re contrahi ob. in prin. dicitur, quod quandoque eadem res nobis redditur, quia ille (ut diximus) cui mutuo data est ea non indiget.

Et uidetur in simili casus in l. qui pecuniam. infra eo. ubi qui pecuniam creditam accepturus est si futuro creditori spoponderit, in potestate hēt, ne accipiendo se ei obstringat.

Et in l. precii causa. C. de rescin. uen. ubi perfecta uenditione, non desinit esse uenditio, licet precii loco soluantur pecora.

Et plus dicunt scribentes, quod cogitur creditor hoc casu idem recipere.

Moti & nō ab re, quoniam sufficit quod in eodem genere restitutio fiat. nec poterit esse magis in eodem genere, quam si idem sit.

Et quia esto quod eadem res sit, restituitur tamen sub consideratione generis, ex quo ista in quibus mutuum consistit recipiunt functionem in genere suo, ut supra.

Et quia si aliæ res in mutuo redduntur, quia ad hanc functionem recipiūt in genere suo, multo magis eadem restitui poterit, auth. multo magis. C. de sacrosanc. eccl.

Considerando ultra eos damnum creditori ex hoc nullum inferri, perinde ac si in genere idē recepisset quo casu nulla ratio est, qua cogi non debeat. l. in creditore uulga. ff. de euictio. l. 2. §. quāquā. ff. sol. mat. arg. in l. Paulus. ff. de sol.

Et quia si non cogeretur re tunc deteriorata, ut fatentur ✻ omnes, † quia reddita nō diceretur.
33 l. 3. §. si reddita. ff. commo. l. 1. §. si res. ff. depo. in obligatione concernente rem & rei qualitatem, l. cum, quid. infra eo. & instituta quib. mo. re contrahi. ob. declarat Bal. in l. exhibitionis. C. ad exhib. debet cogi quando est eiusdem bonitatis, & qualitatis, licet sit eadem, & ex post facto, & ita cōmuniter tenetur.

Et quia eadem res functionem recipiens in suo genere dari siue reddi posset ipsi creditori ignoranti, ut not. in l. 1. ff. de ac. & obl. ergo & eidē inuito, ac recusanti. l. q potest inuitis. ff. de regu. iu.

Et ultimo loco, quia speciale est ī mutuo aliud pro alio solui posse, ut hic in fi. sed in obligatione est genus, ergo eadem res debet posse reddi.

Tamen cogita si disputatiuè contrarium teneri posit, quod nec mutuum sit, nec consequenter uel uolens, posit, uel inuitus cogatur, idem recipere creditor.

34 In primis † quia negatiuè loquitur text. dicens mutuum damus recepturi non eandem speciem, quam dedimus, negatiua semper negat. l. hoc genus, ubi glo. not. ff. de cond. & de. & plus semper importat quam affirmatio, sicuti plus etiam prohibitio quam præceptum. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerbor. signific. Pau. Cast. consi. 16. colum. 2. uol. 1. ergo.

Secūdo hoc idē Clarius dicitur in l. 1. in prin. ff. de ac. & obl. ibi damus ut accipientium fiant, postea recepturi alias, eiusdem generis & qualitatis, & sic similes ex aliquo temporis interuallo. l. pacta conuenta, in prin. ff. de contrahen. emp. l. si fugitiui. C. de ser. fu. ergo non eadem res & corpus statim, quia debitor non egeat ut supra.

Tertio quia uerba hæc recepturi postea sunt suspensiua in futurum & conditionem inducunt. l. si quis ita, & ibi Bar. per illum tex. ff. de cond. & de. lex conditionaliter loquens solemnitatem nō leuem importare uidetur, usque adeo ut formaliter & præcisè impleri conditio debeat. l. prætor. ff. de colla. bo. Bal. in auth. matri & auię col. 1. C. quando mul. tu. off. fun. Ias. in l. 2. in §. quod diximus, col. 2. ff. si quis cau.

35 Quarto quia in † acquisitionibus habentibus dependentiam in futurum, ut hic, quando res deuenit ad eum casum à quo incipere nō potest, actus uitiatur nec talis dicitur qualis esse debet. l. existimo. l. pluribus. §. & si placeat. ff. de uerbo. ob. l. pparte ubi Flo. multa. ff. de serui. sed hic eadem res & corpus restituitur, & non aliud in genere, ergo non erit mutuum.

Quinto & Vltimo, quia si commodatum erit hoc casu, uel depositum ut dicitur in text. iam mutuum esse non poterit quod prædictis opponitur ut dicitur in simili in l. Pomponius scribit in §. 1. in fi. ff. de procu. & quia eandem rem accipiendo statim uideretur se uelle corrigere, quod non sit mutuum, & malè. l. non ad ea ff. de condi. & dem.

36 Immò quod sit mutuum & non sit, † quæ duo repugnant & non possunt simul stare, uulga. l. ubi repugnantia. ff. de regu. iu.

Ad opposita respondetur, quod propositum non durauit, ideo inspici non debet, nec ob id cōsiderari ut mutuum dicatur. l. si pro patre. §. uersū ff. de in rem uer. l. lecta, Vesi. dicebam, infra eo. l. 3. ff. de diuor. l. 3. §. 1. ff. quod quisque iu. quodq; perinde est ac si dominium in accipientem, trans-
37 latum non fuisset, † ex quo fuit momentaneum, nullum sanè commodum includens ut not. in l. q sic. ff. de sol. ubi qui sic soluit ut statim recipiat soluisse nō uidetur. Bal. in l. seruus dotalis. ff. sol. ma.

Non. ob. 2. quia id est in matrimonio speciale in quo sola affectio cōsideratur, satis diuersum à casu nostro, ita ut illatio fieri non debeat, sic & fore ī mutuo uulg. l Papinianus exuli. ff. de mino.

Non ob. 3. quia probat contrarium quod immò nobis eadem res, restitui non debet, ut ostensum est. supra in figuratione casus.

Non 4. quia quodammodo res erat integra, & quia poterat etiam obiicere creditori exce. nō nu. pec. ut ibi not. & sic non facit ad propositum.

38 Non ob. 5. † quia regulare est, ut sola conuentione precium sit de substantia emptionis & uenditionis non numeratione, quoniam res æstimata solui potest, & æstimatio regulariter facit emptionē, ut ibi not. & in l. quoties. C. de iu. do.

Non

Nō ob.6. quod restitutio fiat in genere, & sub generis consideratione, & multo magis in eadem re (hæc omnia enim ad idem tendunt) quia repugnat natura mutui & conuentionis, ideo nō pōt dici ullo modo quod sit mutuum.

Non ob.7. quia satis damnum inde sibi inferri uideretur, si esset mutuum, & eandem rem cogeretur accipere inuitus, ut in simili dicit glo. in l.fi.ff.de condic. ob cau. uel alio respectu ab ipso met creditore quid esset ptextu mutui soluendū.

Non ob.octauum, quia iura ad idē allegata loquuntur in commodato & deposito, & licet i mutuo idē sit qd nec eam accipere creditor cogat. l. cum quid infra.eo. non propterea sequitur ut dicebatur, quod cogi posit ad idem, si eadem fuerit eiusdem bonitatis & qualitatis, ex quo mutuū nō est, nec idem in genere, sed eadem res & corpus siue species mutuo data.

Non ob.nonum quia regula à contrario procedit, alias nō bene adaptabitur ad prædicta, ex quo multa nobis ignorantibus fieri possunt, quæ tamen non possunt fieri nobis inuitis, & propterea stant ista simul quod eadē res creditori ignoranti solui posit non tamen eidem inuito, & nihilominus primo casu sit mutuum, secundo non si sciat, nec eandem rem accipere cogatur, & ratio est quoniam primo casu opinio & credulitas debet attendi, quæ efficit, ut non eadem res sed alia eiusdem generis reddi uideat, & sit hoc casu mutuum, alias non ideo sciens ēt non dēt posse cogi.

Non decimum & ultimum denique, quia fallaciam habet, ex quo idem reddi debet in genere, & non idem in specie, hoc est eadem res & idem corpus, sed hic eadem res restituitur, ergo nullo modo erit mutuum.

A cōmuni tamen alias nō est recedendū, quod sit mutuum quod agi posit inuitus creditor eandem rem accipere, & longè magis uolens fauori suo renunciare uulga: l. siquis in conscribendo. C. de pact.

Sed pone, stat statutum ad idem quod quis frumentum emere non posit, nisi pro suo usu forte

39 quia sit annonæ caritas emeritque† ex quo putabat in ciuitate morari, postea mutato proposito recedit, & frumentum uendit, an pœnam statutariam incurrat.

Pau. Cast hic post Bart.in l.cętera, in §.fi.ff.de lega. 1. & Deci. post Paul. hic lectu. 2. concludunt quod non.

Moti quia primum propositum debet attendi, sed emit pro usu suo, quia morari uolebat in ciuitate, ergo. Et ad idem uidetur tex.in l.1.in §.unde quærit Offilius. ff. de exercito cū similibus de qbus supra ubi si mutuo dedi pecuniam gratia reficiendæ nauis magistro, isque in alium conuerterit usum mutata uoluntate, exercitorem obligat, quia (inquit ibi glo.) primū propositum inspicit.

Et in simili i l.diui.ff.de religio. ubi corpus terræ conditum dicitur, si in arcula ponatur ea intentione & animo, ac alibi transferatur, licet si res exegerit i locū ꝯmodiorē trāsferri postea posit.

Nec secus in d.l.cætera, in prin.& in §.fi.ubi affixa ædibus, legari non possunt, sed si parata sint, ut in alienam transferantur domum & mutato ꝓposito legentur, legatum ualebit quare affixa pedibus legatis non possint (obiter dictū sit) ea est ratio ne urbs ruinis deformetur, l.2.§.siquis, l. n. ff. ne quid in lo. pub. l. prætor ait. §.hoc Interdictum.ff.de no.op.nunc.l.2. C. de edifi. priua. Et

ita se habet * communis opi.ut testatur Albe. ex prædictis in 2.parte statuto.q.206. estque arg. in l.si mater, in fi.prin.ibi ex causa ei subuenie ndum est.ff.de excep. rei iud.

Et non ab rē hinc dixit Bald. in l. si cum ipse, in prin.& per illum tex.ff.de execu.tu. stante statuto quod causæ decidantur intra menses tres, extendi tamen cognitionem ultra & ex causa, statuto non obstante exemplificando ut ibi per eum.

Tamen (ut dicebam alias) mihi uidetur quod in casu isto, conclusio hæc sit dubitabilis, quoniam (ut not.in l.siue possidetis.C.de proba.) ex præsenti præsumimus in præteritum, & sic quod recedens & uendens frumentum, eo animo etiā à principio emisse uideatur. l.ex persona.C.eo.de proba.l.moueor.C.si ser.expor.ue.l.quicunque.C.de apo.pub.lib.10.l.si hi qui.C. ad legē Iul.de adul. Bal.in l.1.in §.si magistratus.ff. de mag. conue. & in l.2.col.6.C.de iur.emphit.Bertran.consi.236.

40 nu.15.uol.2.maximè† quia est præsumptio, translatiua, potestque præsens status, concurrere cum naturali ueritate præteriti, ut in d.l.si hi qui, declarat Bald.in d.l.ex persona, col.1.

Et ideo esto quod in iuribus præallega. dicat & uerum sit, primū propositum attendi debere, & alia quo ad effectum de quo ibi, & etiam hic, secundum communem opi.ac ēt quod causa in quacunque dispositione semper intelligatur excepta. non propterea tamen infertur in casu. d. statuti, quod non sit præsumptio contra uendentem.

Et Bar.met in d.§.fi.nu.3. dicit, quòd ab initio tale propositū præsumitur fuisse, quale fuit postea.l.sed Iulianus.§.proinde.ff. ad Macedo.

Et hoc est quod ad idem dicunt scriben.in l.pe

41 tens.C.de pac.in simili tamen, † quod declaratio facta licet ex interuallo, post stipulationē arguit retro ꝯhentiū mentē fuisse talē, in tm̄ ut nil aliud dici posit nisi ut dicitur in l.fi. ff.qd met.cau. qd is contra quem est præsumptio, probare hoc ipsū

42 debeat ne in pœnam statuti incidat † ex quo animus est facti.l. bonæ fidei. ff. de acqui. rer. domi. facta non præsumuntur nisi probentur.l.in bello. §.factæ. ff. de capti. & postli. re. indubitatumque uidetur per illum text.

Nec ob.si diceretur, quod immò præsumptio est, quod emerit pro usu proprio potius, quam aliter, ut frumētum uenderet.l.merito.ff.pro socio.

43 Quia† tollitur per aliam præsumptionem, mali actus, & uenditionis frumenti ut diximus.l.diuus.ff.de resti.in integr.cap.1.de præsump. But. consi. 21. colum.3.

Et

Et quia locum non habet regu.quando agitur de præiudicio tertij,& maximè fisci hic propter pœnam.l.3.de sep. vio. c. cũ in iure peritus,& ibi Abb.de off.de.Gozad.consi.66.nu.7.Sed quo genere probationis hoc ipsum constare debet?

44 Sol.iur.† sufficiens erit probatio, quia sumus in dependentibus ab animo,§.aliæ,ubi glo. insti. de actio.c.significasti, de homi.

Minimè uerum, quia glo.prædicta utrobiq;, locum non habet,quotiens præsumptio est in cõtrarium,ut hic, & in l.inter omnes,ubi Bart. in §. rectè.ff.de fur.Feli.in c.diligenti,col.3.de præsc.

Vnde probari forte posset per unum testem, & postea deferri iuramentum in supplementum probationis,vt not.in l.admonendi.ff.de iureiur. & in l.in bonæfidei.C.de reb.cred.

45 Adhuc non tutum,quia† præsumptio debilitat probationem unius testis,nec erit omni exceptione maior ut iuramentũ deferatur, iuxta not. in d.locis & in l. cum probatio.ff.de proba.

Necesse igitur erit duobus,aut tribus.c.in omni,de testi.probare non eo animo emisse ut uenderet,uerisimiles coniecturas ostendendo ex quibus id uerum esse appareat, ut uendens pœnam deuitet.l.Fulcinius.§.sed is qui.ff.ex quib. cau. in poss.ea.Inno.in c.super hoc,de renun. Bal. in l.si quis filio,in §.eius qui,col.2. ff. de iniusto testa. pulchrè Ias.in §.omnium, nu.79. instit. de actio. Ex dictis scilicet & factis & præludijs, ex quibus apparet qualis fuerit animus in sequentibus, ut signanter per dictam glo.in præallega.§.sed is qui dicit Pau.Cast.consi.52.col.2. vol.2. & ita tandẽ residet Albe.in d.loco,licet nõ ita latè, vt disputatum est supra. Insuper dubitatur ad propositum, si pactum factum sit quod eadẽ species red-

46 datur † nec dominium in accipientem transferatur, nunquid mutuum illud esse dicatur.

Concludit Deci. hic lectu. 2. quod non, quia istud est contra substantiam mutui, ex quo transferri debet;& nõ idem in specie,sed in genere reddi,ut hic,& in l.j.in prin.ff.de ac.& obl.& ad pro-

47 positum facit † tex.in l.cum precario.ff.de preca. & alijs per ipsum allega.ubi nõ valet pactũ, quod precarium ad libitum uoluntatis reuocari nõ possit,& est ratio,ut inquit Abb.in c.fin.in princ. de condi.ap. quia remota substãtia remouet actus.

48 Et est uerum alias sic posset † etiam fieri legatum sui natura reuocabile,reuocari non posse, si clausula ad idem adiceretur in testamento, & tamen ea non obstante reuocabitur, quoniam erat contra substantiam legati.l.3.§.fi.ff.de adi. lega.l. non usq;.ff.si quis à pa.fue. ma. not. in rub. ff. de lega.j.Cur.consi.56. nu.2,

Aliter quoque dicit Bar.non ualere, quoniam est contra formam datam à lege, in l.pactum, in

* fi.ff.de pact.& ita communiter *tenetur. Et facit adhuc,quia mutuum debet esse gratuitum, & si fiat pactum quod non sit, non ualebit, nec dicet mutuum,l.rogasti.§.si tibi.infra eo. Alex. consi. 3. col.3.vol.2. Et minus vltimò loco, quod procurator reuocari non possit ratione prædicta, ut per Bar.in d.l.cum precario,idem Alex.consi.18.

49 col.3.eo.lib.† & ideo quamuis dicatur pacto cõtractus regulari & regi.l.j.§.si conueniat. ff. de po. Bal.consi.340.col.2.uol.3.Verum est quo ad naturalia contractus, non quo ad substantialia. d.l. cum precario. Ias. in l. cum quid, col.j. infra eo.

Sed contra,quia alibi in deposito fit pactum quod transferatur dominium, & sic contra substantiam & formam depositi.l. licet.§.rei depositæ.ff.depo.& tamẽ est depositum,l. Lucius. l.die sponsaliorum.§.j.ff.deposi.

Secundo,quia in l.ubi ita donatur,in princ. ff. de do.cau.mor.ualet simili modo pactum contra substantiam dona.cau.mortis, quod reuocari nõ possit,& tamen est donatio,& in simili, in l. cum manu sata, in fi.ff.de contrahen.empt.

Tertio,quia esto,quod stipulatio uerbis contrahatur,pacto tamen fieri potest ne sit stipulatio sed nuda conuentio,l.iurisgentium.§.quod ferè. ff.de pac.Are.in l.j.in prin.ff.de uerb.obl.

Quibus tamen potest responderi & dici ad primum (ut etiam dicit Deci.& benè.) quod nõ remanet depositum,sed in mutuum transit,& si depositum est, vt etiam dicebã supra, licet ad aliud in discursu, irregulare est,non regulare, quoniã notissimos depositi terminos ea res egredit, quod intelligi debet propter dominij trãslationem, ex quo tantundem in genere reddi debebat, ut etiã in l.in naue Saupheli,in §.j.ff.loca,& in l.certi cõdictio,in §.si.intra eo.Bar.in l sub conditione, in fi.ff.de sol.sed prima sol.melior.

Ad secundum vero id esse,quia ex pacto, poterat donatio causa mortis transire in aliud nomen contractus, donationis scilicet inter uiuos idq; uerborum significatio patiebatur,hic autem nõ, & propterea non ualet nec mutuum dicitur, sicuti nec in casu d.l.cum precario,ut per Bart.ita declarantem,in d.l.ubi ita donatur, in prin. pulchrè Abb.in c.si.qui cle.uel uouen.

Ad vltimum uerò,id esse, quia eo casu deficit consensus.l.j.§.fi.ff.de pac.& propterea benè pacisci id potest,sed non ut sit stipulatio absque forma uerborum vel ex interuallo temporis,respondeatur,quod & Butigel.declarat,in d.l.j. in §.qui præsens, nu.22.ff.eo.& ita est tenendũ, ꝓ nunc. sed tamen cogita,quia etiam hoc casu uerba pacti uidentur, ut sit depositum.

In gl.depositũ,quã ꝯsulto alias prætermisimus, Bar.longã ponit distinctionem hic nu.4. ut ꝑ eũ, ex cuius dictis colligemus aliquas cõclusiones.

50 Et primo quando eadem res restitui debet † tradita tamen causa custodiæ, quod cõtractus depositi dicetur l.j.ff.depo.vbi ad idem casus clarus. In quo dominium & possessio retinetur, ut sæpe dictum est,& præsupponitur implicitè supra in tex.ibi,alioquin uel commodatum uel depositũ erit & probatur,in l.licet,in §.rei depositæ.ff.eo.

Sed tex.in d.l.j. innuere uidetur contrarium, quia dicit datum, dare est dominium transferre. §. sic itaque,instit.de actio.

Sol.datum.i.traditum exponi debet, ut ibi ꝑ glo.de-

glo.declarat Bar.in l.dedi, quæ est.fi.in prin.ff.de condic.ob.cau.& in rub.sol.mat.col.3. & in l. 1. col.1.C.de actio.& ob.& in l.uero procuratori, alias,quod si forte, in §.fi.ff.de sol.& ita etiam di cit Pau.Cast. ĩ l.Męuius,ibi exponēdo tex.ĩ prin.
51 ff.de condi.& demon.& regulare,†uerba impro priari,ut conueniant materiæ de qua agitur, rebusque sermones esse cognatos, dicebat Por. in §.fi.col.2.instituta quib.alie.licet uel nõ.Et ita exponi debet uerbum dedi in l.fin. ff. de præscript. uerbis, ut infra in 3. conclusione Bartol. ubi Ripa numer. 22.

Et ideo licet à uerbis legis eorumque proprietatē recedere non liceat.l.non aliter.ff.de lega.3. licet tamen,quando absurdum sequeretur non recedendo l.scire oportet.§.aliud.ff.de excusu. tut. Bar.in l.1.in rep.col.2.C.de sacrosanct. ecc.

Sed adhuc contra,quia traditione, dominia rerum transferuntur. l. traditionibus. C. de pact.

Sol. transferuntur. ex causa habili ad dominii translationem hic causa non est habilis, ergo & ideo expositio bona. datum, idest traditũ, ut s.

Ob.etiam tex.in l.Lucius.ff.de po.ubi in deposito dominium transfertur.

Sol.ea res notisśimos depositi terminos egrediatur, ut signãter dicit I.Con.ibi.Imò quod nec erit depositum ut text. innuere uidetur.

52 Aliquando etiam nihil†importat quod nota, quoniam in contractu emptionis & uenditionis dicitur dedit uendidit & tradidit.l. si stipulatus, & ibi Bal.ff.de usu.Bar.in l.fi.in prin.ff. de condi. ob cau.& in l.exempto,in fi.ff.de ac.emp.

Aliquando dare, i. formare exponitur, puta quando dicimus dominus dat libertatem seruo, quod tamen dicere nesciuit glo. in l.manumissiones quoque.ff.de iust.& iu.& declarat Bald. in l. siqua illustris in fi.C.ad Orficia.non mirum igitur si etiam exponitur in d.l.1.datum,idest traditum gratia(ut diximus)uitandæ absurditatis, & nouissimè est glo.in l.eas causas.ff.de condict. & demon.Aliquando etiã,pro concedere capitur, pro confirmare. & pro assignare, ut in authen. de æqual. dot. in prin.& in l. si in aliquam, ff. de offic. procon.& in l. quæ pater (singula singulis referendo) ff.famil. ercis.

Et propriè depositum est si per istud uerbum res custodienda datur,alias non, puta quia dicatur pono apud te rem ista ut clarè tex.in d.l.1.in-
53 nuere uidetur,†quasi præpositio de,augeat,positum ostendens totum fidei depositarii commissum,quod ad custodiam pertinet, ut etiam dicit Luc.de Pœn.in l.1.C.de superindicto.lib.10.in fi.

Et ad idem uidetur mihi tex.iuncta glo.in §. ꝑterea instituta quib.mod.re contrahi.ob. ubi dicitur quod is apud quem res aliqua deponitur ... obligatur ex actione depositi, deponitur inquit glo.i.custodienda datur.

Et in l desiderium.C. depo. Vbi depositæ custodiam pecuniæ depositarium suscepisse dicit, alias dicta præpositio nihil operaretur,& malè.l. si quando.ff.de lega.1.glo.in l.1.ff.quod me.cau. & senti: Io.And.in rub.extra de depo.in q. scholaris,& in bidello Bar.in l.si quis uxori in §.apud Labeonē.ff.de fur.

54 Et per locum à speciali probatur,† quia nauta & caupo ad custodiam tenetur, quibuscunque uerbis res sibi tradita sit. l. 1. §. final. ff. nau. caupo. stab.

Et quia tacens & pro contradicente habetur ubi de obligando aliquo personaliter agitur. l. filiusfam.§.inuitus.ff.de procu.

Tamen dicit Deci lectu.1 quod in contrariũ est tex.in l.Lucius,& in l.die sponsaliorum in §.j. ff.depo.præal lega.

Considerando etiam quod fit gratia deponentis,& quod depositarius re deposita uti non potest.l.3. C. depo.

Et quia in dubio, ut dicit postea in 2.& 3.uidetur tradita causa custodiæ l. cum pater. §. pater pluribus,ubi glo.& Bar.ff. de lega.2.bonus text. in l.si quæ sunt.ff.de fam.ercis.

Et uidetur casus in §. sed si is instituta de obl. quæ ex delic.ubi ad litteram dicitur,quod custodiam non præstat.

Placet mihi breuiter opi.1.quam ex eo etiam comprobo,quia necessarium est,quod per d.uerbum fiat depositio ut supra aut de custodia mentio.l.1.§.quod si rem.ff.depo.arg. in l. ex diui. C. loca.& in l dominus horreorum in prin.ff. eo. ergo si simpliciter dictum sit, pono penes te hanc rem,non erit propriè depositum,ut ea custodienda depositario data uideatur,d.l.1.

Et quia in dubio benè obligatur is apud quem ponitur res ad ipsius restitutionem, sed non ad
55 custodiam,†ex quo obligatio personalis regulariter constituitur uerbo promissiuo, ut per Bal. in l si fine.C.ad Velleia.

Et quia sic à fullone non differret,qui semper custodiam præstat tametsi non dicatur. l. itaque fullo,in prin.ff.de fur. nec, ut dicebam supra, in hoc à nauta uel caupone,nec à uenditore & commodatario.l.hoc ita.l.custodiam.ff.de peri. & cõmo.rei uen.uel à creditore pignoris respectu. §. fi.instituta quib.mo.re contrahi.ob.

Vel immisso in po. rei seruãdæ causa ut in l. si quis ante.ff. de acqui.po.

Nec ob.contraria,non primum de. l.Lucius & de.l.die sponsaliorum.§.1.ff.depo. quia si deposita est pecunia.d.casibus, uel commendata quod idem est,ut in d.l.Lucius,custodia etiam præsupponitur,d.l.1.si posita simpliciter non, & profecto non uideo quomodo probetur ibidem cõtrarium.Vel quia ut dicebam supra ex quo tantumdem in genere reddi debebat depositum in alium transiuerat contractum.

Tertio dubium facit, quia cõfitetur quis se debere centum ex causa mutui, sub spe futuræ numerationis, quæ sibi tamen creditor non numerat labitur biennium, tenetur, mutuũque est, & tamen in creditore uerba prædicta uerificari nõ possunt de quo alias in §. fi. insti. de lit. ob. & in l. in contractibus. C. de non nu. pecu. Host. Butr. Abb. & Imo. in c. fi. de sol. latè Feli. in c. si cautio colum. 11. de fid. instru.

Quarto dubium facit tex. in l. quãuis. C. si certe pe. ubi siquis alienam pecuniam suo nomine crediderit, stipulãdo sibi ius quæsiuit, & sic pecunia sua non erat & tamen mutuum contrahitur, deque isto tex. præallega. l. quamuis nonnihil. Bar. in l. eius qui in prouincia, ad fi. infra eo.

Quinto & ultimo dubium facit tex. in l. nam & si fur. infra eo. ubi si nummos alienos dederit fur uel alius, consumptique sint, illi nascetur condictio, isti uero tenebitur qui eos accepit, ergo mutuum erit etiam re aliena credita, & ut hic p Bar. & glo. quæ ob hoc erit expedita. Quibus tamen non obstantibus contrarium hic deciditur, quod Imò mutuum erit, si de meo tuum fiat nõ aliter
15 nascatur obligatio. Et ratio decisionis est, † quia non ęquò conuenit, si nihil acceperis, sique dominium in te rei consistentis pondere, numero, uel mensura, ut supra ea. leg. proxima, haud fuerit translatum, ius obligeris & ad tantund&ebar; in genere restituendum tentaris, locupletarerque ego cum tui iactura, quod à natura est alienum penitus. l. nam hoc natura. ff. de cond. ind. c. locupleta
16 ri, de reg. iur. in 6. † Imò quod obligatio action&ebar; præsupponit. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. uerũ si nihil ad te peruenerit action&ebar; nõ habebo, nec agere potero nemo. n. sine actione experitur. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de nego. gest. ergo nec inde nascetur obligaaio, ut tu tenearis, quia non entium non est qualitas. l. eius qui in prouincia. infra eo. & ex nihilo nihil fit. l. fi. C. de proba. & ibi not. Barba. in rub. de iudi. nu. 27. Nec ob. dubi
17 tationem facientia, non 1. quia dictis casibus † nõ eo animo fiebat ut esset mutuum. l. non omnis, infra eo. & est arg. supra in prin. huius legis, ibi alioquin aut commodatum erit aut depositum, ea de re arg. non concludit, quod hic non sit mutuum si fiat de meo tuum, uel aliter ut hic per Bar. nu. 3. quamquam allusio scilicet, & æthymologia uocabuli conuentia donationi, & emptioni ac uenditioni, quod tamen mutuum erit, si concurrant ea quæ requiruntur in mutuo, & ut latius p eũ.

Non

Non obst.2. quia † dictis duobus casibus si non uerè fictè saltim fit de meo tuum, namque fingit mihi data pecunia, & à me ad te profecta inquit I.Con.in d.l.singularia, nec minus debet operari fictio in casu ficto, quam ueritas in casu uero.l.si filiusfamilias, & ibi Ias.infra eo.imò quod mutuũ est contractus, qui re celebratur, datione uera uel ficta, rei consistentis pondere numero uel mensura, cum spe recipiendi tantundem in genere, ut per eundem Bar. in §.fi.infra.ea.lege.ad fin.

Non ob.3. quia id uerum est in mutuo ciuili, nos autẽ loquimur de naturali, & est sol. cõmunis
* ut hic per glo.Bar.& omnes* tamen cogita diuersificari casum, & non assignari diuersitatis rationem, & malè.l.si libertus minorẽ, in prin.ff.de iu-
19 re pat. Et † dic aliter post biennium fingi numeratam pecuniam esse, ergo non ab re si mutuum est arg.in d.l.singularia, & ad idem dicit Placent. nõ ignobilis autor (quod testatur Azo in prin. summę suæ) in loco præallega. de lit.ob.insti.ad fi.q͂d primæ obligationis substantia impletur post excessum biennium, tãquam si pecunia numeretur.

Non ob. 4. quia adhuc respondet glo. & Bart. quod imò mutuum non est nec ualet contractus
20 † sed quod tamen stipulatione reconciliatur. & appellatur mutuum ciuile, propter stipulationem, ex qua nascitur actio ex stipulatu, & quæ est de iure ciuili. §. de pecunia autem constituta, insti.de actio, cui natura cooperatur, numeratio scilicet, quæ naturalis actus est.l.ea quæ, ff.ad municipa.deque isto mutuo etiam, infra ad fi.legis ibi, uerbis quoque credimus, quodã actu ad obligationem comparandam interposito, uelu ti stipulatione, & cum iura utrobique sint clara,
21 ita quoque transeundum est. Sed † mirum uidetur, quod etiam in casu.d l.quamuis, ex stipulatione agatur, cum non sit in ea, causa, pecuniaque fuerit aliena.l.2.§. circa. ff. de excep. do. Nisi respondeamus & uerum est, pro causa solã facti numerationem sufficere arg.in l. Neratius. ff. de cõdi.ind.& ita ibi declarat Cy.& Bal.& in simili no. in l.si cum aurum.ff.de sol.

22 Non ob.5.& ultimum, quia † imò non erat mutuum, sed consumptione postea fuit reconciliatum fusius declarando ut hic per Bar.post Iac.de Are.nonnihil Soci.in l.nõ omnis, in §.si pupillus, infra eo.& nõ ab re quoniã consumptione dominium in eum transiuisse intelligitur, qui consumpsit, farque dominus, præsumptione iuris alias ipse recipiens cum iactura alterius locupletaretur & malè.l.Cassius.ff.de sol. Obseruandum igit͂ est,
23 hisce dubitationibus resolutis † arg.ab æthymo-
* logia uocabuli ualere, ut etiam dicit Bar. * & omnes, & in locis supra allega.legitur, nouissimè in c.forus, de uerbo.sign.& in l.1.ff.de fur. Quod tamen uerum esse in nominibus appellatiuis intel
24 ligendum est † ex quo propria sunt ad beneplacitum, & pro libito cuiusque mutãtur.l.1.C.de muta.no. deque materia alias in l. sed & reprobari, ĩ §.amplius.ff.de excu.tuto.& in l.fi.ad fi. ff. ad municipal.& in rub.ff.sol.mat.ubi idem dicit etiam in nominibus demonstratiuis, illa uero imposita ab effectu à maioribus nostris, & ab his qui rerũ causas inuestigando, cognouerũt. Et maximè q͂a sui natura sunt immutabilia.l.siquis in fundi uocabulo.ff.de lega.1. Verum quoad nomina propria priusquam de appellatiuis loquamur, sciendum est, quamquã arg.locum non habeat, quod tamen operantur quinque ut sint consona rebus §.est & aliud, insti.de dona.glo.in d.l.fi.quodque
25 ex nomine oritur bona & mala præsumptio † ut not.in cap.cum secundum, de præben.& in c.1.de depo. Et hoc est quod dicebat Bal.de nomine proprio non esse curandum, neque de eius æthymologia, nisi honestatis gratia, in d.rub.sol.mat. col. 2 & benè, l.facta.§.si in danda.ff.ad Treb. Et hinc Sali.in l.cunctos populos, in princ. C. de summa
26 tri. † quod parentes filiis suis, debent imponere pulchra nomina, & non turpia.& Io. And.in d. c. cum secundum, quod uxor sua dicebat, si pulchra nomina uenderentur, magno precio omninomo
27 do fore emenda. † Et Bar.in l.1 in prin.ff. de quæstio.ubi Bononien.latè, & Abb.in d.c. cum secundum & cæteri in d.c.1.si plures essent inquisiti & capti pro aliquo delicto, dubiũque à quo tortura esset incipienda, quod ab illo cessantibus aliis indiciis foret inchoandum, qui turpe nomen haberet, & pro singulari dicto, refert Berar. Pet.Sanc. in suis 75.ad fi.Brun.in tracta.de indi.& tor.q.5.
28 col.13.ante eum. Quid multa? etiã † Romani turpia & mala nomina fugiebãt, quod esset mali omnis, & beneuentum oppidũ, quod prius à græcis malè uentum dicebatur, appellarunt. Et hac ratio-
29 ne in creatione Pontificis † nomen mutatur ut in uita Sergii inquit Platina, ex quo ipse dedit causã edicto, quippe quod prius os porci uocabatur, ut etiam dicit Archid.in proœ. sexti. Et quidam in §.sic itaque, insti.de actio.& malè quantũ ad istud ex quo id potius fit, ut cum mutatione nominis, homo ipse quoque mutaretur, qui purus erat, postea uicarius Christi efficit. Vel quia Christi actio nostra est instructio.c.significasti de electio, namque Petro similiter, nomen mutauit, qui prius Simon dicebatur, postea Cephas uocatus est quod idem sonat quod Petrus. Et ad idem Paulus Apostolus dictus est qui prius Saulus uocabatur. Iuxta illud. Saule Saule cur me persequeris. Et Abraã prius postea Abraã, i.pater multarum gẽtium, ut nomen ipsum sonat, & not. etiam Cald. in proœ. decretal.col.5. Et ad propositum redeuntes, facit
30 etiam quia plerunque à nomine † arguimus.l.diuus.ff.de bo.dam.& dicimus hinc quod nomina debent esse consona rebus ut supra & in d.§.est & aliud, insti.de dona.& no.in d.l.diuus, & in d.l.fi. ad fi.ff.ad municipa. Et adhuc quod nomen expri
31 mere est † magni momenti iuxta illud exo.33. ibi inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine, magnumque beneuolentiæ arg. quando princeps (ut ibi dicunt interpretes sacri) agnoscit subditum, eumque proprio nomine uocat, ut fecit

cit olim fœlicis recordationis Venetiarum Dux, Franciscus Donato, anno M D X L V. cum in sui creatione ciuitatis nomine orator uerba gratulatoria in Senatu habuissem, sic dicēs lingua Italica udita la oratione, del nostro M. Marco da Mātoa non potemo se non grande mente ralegrarsi. Modo ad appellatiuā redeo, & dico non ualere† arg.
32 neque sūmi posse affirmatiuè sic. Fit de meo tuū ergo est mutuū, quia posset esse donatio, uel alius contractus ut supra. Item est testatio mentis, ergo est testamentum, quia posset esse Codicillus & not. insti. de testa. in prin. l. si idē. C. de codi. Nisi respōdeamus quod Imò erit mutuū, si eo animo fiat numeratio, & similiter testamentum, si alia cō currant, testamentum efficientia. l. non omnis, in fra. co. l. hæredes palam. ff. de testa. & declarabam pariter supra in figuratione casus. Quod tñ affirmatiuè non ualeat, assignatur ratio, quia æthymologia est generalior diffinitione, arguere autem à genere, ad speciem, non licet affirmatiuè ergo, & do exemplum, animal est, ergo hō, sed ad istud ēt dici posset, quod termini non sint pares, & quod Imò erit mutuū, si fiat de meo tuū, animo rursū mutuū contrahendi. Quibus accedat ēt, quod. l. Con. hic generaliter locutus est, usque adeo generaliter quoque intelligi deāt & affirmatiuè, & negatiuè, quoniam benè sciuisset ipse distinguere & declarare si uoluisset. l. unica. §. sin autē, uer. sin uero. C. de cad. tol. quod tñ non fecit, nec nos facere debemus. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acq. hæ. l. si uero. §. de uiro. ff. solu. matr.

Et si formatū arg. ualet affirmatiuè secūdū istā declarationē, à cōi tñ alias non est recedēdū, Imò qđ affirmatiuè hic arguit, l. Con. & in l. 1. ff. de iniur. & in l. 1. ff. de fur. & aliis ut supra multo magis ualebit negatiuè sumptum, quod admittunt omnes, si maximè sumitur ab essentiali natura sua
33 † ut hic, inque illis uerbis. Et ideo si non fiat tuū, non nascitur obligatio, perinde ac si dixisset non fit mutuū. Et ab essentiali natura sua dixi, quia si ab eo quod desideratur, & rationabile est, in persona nominati sumatur, non ualebit, nāque Imperator dicitur Augustus ab augendo Imperio, & tñ si non augeat, non propterea Augustus esse desinit. Et minus si nomē ob præclarū aliquod facinus alicui fuisset impositū, ut Africano, uel Torquato, utriusq; historia nota est, & similibus. Vel
34 propter aliquod accidens, † ut in Vespasiano, qa uespes in uentre ipsius inuētæ, fuerāt. Vel si æthymologia nomen excedat, exēpli gratia præsbiter quasi præbēs iter, de quo in c. cleros, 21. d. ex quo multi hoc faciunt qui tñ nō sunt presbiteri. Vel si excedat & excedatur, ut Rex qui à regendo dicitur, & tñ multi regūt qui nō sunt reges, ut dñi, patresfamil. Magistratus Baccalarii fratrum minorum, pastores, & similes, & fusius ut hic per Docto. de quibus etiam per Feli. in procæ. Greg. col. 8. & 9 & qui de locis topicis scribunt latissimè. Et hæc sufficiant etiā quantū ad istū. §. Non omit
35 tentes † tñ ultimo loco, regulā fallere si allusioni contradicat diffinitio, quia tunc diffinitio præualet, & præfertur ut pulchrè per Bar in l. 1. in §. ex qua re. ff. de tuto. & in l. 1. nu. 4. ff. de testa. & i l. 1. nu. 4. ff. de acq. po. & in l. omnes populi n. 59. ff. de iusti. & iu. & in l. liberorum nu. 9. ff. de uer. si. Abb. in c. quāuis, de uerb. si. Are. & alii, insti. de testa. in prin. Quodque uerbū seu nomen ab ipsa æthymologia propriā sumit significationē si uel auctoritas aut diffinitio deficiant secundum Bar. in d. l. omnes populi, à qua minimè est receden-
36 dū † l. non aliter. l. ille aut ille. §. cū in uerbis. ff. de lega. 3. l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. si. Nisi aliter se habeat communis usus loquendi quoniā
37 tunc ab allusione recedimus † eiusmodique est ut propriè significationi præferatur. l. librorū. §. qđ tñ Cassius. ff. de lega. 3. l. 1. ad fi. ff. de sup. le. Bal. in l. nō dubiū col. 4. C. de legi. Abb. ī procæ. decretal. col. 4. Est uerū quod aliqua prædictis obstant quæ non refero, quia leuia sunt, nec referēda, præter unū, quo aliorū leuitas apparebit, quod est; namque diximus, quod arg. ab ethymologia uocabuli negatiuè sumptū, si maximè sumatur ab essentiali sua natura, ualet, & malè, dicunt aliqui in sti. de testa. in prin. quia essentia uocabuli non ponitur per æthymologiam, sed per diffinitionem, nihil allegant addo ego benè facere tex. in l. quis sit fugitiuus in §. Erronem, ff. de Aedil. ædic. Nec
✱ subsistit, quia Imò cōiter ✱ tenetur (ut dicebā supra) quod nomen, propriā significationē ab ea sumat, nec officit tex. in d. §. Errone, qa benè ibi dicitur, quod uerba in diffinitione posita debent propriè intelligi, sed non quod ab æthymologia proprietatem non capiat quoque uerbum, seu nomen. Nisi (ut dictum est) se habeat aliter cōmunis usus loquendi, nec repeto. Addo tamen
38 non præsumi nisi probetur † quia in facto consistit ut not. in d. l. Labeo, & in c. si Papa de priui. in 6. & est arg. in l. quæcūque ad fi. ff. de Publicia. ac. & in l. in bello in §. factæ. ff. de capti. & postli. re.
39 Nisi notorium sit, quia tunc † probatione opus non esset, sed sola allegatio sufficeret hoc casu ut per glo. in l. si adulterium cum incestu. in §. Idem Pollioni. ff. ad legem Iul. de ad, & in Cle. appellāti de ap. Laus. Deo.

SVMMARIVM.

1 *Genus quid sit.*
2 *Species quid sit.*
3 *Species de genere eximitur, & non de specie, sed diuiditur.*
4 *Species & genus differunt, aliquo respectu tamen, non sunt omnino diuersa.*
5 *Pecunia largißimè largè, & strictè capitur.*
6 *Peculium quid sit quid nummi peculiares, uinum peculiare, & serui peculiares.*
7 *Mutuum & creditum in quo different.*
8 *Donatio inter uirum, & uxorem constante matrimonio non ualet, eo soluto ualet.*
9 *Dare regulariter est dominium transferre.*
10 *Filius & seruus sunt quasi domini.*

11 Mu-

11 *Mutuum an contrahi posit uerbis.*
12 *Statuto pecuniæ mentionem faciente, an strictè de numerata intelligi debeat.*
13 *Communis usus loquendi nõ præsumitur nisi probetur.*
14 *Verbũ cõtinetur non semper proprietatẽ importat.*
15 *Sententia diffinitiua dicitur quia negotium finit.*
16 *intellectus ad statutum dictantem siquis inuentus fuerit cum armis post sonum campanæ pœna duplicetur.*
17 *Testis deponens post sonum & nõ dicat finitum non concludit.*
18 *Probatio dubia probantem non releuat.*
19 *Pensio quare permissa, usura prohibita, cum inter se sit maxima similitudo.*
20 *Tempus est cõe omnibus animãtibus, ut mare.*
21 *Veluti aduerbium est exemplificatiuum.*
22 *Quoque aduerbium similitudinarium est, & extensiuum ad præcedentia.*
23 *Testes contrarij ad concordiam reduci debent.*
24 *Testes, & instrumenta sunt ad concordiã reducẽdi adeo, ut actus præsumantur multiplicari ne contradicant.*
25 *Periurio & falso nil dẽtestabilius.*
26 *Testes an ad concordiã debeãt reduci quando est cõtrarietas inter dictum testis & partis, cum declarationibus nu. 27. 28. 29. 30. 31*
32 *Testibus pluribus & idonioribus standum est.*
33 *Iudex testium dicta ab ipsis declarari curat.*
34 *Testium dicta contraria ad concordiam reduci non debent.*

CREDITVM.

PRAEMITTE ad euidentiã, qđ sit genus, quidque species ut per glo. supra in uer. mutui datio, in uerbo pondere, quod genus scilicet nil aliud ẽ † nisi id qđ prædica-
1 tur de pluribus differẽtibus specie, ut animal spe-
2 cies uero † quod prædicatur de pluribus differentibus nu. ut homo & idẽ not. in l. legato generaliter. ff. de lega. 1. adde quod est etiam indiuiduum determinatæ significationis, quod nõ prædicatur nisi de se ipso in substantia ut Stichus, in qualitate ut pupillus, ita Bal. in l. executorem col. 6. in fi. C de execu. rei iud.

Secundo præmitto id quod de genere eximitur
3 species † species autem de speciẽ non, sed diuiditur. l. quæsitum. §. 1. ff. de lega. 3. l. si fortidianum C. de lega. Bal. consi. 328. col. 3. uol. 1.

Tertio quod quãquam genus & species differ-
4 rant aliquo respectu † non sunt tamen omnino diuersa arg. in l. fi. ff. de fun. inst. differunt enim quãtitate, quia plus includit genus, quam species, unde hinc dicimus, quod idẽ operatur species quoad speciem quod genus quoad genus. l. si duo. ff. de admi. tuto. dixi latè in l. obligatione generali. ff. de pigno. & not. in c. 1. de hære. in 6.

Quarto (ut etiã dicitur in glo. hic quæ ob hoc erit expedita) quod pecunia largissimè quando-
5 que capitur † pro omni re. l. 2. ad fi. C. de cõsti. pe. Imò quod etiam hæreditas comprehenditur, Iuxta illud. Cice. Magna pecunia Heraclio uenit arg. in l. pecuniæ. ff. de uerb. si. quandoque largè pro omni re consistente pondere numero uel mensura, ut hic & in l. talis scriptura. ff. de lega. 1. quandoque strictè, Iuxta illud Cæsaris dictum potentiam conseruari augeri ue pecunia & militibus & ut in l. 1. ff. ad Macedo.

Quinto & ultimo quod peculium est pusilla
6 pecunia † siue patrimoniũ, quod habet seruus separatum tamen à rationibus dominicis, uel filius namque tàm quàm is ille peculium habere potest (pater uel dominus peculiũ non habẽt) unde peculiares nummi dicti uocatique fuerunt, deque his hic & in l. eum fundum in §. seruum tuum imprudens & alibi sæpe infra. eodẽ. deque peculio in l. depositi in fin. & in l. quã Tuberonis in §. 1. ff. de pec. & ut serui peculiares in simili l. filiusfa. ff. de iure pat. & peculiare uinũ quod erat in seruorũ usu l. si quis uinũ. §. fi. ff. de tri. ui. oleoq; lega. Casus clarus est, his iactis, namq; supra dixit qualiter mutuũ contrahatur, in quibus rebus consistat, unde dicatur, nunc autem quæ differentia sit
7 inter † creditum & mutuum docet exẽplis, & paucis quidem ut par est l. ita uulneratus ad fin. ff. ad legem Aquil. glo. in c. 1. ne cle. ue mo. Imò quod cum in eis non possit esse dubitatio lex autem esse debeat de dubitabili. l. quod Labeo. ff. de carb. edic. ita est transeundum ut hic ponuntur. Et ita etiam secundum unam lectu. dicebat Cy. alibi in l. 1. col. 3. C. de legi. uel quod in aliqua possit esse dubium ut infra. Quid ergo seu in quo differt creditum à mutuo. In hoc, inquit I. Con. quia creditum est genus, mutuum uero species & sic ut genus & species, nãque creditum dicitur, & alienam fidem sequi creditor etiam extra res consistentes pondere numero uel mensura, ut in deposito & commodato, eandem rem recepturus, Mutuum uero si pecunia proficiscatur, uel (supple) alia res mutabiles. Item creditum etiam est, si nihil proficiscatur, ueluti cũ dos promittitur post
8 nuptias solutas diuortio, † puta quia maritus promittat centum uxori nomine dotis, quam tamen non receperat, quo casu donare uidetur. l. 1. infra de cond. indeb. Et post solutas dixi, quia si constãte matrimonio promisisset non esset creditũ, nec donatio ualeret. l. 1. 2. 3. ff. de do. int. ui. & uxo. &
* ita etiam dicit glo. hic & *omnes, alia lect. improbata, eorum qui post nuptias contractas exponebant, optima ratione, ut in ea, clarius Odofr. quẽ aliter non refero, mutuum uero non, ut dixi.

Et ad idem, subiicit text. noster, quod in mutuo est alia differentia à credito, quoniam oportet Dominum esse dantem, alias, non transferret dominium in accipientem, unde mutui datio dicitur supra. Item mutuũ damus, & hic, in mutui da-
9 tione, † dare aũt regulariter est dominium transferre. §. sic itaq; insti. de actio. ergo in credito aũt secus supplendũ est (mutilatus. nu. est Iuris Consulti sermo, & subauditione eget. L oratio. ff. de spona

ſponſa.l.1.ff.de teſta.) quia in cõmodato & depoſito & ueditione creditum eſt, quamquã commodans,& deponẽs ac uendens non ſit dominus ut infra. Eſt uerum quod dubium faciebat quantũ ad illud(eſtque dubitatio ipſius I.Con.)q̃a filius & ſeruus mutuo dant nummos peculiares,& tamen non ſunt domini,poſtea reſpondet, quod cũ uoluntate patris & domini id faciant, ipſi facere uidentur,ut in regu qui per alium de regu. iu. in 6.& dat ſimile in eo, qui uoluntate mea mutuat quique mihi actionem acquirit,tametſi nũmi mei non ſint,& uideor ego mutuo dare non ille.l. certi condictio.§. ſi nummos infra eo. Dicerem ego
10 aliter, †quod licet filius & ſeruus nõ ſint domini ſunt tamen quaſi domini arg.in l.in ſuis.ff.de lib. & poſthu. & in l.qui fundum,in §.ſi tutor.ff. pro empto.Imò(nota)quod qui per aliũ facit in actu acquiſitionis uerè facit.l. certè.ff. de præca.
11 Vltimo† quia dictum eſt,mutuum non contrahi niſi proficiſcatur pecunia,quæritur an uerbis etiam cõtrahi poſsit,& reſpondet I.Con.quod ſic per implicatiuam quoque.l. manumiſsiones quoque.ff.de Iuſti.& Iu.& poteſt exemplificari in literarum obligatione ut proximę dixi & ut in l.in contractibus.C.de non nume. pecu. & lectu. iſta tenetur. Dicerem etiam ego quod referatur ad uerbum illud proximum,oportere dominum eſſe dantẽ, quia etiam pecunia aliena credi poteſt. Et ſi creditor ſibi tantundem reddi ſtipuletur,ſibi acquiritur actio, non tamen ex numeratione, ſed ex ſtipulatione,eſtque mutuũ cui natura cooperatur.l.quamuis.C.ſi cer.peta.& ut latius dixi in præallega.§.proximo,appellata. modo notabilium loco quęritur ſi pecuniæ fiat mentio in ſta-
12 tuto,an de pecunia ſtrictè†intelligi debeat, ſi maximè ſit contra ius commune puta quia dicat q̃d pœna inſerta debito pecuniario peti non poſsit. Bal.hic col.3.poſt gloſſ.dicit quod ſic, & tactum fuit ſupra & probatur clarè in d.l.1.ff.ad Maced. Iaſ.autem tenuit contrarium motus per text. in l.1.in prin.& ad fi.ff.de cal.ubi in materia pœnali,& odioſa large intelligitur poſt But.in diſputa.incip.Bonien.Idemque etiam Deci.per tex.pariter in l.pecuniæ uerbum.ff.de uer.ſig. ubi pecuniæ appellatione corpora quoque contiuentur, quod uerbum ultimum proprietatem importat. l.cui eorum.§.affinitatis,& ibi Bar.ff.de poſtu.Et idem ultra eum dicitur in l. pecunię nomine,eo. ti.& ponderandum eſt,quod ſunt in eo.ti. in quo de propria uerborum ſignificatione agitur, ut dicit Alex.cõſ.126.ad fi.uol.7.& Iaſ.in l.lecta,col. 9.infra eo. Vltimo per tex. in l.2.ad fi. ſupra etiã allega.C.de conſti.pe.ibi.ueteres pecuniæ appellatione omnes res ſignificari diffiniunt,ergo proprìè.l.quis ſit fugitiuus.§. Erronem.ff. de Aedil. ædic.Subiiciens tandem,dictum Bal. intelligi debere ſecundum communem uſum loquendi, qui eſt quod.d.uerbũ pecunia, ad numeratam rȩſtringatur.Et maximè,adde tu,quia etiam in ſtatutis debet attendi ut pulchrè declarat Bar. in rubr. ff. de no.ope.nunc.nume.6.
13 Tamen Bal.opi.tenenda eſt,†ex quo uſus communis loquendi non præſumitur regulariter niſi probetur,ut dicebam proximè,in §.appellata,nec repeto.Nec obſt 1.quia multis modis poſſet reſpõderi ut hic per Deci. at mihi uidetur quod adduci non meruerit, quandoquidem I. Con. ibi ulterius declarando procedat quod pecuniam accepiſſe dicatur calumniator , etiam ſi aliquid aliud accepiſſet,nos autem loquimur in dubio facta pecuniæ mentione in ſtatuto, dubii & clari non eſt par eademque ratio.l.continuus. §.cum ita.ff. de uerbo.obl. ergo. Non obſt. 2.quia non eſt ſemp
14 uerum† namque dicitur etiam in l. hæreditatis appellatione.ff. de uerb.ſi. quod appellatione.hęredis contineatur bonorum poſſeſſor, & tamen is impropriè eſt hæres.l.2,ff.de bo.po.l.1.ff. de po. hær.peti.§.quos autem,inſti.de bo.po.Et idẽ dicitur in l.liberorum.ff.de uerb. ſi. quod liberorum ap.continetur nepos,& tamen ideſt impropriè uerum , & per interpretationem,ut ibi per Bar.multa Iaſ.in l.emancipata,col.pe C.qui admi.Vltimo ap.alienationis cõtinetur emphiteoſis .c.nulli,de reb.ec.non alie.& tamẽ in materia ſtricta de alienatione intelligitur, qua dominium trãsfertur.l. fi.C.de reb.alie.non alie.l.1.C.de fun.dota.Bal.ĩ l.uoluntas.C.de fideicom.Feli.latè in rub.de fide inſtr.col.2.Vel reſponde ut prius. Non ob. ultimum quia large intelligitur ut hic per gl. & dixi ſupra in euiden. Et quamquam dicatur ibi diffiniunt,non propterea eſt id per diffinitionem, ut
15 dicebat Deci.quia† diffinit etiã iudex, unde ſententia diffinitiua dicta eſt ,ex quo negotio finem imponit,& tamen non eſt diffinitio,& ſic circumſcripto uſu loquendi.d.uerbum pecuniæ, ſtrictè in ſtatuto intelligi ſine controuerſia debet l.3. §. hæc uerba.ff.de nego.geſt.l.quod uero.ff.de legi.
Secundo quæritur,dicit ſtatutum ſiquis inuen
16 tus fuerit†cum armis poſt ſonum tertiæ Campanæ, pœna ei duplicetur, quo modo intelligatur aduerbium enim poſt, aliquãdo ſignificat ſeu determinat principium temporis ſucceſsiui, quandoque finẽ,Bal.hic col.2. dicit quod finẽ determi
17 nat † uſque adeo ut,ſi teſtis dixerit poſt ſonum, & non adieceerit finitum,non probet,neque concludat ad pœnam dupli, arg.in c.In præſentia,de proba.& in c.cum tu de teſti.& in l. ſi inſulam. ff. ſol.mat.& in l.ſi duo in §.1 infra de iureiu.& hic inque illis uerbis poſt nuptias, quæ exponuntur ſolutas ut ſupra.Et ad Bal.propoſitum,deque teſte deponente ut ſupra quod non probet ea eſt ratio,ut in locis præallega.legitur,& maximè in d.
18 c.in præſentia,†quia dubia probatio,non releuat probantem,uerum hic dubia eſt, quia poſt ſonũ ſtatim cæptum intelligi poteſt, & poſt finitum, ergo.Adde ſimile ,ſi deponat aliquẽ eſſe alterius conſanguineum, quod adhuc non probabit, ex quo dubia probatio eſt. poteſtque duobus modis intelligi dictum uerbum , namque conſanguinei dicuntur fratres. l. poſt conſanguineos. ff. de

ff.de suis & legi.& iusti.de legi.agna.suc.in prin. Itē ꝯiuncti ēt vltra 4.grad.c.q͂a circa.c.nō dēt,de cōsan.& affi.& ita dicebat Alex.cōs.83.col.j.vol. j.& insup nō mirū esse,eritq; rationis rō, quia ex dubio & incerto,nō pōt oriri clara.& certa ꝯclusio,inquit Bal.cōs.62.col.j.vol.2.Et alibi,quanq̄ libellus aliquando incertus esse posit,l.fin.C. de anna.excep.not.in l.edita.C.de edend.quod tamē probatio certa semper esse debet in l.j.§.si quis ar gentum.ff.depo. & alibi qđ licet actor petitionē dubiā posit interpretari.l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.non tamen poterit probationē, in l.Idē Pomponius scribit,in §.fi.ff. de rei uend.

Tamen cogita & dic qđ imò probabit si ad articulū referatur,siq; testis ipse declarabit, vt per Aret.in l.serui electione,in §.j.col.2.ad fin. ff. de lega.j.& Bal.redde singula singulis, in præallega. l.idem Pomponius,& Bart.hic ad fi.nu.10.& not. in l.ab executore.ff.de app.& p Inno.in c.cū clamor,de testi.sed quomodo ṗter hęc istud idē testibus probandū est,cum stetur regul'r dicto officialium capientiū.c.cū parati,de ap. intelligo em̄ q.siq̄s inuētus sit & captus. Ideo iterū cogitabis.

Tertio quæro cum inter pensionē & usurā sit
19 maxima similitudo † in facto,ex quo vtrunq; ꝓuenit ex negociatione, non ex naturali dispositione rei,quare est qđ hæc illicita est, illa aūt nō, aliter deducit Bal.hic & post cū Deci.dic ut p eos, Idem Bal.in l.si nauis.ff.de rei uendica.respondet hoc ideo esse,quia q percipit pensionē, de qua in l.si uno.ff.loca.& in l.diuortio, in §. non solum. ff.sol.mat.& in l.postulante.in §.j.ff.ad Treb.veteres mercedem appellabāt,& in l. ædem. C.loca. & in l.& ideo.ff.eo.cā ṗcipit ex re sua, & à sę possessa.l.nō solet.ff.eo.& rōnabile est, q͂a cōductor quoq; utit̄ re locata,& usus à dn̄o distinguit̄, nimirū igr̄ si licita est,ī ꝯtu locationis & cōductionis. at in usura secus,nāq; & nūc ad ꝓpositū text. nostri,in mutuo oportet dn̄m esse dantē ut hic dicitur,dn̄iūq; in accipientē trāsferr̄, quo fit ut tūc usus à dn̄o nō distinguat̄,fructūq; consequat̄ mutuans ex re aliena in recōpensationem tēporis,&
20 malè, † qm̄ tempus est cōmune omnibus animantibus extra cōmercium hoīum,ut marc.l.2. ff.de re.diui.vsqueadeo ut non sit ab aliquo redimendum.& hoc est qđ dicitur in c.cōsuluit, de usu. date mutuum,nihil inde sperantes, multa. 14. q. 3.subijciens tamē,obiterq; dictū sit, usurā à Deo prohibitā,neq; à nobis esse aliter inquirēdū quare.l.prospexit.ff.qui & a quib.dic tu melius facere tex.in c.in istis.4.d.& ad propositum breuiorē rationem asignat Ambro.vigna. in c.salubriter. col.53.de vsu.quæ tamē eadem esse videt̄, cū illa Bal.ut supra.qđ idcirco prohibita est, q͂a si dominium in mutuo trāslatū est in eum cui mutuo datur pecunia,uel alia res consistens pondere numero uel mensura,ut hic,æque conuenit quod usus etiam sit ipsius,& non mutuantis. Addo ego benefacere.quia eidem sufficere debet quod tantundem in genere restituatur.arg.in l.tutori.C.de nego.gest.ibi sufficit si in paucis amici laboribus cō

21 sulatur. Vltimo obseruandū est † aduerbiū ueluti exemplificatiuum esse, ibi ueluti stipulatione.& prout etiam supra ibi,ueluti si post nuptias dos promittatur.& in l.ueluti.ff.de iusti. & iu. & in l.ueluti.ff.de eden. & in l. tale pactum, in §. q prouocauit.ff.de pac. & in l. quanuis. ff. de in ius uoc.& in l.quædā.ff.de rei uen.& in l.fin.ff. quod cuiusq; uni.no.& in l.quotiens.ff.de iure iu. & in l.per procuratorem.ff.de procu.& alibi sæpe, qđ referre longissimum foret. Et rursus ad materiā. qđ aduerbiū quoq; pariter† de quo hic copulatū si-
22 militudinarium est,& extensiuum ad præcedentia.l.in repetendis.ff.de leg.3.l.Seiæ.§.Caio. ff.de fun.inst.Old.consi.103.nu.4.sensusq; est nō modo mutuo naturali credi,si pecunia proficiscat̄, verū etiā ciuili,hoc ē stipulatione,deducēdo vt s.

In glo.in uer.post nuptias,Bar.hic, nu.6. post multa de q̄bus s̄.concludit præstare nobis arg.ad quæstionē. Si testes fuerint discordes & contrarij,quia unus dicat ante nuptias,alius post, vnus ante bellū, alter post,quod ad concordiam † de-
23 bent reduci, & benè per not.in l.in insulā, in §.j. ubi Bar.nu.1.ff.sol.mat.& in c.cum tu, allega. ēt proximè, de testi.multa Deci.ut per eum, ante nuptias finitas,post uero cōtractas.Adde quod hoc idem Iuri gratissimum est, ut inquit Ancha.cōs. 214.ad fi.estq; argumentū in c.cum expediat, de electio.in 6.& in l.j.C.de inoffi. dot. Qui dicit ēt alibi ad hoc,ad uitandā scilicet repugnantiā & cōtrarietatem,quod unum statutū p aliud suppleri debet.& plus qđ sic euāgelia,sic leges,& canones quoq; sustinentur,consi.422.col.2.post Bar.in l. oēs populi.ff.de iusti.& iure. & quo ad testes etiā si forent vtriusq; partis,ut per Abb.in c.cū Ioannes.col.3.de fi.instru.præallega.c. cū tu. & Bald. in l.item uidendum,in prin.ff.de peti.hære. † qđ
24 ita testes ex una parte & instrumentum ex alia. & instrumenta ipsa, si posibile est, & benè, reduci debent.& not.in d.c.cum Ioannes.& in l. scripturæ,C.eo.& aliter Abb.in simili tamen, quod si testes contradicant instrumento, debebit præsumi actus multiplicatus,ut ad cōcordiam reducātur. hoc est quod propter pluralitatē actus cessat cōtrarietas,& pulchrè declarat Alex.consi.176.col. 4.vol.5.ubi exemplum.Et rursum in testibus,ma-
25 ximè dicendum est fieri debere† ne incidant periuriū & falsum quo crimine nihil est testabilius, ut tradit Bart.in l. trāsigere.C.de transact. & quā uis propria uerborum significatio, & communis usus loquendi refraget̄,quod etiam not.in d.c.cū tu.& hic,quicquid dicat Deci. & nouissimè Cuma.consi.21.col.2.ita signanter declarat.& hanc cōclōnē uerissimā esse pulchrè ōndit Bar.met ꝯsi.92.col.pe.& fi.& in l.nō solū.in §.sed ut ꝓbari col.j.ff.de no.op.nū.& ī l.de ætate,col.4.ff. de mino.& si unus ad idē dicat,qđ Titius erat sanus, alter uero qđ erat infirm' ꝯcordabunt̄ unū loq de manè,alterū uero de sero.Vel si unus dicat rursū aliq̄d factū fuisse post q̄nq; menses,alius post sex quod ahuc poterunt ad concordiā reduci, ut intelligat̄ eorū dictū post q̄nq; mēses finitos, & sex

inchoatos, de qbus Feli. in c. oēs leges col. 6. d. 1. nónihil Imo. ī c. īter corporalia col. 12. đ trāsl. ep. Et ad idem si unus dixerit in hostio, dubius iuxta hostiū, exponet̄ in, i. iux. ita Bar. in l. si statua. ff. de iniur. multa in l. Gallus in. §. Ille casus. ff. de lib. & posthu. Et ne incidant in periurium & falsum dixi, quia aliter non probant secundum Inno. in ca. cum contingat, de offi. del. quē refert & sequitur Alex. cōsi. 73. col. 2. uol. 1. Adde eundem dicentē quoque reduci debere, dummō ꝯrietas manifesta nō sit, & nō ab re dixi. s̄. si possibile est, ꝯs. 133. col. 2. eo. lib. 10. no. ī l. eos. ff. ad legē Cor. de fal. & in c. in nostra, de testi. Bal. in l. data opera col. 19. C. q. ac. non po. & qm̄ dixi ego alibi in dialog. satis, multaque etiam Deci. ut per eum, transeo.

Secūdo ꝯcludit Bar. q̄uis testes ad cōcordiā reduci debeāt ut s̄. cā uitādæ ꝯrietatis, qđ t̄n hoc fieri nō dēt qn̄ est ꝯrietas inter dictū testis, & partis:

26 † & hoc quia dictū partis nullā fidē facit l. exemplo. C. de proba. l. nullus. ff. de testi. & ita tenet ēt Fel. ex multis allega. quoq; hic p Dec. eiusdē mētione nō facta ī c. cū cōtingat, col. 2. de offi. del. & * probāt* oēs p tex. in c. in p̄sentia, de ꝓba. ubi pars dixerat Titiū minorē an. 25. testis uero minorem simpl̄r neque cōcordia facta fuit, diciturque ibi, qđ ꝓbatio erat dubia, ex quo poterat intelligi de minore. 14. an. & 25. & qđ regul̄r probātē nō releuat. Et cū dictū partis fidē nō faciat, stabitur dicto testis, arg. in l. eū ꝑtor. ff. de iudi. Et cū ex his fieri nō debeat facta nō releuabit. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. caue. Bar. in l. 2. in §. qđ obseruari, col. 1. C. de iura. cal. & ita trāseunt omnes.

Verū multiplicem declarationē recipit Concl.

27 hæc † & primo nisi cū assertione partis forēt ēt testes, qa tūc ꝯcordia fieri posset. d. c. cū tu. c. cū Ioānes de fi. inst. qđ ēt indu bitatū est, & sensit Feli. in loco p̄allega. p tex. ī d. c. cū Ioānes. Et nimirū quoque, qa si dictū partis fidē nō facit, ipsius prætextu, cōcordia nō desiderabit̄, ergo necessario respectu testiū, qui cum assertione partis concordant.

28 Secunda igit̄ ē declaratio† uerū fore in d. partis, testes ꝓducētis nō ī d. aduersarii, ut hic p Dec. post Abb. in d. c. cū Ioānes, in pe. no. q. t̄n ibidem hoc n̄ dicit. Nec uerū quoq; ui̅, qa qua rōne dicta testiū, & partis, eos producentis, nō p̄nt ad cōcordiā reduci ex quo, s. dictū partis, fidē nō facit, eadē reduci, nō poterūt, si dictū fuerit aduersarii. Cogi.

29 Tertia ē declaratio, † nō debere ad concordiā reduci, qn̄ dicta testiū aperte contradicunt, quia si fuerint aliter dubia debebūt interpretari secūdū assertionē partis, ex quo ad articulū referūtur, qđ adhuc post Bar. ī l. Labeo. ff. de sup. lega. Idē Dec. firmat hic, & alii ut p eū. Adde tu Aret. in l. serui electione, in §. 1. col. 2. ad fi. ff. de lega. 1. Vel dic qđ à testibus ipsis declarari debebunt & poterunt ut uoluit Bal. in l. Idē Pōponius. scribit in §. fi. ff. de rei uen. & dictum fuit aliqualiter supra.

30 Quarta est declaratio† q̄uis dicta testiū & partis ad cōcordiā reduci nō debeāt, debēt t̄n dicta solū ipsius partis, si uideātur contraria, ut p Bart. & alios in l. 1. ff. ne quis eum qui, idem Deci. hic, & Feli. ante eum in d. c. cum contingat col. 3.

Tamen cogita sicuti dictum unius testis ad cōcordiā reduci nō dēt, si fuerit sibi ipsi cōtrarius. l. qui falsa. ff. de testi. l. eos. ff. ad legem Corn. de fal. glo. & Butr. in cap. In nostra, de testi. Bart. in d. l. eos, Imo. in l. inter stipulantem, in §. 1. ff. de uerb. ob. Alex. consi. 42. colum. 4. uol. 4. quod multo minus poterunt dicta ipsius partis arg. in d. cap. cum tu. Et quia non potest diuersitatis ratio assignari, cur potius dicta partis ad concordiam reduci debeant, quā testis, si enim de quo magis inesse uidetur, & non inest, ergo nec de quo minus. c. si Paulus. 32. q. 5. l. nec ex uera. C. de acq. po. l. relegatorum. §. constitutum. ff. de Int. & rel.

31 Quinta & ultima ultra alios est declaratio † ad concordiam reduci non debere, nisi forte dictum partis, esset iuratum, quoniam tunc reduci deberet, ut uitaretur periuriū, pro ut in testibus dicitur in d. c. cum tu, & ut supra relatū est. Cogita.

32 Tertio concludit Bartol. † ad concordiam reduci debere quando testes sunt pares, quia si una pars haberet plures idoneiores. tunc eisdē standū foret & benè, inque testibus utriusque partis procedit. Verum adde, quod Idem etiam dici deberet, si essent testes eiusdem partis. Et non potest diuersitatis ratio assignari, namque sic alias, ut dictum est pariter supra, testes uel eiusdem partis, uel utriusque ad concordiam reducuntur. Et facit pro conclusione Bar. hic, ultra multa adducta p Dec. quod dicit Soc. consi. 28. nu. 8. uol. 3. qđ potentior probatio præualet, qui allegat eundē tex. de quo hic p eundē Dec. in l. ob carmen, in §. si testes. ff. de testi. Et quāquā Idē Dec. sequutus Ale. in l. Gallus in §. ille casus. ff. de libe. & posth. dubitet, quia secundum hanc Conclusionē Bar. raro testes ad concordiam reducerentur, ex quo ut plurimum non omnino sunt æquales, cogita tu tamen quod licet non sint omnino æquales possunt nihilominus esse cōtrarii, & iō, ut dicebatur, si tales esse uideantur, gratia uitandæ contrarietatis pro posse ad concordiam debent reduci.

Quarto concludit Bartol. quod cautè faceret

33 iudex si pro testibus mitteret † curaretque eorum dicta ab ipsis declarari, & rursum benè, qa est casus clarus in c. cum clamor, per eum allega. de testi. Et ad idem addit Deci. duo post Bald. in l. fi. ad fi. C. de testi. & in authent. hodie, in prin. C. de iura. Cal. quod de nouo iurare non debent quodque etiam pars citanda est. Et sanè indubitatū uidetur istud quoque ex quo nihil noui facit qui declarat. l. adeo. §. cū quis. ff. de acq. re. do. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. Sed

34 † cogita adhuc uerum fore si dicta eorum dubia sunt, ut dictum fuit, sed non si contraria, quia tūc ad concordiam reduci debent ut supra & quādo dubia sunt ex multis perpēdi pōt de quibus p Feli. in præallega. c. cū clamor, aliqua ēt dicit Barto. quoad proprietatē istorum uerborū, ante & post paulo supra nu. 7. dic ut per eū & per Dec. & quo ad istud & quo ad reliqua, quia parum difficultatis habere uidentur, & quia obiter etiam non-

nihil

nihil dictũ est supra hæcq; pro nunc uobis sufficiant die. 18. Decemb. indictis Feriis Natiuitatis D. nostri Iesu Christi. 1565. Patauii.

MANTVA.

SVMMARIVM.

1 *Lex singularia difficilis & famosa est, respicitque secundam Rub. partem nu. 3.*
2 *Edicta interpretandi omnibus I.C. concessum erat.*
4 *Mutuum aliud regulare aliud in regulare, aliud ciuile aliud naturale, cum declarationibus nu. 5.*
6 *Fictio duplex, & quid sit.*
7 *Nummus & pecunia diuersa sunt nomina, nec effectu differunt, & unde dicti.*
8 *Seruius Tullus primus Romæ signauit as.*
9 *Pecunia tribus modis capitur.*
10 *Creditum differt à mutuo tamen capitur pro mutuo in. l. singularia.*
11 *Solutio duobus fit modis, longa, & breui manu, cum declaratione.*
12 *Intellectus communis ad l. singularia. ff. si cer. pet.*
13 *Legis uerba cui non cõueniunt, nec eidẽ lex. cõuenit.*
14 *Mutui diffinitio secundum Bar. & quæ requirantur ad essentiam mutui.*
15 *Forma an impleri possit per æquipollẽs cũ exemplis*
16 *Dominia traditionibus rerum transferuntur.*
17 *Fictiones duæ simul stare non possunt cum fallentia nume. 25.*
18 *Mutuum nobis acquiri potest per liberã personam.*
19 *Mutui specialitas consistit in ficta traditione.*
20 *Limitatio Glos. l. Filium quẽ habentem C. fam. erc.*
21 *Specialia allegare absq; ratione specialitatis est refugiũ miserorũ regulariter fallit i mutuo, et dote.*
22 *Mutuum an contrahatur si non fiat de meo tuum.*
23 *Contraria quo casu simul stare posſint.*
24 *Actus unus celeritate coniungendarum actionum occultatur.*
26 *Statutum in duabus personis, in eadem statutũ uidetur, cum exemplis.*
27 *Mutui specialia q̃ non seruãtur in aliis cõtractibus.*
28 *Pecunia, & creditum pro qualibet re mutuabili intelligitur.*
29 *Debitum ex una cã põt in aliud debitum conuerti.*
30 *Nouatio, an per stipulationem præsumatur.*
31 *Acceptilatio est solutio imaginaria.*
32 *Vẽditionis ad ualiditatẽ nuda uolũtas dñi sufficit.*
33 *Dos & mutuum pari passu ambulant.*
34 *Pecunia numerata immistione consumitur.*
35 *Affectio non cadit in pecunia.*
36 *Pecunia quamlibet partem facultatum respicit.*
37 *Tutor pupilli debitorem se facere potest sola scriptura. & an ex alia causa quam pecunia.*
38 *Tutor ex clausulu cõstituti, an sit dñs, & possessor.*
39. *Intellectus ad l. 3. §. qd ergo. ff. de cõtra actio. tutelæ*
40. *Creditor pupilli an possit esse tutor.*
41. *Actio alteri per alterum in mutuo quæritur.*
42. *Statutum exclusiuum fœminarũ est contra ius commune, & est fauorabile.*
43. *Nummi mutuati pro parte possunt cõdici licet corpora sint communia.*
44 *Vsuræ debent stipulari in mutuo.*
Cernotti intellectus a Iasone impugnatur.
45 *Breui manu quid factum, quomodo intelligatur.*
46 *Dos ab auo profecta an imputetur in legitima.*
47 *Intellectus ad l. qui negocia. ff. mand.*
48 *Intellectus ad l. si ex pretio in 2. casu. C. si cert. pet.*
49 *Intellectus ad l. si pecuniam. ff. de solut.*
50 *Intellectus ad l. si pro mutua. C. si cert. pet.*
51 *Debitor an liberetur si iusserit cãpsori, ut soluat, & is promiserit.*
52 *Nouatio facta intelligitur mutatione personæ.*
53 *Delegari an possit tutus exceptione.*
54 *Donans an possit delegari.*
55 *Delegare quid si.*
56 *Instrumentum an reddatur falsum si testes deponant contra instrumentum quod non interuenit pecunia de qua facit inuentione m.*
57 *Falsum nõ dicitur, quod potest interpretatiõe iuuari*
58 *Falsi suspitio quando pro ueritate habeatur.*
59 *Instrumentum an reddatur falsum si in eo apparet ꝙ Titius dedit & numerauit testes uero quod nõ recepit, & quid si dicat habuisse & recepisse & testes dicant quod restituit nu. 60.*
61 *Liberalitas sine causa non præsumitur.*
62 *Dominium in mutuo facilius acquiritur quam in aliis contractibus.*
63 *Interdum dictio regulam in contrarium denotat.*
64 *Res qualibet æstimata pro pecuniæ dari potest, & ratio quia pecunia ad æstimandas res est inuenta.*
65 *Mutuũ contrahitur ex pretio redacto de re mea.*

VLPIANVS LIB. XXXI. ad Edictum.

1 SINGVLARIA. Quoniam hæc lex difficilis est, habetque apparatũ satis intricatũ † ſm Bar. famosa inde & repetibilis ut inqt ẽt Ias. aliqua ꝑ solito more ꝑmittemus, minimè n. mutari debẽt q̃ sẽper obseruata fuerũt, à maioribus nr̃is. l. minimè. l. si de interꝑtatione. ff. de legi. & ad intellectum atque declarationem infra dicendorum, ad quæ ex his etiam libentius & attentius peruenimus. l. 1. ff. de ori. iu.

Et 1. quod est Vlpiani. I. Cõ. cõdita ad edicti interꝑtationẽ, ut in suprascriptione eiusdẽ apparet, lib. 31. & probaĩ expositio hęc (ad edictũ. n. interꝑtandũ, declarandũ, siue exponẽdũ dicta. supra scriptio intelligi dẽt in l. fi. C. de lib. ꝑte. Alex. declarat in l. 1. col. 1. supra eod. & testati sæpe sumus in multis locis, & nimirum quia non modo ipsi soli
2 † sed oĩbus aliis ẽt ptãs hæc concessa erit post beneficiũ r̃ndendi à Cæsaribus datum, & de quo in l. 2. in §. fi. ff. de ori. iu. non tñ condendi legẽ uel abrogãdi uel corrigendi, & fusius ut not. in §. responsa prudentum, institu. de iu. nata.
4 Secũdo qđ hæc lex, respicit † ſm par. rub. si cer. pet. & sic cũ in ea de mutuo tractetur, fateri oportet. (ut dicebã alias) cõem expositionẽ, esse uerissimã, ut illa specificè intelligatur, si cer. pe. i. mutuũ, & nõ (ut aliqui uolebãt) in gñe, pro oĩ eo qđ certum esset, & peteretur, & declarat etiã Odof. hic.
4 Tertio quod hic de mutuo irregulari † tractaĩ,

alibi de regulari maximè ĩ l.2.ĩ §. appellata supra eo.& aliis legibus huius ti.similéq; est ĩ deposito ut diximus ĩ d.l.2.ĩ prin. Et in mora, ut dixi pariter in l.qđ te supra eo.nec repeto, qũo aũt irregulare sit infra & loco suo quidem explenabimus la
5 tè. Vel & clarius dicas, qđ mutuũ aliud † est ciuile, aliud naturale, ciuile ut in litterarum ob.l. in contractibus.C.de non nu.pe. Naturale quando res mea ad te peruenit, uel tua ad me, in qua possit mutuũ cõsistere, & de hoc ĩ l.2. p̃allega. ĩ prin. & ĩ d.§.appellata & ibi Bar.Itẽ & tertio ciuile cui natura cooperat̃, & naturale cui ius ciuile cooperatur pariter, ciuile cui natura cooperatur, q̃do ante stipulationẽ quæ est de iure ciuili (uerbis enim quoque credimus actu quodam interposito ad obligationem comparandam, ueluti stipulatione, inquit I.Con.in d.l.2.in fi.infra eo.) uel post, incõtinenti, pecunia numeratur q̃ est actus naturalis.l.ea q̃.ff.de acqui.re.do. Naturale uero cui ius ciuile cooperat̃, qñ pecunia fingit̃ numerata ab eo qui nõ est dñs, uel ab eo qui uerè nõ numerauit, uel si debitũ ex una causa in cãm mutui conuertatur. Et ista est materia nostra, & de his alias in d. l.2.in fin.

Quarto qđ fictio q̃dã ab æq̃tate ꝓcedit. l. nec utilẽ.ff.ex q̃b.cau.ma.l.postliminium, in prin. ff. de capt.Bar.in l.cum hæredes in.§.1.ff.de acq.po. Quędã ex aliqua speciali ratione, mouente legis
6 latorem, & de ista hic† & in c.de multa, extra de de præben. Zaba. in Cle. quod circa, in 19. q. de elect.exorbitatque ab omni regula fictionum ut inquit Bald.in ca.ad nostram.nu.5.de iureiu. Nil aliud ad propositum, quam falsitas pro ueritate accepta, ex specialissima causa in iure expressa ut no.in l.in bello. ff.de capti.& in l.si is qui pro emptore.ff.de usuc.Bal.in l.ea q̃dẽ, col.2.C.de accu.
7 Quinto qđ quãquã nũmi & pecuniæ† noĩa diuersa sint, & ex hoc uideant̃ effectu differre. l. si idẽ.C.de codicil.nõ differũt tñ, ex quo nũmus à numerãdo dr̃, pecunia uero à pecudibus ĩ q̃bus hoĩum diuitiæ cõsistebãt, ut inquit Saly. hic col.
8 2.Dic tu à pecudum nota sic dictam fuisse, † signatumque primum æs à Seruio Tullio Romæ.
9 Sexto quod pecunia capitur tribus† modis, strictè, largè, & largissimè ut no.ĩ d.l.2.in §.fi. supra eo.strictè pro numerata.l.1. ff. ad Macedo. largè pro qualibet re mutabili, ut hic, & largissimè pro omnibus rebus patrimonialibus.l.2.in fi.C. de ꝯsti.pecu.nõnihil Ias.hic, & utilis as est, quia si materia sit odiosa, uno mõ capit̃ alio uero si fauorabilis, & ad propositum in pulchro casu tradit Gozad.Boniẽ.cõsi. 103.nu.16.post Bar.in l talis scriptura.ff de leg.1. Et fortè hoc ultimo mõ intellexit Pausanias, restatus ætidæ cuidã, tanq̃ heroi statuam positam fuisse, & honores institutos, quod egregiè fuerit pecuniosus, hoc est quod magnũ habuerit patrimonium.

Septimo, ut adhuc idem Ias.dicit & benè, qđ li
10 cet creditũ † à mutuo differat, ut genus a specie d.l.2.§.creditũ, dictũq; fuit satis ĩ l.1.supra eo.at tñ hic creditũ ꝓ mutuo capit̃, ut & p Bar.ĩ. n.4.
11 Octauo quod solutio fit duobus modis † lõga manu, & breui, lõga ut in l.pecuniã.ff.de sol. breui ut hic & in l. licet in §.1.ff. de iu. do. quando unus actus occultatur, & ut infra latius.
12 Nono quod in hac lege sunt† quatuor lecturæ de quibus.ĩ.& ut p Bar.nu.3.Guarne.antiquorũ
* Io.& Azo, ac Ceruoti, quodque illa* cõmunis est, Ceruoti, filii Accursii, qđ hic ponãtur specialia contra mutui naturam, q̃ etiam testantur Veronen. in l.hæc uerba, nu.5.de uerbo.si.

Decimo & ultimo, quod semper præsupponere debemus ad idem pecuniã solutioni paratam fuisse† licet nõ in p̃ntia ꝯhentiũ & qđ partes uoluerint mutũ ꝯhi, alias contrahi non potuisset.

Modo, his factis, dubitandi rationem faciebat
13 q̃a habemus cui nõ conueniũt uerba legis† quod eidẽ nec cõuenit lex.l.4.§.totiens.ff.de dam.inf. Vel & aliter quod cui non conueniunt uerba diffinitionis eidem nec conuenit diffinitũ.l.1. & ibi Bart.in prin.ff.de testa.Vel & sic cui non cõgruit nominis significatio, eidẽ non congruit significatio dispositionis.l.Labeo, ff.de sup.le.Sed mutuo uerba legis, aut diffinitionis, uel nominis, non cõueniunt hoc casu, ergo non erit mutuũ. & maximè q̃a deficiebant substantialia ꝯctus, non secus ac in emptione & uẽditione p̃ciũ.l.pacta conuenta.ff.de cont.emp.uel in stipulatione uerba.l.1.ff. de uer. ob. ex quo id qđ datur hic non fit de meo tuũ, sed de eo qđ ẽ mihi debitũ.l.cũ p̃cario.ff. de preca.Sol.esto quod non conueniant uerba legis aut diffinitionis, uel nominis uerè conuenit tñ fictè, ergo & lex, & diffinitio; & significatio dispositionis.fingit̃ .n.qđ debetur, mihi datũ, & ad me ad te profectum.l.si tibi.l. si & me & Titiũ.ĩ. eo.
14 † Vñ nõ ab rè Bar.ĩ d.l.2.ĩ §.appellata, in fi.s.eo. dicebat quod mutuũ, est ꝯctus celebratus datione uera uel ficta rei cõsistẽtis in põdere numero uel mẽsura, cũ spe recipiendi tãdem in genere.

Nec facit adhuc quod substantialia defecerint quia non est uerũ, considerãdo mutuũ naturale, cui ius ciuile cooperat̃ ut supra quodque procedit obiectum in mutuo naturali tñ ut hic p Ias.

Secundo dubitandi rationem faciebat, q̃a hoc idẽ pro forma tradi ur̃ ĩ d.§.appellata, dũ dicit iõ si nõ fiat de meo tuũ, nõ nascit̃ obligatio, quasi dicat nõ erit mutuũ, qũo ergo potuit mutuum his modis cõtrahi? l.Iulianus.§.sed & siquis. ff. ad exhib.l.qui Romę.§.Flauius.ff.de uerbo.ob.l.Seio. ff. de ap.Sol. forma† etiam potest quandoque impleri per æquipollens, probo quia forma in sentẽ
15 tentia requiri uidetur uerbum condemno uel absoluo, & tamen sufficit æquipollens.in summa. ff.de re iud.similiter in testamentis quod formaliter testator nomẽ hæredis exprimat.l.iubemus. C.de test.& nihilominus satis erit, si alio mõ idipsum ostendi possit, & breuiter est casus in l.fin.ff. manda.ergo quanto magis hic, propter specialia mutui ut ĩ.& dixi latè etiam in 4.lectu.
16 Tert. dubitãdi rõnẽ faciebat, † q̃a traditionib⁹ dominia

dominia rerũ trãsferantur.l.traditionibus. C.de pac.& qa in mutuo dominiũ transferri,qđ ex prædicta diffinitione elicit,põderãdo verbũ datione rei,qđ dominij trãslationẽ supponit. §. sic itaq;, insti.de ac.hic aũt numeratio nõ interuenit.ergo.

Sol.esto qđ nõ interuenerit traditio vera interuenit tñ ficta,&,vt dictũ est supra,sufficit,vnde ĩ prædicta diffinitione, nõ simpliciter ponit verbũ datione,sed & aliud vera vel ficta,scilicet.

17 Quarto dubitãdi rationẽ faciebat, † quia duæ fictiones simul stare nõ possunt,qđ mihi pecunia sit numerata,& tibi postea cui illã mutuo dabam. l.j.C.de do.prom.l.cũ post.§.gener. ff.de iur. do. Vnde ultra dicta alias,videmus hinc, qđ adoptio ꝑ alium fieri nõ põt.l.post mortẽ.§.fi.ff.de adop. ex quo est quædã fictio,& incõueniens qđ ꝑ aliã fictionem expediatur,ita Bald.in c.2.in fi. de ordi cog.& quod fictio fictionis induci nõ possit, tradit ẽt Ias.in l.seruo legato.nu.2. ff.de lega.j.

36 Vltimo quæritur, quid ſi iam † debitor fuiſſet in mora, an creditor interpellãdo uideat morã remittere, Bar. ĩ l. Aemilius col. 1. ff. de min. uidetur dicere quod ſic. Iaſ. uero contrarium tenet, quod immò fieri uideatur ut magis grauetur debitor, & inducta ad unum finem non debent contrariũ operari. l. legata inutiliter. ff. de ad. lega. Et qa geminata interpellatio impedit purgationem moræ iuxta not. in l. ſi inſulam. ff. de uerbo. ob.

Et ita etiam tranſit Deci. reſpondendo ad text. in d. l. Aemilius, quod illud ideo eſt ibi, quia petitio precii ſe non compatiebatur cum reſolutione contractus, quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, & eſt caſus, fundus enim erat uenditus, pars precii ſoluta, adiecta cõditio, ut eſſet inemptus, ſi reliquũ nõ ſolueretur intra duos menſes, dicit tex. quod petẽdo precium uenditor à ſua lege receſsiſſe uidetur.

Ego amplector opi. Bar. per d. l. Aemilius, nec ob. quod dicit Deci. quia in eo non fundat ſe. l. C. ſed tantum, quia petendo pretium, à lege ſua uenditor receſsiſſe uidetur, Ergo & hic moram remiſiſſe, & ita etiam Alex. & d. tex. in d. l. Aemilius ad hoc dicit not. conſi. 72. col. 2. uol. 3.

Nec ob. ergo. l. legata inutiliter ad idẽ allega. quia immò dicam, & retorquebitur arg. quod facta interpellatione, ut prima mora remittatur, nõ debebit contrarium operari, & eſt ſimile, quia ſi teſtator debitorem ſuum onere fideicommiſsi grauat ipſum liberare uidetur. l. ſi pecunia, & ibi Iaſ. nu. 7. ff. de lega. 1. arg. in l. Proculus. ff. de uſu.

Et minus quod geminata mora impedit purgationẽ moræ, quia & iſtud quoque uerum eſt, qñ in dubio non præſumeretur prima remiſſa, exempli gratia quia debitor per interpellationẽ ſit conſtitutus in mora, & inde poſtea cõtra ipſum facta lit. conteſta. d. l. ſi inſulam, ubi caſus clarus, tradit Ro. conſi. 352. col. 2. uer. 4. Conſidero. Cogita.

In ea. glo. ibi nec ob. infra de tritica. traduntur duæ ſol. ad contrarium. l. ſi. ff. de condi. triti. quod immò attendatur tempus li. cont. & non petitionis extra iudicialis.

Prima ergo eſt quod ibi ſoluere non ualebat. i. erat impotens igitur in mora non conſtituitur p interp. extraiudicialem Quam improbat ex multis Iaſ. præſertim quia diuinat, & quia difficultas regulariter non excuſat. l. continuus. §. illud. ff. de uerbo. ob. maximè quando ſumus in debitore generis ſeu quantitatis ut hic. Deci. dicit, quod quo ad obligationem non excuſat, quoad moram autẽ ſic, adde tu text. in l. Proculus, & ibi Alb. in princ. ff. de nego. geſt. qui idem dicit ẽt, ĩ l. diuortio. col. ult. ff. eo. Tamen * communis opin. eſt quod non excuſet ẽt à mora, ut in l. quod te, ſupra. eo.

Secũda eſt ſol. quod ibi debitor non erat in mora contracta per interpellationem, ideo attẽditur lit. cont. & tempus quo iudicium acceptum eſt, & ita diximus in figuratione caſus, & eſt communis ut atteſtatur Doc. Iaſ. & Deci. Bar. hic, nu. 5. & 12.

Nouiſsimè tamen huic ſol. ob. tex. in l. cũ fundus, in prin. infra. eo. ubi fructus debentur à tempore lit. cont. ergo idem in æſtimatione quãti plurimi. Cui ſol. communẽ tutando, reſpondet Alex. eiuſque reſpõſionem impugnat Iaſ. & ab ipſa impugnatione Iaſ. defendit reſponſionem Alex. Decius ut per eos. Poſtea idem Dec. dicit, quod ſol. Alex. non eſt bona, ex alio, quoniam diuerſificat caſus, & non tradit rationem diuerſitatis & malè, ultra eum. l. ſi libertus minorem. ff. de iu. pat.

Sol. igitur huiuſmodi eſt quod tex. in d. l. cum fundus loquatur in fructibus, nos autẽ in æſtimatione quanti plurimi, ideo non ab re ſi tẽpus lit. cont. attenditur. d. caſu, hic autem moræ.

Et ſupradicta ratione falſa. Et quia ſi in fructibus attenditur dictum tempus cum proueniant à cauſa naturali & intrinſeca, multo magis attendi debet in æſtimatione quanti plurimi quæ prouenit ab accidentali & extrinſeca.

Exinde etiam ponderando quod text. ibi dicit omnia reſtituenda eſſe, quod uerbum uniuerſale comprehendit etiam æſtimationem quanti plurimi uulga. l. Iulianus. ff. de lega. 3.

Ego uero à ſol. communi non diſcedo, & dico reſponſionem Alexan. eſſe ueram, quoniam fructus à re diſtinguuntur, quod ego probo per tex. in l. qui per colluſionem, in §. fi. ff. de act. emp. æſtimatio uero loco rei ſuccedit, ex quo tantumdem in genere & in eadem bonitate reddi non poteſt, cum ualor decreuerit, poſt moram quod nec ipſe Deci. negat contra Iaſ. arguendo, alias ſententia non eſſet conformis libello & malè ut infra & ſic diuerſificatur caſus & aſsignatur ratio diuerſitatis, quicquid idem Deci. poſtea dicat.

37 Non ob. † quod ueniunt fructus à cauſa intrinſeca & naturali, æſtimatione ab extrinſeca, & qđ longè magis ſpectari deberet tempus lit. conteſt. quia hoc conſiderari non debet, ſed ut diximus, an unum ab altero diſtinguatur.

Non

Nō ob. quod dicat tex. omnia, quia esto quod sit dictio uniuersalis, debet tamē restringi ad fructus & ad accessiones, quia de fundo loquitur & homine. l. ut gradatim. §. & si lege. ff. de mu. & ho. l. 1. C. de sacrosanc. bona glo. in l. fi. C. sine cen. uel reliq. Et dato (ut dicebam alias) quod etiā in æstimatione quanti plurimi intelligatur replicabo uerum esse nisi mora præcedat ut hic & in d. l. fi. de tritica. & ut etiam infra.

In ea. glo. ibi, sed certè, quod attendatur tempus contractus, ut in l. cum quid supra eo. sol. gl. tenetur * ab omnibus communiter, quod in bonitate intrinseca oppositio procedat & uera sit, non in extrinseca, fusius Bar. hic nu. 4.

Et rationem assignat Bal. Ias. & Deci. hic, ut p eos. Sed maxima urget difficultas, quia si uinum plus ualuisset tēpore contractus, & minus tempore moræ, quod mora prodesset moroso, & malè. l. hominem, in fi. ff. man.

Soluit Albe. tollerabile esse, quia hoc non propter moram contingit sed casu, & quod casu cōtingit attendi non debet, maximè quando culpa non est ordinata ad casum, ut etiā dicit Deci. contra Ias. tutando communem opi. quod attendatur tempus moræ semper creuerit uel decreuerit æstimatio, & ut per eum.

38 In ea. glo. ibi, & stipulando † habetis solutionē ad l. fundum Cornelianum. ff. de noua. quæ probare uidetur, attendi debere tēpus cōtractus adhuc.

Quod illud ideo est, quia duæ erant stipulationes rei & æstimationis, quo casu de præsenti æstimatione & die egisse uidetur, & est sol. communis, declarando de æstimatione æquè principali intelligi debere, non si ueniat accessoriè ut interesse in obligationibus, quia tunc attenderetur tēpus moræ, de quo tamen per Deci.

Et quod sol. communis sit uera, probat etiam Bar. hic nu. 4. & 9. quia. d. æstimatio fuerat principaliter promissa, & iure actionis petebatur hic autem officio iudicis, quāquam mercennario certi cundictioni deseruienti, & idem dicitur in l. hominem. ff. mand. Bar. met. in l. quotiens in prin. ff. de uerbo. ob. Posset ēt responderi, ut sentit Odof. ibi, quod si pluris fuerit stipulationis tempore, illud tempus attendi debere, si tempore moræ uero, istud, tamen à communi solidiori, non est di-

39 scedendum. In ea. glo. ibi Item adhuc uidetur † opponit de. l. ratio. §. si per uenditorē. ff. de ac. emp. quod attendatur tempus contractus, & est urgentissimum contrarium, dicit enim tex. si res uendita non tradatur, & debitor sit in mora, quod tenebitur quanti plurimi uinum ualuerit tempore contractus, uel si res in iudicium deducta sit, quāti plurimi ualuerit tempore sententiæ.

Soluit glo. hic & ibi, & inuoluit se, suntque omnes sol. periculosæ, fusius Bar. hic nu. 4. Versi. 3. oppono. Et tandem dicit quop uera est sol. ad. d. §riū, qđ i ɔ̄ctu emptionis & uēditiōis de quo ibi, uenditor recepto precio re ipsa est in mora si rem non tradit, usque adeo ut teneatur ad usuras, & ad interesse, l. Iulianus. §. ex uendito. ff. de ac. emp. l. curabit. C. eo. & tempus contractus & moræ sine idem ut in furto & rapina, l. 1. C. quod met. cau. l. subtracto. C. de fur. ergo nec mirum, si eo casu tēmpus contractus attenditur, quasi dicat hic secus, quia non statim debitor tenetur, tantundem reddere. in genere, mutuo contracto, ideo tempus moræ inspicitur.

Et ita etiam sensisse uidetur Fulgo. quicquid dicat Ias. & Dec. quod est diuersa à sol. Bar. & mihi maximè placet, aliis reiectis.

Sed unum ob. inconuenire, atq; esse iniquum, quod quis eodem momento in mora constituatur, quo contrahit. l. quotiens, in diem. ff. de uerbor. obl. & ibi Bart. & Ias. latius.

Responde tu uerum non esse, nec inconueniēs d. l. curabit. l. 1. ff. eod.

Nec ob. quod dicitur, in d. l. quotiens, quia (ut ibi declarat Ias. col. 2. & 4.) id est in obligato conditionaliter dicēdum qui purificata conditione, incipit obligari, ut eodem momento non constituatur in mora absque interpellatione, ex quo cōditio habet se ad esse, & non esse, nec poterat præparari ad soluendum, ad differētiam eius qui certa die erat obligatus quoniam lapsa die ēt moram contrahit absque alia interpellatione. l. magnam. C. de contrahen. & commit. stip. & dictum fuit suprà, & idem ad propositum in uenditione. Cogita. Dicit tamen adhuc Deci. quod sol. antiquorū (intellige Dy. Pet. Cy. & Iaco. But. ut hic per Bar. nu. 4. prællega. Ver. unde alii) est minus periculosa, quod ibi uerbum quo uenit, intelligatur tradendum. Et licet Bar. mordeat hanc sol. utpotè diuinatiuam, huiusmodi tamen non est, inquit ipse Deci. probatur ex fine. d. §. dum ait Iuriscō. quod quod alibi facta uēditione, Brundusii tradi oportebat. ita ut nec aliter principium intelligi posset, quoniam una p rs legis aliam declarat. l. utrum, ff. de petitio. hæredit.

Tu à superiori non recedas iudicio meo uerissima, quia hæc stare non potest, non, ut dicit Bart. quia sit diuinatiua, sed uiolatiua, & directo contra illum textum.

40 Et hoc solo, quia uenit † intelligi debet, idest uenditum est, uerbumq; est, quod à ueneo deriuatur, iuxta illud Hora. Venit uilissima rerū aqua, sermo. 1. idest uendita est. Immò est etiam text. in l. 1. in §. quotiens. ff. depo. in terminis, in l. Iulianus, in §. ex uendito. ff. de ac. emp. & in l. arbitrio, in §. de eo. ff. de dolo. nec istud intellexit Accur. in l. 1. ff. de bo. auc. iud. po. quod si sic est quo modo uolumus supplere uenit, hoc enim modo legem corrigeremus, iuxta not. per Bartol. in l. 1. ff. de testa. & malè. Et est loquendi modus apud ueteres, quod etiam confirmo, quia dicit uenditorem uini condemnandum esse, utro tēpore quo pluris fuerit uinū, uel quo uenit, idest uenditum est, uel quo lis in condemnationem deducitur odio morosi. l. in re furtiua. ff. de condi. fur. & sic utro tempore quod de duobus dicitur, sicuti

C. si plu. una sen. idem in l. si expressim, colum. 2. ff. de appel.

Soluit Deci. post Pau. Cast. in d. l. 1. dic ut per eum, & tu aliter, quod immò debent impropriari ut adaptentur ad petita in libello, glo. est uulga. in l. & puto, ff. fami. erc. Spec. in §. spoliatus, in Ver. & nota de restitu. spo. Areti. in c. qualiter & quando, in §. ad corrigendos, nume. 134. de accu.

Secundo quod non sit uera, ultra dicta alias p bo, p tex. in c. 1. de cont. int. Do. & emp. feu. i. ubi uasallo alienante feudū ignoranter, dominus agit, & tñ iudex pronūciat in electione emptoris forè feudum restituere dño aut Vasallo.

Sol. regula procedit de iure cōmuni, cōtrariū de iure consuetudinario, ut ibi per Docto. in specie Alia. colum. pen. & erit ad limitationes Decii. 7. ad illas Ias. 13. & 15. ad nostras.

Tertio quod non sit uera probo, qa peto massam & iudex condemnat in pecunia & tamen sententia ualet. l. 1. ff. de au. & ar. le.

Sol. non uidetur aliud quod illius uice fungitur arg. in l. 1. in §. qui mandatam. ff. de osti. eius, ut in æstimatione dicebam, & quia est æquipollens, declarat Bal in d. l. fi. in princip.

Sed quoad æstimationē contra, de d. l. fi. C. de fideicō. lib. ubi legatus seruus, petebat, & in æstimatione facta est condēnatio, & tñ senētia nō ua
44 luit. Sol. n̄ ualuit † qa seruus dari poterat, & debebat. ut libertatem consequeretur, sibi per fideicō missum relictam, hic uero secus, ex quo uinum decreuerat post moram. In ea glo. ibi sed arg. cōtra opponitur, quod immò æstimatio peti possit, de l. in re furtiua. ff. de condic. fur. ubi ad literam est casus, ibi si nō obtinebit durat condictio æstimationis eius, & soluit gl. id esse odio furis inductum specialiter.

Adde, quod fur est semper in mora, d. l. in re furtiua & ibi not. Bald. l. licet, ff. eo.

Secundo adde, quod nullus libellus contra ipsum tollitur, siue ad rem, siue ad æstimationē, siue ad possessionem agatur, ut declarat idē Bal. in d. l in re furtiua, & est arg. in l. si. ff. Vsuf. quemadmo. ca. Tamen Bar. hic nu. 18. inquit quod hoc ni
45 hil est dicere, forte, ut ēt subiicit Ias., quia † fur & morosus, æquiparantur, l. inter stipulantem, §. penu ff. de uerbo. oblig.

Vera igitur sol. est, id esse ibi quia erat obligatio rem restitui arg. in cap. cum tu, de usu. hic rem dari primo casu succedit ob. ad interesse, secūdo non, & de hoc a ias se remittit ad dicta p eū in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerbo. oblig.

Et hinc est, addas tu, quod potest quis stipulari rem suam à fure, nō sibi dari, quia res quæ qdē est sua non potest amplius efici sua, §. sic itaque, institutа de actio. sed sibi restitui, ita Bald. in l. subtracto, C. de fur.

In ea. glo. ibi, alii dixerunt, traditur alia sol.
46 † ad contrarium, d. l. fi. C. de fideicō. lib. quod ille tex. in specie loquatur, nos autem in quantitate, quam etiam reprobat Bart. & benè, ut per eum. Cogita tamen si potest saluari, quia dicto casu ad æstimationem iudex hæredem non condemnat, quia petebatur species, idest seruus legatus, hic autem sic, quia petebatur quantitas, hoc est uini, & quidem in eadem bonitate in qua erat tempore moræ, quo casu iudex iuxta petita condemnat debitorem ad æstimationem uini quanti plurimi ualuit, d. tempore, quicquid dicat idem Barto. non reperiri iure cautum quod q̄ tatis pecuniæ possit peti pro quantitate uini, sed benè quātitas pro qūātitate eiusdē gñis. Cogita.

47 In ea. ibi alii dicunt, aliam † sol tradit, quod id sit libertatis fauore inductū. Quā improbat Ias. qa multi sunt casus in qbus nō agitur de fauore libertatis, & tamen dicitur quod sententia debet esse conformis libello, & benè.

Et facit, ut dicebam alias ratio generalis ibi, quod fatuus est iudex, qui aliter iudicat, quam petitum sit. Et nouissimè quia plerūque libertas ē deterioris conditionis quam aliæ res, ut inquit glo. in l. fi. C. de sacrosanc. Et quia in hoc ēt non fundat se legislator de libertate loquutus potius narrando, quam aliter disponendo, l. unica, C. quando non peten. par.

48 In ea. ibi, Alii quod ibi † credo quod sit corrupta, quodque uelit dicere, quod hic fuit petitum uinum, idest uini æstimatio, cum uinum haberi non posset, & ibi, ut in ea legitur hoc est in d. l. fin. ex quo ibi de uino mentio nulla quæ sol. etiā est contra text. nostrum in uerbo petitum, quod ad uinum refertur.

49 In ea. ibi, Alii quod &c. aliter † dicit, quod hic agitur de æstimatione quę uenit per secundā sententiam, ut in arbitrariis, nihil allegat, adde tu tex. in l. arbitrio, allega. in ea. supra quando opponit de, d. l. fi. C. de fideicommiss. lib.

Sed falsa est ista quoque ut per Bar. hic ad fin. quia in arbitrariis tantum, feruntur duę sententiæ, certi condictio non est huiusmodi, ergo Licet glo. non dixerit quod sit arbitraria, sed quod agitur de æstimatione ueniente per secundam sententiam ut in arbitrariis, & sic à simili subsistere tamen, ut diximus, non potest, quoniam una sententia est tantum.

50 In ea adhuc in fi. dicit † rursum aliter, quod hic fm ius digestorū loquitur, quo tēpore nō offerebatur libellus, licebatque iudici qualitercunque petitū fuisset, ius dicere, alio uero text. in d. l. fin. C. de fideicomm. lib. Cuius sol. mentionem facit nullus, nisi ad unum de quo. ℣. dic igitur tu qđ nec ista omnimodo olim etiam est uera, ex quo erat petitio necessaria, quāuis non daretur libellus in scriptis ut hodie, authen. offeratur. C. de lit. con. tradit Bar. in l. 1. in princip. ff. de eden. & in d. auth. offeratur, & ipsa met fatetur, in illis uerbis, qualitercunque petitum esset. Et propterea gloss. dicit primam tenendam esse, quam nota pro limitatione glo. l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Treb. Bar. in l. bona fides, ff. depo. & non ab re, quando ēt non dixisset, quia meliori ratione sub-

cita est.l.3.§.Neratius,& ibi Ias. col. 2.ff.de acq. po.Grat.consi.141 col.1.uol.2.

Seruit tamen ista ultima sol. ad not. q. quod eo casu quo libellus non requiritur,non uitiabi-
51 tur † processus,licet fuerit ineptus.

* Pro qua,ut dicunt oẽs,*est tex.in l.1.in princ. C de rei uxo.ac.ubi dotes per actionem ex stipulatu,exiguntur, etiam quod inuti liter stipulatio facta sit,ex quo in datione non requiritur, ergo pari ratione eo casu quo non requiritur libellus multi enim sunt, si interueniat & offeratur ineptè non propterea, ut diximus, uitiabitur processus,& d.l.exornat ex multis, Ias. hic ut per eũ ego multa in aliis lectu.maximè 3.

Nouissimè addo tex.in l.non dubitamus,ff.de condi.& de.ubi conditio turpis in ultimis uoluntatibus reiicitur, & inutilis adiectio est,nec ideo minus testamentum ualet, quia conditione fieri poterat. Est uerum quando inutilis adiectio est turpis,& facit peccare actum in forma,quod tunc uiciat,& actus redditur inualidus, l. filius, ff. de condi.insti.puta quia filius institutus sit, sub conditione si hominem occiderit,ut ibi declarat Soci. in d. l. non dubitamus, in 1. not. Dicunt aliqui quod facit etiam text. cum not. ibi, in cap.
52 bonæ. 1. de elect. ubi † in notoriis de necessitate probatio recipi non debet, allegari enim debent & sufficit, non probari, l. si adulterium, cum incestu, §. idem Pollioni, ff. ad legem Iul. de adulte. Cle. appellanti,de appel. & tamen ad cautelam recipi potest, ita Rimi. in l. 1. colum. 8.ff.de iuris.omn.iud.

Sed non facit ad propositum regulæ,ex quo ꝓbatio, quod ibi dicatur, non fuit ineptè recepta. Et quia etiam is pro quo facit notorium, resistere potest,ne probationem abducat, eaque superflua oneretur cap.2.de proba.ubi not.text.declarat Abb.in d.cap. bonę,colum.3.& in cap.sollicitè,col.pen.de resti.spo. Vnde uidemus etiam, qđ consuetudo superfluas probationes inducens non ualet, inquit idem Abb. in repet. cap. cum esses,in prin.de testa. & qđ potest resistere dixi, quia secus si noluerit,l.circa.ff.de proba.

53 Ad id tamen facit adhuc,† quia debitor suspectus de fuga, propria auctoritate capi potest, l. ait prætor,§.si debitorem,ff. quæ in frau.cre.nec iudiciaria requiritur,quia periculum est in mora ut ibi,ergo licet interuenerit, iudicis incompetentis,non propterea uitiabitur captura. l. siquis in seruitute,& ibi Bartol.ff.de fur.Ias.in l.2. col. 6.ff.de iuris.omn.iud.

Et quia Papa facit aliquando aliquas reseruationes in suis sententiis quas tamen facere necessarium nõ erat,& nihilominus si facta aliqua fuerit in forma inepta,appellatus grauatus dici non potest,ita Ancha.consi.372. colum.2.

54 Vltimo facit, † quia nõ est necesse quod actio exprimatur in libello,cap. dilecti, de iudic. & si exprimatur, & expressa fuerit inepta non uitiatur libellus,ita Barto.in l.1.in princip.ff. de edẽ. Cyn. Bald.& alii,& ibi nos in l.edita, C. eod. Ias. in §.omnium,nume.166. instituta.de ac.

Et ita foret trãseũdũ. Nihilominus aduertẽdũ est,quia aliqua ob. quod regula non sit uera.

Et potissimum quod dicimus in sententia, qđ causa non est in ea exprimenda,c.sicut,de re iud. & tamẽ si exprimatur & ineptè quidem uitiatur c.in præsentia, & ibi Inno.dẽ renun.& est arg.Fel.in c.cum ordinem,in princip.de rescrip.

Secundo idem dicimus in auctoritate superioris,in actu minimè necessaria,quæ tñ si minus legitimè interposita sit,uiciat actum, ut idem Inn. not.& Abb.in c.fi.de procu.

Tertio inquit Ias.& Dec.qđ est gl.i l.proinde, 2.in §.si.ff.ad legẽ Aqui. dicens ubi non est ordinariè procedendũ,aliquo casu, si tamẽ ordinariè procedat,& non legitimò,uiciat processus,stante maximà regu.i la,ait idem Deci., uia quã elegi sti illa tibi pateat,l.si mulier,in fi.quod met.cau.

55 Quarto addo ego,ultra dicta alias,† quia in pactis liberatoriis cã nõ requirit,l.talepactũ,i prin. ff.de pact.& tamen si exprimatur & falsa quidem uiciat, l.si eum te,ff.eo.

Quinto & ultimo adduco tex.i l.l.fi. ff. de lib. & post.ubi agnoscens bo.po.non tenet dicere,ex quo capite agnoscat,l.fi.C. qui admi.& tñ si dixerit,& ineptè quidem uitiatur agnitio,& agnoscẽs dicit tex.ibi,nihil agit.

Quibus tamẽ non ob.à communi, quæ est, ut s.quod processus nõ uitiet, haud est recedẽdũ q̃ quã glo.istud innuere non uideatur, secundum aliquos, sed errant quia probat satis dũ dicit qđ iudex ius suum pronuntiabat qualitercunque esset petitum, etiam ineptè, æstimatio scilicet, & non uinum ut suprà à communi igitur nõ est, ut dixi recedendum,ex quo contraria, ut inquit Feli. in d. cap.cum ordinem, specialem habent rationem & benè, quod statim ostendemus. Nec ob.,ut replicat Deci.,quod ista resolutio nõ tollat difficultatem, quia ratio fundata in d.l. si mulier,concernit regulam, ut attendatur uia electa, cum qua concurrit alia,subiicit, quod potui noluí,& quod uolui adimplere nequiui, l. multum interest.C.si quis alt.uel si.quia ad istud quoque respondebimus. Ad primum igitur dici potest, quod necesse non sit,quod in sententia exprimatur causa, ex quo pro iudice præsumitur & pro eius sententia, l.Herennius, §. Caia. ff. de euict. cap. in præsentia,de præsump. ergo nimirum si exprimatur inepta & falsa, si uiciatur, quia una præsũptio aliã tollit,l.diuus, ff.de restit.in integ.

Quomodo respondeo etiam ad secundum, quia iudicis auctoritas facit pariter quod omnia pręsumantur,solẽniter acta,l.1.C.de pdi. cu. lib. 10.ergo si minus legitimè interposita sit,secus,l. cum uero,§.subuentum,ff.de fideicomm. lib.

56 Non ob.glo. in d.l † proinde, quia loquitur in casu claro,quando constat de uoluntate iudicis,quod uoluit ordinariè procedere,nos aũt, & glo. hic, loquitur in dubio, casus dubii & clari, non

non est par eademque ratio, l. continuus, §. cum ita, ff. de uerbo. oblig. ergo, & ita respondet Ias. Respicat Deci. quod hoc non tollit obiectum ex quo in utroque casu militat ratio allegata, uia quam elegisti &c. & malè quoniam, ut diximus, uera est, quando ita uoluit & sciuit, deque uoluntate iudicis constabat non in dubio.

Vel ultra Ias. respondeamus, quod glo. illa malè loquatur, & contra istam ac regulã, d. l. 1. & similiũ. C. de rei uxo. ac. maximè quia nihil allegat, & auctoritas eius probabilis est non necessaria, ut no. in l. si de interpretatione. ff. de legi. & in l. 1. C. de professo. qui in Vr. Consti. lib. 10. Nec facit reg. uia quam elegisti &c. quam difficultatem mouit etiam Deci. Seni quia posset responderi ut per eũdem Deci. hic, sed quia responsionẽ postea impbat, dico aliter, quod regu. uera est, quãuis quis elegerit, quod illa sibi patere debet, sed nõ hoc casu, ex quo libellus necessarius non erat, unde esto quod ipsum produxerit, isque ineptus sit, nõ propterea uitiabit processus. Immò dico qđ sumus in casu. d. reg. quæ intelligitur, hoc modo, hic, qđ porrigendo libellum ineptum, sibi ipsi præiudicauerit, & illã sibi obiiciatur. ut illa uia scilicet q̃ elegit sibi pateat, tradit Bal. in l. 1. i prin. in 2. not. C. de execu. rei iud. ubi si creditor potest propria auctoritate capere bona debitoris ex pacto, & uadat ad iudicem sibi præiudicauit, iuxta illud, inquit, Via quam elegisti illa tibi pateat, præiudicauit autem sibi, quia si oppponatur, uel etiam parte non opponente poterit reus absolui ab obseruatione iudicii, l. 1. ff. de offi. asse. & est subtilis responsio.

Sed nõ, ut dixi, quod processus alias sit nullus. Minus ob. rursum regu. l. multũ interest. C. si q̃s al. uel si. quia eodem modo respondetur, quod potui, nolui, quod uolui adimplere nequiui, & ideo nulli præiudicaui suppleri dẽt, deducendo ut supra non quod processus alias uitietur, aliter etiam Deci. hic in fi. dicit, sed hæc iudicio meo efficacius, & uerius tollunt obiectum Cogita.

Non ob. 4. quia immo requiritur causa, d. l. si cum te, & hac de re, non mirum, liberationem uitiat ut effectum non habeat, & fusius not. alias in l. creditori. C. de pact.

Nõ ob. 5. & ultimũ, q̃a cũ loquať ille tex. de iure antiquo quo requirebať decretũ, oportet dicere expressionem fuisse necessariã, ergo nec mirũ hoc quoq; casu si inepta exp̃ssio uitiat, ita Alex. in l. quandiu colum. I. C qui admi. & ita tenendum est. Et ex his sumus de ista lege etiam expediti hodie, quæ est dies 30. Martii. M. D. LVII.

LAVS DEO OPTIMO MAXIMO.

MANTVA.

ADDITIO. Licet quoad limitationes. l. fina. C. de fideicommiss. lib. cum similibus, remisiuè transierim supra placet tamen aliquas nunc referre.

Et primo quod fallat regula, ex causa necessitatis, siue impossibilitatis, cum ũnum in ea bonitate, solui non possit, in qua erat tempore moræ ut hic per Bar. nume. 16.

57 Adde nimirum † esse quia quod licitum nõ est & difficile seu impossibile, necessitas aŕs facit licitũ facile & possibile; c. quod nõ est licitũ, de regu. iu. in antiq. luc. 14. & not. in l. si seruum, in §. fin. ff. de uerbo. oblig.

Hanc fallentiam impugnat Deci. quia necessitas executionem respicit, nec impedit propterea quominus condemnatio fiat, secundum petita.

Et malè quia si sic est, facta reperiretur super eo quod præstari non potest, igitur & necessario fit super alio, & sic limitatio uera.

58 Secundo fallit in principe, † qui nõ teneť seruare ordinem iuris, c. ad petitionem, de accusa. tradit Barto. in l. Aemilius col. fi. de mino. & But. in c. licet hely. colum. 3. de simo.

Quam similiter impugnat Deci. quod istud sit uerũ de plenitudine potestatis, sed qđ cõstare debet, quoniam in dubio non præsumitur quod ea uti uelit, ut per Inno. in c. innotuit de elect.

Salua tu, quod quando ordinem iuris non seruat, tunc præsumat ur uti uelle plenitudine potestatis ita Abb. in d. c. ad petitionem in fi.

Et quia tunc condemnationis actus aŕs nõ ualeret, ut per Alex. in l. quãquã, de mi. testa. & Pau. in l. ex imperfecto. C. de testa. quomodo limitari solet. d. Theo. Inno. in d. c. innotuit. Tertio fallit in criminalibus, quia non attenditur petitio nec conclusio partis, potestque iudex pœnam augere uel minuere mero ipsius arbitrio. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. in fa.

Quæ fallen. adhuc redditur dubia secundum eundem Deci. ex quo hoc sibi ex causa permissũ est, d. §. pœna grauior, l. hodie, ff. de pœn.

Salua tu & dic quod nec aliter limitatio intelligi possit, iudici scilicet ɔcessũ esse, ut egredi ualeat naturam libelli rectã concepti, & ratione casuum emergentium. ll. transgredi, in his in q̃bus uersatur arbitrium, ita Bal. in d. §. pœna grauior, in rep. colum. 3.

Meliusque esset si diceremus ut infra quod in primam incidat.

Quarto fallit, in iudicio diuisorio, §. penult. & fin. institut a de offic. iud.

Inquit idem Deci. quod id est ex natura actionis, & benè, l. 1. & 3. ff. fin. regundo.

Sed considera tu hoc idem à lege inductũ fuisse ex causa, uel propter difficultaté rei diuidendæ ut not. in d. §. pen. & in §. quædam, institut a de act. usque adeo, sicut dicebam proximè, ut hæc quoque in primam incidere uideatur.

59 Adde simile in † arbitratore, q. potest de iure unius partis, dare alteri p̃ bono pacis & ɔcordiæ, l. si de meis, §. recepisse. ff. de arbit. & ibi Bar. & ió dubiũ est ut supra an regu. locum habeat in arbitratore, & respondetur quod non, quia non seruat ordinem iuris, quicquid dicat Deci. ita But. in c. constitutus, colum. 1. & fi. de reli. do.

60 Et mirabile est quod rei † adiudicatæ in materia, dominiũ non transferri ex sententia iudicis in eũ cui est adiudicata nisi actualiter in po.mittat, ex quo factũ iudicis est factum partis, quæ licèt titulum rei dederit alteri, non tamen ex eo in eũ dominium transfert, nisi actuali traditione. l. traditionibus. C. de pac. declarat Aret. in d. §. pe. nu. 5. insti. de off. iud.

Quinto fallit quia iudex etiã condemnat in expensis uictũ, licet non petantur, ut per Bald. in l. properandum, in §. sinautem alterutra, col. 2. C. de iudi. Nec ab re quia pertinet ad consequentiã petitorum, ut ibi. Vel dicamus quod sub indefinita petitione actoris semper petantur tacitè si nõ expresse, inq; ea includãtur vnà cũ principali causa. l. fi. in fi. C. de anna. excep. alias nõ tango, quia non habent difficultatem.

ADDITIO. In materia huius legis, dubi-
61 tatur, † an sñia qua condẽnat debitor, ad æstimationẽ quãti plurimi valuit vinũ, à tpe moræ, sit interlocutoria vel diffinitiua. & rñdet diffinitiuam esse, q̃a condẽnationẽ cõtinet, & ex ea oriẽ actio in factũ, ita signanter Bal. in l. fin. hic in gl. allega. C. de fideicõ. lib. in prin. & q̃a, adde tu, diffinit negotiũ principale, nec fertur iter principiũ, & finẽ causæ, iux. gl. ĩ Cle. j. in ver. diffinitiua, de seq. po.
62 & fructuũ. In illa q. posita sup † glo. fin an sñia debeat esse ꝯformis libello, dubitat Bal. ĩ l. fi. C, d' fideicõ. lib. an lata sup libello inepto valeat, & cõcludit q̃d sic. col. 2. in prin. hac rõne motus, quia iudex supplet, in his q̃ sunt iuris, iux. not. p cũ, & oẽs, in rub. & l. 1. C. ut q̃ de aduo. Iud. sup. & meo quidẽ iudicio, malè, q̃a lacerandus est libellus, & reijciẽdus potius ẽt parte nõ opponẽte, ut not. in l. 1. ff. de offi. asse. l. 2. C. ut ne pri. l. probibitũ. C. de iu. fi. lib. 10. vbi ẽt Bar. dicit, q̃d neq; hoc casu tenebit iudex in sindicatu. Et plus Bal. q̃d ẽt ablolutoria lata sup eo, in forma diffinitiuè, nõ parit exceptiorẽ rei iud. in l. nisi, per illũ tex. ff de tut. & ra. dist. & nirum ad propositum quia ineptitudo viciat quemlibet actum, siue sit testamentũ, siue contractus, siue iudicium inquit idem met, in l. 3. in §. 1. col. 2. ff. de lib. & posthu.

Et ad vini ꝓpositũ scias esse vetus & nouũ, vetus vero nouo melius, q̃d tenẽt oẽs. Itẽ medium, q̃d nec vetus est, nec nouũ, & cõsequẽter ꝓ vino nõ bñdũ, idcirco q̃a nec refrigerat nec calefacit.

63 Et si cõuiuæ † obiter dictũ sit, & ioco potius q̃ serio, vino non utantur, ut Thraces, seu Turcæ. Prandium caninũ vocabitur quippe quod canes vinum non bibunt.

SVMMARIVM.

1 *Prolixitas sui natura odiosa tamen, in l. lecta. ff. si cer. pet. utilis est ad multa.*

2 *Iulius Paulus Patauinus fuit auditor Aemilij Papiniani, decoratus Prætoriana præfectura. & eiusdem Papiniani fuit assessor.*

3 *Cautionis uerbum quid sit declaratur.*

4 *Pœna & usura an differant, & an ponantur in l. lecta pro eodem.*

5 *Denarius unde dictus, & in quo differat ab asse.*

6 *Vsura centesima, quę, & quare sic dicta.*

7 *Vsura quibus ex causis debeatur.*

8 *Informare, reformare, transformare, conformare, & deformare, quid sit.*

9 *Regula thesis appellatur, à græcis, casus hypotesis.*

10 *Sextertia quingena quæ sint declaratur.*

11 *Pactum ultimo loco factum ad sortem refertur nõ ad usuras nulla facta de eis mentione, nec primo præiudicat.*

12 *Principale nõ conuenit quod uestiatur ab accessorio*

13 *Expresse quod fieri non potest, nec tacitè.*

14 *Debitori imputandum est cur legem apertius non dixit.*

15 *Vtile per inutile non debet uitiari.*

16 *Pacta incõtinẽti facta stipulationi inesse creduntur.*

17 *Mora ex eo tempore contrahitur quo petitio sortis delata est.*

18 *Extrema coniungi non impediuntur, ex medio.*

19 *Moram non contrahit, is à quo pecuniam peti non potest.*

20 *Principali remoto, remouetur & accessorium.*

21 *Fructus & usura quo casu debeantur.*

22 *Auditorium quomodo capiatur in l. lecta. ff. si cer. pet. & num. 23.*

24 *Legere & assidere, an uno eodemque tempore quis possit.*

25 *Contractus locus, an exprimi debeat.*

26 *Doctor si assideat, an possit legere per substitutum.*

27 *Conuenit uerbum, an simplex pactum supponat uel stipulationem.*

28 *Sollemnitas intrinseca nunquam præsumitur, nisi uerborum significatio apta sit.*

29 *Pœna, & usura, odiosæ sunt.*

30 *Intellectus ad l. iij. ff. de leg. 3.*

31 *Termini prorogatio; an semper uideatur facta cum suis qualitatibus.*

32 *Termini prorogatio facta debitori an liberet fideiussorem. Octauarij & octauarum conductor, quis esset declaratio.*

33 *Prorogatione facta, an intelligatur repetitum iuramentum in ea.*

34 *Debitor cui prorogatio facta est & in termino prorogato non soluit an sit periurus quia iurauit.*

35 *Pactum incontinenti appositum in contractu, dicitur pars formalis contractus an sit uerè uel fictè, & quæ fictio sit.*

36 *Pactum prorogatum an nouam pariat actionem præscriptis uerbis uel ueterem informet. nu. 37.*

38 *Contractus nominatus pœnitentiam non habet.*

39 *Electione unius contrariorum, an altero renunciari uideatur.*

40 *Actio ex stipulatu an possit à pacto informari.*

41 *Pactum quod tendit ad destruendam stipulationem ab ea uestiri an possit.*

42 *Pactum informare est extendere ipsum secundum communem opinionem.*

43 *Incontinenti quid fieri, quando dicatur.*

IVLIVS

IVLIVS PAVLVS.

Lib. III. Quaestionum.

L. LECTA.

Licet prolixitas sui natura odiosa sit, pluraque silentio praeteriri debeant, ad uitandum auditorum lectorumq; fastidiũ. l.j. supra eo. l.j.ff.de ori.iu.l.ex ea.ff. de postu. l.ampliorem.§.in refutatorijs.C.de ap.l.vnica,in fi.C.de sen.quae pro eo.Cato tamen à Caesare viator appellatus est,quia breuitatẽ amabat nimiã, & certè,vt Demosthenes dicebat,quae scientibus utilia recordatu, ignaris pulcherrima auditu, & admiratione plena sunt,prolixitate molestiã non pariunt. Vnde esto qđ haec lex (ut hinc dicebat Odof.ad propositũ) sit longa & prolixa, ac difficilis quales Archimedis ut aiunt)quaestiones. ad
1 multa † nihilominus nobis seruit, immò, inquit etiam Albe.qđ est pulchra & vtilis, propterea attentè auscultandum est.

Et pro intelligentia infra dicendorũ,praemit-
2 tendũ,prius,qđ Iulius Paulus † Patauinus,huius legis auctor, ut in superscriptione apparet, fuit Aemilij Papiniani discipulus, cuius mentionẽ et facit,postea uero cũ temporibus Septimij Seueri floreret,ab eoq; praetoriana praefectura fuisset decoratus &c. Fuit idem Paulus eiusdem Pap.Assessor. Qđq; plures cõscripsit libros, & praeceteris quaestionũ sex,supra uiginti,inter quas,ista,de quã hic,& praecipua quidẽ libro iij.cõtinebatur. alii quod aduocatus fuerit in causam dicunt, sed quod Assessor,mihi placet magis.vtcumq; sit tamen,in ver.pactum autem,ibi quidã dicebãt,vrbanè processit reprehẽdẽdo istos,quos nõ nominat,vt infra.docet Alex.in l.Gallus,in. §.idẽ credendum,ad fi.ff.de lib.& posthu.2. praemittendũ
3 est,quod cautio, est nomen verbale † actiuum & passiuum,& generis habẽs in se tres species,quarum vna est satisdatio ex parte cauentis,alia est satis acceptio ex parte accipientis,& tertia quae stat in suo nomine,Et si rursum proferatur respectu simplicis cautionis,intellige tu de nuda,absq; fideiussore vel pignore,si respectu idoneae cautionis,fideiussor uel pignus requiretur, si dubium uero fuerit,& à praetore ꝓferatur de idonea intelligetur,si à lege de simplici,deq; his omnibus,in l.cautio.C.de procu.& in l.sancimus .C.de verb. signi.Bald.latè, in statu.in uerbo cauere. sed tamen hic capitur pro scriptura stipulatione vallata,& ut infra latius, si oportuerit dicemus.

4 Tertio praemittendum est,quamuis † poena & vsura differant nomine, & effectu, ex quo illa in una praestatione colligitur, ista uero minutatim, quod tamen plerunque poena loco usurae ponitur,& quod usura large.dici potest poena, ut hic & in l. pignoribus. C. de usu. l.Iulianus. §. idem Pap.ff.de act.emptio.Bar. in l. qui sine, ff. de nego.gest.& quod alias differãt tradit etiam Odof. in rubrica, C. de usu.

Quarto praemittendum est, de denariis enim vt hic, facta est etiam mentio,in l.Publia, in §.1. ff.depoli. & in l. Stichus.ff.de sol. & aliis in locis
5 saepe, denarios à decem numero † dictos fuisse, quoniam erat ualoris decem nummorum vsualium, omissis nugis,& philateriis quorundã hic, qui potius inuoluunt se,q̃ declarent, qđ sibi hoc idem uelit uerbum,tradit,ut alias dicebã,Hiero. super Matth.c.22.exponendo illa uerba.at illi obtulerunt ei denarium, ipsiusq; est deriuatum, ut pecuniae, quae à pecudibus dicta ẽ pariter, & nũmus à numerando: sicuti nos rursum declarauimus quoque in l.singularia.supra eo. Vel, vt Budaeo,lib.2. de asse placuit,ex Plutar. dicamus, clarius, denarium,argenteum fuisse,denisq; ualuisse assibus,quodq; assis pro aereo ponatur nummo, qui minimi erat precii, iuxta illud, quem si comminuas,uilem redigetur ad assem.

Quinto praemittendũ est, quod hic agitur de
6 usura centesima † qđq; sic dicta erat, qa singulo mense,denarium centesimũ reddebat & cõsequẽter duodenos singulo anno, ut no.in l.nihil interest.ff.de nau.foeno.

Quam tamen licet iure ciuili permissa esset uulga.l.eos,de usu.ca. graue appellat I.Cons.in l.quotiens,in §.item si temporali.ff.de admi. tut. Immò grauissimam,in l. tutor qui repertorium, in §. idem solent. ff. eo. & maximam,in l. qui sine. ff.de nego.gest.

Et sanguinariam Sene. de benefi.lib.7.

Hisq; uerbis ad propositum utitur ep.21.quã durus foenerator Caecilius,à quo minoris cẽtesimis propinquis nummus moueri non possit.

Aliter Soci.in l.si haeres,in §. itẽ si reipub. col. 4.5.6.ff.ad legẽ Falc. alii aliter praesertim Odof. in l.nihil interest.ff.de nau.foe.ut per eos.

Sed utcunque sit, sufficit ad intellectum. infra,dicendorum,quod debitor singulo mẽse denarios singulos,ut suo loco dicemus, ob denarios centenos, dare promiserat,si praestituta die, sortem non soluisset.

7 Sexto praemittendum est, quod qñq; † usurae ex mora tantũ debentur,ut in contractibus bonae fidei.l.mora.§.in bonaefidei.ff.de usu.

Quãdoq; ex mora, ꝓpter stipulationẽ ut hic.

Qñque ex stipulatione ꝓpter morã, exempli grã,inqt adhuc tex.in fi. si stipulatus sit quis sub conditione sibi fundum dari, & conditione eueniente fructus, medii temporis,& usuras.

Septimo & ultimo praemittendum est, quid
8 sit formare † reformare, transformare, conformare & deformare,ut hic per Ias. & Deci. diximus in l.iurisgentium,in §.quinimmò. ff.de pac. & in l. petens.C.eo.quodq; hic de uirtute informatiua potissimũ tractatur,& est opi, * cõis,de reformatiua,in d.l.iurisgentium,in §.adeo &c. deque transformatiua,in l.1.ff. de noua.in l. ubi ita donatur.ff.de don.& in l.si uno.ff.loca.& aliis,ī ēd

1.de re iud.& in c.fi. de corp.ui. Sũma & diuide ut hic per eundem Iaſ. uellet plenius, quod ẽt facit Odof.& benè, dic, in 7. partes diuidi poſſe, prout in 1. ponitur exordium, in 2. thema, in 3. quæſtio, in 4. deciſio Pauli, in 5. duo contra ipſius deciſionem, in 6. reſponſio ad alia duo, in 7. & ultima, caſus, in quo opi. contra Paulum ſalua ri poteſt, 2. ibi l. Titius. 3. ibi, quæſitũ eſt, 4. ibi dicebam. 5. ibi pactum, 6. ibi ſed cum ſortis. 7. ibi ſed & ſi.

Tex. reſtituas dũ dicit in dies. 25. & legas 30. ut in pandectis Flo. qua de re à quibuſdam multa dicuntur, non dicenda, ſi 25. legatur, ut infra.

Caſus clarus eſt iudicio meo, ideſt determina-
9 ta facti aſſertio, quá græci hipoteſin uocant, † ad generalis & indeterminatæ differentiam, ut ſunt conclusiones & regulæ, quæ Theſis appellatur pariter, ſi ad propoſitum ſic dixerimus.

L. Titius quindecim millia, mutuo accepiſſe, à P. Mæuio, ſcripſit, ſibi de domo ſua numerata, ideſt ab eo, uel ab alio, ſuas uices agente, puta in ſtitore. Sed hic primum aduertè, quod in pandectis hoc uerbum millia non reperitur, ea de re ex ponit glo. pondo, hoc eſt numerum accepiſſe in denariis põderatis, idque etiam Iaſ. hic col. 3. ſed mihi magis placet à uerbis non recedentes, ut nu merata dicamus, & millia uerbum ſubaudiamus, quia uetus locutio eſt, dicere quindecim mutua ſic ad Atticum Cice. lib. 4. ep. 14. ibi. HS. quingena depoſuerunt, ut qui à Catone damnatu eſſet, id penderet, & competitoribus tribueretur, uer ba non aliter intelligenda, niſi modo prædicto &
10 ſubauditione iuuanda. † Seſtertia quingena ſcili cet, hoc eſt aurei ſcutati quindecim millia, hæc quindecim igitur, ut eo redeamus unde diſceſſi mus, proba, ideſt bona, rectè dari, hoc eſt & rurſum, benè, ac iuſtè, certa die, exempli gratia in quit tex. Kl. proximis tunc, idem P. Mæuius, ſtipulatus eſt, ſpopondit uero. L. Titius. Et hæc fuit prima ſtipulatio, quoad ſortem dictorum quin decim millium.

Deinde alia ſubiecta eſt, ſi præſtituta die ſumma ſupraſcripta, eidẽ, pub. Mæuio ſcilicet, uel hæ redibus ſuis, qui ſub illis uerbis comprehenduntur, eique ad quem ea res pertinebit, data, ſoluta, ſatisue eo nomine factum non fuiſſet, quod tunc poſteaquam ſoluere diſtulerit nomine pœnæ, id eſt uſurarum, teneretur ſoluere in dies 30. ob de narios centenos, denarios ſingulos, hoc eſt ſingulis menſibus, pro ſingulis denariis centum, de narium unũ, & hęc ſortem & uſuras reſpiciebat, uerum hic nota, quod uſurę non in ſingulos pro mittebantur dies, ſed menſes, ex quo factum eſt ut in dies 30. dixerit hic Iuriſcon. cum myſterio, reſtituendusque text. ſit in l. nihil intereſt. ff. de nau. fœno, ut reſtituit Anto. Aug. in lib. emenda. 2. c. 9. Vltimo pactum appoſitum eſt incontinen ti adhuc reſpectu ſortis, quia fortè dictus Titius non poterat, d. tempore tam magnam ſummam ſoluere, ut menſtruos denarios trecentos ex ea, ſingulo menſe, l. qui bonis. ff. de ceſsio, bo. l. 1. C. de fideicom. P. Mæuio creditori, uel hæredi eius, refunderet. Titius non ſoluit lapſis menſibus pu ta tribus, Mæuius petebat uſuras totius ſummæ, replicabat Titius, ad hoc ipſum nõ teneri, ſed ad uſuras tantum, noningentorum denariorum, quaſi tum fuit à Paulo I. Con. auctore. I. noſtræ ut ſupra quid iuris, cũ cautio hæc, ideſt ſcriptura huiuſmodi, ſtipulatione & pacto uallata, fuiſſet in auditorio, ideſt in loco iudicii Aemilii Pap. præ fecti prætorio, & l. Con. lecta.

Videbatur prima faciè dicendũ, qđ deberẽtur totius ſortis ſecũdum aliquos, & dubiũ faciebat potiſsimum, ut dicitur in Ver. pactum autẽ, quia pactum ultimo loco factum, duntaxat ad ſortem refertur, uſurarum nulla facta mentione, quæ
11 ſimpliciter prius in ſtipulationẽ uenerant † uſq; adeo ut eidẽ, ualidẽ, iſtud, cum nudum ſit, nullo modo præiudicet, ut not. in ſimili in l. pacta no uiſsima, in prin. C. de pact. ubi pactum ultimũ pri mo non præiudicat pariter, ſi iuratum ſit, & ra-
12 tione etiam de qua infra. Maximè † quia non con uenit, ut principale ueſtiatur ab acceſſorio. i. pa ctum nudum ſuper ſorte à ſtip ulatione ſuper uſu ris quæ ſunt acceſſorię. l. nuda. C. de cõtrahen. & comm. ſtip. not. in l. petens. C. de pac. & in §. quinimò. ſu pra allega.

Secundo dubium faciebat, quia iſtud pactum adhuc debitori exceptionem parit, ne teneatur ſoluere niſi denarios trecentos, quolibet menſe & ſic ne tota ſors petatur, ergo non debet officere creditori, & ſtipulationem uſurarum tollere, argu. in l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. & iſtud quoque dicitur in tex. ibi, pactumque id tantum &c. & minus ipſi debitori actionem parere, odio
13 uſurarum. l. quamuis. C. de uſu. † nam ſi hoc idẽ expreſsè fieri non poteſt, multominus fieri poterit tacitè. l. 3. §. q. habet. ff. de ſerui. ruſtico. pdio.
14 Tertio dubium faciebat, † quia debitori impu tandum eſt, cur legem apertius non dixerit, immò quod contra ipſum ſemper fit interpretatio & ſic ad, d. P. Mæuii creditoris fauorem, uulga. l. ueteribus. ff. de pac. ſtante ſtipulatione de uſuris ſoluẽdis, & not. Bal. in c. fi. n. 4. de auc. & uſu. pal.

Quarto dubium faciebat, quia pactum in una re, ut hic per Bar. in prin., ad aliam non extenditur. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pac. l. cum quęritur. ff. de excep. rei iud. l. circa. in fi. C. loca. ſed pactum fuit hic reſpectu ſortis tantum, ut dictũ eſt, ergo ad uſuras non extẽdetur, & uirtute prio ris ſtipulationis de tota ſummã debebuntur.
15 Quinto & ult. dubiũ faciebat, † qa utile p inuti le uiciari nõ debet, hoc eſt ſtipulatio, ut diximus, de uſuris ſoluendis, ſimpliciter interpoſita, per pactum nudum, & ſic inutile, & probatur etiã in l. placuit. ff. de uſu. & in l. certi condictio, in. §. quo niam, ſupra eo. & in c. utile per inutile, de reg. iu. in 6. & urgent, dicebatque audacter Gui. de ſuza hic, ut referunt Albe. & Iaſ. col. 3., quod ſi Paulus uiueret, opi. ſuam ſuſtinere non poſſet.

Quibus

Quibus tamen non obstantibus Idem Paulus contrarium decidit,& bene,eique, ut potè peritiori,quod ex infra dicendis patebit,acquiescendum est,Nec uerisimile quod dicit Gui.de suza. sed qd diceret potius, maneo & persisto in mea ueteri sententia & opinione.

16 Et ratio decisionis † est, ut statim subiicit, qa pacta incontinenti facta,stipulationi inesse credũtur,perinde ac si per singulos menses idem.P.Mæuius,d.denarios trecentos stipulatus fuisset, usurasque adiecisset,quoad tardius soluti fuissent.d. §.quinimmo.l.petens,præalleg.& utrobique no. de pact.& cum hæc sit ipsius met I.Con.ratio, cæteræ omittẽdæ sũt, immò qd nec alia assignari potest, Et ideo subiicit,finito primo mense, primæ pensionis usuras currere,& sic successiuè,secundo,& tertio,crescere,& hic nota,quod prius, currere.postea crescere dixit, Et subinde quod sortis non solutæ,intellige ultra denarios noningentos,usuræ rursum peti non possunt, quia nec ipsa sors peti poterat,& ubi nulla est petitio, ibi nulla est mora,qua usurę petantur, l. si pupillus. ff. de uerbo.ob. ergo noningẽtorum tm̃ debebunt.

17 Nec ob.ad oppositum adducta † quia ad primum ipsemet Paulus, respondet in Ver.sed cum sortis,quod cum petitio sortis dilata sit, ex eo tẽpore etiam mora contrahatur,nec aliter debeantur usuræ,& cum operetur pactum circa principale,facta diuisione sortis per partes, ita operatẽ quoad accessorium hoc est quoad usurãs, ut solum debeantur pro tempore elapso. Nec facit ad idem,quod pactum uestiatur ab accessorio, quia uestitur à prima stipulatione, super sorte, usque adeo ut à media super usuris non impediatur, ut idẽ Albe.dicit,& benè,l.duos reos.§.fi.ff.de duo. re.l cum antiquitas.C.de testa. & dictum uulgatum est, † ex medio non impediri quominus extrema coniungantur.

18

Non ob.2.quia immò actionem etiam producit,ex quo uestitum fuit,ut dixi,à stipulatione,super sorte,incontinenti factum,& iuxta ipsã positum,qua de re dici probabiliter nõ potest quod exceptionem tantum pariat, & dictant uerba illa adhuc in tex.posita,quamuis sententia diuersa obtinuerit, sed, ut dictum fuit quoque supra, esto quod ad exceptionem tantum prosit, non tamen obligatio usurarum ipso iure committetur, ex

19 quo nec est in mora, † subiicit rursum.I.Con.,is à quo pecunia propter exceptionem peti non potest,d.l.si pupillus.

Non ob.3.quia nõ uideo quomodo,aut ĩ quo

20 possit imputari, quandoquidem † principali remoto remoueatur & accessorium,sique facta est diuisio sortis,facta etiam intelligatur usurarũ,& habito respectu ad summam limitatam,debeãtur nõ respectu totius,ut per glo.in l. eos. C. de usu. Bal.in l.ex facto,ad fi.ff.de nego. gest. Immò qd creditor potius in hoc imputandus est,ut in d. l. ueteribus,not.

Non obst.4. quia ipse met Bartol. respondet & benè,non extendi ad aliam rem æquè principalem,sed ad id quod per consequentiam uenit,sic, considerando etiam usuras, maximè centesimas, sui natura odiosas forè,nec istud,posse aliam interpretationem pati quam istam.

Non denique & ultimum, quia uera est regula,sed non hoc casu,ex quo pactum utile fuit,uestitum cohærentia cõtractus ut supra. Et dato qd inutile fuisset, ope exceptionis saltem,ælisisset stipulationem præcedẽtem,l.si unus.§.pactus.ff. de pact.§.præterea,instituta de excep.& ut per eundem Albe.licet non ita clarè,fusius.

Et quod prædicta sint uera, ostendo, inquit

21 Pau., quia † benè sunt casus in quibus debentur fructus & usuræ, non à tempore moræ sed contractus, si ita conuentum sit, exempli gratia, si mihi promisisses Kl.proximis,pecuniam tibi mutuo datam reddere uel fundum dare, & si nõ soluisses,aut fundum dedisses,fructus & usuras,medii temporis,sed à materia nostra,longe sunt aliena hęc,uult dicere Paulus, ex quo contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. legem. C.de pact.l.1.§.si conueniat.ff.depo.igiẽ nec mirum,si à tempore moræ hic debentur, à tempore uero cõtractus in exemplis prædictis? Hic casus.

Quantum ad primum not. Doct.sumpta occa

22 sione ex uerbo auditorii de quo hic † an in scholis, uel foro intelligatur.Placet 2. declaratio gl. siue expositio, quam etiam Dec.hic tenet,ex multis & potessimum per tex.ubi casus clarus in §. si uero,in auth.de iudi.& ante eum Albe.ipsum citat,aliaque in Alpha. suo in uerbo auditorium.

Sed nouiter pondero ego,quod sicuti ibi iudicem sentientem malignitatem ministrantiũ fieri eos auditorio suo expellere debere, & consequẽter non aliter intelligi posse uerbum prædictũ, ita hic debeat exponi,ex quo Præf. Præto.facta ẽ mentio pariter,stipulationis,pacti,petitionis,exceptionis,& actionis, quæ omnia in iudicio, & sic in loco maiorum seu foro, quotidie uersantur,& discutiuntur à partibus,dictumque est ab audiendo querelas subditorum. Et hinc,ut dicebã alias,auditores Rotę,Venetiis, Bononiæ,Florentiæ,Ianuæ,& Senis,propriè tamen loquendo scholam significat,atque ita opponitur foro, ut fab. his uerbis sentit lib. 10.alia ratio est litiũ & disputationum fori & auditorii, præceptorum & periculorum.

23 Secundo placet, quod hic adhuc † & prædicta ratione exponamus auditorium, idest forum, & non scholam, ex quo alias sequeretur, quod doctor posset cognoscere de causis, & exercere iurisdictionem in scholis,& malè, l.pe.ff. de iusti. & iu.& processus in scholis factus, diceretur factus in loco incompetenti, nec ualeret ut p Bal. in l testamenta, col.2.C.de testa.

Quod tamen declara uerũ,si à parte opponatur alias ualebit, quia uidebitur facta tacitè prorogatio à parte de loco ad locũ,qd memoriæ cõmẽdã dũ dicit idẽ Bal.in l.fi.col.2.ff.de iuris.omn. iud.

Aliqui

Aliqui hic gloriantur se inuenisse tex pro pri ma expositione qd hic pro schola capiatur omnino dictum uerbum, in l. Titius. ff. de act. empt. considerantes illa uerba, lectū est in auditorio D. Vlpiani responsum, quodque Vlpianus tunc nō habebat auditorium causarum, sed labuntur, benè enim dico, quod propriè scholam sonat, sed non hic, ratione supra dicta, item dico quod ille tex. non facit ad propositū, ex quo in pādec. Flo. & Haloand. absque d. auditorii uerbo, legitur, & qa sēsus est qd in auditorio, i. i foro rnsum Vlpia. & Iuliani lectū fuerat qdq; illud Iuliani pualuit.

Sed & 3 ad idem quæro, dato quod exponatur auditorium, idest schola, nunquid uno eodē

15 *Sententia quæ transiuit in rem indicatam, non retractatur per instrumenta de nouo reperta.*
16 *Princeps an rescribere possit contra sententiam, quæ in rem indicatam transiuit.*
17 *Argumentum de sententia ad transactionem ualet.*
18 *Testes & instrumenta, in exercendis litibus, parem uim habent.*
19 *Voluntas perfecta in contractibus, mutari non pōt.*
20 *Nihil dictio est uniuersalis negatiua.*
21 *Testes post publicationem in causa non possunt produci, instrumenta uero producuntur, usque ad conclusionem in causa.*
22 *Litem de litibus oriri, quando permittatur.*
23 *Testis dictũ si rō eadẽ sit cũ dicto nō pbat cũ exẽplo*
24 *Remedium c. reintegrandæ, competit etiã laicis pro possessione rerũ priuatarũ, secũdũ cōem opi. et rō.*
25 *Argumentum de cã criminali, ad ciuilem ualet.*
26 *Drusi & scauri exemplum qui accusati Præuaricatione, & repetundarum absoluti.*
27 *Sententia lata sub conditione de futuro, non ualet.*
28 *Sententia an retractetur in odium peierantis, & quid in iuramento uoluntario nume. 29.*
30 *Periurus an puniatur, à iudice incompetenti.*
31 *Snĩa lata pratextu iuramenti necessarii, retractãtur ẽt si transiuerit in rẽ Iudicatam, & quãdo.*
32 *Exceptio destruit regulam, & semper regula & exceptio, sunt opposita.*

33 Sententię retractatio an fiat ipso iure, uel ope exceptionis, in casu retractionis.
34 Priuilegium principis latè interpretandum est.
35 Restitutio quid sit.
36 Sñia q̃ trãsiuit in rẽ iudicatã, pro ueritate habetur.
37 Hæreditatis additio in suis hæredib. nõ ẽ necessaria.
38 Ipso iure, quid sibi uelit declaratio.
39 Præscriptio decendij causatur à non appellatione à sententia, & eã in rem iudicatã transire facit.
40 Specialia multiplicari non debent.
41 Intellectus ad §. siquis aũt, instit. de excus. tutor.
42 Restitutio, quæ fit in l. admonendi quæ sit, & intra quod tempus peti debeat. num. 43.
44 Restitutionis petitio quando currat.
45 Querela inofficiosi, quinquennio finitur.
46 Restitutio coram quo iudice petatur.
47 Princeps in arduis causis semper est consulendus.
48 Instrumenta fuisse de nouo reperta quomodo probetur, & an iuramentum asserentis requiratur.
49 Pactum quod stetur dicto creditoris, debet intelligi cum iuramento.
50 Actoris iuramẽto, an stetur de amissione istrumẽti.
51 Intellectus ad l. fin. C. de fide instrument.
52 Mercatoris dicto se litteras cambi amisisse, an stetur, & liberetur absque redditione literarum.
53 Scripturã allegãti absq; productione, quõ credatur.
54 Cardinalibus aliquid asserentibus ob eorum supremam dignitatem creditur.
55 Statutũ quod soluens collectas si non soluerit infra decẽ dies teneatur ad quartũ pluris ut in alio statuto continetur, an ualeat si nõ inueniatur statutũ.
56 Parentes dicuntur usq; ad tritauum, maiores ult.
57 Sententia an retractetur propter instrumenta nouiter fabricata.
58 Iuramentũ an remitti possit, cũ obligemur Deo.
59 Verborum à proprietate, quando recedere liceat.
60 Diuersa sunt quæ effectu differunt.
61 Sententia nulla partium consensu ualidari non põt.
62 Glossæ ab opinione recedimus, quando communis opinio est in contrarium.
63 Transactio an retractetur ex instrumentiis nouiter repertis.
64 Donatio an rescindatur, p instrumẽta de nouo repta.
65 Trãsactio & sñia æquiparãtur, sed non in omnibus.
66 Intellectus ad l. Imperatores. ff. de re iud. et ad l. sub specie. C. eo.
67 Pylei opinio, in glo. in uerbo absolutus reprobatur.
68 Instrumẽta de nouo reperta produci possunt post cõclusum in causa. & in causa criminali. num. 70.
69 Publicatio et cõclusio ĩ causa, quo casu requiratur.
71 Exceptiones peremptoriæ & dilatoriæ unde dictæ.
72 Potentia propinqua, actui actus est.
73 Sententia sub conditione lata quando ualeat.
74 Statutum uel lex si dicat quicunq; furtum fecerit sit excommunicatus, an sit conditionalis.
75 Probatio post sententiam si uni parti permittitur, alteri permitti debet.
76 Restitutio si alicui est denegata, an ex noua causa peti possit.
77 Testes super uno articulo aducti, non debent super alio examinari.
78 Testes citati in prima dilatione, an examinari possint in secunda.
79 Iuramentũ qñ dicatur delatũ in defectũ pbationis.
80 Cephidij exemplum furem accusantis.
81 Reo in quibus casibus iuramentum deferatur.
82 Sententia absolutoria, quotuplex dicatur.
83 Iuramentum non defertur, ubi probatum est.
84 Consuetudo inducens probationes superfluas, an ualeat quo ad quid.
85 Probatio quando dicatur plenè facta. & quãdo plenissimè. nu. 86.
87 Fides non habetur de eo quod homo nescit.
88 Rationem reddere nesciens nescire dicitur.
89 Actus permanes, & actus transiens in quo differat, & an detur medium.
90 Credulitas est medium inter scientiã & nescientiã.
91 Dubitatio quo casu non sit gradus probationis.
92 Suspicio et dubitatio, an semiplenã pbationẽ faciãt.
93 Scriptura priuata an faciat semiplenã probationẽ, & quando num. 94.
95 Probatio plena, an fiat p solã cõparationẽ literarũ.
96 Apoca non approbata an faciat aliqualem præsumptionem, & quid operetur.
97 Liber rationum quo casu fidem faciat.
98 Epistola quo casu fidem faciat.
99 Scriptura publica plenã facit fidẽ, & q̃ sit publica.
100 Exemplum an faciat fidem.
101 Instrumentum diuisionis, an probet alia extra diuisionem in eo expressa.
102 Rubrica libri notarij an fidem faciat.
103 Notarius an possit bodie extentionem instrumenti alteri committere.
104 Instrumentum promißionis indemnitatis in quo differat à fideiussore.
105 Fuga rei an faciat semiplenam probationem.
106 Intellectus ad §. penult. auth. de colla.
107 Fama et fuga an sufficiãt ad criminis probationẽ.
108 Fuga an faciat indtium ad torturam.
109 Innocentis passio, nocentem à pœna non liberat.
110 Testis unus an & qñ faciat semiplenã probationẽ.
111 Iuramentum, & dictum an sint paris potentiæ.
112 Testis non interrogatus quando teneatur rationẽ dicti reddere.
113 Testis extraiudicium examinatus nõ à iudice sed à notario an faciat aliquam fidem.
114 Testium dicta manu notarij scripta si reperiantur absque iuramento, an fidem faciant.
115 Probationes duæ semiplenæ an faciãt unã plenam.
116 Probatio plena, an extinguat pbationẽ semiplenã.
117 Probatio impfecta nunquid tollat aliam, & taliter quod non sit locus delationi iuramenti.
118 Iuramẽtũ suppletoriũ quibus in causis nõ deferaẽ.
119 Iuramentũ suppletoriũ an deferatur in causa monacationis seu matrimonij, & quid in causis famosis 120. & in causis magnis. nu. 121.
122 Causæ magnæ eæ dicuntur quæ iudex arbitratur.
123 Iuramẽtũ suppletoriũ, cui deferatur, reo uel actori
124 Iudex an necessitetur iuramentum deferre.
125 Iuramentum ut deferatur an pars petere debeat.
126 Iuramentum suppletorium usque ad quod tempus peti possit.
127 Sententia an retractetur per nouos testes sicut per noua instrumenta.

Caius. Lib. XXX. ad edictum prouinciale.

L. ADMONENDI.

ESTA lex est multum vtilis in sui materia, ut inquit Alber.de qua tractatur etiam,in l. in bonæfidei. C.eo.prolixa tamē secundū Alex. & re ipsa uideri potest, quia Ias. quoq; præter lecturā ipsam repetijt,adeo copiosè & plenè, ut stomachatus quisq;,nescit.n.manū ut est in prouerbio,de tabula tollere, non modo quæ dicit finire non audeat,uerum nec incipere, exemplo eorū,qui mari, uidentes eū,tā uastum, ac profundū, sese periculo illius, cōmittere perhorrescunt.alijq; Illustres Iurecon.præsertim Saly.Rayne.de Furli.Cato Sachus.Iacob.Pet.Ptolemeus,Seuerinus,Cur.Seni.Lanfran.de Oria. Io. de Pra.& alij,ideo nos brachiologia,hoc est breui loquio,siue breuitate maiori q̄ poterimus, in ea persoluenda vtemur,ex quo,inquit Isocrates ēt, qđ qui omnia enumerare uolunt in infinitam loquacitatem incidunt,huius legis author fuit Ca-
1 ius,† ut in suprascriptione apparet, qui fuit Ser. Sulpitij auditor quiq; floruit Caracalę tēporibus ut in l.2.in.§.Seruius aūt Sulpitius.ff. de orig.iu. & lib.30.dicitur,quia 32. conscripsit præter cætera,ad edictum prouinciale,hoc est, ut dicere solemus,ad ipsius edicti interpretationem,l. fin.C. de lib.præte.Alex.in l.j.col.j.supra, si cer.pet.
2 Et † prouinciale, qa vrbes captas Ro. in prouinciarū formā redigebant,ibiq; mittebant prætores,ut in l.2.ff.de orig.iur.quorū edicta postea à Iu.Cons.interpretabantur, ut hic & alibi sæpe,
3 & nouissimè sciendū † sic Daciā ultra Danubiū, Traianum prouinciā fecisse. Vt alij Sardiniā,Sici
4 liam,& Hispaniā,de quib.in d.l.2.hæq; † prætoriæ uocabantur,qm̄ aliæ erant,pconsulares,aliç præsidales.Item sciendum est,qđ Augustus prętorias populo mandādas tradidit, procōsulares Senatui,in pręsidales ipse,legatum suū mittebat, qui modo præses modo legatus Cæsaris uocabat.
Sed primū sciendum est,ne sic,ut idē Gaius ait in l.1.ff.de orig.iur.illotis manibus, quod est in prouerbio rursum, ad figuratione casus pueniamus,cū hic de iuramento tractetur, & sub tit. de iuramento hæc lex sit posita.l.Imp.ff.de in di.ad.
5 qđ † iuramentū,nihil.n.aliud est, nisi affirmatio, uel negatio,sacræ rei attestatione confirmata, ut
* dicunt oēs, * & sacræ rei dixi quia nō licet iurare aliter,ut in l.qui p salutem. infra eo. & in c.etsi
6 Christus,de iureiu.multiplex est species,†quoddā nāq; assertoriū est,cū aliquid affirmamus esse uel fuisse,de præsenti uel de præterito & de hoc, in d.c.& si Christus,& in l. si alterius. C. si mi. se ma.di.& per Bar.in l.cū quis decedens,in §.Titia. ff.de lega.3.ubi maritus cōfitetur se ab uxore habuisse mille, & iurat.

Quoddam est promissorium in futurum, siue solidatiuum & confirmatorium contractus,& de hoc in authen.sacramenta puberum. C. si aduer. uen.firmat Bal.in rubr. de iureiur. sed differunt, & hanc difficultatem non perpenderunt quidam Lucen.in tracta.de iureiu.in lit.de his locuti,quia ad propositum longa inter eos est differentia, unumq; magis fauorabile altero,quoniam in assertorio potest aliquis dicere falsum,præsumitq; lex de facili inter personas suspectas,in promissorio autem falsitas esse non potest,tempore iuramenti,imputetque sibi qui iurat, & not.alias in c. cū contingat,de iureiu. Areti.latè consi.74.col. 3.

Quoddam est iuramentum distractus,quo plerunque decipiuntur adulescentes, facientes refutationem tutoribus suis cum iuramēto,& de isto per glo.in l.quid ergo, in princ. ff. de contrahē. actio. tut.& ibi glo.not.in uerbo liberationem, in simili Bald.in l.2.col.6.C.de rescind. uendit.

Quoddam est credulitatis, modo ad propositum iudicij, & istud est calumniæ, de quo in l.2. in §.quod obseruari.C.de iuram.calum. unumq; est de substātialibus ipsius,& de quibus in l. prolatam. C. de sentent.

7 Quoddam ueritatis † quod appellatur etiam litis decisiuum, & de quo in l. quotiens, supra, eo.c.ex literis,eo. tit. huiusmodi etiam ut non admittatur probatio in contrarium, ut infra Boer. interim decis.306.num.3.par.2.l.non erit.§. dato.supra eo.

Quoddam affectionis cum iuratur in litem. l. 1.ff.de in lit.iuran.& de isto dicemus in l.in actionibus,eodem titulo.

8 Dictu † tamen mirabile est, sicuti sunt tria iudicij tempora, principium medium & finis, has tres ultimas species etiā ad ipsa adaptari, ad principium illud calum. ad medium aliud ueritatis, ad finem ultimum. §.fin.instit.de pe.te.lit. l. amplius non petitum.ff.rem rat. habe. l. si mater. §. eandem,& ibi Bart.ff.de excep.rei iud.

9 Est † etiam iuramentum ueritatis, supradictū, triplex, uoluntarium necessarium, & iudiciale, ut per glo. in rubr.supra eo.

Voluntarium quod defertur a parte parti extra iudicium,& istud potest recusari.l. iurisiurandum, infra eodem.

Necessarium,quod defertur à iudice parti, & istud recusari non potest, nisi ex causa.puta quia conueniatur ut hæres, uel de facto alieno, argumentū in l.uideamus,in prin.infra, de in lit. iur. l.fi.ff.pro suo,l.generaliter.§.finautem.C.de reb. cred.& necessarium dicitur ratione psonæ, quia is cui defertur causatiuè illud subire compellitur,l.uideamus.§.deferre.infra,de in lit.iur. l.manifestæ turpitudinis,& causæ, ob inopiam probationum,d.l. in bonæfidei. C. eo. & de isto loquitur hæc lex, in prima sui parte. Iudiciale uero quod à parte parti defertur in iudicio iudicis auctoritate,& istud ēt recusari potest hodie, olim

non,d.§ sin autem,l.delata,C.eo. Et de isto, deque uoluntario loquitur pars,2.legis nostræ.

Secundo sciendum est,ut dicebam alias, quod
10 pari modo† triplex est probatio,plenissima, plena & semiplena, plenissima ut in notorio, quod inducitur per confessionem partis, Vnde dicimus, quod in confessum nullæ sunt partes iudicis nisi in condemnando, l.proinde, ff.ad legem Aquil. per sententiam quæ pro ueritate habetur, l.ingenuum ff.de sta.ho.& per euidentiam rei, q̃ nulla tergiuersatione celari potest, ex quo fit rursum ut nõ ab re dicat,quod patet expressè, probare nõ est necessè,in oẽm terrã exiuit sonus eorũ,c.uestra de cohi.cle.& mu.c.euidẽtia, de acc. l.si uero,§.qui pro rei,ff.qui satisda.co. Bal. consi.370.colum.2.uol.3.

11 Et† notorium est duplex actus permanentis, ut edictum in albo.l.si quis id quod,ff.de iu.om. iud.& actus trãseuntis,ut uox præconia,auth. q semel, & ibi Bar.n.16.C.quomodo & quan.iud.

Est uerũ quod debet allegari,ut per glo.in l.si adulterium cum incestu in §.idem Pollioni, ff.ad legem Iul.de adul.& in Cle.appellanti, de ap.

Plena,eò redeuntes unde discessimus,quæ fit per duos aut tres testes,c.in omni negotio,de testi.sed quo dicit Papa,ibi in omni negocio, cũ tñ 7.in testamento requirantur,in dona.causa mor. 5.iura sunt uulgaria. Sol. non tollit regulam sed ex causa distinguit,quoniam etiam in decalogo, dictum est non occides, & tamẽ ex causa permittitur,l.quod ait lex, ff.ad l.Iuli. de adul.l.Gracchus,C.eo.Semiplena per unum testẽ tñ, qui tamen sit omni exceptione maior,c.1.de cõsang. & affi.glo.in §.itẽ uerborũ,insti.de inuti.sti. & isto casu defertur iuramentum in supplementũ probationis,ut infra.& in d.l.in bonæfidei, C.eo. & nota quod hoc uerbum nullibi inuenitur, ut dicit etiam Bal.in c.iuramentum,nu. 16.de iureiu.

Tertio sciendum est,si à sententia contra aliquem lata intra tempus à lege præfixum, quod est decem x.auth.hodie,C.de ap.l.ab eo C.quomo.& quando iud.non appelletur, quod transit
12 in rem iudicatam† c.quod ad consultationem,de re iud.l.1.C.si sep.in integ.resti.postu.ibi *appellare debebas si sententia tibi displicebat.*

Adde quod pro ea præsumitur, quod parit exceptionem rei iud.& quod ex ea denique inducitur acquisitio dominii,uel quasi,ut per Alex.cõ si.91 colum.1.uol.3.

Quarto sciendum est,secundum diuersitatem personarum, quod triplex in iure nostro etiam
13 † restitutio considerabilis est.

Prima minorum,si læsi fuerint in re cum ipsis gesta,alias nõ, puta quia uelint restitui aduersus testamentum inconsultè factum, ex quo uerba gesserunt, inquit al.bi text in l.uerba gesserunt, ff.de uerbo.sig.non pertinent ad ius testandi, ita Bar. in l. 1. in §. fuit quæsitum,in fin. ff.ad Treb.

Secunda errantium, si error sit facti probabilis, ut per titulum, ff. de condict. indeb. l. 1. & ibi Bart.col.5.eo.tit.

Tertia maiorũ, ex clausula si qua mihi iusta cã subesse uidebitur, de qua in l.j in fi.& in l.sed etsi per prætorẽ,in prin.ff.ex qb.cau.maio. & de ista hic aliqualiter, emergitq; ex genere negotialis status,& locũ habet,seu generalis est ac cõplectitur omne iustum impedimentũ.d.l.1.Areti.consi. 161.col.6.& hoc regulariter, qm̃ fallit in multis casibus,nec læso datur restitutio, ut Gozad. declarat consi. 8. num.54.

14 Quinto, & ultimo sciendum est † qđ hæc lex habet 5.lectu.tres ponit gl.2.& duas Docto.quæ tamen omnes in hoc conueniunt,quod loquatur ut dictũ est etiã supra, de iuramẽto necessario,uoluntario & iudiciali,qđq; inter hæc differẽtia cõstituatur,& possit sententia primo casu lata prætextu dicti iuramenti retractari, ꝑ instrumẽta de nouo reperta,secundo uero non, & ut hic ꝑ Ias. latius,in lectu.& in repeti.adeo prolixè tamẽ, & intricatè locutus, ac obscurè, ut Delio natatore, quemadmodũ dicebat Socrates quod refert quoque,in Chiliadi Eras. opus sit,inq; pyrrhonia lecta ponendus, nos suo loco cũ primũ licebit pro tempore, affluẽter dicemus. Alias ponit Cato Sachus hic nu.6.& 9.interim dic ut per eũ, quia referre hoc loco & in præsentiarum non curo.

Summa & diuide, ut ꝑ Bar.& Docto.& in iuramẽto necessario.1.dubiũ facere dicas, qđ sñia
15 ipsius prætextu lata † non retractetur ꝑ instrã de nouo reperta, in primis quia hoc est regulare si transiuit in rem iudicatã l.sub specie,allega.& in glo.C.de re iud.immò si retractaret,qđ hoc exẽ-
16 plo esset graue ut ibi dicitur,qđq; † nec princeps rescribit contra sñiam, quæ trãsiuit in rem iudicatã.l.fi.C.sen.re.non po.quæq; facere põt de albo nigrũ,& de nigro albũ,inquit Bald.in c.nostri, de elec.& Curt.consi.177.nu.13. aliquid Bellon. consi.19.nu.1.nec eã uelle retractare qq; rescribat præsumitur,quia licet legibus solutus sit: attamẽ profitetur se uelle uiuere legibus.l.princeps.ff.de legi.l.digna uox.C.eo. Ergo interim à regula nõ recedemus,& qui dicit contrariũ probet.l.ab ea parte.ff.de proba.not.in l.omnis diffinitio. ff. de regu.iu. Plus Bart. in l. quotiens.ff.si quis caut quod non dicitur esse dubiũ id de quo est regula.

Et Bald.in c.primo,col.prima.de alie. iud.mu. cau.fac. quod in dubio est secundum eam pronunciandum,rescriptum autem concessum ꝑ importunitatem præsumetur, c.fin.de rescrip.in 6.

17 Secundo dubium facit, quia † de transactione ad sententiam ualet argu.l.2. & ibi not.supra eo c.1.de lit.contest.in 6. sed transactio non rescinditur prætextu nouorum instrumentorum. l.sub prætextu.C.de transac.ergo nec sententia,ne argumentum claudicet.

18 Tertio, quia † probatio fit per testes, & instrumenta, paremq; uim in exercendis litibus,habet l.in exercendis.C.de fid.instru Verum superuenientibus probationibus testiũ, sentẽtia nõ retractatur iuxta not.ꝑ Bar.in auth.q.semel.C.quo,& quando

quādo iudi: ergo nec per instrā de nouo reperta.

Quarto dubium facit, quia in iudicijs quasi cō trahitur.l.3.§.idem scribit.ff.de pecu. Bart in l.j. nu.18.C.de lit. contest. in cōtractibus volūtas iā perfecta mutari non pōt.l.sicut.C.de ac.& obli.l. perfecta.C.de dona.quæ sub mo.ergo multo mi nus sententia quæ iam (ut dixi) transiuit in rem iudicatam retractari, quo casu etiā ius est acquisi tum parti in cuius fauorem lata reperitur, quod sibi auferri non debet.l.id quod nostrum.ff.de re gu.iu.l.fi.ff.de pac.alias lis de litibus, oriretur nō dicendum.l.singulis, vbi not.tex.ff.de except. rei iud.quadrat prouerbiū bella, ex bellis serere, maximè quia grauatus in iurando argu.in l. quæ sub conditione.ff.de condi.insti.debet in hoc releuari, ne sententia retractetur.l. eum qui. infra eo.

Quinto, & vltimo dubium facit tex.vt eo modo finiamus quo cæpimus, in l.post rem, similiter allega.in glo.ff.de re iud.vbi post rē iudicatā, vel iureiurando decisam, vel cōfessionem in iure factam, nihil quæritur, sed hic res iudicata est, & iureiurando decisa, ergo nō retractabitur, ponderā
20 do quod dicit, † nihil, quæ dictio sui natura est vniuersalis negatiua.l.si is qui ducenta. §. verum. ff.de reb.dub.arg.in l.fi.ff.de lib & posthu.& in l. fundus ille.ff.de contr.empt.& hæc nouissimè di cta sint vltra rationes adductas alias, in repe.mea impressa iā annus decimussextus clapsus est, quas pro tuo arbitrio ibi videas si velis.

Sed omnibus his facilè responderi pōt, & dici ad primum verū esse regulariter, in sentētia simpliciter, non hic ex rationibus infra dicendis, in sententia lata iureiurando parti delato, arg. in l. hoc legatū.ff.de leg.3.sentit gl.hic & in l.2.s.eo.

Nō ob.secundū q̄a verum est & istud quoque, q̄d arg.scilicet de vno ad aliud valeat regulariter, quia in aliq̄bus etiā discrepāt, vt in d.l.2.Item uo rius q̄d transactio non rescindatur prætextu nouorū instrumentorū, & minus sententia, nisi lata sit iuramēti ptextu vt hic, & sic arg. fallaciā hēt.

21 Ex quo tollitur etiā tertiū † vel da instantiā q̄d procedat in exercēdis litibus, ut tex.ad idē allegatus innuit, alias aliquo casu nō, vt isto, & q̄a videmus q̄d post publicatas attestationes, testes produci non possunt.instrā aūt sic vsq; ab cōclusionē in causa, vt in c.de testib.extra, de testi. & in c. cū dilectus, de fi.instr. Alex.in l.oratione, col.1.ff.de ser. Non ob.quartum, quia non propriè contrahitur, ideo arg. non concludit, vel dic pro limitatione, d.l. sicut, quod immò posit mutari ex superueniente causa, ut pulchrè declarat Abb. in c.propter sterilitatem, col.2. de loca. & quāquā ius parti acquisitum videatur, est tñ acquisitum reuocabiliter & ex causa retractandū, vt not.in d.
22 l.fi.Minusq; † ad idē facit, q̄d sic lis de litibus oriretur, quia tolerabile est, quando non sine ratione hoc ipsum euenit & permittitur à lege, arg. in l.Gracchus.C.ad legē Iu.de adul. alias nec etiam usquequo tres ferantur conformes, iuxta tex. in Cle.1.de re iud.daretur vnq̄ appellatio, & tñ daē l.1.ff.de ap. Nequaq̄ vero, q̄d fuerit grauatus in iurando, quia verū esset istud quoq;, & regula pariter, quando falso nō iurasset, ergo nec debet releuari.l.siue hæreditaria.ff.de peti.hære. Bart. in l.ex facto, col.6.ff.de vulga. & pup.subst. quintū & vltimum ex responsione ad primū sublatū est, & ut per glo.hic latius.

Decidendi ratio, forte esse potuit, quia hoc ipsum constitutionibus principū pmissum est, ut hic in tex.dicit. Quæ, vt declarabā alias, nō est bona, q̄m est eadem cū dicto & malè, vulga.l.fi.ff.de
23 offi. procu. Cæsa. Vnde † testis interrogatus, q̄uo aliquid sciat, si di erit scio, quia scio, hac de re, nō probat, ut p Bar.in l.qui interrogatus.ff.de pet.hære. Et minus, si interrogatus de publica uoce & fama, dixerit scio, quia ita publicè dicit, tradit Bal.in c.cum inter, in fi.de consue.

Alia posset igitur assignari, hoc ideo statutum atq; decisum fuisse hic, ne is in cuius fauorē snīa est lata, locuples fiat cū aduersarij sui iactura.l.nā
24 hoc natura.ff.de cōdi.ind.Ex † quo dicimus hinc etiā, nota pulchram decisionē, q̄d remediū.c.redintegrādæ.3.q.1.cū emanauerit hac ratione ad finē peccati corrigēdi, non solum prælatis & viris ecclesiasticis, cōpetit pro possessione rerū ecclesiasticarum recuperanda, uerū etiā laicis, pro posses tione rerū priuatarū, & est * cōis opi. quæ seruatē in pratica tradit Bar.& Imo.in l. rem quæ nobis. ff.de acq.poss.Idem Bar.in l.si coloni.C. de agri. & cen.lib.11.Bertran.consi.293.nu.4.vol.2. Nec ista, ut dicebā alias, tuta est, quia nō est generalis, nec concludens, ut inquit Bar.in l.trāsigere, nu.4.C.de transac.Bal.in l.Papinianus, in prin.& p illum tex.ff.de inof.testa.& nimirū cū sit anima legis, ipsam uiuificās, ut corpus.l.frater à fratre. ff.de condic.ind.Bal.in l.fi.q.15.C. de hær. insti. & lex huiusmodi, alias nō est lex, sed priuilegiū. l.leges.C.de legi.c.priuilegia.3.d.& q̄d nō sit generalis, patet, quia deberet, ea attenta, retractari etiā in iuramento uoluntario, & tñ nō retractaē, ut infra in seq.parte tex.itē in casu.l.sub prætexto.C.de transac.& tñ nō retractatur, Itē in usucapione locū habet hæc ratio, & tñ non impeditur, quominus procedat.l.1.ff.de usucap.l.iure naturæ.ff.de reg.iu.idq; bonū appellaē, sed hac de re, non æquum, ut per glo.in l.1.ff. de iusti. & iur.

Tertia potest assignari ratio, adeo enim necessaria est, ultra supradicta, ut sit non modo anima legis, verum oculus distinguens lucem à tenebris, ideo, donec ueram inueniamus, & elicitur ueritas, ut ignis ex conflictu lapidum, omnibus hinc inde collatis, peruestiganda est, quod retractetur hic, quia sic retractatur etiam in l. 1. in §.fi.ff.de quæstioni. & in l.diui.ff.de pœn. quæ ll.tametsi loquantur in criminalibus, faciunt ta-
25 men ad propositum † ex quo de vno casu ad aliū arguimus uulga.l.absentem.ff.eo.ti.de pœn.

Adhuc periculosa, primū quia non est ratio, sed simile, & quia non oē simile est idē, adduci nō debuit. l. q̄d Nerua, depo. Immò nec simile data

dissimilitudine facit, inquit I. Con. in l. qui res, in §. aream, ff. de sol. Demum quia ibi casus specialis ponitur, qui ad cõsequentias trahi non debet, ut pro ratione seruiat nobis, maximè ad hanc legem, decidendam, quia scilicet de innocentia rei constabat, retractatur ex benignitate, & indulgentia principis, cui multa licent, q̃ aliis non conceduntur, ut ibi not. & ad propositũ probant illa uerba, si quando ei qui nocens uidebatur, postea ratio innocentiæ constiterit, Et rursum facit quod dicitur in d. l. absentem, ubi multo melius est nocentem absoluere quam innocentem condẽnare. Et Deutoro. 27. ibi maledictus qui accipit munera ut percutiat animam sanguinis innocentis. Et mirum est antiquitus, cur non dicerent in absolutione innocentis.

NON FECIT, sed ut memoriæ, proditũ
26 est, non uidetur fecisse, † sic enim Drusus & Scaurus, illæ præuaricationis istæ repetundarum, crimine accusatus, absoluti, his uerbis, & hac formula fuerũt, ac à Cicero, defensati, ad Atti. lib. 4. ep. 15. Quarta potest assignari ratio, quod istud ideo fit, quia sententia sua conditione quodammodo lata uidetur, nisi instrumenta fuissent de nouo reperta, & cũ hoc tacitè inesset, debuit pro expresso haberi, l. cũ quid supra si cer. pe. Balbutiens, ut superiores, primum, quia non erat expressum, & regula dictæ, l. cum quid, procedit in casu suo, & in hisquæ ueniunt ex natura contractus.

27 Demum † quia lata esset sub conditione de futuro, & tunc non ualet, patet quia si intrinseca sit de præsenti uel de præterito, secus, l. à diuo pio, §. in uenditione, ff. de re iud. l. 1. §. biduum, ff. quãdo ap. sit Ro. in l. 1. col. pe. C. qui admi. Et q̃a ultimo loco hac ratione deberet etiam retractari, in iuramento uoluntario lata atque aliis casibus, & tamen non retractatur, & fusius de materia sententiæ conditionalis, dicemus in glo. 2. infra.

28 Quinta igi. & ultima, † est retractari in odiũ peierãtis, ut ẽt h. c præcæteris dicit gl. præallega.

Et quia etiam, & fortè melius, lata est ex probationibus priuilegiatis, cum sit factus iudex & testis in causa propria, non regulare, l. omnibus, C. de testi. l. 1. C. ne quis in sua cau. l. nullus, C. de iude. quo casu facilè etiam retractari & rescindi debet quam si esset lata ex communibus, d. l. sub specie, l. Imperatores, ĩ prin. ff. de re iu. l. eius militis, §. si militia missus, ff. de mi. testa.

Verum & adhuc fuit dubitatum, quid in iuramẽto uoluntario, & iudiciali, quid enim sit utrũque, diximus iã in euidentialibus, & deciditur ut
29 in tex. Dubitandi rationem † faciebat, quod sentẽtia, parimodo, eademque causa, retractaretur per instrumenta de nouo reperta, quia odii peiorantis ratio, ita in uoluntario militat, & iudiciali ut in necessario, usque adeo ut hac ratione idem p omnia iudicandum sit, uulga. l. à Titio, ff. de uerbo. oblig. periuro enim fustibus cæso, superindici solebat, puerbialiter, περιωπτος μέφ. ογι i. ne temere Iura, & fustibus, non flagello ut sentit Alcia. de uer. si. lib. 4. & malè, quia tex. fustibus, in l. si duo, ad si. supra eo. expreisè dicit, & non ab re quia flagello, serui, liberi uero fustibus cedi solebant, l. bacillorum fascibus, l. in seruorũ, in prin. ff. de pœn. l. ueluti, ff. eod. longeque turpius erat flagello quam fustibus cedi. ut in d. iuribus legit & in l. fin. ff. de iniur. Immò qđ erat nec infans testis in cã criminali admittebatur, l. si quis maior, C. de transac. c. sicut de testi. Old. cons. 192. nu. 4.

Et ad idem, quia dolus & falsitas periurus. nhisce duobus non caret ut inquit Bal. in l. obseruare, in §. proficisci, colum. 3. ff. de offi. procons. latè Betran. consi. 342. nu. 5. uol. 1. ita uno casu, sicuti & alio militat, quod efficit quidem ut nec aliter, in uoluntario quam in necessario dici rursum debeat. Maximè quia differentia, secundum qualitates, non est substantifica, l. 3. §. genera, ff. de acqui. po. l. fi. ff. de fun. instruc. Bar. in l. 1. col. pe. ff. de ac. & ob. Et quia maius & minus non uariãt ut aiunt Dialectici speciem.

Decidendi tamen ratio est, quia cum deferat istud, partium cõsensu, quid subesse uidetur, qđ deferenti potest imputari, unde regula iuris militat, damnum qđ quis sua culpa patitur sibi imputari debere quasi suo se gladio iugulauerit, ut in regu. damnum, de regu. iu. in 6.

Et quia mala electio est in culpa, l. cum in plures, §. seruũ, ff. loca. l. nam & seruius, §. fi. ff. de nego. gest. l. fi. C. de acqui. po. Et ad idem facit uulgatum illud, uia quam elegisti, illa tibi pateat, l. si mulier, §. fi. ff. quod me. cau.

Considerando etiam cum semel iusiurandum fuerit approbatum, quod id reprobari amplius non poterit, l. Põponius scribit, ff. de nego. gest. l. sed & reprobari, ff. de excu. tu.

Et ideo dicit cum mysterio tex. hoc casu negocium transactum iureiurando fuisse, quasi dicat retractari non posse, sicuti nec regulariter rescinditur transactio, l. sub prætextu. C. de transac.

Nec obst. quod peierantis odium ita hoc casu militet sicuti in iuramento necessario, & dolus ac falsitas, quia utrunque hoc solo tolletur, nõ propterea retractari negocium, ut diximus iureiurando transactum, ex quo uolenti non fit iniuria, nec dolus ac falsitas hæc, cõsiderabilis est, l. 1. §. usque adeo, ff. de iniur. l. cum donationis, C. de transac. l. nemo uidetur fraudare, ff. de reg. iu.

30 Et † quia hoc casu, ut inquit glo. hic circumuenitur religio tantum, in necessario uero religio, & iudex, ex quo fit ut nõ ab re si punitur periurus etiam à iudice incompetenti, l. nullũ, C. de testi,

Non ob. ult. quia uerum est & pro nouo intellectu, d. l. fi. de fun. inst. nota, quod non constituitur differentia substantifica, ex qualitatibus, qđque plus & minus non uariant speciem, ex quo utrunque iuramẽtum est, sed benè dico quod uariatur effectus, ex quo primo casu retractatur sententia, secundo autem non, rationibus supradictis, alias uolũtarium à necessario non differret, & tamen differt ut omnes admittunt, estque arg. in l.

in l. si fideiussor, in §. si necessaria, ff. qui satisda. co. Ias. in l. 1. in prin. col. 14. ff de acqui. po. Ve & formalius dicamus, regulam fallere, quando aliquid concurrit diversam speciem omnimodo inducens, ut hic, & iam ostensum est supra declarat ex multis Deci. in l. unica, n. 13. C. de sen. q. pro eo.

Vel & 3. quod id nō procedat in his quæ sunt iuris, quoniam iter & actus, differunt per plus & minus, & tamen sunt specie differentes, l. 1. ff. de servi. rusti. prædio. hic Casus?

31 Nota primo, quod sententia lata † prætextu iuramenti necessarii etiam, ut dictū fuit, quod transiverit in rem iudicatam, retractatur, & adde, uerum non esse regulariter, patet quia tex. dicit interdum, adverbiumque est quod denotat regulā in contrarium, §. interdum, insti. de rerū di. & ibi Por. not. l. interdum, ff. de condic. ind. l. interdū, ff. de uerbo. oblig. c. si pater in fi. de testa. in 6. ubi not. tex. regu. autē est in l. sub specie, C. de re iud. & in l. Imperatores, ff. eo. l. non erit, §. dato, supra eo. dictumq; est in figuratione, casus, & nō habet
32 dubium. Item addo, † quod exceptio destruit regu. in casu certo, ut inquit Saly. in l. 2. ad fi. C. ad legem Cor. de fica. Bertran. post eum consi. 290. nu. 9. uol. 3. & actionem excludit, sicuti, ut est in prouerbio, clauum clauo truditur, l. 2. ff. de excep. & probatur hic clarè.

Et plus, quod licet regula & exceptio, sint de eodem facto, sunt tamen semper in iure opposita. l. 1. ff. de regu. iu. Bal. in l. item quæritur, in §. si magistri, col. 2. ff. loca. regulā, enim dicimus nos, Dialectici maximam, Medici Aphorismum, declarat & testatur Odof. in l. pacta nouissima, col. 2. C. de pac. & quamquam dixerit I. Con. nos admonendos esse, hoc idem cōtra regulam fieri posse locutus tñ in prima psona, & Cato Sachus observet quod Doctores non solum discipulis uerū etiam sibi ipsis prosunt, iuxta illud si uis scire doce, aliter tamen uerbum hoc admonēdi sumus exponit Odof. hoc est, uolumus quod sciatis seu uos admonitos esse uolumus, Vt cunque sit, ut inquit Galen. de inge. sani. lib. 2. c. 1., si quis docere uoluerit necesse est quod omnia plana atque definita conuenienter inueniat, sic etiam locutus est, quia alias in generali sermone, non continetur persona loquentis, l. inquisitio, C. de solu. & hoc utitur etiam. I. Con. in l. si noxale, ff. de noxa. ac. in princ. ibi admonendi sumus & de quo rursum in l. 3. C. qui accu. non po. Dicit etiam hoc ipsum adhuc permitti constitutionibus principū, quæ legis uirtus secunda est, l. legis uirtus. ff. de legi. sicuti in simili, ut ibi dic. in glo. permittit militi etiam post sententiam, uti excep. suis, l. 1. C. de iu. & fac. igno. deque ea plura Bald. in rubr. C. de condic. ex le. colum. 1.

Item ex integro eām agere, quasi dicat, perinde ac si sententia lata non fuisset, similisque loquendi modus est in legibus hic per me allega. in repe. nouissimèque in l. qui per salutem, infra eodem & in l. quod dicitur, ff. de imp. in reb. dot. fac. & in l. hæredes palam, in §. 1. ff. de testa. & in l. si ab arbitro, ff. qui satisda. co. & in l. 2. C. si ex fal. instru. & in l. cum à te, de quibus etiam infra ff. de dolo, & in l. si diuersa, C. de transac. & sic denuo, licet regulariter non liceat, instrumentis de nouo repertis, iuxta illud. *Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.*

Et ultimo loco, solis instrumentis, quibus usus est, posse retractari, non aliis probationibus, quoniam negligentia sibi tunc potest imputari, ut dicunt Doct. hic & benè, adde quod negligentia est culpa, immò dolus ut not. glo. in l. si mora, ff. solut. matr. qui doloso patrocinari non debet, l. ne ex dolo, ff. de dolo, c. sedes Apostolica, de resc. c. ad nostram, de emp. & uend. Et dictu mirabile uidetur quia uerbum, hoc alia non excludit, maximè, quia appellatione instrumentorum ueniunt testes, l. notionem, §. instrumentorum, ff. de uerbo. si. l. si C. de legi. l. 1. de condic. fur. Bal. in l. 1. in princ. C. de bo. po. con. tab. facit etiam illud Io. 8. Iesus remansit solus, & tamen discipuli erāt cū eo. & Luc. 24. tu solus peregrinus es in Hierusalem &c. & tamen ibi erant alii. *Solo stabat Hectore* Troia, & simile, in dubio uerum, non hic id casu claro, ratione pdicta, l. cōtinuus, §. cū ita, ff. de uerbo. ob. & dicemus etiam infra ad fi. post Bart. Sed dubitatur, & est q. non prætermittenda
33 nunquid retractatio hæc, fiat ipso iure. an uero ope restitutionis eaq; omnino necessaria sit. Docto. breuiter, & magis * communiter, tenuisse uidentur, quod sit necessaria restitutio. Dubium tamen facit, quia hic de restitutione uerbum nullū, quod ergo nō dixit lex nec nos dicere debemus, l. si seruum, §. non dixit prætor, ff. de acquir. hær. Maximè quia facile ei fuisset, si hoc idem uoluisset, istud ipsum exprimere. l. unica. §. sin autem Ver. sin uero. C. de cad. tol. & probatur, in l. 1. in fin. ff. ex quib. cau. ma. ibi si qua mihi iusta causa subesse uidebitur in integrum restituam, & in l. 1. in fi. ff. quod fal. tu. auc. ergo hoc, ipso iure intelligetur necessario.

Secundo quia si opus esset restitutione, iā nō esset in hac lege aliquid speciale, ex quo sententia hoc modo retractatur communiter, dummodo legitimum allegetur impedimentum, l. 1. C. de sen. aduer. fis. la. lib. 10. & ibi per Bar. & tamen specialitas est hic, ut ostensum fuit suprà.

Tertio, quia si (ut suprà adhuc dictum est) sententia lata reperitur ex probationibus priuilegiatis, & priuilegium facilius tollitur quàm ius commune. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de mi. testa. iam non poterit aliud dici nisi quod etiā tollatur, & retractetur ipso iure.

Quarto, quia si principum beneficio uolentibus sententiam retractare, succursum est, non ali
34 ter, quam ipso iure intelligi debebit, † quādoquidem latè interpretandum sit, & non aliter de iure quam hoc modo, uulga. l. fi. ff. de consti. prin. l. fi. C. de præpo. agen. in reb. lib. 10.

Quinto & ultimo uidetur casus, in l. cum à te, ff. de

ff.de dolo, ubi si egi contra te ad.x.tu falso persuasisti te soluisse ea procuratori meo, & fueris absolutus, dicit text quod restitutione opus non erit & sic ferè i terminis, quodque potero ex integro tecum agere, & si exceptionem rei iudicatæ obieceris, quod replicatione doli mali te repellam.

Nihilominus, istis non ob. à prima opi. recedendum non est, quod scilicet restitutionis sit opus. Et maximè quia uerba in tex. nro posita nõ aliud sonare uidentur, tantumque est dicere ex integro agi posse, quantum est dicere, quod quis restitu-
35 tus sit ad agendum, † nec aliud restitutio, quã repositio in statum pristinum, l. quod si minor. §. restitutio, ff. de mino.

Et fortius, quia si minor læsus, restituitur, siq; nunquam admittitur ad agendum nisi restitutionis ope, l. quidam, ff. de dolo toto ti. de resti. in integ. multo minus admittetur maior, arg. in l. relegatorum in §. constitutnm, ff. de int. & re.

36 Secundo † quia iam sententia transiuerat in rẽ iudicatam, quæ pro ueritate habebatur, iamque parti in cuius fauorem lata fuerat, erat acquisitũ ius, quo casu semper restitutione est opus, d. l. qđ si minor, §. Scæuola, ff. de minor. præsertim quia à priuatione ad habitum non facile datur regressus, l. qui res, §. arcam, ff. de sol.

37 Tertio, quia † si ipso iure retractaretur sententia, utique diceret, ut in simili dicitur in l. in suis, ff. de su. & legi. In suis hæredibus, inquit I Con., aditio non est necessaria quia ipso iure statim hæredes existuntur, & in l. is cui lege, ff. de testa. ubi is, cui lege bonis interdictũ est, testamentum facere non potest, & si fecerit ipso iure erit nullum, & in l. qui decem, in prin. ff. de sol. & in c. 1. de re-
38 scrip. in 6. † tantumque est dicere ipso iure, quãtum est dicere ipso facto, statim, & sine aliquo hominis mysterio. l. 1. C. quibus ex cau. ser. pro præmio lib. ac. Bar. in l. 1. in prin. ff. de his qui no. infa. Alex. cõsi. 139. nu. 2. uol. 7. uerũ nullibi dr̃ sed cõtrariũ potius, ut ꝫ. ergo restitutione opus erit.

39 Quarto † quia, ut diximus, præscriptio decendii erat causata, ex quo à sententia, appellatũ non fuerat, & in rem iudicatã transierat, quo casu semper restitutione ẽ opus, l. & Attilicinus, ff. de ser. rusti. præ. l. 1. §. siquis autem, ff. de iti. actuque priua. Immò quod eam pollicetur prætor, quando iustum allegatur impedimentum, l. 1. in fin. ff. ex quib. cau. ma. l. 3. §. si ad diem, ff. de mi. testa.

40 Quinto † qa speciale est hic quod retractetur ꝫ regulam ut diximus in figuratione casus, ergo nõ etiam quod retractetur ipso iure, ex quo specialia nõ debent multiplicari, l. 1. C. de dot. promi. l. tutori, ibi sufficit si in paucis amici laboribus cõsulatur, C. de nego. gest. ꝑsertim ut minus præiudicetur iuri communi, quam sit possibile, l. 2. C. de noxa. Et uidetur casus breuiter in l. diuus, ff. de re iud. & in l. 2. C. si ex fal. instr. & in l. nouissimè, in fi. ff. quod fal. tu. aucto.

41 Et si forté ut sentiũt aliq † in §. siquis aũt instituta de exc. tu. diceret ad ista iura, qđ ibi falsitas nõ erat manifesta, & intrinseca sed extrinseca & præsumptiua, qđq; restitutione hac de re fuit opus, hic uero uitium subsistens & intrinsecum, ideo ipso iure retractatur, respondebo ex supra dictis arg. & rationibus, non esse uerum, & confundi p tex. nostrum signanter, distinctionem hanc, ubi sunt eadem uerba, quæ etiam in illis reperiuntur & maximè in d. l. 2 ibi ex integro audiuntur, hic ex integro causam agere, sed ibi restitutione mediante intelliguntur, ergo & hic pariter.

Et tenendo sic ad cõtraria facile poterit respõderi, & dici ad 1. ex his uerum non esse, immò qđ in d. uerbis comprehenditur, noluisse I. Con. hoc quoque casu restitutione opus esse.

Non ob. 2. quia immò erit speciale, etiam qđ retractetur, restitutione mediante, ex quo retractari non deberet, l. sub specie, C. de re iud. Nec facit text. in l. 1. C. de sen. aduer. fis. lat. quia idest in fisco speciale, & non regulare, d. l. gesta, & ideo ut dixi, specialitas nõ tolletur ex hoc, quia retractetur mediante restitutione.

Ad 3. respondetur, tacitius tolli, quam si aliter lata fuisset, quoniam tunc nullo modo tolli posset, d. l. sub specie, sed non quod nõ requiratur restitutio, ut ostensum est supra.

Nõ ob. 4. quia uerũ est id quoque nisi ratio re f agetur, ex quo debet moderari secundũ ius cõe l. ex facto, in princ. ff. de uulga. & pup. sub. Por. in §. fi. nu 2. insti. de ãdop. sed hic retragatur, ut supra ergo, & quia non de beneficio principum, loquitur tex. sed de eorum constitutionibus, qbus licet hoc casu ex integro agere, restitutione, ut diximus, mediante.

Non obst. ultimum quia aliis responsionibus sepositis, dicam etiam eo casu restitutione opus esse, cum huisdem uerbis utatur I. Con. quibus hic ex integro scilicet agi posse, & ita tenendum est.

Nec sine utilitate disputatio fit quoniam actus uno casu non transibit ad hæredem, alio autẽ sic, ut per Abb. in c. fi. in ult. col. de dona. tradit Ias. i l. omnimodo, in fi. C. de inoff. testa.

Quod tamen uidetur contra tex. in l. non solũ, in §. fi. ff. de mino. tradit in simili Bar. in l. Pantonius nu. 2. ff. de acquir. hær.

Nullam aliam utilitatem igitur uideo, tametsi Docto. non declarent, nisi istam, quia si ipso iure retracteretur, non grauaretur aliter pars litibus, laboribus & expen. uitarẽtur circuitus, alias secus l. minoribus 25. an. subuenitur. ff. de mino. l. dominus testamento. ff. de condic inde.

42 Secundo dubitatur † quæ restitutio sit ista, & respondetur sine disputatione, quod est restitutio ex clausula si qua mihi iusta causa, l. 1. in fin. l. sed etsi per prætorem, in prin. ff. ex quib. cau. ma. tradit, glo. in l. diuus, ff. de re iud. & Odof. hic ad finem, nam illa esse non potest, quę datur minori, ex quo sui facilitatem & aduersarii dolum requirit, ut per Alex. in l. fi. in prin. C. de resti. in integ. dicentem etiam libellum ita formari debere, alias foret ineptus, & agens succumberet, Non ẽt illa,

illa, quæ datur errantibus per titulum de cōdic. ind.ut in euiden.diximus, ex quo hic non est error. Et minus ex principis indulgentia, quia præmium aut pœnam supponit ratione delicti, §.planè insti.de iu.na.in rub.& toto ti.C.de senten.pa. hic autem neutrum considerabile, est in agentis persona, ergo necessario, à partibus sufficienter enumeratis, ut dicitur in l.patre furioso, ff. de his qui sunt sui uel alie.iu., nulla alia quā ex clausula prędicta esse poterit.

Qua utitur à simili, etiam amissa seruitute, is cui debetur, si negligentia uel culpa sibi imputari non possit, l.& Attilicinus, ff.de serui.rusti.prędio.& est not.tex.ibi, quem ad idem inducit quoque Bal.& dicit quod fons ex siccatus ibi æquiparatur debitori qui non sit soluendo, consil. 180. colum.2.uolum.1.

Et is q ob inundationē itinere pariter nō fuisset usus, l.1.§.si qs autem, ff.de iti.actuque priua.

Et patet in l.1.C.de pat.pot. qui patriam potestatem, decennio tacens, amiserat, & ibi etiam glo. hoc ipsum declarat.

Et furiosus ad differentiam minoris, ut p Bar. in l.si infanti, num.6.C.de iu.delib.

Et is denique qui pensionem soluere debebat certo tempore & non soluit, si probabilem alleget ignorantiam, puta quia successerit iu ius alterius, l.qui in alterius, ff. de regu. iur. l. fin ff.pro suo Are.consi.103.in princ.ubi alia multa.

Et non datur nisi ex iusta causa ut hic, & in d. l.1.in prin.ff.ex quib.cau.ma.& uerba ipsius clausulæ indicant declarat Barto.in l.seruo, in §.cum prætor, in fi.ff.ad Treb.

Tertio dubitatur, intra quod tempus restitui
43 debeat† & breuiter dicendum uideretur posse restitui perpetuo, quia hoc idem principum constitutionibus concessum est, ut hic, & insti de ppetu.& tempo. ac. in princip. ubi ex lege, senatuscon.& sacris constitutionibus, competentia, perpetuo competunt, & ita dicebat Fulgo. ut hic Alex.refert in 2. not. Tamen contrarium est uerius, peti scilicet intra quadriennium posse, postea uero nō, l.fi.C.de tēpo.in integ. rest. pe. c. i. co.ti.in 6. ubi ad litera dr̄ maximè ī d.l.fi. idem ī maioribus, quod in minoribus statuēdū esse, sed minoribus, tps quadriēnii statutū ad petēdā resti. in integrū, ergo idem & in maioribus, tradit glo. in l.diuus, præallega.& est regu.communis, ut attestatur Deci.consi.34.nu.8.uol.3.& istud tempus quadriennii, ut dicitur in locis supra.allega. succedit loco anni utilis, qui dabatur olim ad d. restitutionā petendā, & nouissimè declarat Paul. Cast.consi.197.nume.3.uol.2.

44 Est† uerum quod dictum quadrienni tempus, non currit nisi à die scientiæ, usque adeo ut si qs staret annis centum, nec peteret dictam restitutionem, quod sibi ignoranti tempus non curreret, ut per Bal.in l.falsam, col.1.C.si ex fal.instru. Cardi. in Cle. 1. q. 25. de restit. in integ. Deci. consi.303.nume.7.uolum.2.

Et ideo cautela est, etiam lapso tempore ut qs restituatur, quod ignorantiam alleget, quæ regulariter præsumitur, l.uerius, ff.de proba.l.fi. ff. p suo & obtinebit præallega.l.falsam. & ibi Bartol. Alex.consi.116.col.2.uol.5.

Nec ob.arg. Fulgo. sepositis aliis responsionibus, quia secundum communem opin. etiam bo. po. aliquando ex lege senatusue con. conceditur l.1.ff.ut ex legi.& tamen est temporalis, centumque diebus durat, & anno, §.quos autem, insti.de bo.po.l.2.C.q admi.l.1.§.largius, ff. de suc.edic.

Et hoc est quod dicebat Alex.in rub.C.qui admi. non inconuenire plerunque quod remedia etiam ciuilia sint temporalia.

45 Et est simile in† quærela quæ etiam ciuilis est, l.posthumus, §.fi. & ibi Odof.ff.de inoffi.testa. & tamen finitur quinquennio, l. Papinianus, §. fi.& l.seq.ff.eo. Bar.in l.siquis filium, i fi.C.eo. Immò quod quandoque etiam remedia sunt prætoria, & tñ perpetuo cōcedunt, ut in noui.o.nun.l.non solū, §.morte, & ibi no.ff.de no.o.nun.& ita transeundū est breuiter, & ppetuo intellige, i.usq; ad an.30.l.licet, C.de iu.deli.& inst.de perpe.& tēpo ac. in princ.glo.in l. itaque, in princ.ff.de dolo.

46 Quarto dubitatur, coram† quo iudice peti debeat, uideretur dicendum peti posse coram eodē, casus est in l.in causæ, 2.in §.fi.ff.de mino.ubi clarè dicitur quod ille qui fuit iudex in cā restituit

Sed tamen in contrarium est tex.in l.1. in §.fi. ff.de quæstio.& facit quod habetur in l.iudex postea quam, ff.de re iud.

Alii distinguunt, quod aut iudex est delegatus, & tunc coram eo peti non possit, d.l.iudex, quam sic intelligit glo. statim in l. infra allegan. aut est ordinarius, & tunc secus, l.si ut proponis, C.quomo.& quando.iud.& malè ac contra tex.in d.§.fi.ibi cum nec pecuniariam sententiam suam reuocare possit. Dic tu breuiter coram eodē iudice peti posse, quoniam restitutio est in æquitate fundata, & quæ, ut dictum est, concedi non solet nisi iusta de causa, d.l.in causæ, §.fi.ff.de mi.q̄ & si loquatur in minore, ad maiorem tamen extēdi debet, ut dicebam heri, extendēdo tex.pariter in l.non solum, in §.fi.ff.dè mino. Nec ob.text.in d.§.fi.quia quoad causam pecuniariam loquitur extra casum restitutionis, quo uero ad crimina
47 lem, † quia in arduis regulare est principem semper esse consulendum ut ibi & in l. minoris in §. fi.in prin.ubi not.casus, ff.de pœn.not.in l.fi.ubi etiam nos diximus, C.de pac.in princip.

48 Quinto dubitatur †quomodo probetur instrumenta de nouo reperta fuisse, an sit opus noua instantia & lit.cont.non dubito, ut hic per Ange.& alios, ex quo tex. dicit ex integro agendum esse, & quia etiam iam per sentētiam lis erat mortua ut dicit tex.prosopopeiaque est, in l.cum lite mortua, ff. iud. sol. uideretur dicendum simplici assertioni agentis, credendum standumque esse, quia etiam tex.formaliter hoc sentit, ibi si noua instrumenta se inuenisse dicat.

Et

Et si aliter uoluisset I. Con. dixisset utique, l. quæ omnia, §.fi.ff.de procu.

Et quia, ut dicunt aliqui maximè Ripa, nu.21. si iudex credidit reo, non est ratio cur etiã crederé non debeat actori, arg.in l.inter stipulantem, in §.si Stichum, ff. de uerbo.ob.

Et quia uerisimiliter passus non fuisset reum absolui, si instrumenta habuisset ultra eum arg. in l.cum de indebito, in prin.ff.de proba.cõiectu raque est loco probationis, à iudice consideranda, l.licet Imperator, ff.de lega. 1. Bartol. tamen his non ob.hic nu.4.recitando lectu.sensisse uidetur, iuramento probari debere, per text. in cap. pastoralis, de excep. & benè quia ibi sic etiam in exceptionibus dicit, si quæ superuenissent, post terminum parti præfixum à iudice, ut possint eo non obstante, si tamen iurauerit, adhuc post ipsũ proponi. Nec obst. uerba tex. quia exponuntur, si noua instrumenta se inuenisse dicat, & probet, ut exponit glo.in l.1.in prin.ff.si quad.pau.fe.di. & in l.1.ff.de dolo, Bartol.in l.1.col.1. ad fi. ff. de offi.eius, & quamquã expresserit in d.l.quæ omnia, ex abundanti, non propterea infertur quod assertioni simplici sit credendum ut infra latius.

Et si diceretur ut dicit Ias. hic in lectu.col.4. quod hæc suppletio non est necessaria, quandoque dem probatio non requiratur, plus Ripa, quod iuramentum non est probatio, sed releuatio ab onere probandi, l.sed & si possessori, §. fin. supra eo. Respõdebo, quod immò est necessaria, ut ostẽsum est, & quia assertioni ipsius simpliciter & regulariter, non est standum, l.omnibus, C.de testi. l.Theopompus, ff.de do.præle. sed cum iuramento, ut dictum est, & ideo Bal.in l. iusiurandum qđ

49 ex cõuẽtione, supra eo.in prin.dicebat, si fiat† pactum quod stetur dicto creditoris, quod debebit intelligi cum iuramento, signanter per d.l.Theopompus. Et ad obiectum Ripæ dico, quod immò erit probatio, ex quo admittitur hoc casu ꝓ sufficienti probatione, c.statutum.§.cum uero de rescrip.in 6. ibi fidem iudici faciat saltem per proprium iuramentum, quod uerbum exponitur, 1. probationem Cle.constitutionem, §. insuper, de elect.d.c.pastoralis, alias secus, i. probatio non esset quãdo nõ admitteretur pro sufficienti probatione sed releuatio, quia iuramento solo agẽs non fundat intentionem, & sic Bartol. quicquid garriant isti, optimè locutus est.

Nec ob. 2. qa fateor quod actori credi debeat cum iuramento tamẽ, quoniam nec sine, credidit iudex reo, maximèque mirandum est quomodo sic Ripa hac sua noua opi.fuerit lapsus.

Non denique 3.& ultimum, quia fateor uerisimile non fuisse, sed non ut simplici assertioni eiusdem credatur, ex quo de præiudicio aduersæ partis agitur, usque adeo ut coniectura sufficiẽs non sit, loco probationis, ex quo non ponderatur à lege, ut in d.l.licet Imperator.

Sed quid si actor noua instrumenta inuenis-
50 set, eaque amisisset casu fortuito, staretur † ne iuramento ipsius? uideretur prima facie dicendũ quod sic per tex.in l. fin.C.de fi.inst.ubi casus ad litterã, Bar.in l. huiusmodi, in §.si ita, ff.de leg.1.

92 nimum ad aliquam partium, quod dicitur † suspicio, quodque tunc habet locum lex ista, & idē si appareant argumenta fortiora, qñ tūc quoque opinabitur erūtq; duo probationū gradus.

Aduertēdum est, quia sentit Bar. suspicionē, & opinionem pro semiplena probatione accipi, ut Paulo infrà seipsum declarat. Ver. uidenda sunt ergo exempla nu. 23. ad fi.

Et malè in primis, quod leue indicium faciat semiplenam probationem, ut etiam hic per Ias. in lectu. col. 15. & in rep. 75. & probatur in. l. cū probatio. ff. de proba. ubi indicium minus est quam semiplena probatio pulchrè Alex. consil. 89. col. 2. vol. 3. Demum quia sentit deferri hoc casu iuramentum in supplementum probationis actori, dum dicit rursum, quod tunc locum habet lex ista & est regulare, & tamen in ea iuramē tum delatum est reo, uel quia petierit sibi deferri, uel quia pro ipso actore erat aliqua coniectura ut suprà, declaratum est, non ut præsup ponitur, quod semiplenè probasset, ideo (ut etiam idem Ias. dicit) cogitandum est.

In ea. glo. ibi, si uero semiplenè, dubitatur, an priuata scriptura faciat semiplenam probatio

93 ne n, † & ut hic per Bart. glo. ipsam reassumentem, considerantemq; multa, & præsertim, quod triplex est, apoca scilicet, liber rationum, & epistola, concluditur & primo, quo ad apocham, quid enim sit quidque antapocha, & quid rursum apocha, differat ab acceptilatione not. in l. plures apochas, per gl. C. de fide inst. est tex. singularis, singula singulis referendo, in. l. si acceptolatum. ff. de acceptila. si ille contra quem producitur, eam esse sua manu scriptam, confiteatur, quod plenam facit fidem. quæ conclusio nō habet dubiū, & probatur in. l. Publia, per ipsum alleg. in. §. fi. ff. depo. quæ tamen, ut idem sentit, & est opi. Dy. in. l. nuda, nu. 4. de dona. in epistola loquitur, sed nihil obstat, quoniam omnino scriptura priuata est, ut Paulo, infrà, dicit nu. 30. si quis igitur epistola confiteatur aliqua habere, sibi hoc est apud se deposita exempli gratia, ut ibi dicitur, auri pondo. 10 discos duos, & cistophoros. 10. (sic. n. legi debet, non costrophinati, uel aliter ut legit Alciadas, punc. 1. c. 18. quos trophinati & in Pand. Flo. Taurel. ante eum. sintq; dictiones duæ, quandoquidem Cice. in plurib. locis, maximè ad Atti. 2. ep. 6. & 15. & 11. ep. 2. non aliter dicat, eratq; nummus Asiaticus sic ēē Celi. antiq. lec. 6. c. 2. Immò liui. 7. de bello Macedo. Fulius Cotta, Christophorus, in uaria. lectio. pariter.) dubitatur ad propositum an probet, & respondet. I. Con. quod quamuis obligatio nata non sit, ex quo facta erat absente parte, & extraiudicium, probat tamen, & ita inducit istū tex. ad idem, Deci. consi. 340. col. 3. vol. 2. & Bal. ante eum, in c. iuramentū, nu. 19. de iureiu. Gui. Papa. decisio. 272. col. pe. Alex. consi. 4. in princ. vol. 1. Bar in. l. 1. in prin. in. 3. oppo. ff de uerbo. obl. & in. l. Lucius, col. 3. ff. de instito. & in. q. iudex maleficiorum, col. 3. tanto magis quia confessio facta est cum causa, & regulariter probat, etiam facta sine, ut per Cy. in. l. cū falsa. C. de iu. & fac. igno. dictum sanè uerissimum, in realib. uel cum causa uel sine facta sit, unde si confiteor rem meam esse tuam, mihi ipsi præiudico, in personalibus uero contra, quia non probat, nisi facta sit cum causa. l. & an eandem. §. actiones. ff. de excep. rei iud. & quo ad probationem dixi, quia alias quo ad dominii translationem secus, quandoquidem traditio requiratur nec sufficiat nuda uoluntas. l. traditionibus. C. de pac. Boer. decisio. 211. ad fi. nu. 25. par. 2. & licet tex. in. d. l. Publia, non dicat, quod confessus sit epistolam manu sua scriptam fuisse, attamen sic intelligi debet, ex quo scribendo confitetur. Non etiam obligatio nata est ultra rationē, suprà dictā, omnia

nia

nia.n.ista conferunt ad intellectum.d.l.Publia, quia ibi erat simplex confessio nec vllum verbũ obligatiuum, alias secus.l.Titius,& ibi Bal.not. ff.de consti.pecu.Immò Bernardus de Bisigneto,decisio.1.sub rub.de confe.dicit, quod etiam obligatio nascitur isto casu,& malè ac contra.d. tex.ad literam, ibi, obligationem quidem, nullam natam uideri, sed probationem depositarũ rerum. Cogita & ad conclusionis propositum, quod standum sit confessioni ipsius partis, pro concordanti ad.d.l.Publia, facit text. per quem ita dicit ipsemet Bart.in authen.at si contractus, nu.8.C.de fi.inst.in l.cum de indebito,in fi.ff.de proba.& in.l.generaliter.C.de non nu.pecu.

94 Secundo † concludit Bart.si negauerit, quod adhuc plenam faciet fidem, si tamen partium & testium subscriptionem habuerit.

Et nimirum, ut subiicit, quoniam à partibus est approbata,& est casus clarus similiter per ipsum allega.in.l.scripturas.C.qui po.in pi.ha.per quem tex.dicit etiam Bal. in rub.de fi. instr.col. pe.quod habet effectum publici documenti, perinde ac si dixisset plenam facit fidem.not. in c.2. de fide instru.Ro.consi.205.in terminis,in prin. & consi. 204.nu.1.& consi.303. Idem Bar.in.d. l.at si contractus,& in.l.nuda. ff de dona.nu.6.

Tertiò concludit,idem,si à testibus, approbata sit,uel quia fuerint præsentes,uel quia subscripserint se,& per literarum comparationem, ut scilicet plenam faciat fidem,authen.at si contractus.C. de fi.instru. & ibi idem Bart.nu. 8. cuius mentio Paulo ante etiam facta est, & non ab re, ut ibidem dicit, & in additione clarius,quia tot scripturis,de facili errari non potest,& quia si, ut proximè diximus, plenam facit fidem,habens subscriptionem partium & testium multo magis,facere debet si subscriptioni testiũ accesserit & literarũ comparatio,arg.in.c.1.de treu.& pa.

Tamen in eo quod dicit, si testes fuerint præsentes,quod non probant,nisi simul accesserit & ad id comparatio literarum,minus rectè dictum uidetur,& signanter Bar.reprehẽditur per Imo. in.c.2.de fi.inst.col.4.& in.d.l.nuda.co.fi.Alex. & Ias.hic,& mihi uerissimum uidetur, ut dixi in discursu, suprà,& in eandem Bart. opin. tamen sequutus est etiam Paul.Castr. consi.193. col.ult.vol.1.sed alia uerior.

95 Videtur † etiam quod per solam comparationem literarum, fiat plena probatio.l. comparationes.C.de fi.instr.Sed, ut Paulo, infra,inquit Bart. id uerum est de iure antiquo,nouo autem secus,& idem dicit in.d.l.at si contractus,nu.4. quod,d.l. comparationes, est correcta,ideo distingue tempora & concordabis scripturas & iura iuribus concordabuntur l.1.& ibi glo. C. de accu.l.1.C.de inoffi.dot.Bal.in.l.2.col.2. C. ad Orfi.& in specie ut hic,ita & dicit idem Bart. in auth.de instr.cau.& fi.in prin.nu.4.

Et propterea subdit adhuc Bart.hic,& in locis supra allega.quod facit semiplenam probationem,& erit quarta conclusio, cum declaratione tamen, quod posset esse tanta testium fides, uel tanta uis comparationis literarum, quod ei plenè crederetur, & cum eo transit etiam Ias.& cæteri. & hoc est ultra eos quod dicitur in. l. 3. in.§.1. ibi tu magis scire potes, quanta sit fides testibus adhibenda.ff. de testi. & in simili Paul. Cast. consi.291. col.2. vol. 1. In terminis consi. 380.col.1.eo.lib.& quod ibi frustra non est locutus iureconsi.consi.143.nu.8. vol.2.Deci.consi 94. col.1. vol. 2.

Verum declara ut idem Pau. dicit decisionẽ. d.l.comparationes, non esse correctam, nisi in apochis,consi. 312. in fi. uol. 2. Bart. ante eum in l.nuda.nu.9.de dona.& infrà nu.29. & 30.

96 Quinto † & ultimo concludit, si apocha siue apodisa,nullo modo sit approbata uel testibus, uel comparatione literarum, quod aliqualem præsumptionem facit. & est casus clarus ut inquit Ias.in.c.2.de fi. instru. Sed aduertè quia cum ibi dicat, quod non uidetur habere robur alicuius firmitatis,plenæ uel semiplenæ probationis.

Verũ quæritur, quid operetur, præsumptio hæc.& respondetur secundum Bal.in.l.si duo patroni.in prin.in lectu.antiqua.suprà eo.quod operatur, quia data paritate probationum, præfertur is pro quo est aliqualis præsumptio.

Secundo respondet ibidem, quod operatur, quia posset iuramentum deferri in defectũ probationis,& malè.l.in bonæfidei.C.de reb. cred. posset etiam dici, quod operetur, quia habens pro se præsumptionem regulariter ab onere probandi releuatur, & onus transfundit in aduersarium.l.cum de indebito,& ibi Bar.in prin.ff. de proba.Bal.in.d.siue possidetis, in 4.no.per illum tex.C.de proba.dixi ego in.lucubrationibus, impressa in lib.qui enchiridion rerum singu. inscribitur. ff. de proba.in figu.casus ad si.sed caue, quia istud procedit, quando præsumptio est iuris, ut not. in d.c.a.hic non aliqualis est,operatur igitur solum ut suprà,scilicet, ut dixi, quia data paritate probationum is.præfereretur, pro quo est aliqualis præsumptio,d.l.si duo, & ibi per Doctores.

Et ex his possumus facere regu. priuatæ scripturæ credendum non esse.l.instrumenta.l. rationes.l.exemplo.C.de proba.& hoc, quoniam potuisset,etiam falso fabricari, ut inquit Pau.Cast. consi.73.in fi. C.de fi. instru.& est arg.in.l.re petita.ff.eo.cum ibi not.Alex.consi.46.col.2.uol. 5.quamquam eam producens sit officialis, ex quo de tertii præiudicio agitur,ut per Bar.in.l. diuus,col.2.ff.de custo.reo. Alex.consi.75. col. fi.uol.5.Deci.consi.94.col.2.uol.1.

Limitando postea,ut in casibus, suprà dictis, si is contra quem producitur, eam confiteatur, Si partium & testium subscriptionem habeat, si subscripta a testibus sit, & secum habeat literarum comparationem,quoniam his modis plenã faciet fidem, aliàs semiplenam, & qualem qualẽ præsumptionem,ut dictum fuit pariter, suprà

Alios

Alios casus plenè hic enumerat Ias. plenius But. in d. c. 2. qui clari sunt, dic ut per eos.

Modo quo ad librum rationũ, concludit Bar.
97 & primò,† si in eo aliquid sit contra scribentẽ,
* quod plenam facit fidem, & est opi * cõis, not. in. l. quædam, in. §. nummularios. ff. de eden. Idẽ Bart in. l. nuda, nu 7. ff. de dona. & in authen. at si contractus, nu. 9. C. de fi. instr.

Et probatur etiam in. l. prima. C. de eden. alias editio ibi frustra peteretur.

Secundo per tex. in Cle. 1. in. §. cæterũ, de usu. Nec dicatur, quod ibi sit speciale in odium usurariorũ, quia speciale est qđ cogantur edere, qđ liber probet contra scribentem, ut ibi per Abb.

Tertio probatur, quia statim quod dicimus librum rationum, demonstratur causa, quæ efficit ut omnimodo ei credatur, sicuti diximus, contra scribẽtem, & est declaratio Bal. in rub. de fi. instr. col. 10. Bertr. consi. 263. nu. 2. uol. 2. Alex. consi. 245. in prin. uol. 6. & cõs. 84. in prin. vo. 7.

Secundo concludit, quod pro scribente idem erit dicendum, in dependentibus ab eius mera uoluntate, nec secus in. d. l. nuda, & in. d. authen. at si contractus, & ubique per tex. in. l. Nensennius. ff. de nego. gest. in fi. ibi maximè si etiam in ratione impensarum ea retulisse auiam apparebit, ubi auia quæ aluit neptem pietatis causa, alimenta non repetit, nisi ea retulerit in libro rationum, no in. l. alimenta. C. eo. Bal. in. l. filię, col. 2. C. fami. er. remissiuè Alex. consi. 99. in fi. vol. 2. & ita alias fuit determinatum in cap. Tholos. deci. 496. in prin idem Bar. l. si paterno. C. de neg. gest. ubi pulcherrimam tradit doctrinam, quod probatur, ex protestatione alentis, ex libro rationum, & ex qualitate personarum alentium, & quæ aluntur Deci. consi. 40. col. pe. vol. 3.

Tertio concludit, si à mera uoluntate scribentis, non dependeant, quod fidem non faciet nec probabit, & est rationabile, decisione. d. l. Nensennius, à contrario, & probatur directo in. l. exemplo. C. de proba. Immò quod nec fiscus, propria scriptura niti põt, ut pro eo probet, & ad literam dicitur in d. l. exemplo, & in. l. inter chartalas. C. de conuc. fi. de. lib. 10. Bal. consi. 149. ad fi. vol. 1. ubi pulchrè discurrit quod quædam est scriptura publica, manu publica scripta, & ista probat factum contrahentium inter omnes. l. desiderium. C. depo. quædam est solemnis, subscripta à partibus & à testibus quæ similiter plenam facit fidem, ut suprà, & in. l. scripturas. C. qui po. in pi. ha. & quædam priuata, hæcq; duplex, extrauagans, ut apocha deq; ista pariter suprà, & quæ formam habet rationum, & ista rursum duplex, una quæ tenet medium inter publicam, & priuatam, ut nummulariorum & argentariorũ. l. quędam. §. nummularios. l. argentarius. ff. de eden. dictumq; est proximè, alia uero extremum tenẽs. idest omnino priuata, nullo modo probans. d. l. rõnes. d. l. inter chartulas. Est uerum, ut inquit idem Bar. hic, quod defuncti, si maximè fuisset homo legales & probatæ uitæ, cum aliis adminiculis plenam faceret fidem, & probatur in l. rationes, secundum eum. C. eo. inquantum dicit quod solæ rationes ad probationem non sufficiunt, alias facit semiplenam probationem, & poterit hæredi deferri iuramentum in supplementum probationis si sciebat ueritatem, ut ibi dicit Paul. Castr.

Et ad propositum ratio est, quia legalitas., & uitæ integritas facit ut recedamus à regu. iuris communis, ut per Bal. tex. per Bar. ad hoc allega in. l. qui cum maior, in §. fi. ff. de bo. li. istud non probat, in. l. parentes, col. 2. C. de proba. gl. in l. prima. ff. de ripa mu. plenè Ias. in. l. iubemus, col 3. C. de iudi.

Sed iudicio meo non est bona, quoniam ea attenta, deberet credi etiam scripturæ priuatæ & libro uiuentis, & tamen non creditur ut suprà, & quia non est uerum quod recedamus à regu. iuris cõis ubi agitur de pręiudicio tertii. c sicut, de sen. exco. & ibi glo. Bal. in. c. 1. 1 fi. extra ut lit. pẽ. Deci. in. c. prudentiam, in princ. col. 8. de offi. de.

Veram igitur fore rationem dicamus, quia non est uerisimile, quod mori uoluerit cũ peccato, quodq; fuerit immemor salutis eternæ ut not. in. d. l. rationes. l. fi. C. ad legem iu. rep. Pau.
* Cast. consi. 301. col. 2. uol. 1. & est cõis * pariter. Sed tamen contra eam facit tex. in. l. 3. in. §. siqs moriens. ff. ad Sylla. ubi si dominus moriẽs dixerit se uulneratum à seruis, quod eidem non creditur, & hanc difficultatem insolutam reliquit Boer. deci. 105. nu. 6. par. 1.

Vnde tu respondeas quod non est eidem credendum ut plenè probet, & quoad effectum pœnæ infligendæ, sed facit dictum eius, indicium, ut ibi not. non tamen sufficiens, ad torturam, immò quod nec indiciũ est, sed præsumptio, & uilis quidem, ut inquit glo. in. l. mater. C. dę calum. Alex. consi. 14. col. 2. uol. 3. fortè in criminalibus ita statutum ex quo promptiora sunt iura ad liberandum, quàm ad condemnandũ, & ideo si exculpatus quis fuerit ab ipso moriente, & indicium habuerit innocentiæ, non poterit etiam quod alia sint contra eum laboranti a torqueri, ut declarat Bal. in l. 1. & ibi Ias. post eum in pe. col. C. cõia de lega. Considerãdo. d. præsumptionem, excusare tantum hæredes, à calumnia & temeritate, quod pretextu. d. assertionis, accusauerint imputatos de uulnere. Et ad idem, etiam qđ semiplenè probaret, ut in casu nostro, & in ciuilibus quæstionibus, quod non propterea posset deferri iuramentum in supplementũ probationis, cum probationes. d. casu luce meridiana clariores esse debeant. l fi. C. de proba. Bar. in l. maritus, in fi. ff. de quæstio.

Quarto concludit Bar. si in libro rationum, contineatur quid, quod non sit nec pro scribente, nec contra eum, quod tunc faciet semiplenã probationem, per not. in. d. §. nummularios.

Et quia sicuti uiuæ uoci ipsius scribentis creditur,

ditur, faceretq; semiplenam probationem ut in frà, ita etiam eius libro credi debet, dum modo, subiicit, illius manu scriptus sit, cuius dicitur esse, & partes fateantur, quoniam esset tunc ad literarũ comparationem recurrendum, & tunc plenam faceret fidem, ex quo, ut dicebam etiam heri post eũ hic, & in.l.nuda.ff.de don.nu.9.& Pau. Castr.consi.312.in fi.uol.2.l.comparationes, nõ est correcta nisi in apochis, ut scilicet plenam fidem non faciant, sicuti olim, nisi cum ipsa comparatione literarum alia etiam concurrant. Et ad propositũ facit tex. pro ista rõne Bar.in.l.miles ad sororẽ, in prin. ibi ac si defunctus cũ eo loquatur.ff.de lega.2.not.in.l.1.ff.de uerb.ob.

Quinto & ultimo concludit Bar. quod ita ẽt seruat consuetudo, & dicit quod in hoc est potissimum attẽdenda, post Inno. in c.1.de fi.inst. Adde simile, in apocha quæ regulariter plenam fidem non facit, ut suprà, & tamen secus, si consuetudo sic se haberet.c.cum dilectus, de fi.instr. Inno.But.& Abb.in.c.cũ P.tabellio, eo.ti. Et dic quod nullum est ius positiuum, quod consuetudine tolli non possit.l.de quibus.ff.de legi. Bal. in.c.1.in.§.præterea, col.10.de prohib. feu.alie. per Fed.Abb.consi.7.col.penul.uol.2. nimirum igitur si attendi debet.

Est uerum quod hanc consuetudinem probare est difficile, quandoquidem tria probãda sint, usus populi, frequentia, & temporis diuturnitas ut per Cy.in l.2.C. quę sit lon. con.not.in.c.fin. extrà, eo.tit. Abb.consi.53.col.fi.uol.2.sed Bar. ut potẽ illustri doctori, ita attestanti credendum est, prout not. in. d.l.de quibus. & est communis * opi. quemadmodum attestatur Deci.consi. 18.in fin.uol.3.& arg.in.l. Theopompus. ff. de do.prę. Declarat etiam Por.in.§. apum, co.2.ubi etiam ad regu.l.iurisiurandi.C.de test. respõdet, insti.de re.di. & ita quoq; quoad librum rationum sufficiant, cæteras ampliationes, & limitationes, tibi ipsi mutuabis, si uolueris, ut hic per Ias.& Rip.& alios in locis, suprà allega.præsertim in.c.2.de fi.inst.& in.d.l.nuda.ff.de don.

98 Restat uidere quid in epistola † & breuiter concludit Bar.idem fore in ea dicendum, quod in apocha & benè, quoniam non potest diuersitatis ratio assignari, & hinc est, quod ibidem, adducit tex.in epistola tamen loquentem, in.l.Publia, in.§.fi.ff.depo.ubi dixi, nec repeto. quodq; differunt in hoc, ut subiicit, quia epistolæ per comparationem literarum, plena dabitur fides, apochæ uero non, & non ab re, ut dicebam etiã heri, quia.l.comparationes.C.de fi.instr. non est correcta nisi in apochis, * & ita cõiter tenetur.

Cõtrarium uero sentit Abb. in.c.2.col.5.eo. tĩ. quod immò sola literarum comparatione plenè non probet, sicuti nec apocha, ex quo probatio fallax est & falsitas facilius in epistola comitti potest, quæ ratio est motiua & finalis legis corrigentis, de qua in authen.de instru.cau. & fi. in prin. quàm in apocha, quandoquidem illa absenti scribatur, ista uero hoc est apocha fiat inter præsentes, & ita post Ang.in.d.l.comparationes, trãsit etiam Ias.hic, & uidetur uerius, licet alias nõ sit à communi opi. recedendum, quoniã tex. in loco prællega. loquitur indistinctè & ratio uniformis est, quæ debet uniformiter etiam intelligi.c.maiores, de baptis.c. qđ si dormierit, 31.q.1. Idem Abb.in loco præalleg.

Vel à communi non recedentes, dic non mirũ esse, si comparatio facit, ut epistolæ plenè credatur, apochæ autem non, & correctio tãtum hoc casu facta sit.l.antiquæ, hoc est.l. cõparationes. C. de fi.instr. quia in apocha quæ, ut diximus, fit inter partes, pars potest imputari, cur testes, nõ adhibuerit nec procurauerit eam fieri solemniter, in epistola autẽ non, ex quo scribitur absenti, ut hic per Alex. nec ob.tex.in loco præallega. de inst.cau. & fi. quia immò consilium quod ibi dat lex in Ver.siquis igitur, non potest uerificari nisi in apocha usq; adeo ut ratio sua etiã restringi debeat ad casum in quo locum habere potest.

Et quia prædicta omnia in scriptura priuata procedunt, quæritur, quid si fuerit publica &
99 authentica † & ex mente Bar. respõdetur, quod plenam facit fidem. Et benè, sed primum declara, quare dicit publicam & auctenticam, ut hic per Rip.post Abb. in c.1.in princ.de fi. instr. qđ publica est illa quæ est facta manu publicæ personæ.i.à notario cũ solemnitatibus debitis.d.c. 2, eo.ti. auctentica uero, quæ per se fidem facit, ita ut omnis publica sit auctentica non è contra, & ut ipsi latius.

Et ad propositum probatur in.l.cum precib. C.de proba.& in.l.si post diuisionem.C.de iu. & fac.igno.& in.l.optimam.C.de cont.& com. sti. Est uerum quod pro eo non præsumeretur, nec plenam faceret fidem, si in eo aliqua rasura reperiretur, uel producens consuetus esset similia facere, ut per Bar.in.l.1.nu.4.C.de iu.cal.& est argu.in l.fi.C.de edic.di. Ad.tol. Idem Bar.in.§.sed & si, nu.6.in authen de inst.cau.& fi.& in l. 2.in. §.siquis neget, nu.6.ff.quemadmo.testa.ap. Immò inquit alibi Bal, quod uerum præsumitur, solemne, & factum etiam consensu partium, propter rogitum qui requiritur.§.nos autem, in authen.de tabellio.cõsi.21 col.2.uol.4.& plenius consi.403.in prin.uol.5. quod tria cõfirmãt scripturam, fama scribentis, fama producentis si bona fuerit, & mundities ipsius, triaque ipsam infirmant, si mala, utriusque, & si in ea, ut dictum est, reperiatur abrasio.

100 Secundò quæritur, quid in exemplo † cõcludit Bar.hic, nullam fidem facere, & quia de hoc est casus clarus, in authen siquis in aliquo documento.C.de eden.& ibi dicemus anno uenturo, non insistam aliter & huius conclusionis rationem assignat glo.in.l.2.ff.de fi. instru. & Docto. in.d.authen.siquis in aliquo.& inter cętera quæ obiici solent instrumento dicimus, potissimum illud esse, quod non est auctenticum, sed exemplum,

plum, & plus quod nec etiam probaret quãquã notarius diceret se originale uidisse & legisse, ut in.d.auth. siquis in aliquo, legitur, nisi essemus in valdè antiquis, quoniam tunc sufficit probatio et ex coniecturis facta, arg. in.l.non omnes, in.§.à barbaris.ff.de re mili.Pau.Cast.consi.139. col.1.uol.1.& suo loco dicetur aliquando

Subiicit etiam Bar.si producatur exemplum, & originale dicatur amissum, idq; probetur, qđ semiplenam faciet probationem, per glo. in l.sicut iniquum.C.de fi.instr & in.l.2.prællega.ff. eo.Adde Flor.ita formaliter dicentem etiam in. l.in lege, i.§.1.co.2.ad fi.ff.ad legem Aqui.& dic pro nunc, quod immò etiam plenè probat ut supra, contra ipsum producentem, si exemplum sit manu notarii, qui scripsit auctenticum, & si solemniter publicatum fuerit, ut per Bar.in.l.in fraudem, in.§ neq;, col.1.ff.de iu.fi.

Et in uno alio pulcherrimo casu, quem his diebus habui in facto, quia si creditor conueniat fideiussorem & in instrumento fideiussionis facta sit mentio debiti principalis, plenè probat, licet instrumentum debiti non producatur, ita Bald.& Ange.& post eos Seysel. limitando decisionem.d authen. siquis in aliquo, in.l. sciendum.col.2.ff. de uerb obl.

Tertio quæritur, quid si duo fratres diuidãt
101 hæreditatem † & in instrumento diuisionis dicatur, quod unus ex his restituit centum alteri, quæ mutuo acceperat à Sempronio, queq; posuerat accepta in domo, an pbet. p.d.Sépronio. Respondet Bar. quod non plenè ex quo confessio facta est absente parte.l.certum.§. siquis absente.ff. de confe. semiplenè autem sic. l. capite quinto.ff.ad lege Iu.de adult.Immò quod etiam facta in iudicio, non probat neque præiudicat confitenti, ut dicitur in.d.§. siquis absente. Et quod faciat semiplenam probationem, ex eo liquet, quoniam si probaret plenè confessus crimen extrà iudicium condemnaretur, & tñ non condemnatur, sed ad torturam ponitur si per duos testes probata sit, ut in.d.l.capite quinto.

Et quia etiam in d. instrumento posita, sunt enunciatiua, prolata, non principaliter & propter se sed incidenter & propter aliud, ergo nõ probant nec disponunt, uulga.l ex hac scriptura.ff. de dona.Bald.in.l.1.col.2.C.de fal.cau.ad.

Alias si disponerent & probarent, acquireretur etiam ius.d.Sempronio creditori, & sic altori per alterum, & malè.l.stipulatio ista.§. alteri. ff.de uerb.ob.

Ad idem considerantes, quod res inter alios acta te. aio non nocet, nec prodest.l.1.& toto ti. C.res inter a.acta.& si, ut diximus, probat probat semiplenè non autem plenè.

Vnum solum ob. prætermittentes cætera (ut potè leuia) de industria, quia si mutuo dedisti mihi centum, & in instrumento depositi dicatur, quod ea pœnes te deposuit Titius, depositum probatur, & tamen erat res inter alios acta, uerbaq; enunciatiua, propter aliud prolatã, ius acquisitum deponenti & ex confessione quidem facta etiam absente parte.l.desiderium.C depo.

Sed potest respõderi in primis, quicquid ego alias dixerim ad istum text. quod sicuti fauore dotis alibi instrumentum etiam inter alios factum, probat quoad mulierem, ut per gl.in.l. 2. C de dot.pro.& Ias.hic ita in casu.d.l.desideriũ, probabit fauore depositi, quod multa priuilegia habet l.1.& ibi not.C.de eden.

Vel & melius, quod ibi non negabatur depositum, & propterea instrumento probatur, nam partium confessionem continebat, nec erat dubitatio an ex eo probaretur.

Dicit etiam Bal. consi. 149.in fi. uol.1. quod ex triplici scripturarum genere, illa potissima est, manu publica facta quæ factũ quoq; probat inter omnes, latius idem Ias.hic in repe. col. 2.

Verum secundo responsio, est omnibus melior, quoniam agebat deponens contra depositarium, ipse recusabat, dicens pecuniam mutuo dedisse, ut si repeteretur, eam statim debitor restitueret, & sic non erat dubitatio an probaretur depositum nec ne inquit Imp. Attici cui scribit, desiderium iuris rationibus non conuenire, quodq; solutionem pecuniæ depositæ improbè recusat. Immò quod mutuo dando eam tenebatur furti.l.3.eo.ti.

Quarto quæritur, si intitulario siue rub. in
102 margine libri alicuius † notarij defuncti mentio ve contractus facta reperiatur, spatiumq; dimissum, an faciat aliquam fidem, & concluditur secundum Bar. quod sic & fortè semiplenam probationem, si contractui fuerit uniformis, si diformis uero non, exemplificando ut per eum.

Et est utilitas disputationis, quia in supplemẽtum probationis poterit deferri iuramentum, ut dictũ est suprà.l.in bonæfidei.C.de reb.credi.

Est rursus uerũ, quod dubitatiuè hoc dicit, ut in simili inquit Abb. in.c.prudentiam, col 5. in prin.de offi. de. pro indubitato habens, quod aliqualem faciat præsumptionem.

Quoniam ex his quæ præcedunt, quasi probatiò inducitur eorum quæ sequuntur.l.1.C. de impo.lu.descrip.lib.10.ubi uulga, illud colligitur, quod ab exordio tituli posterior formatur euentus, adde tex.in.l.1.ff.de ori.iu.& in.l.si seruus plurium, in.§.fi.ff.de lega.1.& est uerum, ut finis correspondeat principio, & secundũ ipsum intelligatur.l.regula.§.licet.ff.de iu.& fac.igno. Barba. in c. Raynaldus, col.188.in rep.de testa. ubi alia ad materiam multa, sed non ut plenè probet aut semiplenè. Ad idem tamen facit, quia constat, quod notarius ipsum instrumentum habuit pro absoluto & perfecto, ut in simili dicit idem Bar.in.l.Gallus, in.§.2.ff. de lib.& posthu. & in. l.si is qui, nu.3.de testa. & adhuc malè, quoniam sic plenè probaret.

Tertio facit adhuc, quia si instrumentum in substãtialibus deficiat, puta in indictione, uel in nomine

nomine Papæ, aut Imp. et similium, & sit notarius mortuus, facit nihilominus semiplenam probationem, ut per Bar. paulo. j. quod tamen, ex iuribus per ipsum alleg. non probatur, est singularis doctrina tamen, quam sequutus est Alex. consi. 59. col. 3. uol. 2. ergo multo magis probabit in casu isto.

Quarto facit ut id met Bar. dicebat. s. in libro rationũ. n. 28. quia si de instrumento deponeret notarius uiuens, ei crederetur, & semiplenam faceret probationem ut. j. ergo & eiusdem intitulationi seu rub. ut suprà.

Et quia deniq; si eidem plenè creditur, ex additione facta in margine, corrigente errorẽ suũ. l. in fraudem. §. sicut, ubi idem Bar. in fi. ff. de mili. testa. Alex. in. l. si unus, in ult. col. C. de testa. non est ratio cur eidem credi non debeat semiplenè, saltem in casu præsenti, et ita transeundũ esset. Nihilominus aliquas obstare uidentur, quia sicuti in breuiature notarii, quam fecit, nec legit coram testibus, nec scripsit, credendum non est, multo minus credetur intitulationi, & rubricę, ut hic, & in. l. fideicõmissa, in prin. ff. de lega. 3. Deci. consi. 11. col. 2. uol. 1.

Posset tamen responderi ad istud nõ discedẽdo à prima opi. Bar. qđ in testamẽto uerum est, non in cæteris cõtractibus, & quo ad effectũ plenæ probationis, non semiplenæ, ut hic, imò qđ ualeret. d. casu conditum inter liberos, si superuenerit mors testatoris, & ipsũ notarius nõ recitauerit, ut dicit Bar. in. d. l. fideicomissa, in §. 1. per uerbũ fortè tamen, Gui. Papa decisio. 538. in fi.

Secũdo ob. quia aut ista intitulatio siue rub. totum tenorem instrumenti comprendit, aut partem, si totum, tunc plenè probabit, quoniam relatum est in referente. l. asse toto. ff. de hær. insti. si partem, nec plenè nec semiplenè, immò qđ nec præsumptionem faciet, ex quo nil actum dicitur, quotiens aliquid agendum superest. l. cum Sylla nianum. C. de his quib. ut indi. vnde in simili, gratia per solam supplicationem, literis nõ expeditis, in formis à Rota solet appellari, deci. 19. de concessione præben. in nouis.

Ad quod etiã potest responderi, qđ totum cõprehendit, qđq; plenam non facit fidem ex quo non erat extensũ, ergo semiplenam saltem, quia in simili (ut idem Bar. inquit. s.) in exemplo, si amissum sit nec appareat & amissio probetur, semiplenam pariter faciet fidem.

Tertio ob. quia uariatio testis dictum eius uitiat. l. qui falso uel uariè. ff. de testi. sed in instrumento hic posset esse uarietas, ut inquit & ipa, si sit secundum Bar. indemnitatis, à parte, uel à toto, purè aut conditionaliter, ergo uitiabitur pariter nec fidẽ ullã faciet intitulatio & rubrica pdicta. & ita de teste ad notarium arguit Bal. in. l. cũ proponebatur, col. 2. ff. de lega. 2.

Posset nihilominus pro sol. dici, qđ arg. nõ procedat, de teste ad notarium, ex quo is persona publica est, & quidẽ ab utraq; parte approbata, testis uero priuata, qui licet pro utraq; parte, ueritatem dicere debeat iux. no. in. l. 2. C. de eden. attamen contemplatione unius tantum examinatur, & deponit, sed dato qđ procedat, maximè auctoritate Bal. in loco pal lega. quæ non parua est, aliter respondeo, qđ cum à toto promissio & quidem simpliciter intelligatur, considerato maximè contractu præcedenti, arg. in. l. 1. in. §. qui in perpetuũ. ff. si ager. uec. uel emphi. pe. non poterit in eo uarietas cõsiderari, & difformitas, ut in cõtractu uenditionis, et eiusdẽ Bar. exẽplo Quarto ob. quia si notarius uiueret, non posset extensionem alteri comittere hodie. §. nos aũt. §. nos igitur, in authen. de tabe. l. generali. C. de tabu. lib. 10. Olim sic, ut in. d. locis legitur, maximè in. d. ti. de tabel. in prin. Spe. in. §. instrumentum, nu. 15. de instru. edi. & ad propositum qa electa est industria personæ, arg. in. l. inter artifices. ff. de sol. & ne officia promiscuis actibus confundantur. l. cõsulta diualia. C. de testa. Io. And. in addi. Spe. in loco præallega. in Ver. magistratus, ergo multo minus cum sit mortuus. l. relegatorũ. §. constitutum. ff. de int. & re. ergo nec plenam nec semiplenam faciet fidem, cum (ut dixi) nec possit extendi si oporteret.

Sol. stant ista simul quod extendi non possit, quodque fidem faciat saltim semiplenam, ex quo (ut dictum est) intitulatio seu rub. & promissio indemnitatis uniformis est Sed dico quod immò ẽt posset extendi hoc casu per hæredem, uel per aliũ iudicis auctoritate, ut per Spe. in loco præallega. nu. 12. & tunc faceret plenam fidem, ergo si nõ extendat saltim faciet, ut diximus, semiplenã.

Vltimo ob. quia instrumentum mutui in exẽplo Bar. ut potè potentior, uincit minus potentem. l. ob carmen. §. si testes. ff. de testi. & est regulare, ut ẽt per Bar. infrà, nu. 50. ergo uana dubitatio, an intitulatio seu rub. semiplenam probationem faciat, ut eam alleganti, & producenti deferatur iuramentum in supplementum probationis, arg. in. l. hæc stipulatio, in. §. diuus. ff. ut lega. no. ca. Quod longè est debilius cæteris, ex quo probationes non sunt directo contrariæ, sed diuersæ unum enim instrumentum est mutui, intitulatio aũt & rub. est promissionis indemnitatis igitur nec mirum, si deferri iuramentum potest, & id decidi de quo principaliter est qõ, & ita te-

104 nendum censeo. Verum † pro declaratione obiter, cum instrumenti promissionis indemnitatis fuerit facta mentio, per Bar. ut suprà, sciendum est uerbum istud reperiri in pluribus locis præsertim in. l. quæro, in prin. ff. loca. & in. l. 2. C. de fen. quæ si. cer. quanti. & in l. 1. C. de conue. fi. debi. lib. 10. Item quod promissor indemnitatis licet idem sit quod fideiussor, differt tñ ab eo. Et maximè in hoc, quanquam Alex. se inuoluat consi. 31. col. 1. & seq. uol. 4. quia tam ueteri quã nouo iure, in promissore indẽnitatis, prius debitor q̃ ipse excuti debebat, in fideiussore, nouo tantum. d. l. 1. authen. præsente. C. de fideiusso.

Item

Item si promissor indẽnitatis, renunciet beneficio de fideiussorib. nihilominus obiicit adhuc excussionẽ principalis debitoris, ut per Bart. in. d.l.1.&in.d.l.quæro.fideiussor.aũt nõ ita Spe.in ti.de renun.& cõcl.in.§.2. Vltimo, quia d.excep. ẽt post lit. cont. obiicit promissor indẽnitatis, secundũ Bal.in.c.ex rescripto, de iureiu.fideiussor uero non, ut declarat Cy.Sal.& Bal.in.l.exceptionẽ.C.de proba. & quanquã hæc omnia uera sint in se, ad casum tamen de quo hic scias applicari non posse, ut in exemplo Bar.

105 Quinto† quæritur quid de fuga rei, qñ.n. reperitur defectus in instrõ, in indictione, uel nomine Papæ, aut Imp. ut statim dubitat Bar.nõ disputo, qa iã ex.s.dictis decisum est, & ex eiusdẽ mente respondetur, immò ex mente glo. hic, & ĩ.l.in bonæfidei.C.de reb.cre.qđ facit semiplenã ꝓbationẽ, & ita ẽt ibi trãsit Cy.Bar.& Bal.Quos reprẽdit Ias.hic, in lect.dicẽs, eos errare, ex quo uerũ est in fuga speciali, qñ officialis, q debebat stare in sindicatu, fugit, quo casu loquuntur iura in glo. prædictis allega.& est uerum.

Sed possunt saluari oẽs qm satis est, quod fuga, quanquã casus sit specialis, faciat semiplenã probationẽ, ut possit deferri iuramentum in supplementum damnum passo.

Et ex alio dici potius, qđ erraris Ang.in.d. locis, hoc est in §.pe.unus.n.est ex alleg.in glo.in auth.de coll.dũ ait, qđ est ibi casus in quo ꝓ dãno illato credit sacrõ dãnũ passi, prout ẽt in.l.si.qñ.C.Vnde ui.quia creditur ex quo fuga præcesserat, quæ, ut diximus, semiplenã facit ꝓbationẽ.

Tamen replicari põt, si est casus specialis, qđ regulariter fuga non faciet semiplenã probationẽ.l.ius singulare.l.qđ uero ʒ.ff.de legi.c.præsẽti, §.loca, de præb.in 6.& quia limitata cã limitatũ producit effectũ.l.in agris, ff.de aeq.re.do. Et saluari gl.Bar. Bal. & Cy. quod ita intellexerint ex iurib.in gl.alleg.ut no.in.l. non solũ, in.§.si liberationis uerba.ff de lib.lega. Vnde idẽ Bar.hic & in.l lege Cornelia.ff.ad Sylla. aliquos cõsiderat casus, errat dum dicit plenã facere probationẽ, in.l consiliarios.C.de assesso in.d.l. lege Cornelia, nu.1.ĩ fi.qa re uera, ut adhuc Ias.declarat, non in officiali fugiente loqtur, sed in eo q ipsũ subtraxerat, & sua ope atque auxilio fugerat & tex.negari nõ põt, & primo si opponaĩ alicui ut delictũ qđ sine dubio plenã faciet probationẽ, ut in fugitiuo, & desertore militiæ, eo ipso.n.qđ fugit seruus, isq; militiam deserit, castigantur, de pœnis fugitiuorũ, habetu in.l. si fugitiui, C. de ser. fu.& desertorium in. d.l.desertorem. Et istę casus non habet dubium.

106 Sed ʒ † quia ut delictũ opponitur ẽt officiali & in casu de quo suprà, §.pe.s.in auth. de collat. & tamen semiplenam probationem facit.

Sol.facilis est, si dixeris non esse uerũ, quia officialis dãnũ dederat subditis, eo casu, debebatq; post depositionẽ cinguli. 50. dies in Prouinciis cõmorari, & mouentibus conuentiones aliquas respondere, hocq; delictum ei opponebaĩ, non fuga, ut delictũ, sed ut delictum probaretur.

Secundo igitur ɔsiderat Bar. si fama adducaĩ ad probationem alterius criminis, & sola suspi-

107 cio sufficiat, qđ fuga† suspicionẽ plenè pariter probabit.l.impuberibus.ff.de suspec.tu.§.fi. ubi casus clarus, quod si tutor datus copiã sui nõ faciat, eo ipso ut suspectus remoueĩ. Adde qđ ex fuga arguitur dolus, ut signãter ꝑ tex.in. d.l. impuberib.inquit Bal.cõs.432.col.1.uol.1.ob dolũ aũt remoueri põt, immò qđ remotus quoque efficitur famosus.§.suspectus aũt remotus, inst. de susp.tu.ergo fuga plenè probabit & tutorẽ remouebit, & istæ etiam est sine difficultate.

Tertio & ultimo considerat Bar. eo casu quo requiritur plena probatio, qđ aliqualẽ faciet prę sumptionẽ, nõ probationẽ plenã uel semiplenã, & hoc ipsum probat ꝑ tex.in.d.l.lege Cornelia, ĩ fi.prin.ff. ad Sylla. ubi si dominus occisus sit, & serui ante.q.fugiãt, capti ex uinculis cãm dicũt hoc est in carcerib.existẽtes nõ extrà, fideiussione præstita.l.pe.§.ad crimẽ.ff.de pub.iud.& conuicti ɔdẽnantur, ergo nec plenã nec semiplenam facit probationẽ, põderãdo uerbum cõuicti. Et idẽ in.l.1.in.§.fin aũt.C. de rap.uir.ubi raptores uirginũ, si post perpetratũ facinus aufugerint capti, & conuicti legitimis probationib. debent

108 pœnis grauissimis castigari.†Immò qđ nec facit indiciũ ad torturã ex quo nemo est qui eam non timeat, unde iustè facit si timet secundum Bar.in.l.1.in fi.ff.de bo.eo. qui sibi mor. consci. Cy.in.d.l.1.C.de rap.uir.Bald.consi.515.col.2. vol.5. dicens qđ sæpe quis sub iusto clypeo perit.testatus amplius, uidisse aliquẽ, qui non erat culpabilis capite puniri, & posteà eũ q erat culpabilis, inuentũ fuisse, & punitũ pariter, de quo

109 est casus in.l.q seruũ, ff.de int.ac.ubi passio† innocentis, nocẽtẽ à pœna nõ liberat, ego latè apophteg.3.ex quingentis prioribus.

Sed uidereĩ dicendũ, qđ immò faciat semiplenã probationẽ, quia inter sex species hmõi est enumerata, de quib. ꝑ Spe.in §.fi.in.fi.de proba. & ut in simili arguit glo.in.l.in actionib.ff.de in lit.iu.& in.l.in bonæfidei. C. de pac.Sol.uerũ est in casu speciali de quo ibi, & in.§. pe. in auth.de colla.& dictum fuit suprà ergo nõ regulariter.

Secundo tñ probatur, quia fuga hẽt uim confessionis.l.consiliarios.C.de assesso.Confessio facta absente parte facit semiplenam probationẽ.l.capite quinto, ff.ad legem Iu.de ad.ergo.

Sol.habet uim confessionis.d.casu, ut suprà, ergo non regulariter.

Tertio probatur, quia non est sufficiens probatio malefícii.l.siquis in graui. §. utrum, & ibi Bar.in fi. ergo semiplenè probabit, ex hacq; inductione, hoc ipsum innui uidetur.

Sol.sub hoc uerbo probatio, plena & semiplena comprehenditur argu.in.l.2.ff.de adop.ergo erit sensus, quod non sit sufficiens probatio, uel plenè uel semiplenè probet.

* Cõiter * tñ tenetur ut dicunt Ias. & Ripæ hic, qñ faciat indiciũ ad torturã Iac. Belui. multa de qõ.in prin. si maximè post delictũ cõmissum fugit,ut p Bart in.l.fi.nu.5.de qõ. & post Aret. in tracta.malefi.in uer.qđ fama publica nu.46.qui tñ hoc non dicit sed Bar. simpliciter refert ut hic & in.d.l.lege Cornelia.Nisi fuga ad propositũ,& dató qđ uera opi. sit, posſit aliqua probabili cã colorari,& ut latè tradit Brunus in tracta.de indi.& tor.in.1.q.col.8.& 9.Et dictũ mirabile est, qđ si fugiens reuertatur cã purgandi suã innocẽtiã, ipsam fugã purgat quoq; p iuramentũ, qđ ob aliqua iustã cãm fugit,ut per Cy.in.l.1.in.fin. C.de req.re.Corn.consi.58.litera.q.uol.2.Bononien.in.l.qui falsam,nu.99.ff. ad legem Corn.de fal & in prati.sua in.§.diligenter.nu.43 & in singu.primis 115.Brun. in loco præallega.col.10. Boer.dec.215.nu.26.par.1.

110 Sexto quærit,qd in uno teste, † nunqd faciat semiplenã probationẽ,& ex eiusdem glo.mente, Bar & oĩum respõdeo qđ sic, quia si duo faciunt plenã.c.in oĩ,& dictũ fuit. .in discursu, de testi. necessario dicemus,quod unus faciat semiplenã.

Et est casus secũdũ eundẽ Bar.in.c. ex insinuatione,de procu.ubi reuocatio procuratoris probatur p unũ testẽ, cũ iuramento in supplementũ probationis,& ibi gl.ẽt no. & in.l.in bonæfidei. C.de reb.cred.Bellenz. ĩ tract.de charita. sub.q. 110.col.3. Ad idẽ allegat ẽt tex. in.c.fi. de suc. ab int.ubi dr̃,qđ ad probationẽ, unus testis non sufficit,& clarius in.c.licet uniuersis,de test.& ĩ.l.iurisiurãdi.C.de testi. quãtacunq; dignitate p̃fulgeat,ut ibi,ergo semiplenã faciet, & cũ iuramento,ut diximus,ad probationem erit satis.

Cũ declaratione tñ,inquit adhuc Bart.& pmo si testis prædictus fuerit oĩ exceptione maior,qm̃ si consanguineus,uel amicus,tunc secus, nec ad opinionẽ sed ad suspicionẽ potius,iudicẽ induceret,ut p gl.in.l.ẽt matris.ff. de proba. ubi esto qđ matris professio in probãda ætate filiorũ,recipiatur nõ recipiĩ tñ,ut unius testis dictũ, qa mater. Aliter dicit Bal.ĩ.c.quotiẽs,de test.qđ speciale ẽst ĩ cõsanguinitate & matrio,testes nõ reici,signãter per tex.in.d.l. ẽt matris.Melius in. c.iuramentũ,nu.23.de iureiu. quod qñ testis est suspectus non facit semiplenã probationem,sed probationem quãdam, credo quod uelit dicere præsumptionẽ,alias sic,eo tñ casu,quod duo, ut suprà,faciant plenam,à pro portione numeri.

Et in.c.1.nu.21.ut lite non con. quod pater & mater debent recipi ut testes cum qualitate affectionis, Old.consi.332 nu.1. Et quod nõ stetur dicto matris quia non est propriè testis tradit idem Bal.in.l.septimo mense.ff.de sta.ho.& hinc est,quod dictum eius,sicuti nec patris filio præiudicat.l.1.§.si quis,ubi idẽ Bar.ff.de Carb. edi. l. Imperatores. ff de proba. quodq; idem Bald. consi.19. col.3.uol. 5. appellat has probationes coniecturales.& latius Ias.hic in lectur.& in rep. Et quod debeat esse omni exceptione maior,quãdo nulla exceptione legitima repelli potest, reassumit idem Deci.consi.163.col.4. eo.lib.

Secundo declarat Bar. quod faciat semiplenã probationem,si plures haberi non possint, alias nõ,exemplum in fama,quæ multis nota est, nec per unũ testem tantũ probari põt. Dic tu qđ est casus pro ista declaratione in.d.c.ex insinuatione,de procu.& concludenti rõne probat ẽt Bar. quia sicuti non creditur exemplo quando originale produci potest,ita nec testis faciat semiplenam probationem, si alii examinari possint. Et cõcludenti dixi, quia de testibus ad instrumenta procedit arg.l.in exercendis.C.de fi.instru. & in simili arguit Bal.in. l. sancimus. C. de diuer. rescrip.quod exemplum exempli non probat, sicuti nec testis de auditu auditus.

Tertio declarat Bar. quod facit semiplenã p̃bationem,in casibus in quib. duo sufficiunt, alias non.Et probat per contrariũ ut suprà, quia si duo non faciũt plenã probationẽ, quia maior numerus requiritur, nec unus faciet semiplenã, & benè.l.1.§.huius rei.ff.de offi.eius.

Quarto declarat istud procedere, qñ duo sunt æqualis potentiæ, qm̃ si unũ esset altero potentius,tunc non facerent plenã probationem, nec unus semiplenam. Exemplum dictum & iuramentum,faciunt simul plenam probationem,& deberet suprà, dicta ratione, unum ex his facere

111 semiplenã,& tamen non facit,† quia dictum & iuramentum, non sunt paris potentiæ, sed unũ altero maius, & ut per eum fusius, dum alio ẽt exemplo istud probat, duorum florenorum, & floreni ac Anconitani. Quorum primum iudicio meo ineptum est, quia dictum testis ad iuramentum reduci debet, & quando unum est propter aliud,id unum tantum dici debet.l.qui libertatis.§.seruus.ff.de euic.l.asse toto.ff.de hæ. inst. Bal.in.c.licet,2.in prin.de testi.in terminis Rota deci.465.col.2. de testi. in nouis. in terminis nostris.nõ possumus igitur dicere duo non probant plenè,ergo nec unus semiplenè, tamen dictum in se uerum uidetur.

Et hinc considerat Bar. qđ qñq; est defectus ĩ numero qñq; in dicto, si in numero cõcludit,si duo testes dicerẽt,qđ testator, puta Titius, legauit mihi centũ,qđ nihil, probarẽt,nec plenè nec semiplenè,& benè, non plenè quia septẽ requiruntur.l.hac consultissima.C.de testa. non semiplenè,quia nec quattuor sufficiunt, à proportione numeri argentes, ut suprà, & à contrario.

Si uero dicerẽt qđ mihi reliqt centũ, corã septẽ testib.rogatis,tunc secus,quia facerent plenã fidẽ,si septẽ testes hoc dicerent, alias semiplenã.

Et p̃bat Bar.efficaci rõne, respõdendo rõni. ŝ.dictæ,quod.s. si quattuor non faciunt plenam nec duo faciunt semiplenã,hoc mõ deducendo. Probatio testamentorũ componitur ex duobus ex iure naturali siue gentium. s quod est ut in ore duorum uel trium stet omne uerbum, ut.ŝ. d.c.in omni,de testi.& solemnitate ciuili,quæ est

septem

septẽ testiũ, modo si hæc solẽnitas ciuilis subducatur, ut fit in testamento militis uel inter liberos, remanet ualida probatio ꝑ duos testes, ergo ẽt semiplenã facient probationem hoc casu, qm̃ istæ duæ pares solemnitas. s. iuris gentium & ciuilis faciunt plenã probationẽ, & sic habito respectu non ad numerum, sed ad d. solemnitates.

Considerando quoq; solẽnitatẽ iuris ciuilis semel affuisse, licet omnes (modo nunc) testes haberi non possint, usq; adeo (ut dixi) ut oĩno faciãt semiplenã probationem, & ut per eũ fusius, inq; iuribus ab ipso allegatis, & est ingeniosa & subtilis argumẽtatio. Attamẽ nihil ualet nec est uera, q̃a probatio non fit ex his solemnitatib. distinctis (indiuisibilis.n. est) sed ex fide testium, habito respectu ad numerum, quicquid ipse dicat. d.l. hac consultissima. C. de testa. Et quia totum istud iuri ciuili attribuitur, arg. ĩ.l. ius aũt ciuile. ff. de iust. & iu. si quattuor ergo nõ faciunt (ut dictum est) plenam probationem, non facient ẽt duo semiplenam, & ita transit Saly. & benè, in. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. col. 8.

Si uero (redeuntes eo unde discessimus defectus sit in dicto testiũ, exemplificando ut per eũ, si duo testes, dicãt qđ benè uiderunt mutuo dari alicui pecuniam, sed qđ de quantitate non recordantur, & per alios duos probetur qđ decẽ à creditore mutuo petiit, cõcludit, qđ ex his cõiecturis erit aliqualiter certus iudex, quãta fuerit pecunia, quodq; poterit deferre iuramentũ creditori, q.d. quia ex his semiplenè probatũ erat, & hoc ꝑ tex. in. c. ex literis, de iureiu. & ita ẽt Alex. hic dicit, & Ias. Idem Alex. cons. 69. col. 2 vol. 2. But. in. c. fi. col. 4. de iureiu. & nimirum ẽt, quia ex præcedentibus sequentia declarantur. l. Titia. §. 1. ff. de uerb. ob. l. item quia, §. fi. ff. de pac. semiplenè igitur probant quia alia præsumptione iuuantur, & consequenter, ut dixi, iuramentum in supplemẽtum deferetur. Vltra declarationes Bar. ad. s̃. d. de teste, modo alias ponit Ias. & quinto loco, ut uerũ sit qđ testis facit semiplenã probationẽ, si rõnẽ assignauerit sui dicti, ẽt à iudice non interrogatus, alias non, & rõ est, quia fides unius testis, exorbitat à iure cõi, usque adeo ut modicus ẽt defectus, eius depositionem uiciet, ita Bal. in. c. 1. in. §. sacramentum, col. 2. de cõsue. rec. feu. in usib. Ro. Alex. & Ias. hic, & est no. limitatio ad glo. ultra eos, in. l. solam. C. de testi. quia testis non interrogatis, non tenetur à se ipso rationẽ reddere sui dicti regulariter ex quo uerbo sus esse non debet, ut inquit Bal. in. c. cũ cã, nnu. 46. de testi. & est arg. in l. 1. ff. de ori. iu.

✱ Sed dubito licet dictum sit ✱ cõe, quia si duo faciunt plenam probationem, licet cãm nõ reddant sui dicti, nõ interrogati nõ est rõ cur etiam unus non faciat semiplenam, hoc casu.

112 Et quia in quibusdã, tenetur reddere † rationẽ ẽt non interrogatus, præsertim si deponat super notorio, ut per Abb. in. c. consuluit. 1. col. 1. de ap. Vel qđ aliquis sit ebrius, aut furiosus, uel si de adulterio, seu ualore rei probando, agatur, & breuiter in his quę non sensu corporis, sed iudicio intellectus percipiuntur, & ꝑ discursũ rõnis ut pulchrè ꝑ Inn. in. c. cũ cãm, de testi. fusius Bal. in. d. l. solã, col. 1. C. de test. qui firmant regulã ĩ non exceptuatis. l. quæsitũ. §. denique. ff. de fun. inst. Nec ob. quod exorbitet à iure cõi, quia verũ est ne plenã faciat fidẽ, sed non quo ad semiplenã. c. ex insinuatione, de procu. ergo faciet semiplenam, ẽt quod cãm non reddat, non interrogatus, tamen à communi dicto alias non recede.

Sexto declaratur, uerũ adhuc esse, nisi de probando indicio agatur, quia cum debeat probari per duos testes, nec isto casu semiplenã faciet ꝓbationem. l. fi. C. fa. erc. ubi glo. reputata singu.

Adde qđ immò si esset probatum per unũ testẽ, nõ modo non facerent semiplenã probationẽ, sed nec ẽt cũ aliis indiciis iungeretur ad probationẽ integrandã, ut per Bar. in l. siquis ex argentariis, in prin. ff. de eden. qui dicit qđ nũquã iunguntur species probationum inuicem, nisi quando unaqueq; est in suo esse perfecta. Bertr. consi. 258. nu. 8. vol. 1.

Et est declaratio indubitata, sed considera qđ in secundã Bar. incidit, nã sicuti ibi non facit semiplenã probationẽ, quando plures haberi possunt testes ita non facit hic, quia ad indicii probationem plures requiruntur pariter.

Septimo & ultimo, alia difficultatem non habent, declaratur procedere, si testis uerè & necessario cõcludat, non si præsumptiuè, quia tunc non faceret semiplenã probationẽ, exempli gratia, quia dicat scio quia sum uicinus, uel consanguineus, iuxta not. in. l. 1. suprà si cer. pet.

Quę declaratio quoq; indubitata uidetur, q̃a si est regulare qđ necessario cõcludat plenè. c. in præsentia, de proba. utiq; est ẽt necessariũ, si de semiplena agatur probatione, & tradit gl. in. l. 3. ĩ. §. 1. in uerbo si leuior. ff. de min. & in. l. non est uerisimile, in prin. ff quod me. cau. quas adducit Ro. hic citatus per Ias. consi. 91. col. 3. Et ex alio etiam quia speciale est qđ probet cũ iuramento. c. placuit, 18. d. ergo ne specialia multiplicentur oportet qđ necessariò & uerè concludat l. 1. C. de dot. pro. l. cum post. §. gener. ff. de iu. do.

Modo hinc dubitat Bar. & septimo loco quærit, si testis nõ à iudice examinatus sit, sed à quo-

113 dã notario extraiudiciũ, † an faciat aliquã fidẽ, & cõcludit breuiter qđ nõ, si põt sibi culpa imputari, cur nõ fecerit eũ examinari solẽniter, alias sic qđ facit aliqualẽ ꝑsumptionẽ, exemplificãdo in duob. casib. si testis erat in lõginquis partib. uel in articulo mortis, probat ꝑ tex. in. l. fi. C. de test. & auctoritate Azo. in summa in auth. de inst. ca. & fi. inducendo ut ꝑ eũ. & ipsum ad unguem refert & sequitur ut etiam inquit Ias. But. in. d. c. fi. col. 4. de iureiu.

In quorũ iurium inductione, Bar. uidetur sibi cõtrarius, quia dicit qđ ob mortẽ testis eius, attestationi creditur in. d. l. fin. & tamen hic dicit,

 quod

22 potest uel reum absoluere † quod intellige ex cā uel minoris, & sic pro parte etiam condemnare, quod habetur quoque, in. dict. lege uideamus in. §. deferre, in fi. supra. eodem & nimirum quia si potest condemnare in totum debet etiam posse absoluere, & ad idem cōdemnare pro parte. lege 3.ff.de re iud lege quæ de tota.ff.de rei uēdi.

Sed contra, quia alibi quis potest absoluere, & tamen non potest condemnare, nec in totum nec pro parte, in. lege. fi. C. ubi Sena. uel Cla.

So. speciale est ibi, ut per glos. in d. l. 3. Deci. hic dicit illud ideo esse, quia habebat potestatem absoluendi ex priuilegio, & dictum in se uerum est, quoniam reguraliter priuilegia sunt stricti iuris ex quo uiolauerant ius commune & strictè intelligi debent, nec ab eorum uerbis licet recedere.capitu.porrò.de priui.declarat Bal con sil 355. in princip. uolum. 1. sed non ad illum

23 text. ideo † dic tu quod loquitur in delegato principis, qui potestatem habebat limitatam, absoluendi tantum personas illustres, de quibus ibi si eas reperisset inculpabiles, & non condemnandi, quia tunc causa remittebatur ad principem, qui solum de Illustribus personis iudicat, ut per illum text. signanter dicit Gramma. decisio. 60. n. 22. Et est simile in legato Proconsulis, l. solent. ff. de offic. Proconc. & argumentum in. l. solemus, in. §. latrunculator. ff. de iudi. & in. l. in agris. ff. de acquiren. do. & dixi ego alias etiā in. l. 1. ff. de iu. o. iud. & ita limitata est iurisdictio, in territorio Brixiano, in loco uocato Valcamonica, ubi potestas Brixianus, solum absoluit, in causis criminalibus, accusatos, uel inquisitos, illos autem si culpabiles reperti sint, non condemnat.

24 Sexto nota, quod ob dolum solum † non etiam ob culpam, delatus iuramentum in litem, idemque dicitur etiā in. l. qui restituere. ff. de rei uen. Culpa autem sufficit, in iuramento ueritatis, quo casu loquitur uer. seq. patet quia promissor fuit in mora & sic culpæ ratione defertur, quandoquidem sine delatione iudex æstimare non possit rem non extantem; & ita transit Deci. hic. Ias. uero (quod loquatur de iuramento ueritatis, planum est, & opi. * communis tenet aliter quod immò deferatur, quia difficultas probationis prouenit dolo aduersarii, cum fuerit in mora.

Et pro eo facit, quia mora est delictum, ut noni

in. l. quod te. supra. si cer. pe. l. inter stipulantē. §. pe. ff. de uer. ob. Et uidetur casus quem Moder. in præalle. tracta. par. 2. n. 1 . adducunt, in l. in bonæfidei. ff. de pecu. ubi pater qui pōt restituere rem, & nō restituit est in dolo. & ita ēt ego tenui alias, nunc palinodiam recanto. Et teneo opi. Dec. quia si iurat actor secundū affectionē iam nō pōt hoc idem ex alio esse, nisi ob dolum aduersarii, ergo cū hic de ueritate iuret tantum nō requiretur dolus, sed culpa sola sufficiet. Nec facit qđ mora in exēplo prædicto, sit dolus aut delictum, qm̄ non est uerū, alias non iuramētum ueritatis, ut suprà, sed affectionis diceretur, & dato quod sit delictū, est delictū negligētiæ, & culpæ. l. mora. ff. de usu. Ias. in l. si mihi, & tibi, in § 1. col. 1 ff. de lega. 1.

Et minus tex. in d. l. in bonæfidei, quia ibi agebatur de iuramento affectionis, expresséq; liquebat patre dolo uersatū in restitutione, igitur nec mirū si sola culpa nō sufficit, & est arg. in d l. qui restituere. ff. de rei uen. Sed qūo Ver. iste planè aduersatur præcedentibus, cum præcedentia in iuramēto affectionis loquātur, hic aūt in iuramēto

25 ueritatis, oportet. n. quod sint eiusdem † generis. l. mariti. §. fi. & ibi Barto. ff. ad legem. Iul. de adul. hanc difficultatē non soluo nūc, quia dicemus, in glo. planè ubi Deci. multa Noto ergo septimo, &

2 & ultimo, ut in l. seq. dicitur quod in † actionibus stricti iuris, simpliciter, nō solet iuramentū deferri, exēpli gratia ex stipulatu uel ex testamēto, qđ declara, ut suprà, nisi pp accidens efficiātur arbitrariæ. Et quoad actionē ex testamento aliàs, licèt sit huiusmodi, quod tamen se aliquando habet ēt ad instar actionis bonæfidei, iuxta not. in l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. resti. nō est ne. ex quibus omnibus textualia sint breuiter expedita. In gl. 1. in prin. dum dicit quod largè uerbum in actionibus, dēt intelligi, ex quo nō propriè actio

27 in † rē dicitur, sed petitio. l. actio in personam. l. actionū genera. ff. de ac. & obl. Adde quāuis, I. C. impropriè aliqñ loquantur, quod tñ propriū ipsorum est propriè loqui, ut per Bar. in l. decē, nu. 6.

28 ff. de uerb. ob. quæ † autē sit impropria, & propria loquutio ex multis declarat Bal. in l. fi. col. 6. C. de hær. insti. Et ad propositum, quando impropriè loquuntur ut hic, saluantur, quia uerba deseruiūt intentioni non è contra, intentio uerbis. l. scire leges. ff. de legi. c. intelligētia, de uer. si. c. 2. requiris de ap. Sed quare non sic saluatur libellus, & eadē ratione, uerbis impropriis ac ineptis conceptus, l. r. ff. si men. fal. mo. di. l. 1. ff. de offi. asse?

Sol. quia solis legislatoribus potestas data est abutendi, & impropriè loquendi, non etiam priuatis. l. ueteres. ff. de ac. emp. Saly. in l. 2. col. 2. C. eo.

29 Quod modo † actio in rē impropriè dicatur actio ex alio probat Ias. quia non conuenit diffinitioni actionis, ut inst. de ac. in prin. Retorquet arg. Deci. quod immò conueniat, ex diuisione quam ibi pōst diffinitionē facit Imp. quod actionū quædā sunt in personā quædā in rē. Et malè, qm̄ conuenit impropriè non propriè. l. quis sit fugitiuus. §.

Erronem.ff. de Aedil.edic.

Subiicit rursum Deci. quod propriè actio est in rem & sic secundū quid, sed nō absolutè actio.

Et rursum malè, quia si actio in personam est propriè actio, impropriè erit actio in rem, & sic inductio quoque falsa secundum quid.

Verum aliud est quod magis urget, quia actionis uerbo, continetur in rem & in personam, utilis, directa, & pręiudicialis.l.actionis uer.ff de actio. & ob.ergo propriè, primum ex regu. l. iam hoc iure.ff de uulga.& pup.sub.deinum quia dicit cōtinetur ex propria significatione uocabuli non ex extentione, ut inquit Bar.in.l. cui eorum.in.§. affinitatis.ff.de postu reprehendendo gl.in.l. Gallus, in.§ instituens.ff de lib.& posthu.

Sol. id uerum est regulariter & in dubio, sed non semper & in casu claro, ubi habemus legem secus dicentem, adduciq; simile potest, quia sic etiam hæredis ap.continetur bo. possessor.l.hæreditatis ap.ff.de uerb. sig. & tamen bono.possessor non est hæres, propriè.l.2.ff.de bo.po.& idem in.l.liberorum ap. dicitur. ff. eo. ubi liberorum ap. nepotes continentur & tamen, non sunt propriè liberi.l.si maritus.§. legis Iuliæ, & ibi Bar.ff. ad legem Iul de adul.

In ea.glo.ibi, item nunquid, dum similiter rationem assignat, iurari in litem, etiam in aliis realibus, quia Iure Con.dicit actionibus in numero plurali. Videtur mihi quod non concludat, quia non simpliciter dixit in actionibus in rem ut not. in simili, in rub.insti. de actio. Sed in actionib. in rem, & ad exhibendum. Vnde melior erit si dixerit, ex mente scribentium in aliis etiam iurari,

30 † quia indefinitè locutus est, & indefinita legis æquipollet uniuersali uulga.l.si pluribus. ff.de lega.2. plus subiicit Deci quod tex.in glo.alleg.in.l.si fundus, in.§.in uendicatione.ff. de pigno. Vniuersaliter loquitur, ibi sicuti in cæteris in rem actionibus, & est uerum, sed hic non ita dicit, & propterea uidebatur ratio satis concludens. Tamen considera quod non sit indefinita locutio, ex quo non dixit Iurison. in actionibus in rem, sed in actionibus in rem & ad exhibendum. Ideo solidior erit cæteris ratio, quod iuratur etiam in aliis realibus, quoniam exempla non restringunt regulam ut dixi.supra.§. hactenus, insti.de gradi. Tolle simile in.l. singularia, supra, si cer.pet. ubi multa sunt specialia in mutuo & tamen ibi duo tātum enumerantur. Et in.l.traditionib. C. de pac. ubi plures sunt modi quibus dominium transfertur, & tamen ibi non enumerātur nisi duo. Et hoc est quod dicebat Bal.in.l.de quibus, col.14. ff.de legi.quod quando plura sunt eandem rationem habentia, si de aliquibus fiat mentio, fit exemplariter, non restrictiuè.

Vel dicamus, quod in aliis similibus, iuretur in litem, quodq; actionis in rem & ad exhibendum tantum mentionem fecerit, ut breuitati consuleret.l.ii.ibi paucis agam.ff.de præscri. uer. l.ita uulneratus, ibi unum dixisse contentus ero. ff.ad legem Aqui. & l.2. ibi uerbosos commentarios facere non intendimus.ff. de ori.iu.

Vel & ultimo, quod realis tantum mentionē fecerit, & ad exhibendum, utpotè frequentiorū cæteris, immò quod perinde est ac si realis tātum mentionem fecisset, quia illa istius præparatoria est, ut dictum fuit suprà, & ad propositum diximus in rub.si cer.pet.facit glo.in.l. 1.cum similibus. C.de nisi agge.non rum

Cætera de quibus hic per Deci.non tango, quādictum pariter fuit suprà, & dicetur etiam infrà, loco suo, si oportuerit, quoad requisita, maximè in actione reali, si possint etiam considerari in psonalibus, affectio scilicet & contumacia.

Glo.ad exhibendum nihil habet allegat tātum concordantem, & sunt in tex.expedita.

Gl.in bonæfidei, in prin.dum allegat pro concordanti tex.in l.3.in.§.in hac.ff.commo. dic nō facere, quia loquitur in iuramento ueritatis. Minus facit tex.in.l.sed & si lege, in.§. hæc uerba.ff. de peti.hær.quia loquitur in reali. Solum igitur facit tex.in l.si cui.in.§.si.ff.loca.& dum loquitur de actionibus contrariis, declarando tex. in. l.ei apud quem. ff. depo. ut & nos satis in figuratio-

31 ne casus, suppletione indiget, quo modo † cognoscantur, ideo Dec. multa remissiuè adducit, & potissimum glo.singu.eamq; Ias.ante eum, in.l.consensu.ff.de ac.& ob. Adde tu pulchrè Alex. cons. 214.col.2.uol.7.

Sed est dubitatio, in actione depositi contra-

32 ria, † non deferri iuramentum, ex quo agitur nō de perfidia, sed de calculo depositarii, deq; eo indemne conseruando, ut in.d.l.ei apud quem, & in q.actione.ff.eo. diximusq; pariter suprà an deferatur, si de fide supra ageretur, glo.in.l.si pignore, in.§.si post, in uerbo tenetur, ff. de pi. ac.dicit qd

* sic & est * communiter approbata, ut hic per Alexan.& potest exemplificari, ut ibi; si post distractum pignus, qui precario rogauerat uel conduxerat, pignoris possessionem non restituit, & ita tenet etiam Ias. Et probat l. pari tex.à contrario sensu, in.d.l.ei apud quem

Glo.uero in.d.l.furti in.§.si.ff.de his qui not.infa. contrarium sentit à suprà dictis relata simpliciter, & sic pugnant istæ duæ gl.& istam opinionem negatiuam tenuit Dec.hic ut ueriorem.

Motus quia in.d.§.si post, nihil dicitur de iuramento in litem.

Et quia non agitur ibi de contraria actione sui natura, sed accidentaliter, & largo modo, ob conuentionem debitoris precario rogantis uel conducentis pignoris possessionem.

Et quia ibi non dicitur contraria actio, sed contrarium iudicium, quasi hoc respiciat personam creditoris agentis contra debitorem ex noua conuentione.

Et quia illa propriè est contraria actio quæ uenit in consequentiā directæ absq; aliqua alia cōuētione, quęq; pducitur à lege, ut q. principaliter gratia alterius obligatur cōseruet indēnis, exempli gratia

in

in deposito,& ll. præallega. actione scilicet, & ei apud quem.ff.dep.ne officium suum sibi sit dãno sũ.l.sed si quis ex signatorib.ff.quemad. test. ape.

Et quia deniq; in.d.l.ei apud quem, id dicitur per modum rationis.

Tu à cõi non recede, & à gl.prima in.d.§. si post nec ob.qđ ibi de iuramento in litẽ nihil dicatur, quia dr̃ & sic deciditur ex aliis legib.l.non est noũ.l.sed & posteriores.ff de legi. c. super qõnum in prin.de offi.deb.

Et minus quod ibi non agatur de contraria actione nisi largo modo, quia satis est quod agatur de perfidia non restituentis.

Non ob. quod dicat I. Con. contrarium iudi-
33 cium,& non contrariam actionem & quod † contraria est propriè illa quæ uenit in consequentiã directæ,qa satis est mihi qđ dicat 3rio iudicio teneri debitorem, non ad restitutionem, quia tunc ageretur interdicto de præcario, uel hypotecaria, ergo ad interesse, quanti creditor in litem iurauerit.

Non deniq; & ultimo,quod in.d.l.ei apud quẽ id dicatur, per modũ rõnis, quia uerũ est, sed tñ nõ uideo quid ob.cur non colligatur à 3rio, si de fide rupta agatur quod in litẽ iurabitur, maximè quia subauditus intellectus est,& ex cõiecturis.l. apud antiquos.C.de fur.c.cupientes.§.qđ si p uiginti de elec.in.6.not.in.l.1.ff.de offi.eius & maximè quia(ut dicebam.3.post Bar.tñ hic nu.10.& in.l.si cũ dos.ff. sol ma.) regula est qđ in omnib. actionibus, qualiscunq; sit si res ad mandatũ iudicis nõ restituatur,quod.d. iuramentum defertur, & sic à communi non discedemus.

In ea.glo.ibi, sed speciale est &c.habes in actio
34 ne † ex empto regulariter in litẽ non iurari ut ẽt diximus in figuratione casus quia uenditor soluẽdo interesse liberatur, tñ subiicit postea qđ nulla lex istud ipsum uetat, quodq; idem uidemus in actione de dote & similibus,forte ad propositum qñ idem uenditor habet facultatem tradẽdæ rei, & mandato iudicis,nõ obtẽperat, & est cõis opi. * ut ẽt hic p Bar.nu.5. Et qđ in actione ex empto ueniat interesse singulare hoc casu,tenuit Azo.in summa de ac.emp.col.1.& gl.in.l.1.ff. eo. Immò quod tex.istud præsupponit ibi dum dicit hoc autem interdum precium rei egreditur, & istud etiam * communiter tenetur.

Verum contra utrunque dictũ instant Doc. & præsertim Deci.quoad primum,qđ interesse singulare in.d.actione non ueniat, quia precia rerũ non ex utilitate singulorum perpendi debent,sed cõi omnium æstimatione.l.precia rerum.ff ad legem Aqui.l.si seruum.ff ad legem Aqui.

Et quia nulla specialitas in tali actione considerari posse uidetur. Respondendo exinde ad tex. in.d.l.1.id esse uerum in interesse cõi, inq; eo. d. uerba uerificari, quia poterat res plus ualere tempore, moræ,quando eo tempore quo agebatur, iux.not.in.l.uinum supra,si cer.pet.

Sed tu ab opin. cõi non discedas, Nec ob.primum quia.d.regula uera est quando dolus aduersario imputari non põt,ut hic, dolus aũt uenditori imputabitur si iudici non obtẽperauerit, ergo in litem iurabitur,& sic secundum affectionem iurantis condemnabitur, ut hic rursum dicitur & in.l.qui restituere.ff.de rei uend.

Et ista est specialitas, quæ in actione ex empto considerari potest,quoniã alias(ut diximus præstando interesse liberatur, & sic secundum etiam sublatum est.

Nec ob. responsio tradita ad text. in. d. l. 1. quia ipsum uiolat,nec ibi de mora ullum est uerbum,ita ut uerior sit intellectus,quod de interesse singulari loquatur.

Secundo, redeuntes unde discessimus, instat Fulgo.contra secundum dictũ, quod indistinctè non iuretur in litẽ in actione ex empto.per tex.i. in.l. si traditio C. de ac. emp. ubi si non tradiderit, condemnatur quanti interesse fuerit arbitratus iudex, ergo non quanti in litem iurauerit emptor.

Sed potest responderi, uerum esse dummodò ei dolus imputari non possit quia mandato iudicis nõ pareat ut suprà. Vel dic . rbitrio iudicis intelligi taxando.2.instat qđ iuratur in litẽ,quandò non restituitur res, uel non exhibetur ut hic,uerum in actione ex empto agitur de re tradenda.d. l.1.ff. de ac emp.ergo.

Sol. differentia uerbalis est,& non realis, & cõtra tex. in.l. qui restituere . ff. de rei uend. igitur non sequenda.

Vltimo instat,quia in titu.de ac. emp. de iuramento in litem non fit mentio.

Sol. satis est quod hoc ipsum ex aliis iurib. declaretur,ut hic & in.l.si cui in.§.fi.ff. loca. Vel dic quod immò fiat in.d.l.1. de ac.emp.ut suprà,&ita transit etiam Ias.& Deci.& sic sibi ipsi contrarius, quia suprà tenuit non dari interesse istud singulare, in actione prædicta. Et facit (ut dicebam proximè quoque) dictum Bar.infrà, nu.10. & in.d.l.si cum dos sol. mat.

Glosella Iudicis nihil habet, solum remittit se pro sol. ad contrarium. §.oportet in authen.de iudicibus ad dicta in. l. uideamus, in.§.fi.suprà, eo.in quantum hic dicitur, quod postquam iuratum fuerit licebit iudici, uel reum absoluere,
35 † uel ipsum minoris condemnare, ibi uero, quod inde taxatio nulla fieri poterit, quod loquitur in iuramento expensarum, nos uero de iuramento in litem. Considera tamen quod diuersificat casum & non assignat rationem diuersitatis, & malè. l. si libertus minorem, ff. de iur. patr. Ideo dici potest, illud esse ratione incertitudinis, istud ratione affectionis,ut per Ange.in d.§. oportet,in prin. Et quia licuit hoc casu etiam eidem à principio non deferre,ut hic, haud considerabile in expensis.

In gl.nõ ẽt in prin.inquantũ dicit,de leui,& leuissima clarũ esse nõ deferri ob id,iuramẽtũ i litẽ benè loquitur,sed dubiũ est qđ in lata,& breuiter

36 cōcludit ēt quod neque hoc casu in litē, iuretur, * † hoc est p p latam culpam, & est opin. * cōis.

Pro qua Alex. adducit rationē, quia ubi agitur de pœna, & lex facit mentionem de dolo, ibi nunquā uenit lata culpa. l. 1. in prin. & in. §. si quis. ff. ne uis fiat ei. l. 2. §. hac actione. ff. ui bo. rap. c. si qs suadente diabolo, 17. q. 4. iuncto. c. si uero, 2. de Sen. excō. Bar. in. l. quod Nerua. col. 7. ff. de po. sed hic in pœnam dolosi iuratur, ergo, & ita transit etiam Bar hic nu. 1.

Nititur tamen Deci. contrarium tenere, quia fit mentio doli in. l 1. in. §. hæc actio. ff. si men. fal. mo. di. & tamen uenit etiam lata culpa.

Et idem in. l. quæsitum, in. §. cum quoque, in fi. ff. de preca.

Et in. l. 1 in prin. & in. §. non autem. ff. siquis te sta. lib. esse iu. fue.

Et quia, ut inquit glo. hæc, culpa æquiparatur dolo. l. quod Nerua. ff depo. l. magna. ff. de uer. si.

A prima opi. non discedo, maximè cū tex. noster, dicat ob solum dolum, & subiiciat plus hæc uerba, non ēt ob culpam latam intellige, de qua tātum erat dubitatio. Et quia de lata culpa mentionē facit lex qñ uult ut ueniat. l. 1. C. de po. l. si ut certo. §. nūc uidendū. ff. cōmo. clarior in. d. §. cū quoque, & aliis ut. s. hic autem factum non est, sed, ut dixi contrarium potius, ergo.

Et quando tex. noster etiam non dixisset, quia aliquo casu speciale est ut ueniat, sicuti statim uidebimus, declarat quoq; Por. in. §. suspectus aūt, ad fi. insti. de susp. tu. in contrarium erit d spositio iuris cōis. l. ius singulare. l. quod uero cōtra. ff. de legi. l. quæsitū. §. deniq; ff. de fun. inst. & multo magis cum dixerit hic.

Et ita tenet idem Alex. ex his ēt, cons. 65. co. 3. vol. 1. & cons. 41. col. 3. uol. 2. Ex quibus, ad ɔ̄ria adducta per Deci, pariter rūdeo, qđ idcirco uenit lata culpa, ibi, quia expressum est, & fuit sol. Bar. in. d. l. quod Nerua, & uerissima quidem.

Nec eiusdem Decii replicatio ob. contrariū tenentis, qđ immò. d. iura fundantur in cōi regu. quæ est quod lata culpa æquiparatur dolo, quia id pcedit ubi agitur de cōmodo pecuniario, ut hic p gl. & qa si hoc uerū esset. d. casib. non fuisset necessariū culpę, mentionē facere. Minus ob. rursū, qđ alleg. pro cōi loquantur de culpa leui, quia non est uerum, & quando etiam uerum esset, mihi est satis probari hic, inducendo ut suprà quod ob solum dolum, non autem ob culpam deferatur.

Et ad propositum subdit gl. quod sicuti p p so
37 lam † contumaciam, quis potest excommunicari, ita iurari potest in litem propter solum dolum ut hic satisq; probatum fuit proximè.

Quam æquiparationem bonā non esse dicit Deci. quia cōtumacia in excōmunicatione est in non comparendo, hic uero in non parendo, postea declarat, dic ut p eū. Et tu amplius qđ æquiparatio est in hoc, an sicuti p solā contumaciā pōt qs excōicari, ita possit debeatq; iuramētū in litē deferri ob solū dolū, & dr̄ qđ sic, ut. i. unde esto qđ ex alio quoq; differant, nō tamē differentia est, quæ æquiparationem tollat, iuxt. no. in. l. de quibus. ff. de leg. Bal. in l. curatoris, col. 2. C. de nego. gest.

Tertio dicit gl. quod nec ēt lata culpa dolo cō
38 parabitur, † quantū ad pœnā corporalē. l. in lege Corn. ff. ad legē Cor. de Sica. maximè, addas tu, qa hoc ipsum ibi exprimitur, ut hic, & cū hoc dicto trāsit ēt Dec. dicens tñ, qđ de lata culpa non loquitur tex. ille, de directo contra ipsius uerba, quæ, sunt in lege Cornelia dolus pro facto accipitur. lata culpa aūt pro dolo, non, quare si quis &c. Bar. in. d. l. quod Nerua. nu. 17. de po. & ita dicit ēt Por. limitādo reg. in. d. §. suspectus, ī fi. inst. de susp. tu. & gl. i. l. 1. ff si men. fal. mo. di. & Bal. in. l. data o pa, col. 2. & 3. C. qui accu. nō po. & cōsi. 314. in fi. vol. 1. Alex. consi. 19. col. 4. vol. 7. & Bart. in. l. 1. in. §. 1. in prin. ff. siquis testes. lib. esse ius. fue.

39 Et pulchram. † q. decidit Pau. Cast. in. l. si duo, in fi. ff. de acq. hær. si publica uox, & fama sit aliquem bannitū, fuisse liberatū, isq; interficiatur, qđ occisores de homicidio, puniri nō debēt, & potissimū hac rōne, quia quantū ad pœnā corporalē, lata culpa nō æquiparatur dolo, cuius decisionē refert & & sequitur idem Deci. consi. 327. in fi. uol. 2.

40 Est uerū qđ sunt aliqui casus † in quib. ēt lata culpa dolo comparatur, præsertim in. l. siquis aliquid, in. §. qui abortionis. ff. de pœn. ut puta in poculo amatorio, si inde mors sequatur, & nimirum quia res est mali exempli, ut hic per Ias. & Deci.

Adde tu aliā rōnē, quia culpa ibi erat ordinata ad casum, cum amatoriū poculum sit ueneni species. l. 3. §. 1. ff. ad legē Cor. de Sic. & plus sit aliquē ueneno extinguere q̄ gladio. l. 1. C. de Malef. Et ad terrorē ēt ita, ibidem decisum, ut alii ab hoc crimine abstineāt. l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. declarat Sal. in. l. 1. col. 3. C. ad legem Cor. de Sica. ad ppositum non prætermittentes, ut Crimini refert, quod Lucretius poeta, sumpto amatorio poculo furore percitus, se ipsum interimit, qđq; non abre dubitauit inde Albe. in rub. de hær. C. col. 3. an sit crimē hæresis, q. tñ decidit postea qđ non, sed tñ quod graue est, ut diximus, separatū, ab illo, & pro quo, alia etiam delinquenti imponitur pœna.

Tamen huic hæretico scilicet, ultimum imponitur supplicium. l. Arriani. C. de hæret. & pari modo illi qui dederit poculū amatorium, ut signāter dicitur in. d. §. qui abortionis.

41 Sol. hæretici † comburuntur ex consuetudine, quæ ultimū suppliciū interpretatur hoc modo, & ortū habuit à uerbis Io. in euan. c. 15. ibi, siqs in me nō mãserit mittetur foras, eum colligēt, & in ignē mittent, quod ēt declarat Aret. in. l. cunctos. populos, in 4. not. C. de summa tri. & fi. catho.

Alius rursum est casus secundū prædictos, in quo lata culpa cōparatur dolo, si magna negligen
42 tia custoditas personas miles amiserit † ut in l. milites. ff. de custo. reo. & in. l. fi. eo. tit. & in. l. ad cōmentariensem. C. eo.

Adde istud etiam esse quia lex ita statuit, quod eadem pœna puniatur, scilicet si magna ipsius negli-

negligentia, ut diximus, ne dum si dolo hoc eueneritt. quod ortum habuit quoq; ab his quę dicuntur.3.Regũ.c.20. quia dimisisti uirũ dignũ morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius. Susius Boer. decisio.217. col.2. & 3. par.2.

Vel melius ut inquit Bar. in q. Lapus, col.2 qđ tenetur de lata culpa, quia æquiparatur depositario.l.1.ff.depo. depositarius aũt præstat dolum & latam culpam.l.1.C.eo. ergo.

Vel ratione suscepti officii, in quo uidebatur se peritum profiteri & ad diligentiam obligasse, iuxta nor.in.l.2.ff.quod quisq; iu. Saly.in.l.1. col.3.in fi. C.ad legem Cor.de Sica.

Aliud & tertium casum addit Deci. si quis se
42 peritum profiteatur, † & iuris ignorantia aliquẽ ultimo afficiant supplicio, ut retorquatione patiatur, quia in lata culpa esse uidetur, per no.in.d.l.2. & benè sed quia pro rõne ad dictũ proximè, post Sal.in.d.l.1. ipsum adduximus transeo, maximè quia idẽ Deci. de Sal. mentionem non facit.

Et idem in medico imperito si se peritum pro
43 fiteatur, † & infirmus moriatur, dicebat Flo.in.l.idem iuris in.§.mulionem.ff.ad legem Aqui qđ ultimo debet affici supplicio, ex not.in d.l.2. quẽ referunt & sequuntur Bononien. in. d. l. in lege Cornelia, in prin. eritq; etiam casus quartus.

Quartus & ultimus est in.l.pe.ff.de incen.rui. nauf. ubi si incendium ab aliquo dolo aut lata cul
44 pa factum sit, ipse pariter † erit comburendus. l. qui ædes.ff.eo.

Et hoc fortè in odium harum personarum, qa consentaneum est quemadmodum aliis ignis mortem preparant, ut eã ipsi quoq; recipiant.l.1 & toto ti.ff.quod quisq; iu. Ange.in tracta. malefi. in uerbo incendiario, in prin. plenè. Tamen alium & sextũ adde casum, in.l. qm̃ multa facinora. C. ad legem Iu. de ui. ubi accedens ad aliquem ut eum expelleret si inde mors sequatur, est in lata culpa, quia scire hoc ipsum debuit.l.quod te.ff.si cer.pe ta.& tamen ultimo afficitur supplicio.

Et non ab re, ut dicebamus in primo, qa culpa erat ordinata ad casum, ut ibi per Sal. in 4. oppo.

Sed ad gl redeuntes, si de corporali pœna agatur, quod lata culpa non æquiparatur dolo, quæ-
45 ritur, pone quod statutum pro homicidio, † pęnam mortis imponat, an intelligatur dolo commissum, nec culpa sufficiat, Bal.in.l.data opera, co.3.C.qui ac.non po.tenet quod sic, & alii hic re lati, per Ias.& Deci.& ✠ est communis opi.

Et uera ex eo potissimũ, quia recipit interpretationem passiuam, à iure cõi.l.1.§.lex Falc.ff. ad legem Fal.Bar.in.l.omnes populi in.6.q. principa.ff.de iusti. & iu.gl.& Docto.in.l.2.C.de noxa. sed de iure cõi, non punitur quis nisi p̃p dolũ ut. s̃.d.l.in lege Cornelia.ff.de sica.l. 1.C.eo. ergo.

Et ideo inuehitur Pau.Cast.in.l.1. ĩ prin.C. ubi Sen.uel Cla.in iudices ignorantes, qui non distinguunt latam culpam à dolo, quiq; non recedũt à uerbis statuti, dicentes qđ non animus sed factũ attendi debet, & malè, p̃ supra dicta. Verũ ʒ, quia statutũ dẽt aliquid operari ultra ius cõe.l.si qñ.ff. de leg.1.c.si Papa, de priui.in 6.Bar. in.l.4.in.§.prętor ait, nu.15.de dam.int. hoc casu aũt nihil oparet, ergo Sol. tolerabile est, ne quis indebitè dãnũ patiatur.l.fi.§ in cõputatione.C.de iu.de. ubi idẽ Ias. multa quicquid hic dicat. Et maximè hoc idẽ hẽt locũ hic, qm̃ de dãno nõ est in specie cogitatum, ita Gozad. Bono. consi.5.nu.7.sed hic indebitè damnũ pateretur homicida, si de homicidio teneretur p̃p culpã, ergo. Põt ẽt rñderi, tolerabile ne q̃s indebitè dãnũ patiaẗ, maximè si sit magnũ, ut hic, ut p Bar.in.l.1.C.quorũ bo.& in.l.fi.C.de edic.di.Ad.tol.Idem Gozad.consi.10.nu.41. Vltimo responderi põt ut hic p Dec.qđ operatur, qa de iure aĩus pro facto punitur.l.1.§. diuus. ff. ad legem Cor.de Sica.l.is qui cum telo.C.eo.Bal.in.l.si ex plagis co.2.ff.ad legẽ Aqui. stãte uero.d statuto, re ipsa requiritur homicidiũ cõmitti, ita ut aĩus nõ sufficiat, l.3.§.hæc uerba.ff.de neg.gest.l. quicquid astringendæ.ff.de uerb.ob.

Sed cogita quod cũ id de stilo & ex cõsuetudine, non recipiatur, ut not.in.d.l. is qui cum telo, nec animus habeatur pro facto, non põt dici qđ statutũ rõne prædicta plus operetur.c.quam graui đ cri.fal. aliàs igiẗ rñsiones tene, uti solidiores.

Vel dic qđ satis operetur saltẽ, & sufficiat, quãtũ ad nouã agendi formam, ut per Bar.in.l.1.ad fi. ubi Alex. etiam latius.ff.ad lege Fal.

Est uerũ si statutũ diceret, pœna mortis, quem ipse puniendũ pro homicidio qualitercunq; siue quocunq; modo cõmisso, qđ isto in casu ẽt culpa sufficeret, ut hic dicit Ias. post Saly.in. d.l.2.co.3. C.de noxa.ad de tu benè facere, quia esto qđ his casib. lata culpa nõ æquiparetur dolo regulariter. l.in lege. Cornelia.ff.ad legem Cor. de Sica. æquiparatur tñ ubi expressum, est ut dixi. s̃. post Bar.ĩ.l.qđ Nerua.ff.depo. sed hic expressum est uerbis generalibus, l.1.ff.de bo.eo.q sibi ip. mor. consci. l.fi.C.quod cum eo. Bar. in.l.1.nu.7. ff.de uulga. & pup.ergo.

Tamen ob.unum, quia uerbum commisso, uidetur referri ad actum extrinsecum, ut sensus sit, qualitercunq; .i.claua, ueneno, aut gladio non qđ lata culpa punibilis sit, & propterea secundum Deci. statutum debet exprimere de homicidio culpa commisso.

Replicatur quod iam expressum est uerbis generalib. nec officit quod uerba statuti referantur ad actum extrinsecum exemplificando ut suprà, quia id indubitatũ est, uel claua, uel gladio, uel ueneno occidatur quis, occidentem s. ultimo affici supplicio, ita ut non possit aliter intelligi nisi de lata culpa, quæ sit punibilis, & proxima dolo, quoniam si quis ad sui defensionem aliquem interficeret cõcurrentibus his de quibus, in.l.ut uim ff. de iust.& iu.& in l.1.C.unde ui. tunc non puniretur. l. Gracchus C. ad legem Iul. de adul.& sic Theo.Saly.in.d.l 2. defensata est.

Quarto dicit gl.adhuc qđ lata culpa non æqui
46 parantur dolo, quantũ ad infamiã irrogandã, †&

est casus clarus in.§.suspectus,insti. de suspec. tu. & ibi Por.etiam hoc not.

Et rationē hic assignat Ias. quia causa infamiæ & uitæ æquiparantur.l.iusta.ff.de ma.uin.& benè l. etiam,§.1.ff.eo.l.isti quidem,in fi.ff. quod met. cau. ideo dixit Bal.in.c.ex ratione, col.2. de ap. quod dicitur causa ardua. & text. in ratione sui in.l.si inimicitiæ.ff.de his quib.ut indi. Pet.sanc. singu.82. in fi. & alibi idem Bald. quod infamia non incurritur sine graui peccato, quodque infamis, non est bonus uir, signanter ex not. hic, & per. d. §.suspectus, in. l. cum mulier,col. 12. ff. solut. matrim.

Et prædicta procedunt maximè, si infamia irroganda sit per sententiā iudicis, sed dubitatio est quid si irrogata sit ipso iure, dicit idem Ias.quod tunc lata culpa dolo comparabitur.l.liberorum, §. notatur, ubi casus & ibi Barto. ff. de his qui not. infa.

Sed contra (inquit Deci.) quia hoc stante, mitius ageretur cum homine quàm cum lege, contra tex.in.l.Celsus.ff.de arb. Bar. in.l.amplius nō peti.ff.rem rat.hab.

Sol. quandoque non inconuenit, rationem diuersitatis assignat Ias. hic, dic ut per eum. Idem Ias.quod quandoque non inconueniat, in.§.itē si quis in fraudem,nu.15. insti.de ac.

Fulgo.tamen etiam quod infamia per iudicem irroganda sit, tenet hic, quod nihilominus lata culpa dolo ęquiparetur,& cum eo idem Deci.

Moti & primo per tex.in.l.is qui,allega.etiam in glo.C.de in lit. iu. ubi dolus & lata culpa æquiparātur, si instrumenta pupillo nō restituantur.

Secundo quia ista est regula, etiam si de dolo tantum fiat mentio.l.1.§.1.ff.si men.fal.mo.di.

Tertio & ultimo, quia sicut tutor propter dolum & fraudē remouetur,ita remouetur, pp latā neglıgētiā.l.impuberib.§.si fraus.ff.de suspec.tu.

Ego uero à prima opi.non discedo per tex. in. d.§ suspectus, nec ob. qđ de leui ibi intelligitur, ut hic per eundē Deci. & est opin. ēt ibi relata p glo.sed falsa quia immò de lata intelligitur & est * communis intellectus,ab eo non discedendum.

Et ratione suprà, dicta, quia causa infamiæ & uitæ æquiparatur, Nec facit (ut adhuc dicit Dec. quod id sit fauore libertatis decisum, quia immò generale dictū est,quod ad alios ēt extenditur casus,nec sit fauor libertatis, quia dictum non est, & declarat glo.in.l.fi.C.de sacrosanc. ec.

Ad opposita respondetur. primum non ob. qa de infamia non agebatur eo casu,ideo nec mirum si dolo comparatur.

Non ob. secundū quia dicam id etiam esse regulariter uerum, ut etiam hic dicit glo.præterquam in casu, ubi de infamia irroganda agitur.

Non ob.tertium quia esto quod ibi remoueatur, tutor, non tamen efficitur infamis, quia nō ut suspectus remouetur, sed ut quasi suspectus, ideo nec mirum si dolo comparatur,quantum ad hoc scilicet, ut remoueatur sed non ut efficiatur infamis.l.tutor. §. fin.ff. eo.

Nec obst. quod illa æquiparatio, quæ fit ibi in remotione tutoris, uideatur fieri ad infamiā, ut idem Dec. dicit quia ex prædictis nō est uerū.

In glo planè,in prin. ibi.§.actionum, concluditur quod actiones arbitrariæ sunt stricti iuris
47 † & nimirum, quia à bonæfidei actionibus distinguuntur.l.in bonæfidei, uulg ff. de eo quod cer. lo.& (ut sæpe diximus) quia iudex arbitrium nō habet nisi ex aliquo accidenti.

Obiicit tamen Deci. hic, quod ēt bonæfiei, & non minus quidem arbitrariæ quam stricti iuris dici debent,quia iudex ex earum natura habet arbitrium,& non minus potens est illud quod competit ex natura actionis, quàm illud quod ex accidenti contingit l.qui habet (licet nihil alleget) ff. de tut.no.in.l. certi condictio,in prin.ff.si cer.pe.

Sol. si iudex habet arbitrium ex accidenti alteratur natura actionis,& propterea dicitur arbitraria,deferturq; iuramentum in litem, alias si stricti iuris simpliciter sit, non defertur, ut suprà dictum est, & est text. hic in fin.& à iudicis arbitrio pendet,actiones bonæfidei aūt non, licet non minus potens sit id,quod à natura prouenit,q̄ quod ex accidenti, contingit, ideo arbitraria dici non potest, ex quo semper regulatur secundum ipsius naturam, & nihil potest, nisi quod uenit ex natura, actionis, quasi unum arbitrium liberum sit, aliud seruum.

In ea.ibi nota ergo,concludit secundo glo. qđ quamuis regulariter (ut ostensum est) in actionibus stricti iuris simpliciter, non iuretur in litem, sed in arbitrariis tantū & Bonæfidei, iuratur tamē
48 in tribus casibus † primo contra eum qui in ius uocatum, ui eximit.l. pe.§.1.ff. ne quis eum qui, ubi uidetur tex.clarus,& ita etiam dicit glo.in. l. 4.in.§.sed & si quis.ff.fin.reg.Bar.hic nu.3.Ias.in. l.nummis, col.3.suprà,eo. & est Fall. * cōmunis.

Ex pluribus tamen dicunt Fulg. & Dec.hic iure non probari,primo,quia tex.in.d.§.1.de iuramento in litem, nihil dicit.

Secundo quia ibi non agitur de præcepto iudicis quod maximè in iuramento in litem consideratur.l.qui restituere.ff. de rei uend.

Tertio quia illa actio datur etiam calumniatori, quod non habet locum in hoc iuramento in quo requiritur iudicis taxatio.l.uideamus. §. iurare, supra, eo.

Quarto quia loquitur de re æstimata ab actore in præteritum, hic de æstimanda in futurum.

Quinto & ultimo,quia uerbum æstimata exponitur.i. petita, quod cum referatur ad principiū, non conuenit iuramento in litem. Ex quibus idē Dec.dicit opi.Fulgo. ueriorem esse, & quod ille tex.specialiter loquitur de pœna illius edicti, secundū naturam tituli,& nō de iuramento in litē, quod à natura tituli est pœnitus alienum.l.Imperatores.ff.de in di.ad.Dixerunt etiam aliqui maximè Cur.hic nu.16.& Bologne. nu.56. quod loquitur de iuramento ueritatis, & ante eos, Bald. quorun-

quorundam opin. referendo ibidem, col.2. cum quib. Lucen. et in tract.s.alleg.par.1.nu.5.tenuisse & tandem multis dictis, transiuisse uidentur.

Ego uero puto cōem intellectum defendi posse, nec ob.1. quia esto quod non dixerit, expressè, dixit tamen tacitè implicitè & uirtualiter, seu illatiuè, quia si iudicium non datur (ut tex. met dicit & ponderat Alex. & benè) ad id quod cōtinetur in ueritate sequitur necessario quod detur ad id quod continetur secundū affectionē. l.cū prætor.ff.de iud.l. Pompo. scribit in fin.princ. ff de procu.c.nonne, de præsump. Replicat Deci. consequentiā bonam non esse, quia.i.odio eximētis, & malè, quoniam odio eximentis etiam in litem iuratur, & (ut dixi) dum iuramentum ueritatis excludit, aliud affectionis includit.

Non ob. secundū quia necessariū nō est, ex quo de re exhibēda, uel restituenda nō agitur ut hic, satisq; est mihi qd sit actio stricti iuris, nec deferatur iuramentū regulariter pręterq; in casu isto.

Non ob. tertium quia sicuti etiam calūniatori datur, quanquā in iuramento hoc, considerabile illud non sit, in odium (ut diximus) eximentis, ita etiam iuramentum in litem deferetur.

Non ob. quartum quia dicā ego exponi secus dictum uerbū æstimata, hoc est æstimanda.l.si Possidonium, ubi gl. C.ex quib.cau.infa. irro.

Ex quo tollitur etiam quintum, & ideo esto qđ secundū naturā tituli de pœna loqui uideatur, illius edicti, nō est ppea qđ iuramentū non deferatur secundū affectionē iurantis, in pœnā & odiū (ut diximus) eximentis, & in simili in seq. casu. Ex quib. liquet clarè de iuramento ueritatis non loqui, deducendo etiam, ut post Alex. suprà.

In ca.ibi, secundus est, Concludit tertio glo.
49 quod iuratur etiam in † actione Fauiana, si non restituatur res alienata in fraudē patroni, nec minus casus clarus est in lege per eā allega. tenetur in.§.1.ff.si qd in frau.pat.ubi uerba hæc formalia sunt. In actione Fauiana si res non restituatur, tāti condēnabitur reus, quanti actor in litem iurauerit. Et nimirum quia est qđ realis non sit, sed personalis, est tamen in rem scripta & sic realibus similis, ut not.in rub.si cer.pet. Et propterea dictū est.s. quamuis in actione ad exhibendum & reali exemplificauerit Iure Con. quod tñ decisio locū habebit etiam in similibus, quia exempla non restringunt regulam.

In ea.ibi, & continet uerum idest communem rei æstimationem, habes intellectum ad istū tex. quod Ver. istæ loquatur de iuramento ueritatis,
50 † & probatum est suprà, satis & ita omnes transeunt * communiter.

Solum ob. Nam hic poni uidetur exceptio à regula, quia dicit interdum iurari in litē et in actionibus stristi iuris & est uerū, quia si interdum iuratur, non iuratur semper & regulariter, sed regula loqtur in iuramēto in litē, ergo & exceptio, alias bona non esset, nec de terminis regulæ.

Secundo, quia negari non potest quod præcedentibus, non aduersetur, aduersatiua autem eundem casum repetit, & qualitates præcedentis dispositionis.l.mariti.§.fi.ff.ad legem Iu.de ad. Idē casus est & qualitas iuramenti in litem, ergo.

Tertio quia propriè loquitur tex. de iuramento in litem, & à uerbis legis recedere non oportet.l.non aliter.ff.de lega.3.

Deci.hic utranque partem disputat, & tandem intellectum communem amplectitur & benè.

Nec ob.contraria, quia potest responderi ut per eum, ad primum quod est de regula deq; terminis ipsius, respectu iuramenti in litem simpliciter. Et si replicaretur, quod iuramentum ueritatis, iuramentū in litem non est propriè, respondebo, satis esse quod sit de terminis regulæ quoquo modo, ut no.in.l.nummis, ubi Ias col.3.suprà, eo. sed iuramentum ueritatis est quoquo modo iuramentum in litem ergo.

Non ob.secundum quia respondet idem Deci. uerum esse in aduersatiua simpliciter non cum adiectione qualitatis, quæ præcedentibus non conueniat, ut est culpa in casu præsenti. Et placet quicquid somniando cęteri dicant, sensusq; est, in dubio uerū fore, quod omnia censeā tur repetita exceptis his quib. aduersatur, ut ipse met et dicit in.c.at si clerici, in.§.de adulteriis, co.2.de iud.sed nō in casu claro, & quādo uerba repugnāt ut hic.

Ad tertium formaliter non respondet, igitur dic tu, quod immò recedimus à proprietate uerborum, eaq; impropriamus, ut legislatoris mens & dispositio saluetur, sicuti in simili declarat Barto.in.l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Et quando de ipsius uoluntate aliter non appareret, d.l.non aliter, sed hic apparet qđ loqui uoluit de iuramento ueritatis ergo.

Et hoc est quod dicebat Bal.in.l.precibus, co. 7.C.de impube. quod sæpe numero erratur in cōiecturanda uoluntate testatoris seu legislatoris, quo casu à uerbis ipsius non est recedendum. d.l. non aliter, sed hic error esse non potest, ergo, qđ tamen iuramentum ueritatis etiam dicatur iuramentum in litem ut primitus dicebat Deci. adde Bal.in.l.3.in.§.in hac, col.1.in fi.ff.commo.

Extrà glo. modo, de aliquibus uidendum est, & primo in primo requisito Bart. quod hic ponit
51 nu.3. an in † quantitatibus locum habeat & deferatur iuramentum in litem. & concludit breuiter quod non, & benè, quia in eis non cadit affectio. l.nummis. suprà, eo.

Est uerū qđ secus esset, si quantitas succederet loco speciei, l.pe.§.1.ff.ne quis eum qui, idem Barto.hic nu.præalleg.quia tunc deferetur, ut ibi.

Sed aduertendum dicit Deci. primo, quia ille tex.non loquitur de iuramento in litem.

Secundo dato qđ de.d. iuramēto loquatur, qa affectio quæ tali casu ꝯsideratur, respectu speciei ꝯsideratur, nō quātitatis, ex his cōcludendo Bar. dictum fore generaliter intelligendum, qđ si petatur quantitas non iurabitur in litem.

Ad primū responderi potest, quod cum sic se habeat

habeat cõis intellectus, ab eo recedere non oportet. l. 1. ff. de offi. quæsto. à nobis etiam defensatus supra.

Ad secundũ uero qđ cum species nõ sit in consideratione, ex quo loco ipsius successit quantitas, non possumus dicere qđ affectio consideretur, respectu speciei, idcirco dictum & limitatio Bar uera.

Sed qui si petatur factum, Bar. nu. pĩalleg. idẽ
52 dicit, in † litẽ scilicet iurari, ex not. in. l. 4. in §. sed & siquis. ff. si. re.

Et non uidetur uerum, quia in obligationibus facti succedit obligatio ad interresse. l. siquis ab alio. §. si. ff. de re iud. ergo nõ iurabit in litẽ agens. Nisi replicetur, qđ soluendo interesse liberatur uenditor simili modo, si rem uenditam nõ tradat emptori. l. 1. ff. de ac. emp. & tamen habens facultatem tradendi, nec tradat, ad mandatũ iudicis, tenebitur, quanti in litem ipse emptor iurauerit ut suo loco dictũ est, & ideo Docto. pſertim Deci. declarant, hoc idem restringi, debere, ad factum, qđ pcisè erat in obligatione, puta ex dispositione legis, uel testatoris, secundum eũ post Bar. in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uer. ob. uel ultra eũ, quia sit iuratũ. l. si pecuniam, ubi glo. ff. de cond. ob cau. namq; si obligatus non fecerit, propter iuramentum dolo carere non uidebitur, maximè mandatum iudicis contemnendo, ut probatur in. d. §. sed & siquis, ibi si iudici non pareat.
53 Sed contra, quia † non parere iudici est eius iurisdictionem contemnere, quæ pęnali iudicio defendi potest. l. 1. ff. siquis ius di. non ob. ergo non iurabitur in litem, arg. in. l. in causæ. ff. de mino.

Pro sol. dicas, hoc idem in materia non esse uerum, maximè quando intentatur remedium. l. qui restituere. ff. de rei uen. & quia alio casu loquitur tex. in. d. l. 1. ut ibi per Bal. in. §. hoc iudicium col. 1. lectu. 2. & Bar. in. l. si prius. n. 22. ff. de no. o. nun. uerum instatur adhuc, nam iuramentũ istud, affectionis est, in factis, non cadit affectio quia sunt incerta. l. unica. C. de sen. quæ pro eo. l. ubi aũt non apparet. §. qui id quod. ff. de uerbo. ob. & quia etiam in eis nõ reperitur species uel quantitas quæ faciant obligationem siue stipulationem certam. l. certi condictio. ff. si cer. pe. uel quia sunt de futuro. l. opere. ff. de ope. lib. & futura sunt incerta. d. l. ubi aũt. §. qui illud, nec scire possumus qualia futura sint, ergo non iurabitur.

Sol. incerta sunt his omnibus consideratis, respectu promittentis non respectu iurantis, cuius interfuit id fieri ad quod erat ille obligatus & tenebatur, qualecumq; fuisset. & ita transeundũ est.

Vltimo superest unum, quomodo hæc possint procedere, cum dicat tex. in. d. l. si quis ab alio, id esse generaliter in omnibus faciendi obligationibus, qđ quis scilicet soluendo interesse liberetur, qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. ergo restrictio non procedet, & conclusio Docto. dubia.

Sol. etiam uerba uniuersalia, ratione restringuntur. l. si C. si cen. uel re. l. ut gradatim. §. & si le. ff. de mu. & ho. l. si mihi Meuia. §. si. ff. de leg. 3.

Circa secundum Barto. requisitum, inquãtum concludit, siue regulam ponit, cuius etiam mentionem fecimus in discursu. qđ in qualibet actio-
54 ne † si res non restituatur ad mandatum iudicis, actio efficitur arbitraria, & iudex habet facultatem hanc, deferendi iuramentum in litem.

Refert Deci. ita etiam Bar. tenuisse, in. d. l. 4. in. §. Sed & siquis. ff. fin. re. & ita illum tex. intellexisse, postea dicit qđ non loquitur de restitutione rei, impugnando Bar. qđq; nullam facit mentionẽ de iuramento in litem.

Salua tu qđ Bar. ibi solum dicit, siquis nõ paret iudici, qđ defertur iuramentum in litem. allegat. tex. in l. qui restituere. ff. de rei uen. ubi idem dicitur. & sic ad propositũ regulæ, & probat ille tex. in primis uerbis. de iuramento in litem autem mẽtionem facit implicitè, & uirtualiter, & est com-
* munis * intellectus, ut ibi per glo. ex inductione. d. l. qui restituere, & sic reprehendi nõ debuit.

Et cum dixerit Bar. in qualibet actione, nõ erat necessaria ampliatio Ange. in. §. præterea, col. pe. inst. de ac. relata hic per Deci. quod defertur, siue actio sit bonæfidei, siue stricti iuris, siue in rem, siue in personam, siue ad restituendum agatur siue ad tradendum.

Relata tamen est, quia secundũ eum non uidetur uera, ex quo regula Bar. in restitutione loquitur, & nimirum quia causa fauorabilior uidetur. l. uideamus. §. si actionem. ff. de usu. inq; ea maior perfidia ponderatur. l. ei apud quem. ff. depo. & quia etiam de restitutione loquitur tex. in. d. lege. qui restituere.

Sol. licet pdicta uera sint, extenduntur tamen ad casum quoque si ad tradendum agatur, ex quo ita contemnitur iudex, si non tradatur res sicuti etiam si non restituatur l. 1. §. qđ aũt. ff. de aleato. & ita conclusum est. supra in actione ex empto, quando uenditor facultatem habet tradendæ rei.

Secũdo obiicit Deci. qđ loquitur Bar. in actionibus stricti iuris arbitrariis, nõ bonæfidei qđq; in his regula nõ est necessaria, ex quo secundum earum naturam iudex arbitrium habet.

Sol. Bar. generaliter loquitur, & dicit in qualibet actione, & licet necessaria nõ sit est tamen probabilis gratia maioris declarationis. l. 1 §. quãuis. ff. de uen. inspi. l. non solent. l. quæ dubitationis tollendæ gratia. ff. de regu. iu. alias non debuisset dici in lege nostra.

Et quoniam Ro. consi. 220. in. 4. dubio, ad propositum Bar. & Ange. dicebat, quod sicuti plerũque in actione ex empto iuratur in litẽ, ut. supra ita etiam iuratur in actione locati. l. si cui. §. si. ff. loca. idemque glo. nostra hic bonæfidei, in prin. per. d. tex.

Dicebat adhuc Deci. quod æquiparatio nõ est bona, quia uno casu ad restituendũ agitur alio ad tradendum, sed (ut proximè dicebam) nihil est, ex quo iudex contemnitur omni modo uel non resti-

restituatur, uel non tradatur res. d. l. qui restituere, præalleg. §. sed & quis.

Quarto obiicit Deci. quod non habet locũ regula etiam quando agitur ad dandum. l. alias, infrà, eo. inferendo etiam ad id quod in actione ex empto diximus, quod nec deferatur iuramẽtum, quando uenditor potest rem tradere, sed quia cõtrarium communiter * tenetur, rationes Decii friuolæ, reiectæ quoque ex supra dictis, nõ curo eas referre, ad argu. principale igitur dico, quod immò habet locum regula etiam quod ad dandum agatur, alias non esset generalis ut uerba innuũt Bar. Nec facit tex. in d. l. alias, quia immò iuratur si promissor fuerit in mora, uel si ad iudicis præceptum non dederit.

Vltimo dicit Dec. quod. d. l. qui restituere, procedit quando agitur iure actionis, non si officio iudicis aliquid petatur. l. harum, ubi gl. fi. ff. si ser. uen. latè Alex. hic & in. l. si prius. ff. de no. o. nun. Ias. in. l. nummis, in princ. suprà, eod. & est communis * opi.

Quam bona ratione confirmat Deci. quia tale iuramentum est contra ius commune, quod credatur iuranti in causa propria, ideo strictè intelligi debet, & cum iura in materia loquãtur in actionibus, non debent extendi, ad casum cum agitur officio iudicis nullam præsupponentis obligationem. l. qui per collutionem. §. fi. ff. de ac. emp. & ita etiam esset transeundum.

Tamen contraria mihi uidetur uerior, quam tenuit etiam Bar. in. d. l. harum, & non absq; ratione, primo per illum tex. dicentem clarè si res non præstetur uel cautio, quod in litem iurabitur, regulàre autem id est in ea actione, ut uel rei præstatio uel cautio iudicis officio fiat.

Secundo ex generalitate. d. l. qui restituere, & quia denique fit restitutio officio iudicis in actione reali, & in petitione hæreditatis, & tamen iuratur ergo & contra non cauentem, & ultra eum, ut sæpe diximus, quia ita hoc casu contemnitur iudex & longe magis, quam si actione aliquid petatur. Nec facit argu. Decii, quia ex his etiam quod tale iuramentum sit contra ius commune, debet tamen extendi, iux. not in. l. si uero. in. §. de uiro. ff. solu. mat. & in. l. si constante, ff. eo. & in authen. quas actiones. C. de sacrosan. ec.

Quoad tertium requisitum insuper, de dolo aduersarii, quod requiritur ut iuramentum deferatur, uerum dicunt omnes, nisi dolus præsum-
55 ptus † sit, quia tunc secus.

Et probat Deci. ut suprà, quod cum istud iuramentum sit contra ius commune debet restringi ad uerum dolum. Et est simile in minore, qui licet à dolo uero non excusetur, sicuti nec mulier & rusticus, l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de min. excusatur tamẽ à præsumpto. l. ubi exigitur. ff. de edẽ.

Facit etiam quia cum lex ipsa doli fecerit mentionem, de dolo uero utique intelligi debebit, argu. in. l. 1. in. §. qui in perpetuum. ff. si ager. uectiga. & ita foret transeundum.

Tamen cogita cũ parere iudici dolus præsumptus sit. l. non potest dolo carere. ff. de reg. iu. inq; iuramento in litem, maximè hoc sit considerabile, quod immò non solum in dolo uero tex. intelligi debebit uerum etiam in præsumpto. Nec ob. quod restringi debeat iuramentum cum sit contra ius commune, quia uerum est nisi nos ratio aliorsum trahat, quæ dictum regulat, & in sui naturam cõuertit, ut inquit Bal. in. l. conuenticulã, col. 5. C de Epis. & Cle. Et minus simile, quia lex, ita dicto casu decidit, & loquitur in casu claro, nos uero dubitatiuè in dolo simpliciter Non denique quod lex adhuc, doli simpliciter mentionẽ fecerit, quia uerum est, sed tamen quod cum in dolo præsumpto ipsius decisio possit uerificari, tam in eo quam in uero sibi locum uendicabit.

Et dum successiuè idem Bar. discurrit quando dolus considerari debeat, concluditq; tandem differentiam esse inter arbitrarias & bonæfidei, quia primo casu dolus ex post facto requiritur in nõ parendo, ut iuramentum in litem deferatur, secundo uero si fuerit à principio quod sufficit, re extante, quodq; tunc restitui debebit, & si non restituatur in litem iurabitur, dic optimè loqui, tex. in. l. si possessor, in. §. fi. ff. de pet. hær. ubi casus clarus in malæfidei po. rei hæreditariæ, quam alienauit, si extet, & ab emptore ipsam non habeat, nec restituat quod in litem iurabitur quodque alias si deperdita sit, uel aliter diminuta, non aliter. induxit Dec. sed qua de mẽte Bar. Immò. I. Con. ibi hæc est uera inductio, cum eiusdẽ Bar. dictis transeo.

In quarto & ultimo requisito, Bar. benè loquitur, de habilitate personæ, oportere, quod sit do-
56 minus litis, uel quasi dominus, † & pubes, alias non deferetur iuramentum in litem. l. uideamus, in princ. & in. §. 1. suprà, eo. l. uulgo. infrà, eo. ubi tex. apertissimi, quasi dominum, tutorem intelligentes. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emp. & iõ tex. exclusit matrem in. d. l. uideamus, in prin. non tamen Accur. ratione ut ibi p glo. sed quia signanter requiritur qđ sit litis dominus uel quasi, unde non ab re etiam iuramentum in litem, ultra suprà dicta, appellatum est & si uera esset ratio Accur. sequeretur quod nec tutrix admitteretur ad iurandum, & tamen admittitur. l. quotiens. §. si tutor. ff. de noxa. Sal. & alii in. d. l. uideamus in prin.

57 Sed quid in fisco, † glo. in. l. quotiens, fin. C. de exac. trib. lib. 10. concludit non deferri.

Alex. in. l. pe. in. §. 1. contrarium. ratione probat Deci. ne sit deterioris conditionis quam priuatus quæ non est bona, & confunditur per text. in. l. non puto. ff. de iu. fis. glo. sing. in l. fin. C. de Sacrosan. Ec.

Melior igitur erit si dixerimus deferri, quia est dominus uel quasi. & si conueniet eidem uerba legis, & dispositio, ita dicentis ut. s. & in. d. l. uulgo.

Nec ob. quod habetur in. d. l. quotiens, quia de ueritate constabat, ex quo debitum erat liquidũ, eadẽ ratione iuramentum non defertur, nec fieri debet quod factum nõ releuat. l. hæc stipulatio. §. diuus.

diuus.ff. ut lega. no.ta.& dictam glo alias reprobat ibi Io. de Pla. & Alex. in d. §. 1. refert Iaſ. in l. nummis, in prin. ſuprà, eo. eſt uerum qd hanc reſponſionem impugnat Alex. in. d. §. 1 quia ſic nō haberet locum deciſio d. §. 1. generaliter loquentis, ſi quis eximeret captum pro executione ſententiæ liquidæ, nec deferri poſſet iuramentum in litem, & tamen defertur ut ibi. ſed ipſam tutatur Deci. quod eſto quod generaliter loquatur, non inconuenit tamē, ubi agitur de executione ſententiæ, ex quo de ueritate apparet, iurari in litem nō debere. & benè, debetq; lex etiam generaliter loquens, reſtringi ad id quod rationis eſt. l. quāuis. l. 4. §. 1. ff. de in ius uo. Et ad declarationem. d. l. quotiens nota (obiterq; dictum ſit quod loquitur ſpecialiter in occultante debitorem tributorum, ut ſuccedaneus ſit & concors eiuſdem periculi, alias non niſi ui eximat, & ita loquatur quod habetur in. d. §. 1. & totus ti. ne quis eum qui. ita Bal. in. l. fi. C. de ope. li. & conſi. 250. col. 3. uol. 1.

Poſt hæc modo Bar. proſequitur iuramentum ueritatis, & breuiter dicit qd locum habet, ſi concurrat aduerſarii dolus. ut etiam in iuramento in

58 litem † & difficultas probationis, per text. ſæpe allega. in. l. ſi quando. C. unde ui. & alios ut per Deci. & cæteros, nōnihil idem Bar. in. l. fi. infra. eo. Innoc. Hoſti. & Abb. in. c. ſuper eo, qd met. cau. Bal. hic, in. §. planè, in prin. Bertran. pulchrè & latè conſi. 69. n. 1. & 2. uol. 1. & conſi. 100. n. 23. eo. lib. Iaſ. in. l. argentarius, in. §. cum autem ad fi. ff. de eden. præſtatq; nobis arg. ad quotidianam. q.

59 ſiquis ciſtam † ſeu ualiſiam, aut capſulam, clauſam reliquiſſet apud hoſpitem, ſi aūt apertam reſtituiſſet, quod ſtabitur iuramento deponentis de rebus & ualore ipſarum, ut hic idem Bar. dicit. n. 23. poſt Innoc. in. c. fi. qd met. cau.

Videtur qd ſit caſus in. l. 1. in. §. ſi ciſta. ff. depo. & ibi Saly. et quia qui non facit, quod debet in dolo eſſe ur. l. dolus. ff. man. pulchre Alex. conſ. 103. col. 6. uol. 1. ſed hoſpes reddidit rem, non eo modo quo reddere debebat, ergo doloſus p̄ſumetur, & ratione doli iurabit deponens. Rurſus ſi intereſſe ſingulare in depoſito probatur per iuramentum. l. 1. §. 1. §. in depoſiti. ff. depo. non eſt ratio cur non deferatur hoc quoq; caſu, cum de ueritate rei agatur.

Et quia requiſita concurrunt etiam de quibus ſupra alias caſus iſtæ non differret à ſimplici caſu, & iudicio, cum actione depoſiti, res à depoſitario repetuntur, haud dicendum, quoniam tunc probationes legitimæ forent neceſſariæ.

Et p̄dicta maximè, quia contra huiuſmodi perſonas, eſt quædam mala p̄ſumptio quæ non facilè ab opinione hominū, auferri poteſt, l. 3. §. ex hoc edicto. ff nau. caupo. ſta. Bal. i. l. certi iuris, col. 2. C. loca. & in. l. 1. in fi. C. eo. & in. l. diſſolutæ col. 1. C. de condic. ex le. et iam factum eſt tritum ſermone prouerbium, rub. ſupra dictam nau. caupo. ſtabu fore rub. trium latronum. Vnde glo. alibi ēt dicit quod utuntur opera malorū hominum & quod ſemper ſunt in culpa. in. l. 4. in. §. proficiſci. ff. de offi. procon.

Dicit tamen glo. in d. c. fi quod met. cau. quod ille text. non procedit in contractibus. Et Deci. hic quod non uidetur congruū. d. l. ſiquando, loquentem in delictis, extendere ad contractus, in quibus quis ex propria uoluntate obligatur. ut inſti. de pub. iud. in prin. Nec dicatur, quod hoc idem ſit propter difficultatem probationis, quia difficultas probationis (inquit idem Deci. non debet admittere probationes minus legitimas, poſtea ſaluat ut per eum.

Iaſ. uero hic aliquos caſus conſiderat, quod minus erat neceſſarium, concluſionem diſputantes in terminis in quibus nobis propoſita eſt per Bar. ut. ſupra.

Vnū adhuc igitur obſtat contra concluſionem Bar. quia ſi iuramentum deferri debet, oportet quod dolus aduerſarii concurrat ut ſupra. uerum dolus non p̄ſumitur niſi probetur. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. l. merito. ff. pro ſo. ergo. & fuit argumentum Alex.

Ab opi. prima non eſt breuiter recedendum, ſatis benè firmata ex. ſupra. dictis Nec ob. glo. in. d. c. fi. quia uera eſt, niſi difficultas probationis ſit in cauſa ut in qōne iſta, qua de re Bart. etiam motus eſt adita tenendum. Non ob. 2. quia etiam ad contractus arguimus, ſi non poſſit diuerſitatis ratio aſſignari. l. abſentem. ff. de pœn. Non ultimum denique quoniam ex p̄ſumptionibus iſtis p̄ſumitur, ſicuti in materia cum primum quis deſierit rem poſſidere, & ad propoſitum habetur in. l. dolum. C. de dolo. & in. c. 2. de renun. in. 6. & in ſimili per Bar. in. l. inciuilem. C. de fur. coque magis quia poſtea loco plenæ, & legitimæ probationis

60 iuramentum defertur. d. l. ſi quando † uel dic & aliter ut p Bar. in. l. 1. in. §. ſi ff. fur. aduer. nau. Iaſ. ī addi. Por. in. §. p̄terea ad fi. inſt. quib. mo. re. contrahi. ob. Niſi adhuc in p̄ſenti. q. uagantes, deponens eſſet iudeus, quoniam tunc forte ſecus dicendum eſſet, de quo tamen per Imo. conſi. 2. in prin. Vltimo dubitat Bar. (in cæteris non eſt dif-

61 ficultas) an ab iſto iuramēto poſſit appellari † & ſentit breuiter quod nō, motus hac ſola ratione, quia ex eo non oritur actio. & ſi appellatum ſit appellatio non ualebit, ex quo fruſtratoriè dilationis cauſa id factum p̄ſumetur, ut dicitur in. l. 2. C. de Epi. au. Aliam rationem qd ab ipſo iuramento appellari non poſſit, aſſignat tex. ubi Bar. dicit eſſe caſum, pro deciſione huius. q. & benè in. l. generaliter, in. §. 1. ad fi. ibi ſiue autem illatum. C. de reb. cred.

Sed contra, quia regulare eſt à quocumque grauamine appellari poſſe. c. cum ſit Romana. c. ut debitus de ap. c. qcumque. 11. q. 1. ſoluit Iaſ. hic, uerum fore iſtud de iure canonico, & eſt una de differentiis inter unum & aliud, & declarat glo. ante eum in. d. leg. 2. C. de Epiſ. aud. Et ex his finis etiam ſit huic not. legi. breui hoc commentariolo terminata, ut non minus grata uobis eſſet quam utilis,

utilis, ex quo inquit alibi Iustinianus ad Senatum in.l.2.in §.deinde.C.de uet.iu.enu. multo melius esse pauca id nec effundere, quam multis inutilibus homines, prægrauari. Et glo.in simili in.c.tales.23.d.& in Critone Socrates apud Platonem qđ curandum non est admodum, quid de nobis multi loquantur, sed quid dicat unus, qui intelligit iusta & iniusta Et Pau.ultimo loco ad Corin.1.c.14. quod uolebat potius in ecclesia quinque uerba suo sensu loqui, ut alios instrueret, quam decem millia in lingua, quasi dicat inaniter ad pōpam & sine fructu. Benedictus deus per sæcula.die.16.Iulii.1558.Patauii. Magno scholasticorum concursu.

MANTVA.

SVMMARIVM.

1 *Præfationes, & præparatoria libentius nos perducunt ad lectionem, ideo fieri debent.*

2 *Contractus bonæfidei, & stricti iuris differunt, & quomodo cognoscantur.*

3 *Mora quomodo contrahatur.*

4 *Fructus, & accessiones an sint idem, & quotuplex sit accessio, & in quo differant.*

5 *Moræ tempus an attendi debeat uel litis contestatæ, et fructus, et accessiones quo tēpore debeātur.*

6 *Filia quæ moram fecit in collatione dotis conferre debet usuras dotis.*

7 *Collatio de iure codicis in æqualitate fundata est, de iure digestorum in æquitate.*

8 *Fructus in actione reali debentur à tempore moræ.*

9 *Debitor in contractibus stricti iuris, post moram tenetur ad interesse.*

10 *Mora est delictum, dolus, culpa, & contumacia, morosusq; furi æquiparatur.*

11 *Contractibus in stricti iuris litis contestatæ tēpus, & in bonæfidei moræ attenditur. & ratio.*

12 *Fundus uel hō dū petitur certus esse dēt, & quare.*

13 *Intellectus ad illa uerba tex.hoc iure utimur.*

14 *Intellectus ad illa uerba textus ut post iudicium acceptū, & ad illa ut omnis causa restituatur nu.15.*

16 *Vsuræ citra stipulationem non debentur.*

17 *Libellus an continere debet petitionem fructuū perceptorum, & percipiendorum.*

18 *Fructus rei quæ aliquando fuit petentis, an debeantur, & an percipiendi.*

19 *Aduersatiua sed, cum copula posita, arguit diuersitatem in facto, & identitatem in iure.*

20 *Fructus augent dotem.*

21 *Omnimodo uerbum, est precisæ significationis.*

22 *Possessor malæfidei tenetur ad fructus perceptos, et qui percipi potuerunt, quia semper in mora dicitur esse, sed an habeatur rō singularitatis personæ.23.*

24 *Fructus à tempore moræ an debeantur in contractu facto cum principe.*

25 *Contractuum differentia quod sint stricti iuris, & bonæfidei, an militet de iure canonico.*

26 *Iudicium incipit à litis contestatione, & finitur, cum in causa concluditur.*

27 *Conclusum in causa tunc dicitur, cum à partib. probationibus renunciatum est.*

28 *Fructus perceptos debitor restituere tenetur et post sententiam, usq; ad actualem restitutionem.*

29 *Causæ suæ effectus, an semper sit commensurandus.*

30 *Peculium quid sit.*

31 *Serui ordinarij, & Vicarij, qui sint declaratur, & qui seruus peculiaris, & unum peculiare. nu. 32.*

33 *Seruus bona fide possessus, duplex peculium habere potest.*

34 *Seruus quicquid acquirit ex peculio bonæfidei possessoris, uel ex opera ipsius, eidem bonæfidei possessori acquirit.*

35 *Dominus obligatur ex peculio, & contractu serui.*

36 *Casus. §. Cum Fundus, cum rationibus dubitandi & decidendi.*

37 *In dictio, quot modis ponatur.*

38 *Circuitus sunt uitandi cum exemplis.*

39 *Promittens aliquid, an uideatur se uoluisse obligare de presenti.*

40 *Locupletari cum aliena iactura nemo debet, & an eius actio detur in subsidium.*

41 *Legislator Quæstionem dum format, & non decidit decidisse uidetur ut formauit.*

42 *Clarum nil tam est quod dubitationem non habeat, ideo I.C. qui decisionem omittit, nō est laudandus.*

43 *Opinionem ultimam an tenere uideatur Iur. Con. si arguat ad partes, & opin. referat. & quando, cum limitationibus.*

44 *Contractum serui, an approbet dominus, agens ex contractu ipsius.*

45 *Possessor bonæfidei, an liberetur cedendo actiones.*

46 *Vēditor generis, & sic debitor an soluēdo liberetur.*

47 *Seruus bonæfidei possessori traditus ipsius efficitur. & an traditione facta dominiū sibi quæratur, 48.*

49 *Actione utili conditione indebiti uel sine causæ agit dominus contra bonæfidei possessorem, & quare non detur directa, & an dari possit in subsidium actio neg.gest.nu. 50.*

51 *Intellectus ad. §. Cum fundus, & gl.in uerb.ex negocio.ff.si cert. pet.*

52 *Possessor bonæfidei an retinere possit seruum, donec sibi soluat dominus, quod abest ex negocio gesto.*

53 *Solutio, an sit consumptione reconciliata.*

54 *Cōpensatio an obijci possit domino cōdicēte peculiū.*

55 *Intellectus ad l.cum quis. §.1.ff.de solutio.*

56 *Actio de peculio, an euanescat, consumptis omnibus peculiaribus.*

57 *Dominus an repetat decem quæ uenditor consequi poterat tantum, & consequutus est uiginti, quæ consumpta sunt.*

58 *Venditor serui, an agere possit actione de in rem uerso, ad ea quæ seruus plus ualet.*

59 *Actio directa ceditur domino, à uenditore serui, licet utilis habet dominus & nu.61.*

60 *Actio utilis & directa, an differant aliquo casu.*

62 *Domino an detur actio directè, & immediatè, ex æquitate exceptione habita ab alio, cōtra eum qui locupletior factus est.*

63 *Intellectus ad.l.1.cum l.seq.ff.de institutor.*

64 *Intellectus ad.l.possessio quoq; in fine.ff.de acq.pos.*

65 *Arg.de seruo ad monachum, an ualeat, & an dicta in seruo locum habeant in monacho, in casu.§.cum fundus.ff.si cer.pet.*

Paulus lib. XVII. ad Plautium.

CVM FVNDVS.

QVONIAM præfationes solent nos libentius perducere ad lectionem propositæ materiæ, ut inquit I. Con. in l. 1. ff. de ori. I . Immò quod præparatio necessaria est,
1 † debentque præparatoria præmitti; alias stultus est miles qui in aciem prodit inermis, quiq; arma abstergunt & perpoliunt, pugnæ apparatum ostendunt, & concipit mulier deniq; , ac parturit, deinde par t. Ideo ad euidentiam huiuscè not. legis aliqua etiam nos præmittemus.

Et primo, quod contractuum quidam sunt bo
2 næfidei, quidam uero † stricti Iuris. Bonæfidei q enumerantur in. §. actionum, insti. de actio. alias stricti iuris sunt, nanq; esto quod de actionib. §. ille loquatur, attamen etiam in contractibus procedit, actio. n. ex obligatione nascitur, obligatio uero ex contractu. l. licet. §. ea obligatio. ff. de pro cu. not. in. l. 1. ff. de eden. & ad propositum ad istã differentiam cognoscendam (ut dicebam alias in. l. petens. C. de pac.) sic docet etiam glo. in. l. in bonæfidei. C. eo. & in. l. in bonæfidei. C. de reb. cred. & in. l. in actionibus. ff. de in lit. Iu. Bar. in. l. Cæsar, in rep. nu. 21. ff. de pub. & uectiga. cognoscitur ẽt differentia, quia bonæfidei appellantur, non qđ bonafides non requiratur & in contractibus stricti Iuris. l. bonam fidẽ. C. de actio. & ob. sed quia in illis longè magis exuberat & desideratur. l. si dolo. C. de rescin. uẽd. l. 3. §. fi. ff. pro so. Bar. in. l. sub prætextu, ad fi. C. de transac. Vnde uidemus quod in istis, dolus dans causam contractui (estq; alia differẽtia) non uiciet ipso Iure, in illis, autem sic. l. & eleganter, in prin. & ibi no. ff. de dolo. & dicit hinc Bal. quod plus in illis rursum ualet æquitas quam rigor iuris ciuilis & dialectica argumentatio, consi. 474. ad fi. uol. 1. Quarto cognoscitur, quia in contractibus bonæfidei augetur condemnatio secundum naturam actionis in contractib. uero stricti iuris præter. d. l. In actionibus. §. præterea, insti. de actio. l. 1. & ibi Bar. C. ubi conue. q cer. lo. da. pro. & in. l. 2. ff. de eo quod cer. lo. exemplificat Ias. in. d. §. præterea, in prin. in usuris interesse, & iuramento in litem. Vltimo cognoscitur, quia primo casu una fertur sententia, secundo uero duæ, ut per gl. in. d. §. præterea. Et ex alio etiam ut infrà, hæcq; materia est nostra; & obiter dictum sit, præter hæc, quod contractibus stricti iuris æquparantur literæ de Iustitia, Bonæfidei uero de gratia, ut not. in. c. 2. de fil. præsb. in. 6.

Secundo præmitto moram contrahi per interpellationem extraiudicialem congruo loco & tẽ
3 pore factam † l. mora. ff. de usu. l. si ex legati causa. ff. de uerb. ob. l. quod te, suprà. eo. & ubiq; no. & iudicialiter litis contestatione. l. nemo. §. 1. ff. de uerbo. oblig.

4 Tertio quod fructus, † & accessiones differũt, nanque ex eo apparet, quia dictum est alibi, de usuris & fructibus, & accessionibus, in rub. de usu. infrà copula solet communiter apponi inter diuersa, ut per glo in rub. ff. de iuris & facti igno & in. c. querelam, de Simo. ergo. Et exinde etiam quod accessio multiplex est, personarum, rerum obligationum, & actionum ut pulchrè p Cy. in. l. intelligere, col. 2. C. de Lui. pi. nu. 8. Item naturalis & ciuilis, deq; his infrà. Et quod causæ rei, sunt fructus, hominis uero, accessio, hoc est ancillarum partus, de quibus etiam infrà.

Dubitandi ergo rationem faciebat præmissis
5 omnibus istis † quod attendatur tempus moræ, & non litis contestatæ, & consequenter quod fructus, & accessiones dicto tempore debeantur tex. in. l. 2. C. de pa . inter emp. & uendito, ubi est casus clarus quod in actione præscriptis uerbis, q est stricti iuris, ut hic certi cõdictio. §. actionum, insti. de actio. ueniunt & debentur fructus à tempore more.

Sol. illud est ideo ut dicunt Docto hic, & maximè Pau. Cast. Ias. & Deci. post eos in prin. & nu. 4. quia agens & petens petebat id quod suũ fuerat sibi restitui, uerbum autem restituere plenam habet significationẽ. l. uideamus. §. in Fauiana. ff. de usu. l. in condemnatione. §. 1. ff. de regu. iu. l. fi. ad fi ff. de uerb. sign. l. & ex diuerso. §. 1. ff. de rei uendit. iuncta glosl. ergo. Et est casus, quis uendiderat fundum, pacto apposito intra certum tempus, emptorem teneri, & obligatum esse, ad retrouendum illum, obtulit precium uenditor, noluit parere emptor, actione præscriptis uerbis ãgit, nata ex pacto incontinenti apposito. Iux. contractum emptionis & uenditionis dicit tex quod habita ratione ad tempus oblate quantitatis, fundum tenebitur restituere. & fructus à dicto tempore citra perceptos, & ita ante oẽs soluit gl. magna ad fi. in. l. 3. § de tritica. Aliam sol. tradit Saly. quam adhuc probare uidetur idem Ias. hic, estque huiusmodi, quia quando agit quis ad id quod aliquando fuit suum, agit ratione cuiusdam pleni oris iuris, quàm quando agit ad id quod sibi debetur, nimirum igitur si fructus quoque restituuntur à tempore moræ, in. l. uinum, in. 11. oppo. suprà, eo. Sed meo quidem iudicio, prima est melior, ex quo benè id arguit facilius rem fore restituendam, sed non quod cum fructibus restituatur, id ergo est propter uerbum restituo, præalle ga. §. in Fauiana, & aliis ut suprà. Dicerem ego etiã & tertio. Illud ideo esse quia res de facili reuertitur ad pristinam sui naturam, & solet laudabile reputari. c. statutum, ubi gl. de præb. in. 6. fauores sunt ampliandi, quia odia alias restringuntur. l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. ergo non mirum si etiam cum restitutione rei, ueniunt fructus.

Quarto dicerem istud ideo esse in. d. l. 2. quia esto quod regulariter actio præscri. uerbis sit stricti iuris, attamen dicto casu sapit naturam bonæfidei, ex quo actio etiam ex empto, ibi informata

à pe-

à pacto huiusmodi est, & quia specialis est, & ex speciali materia contractus emptionis, & uenditionis oritur, quæ bonæfidei est, non alia quàm bonæfidei esse potest, uerum in contractibus, & actionibus bonæfidei, fructus, & accessiones debentur à tempore moræ, ergo. & sentit Bald. post multa, in l. petens, ad fin. C. de pact. adducens rationem naturalem, quia tale esse debet id quod producitur, quale, id est, à quo producitur, effectusque suæ causæ comensurandus (ultra eum.) l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procur. l. ita autem, in princip. ff. de administr. tuto. l. j. ad fin. ff. de interd. l. cancellauerat. §. 1. ff. de his quæ in testam. dele. Paul. Castr. consil. 83. colum. 3. uol. 2. sed ut dixi, producens, & causa est bonæfidei, ergo productum, & effectus huiusmodi. Vel quinto, & ultimo, quod cum text. ille loquatur in contractu bonæfidei, ut dictum est, agitur de bono, & æquo. l. Bonafides. ff. deposi. æquitas aût non patiatur emptorē locupletem fieri cum iactura uenditoris, cuius acquisitum erat uirtute pacti, non ab re deciditur adhuc in eo, si fructus debentur à tempore moræ, hic uero contrarium, quia contractus erat stricti iuris. & ita in simili Bald. in l. 2. C. de usu.

6 Secundo † dubiū faciebat tex. in l. filius emancipatus, in §. si. ff. de colla. dot. ubi filia quæ dotē soluto matrimonio cōferre debebat, morā solutionī fecit, qua de re usuras dotis quoq; conferre debet. & sic in contractibus stricti iuris, quoniā collatio petit officio iudicis, uel ex stipulatione interposita de conferendo. & illum tex. dicit singularem Bal. in l. si soror. C. de colla. & Ias. hic, & Rimi. in l. j. col. 13. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Dec. ante eum. num. 32. & in l. uinum, nu. 4. supra eo.

7 Solut. † collatio in æqualitate fundata est de iure Codicis, de iure Digestorum uero in æquitate. l. j. ff. de colla. bo. l. illud. §. ut liberis. C. de colla. Sicuti ergo filius emancipatus fructus hæreditatis confert, ita cōferre debet ipsa filia dotis usuras, æquumq; est, ut inter eos seruetur æqualitas, & est ratio ipsiusmet l. C. in d. §. fin. & dicto casu speciale est hac ratione, & in contrarium ius commune, ex quo usuræ non debentur citra stipulationem, seu stipulationis uinculum. l. quamuis. C. de usur. Imò dicit Bart. in d. §. fi. quod debentur ibi tanquam interesse.

8 Tertio dubium faciebat † text. in l. fructus. ff. de rei uendi. ubi in actione reali pariter, quæ est stricti iuris. d. §. actionum, Insti. de actio. fructus debentur à tempore moræ.

Sol. illud est etiam, quia agens reali erat dominus, quo casu bonæfidei possessor, inquantum factus est locupletior, tenetur semper, si fuerit in mora rem restituendi, ut ibi, & in l. ex diuerso. ff. eo. tit. & in l. certum. C. eod. & in l. sed si lege. in §. consuluit. ff. de petit. hære. Corn. consi. 72. col. 5. uol. 3. & consi. 275. ad fi. eo. lib. not. in locis præallega. & in l. sequitur, in §. fructus. ff. de usucap. ubi Bar. pulchram declarationem posuisse uidetur, si uera est, quod istud fallat in casu, quando fructus possessi fuissent triennio, post Cyn. in l. ancillæ. C. de furt. uerum ad sol. ipsam redeuntes, dic facere, quia si ueniunt fructus à tempore moræ, debenturq; petenti, quando petit id quod aliquando fuit suum; multo magis uenire debent, si petatur id, quod fuit suum semper, auth. multo magis. C. de sacrosan. Eccl. nanque realis actio, duo præsupponit extrema, dominium ex parte agentis, & possessionem ex parte rei conuenti. l. in rem. ff. de rei uend. §. omnium, insti. de actio. & ita breuiter tenendum est.

9 Quarto igitur † dubitationem faciebat, quia in contractibus stricti iuris prout est mutuum præallega. §. actionum, insti. de actio. post moram tenetur debitor ad interesse quanti plurimi l. uinū. supra eod. ergo quantò fortiùs ad fructus. pro sol. dicendum est, minimè uerū fore id, quodque nec fructu. ueniant, neq; debeātur ante litē contestatam, ut hic, nec interesse quanti plurimi, in d. l. uinum, & ita transit Deci. hic, & in d. l. uinum, & & nos ibidē, in glo. 1. tamē communis intellectus est ad illum text. ut supra. ea de re respondeas tu, & dicas. sicuti in mutuo alia sunt specialia; ego. n. ingenuè fateor à communi non recedentes, nescire aliter dicere, l. singularia. supra eo. quod ita speciale erit. d. casu, quamquā mutuum cōtractus sit stricti iuris, quod attendatur tempus moræ, & nō litis contestatæ, & in contrarium ius commune, ut hic. l. ius singulare. l. quod uero contra. ff. de legi. l. quæsitum. §. deniq;. ff. de fun. instr. Vel & aliter, quod id in interesse uerum sit, & procedat, quanti plurimi, istud uero de quo hic, in fructibus & accessionibus naturalibus, quæ duo longè differunt. Igitur nec mirum si uno casu tempus moræ attenditur, alio autem litis contestatæ. Vel & tertio quod ibi fit æstimatio officio iudicis, ubi Socin. col. 2. quo casu tempus moræ attenditur. l. cum postulassem. ff. de damn. infe. hic autem iure actionis petitur. Cogita.

10 Quinto & ultimo † dubium faciebat quia mora est delictum, dolus, contumacia, & culpa. l. si mora. ff. solut. matr. l. dolus. ff. manda. l. cum filius. ff. de inter. act. l. si is qui, in princip. ff. de iure dot. Vnde uidemus hinc quod morosus æquiparatur furi. l. inter stipulantem. §. pen. ubi gloss. ff. de uerb. oblig. Et propterea ne morosus ex suo delicto commodum sentiat, & consequatur, dicendum uideretur fructus, & accessiones deberi non modo à tempore litis contestatæ uerum etiam moræ, argumentum in l. si ab hostibus, in §. j. ff. solut. matrim. & in l. ne ex dolo. ff. de dolo. & in cap. sedes Apostolica, de rescrip.

Sol. uera sunt omnia hæc, sed pro firma, & solida conclusione sciendum est, propter naturam iudicij stricti iuris, quod mora non ita officit hoc casu, ut in contractibus bonæfidei, ita Socin. in l. uinum, column. secunda. supra eodem. & ita tenendum est.

Modo ratio decisionis est, ideirco in contra-

ctibus stricti iuris attendi tempus litis contestatæ omnemq; cām restituendā esse, hoc est.d. tēpore fructus & accessiones petenti restitui debere, tem
11 pus uero moræ in contractibus bonæfidei,† qui: uno casu exuberat plurimū bonafides, alio āt nō, ut p Bal. pulchrè in.l.1.ad fi.C.de usu. & fruc. lega. & uidetur casus in.l. mora, in.§. In bonæfidei, & in.l. uideamus in prin. ff. de usu. & refert Ias. hic, in princ. adde tu bonum text. in.l. bonafides.ff.depo. & in.l.si dolo. Cod de rescin. uend. diximus in euid. post Barto.in.l.sub prætextu. C. de transac.

Cum fundus uel homo; certus, quia alias certi
12 condictione de qua loquitur, peti non posset† ut inquit Odof.& benè, l.certi cōdictio.l. si quis certum, suprà; eo. sed actione ex stipulatu.l.cū qui.ff. de noua. & insti de uer. ob.in prin.no.in.d l.si qs certū. Et quāuis dictū nō sit sed condictione simpliciter, ita tamen suppleri seu intelligi debet.l.oratio.ff.de spon. attenta quoq; tertia rub. parte, l.Imperatores.ff. de in di.ad gl.not.in.c.ne initaris, de constitutio.

Per condictionem; certi (ut diximus) alias nō faceret ad titulum prælleg.l.Imperatores, nouissimè gloss.in.l.fi. C.de cond. ob cau. bonus text. in.l. si duo. ff. delega. præstan. & in. l. deducta, in.§.nummis, ff.ad Treb.Alex.in.l.3.in.§.fin.col. penul.ff.de lib. & posthu.

Petitus esset; hoc dicit quia si per officium iudicis tunc non haberet locum decisio præsentis legis, ut dixi suprà post Socin.in.l.uinum, col.2. eo. ti. adde nouissimè, quod in æquitate fundatū est, l.quod si Ephesi.ff. de eo qđ cer.lo.l.planè.ff. de pet.hær. æquitas aūt dictat moræ tempus spectari debere, & non litis contestatæ, ergo.

Puto hoc nos iure uti; debere, s.ulitatusq; mo
13 dus loquendi est, † ut in simili in.l.est receptum. ff.de iur.om.iud.& in.l. scire oportet, in.§. qui autem, in fi.ff.de excu.tu. & in. l.ex facto, ad fi. ff.de hær. insti. & in. §. sed hoc iure, insti. de At.tuto. & in.l.qui habet, in prin.ff.de tutel.& in. l. græce, in.§.& post.ff.de fideiusso.& in.l.Ius dandi.ff. de tuto.& cu.dat.ab his, & in.l. si tamen.ff.de testa. tu.& in.l. qui plures, in.§.fi.ff.de uulga.& pupil. sub. & in. l. Aquiliana. ff. de transac. & mille sunt huiusmodi non referenda.

Et puto dixit, non absque ratione, ut suprà alias fatuè loqui uideretur, ut in simili inquit Ange.in.l. apertissimi. C. de iudic. Et ad idem est etiam text.in.l.secunda; ff.de fun.do. & in.l. si seruus, in fin.princ.ff. ad legem Aquil.

Et hoc iure nos uti amplius, qa pro.nomen est, quod refertur non modo ad oculum corporis uerum etiam intellectus. l. Mæuius. §.duob. ff. de lega.secundo. Barto.in.l. prima, nume.secundo. C.de nou. Cod. sa.melius in. l. prima, col.2. ff. de no.ope. nunc. ubi multa. Et uti, quod sit (ut aiunt uulgo) in uiridi obseruantia nec antiquatum, sed obseruetur (iterato dixerim) quotidie. l.si quis donaturus, ubi not. text.ff. de usufruc. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de Aedi. edic. l. si prius. §. 1. ff. de aqua plu. arcen. l. Arriani.Cod. de hære. & est utilitas, quia sic per non usum non tolletur, sed per contrarium usum. l.de quibus. ff. de legi. Mil. in aureo alpha. suo in.§. lex. uer. 33. uel dicas uerba prædicta hanc interpretationem habere quod ita sit de consuetudine.d.§.qui autem, in fi.

Vt post iudicium acceptum; hoc est post li-
14 tem † contestatam, quod etiam exponit glo.hic & benè, estque pro ea text. in. l. ubi ceptum. ff. de iudic. & liquet ex uerbis sequen. ibi ti litis contestatæ tempore, quæ ad uerbum prædictum referuntur, & est regulare quod una pars legis alteram declaret, l. utrum. ff. de peti. hæred. l. Prætor ait, §. eritq; differentia.ff. ui bo. rap. Soci. in.l.1.in prin.ff.de reb.dub.

Causa omnis restituenda sit; Isque alius lo-
15 quendi modus est † ut etiam dicitur in. l. Iulianus in.§.1. & in. l. qui restituere, & in. l. præterea. ff. de rei uend. & in.l.uideamus in.§.si actionem, ff.de usu. & in.l.fin. ad fin. ff. de uerb. sign. declarat gloss. in. l. Iulianus, in. §. quantum. ff. ad exhiben.& in. l.sed & partus, in princ.ff.quod met. cau. & gloss. rursum, in. dict. l. uideamus. in. §. item si ui, sensusque est, ut Iuris Con. met hic subiicit, omnem causam restituendam esse, idest utilitatem & omne id, quod habuisset actor, si tempore prædicto litis contestatę, solutio facta fuisset. Ineptum tamen uerbum solutus, uidetur, quoniam solutio alias ligamen præsupponit, iuxt. illud Virgilianum, Soluitę crinitas uittas. ideo designatus potius dicere debuisset, l. assignatur. ff. de uerb.sign. l.prima. ff. de assigna.lib. l.item legato. §. fi. ff.de lega.3. & breuiter fructus, & accessiones naturales, ut partus ancillarum fœtus pecorum & similia,
16 † ciuiles non, idest usuræ, quia, ut inquit Pau. Castr. hic, citra stipulationem non debentur. l. quamuis. C.de usu. Et hinc Ange.in.d.l. sed & partus, per illum text. quod plenior erit petitio, si rem petamus cum omni causa, quam si petamus simpliciter cum fructibus, fusius declarando, ut hic per Ias. ad fin. Et nimirum quia qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus uulga. ff. de lega. 3.c. solitæ, de maio, & obed.

Et repetit hic idem Ange. quod scilicet bo-
17 num erit in libello petere,† quem condemnari ad fructus perceptos & percipiendos, &, ut dixi, ad omnem causam.

Et quod percipiendi etiam debeantur, tenuit quoque Barto.in. l.in fideicommissi, in princ. signanter per istum tex. ff. de usu. Contrarium uero glo. ibi, & Dec. una cum ea, motus quia cum fructus percepti ante litem contestatam non debeantur, satis operatur litis contestatio deberi post, ergo non percipiendi.

Et quia fructus debentur ex quadam æquitate post litem cōtestatam, d.l.uideamus.§. si actione, ff.eo. quæ in percipiendis cessat, ergo & dispositio,

tio,quod debeantur.l.adigere. §. quamuis. ff. de iu.pat.c.cum cessante,de ap. Et est pro his arg.in. l.tutori.C.de neg.gest.ibi,sufficit si in paucis amici laborib.consulatur.Considerato hoc maximè, quod sumus in contractibus stricti iuris, quodq; hoc ipsum sufficere debeat actori, quod sibi perceptos restituat debitor,& non percipiendos.

Verum tamē mihi magis placet opinio prima per illum tex.indistinctè loquentem, immò p uerba generalia seu uniuersalia, hoc ipsum uirtualiter dicentem. Ex quibus tollitur responsio Decii dicentis pariter non obstare, quoniam in perceptis intelligitur, & non est uerum, secusque innunt uerba prædicta, ibi omnis causa restituenda est, tam percipiendos quam perceptos comprehendentis.

Nec faciunt adducta in contrariū, non primū quia antecedens uerum est consequens falsum, ex quo debitor maluit litigare quam soluere.& cum litem contestari passus fuerit, morā ɔ̄mit.l.nemo. §.1.ff.de uer.ob.quæ sibi lucrū afferre nō dēt arg. in.l.ne ex dolo.ff.de dolo. ergo non modo percepti,uerū ēt percipiendi erunt restituēdi, ꝗdquid dicat glo.prællleg.& Deci.cum ea.

Non secundum quia & id quoque uerū est, qđ ex æquitate debeantur, sed falsum qđ cesset in pcipiendis, alias inducta in fauorē actoris, ad eius læsionem retorquerentur & malè.l.quod fauore. C.de legi. c.quod ob gratiā,de reg.iu.in.6. Et qa iuris est ut malè meriti ægestate laborent. l. bona fides. ff.depo.

Non ob.ultimum, quia id non esse generaliter uerum dicemus, nec propterea sufficere, q̄q̄ simus in ɔ̄ctibus stricti iuris, qđ percepti restituātur,ex quo fur & morosus æquiparant̄,ut.s̄.dictū est.& sicuti oēs actiones degenerant contra furē. l.scire debemus.§.si à fure.ff.de uer.ob.§.sic itaq; insti.de actio.l.certi conditio,in prin.& ibi no supra,eo.ita quoque degenerabunt hoc casu, & fructus non modo percepti uerum etiam percipiendi debebuntur.& ita tenendum est.

Sed quid si petatur id, quod aliquando fuit ip-
18 sius petentis, † ut puta in casu.l.2.C. de pac.int. emp.& ven.certum.n.est quod percepti debentur (ut dictum fuit. s̄.) sed nunquid debeantur percipiendi. in hoc fuerunt opiniones.Io. & Azo. Iste dicebat quod sic,ille uero quod non.

Et probatur qđ percipiendi nō debeantur.& sic opi.Io per tex.in.l.uideamus,in prin.ff.de usu. inducēdo ut hic p Dec.&malè,qm̄ probat potius ɔ̄riū,nanq; dr̄ ibi,in dotē fundū datū fuisse,renūtiata est affinitas (subdit) qđ fructus quoq; sunt restituendi,percepti tempore quo sperabatur affinitas,si uero mora fuerit in rem, quod omnimodo restituendi erunt, percipiendi scilicet, non pcepti, de quibus dixerat prius,alias text. ille esset de indubitabili, quoniam si restituuntur ante moram, multo magis restitui debent mora contracta facit ergo text. ille potius pro opin. Azonis quam Ioannis.

Et si diceretur (ut dicit Deci.)quod immò lo-
19 quitur de perceptis ēt in secundo casu,† qm̄ est aduersatiua sed ibi posita, cū copula,quæ arguit diuersitatē in facto & idēptitatē in iure,l.sed & hæ. ff.de pet.hær.Bar.in.l.qui quartam.ff.de lega.1.& s̄.l.1.ad fi.ff.ne quis eū qui.not.in.l.hoc amplius, in.§.de his autem.ff.de dam.infec. respondebo uerum non esse, hoc casu, quia (ut dixi) resultaret absurdū,essetq; tex.ille de indubitabili, uerba āt ita intelligēda sunt & interpretāda, ne in absurditatē incidamus.§.sed & quod principi placuit,insti.de Iure natu.& ibi not.ergo. Et ideo uerior opi.est,ut dixi, Azo.quod percipiendi ueniant deque his intelligatur necessariò tex.ille, & quando quis petit rem quæ aliquando fuit sua.

Et probatur insuper, qa si ante morā percepti restituuntur,ut dicebā pariter supra, post morā, necessario dicemus restitui percipiendos.

Nec ob.ut adhuc idem Dec.dicebat,qđ debean-
20 tur ibi ante morā pp spē matrīi,† quia fructus augent dotē,qua spe cessante consideratur mora, q̄ idē operari dēt quod spes,ut percepti,s. debeant̄, qa adhuc rn̄detur, uerū non esse, tex.quæ illā cauillari,in quo stat totū pōdus, præsentis difficultatis, ut idē Deci. dicebat & in hoc benè,nanque fructus perceptos igitur deberi dico,quia affinitati erat renunciatum (idest matrimoniū sequutum non erat,quo casu debentur pcepti ne is,seu maritus à quo peruntur,cū iactura mulieris locupletetur,qđ à natura est alienū penitus.l. nā hoc natutura,ff.de cond.ind.c.locupletari,de reg.iu.in.6. ergo post morā in morosi ipsius odiū,& rōne supradicta, & ut mora aliqd opetur de pcipiendis intelligemus,nec pōt aliter dici, uim facientes ēt
21 in.d.uerbo,& in uer.† oīmodo,qđ est præcisè significationis.l.1.ad fi.C.de pet.hær.l.antiquæ.C. ad Velleia.l.sancimus.C.de fideiuss.Bal.in l.super rebus, col.:.C. de cont.emp. dixi ego alias in. l. precib.C.de impub.& al.sub. Et probatur deniq; Azo.opi. per rationem. I.Con.in.d.l.uideamus, nisi percipiendi deberentur, quod fundi cultura negligi potuisset, & malè.

Et si replicaretur ut per Ioan.& Deci. quod si non percepisset fructus, non teneretur, ex quo perceptos restituit,& consequenter qđ fundū potuit negligere,dicā audacter adhuc malè locutus qm̄ mora hoc idē opaī,eoq; magis,ut dicebā & repeto,uerissimūq; est,quia si pcipiēdos restituere nō teneretur, nec istud ipsum oparēt mora,fundi culturam neglexisset facile, in graue mulieris damnum cui maximè,& in hisce præcipuè, fauendum est,arg.in l.1 ff sol.ma & in.l.assiduis.C.qui po.in pi.hab.

Vltimo inuestigandum est quid quando peti-
22 tur res, quæ sit ipsius petentis, † ut in actione reali. Et breuiter dicunt * omnes, qđ malefidei possessor, non solū de perceptis, uerum etiam de percipiendis, seu quæ percipere poterat tenebit̄, l. domum.C.de rei uend.l.1.ad fi. C. de pet.hær. Est uerum quod declarat istud Pet.de Bella Per-

& refert Bar.in.d.l.domum,distinguendum fore, quod istud uerum sit ante moram, sed quod post ueniāt & debeantur q̃ pcipere poterat petitor & agens,& malè(ut idē Bar. inquit in.d.l.domū)ex quo malæfidei possessor semp in mora esse dr̄. l. 1.C.qđ met.cau. usq; adeo ut ipse solus ēt teneaī, neq; possit petens, q̃ pcipere poterat ipse quoq; ꝯsequi, à quo nō dissentio,cū sit ēt casus in.d.l.1. C.de pet.hær.& si replicaretur, qđ immò distinctio Pet.sit bona, quia ultra malā fidem conuenit quod possessor magis grauetur & præstare teneatur, quæ percipere poterat agens. Respondebo uerum non esse, quoniam satis est, quod de perceptis teneatur,deq; percipiēdis, arg.in.l. Diuus. ff.de off. præsi.& in c.cum percussio. 7.q.1.& not. in simili in.l. quid ergo in.§. pœna grauior. ff.de his qui not.infa.

23 Subdit† tamen adhuc Bar.in.d.l. domum, si agens se referat ad personam & potuerit possessor plus percipere pp singularitatē suæ personæ, qđ ad istud restituendum nō teneretur, alias si ad id quod percipi potuisset cōiter, sic, & idem uel ad possessorem uel ad petitorem istud referamus. quod ego intelligo in casu.l.si nauis, ff.de rei uendi. ubi si aliquis nauem mala fide occupauerit, tenetur ad id quod cōiter dominus & petitor percipere potuisset.& ita dēt induci eius theorica,nō etiam (ut dicit Deci.) quia tunc foret dubia ut p eum. & hæc sufficiant quantum ad prin.istius legis. Tamen nec omittendum est, posse præter ea quæ dicta sunt, aliis duobus modis text.istum limitari, si contractus cum principe factus sit,

24 † quod tunc fructus & accessiones debeantur à tempore moræ, quanquam stricti iuris sit.

Et fuit limitatio Ias. non autem à tempore litis contestatæ, & hoc ideo quia habent naturam bonæfidei, ut per Bal.in ti.de pa. constan. in.§. si quis uero, in princ.

Sed tamen cogita, istud uerum fore,ut obligetur princeps, hoc idemque in subditorum utilitatem principaliter constitutum fuisse,ne decipiantur,ut not.in.c.1.de proba.ergo non ea ratione ut tempus moræ in contractibus stricti iuris, attendatur, quoad fructus, & non litis contestatæ,argumentum.in.l.ex imperfecto.C. de testa.& in.l. digna uox.C.de legi.& ut latius dixi in.d.c.1. Cogita,quia ipse etiam dubitat.

Secundo limitat Ias hanc differentiam contra-

25 ctuum Bonæfidei & stricti iuris,non admitti† de iure canonico, usque adeo ut dicto iure, moræ tempus semper attēdatur,post Bal. in.c.1.ad fi.de plus pet. ubi omnes mundi contractus sunt huiusmodi, ait. & est arg.in.c. dilecti,de indi.quam limitationem postea improbat, & benè ultra eum, quia non dēt induci discordia, inter unum & aliud ius.c. cum expediat,de elec in. 6. Rom.pulchrè consi.220.nume.10.Immò quod hanc differentiam facit etiam, & considerat ius canonicum in. c.cum uenerabile,de excep.cuius mentio quoque facta est suprà,in euiden.& ita tene.

Tertio adde etiam ad supra dicta quod iudi-

26 cium incipit à litis † contestatione, ut idem Ias.inquit ponderando tex.istum, dum dicit acceptum, & postea litis contestatæ tempus fore attēdendum.Sed opponitur de tex.in.§.fin. insti.de pe.te.lit.ibi initium omnium instituendarum actionum ab ea parte incipit quæ est de in ius uo.

Sol. à citatione incipit ut ibi, à litis contestatione uero formatur. l. amplius non petitum. ff. rem rat. hab. & finitur cum in causa concluditur, quia perinde est ac si sententia lata fuisset ut pulchrè inquit Bar. in.l.si mater,in.§.eadem,ad fi.ff. de excep.rei iud. & Bal.in.l.error,col.4.C.de iu. & fac. igno.& Ias. in.l.admonendi,in rep.colum. 25. ff. de iureiuran. conclusum in causa autem dr̄

27 † cum à partibus,probationibus renūciatum est. §. quia uero, ubi gloss.not.in authen.de testib.

Quarto adde, quod eo casu quo debitor non modo perceptos fructus, uerum etiam percipiendos restituit, à tempore litis contestatæ, teneri

28 etiam ad id post † sententiam, usque ad actualem executionem, ne mora contracta, uel per interpellationem, uel per litis contestationem, sibi utilis sit, de quo idem Ias. adhuc se remittit ad dicta p gl.& Bar.& oēs,in,l.in hac.ff.de tritica. & fuit opi.gl.in.l.qui restituere.ff.de rei uen.quicquid dixerit alibi in.l.Iulianus,in.§.1.ff.eo.secundum eundem Ias.Tu tamen aduertè,quod nec secus tenuit gl.in.d.§.1.& uerissimū est pōtq; rō supra dicta cōprobari, p tex.in.l.ne ex dolo,ff.de dolo & in.l.si ab hostib.in arg.in.§.1.ff.sol.mat.& ut suprà latius,& ita transit Ang. hic ante Ias.

29 Quinto & ultimo adde, † quod non semper effectus,suæ causæ commensuratur, nec semper cā effectum sibi similem producit,ut dicebam suprà ex quo uidemus quod pōt esse contractus bonæfidei,actio uero stricti iuris, ut certi condictio generalis,ex ꝯctu bonæfidei,si quid certum in eo deductum est.l.certi condictio.s̄.eo.& de quo alias in.l.uinum.suprà,eo.ad quæ dicta ibi se remittit etiam Ias. non regulare tamen. Vel ad intellectū dicas,quod benè causa effectum indicat, demonstratq; cām effectus,ut etiam in Topi. inquit Cice.estq; arg.in.l.licet,in.§.ea obligatio.ff.de procu. sed non quod quandoq; non possit esse dissimilis à causa, iux. not.in.l.quod si nolit, in.§.qui assidua, seu qui mancipia.ff.de Aedil. edic. orizo iterum idest finio.

Seruum tuum; quanquam Bart.auriga noster hic, nihil præmittat, attamen pro declaratione infrà dicendorum sciendum est, ut ēt inquit Ias. non ita tñ ut declarabo ego,& breuiter,quia difficilis est. §. iste, prolixitateq; nimia reddi difficilior non dēt, alias nec labore assequi ipsius ueritatem possemus,nec cogitatione amplecti. Et primo,ex quo de peculio deq; seruo peculiari, lo-

30 quitur,quod peculium, † nil aliud est,nisi id qđ habet seruus ex concessione domini expressa uel tacita.l.peculium est.l.quā Tuberonis.§.cum quidam.ff.de pecu.Bal.in.l.ex facto.ff.eo.

Secundo

Secūdo quod seruorum, quidā ordinarii sunt,
31 quidā uicarii † illi dño seruiunt, illi. Ordinario ut p gl. in. l. & seruorum. ff. de sta. ho. & Odof. hic co.
32 2. Itē qđ seruus peculiaris à peculio † dictus est, quia bona nō hēt. l. 1. §. fi. ff ad legē Cor. de fal. l. filiusfa. ff. de iu pa. Et hinc uinum peculiare quoq; quod serui habent & de quo pariter in. l. si quis uinum, in. §. fi. ff. de tri. ui. oleoq; lega.

Tertio quod seruus ab aliquo bonafide possessus
33 duplex peculium hēt † pōt, vnum quod ex re sua, uel ex opera sua quæritur, alterum uero, qđ ad dominū spectat, & pertinet. l. hinc quæritur. §. pōt dici. ff. de pecu. l. acquirit. §. de his, ff. de acqui. re. dom. & ut etiam hic per glo.

Quarto quod qcqd acquirit ex peculio, bonæ
34 fidei possessoris, uel ex opa ipsius serui, † eidē bonæfidei possessori acqritur, secundo dño, si ex suo peculio acquirat pariter, cum declaratione tamē, si Bonæfidei possessori acquisitum non tradatur, ut hic per Ias. post. Bar. in. 1. oppo. & formaliter legitur in. §. pe. insti per quas per. nob. ob. acq. & hic rursum in princ.

Quinto & vltimo qđ dñs obligatur de peculio
35 ex contractu † serui. l. 1. §. 1. §. Iulianus. §. sed si filius. l. depositi. ff. de pecu. no. Bal. i. d. §. 1. & fulius in. l. frater à fratre. ff. de cond. ind. & lō licet dicat, dñm ex ꝯtu serui conueniri non posse, ut in rub. C. ne fil. pro pat. uerū est, sed non indistinctè, qa conuenienter actione de peculio, qñquidē posit et per seruū obligari. l. 1. C. quod cum eo. l. 3 ff de pec. l. fi. C. ne fil. pro pat. & dictu mirabile est, quod ibi sit negatiua dictio præposita uerbo pōt, nec tamen priuet potentiam, nec inducat necessitatem præcisam, quod tamen est regulare, & notandum pro limitatione glo. positæ in. c. 1. de regu. iu. in. 6. & eorum quæ ad idem habentur in. l. 1. ff. de lib. & posthu.

36 Cāsus igitur sic se hēt † iactis his ad euidentiā habebam seruum Stichū, qui mihi subtractus est, fur eum tibi uendidit, emisti tu bonafide putans eū esse furis uendentis, Stichus is emptus, ex peculio meo, emit Pamphilum, tibiq; tradidit, dubitabatur quo remedio mihi succursum esset (namq; Sticho seruo peculiari, careo, nec non Pamphilo comparato siue empto, ex meo peculiari, & precio ipsius Pamphili, siue peculio ipso) pro consequendo Sticho ordinario, Pamphilo uicario, & peculio.

Et breuiter rñdetur ut hic per glo. quæ adeo clara est, ut nō aliter secūdū Bar. casus scribi à nobis debeat. Tu dic tamen clarius, quia mihi nō ex toto satisfacit pace Barto. dixerim, multiplici uia mihi domino succursum esse. (quo ad Stichum ordinarium nulla est dubitatio, posse à me uendicari, ut etiam dicit glo. condicere, ex quo statim quod probo rem meam esse, necesse habet possessor eam restituere. l. officium. l. in rem actio. ff. de rei uend. not. §. omnium, insti. de actio. & in re furtiua est tex. clarus. in. l. inciuilem. C. de fur. nec ab re si casus iste tanquam indubitatus à. I. Con. prætermissus est, si pro dubitandi ratione tamen diceretur quod immò uendicari non poterit, quoniam usucapionis exceptione fortè repelli poterō, titulo & bonafide tui possessoris causata. l. 3. ff. de usuca. l. traditionibus. C. de pac. respondebitur uerum non esse, ex quo rei furtiuè non procedit usucapio. §. furtiuæ, insti. de usucap. l. sequitur. §. quod autem. ff. eo. estque locus hypoteticus à conditionali proloquio si res furtiua est, ut hic usucapi non potest, & primo quoad Pamphilum uicarium, ex peculio meo emptum, & tibi bonæfidei possessori traditum (de Sticho. n. ut dixi clarum est condictione indebiti, ex quo indebitè ad te peruenit, uel certi condictione, quia certum petitur, uel sine causa, cum tibi etiam absque causa fuerit traditus, quarum actionum media tantum placet, ut condicatur Pamphilus, quicquid dixerit glo. 1. hic & præallega. & in uer. condicere, & Barto. post eas, quia cum bonafide posideretur, non absque causa, nec indebitè, sibi traditus uidetur à uenditore. Et quia uerbū condicere in text. positum debet intelligi pro ut dicitur in rub. suprà, inque ultima sui parte argumentum in. l. Imperatores. ff. de in di. ad. & dixi etiam in prin legis suprà.

Sed transeat postquam sic. d. uerbum intelligunt, subiicit tex. hoc casu tamen, si quid tibi bonæfidei possessori abesset ex negotio quod is gessisset, Pamphilus scilicet, & malè fuissesq; in aliquo damnificatus, quod poteris agere contra me actione de peculio, & etiam post multa dicit glo. hic in uer. acturum, & uerissimum est, quia ita signanter ait. I. Con. in. l. si seruus, in. §. 1. ff. de act. emp. ubi sunt uerba formalia, quæ hic, unaq; lex alteram declarat. l. utrum. ff. de peti. hær. Soc. in. l. 1. in princ. ff de reb. dub. ergo non ut dicta gl. in princ. inquit retineri, donec tibi satisfiat, & Odof. cum ea, & quia à uerbis legis recedere nō debemus, cumque non est difficultas in eis, non est admittenda uoluntatis quæstio. l. non aliter. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. & ita Barto. hic num. 5.

Et quia regula est quod non posit uti retentione rei, nisi in casibus, qui firmant eam in non exceptuatis. l. quæsitum. §. denique. ff. de fun. inst. & ad propositum est glos. & ibi per Docto. in. l. si non sortem, in. §. si centum. ff. de cond. ind.

Est uerum quod dubium faciebat me, dictum Pamphilum condicere non posse, ex quo nemo regulariter rem suam condicit, præterquam à fure (aliter opponit Ias. ut per eūm, sed hoc modo melius, ne à uerbis literæ recedamus. l. fin. ff. usufruct. quemadmod. ca. l. prima. §. fin. ff. de tritica. l. si quis nec causam. §. fin. suprà, eod. at hic ego habebam dominium serui Pamphili, quia quicquid acquirit seruus acquirit domino, l. placet. ff. de acquir. hær. ergo. & ita deducit argumētum Bart. & respondet postea, post glo. in uer. traditus, quod non fuit seruo meo traditus, nec ꝯsequenter mihi acquisitum dominium, sed tibi bo

noru m possessori cui & dominium acquisitũ fuerat pariter, nimirũ igitur si agere possum. sed meo quidem iudicio melius esset sic dicere, nemo condicit rem suam præterquam à fure, iuribus prællega. nouissimè Barto. in. l. cum quis, in. §. 1. nu. 2 ff. de sol. §. sic itaque, insti. de actio. at hic tu eras bonæfidei possessor, tibiq; Pamphilus bonafide traditus ergo, & uendere ut suprà, uel & aliter, quod nemo condicit rem suam præterquam à fure, si sua sit iure pleni dominii, at hic nõ erat, tradito (ut diximus Pamphilo tibi, ergo, & ita declarat idem Bar. in. l. certi condictio, nu. 39. suprà, eo. aliam dubitationem ponit Ias. hic, & benè in hoc, postea soluit, & ante eum Albe. col 2. dic ut per eos.

Vlterius, ut Iuliano placuit, mihi etiam succursum est alio remedio, quia potero agere contra uenditorem Pamphili, actione & empto, ut mihi seruum eundem tradat, seruo meo Sticho uenditum, ipse uenditor uero, contra te bonæfidei possessorem, ipsumq; repetere & mihi tradere. Tamen quantum ad istud aduertendum est, quia ut Paulo infrà inquit Pau. ego non sum audiendus, nisi uenditori precium Pamphili soluã, si solutum non sit à Sticho ordinario seruo meo, & nisi præstem eum quæ præstarentur, sibi si cum libero homine contraxisset, idest nisi precium faciam uenditoris accipientis. Et plus quod idem dicendum est, quod teneatur uenditor, quodque ego dominus possim agere ex empto contra eũ, quamuis tibi bonæfidei possessori precium soluissem, inquit adhuc I. Con. hic, & non uenditori, estq; uerus huius literæ sensus, quicquid dicat glo. in uer idem. Subiiciens tamen, si actiones, quas habet uenditor contra te bonæfidei possessorem mihi domino præstare, hoc est cedere, paratus sit, seu cedat, quod potero agere contra te, & uenditor, supple, liberabitur. & hæc omnia adiiicienda sunt Iuliani sententiæ, quandoquidem imperfectè diminuteq; etiam locutus sit.

Et ratio decisionis est, ad propositum quod agere possim contra uenditorem, quia ex meo peculio à seruo meo Sticho emptus est Pamphilus, usq; adeo ut mihi etiam teneatur, eum tradere.

Dubium tamen faciebat hoc quoque casu qđ immò agere non possim, quia uenditor traditione & solutione erat liberatus. l. cum quis. §. 1. ff. de sol. Sed nihil est, & respondet Bart post glo. hic in uer. uendicare, quod erat liberatus in. d. §. 1. ex quo soluens mandatum habebat quamquã esset reuocatum, hic autem uenditor non, nimirum igitur si contra eum agere possum, ut ipse agendo pariter, contra te bonæfidei possessorem, seruum Pamphilum recuperet, mihiq; tradat, uel actiones cedat ut suprà. Immò quod plus est iubere, quam mandare, strictiusq; uerbum iussus quam mandatum, ut per glo. in. l. sæpe audiui Cæsarem dicentem, ff. de offic. Præsi. Bal, in. l. quoniam indignũ. C. de testa. cum ergo iussisset debitori in casu d. §. 1. creditor, ut solueret Titio, non mirum est si soluens liberatur, quamquam postea debitore ignorãte Titium uetuerit accipere, at hic nihil erat quod mihi præiudicium faceret, & uenditorem liberaret, ergo. Et istud ultra glo. & Bar. dictum sit, quod tamen ad idem tendit.

Et si uoluero, subiicitur ultimo loco, non approbando contractum serui ordinarii, cum uenditore initium, potero, peculiares nnmmos uendicare, si extant. Et ratio est, quia seruus Stichus non potuit alienare peculium, cum non haberet liberam administrationem, l. quam Tuberonis. §. alia causa. ff. de pecu. actione de peculio nihilominus ego manebo obligatus, ad precii solutionem, quæ rursum euanescet, si consumpti sint, quoniã consumptione reconciliatur solutio, & in solutum cedent.

Quanquam dubitatio etiamnum hoc casu esse potuerit, ne uendicentur, quoniam compensatio obiicietur à uenditore. l. 1. C. de compensa. Immò quod mihi uulgatum illud dicere poterit, amice frustra petis quod statim restituturus es, argu. in. l. dolo facit. ff. de excep. do. cui pulchrè respõdet Bar. hic, ut per eum, quod fit compensatio de liquido ad liquidum, at hic ex parte mea & ratione peculii, quod uendico debitum liquidum est, ex parte uenditoris uero, non de peculio agentis, ex quo fortè fient tot deductiones, ut uerisimiliter parum aut nihil sit in peculio remansurum. l. sed & si. §. 1. ff. de pecu. ergo, & de hoc infrà, latius. Et hæc sint satis quo ad casum restat solum ut omissis multis glosarum non nullarum dictis, quippè quod ex his absolutæ fuerũt & plus quod inuolutæ etiam sunt cætere, quas præter Sybillam legere & intelligere, potest nemo, materia inutilis est, de seruorum contractibus, quia recesserunt ab Aula, aliqua quantum tamen satis sit pariter, tractemus, quæ rursum ad intellectum istius. §. conferant, uel etiam si oportuerit gloss. ipsas aliqualiter expediemus.

Et primo, dum dr hic. Imprudens à fure bonafide emi, quod in, quandoque ponitur in lege,
37 augumentatiuè † pro ualdè. l. cum duobus. §. dãna. ff. pro socio. l. 2. §. si indemnitas. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. Gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posthu. quandoque priuatiuè, ut hic, & in. l. in fundo. ff. de rei uen. & in. l. si seruus, in. §. 1. ff. de ac. emp. quandoque in delictum sonat, uel quasi. l. si tibi. C. de lib. cau. l. Improbum. C. ex quib. cau. infa. irro. l. 2. ff. quod quisque Iu. sensusq; est hic (ut ubi que dicitur) imprudens, idest ignorans. & nõ abre ad propositum dicebat Bal. in. l. ex arrali, ad fi. C. de actio. emp. uerba, aduerbia, præpositiones, & similia semper intelligi debere & exponi secundum subiectam materiam estq; argu. in. l. si uno. ff. loca. maximè, quia aliud esse uidetur, quod in cum. n. scribatur, & cum in meoq; iudicio, ppriè (quod hic dicitur) legi debet, quoniam Stichũ seruum meũ bonæfidei possessor, imprudenter emit à fure, quippe quod diligenter perquirere debuisset, & habere notam conditionem eius, cum quo con-

contrahebat. l. qui cum alio. ff. de regu. iu. arg. in. l. in ciuilē, ibi, cautius negotiari discas. C. de fur.

38 Secundo quod circuitus † uitandi. l. dominus testō. ff. de cond. ind. Clem. auditor, de rescrip. unde uulgatum illud quoq; prodiit, frustra fieri per plura, quod potest fieri per pauciora, ad quod ēt tex. prædictus allegari solet in not. q. Cy. in. l. si nō conuicii. C. de iniur. & Bald. in. c. ex insinuatione, de rescrip. & facit etiam tex. in. l. fi. qui ita summatur. C. de adop. & in. l. in donationibus. C. de don. & in. l. 2. C. per quas perso. nob. acq. Et hoc est qđ dicebat Odof. in. l. 1. in. §. si ego. ff. si pars hær. pet. quod ea uia est benignior, quæ facit uobis uitare circuitum. Et Bal. alibi, si petatur quid quod incōtinenti restitui debeat, quod obstabit petenti exceptio dolo facis quia petis, quod statim restiturus es. l. dolo facis. ff. de except. do. in. l. si socer. in. §. 1. in prin. ff. sol. mat. Et Ang. in. l. 1. in prin. C. de tempo. in integ. resti. pet. quod hac de re, emanauit decisio illius legis. & l. si eo. ti. & lib. Et Bar. in. l. 1. C. de diuer. rescrip. Abb. quę simul in. c. fraternitatis, in prin. de testa. qđ ubi duplici quæstioni, potest satisfieri unica responsione, non est separatim respondendum. Et Flor. in. l. si precario. ff. communia prædio, quod quando aliquid à me auctoritateq; mea fieri potest, non dum iudex fatigari, nisi ut me defendat à ui futura, dixique ego alibi satis. Et ad propositum quia regula generalis non est, dicunt ✻ omnes hic, de æquitate dari actionem illi, cum quo nullum negotium gestū est, hoc est mihi aduersus bonæfidei possessorem, pro restitutione Pamphili. Et ad not. dictum Io. And. in rub. de ob. & sol. col. 1. In addi. Spe. inferunt, maximè Alex. & Ias. hic, si quis promisit se obligaturū, ad. 10. quod statim poterit conueniri ut circuitus uitetur. quod ex suprà dictis etiā potest confirmari. Et uidetur casus in. l. ob eam causam. ff. de præscrip. uer.

39 Sed dubitat Deci. ualdè, † motus ex pluribus, & primo, quia sic promittendo non uidetur uoluisse se de præsenti obligare, quo casu nec dēt etiam posse conueniri, argumentum in. l. non omnis. ff. si cer. peta.

Secundo, quia qui sic promittit, obligatur ad factum. l. consilio. ff. de cura. fu. ad factum aūt quis præcisè nō tenetur. l. si qs ab alio. ff. de re iu. ergo.

Tertio quia qui promisit fideiubere pariter, non dicitur fideiussor. l. si quis stipulatus sit Stichum. §. fi. ff. de uer. ob.

Et quia ultimo loco aliud est pactum de uendēdo, & aliud uenditio secundum Ang. in. l. 1. C. de pac. pi. no. in. l. in bonæfidei. ff. de eo quod cer. lo. & ut p eū latius, ergo & hic aliud promissio, de se obligando, & aliud obligatio.

Mihi autem uidetur, quod nullam habeat dubitationē, ex quo est casus clarus, in. d. l. ob eā causam, ad fi. ibi sed promissa præstabuntur, ut condemnatio sequatur. Et quia stat regu. prædicta, à qua in dubio. recedere non debemus. l. ab ea parte. ff. de proba. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iu. Bar to. in. l. 2. col. 1. ff. si quis in ius uo. non ei. Et quia deniq; perinde est ac si se obligasset de præsenti, quoniā potentia propinqua actui, actus est. Ideo; iudicamus de eo qui est in uia ad actum, quod iudicamus de eo qui est in actu. l. abesse. l. qui mittūtur, ff. ex quib. cau. ma. l. quæsitum. § illud fortassis. ff. de lega. 3. l. pe. ff. de mil. testa. Nec ob. si ad regu. diceretur, ad tex. n. d. l. ob eam causam, non respondet Deci. ut ipse Deci. dicit, quod nō procedit nisi in casibus à iure expressis, quia respondebo unum ex illis istum esse, quo quæstio deciditur ut hic. Dicit etiam & secundo quod circuitus uitandus est, si sit inutilis, & not. in. d. Cle. auditor, sed his utilis est, quia debitor habebit dilationem ad soluendum. Et adhuc malè, quoniam habebit etiam si statim conueniatur. l. qđ dicimus. l. ratum. ff. de sol. Tertio respondet, quod uoluntas fuit limitata, sed replicatur perinde esse, ac si simpliciter se obligasset, cū non possit amplius promissionem reuocare l. sicut C. de actio. & ob. & in regu. quod semel, de reg. iur. in. 6. nec aufertur quod differtur. l. quamuis. ff. de arbit. l. destitisse. ff. de iudic.

Et per prædicta sic tenendo, quoniam non parua quoque est Io. And. auctoritas ad opposita facile poterit responderi, & ad primum dici, quod immò de pręsenti se obligare uoluisse uidetur, & est perinde ac si dixisset obligo me tibi ad 10. arg. in. l. si is qui, ad fi. ff. commo. tametsi uerba aliud sonare uideantur, nanque eorum interpretatio, nusquam tantum ualet, ut melior sensu existat. l. 3. C. de lib. præte.

Ad secūdum uero, quod immò id iuris est, quā quam contractus ipsi, sint facti, ut insti. de ob. in prin. ibi obligatio est iuris uinculum quo &c. ergo præcisè tenebitur, & non ad interesse, ut dicitur in. d. l. si quis ab alio, & arg. retorquebitur.

Non ob. tertium quia illud ideo est, ex quo psonæ sunt diuersæ promittētis & fideiussoris, hic autem eadem, igitur stant ista simul, quod qui pmisit fideiubere, hoc est satisdare, non tamen sit fideiussor, & nihilominus hic promittens se obligaturum ad 10. sit obligatus & statim possit conueniri. Immò quod casus omnino diuersus est, ab inductione Decii, & nihil faciens ad propositum, nanque stipulatus erat quis, sibi satisdari p centum aureis, sibi pariter debitis, satisdedit, sed fideiussor minus idoneus erat repertus, dicit ibi, l. Con. quod stipulator poterit agere contra promittentem ad interesse, quid ad rumbum igitur, quod qui promisit fideiubere non sit fideiussor?

Non ob. ultimum, quod fuit dictum Iac. But. ante Ange. in. d. l. 1. refert. Corset. in sing. suis, statutum. 1. duoq; ibi asserit, unum, quod istam doctrinam sibi docuerat præceptor suus Bononiæ, in platea, cum à cathedra descendisset, alterum, quod dixerat sibi se secundum illam alias consuluisse, quia nihil est, ex quo fortè uerum istud esset, quando promissio de uendendo, facta fuisset ad certum tempus futurum prout declarat Alex. consi.

ræ in ius uocatus sisteret, ex eo edicto nihilominus tenetur. Sed tamen cogita tu, hoc casu non fallere quodq; benè putarunt illi quorunq; opinioni statur, ex quo nuncians reo, & actori pariter tenetur ad interesse, ut ibi dicitur, quandoquidē dolo non caruerit, reus nec culpa, dolusq; culpæ præponderat. l. Itē si obstetrix, ad fi. l. qui foucas. ff. ad legem Aquil. ergo.

Vltimo limitatur regu seu glo. prædicta, si prima opinio æquitatē saperet, & fuit limitatio Are. consi. 164. col. 5. per glo. in. l. si cum exceptione, in. §. sed & si quis, ff. quod met. cau. quam limitationem hic sequitur Ias. ad unguē. Impugnat uero Deci. dicens, parui momenti esse, quoniā omnino æquitas præfertur rigori. l. placuit. C. de iudi. ad idem quoq; per Are. allega. in loco de quo suprà. Et quia dicit Alex. in. d. l. placuit, quod immò rigor scriptus posterior, derogat æquitati priori, & est gl. in. c extirpandæ, in. §. qui uero, de præb. Tu à limitatione glo. non recedas, quam si gnanter etiam Deci. met sequitur in. c. 1 lectu. 1. ad fi. de Consti.

Nec ob. quod parui momenti esse uideatur, qa immò refert, ex quo haberet locum alias quod dicit glo. in præalleg. §. Sabinus. Nec facit quod omnino æquitas præferatur rigori, quia hæc erit rō, quare etiam opinio quæ sapit æquitatem alteri sapienti rigorem erit præferenda. & hoc est quod uoluit dicere Are. in consi. de quo suprà.

Non ob. rursum gl. in. d. §. qui uero, quia id uerum est secundum unam lectu. Vel & aliter, quod procedit non quia rigor præferatur æquitati, sed quia eo ipso quod facta est constitutio ꝫuenientes ligat ipso iure sine aliqua monitione, siue pœna cōmittitur de qua ibi, eo ipso qđ rector habuit facultatē residendi per se ipsum, & residere distulit, ut ibi declarat Abb. in. rep. col. 6. 7. 8. Cogita.

Quinto notant Docto. hic, idem Ias. & Deci.
44 quod agens † ex contractu serui, contractum ipsum approbat, exempli gratia ego ex æquitate, petendo Pamphilum ex pecuniis meis emptū, siue agendo ratificat ut etiam dicitur ultra eos in. l. cū quæritur. ff. de admi. tuto. si non expresè saltim tacitè, ex quo contractum ipsum non improbat, d. l. cum quæritur. Et quia uoluntas non minus facto quā uerbis datur intelligi l. Paulus respondit, ff. rem ratam hab. l. repræhendenda. C. de inst. Immò quod plus facto quam uerbis declaratur. l. si tamen. §. ei qui. ff. de Aedi. edic. usque adeo, ad propositum, ut obligetur perinde ac si ipse contraxisset, ex quo succedit in locū eius qui contraxit. l. Caius, ad fi. ff. de manumissio. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acq. po. & ut hic per eos latius post Bal. in. l. contra iuris, in. §. si. ff. de pac. & est argumentum in. l. si eum, in. §. qui iniuriarum. ff. si qs cau. ubi regula iuris antiqui traditur secūdum Are. consi. 164. col. 3. & nimirū si dicit tex. hic agentem teneri, si quid bonæfidei possessori abesset, ex negotio quod Pamphilus gessisset. & ad propositum illum tex. in. d. l. Caius, dicit not. Bal. in præalleg. §. fin. ad fi. Adde Ange. similiter alibi dicentem, in. l. apud Celsum, in §. Marcellus. ff. de doli excep. quod qui nititur ex contractu per alium facto, debet illum cum suis Spinellis capere. Et Bal. in. l. 2. col. 1. C. de lib. & eo. lib. quod simili modo filius, qui uult se ex contractu patris iuuar, debet illum cum sua causa, suisque uiciis acceptare, & benè. d. §. cum quis. nonnihil Moder Taurinen. in. l. seruus, nu 5. C. de pac. & ibi Deci. Sen. ante eos.

Dicit quoque ad propositum adhuc Bal. quod qui succedit in locum alterius, utitur eo iure, quo ille uti poterat, in. l. 2. col. 3. C. de lib. præte. & probatur in. l. qui quadringenta, in uer. nā hæres. ff. ad Treb. Et Paulo inferius in. d. l. 2. quod quæ ueniunt cum transmissione, non possunt uenire nisi eodem modo & qualitate.

Et in. l. 1 col. 7. C. qui admi. qualis est res in origine, quod talis esse debet in acquisitione. Et in. l. omnibus, in. §. 1. in princ. ff. si quis ius di. non obtemp. quod dominus non potest se fundare ex contractu procuratoris nisi qualificato, prout est à principio.

Notabilis etiam est & sexto text istę si uenditor tradidit rem, cui ad tradendum teneri bona fide credidit, bonæfidei possessori scilicet cedendo
45 † actiones, liberatur, ex quo nihil est, quod sibi posit imputari, & rem quæ culpa caret, in damnum uocari non conuenit, inquit tex. in. c. cognoscentes, de consti. Et hac ratione quodammodo dicere potest agenti, uulgatum illud. Amice quātum ad te, liberas ædes habeo. l. loci corpus. §. cō petit, ff. si serui uend. satisq; est quod actiones eidem cedat. quod si non faciat, tenebitur alias, uel ad Pamphilum uenditum tradendum, uel ad restitutionem precii, ut uerba tex. innuere uidētur, ibi. Si tamen actiones, quas aduersus eum habet, præstare domino paratus sit à sensu contrario, quod argumentum frequens est & ualidum, immò fortissimum in lege, l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius cui man. est iu. quia si paratus non sit uenditor actiones cedere, domino agenti, non liberabitur. Et quod actiones cedere teneatur probat tex. in. l. si quis uxori, in. §. apud Labeonem. ff. de fur. statim allegandus.

46 Sed dubitatur hinc † si uenditor sit debitor generis, hic de specie loquitur I. Con.) quid iuris, an soluendo liberetur?. Et cōcludit Ias. post Pau. Cast. hic, quod non, motus per text. in. d. §. apud Labeonem, & ibi per Bar. in princ. & Abb. in. c. significante, col. 3. de pigno. & latius ut per eos.

Deci. autem hic, tenet contrarium differentiamq; hanc in casu huius legis, non procedere, motus & ipse, quia id quod soluitur à debitore generis reputatur id quod à principio in obligatione fuit, sed nihil est, quia genus à principio erat in obligatione, ut præsupponunt omnes ita tenentes ergo. Et quia si debitor erat generis, nō potest dici etiam quod à principio sit debitor speciei, itaque æmulatur Deci. & garrit, non autem

more

more optimi. I.Con.pro ueritate disputat.

Mouetur rursum ad istud probandum quia ob latione sola debitor generis liberatur. l.qui decē, in prin.ff.de sol.ergo multo magis traditione ut hic & ineptius quidem, quia non est uerum quod liberetur ipso iure, ex quo erat debitor generis, sed ope.exceptionis, cū sine causa, accipere creditor recusasset, nec interitus culpa poterat debitor imputari, ergo nec traditione hic, si debitor fuisset generis, quia genus nunquam perit. & hoc est quod dicit Bar.in d. §.apud Labeonem, & Bal. in.l.si is cui. C.d fur.& probatur in.l.incendium. C.si cer.peta. deque materia alias in.l. quod te.supra.eodem.& in.d.§ apud Labeonem. Nec ob.ut idem Deci.dicit, quod ibi erat incerta persona cui solueretur & non mirum si debitor non liberatur, quia imò erat certa & Siliginis quidem, ut signanter dicit tex. & ibi Bar.in prin. & sic generis, nec solutione liberatur, quamquam culpa careat, præall. ga.l.incendium, & aliis ut.supra.

in glo traditus in prin.ibi ueri domini, Concluditur, quia Pamphilus emptus à Sticho non sibi à uenditore, sed bonæfidei possessori traditus est,

47 quod ipsius factus, siue ei acquisitus est † alias esset factus ueri domini si sibi, hoc est Sticho prædicto traditus fuisset.l.si seruus.ff.de acqui.re.do. & non ab re quoniam ut præsupponendum est, emptus fuerat de peculio ipsius domini, nimirū igitur si ipsius fit, quia quicquid acquirit seruus acquirit domino.l. placet.ff. de acqui. hær. ita ut nec momento, quemadmodum ibi dicitur, acquisitum apud eum maneat, Tamen aduertendum est, ut etiam dicit glo.quia.d.l.si seruus, probat contrarium, namq; si seruus meus cum tibi bonafide seruiret rem emat traditaq; sibi sit inquit Pompo. I.Con.ibi auctoritate etiam Proculi fretus, quod mea non efficitur.& rationem assignat, quia seruum non possidebam. ergo siue expeculio meo empta sit siue simpliciter, nullo modo mihi acquiretur, quicquid dicat Alexand. & Deci.hic.nihil concludēs adducentes, contra hanc inductionem & rationem.I.Con.& propterea Fulgo.& Ias.aiūt ad istum tex. responderi non posse. Imò garrit & inuoluit se idem Ias.& ad idem quoque facit, quia si ea ratione dicere uoluisset.I.Con.nō effici meā quia de peculio meo non erat empta, expressisset utique, nec generaliter fuisset locutus usque adeo quemadmodum dixi, ut generaliter intelligi debeat dictū & ad rationem applicari longè magis. l.1.§. generaliter. ff. de lega. prestan.l.regula.§.& licet. ff.de iu. & fac. igno. Cogitabam ego tamen alias dici posse quod.I. Con. id pro absoluto habuerit & non expresserit ut hic in prin.& ut dictū fuit. supra. quod Stichus à domino posset uendicari.& subaudiatur ad tex. illum. rem.d.casu non effici meam, quia seruum non possidebā, & quia res non erat empta, de peculio meo. l.oratio, ibi q orationi deest suppleatur.ff. de spon.l.uerbū uolo. C. de fideicom. Cogita tamen & scias alias, qd illum tex.in aduertenter hic adducit Bar. in prin.& aduertit quoque Ias.& benè.

In ea.glo.ad fi.post multa conluditur quod tra

48 ditione† Pamphili facta, bonæfidei possessori à uēditore sibi dominium quæritur. & nimirum quia ipsum dominium esse credebat Stichi serui ementis. Sed contra quia traditio nuda & absque titulo siue iusta causa, dominium non trāsfert.l. nunquam nuda. ff. de acqui.re.do sicuti nec ex contractu inutili transfertur, quāquam transferatur possessio, ut ibi & in.l.iubemus. C.de sacrosanc.ec.& in.l.1.in.§.si uir.ff. de acqui.po.sed hic sine titulo uel iusta causa, facta uidetur à uēditore bonæfidei possessori, qui non erat dominus.ergo. Imò quod errabat tradendo Pamphilum eidem ex quo mihi dño tradere debebat, de peculio meo, à Sticho seruo meo empto errore autem adhuc dominium traditione non transfertur. l. 3. §. subtilius. ff.de cond.ob cau.ergo.

Sol non absque titulo traditio facta est, nec absq; causa putatiua saltem præcessit uenditio, ut signanter dicitur in.d.l. nunquam nuda, iuncta glo. quia bonafide, & iusto errore ac probabili, bonæfidei possessorem, uenditor esse credebat, & putabat dominum, nimirum igitur si dominium trāsfertur. & quia error erat dumtaxat in qualitate personæ ut hic per Bar. * & omnes.& uerissimū est, exinde respondentes, ad illud. n. obstare uidebatur, ad tex. in.l. falsus.C.de fur. quod ibi recipiens erat in dolo.ideo error in qualitate personę uiciat, & impedit dominij translationem, ergo nō hic in bonæfidei possessore. Adde tu posse aliter ad argm.responderi. quod dominium non transfertur quando non præcessit aliquis contractus de iure uel de facto, ordinatus ad translationem dominii, seu ad consensum dominii transferendū. l.si quis ut.§.dña. ff de acqui.po.arg.in.l. non omnis.supra. eo. at hic præcessit putabatque uenditor, se teneri, & bonæfidei possessorem esse, ut diximus, dominum ergo. & ita etiam declarat Bal. in.l. multū interest, ad fi.C. si quis alte. uel si. Quo ad id autem si uenditor dominus non fuisset, an transtulisset vsucapiendi conditionem in bonæfidei possessorem, ut hic per Deci. nu. 15.quoniam impertinens est, dic ut per eum.

In glo.condicere, concluditur, quod dominus contra bonæfidei possessorem agit utili cond.in-

49 debiti† uel sine causa, propter æquitatem, ne locupletior fiat cum ipsius domini agentis iactura, & ita etiam Bar.hic post multa. & utilis condictio indebiti datur, non directa, quia nullum negociū gestum erat inter dominum & Bonæfidei possessorem, deque æquitate.infra.in.l.seq.si & me & Titium. Adde tu, quod agit etiam certi condictione ut dictum fuit in casus figuratione, nec repeto. Quantum ad hæc tamen Saly.Bar.& glo.mordet, dicens æquitatem prædictā in casu isto non procedere, ex quo dominus habet actionē ex empto, contra uenditorem. & malè non ut dicebat Alex. ex quo uenditor cedendo actionem liberatur, haberetque tunc actionem cessam, neque subsidiarai

ria foret opus, ut etiam dicit Dec. & benè sed qa habet de rigore non de æquitate, qua datur sibi condictio indebiti, ut dictum est, uel sine causa, ex æquitate, ut circuitus uitetur, ne ue, ut etiam dictum fuit suprà, bonæfidei possessor fiat locupletior cum iactura domini, & ut infrà latius, hæcq; mihi pro nunc ueritas uidetur.

50 Subdit etiam Fulgo. hic, † quod in subsidium posset dari actio negotiorum gestorum domino, si exactionem à bonæfidei possessore ratificaret. Et malè secundum Alex. quia datur condictio indebiti, à quo non dissentio, maximè quia tex. hic, Condici posse dicit, nec aliter pōt intelligi. Et si diceretur, quod plura remedia subsidiaria possunt simul stare, quodque conueniunt, ut dicebat Dec. respondebo fallere, quando unum est altero pinguius, uel unum est prius altero in esse, productum, iux. not. in. l. si filius. C. de inoffi. dona. & in. l. in prouinciali. ff. de no. op. nun. sed condictio indebiti, uel sine causa sunt remedia pinguiora, ex quo in æquitate fundantur, l. 1. & ibi Bart. col. 4. ff. de cond. inde. l. si & me & Titium, infrà, eo. Idem Barto. in. l. ex diuerso, in pen. col. ff. de rei uendi. & prius in esse producta sunt, ut hic in uerbo condici, ergo.

In glo. ex negocio, dum exemplificat & exponit uerba tex. dicentis, si quid abesset bonæfidei possessori, ex negocio quod Pamphilus gessisset

51 repeti posse, duobus modis, tene † secundum exemplum, siue secundam expositionem, & dic ut dixi in figuratione casus, quia prima, quod pauerit seruum, & quod impensæ siue alimenta sibi facta pos sint repeti, stare nō potest, quandoquidem cum seruitiis compensentur. l. in rebus. §. possunt. ff. commo. declarat Deci. hic, & Bar. ante eum nu. 4. & benè. Si magnæ fuerint tamen repetentur ut ibi dicitur, nisi replicetur ad cibaria hoc idem referri non posse, quæ modica impendia dicuntur, ideo nec, ut diximus, repetuntur, sicuti nec quę fiunt in recolligendis fructibus. l. diuortio. §. Impendia. ff. sol. mat. ex quo pariter cum fructibus compensantur, ut subiicit Deci. & rursum benè. Et in recolligendis fructibus dixi, quia alias, ut ibi habetur, in utilibus & necessariis secus. Vel & ultimo dicendum, ut idē Deci. declarat, post eundem Bar. hic nu. 5. quod tex. intelligitur de expensis gabellæ, uel scripturæ contractus. Et sic de negotio gesto à Sticho, non à Pamphilo. Quibus non assentio, quia uerba relationem habent ad Pamphilum argumentū. in. l. si idem cum eodē. ff. de iu. omn. Iud. secunda igitur, ut dixi, tenenda est.

In glo. acturum in prin. concluditur bonæfidei possessorem, posse uti retentione serui Pamphili donec dominus sibi soluat id quod sibi abest

52 † ex negotio gesto ab ipso Pamphilo, & malè ut dictum fuit suprà post Bar. nu. 5. qui dicit quod uiolatur litera, nec toleratur, ultra eum, & nouissimè, ex quo absurdum est, nanque alias benè improprientur uerba, etiam cum aliquali uiolatione literæ, ne sequatur, l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tu. Abb. pulchrè, in. c. 1. ad fin. de cland. despon. Lap. alleg. 128. col. 1. sed hic seqtur & incurritur, ex literæ, ut diximus, uiolatione, ergo.

Est uerum quod Deci. nititur saluare glo. duobus modis, primo qa possidenti non datur actio, ergo retentio, non possidenti autem sic. Quæ saluatio adhuc non procedit, ex quo refragatur generalitati legis, dicentis actionem dari bonæfidei possessori, & hic & in. l. si seruus, in. §. 1. ff. de actio. emp. & ex his etiam quæ dicta fuerunt suprà, in materia retentionis.

Secundo saluat capiendo uerbum acturum, largo modo, & ineptius quidem, quia à proprietate uerborum recedere non debemus, nisi aliud subiecta materia dictet. l. non aliter. l. Ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3.

Subiicit etiam glo. secundum. H. quod agere posset actione negotiorum gestorum, & rursum malè, ac contra tex. in. d. l. si seruus, & rationem etiam, quam Bar. hic adducit nu. prælega. dic ut per eum, & in hoc & in cæteris, difficultatem, quantum adhæc, non habentibus.

53 In glo. emptori † resoluitur magnum contrarium, (quod pro declaratione nota, nanque dicit tex. hic, quod si dominus agat contra uenditorem, ex empto, & Pamphilum petat, ipse uenditor condictione indebiti experietur, aduersus bonæfidei possessorem.

Et Pamphilum repetet ut tradat domino agenti. Et malè, quia uenditor non erat dominus precii, ex quo poterat uendicari à domino, sed erat dominus Pamphili, cum ex traditione facta bonæ fidei possessori, dominium hoc ratione in eum translatum non fuerit, quia precium scilicet à domino poterat uendicari. §. uenditæ, insti. de re. di. Soluit ergo glo. & Bar. cum ea clarius, quod precium fuit consumptum, & sic consumptione reconcialiata solutio. l. non omnis. §. fi. suprà, eo. Vel habita fides de precio, tempore uenditionis, & traditionis, ergo agere poterit. Quæ sol. tamē, ut dicit Deci. diuinatione non caret nec, ultra eū, esset tenenda. l. apud Celsum. §. illa etiam. ff. de excep. do. l. si putator. ff. ad legem Aquil. Nihilominus, replica tu, quando contrarium difficile est, ut istud nec aliter solui potest, siue difficulter, quod cum ea transeundum est, inquit Bar. in. l. ita stipulatus, col. 14. ff. de uer. ob.

Secundo tamen soluit Are. hic, & Deci. post eum, quod dominium erat translatum in bonęfidei possessorem, siue in emptorem uoluntate uenditoris qui cogitabat ex solutione precii, sibi satisfactum fuisse. Nec mihi displicet, estq; arg. in. l. nunquam nuda. ff. de acqui. re. do. & in simili p Bar. de quibus etiam suprà, in. l. multum interest, ad fi. C. si quis alte. uel sibi.

Mihi uidetur, quod solutio plana sit, ultra alios, legi satisfactum esse, soluto sibi precio à Sticho seruo, qualecunque id fuerit. Et quamuis possit à domino uendicari, quia non propterea uendica-

vendicitur, ex quo contractum approbat petendo Pamphilum, & ut formaliter dr in d. §. uēditæ.

In glo. uendicare dubitatur, in princ. Si dominus peculium uendicet, an possit obijci cōpensatio, qa pretium soluere tenebat Pamphili: vēditi Sticho seruo suo. Et breuiter tenuisse videt qd.

54 sic † quicquid dicant Docto. hic, ex quo opi. Lotha. secundo loco refert, sic tenentis, iuxta not. in l. qui filiū, in. §. Sabinus. ff. ad Treb. & facit (ut disputando dicit etiā Bar. pro ea, imò quod ita tenet) quia in pecunia nō cadit affectio, nec interest plus vnā habere q̄ alterā. l. nummis, (vulgata) ff. de in litem iu. & quia specialitas in uno casu arguit ius cōmune in contrariū. l. ius singulare. l. quod uero contra. ff. de legi. sed speciale est in deposito non fieri, l. fi. C. de cōpensa. ergo, & ita etiā tenebāt Vltramonta. ut hic refert idem Bart. num. 8.

Alij autem contrarium, qd imò compensatio non admittat, ut glo. hic etiā dicebat prius, & ita a Docto. refert, fortè quia opi. H. recitat p aduersatiuā sed, quā hac de re probare non uidetur, vt dixi supra limitando glo. in l. qui filiū, in. §. Sabinus. ff. ad Treb. verū vtcunq; sit) probat istud, quod sentit etiā idem Bar. in l. talis scriptura, post Dy. ff. de lega. j. in fi. prin. & sic sibi ipsi cōtrarius, quia pecunia hic petitur ut species, speciei ad quātitatem non fit compensatio, ut hic & in l. sed & si certos, allega. in glo. ff. de lega. j. ergo. Et quia de debito liquido ad liquidū fit compensatio. d. l. fi. C. de compensa. hic autem ex parte domini, erat liquidū, ex parte aūt venditoris agentis de peculio nō, propter deductiones quæ fieri poterant. l. sed si damnū. §. j. ff. de pecu. & ita dicebam etiā s. in figuratione casus, ergo. & ita arguebat post Vltramon. Bar. hic pro opi. prima. Mihi aūt videtur quod pro ista sit adduci debeat, ex quo dubiū est an admittatur compensatio hic necne. Tertiò qa si testator leget centum apud cāpsorem existentia, eaq; hæres expendat, non pōt alia centum legatario soluere, sed vinoā dare ei tenebitur, prout iusserat testator, si dicta centū non soluisset, ex quo tanquā species legata erant vt signanter dicit idē Bar. in d. l. talis scriptura. Et opi. hæc mihi plurimū placet, q̄ dicatur contrariū (ut supra * cōmuniter teneri. imò qd regula sit. quātitatis debitæ ad quantitatē cōpensationem fieri, siue vt quātitas, siue vt species, consideretur. quia te nota (ut etiā dicit Dec.) tex. in d. l. sed & si certos, non pōt cauillari, vsque adeo ut iure optimo possimus a communi recedere, & adidē est tex. in l. planè, in §. r. ff. eo. ibi sed si nō corpus sit legatū, l. adhuc in glo. allega. Et quia si quantitatis ad quantitatē fit cōpensatio. l. si cōstat. C. de compē. peculium aūt hic petat, vt species, & corpus. (sicuti dicebamus.) cū precio venditori debito cōpensari non poterit. Nec ob. si diceretur ad secundū quod non sit verum, quodq; in actione de peculio etiam fit cōpensatio. l. debitor. ff. de compē. qa replicabo fieri casu quo deductio facienda non sit, igitur argumētum urget hic, et ratione nō admitti, quia deductiones fieri poterāt. dicit ad istud etiā Deci. quod inspecto statu præsenti, debitū erat certum, quodq; deductio domini de peculio respicit executionem, quæ non debet impedire substantiam compensationis. & rursum malè, quia esto quod esset certum respectu venditoris, non tamen erat certum respectu domini, quo fit etiā quod deductio executionem respiciat, vt debeat tamen compēsationem impedire, quādoquidem sic incertū sit & planè non liquidū. & sic non obijcietur domino agenti. Et tenendo sic vt teneri debet, quia nec tex. videtur cauillandus est pariter, qui sciuisset benè dicere si voluisset compēsationem obijci posse, & non dominū, nummos peculiares posse vendicare. Et quod rursum actione de peculio, ipsi precium soluere tenetur, prout dixi, poterit ad opposita facile responderi, & dici,

Ad primum verum esse, si pecunia in genere cōsideretur, & ita intelligitur quod dicitur in d. l. nummis. Verum hic de nummis peculiaribus loquitur Iu. Con. qui (vt dictum fuit) tanquā species siue corpus quoddā vendicantur à domino, ergo. aliud est enim esse tale, & haberi pro tali, aliud. l. hoc legatum. ff. de lega. 3. Bar. in l. si maritus, in §. legis Iuliæ. ff. ad leg. Iul. de adult. & ita etiā Deci. hic. licet non ita plenè.

Ad secundū vero idem Deci. respondet, hoc est ad tex. in l. fi. C. de compensa. vt per eū. Tu clarius dicas, verū esse, quod in deposito sit speciale, ne compensatio obijciatur, vt. Item & verius, qd sic in contrarium prius cōe, quod scilicet obijciatur alias; si termini fuerint pares, & debita liquida, at hic ex parte venditoris, nō erat liquidū propter deductiones quæ fieri poterant vt supra. ergo cogitabis tamē quia ardua est difficultas.

ADDITIO. In glo. vendicare, in prin. ibi vt speciem, ideo non admittitur compensatio. Cōclusio est, quod speciei ad quantitatem non fit cōpensatio. Idemq; tenet Bar. in l. talis scriptura, in fi. princ. deducendo ut supra. ff. de lega. j.

* Quā reprehendunt communiter * Doct. quod immo fiat, ex quo vel in specie vel in quantitate sit pecunia, omnino pecunia est, inq; ea non cadit affectio. d. l. nummis. Et quia speciale est in deposito non fieri, ergo ius cōe in contrarium. l. fi. C. de compen. & latius supra. & quanquā non fiat hoc casu, hoc idē est (ut pariter diximus supra) quia parte vnius, debitū erat liquidū, parte alterius autem non. & ita tenebant Vltramon. Idemq; Bart. hic post eos. Et dato q ita gl. induci debeat & disputari quæstio, adhuc non discedo ab opi. ipsius, teneoq; partem negatiuam, ex adductis supra.

Et ad opposita respondeo, non obstare, primū quia imò cadit affectio si corpus fuerit, & peculiaris, (peculium enim est, ut dos, grex, & hæreditas, iuxta not. in rub. ff. sol. mat. (& pōdera, quod tex. cū mysterio, dixit, nummos peculiares si extant. & est argumentū in l. Lucius, & in l. dic spōsalio. rum. ff. depo. coniunctā l. licet. §. rei depositæ. ff. eo. & in exemplo Bar. in d. l. talis scriptura, vt supra

uendica- pra

Ad tex. in l.fi.C.de compen.satis responsum est. Et quanquã non fiat hic,ratione.supradicta,& qa fortè nihil erat in peculio,non propterea sequitur quod fiat aliàs,præallega.l. sed & si certos. ff. de lega.j. uel dic,quod etiam non admittatur hic, quia uendicantur peculiares nummi, & precium soluitur,nec dicit l.Con.prout alijs in locis,usq; adeo ut nec nos dicere posimus.l.si uero.§.de uiro.ff. sol.mat. & ista sufficiant. in cæteris glo. est clara,hoc est in resolutione contrarij.l.cum quis. §.j.ff.de sol.dic ut in ea,& hic per Bart.nu. 8.uer. tertio oppono, & Deci. clarius.

55 Vel quod sol.optima † sit ad d.contrarium, & qđ ideo ibi debitor opponit creditori exceptionem& liberatur,quia ipsius creditoris uoluntas præcesserat,& mandatũ pecuniæ soluendæ nanq; iusserat debitori suo ut pecuniã solueret Titio, postea uetuit ne acciperet,debitor ignorans,soluit,& liberatur,quia si cõueniatur hoc ipsum creditori objiciet,hic autem nihil, ex quo actionem habet contra bonæfidei possessorem. Est bene uerum,quod cessione ipsius,liberabitur pariter, & fusius declarat Bart.hic nu.& uer. præallega.

Fulgo.dicebat aliter,quod hic agebatur actione reali,uenditorq; possidebat peculiares nummos, nimirum igitur si eos restituere tenetur, in d.§.j.aũt personali ad rem debitam, quæ aberat sine culpa debitoris,& proprio creditoris facto, ni mirũ igitur si exceptio objici potest, siq; debitor liberatus est dicto casu. & placet mihi supra modum distinctio hæc. quã tamen more suo impugnat Deci. dicẽs si uera esset,quod dominus agẽdo actione exempto,quæ personalis est contra uẽditorem ut supra in glo.emptori,efficeret ipsum uenditorem liberari pariter, quod tamen est falsum. Et malè, qm̃ esto quod uenditori culpa imputari non posit,non aberat tamẽ res proprio facto ipsius domini ut in d.l.cũ quis,in d.§.j.de cuius intellectu dictum etiam fuit aliqualiter.supra ideo distinctio bona. Dicit etiã Deci.met ad idẽ, probabiliter posse teneri, qđ uenditor sit liberatus,propter probabilem credulitatem,quã habebat,& propter quã dominiũ fuerat translatum in bonæfidei possessorem. Et qđ posit conueniri tãtum,quia ex tali facto actionem habet quã cedendo liberatur. Et rursum malè,ac cõtra tex.nostrũ. & quia si dominus agere potest aduersus uenditorem,iam dici non potest qđ sit liberatus.est tamẽ uerum,ut dictum est,quod benè liberabitur, si paratus sit actionem quã habet aduersus bonæfidei possessorem,cedere. Cogita.

In glo.euanescit ibi,sibi imputet, in prin. clara est ut hic p Ias.& alios, arg. formatur hoc modo. Si uerũ est quod nummis peculiaribus consũptis,actio de peculio competens uenditori ad precium euanescat,ex quo inducitur solutio iam re-

56 probato contractu à domino eos uẽdicanti † absque dubio ipse dominus, remanebit in damno quod esse nõ debet. Rñdet glo. eidẽ imputandũ esse,qđ non approbauerit contractũ,ipsumq; tantum non habuerit,pro qua responsione facit regula damnũ,de regu.iu.in 6. sumpta ex.l.qđ quis. ff. eo. ubi damnũ qđ quis sua culpa patitur sibi imputatur & malè, quia nõ tollit arg.nanq; ignorabat nummos prædictos uerisimiliter consumptos fuisse,& sic ignorans quoq; cõtractũ improbare uidebatur,arg.in l.uerius.ff.de proba. quod sibi exitio esse non debet.l.cũ quis, (adducit enim ad hoc Ias.tex.in l.manifestissimi.C.de fur.& Saly.ante eum,sed iste melius facit in materia.)§.j.ff. de sol.& ideo non ab re dicitur in regu. præalleg. damnũ.quod quis sua culpa patitur, & sic glo. repræhenditur,& ita intelligit̃ tex. noster, qđ si dñs uendicauerit nummos extãtes, ɔ̃ctũ approbare non uidebitur. uerũ cogita tu si disputando dici potest, quãuis ignorauerit nummos cõsumptos fuisse,qđ non propterea contractũ improbare uideatur.l.cũ de indebito.ff de proba.bonus tex.in l.sicut,in §.non uidetur.ff.quib.mo.pig. uel hyp. sol.& sic non erit dominus in dãno,ut glo. dicebat. tamen ab intellectu communi non discede.

Aliter ad arg.glo.respondent Docto.qđ dominus contractũ improbare uidetur, agendo rei uẽdicatione contra uenditorẽ ad nummos peculiares si rei uendicatio effectũ habuisset, sed hic effectũ non habuit,ex quo nummi erant consumpti, ergo.ita Alex.& fusius Deci.hic. Quæ responsio tamen confundi uidetur per tex.in l.quæritur.in §.si uenditor.ff.de Aedil.edic.ubi remittẽtibus iura sua nõ amplius datur regressus. Nisi replicetur ex quo reprobatio contractus expressè facta non est,sed tacitè, ita interpretari debere, regressum dari scilicet,siue approbari posse,quia, ut dictum est,rei uendicatio,effectum non habuit.

Et aliter quoq; respondetur, qđ sicuti consumptione inducitur solutio, ita ad traditionem tenebit uenditor ne ɔ̃tus claudicet,uulga.l.Iulianus. §.si quis à pupillo.ff.de actio.emp.& fuit eiusdem Alex.& Decij ac Saly.prius,responsio. Adhuc nõ tuta, si uendicando nummos peculiares dominus contractũ improbare uidetur, traditioq; facta sit bonæfidei possessori. ideo supradictæ responsiones fortè sunt tutiores. Et quia contractus etiã nõ claudicat facta iam,ut diximus,traditione bonæfidei possessori. In ea.glo.ibi,tu dic extantẽ,quæstio est,si uenditor poterat consequi.x. tantũ, qa tm̃ erat in peculio, deducto eo qđ domino debebatur Pamphilus uenditus est.xx. uenditoriq; soluta sunt & consumpta,dubitatur an dicta x. dñs

57 repetere posit & respondet gl. † qđ sic, si extãt, si uero consumpta sunt,qđ nõ,cum qua hic transeunt * oẽs.Nec ob.iura in glo.allega.quia alio casu loquuntur ut hic per Deci. Et ad propositum ipsius conclusionis ratio est,si cõsumpta sint, nec extent, qđ repeti nõ poterunt; qa consumptione euanescit actio, siue cõdictio indebiti uel alia domino cõpetẽs ut .ĩ.& hic declarat Saly.Ias.& alij. Et si diceretur omnino ex his una.x,indebitè soluta,& consequẽter repeti posse, per condictionem indebiti,à domino,argum, in l. nec nouum ff. de

condic.indeb. Respondet idem Saly. quanquā indebita sint respectu domini, quod nō tamen erāt respectu serui naturaliter obligati, qui insolidum tenebatur. l. naturaliter. ff. eo. & maximè (vt dixi) dato quod repeti possent, si consumpta sint euanescet actio. In ea. glo. ibi itē pone precium. alia formatur quæstio, si preciū serui fuit. xx. in peculio erant x. tm̄, seruus traditus domino, est valoris. xxx. an illa x. quibus plus valet seruus possint
58 peti à venditore per actionē de in rem verso. † & respondetur quod nō, ad quā Bar. hic se remittit. nu. 9. ad fi. Mouetur ergo glo. ad istud tenendū, quia non affuit occasio obligandi dominum, emptione Pamphili facta à Sticho, peculij cōtemplatione, & maximè cū ab alio possideretur, licet gl. non dicat. & optimè probatur in iuribus in ea allega. & in l. & ideo, in §. illud. ff. eo. quod id in rem domini versum dicitur, qđ ad ipsum pertinet. & in fi. quod tunc venditor agere posset, quādo seruus eo animo emisset ut in rem domini verteret, sed hic nō eo animo egit siue emit, ut dixi, ergo.

Est verum quod ob. tex. in l. 3. in princ. ff. eo. quem adducit glo. & non respondet, ubi ad literā dicitur, quod dominus obligatur de in rem verso, etiam quod seruus non habuerit animum obligandi eum. In cuius responsione se inuoluit Dec. ex quo alij non respondent, nisi Azo in Summa, quod cum eo. ad fi. quod ibi sit casus specialis, fauore libertatis, & malè quanquam Deci. non dicat, quia in hoc non fundat se. I. Con. ibi, nec specialitas est in libertate nisi in casibus à iure expressis, vt inquit glo. in l. fi. C. de sacros. eccl.

Respondet ergo Dec. sic, verbis sepositis, quod in excessu ibi, tacitè seruus occasionem obligandi dominum habuisse videtur, & ideo non mirū, hic aūt nullā, ut dicit glo. ergo agere non poterit ad d. x. Et rursum malè cū mutuā pecuniā acceperit ipse seruus dataq; domino principaliter vt manumitteretur, ergo nō ut ipsum obligaret, tacitè vel expressè, ex quo actus agentiū non operant vltra eorū intētionem. l. non omnis. supra eo. inductaq; ad vnū effectū, alium operari non debent. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. Cogita.

Et aliter dic tu, quod dominus teneatur ibi, nō qa seruus eum obligauerit tacitè vel expressè, sed qa ex illo pluris q̄ esset in serui precio, idē dominus erat factus locupletior, ut etiā ibi sentit glo. nemo aūt pōt cū alterius iactura locupletari. l. nā hoc natura. ff. de cond. ind. c. locupletari, de re gu. iu. in 6. ergo. In glo. fi. quā etiā Bar. hic expedit nu. præallega. 9. aliàs declarata, ut p. Doct. concluditur, licet dominus habeat utilem de æquitate, vt etiā supra dictū fuit, directa tamen ceditur à ven
59 ditore † nec habet dubiū. Ex quo dicit hoc ad literam tex. in fi. ibi. si tamen actiones domino præstare paratus sit, idest cedere.

Sed tamen duo inuestiganda sunt, primo an vtilis & directa differāt. Secūdo an cessa, directa sit,
* an vero vtilis. Quo ad primū cōmunis opi. * est
60 † quod non differant, nisi aliquo casu ut hic per Dec. declara tu verū effectu, quia clarum est differre saltim verbis. l. si idem. C. de codicil. Et origine vt per Ange. in l. nominibus, C. de actio. & ob. Et probatur ad propositū qđ effectu non differant. in l. actio negotiorū gestorū. ff. de nego. gest. pulchrè Bal. in l. cū patrem, col. 2. C. ne iure do. glo. in l. j. C. de ac. & obl. Pet. de Bellaper. q. 11. vbi multa. Bar. in l. j. in §. hoc aūt edictū, col. j. & in. §. usufructuarius, col. 2. ff. de no. ope. nun. Est uerū qđ directa præfert vtili secundū Bar. in l. j. in §. fin. ff. de loco pub. fruen. sed non hic, uerum è contra, vtilis directè, ex quo aduersantur, ut idem Bart. declarat in l. procuratore ff. de procu. Et quod directa & vtilis vni & eidem competere non possunt, ex quo vtilis datur ex æquitate ut supra, quę cessat in eo qui habeat directam, ut idem Bart. ait in l. si hæres, in prin. ff. ad Treb.

Quoad fin. Inquit Deci. post Bar. in locis p̄ cū allega. qđ habet directā ex persona cedentis vtilē
61 ex propria, & benè † quia simpliciter dici nō pōt, quod habeat directā, ex quo semper remanet penes cedentem, nec pōt ab eius ossibus separari. l. 3. ff. pro socio. l. quis ergo casus. ff. de pecū. Bart. in d. l. j. nu. 7. C. de actio. & ob Bal. in l. si quis seruo, col. 1. C. de fur. & not. in l. ex asse. ff. ad Treb. & ideo quando agit directa. semper agi debet cedentis nomine, ut idem Bart. dicit in l. procurator. ff. de procura. & ista quoque sufficiant, quoad glo. & materiam huius. §. tametsi à principio decreuissem in eis non multum insistere, ex abundanti dicta, quo & difficultatibus eiusdem. §. & curiosis, si non in totum, saltim foret aliqua ex parte, satisfactum.

Modo extra glo. aliqua etiam decidenda restāt, & breuiter ne Mantissa (ut est in prouerbio) obsonium uincat, ac primo, Si tu ex re mea, sis factus locupletior, ego uero possim habere regressum contra alium. Si ille liberaretur cedendo actionem contra te mihi, an ex æquitate mihi rur
62 sum detur actio † contra te directo & immediatè. Cui difficultati respondet hic Bart. quod sic, num. 6. declarando duo quæ in ipsa continentur. quare dicatur. si ex re mea factus sis locupletior. Et quare si ille contra quem possum habere regressum, liberaretur mihi cedendo actionem, mihi rursum daretur actio directa contra te. quia scilicet, quo ad primum, si rem haberet aliunde, quàm ex mea, non agerem contra te, nisi actione mihi cessa, quam alius mihi cedere tenebatur. Quo ad secundum, uero, quia si præcisè teneretur ad rem illam, cessaret æquitas, nec mihi daretur directo actio contra te, & ut per eum latius.

Contra quem arguit fortiter Pau. Cast. & Deci. & multa inculcant, ego succinctè & breuiter referam, & respondebo si uidebitur tutando Bar. iudicio quidem meo rectè locutum. Opponit igitur Pau. & primo de l. cum in plures. §. messem. (ab eodem Bar. tamen prius allega.) ff. loca. vbi colonus debuisset potuisse agere directo contra surripientem messes, quia ex re sibi debita erat locuple-

locupletatus, cedendoque eidem actiones, Dominus fuisset liberatus, & tamen dicit ibi text. quod non agit. Cui obiectioni ambagibus prætermissis, & quicquid hinc inde dicatur per eundem Pau. iudicio meo facile pōt respondere, & dici non agere eo casu, nisi cessa sibi à dño actione, ex quo surripiens messes nō erat locupletatus ex re sua uel sibi debita, ut ibi per glo. & sic opinionē Bar. probabit, non aūt contra eum adduci pōt tex ille. Imò quod nec de cessione actionis agit, cum dicat tex. colonū posse agere, contra dñm ut frumentū condicat. Et hoc attento, nec ēt conclusionē Bar. probabit, rōnabilem tñ alias, & ex alijs iuribus probabilem, ut per eum.

Secūdò opponit de l. j. ad fi. cū l. seq. ff de instito. ubi dñs directo non agit contra illum qui cōtraxit cum institore, quiq; potuit fortè esse locupletior factus ex re domini. Et rursum malè, non ut dicit Alex. quem reprehendit Dec. ut p eū, sed ex alio, quia primū non apparet quod qui cōtraxit cū institore fuerit factus locupletior ex re dñi. demū quia actio per liberam personam sibi quæri non potuit, & nō mirū si in subsidiū, eo noīe quo institor contraxit datur actio dño, quia institor

63 soluēdo nō sit. Et est uerus illius tex. sensus † diuersumq; ius oīno à casu nostro.

Tertio opponit Deci. de l. possessio quoq;. §. fi. ff. de acq. poss. ubi ex cōtractu procuratoris nō agit dñs nisi cessione facta. Quod arg. secū etiam sol. affert, illud ideo esse ibi, quia actio ex pacto,

64 † & contractu alterius non quæritur nisi cessa, & quia ēt non constabat eū cum quo contraxerat procurator, ex re domini factum fuisse locupletionem, ut hic.

Vltimo opponit Deci. quia actio quæ datur ex æquitate ne quis locupletetur cum iactura alterius, daī in subsidiū, qñ alia uia non est prouisum (de quo ēt alibi s̄.) sed hic prouisum est domino contra uenditorem, ergo non est recurrendum ad illam actionem extraordinariam, & ut per eum latius & longè magis Paul.

Tu uero respondeas prouisum fore dño, cōtra uenditorē de rigore, cui æquitas anteponitur. l. placuit. C. de iudi. & maximè ut dicebat Bar. si qs locupletior factus sit, ex re sua, & quia de rigore rursum hēt regressū ɔ̄ aliū, q. cedēdo actionē liberaretur. Cogita tñ quia difficultas non parua est.

Secundò eò redeundo vñ discessimus dubitaī

65 (quod ēt à nobis decidendū est.) Quid in † Monacho an dicta hic in seruo ad eum extendātur. deducendo ut hic per Bar. ad fi. qui breuiter concludit quod sic post Innoc. in c. cum olim, de priuileg. adde tu eundem Bar. in l. j. in princ. & in §. si fructuarius. ff. de stip. seruo. & ita cōiter * tenetur. & signanter per dictam theoricam Innoc. ita dicit, & arguit Bal. de seruo, scilicet ad Monachū. in l. sacrosanctæ. C. de Epis. & cle. & in l. Deo nobis, col. 5. C. eod. Et procedit tam in contractibus quàm in ultimis uoluntatibus regulariter, quicquid dicat Deci. hic, ut per eundem Bal. in dict. l. Deo nobis, & in l. si liber. C. de condi. ob caus. & in l. j. colum. 14. C. qui admi. & in l. seruum quoque, in princip. ff. de procur. Et quod assimilatur magis seruo, quàm filiofamilias, post gloss. in l. cum prætor, in §. fin. ff. de iudi. Et quod idem iuris sit in Monacho, quod est in seruo si maximè non possit diuersitatis ratio assignari, & differentia in casu de quo agitur, ut inquit Bald. in l. curatoris, colum. 2. C. de nego. gest. tradit in pulchra q. Fed. Sen. consi. 35. col. j. idem Bald. in l. seruus. C. communia de succ. de quo etiam hic per Deci. & in l. seruus. ff. de lib. & posthum. Bart. in auth. ingressi, in rep. num. 29. C. de sacrosanct. eccl. Et quamquam non semper procedat æquiparatio ut hic latè per Ias. & Bart. in q. suis. 12. col. 2. satis nobis esse debet, quod procedat (ut diximus) in casu de quo agitur. l. de quibus. ff. de legi. Bald. in d. l. curatoris, nec à regula recedere oportet, l. ab ea parte. ff. de proba. l. omnis diffinitio, ubi gloss. ff. de reg. iur. ex quibus omnibus ad Dei Optimi Maximi laudē & gloriam finis impositus sit huic difficillimo. §. nostro. die ultima Octob. 1563.

SVMMARIVM.

25 *Prælato bona ecclesiæ alienare, quando liceat.*
26 *Solutio est obligationis effectus, & unum propter aliud.*
27 *Prælatus ecclesiæ præiudicare non potest delinquendo, nec contrahendo.*
28 *Prohibitio directa, non se extendit ad ea quæ ueniunt in consequentiam.*
29 *Administratoris assertioni potestatem habentis mutuum contrahendi pro certa causa, an credatur si dicat pro dicta causa recipere mutuum.*
30 *Ciuitas ex obligatione administratoris obligatur, quando pecunia in eius utilitatem uersa est.*
31 *Facto ex alterius nemo obligatur nisi ratū habeat.*
32 *Argumentū de contractib us ad delicta bonum est.*
33 *Administrator qua actione teneatur eo casu quo ciuitas non teneretur. & nu. 34.*
35 *Actio de dolo cum alia concurrere, non potest.*
36 *Actor quomodo agere debeat in casu. l. ciuitas. ff. si cert. pet.*
37 *Iudicis officium remedium est extraordinarium, & cessat ubi est prouisum de remedio ordinario.*
38 *Collegijs in alijs, an locum habeat quod dictum est in ciuitate.*
39 *Administrator an obligetur, si protestatus est se nolle obligari.*
40 *Creditor tenetur probare pecuniam fuisse uersam in utilitatem ciuitatis, et quomodo probetur, nu. 41.*
42 *Lex is qui. ff. de pign. an habeat locum in priuato.*
43 *Ecclesiæ bona an possint in speciem ab administratore obligari sicut bona ciuitatis.*

Vlpianus lib. x. ad edictum.

CIVITAS.

QVONIAM de mutuo quod fit ciuitati, siue administratoribus ipsius loquuturi sumus, sciendū est
1 prius † quod uerbum hoc ciuitas, duobus modis capitur, primo pro loco, ut puta quando dicimus Romanam esse Papæ non Imperatoris ut dicit gl. & Bal. in l. j. in §. in initio, ad fi. ff. de off. præf. urb. Caput orbis, prouinciæ, ciuitatū, nationū, & cōem patriam. l. 3. C. de cōsuli. lib. 12. l. j. de met. berito. co. lib. §. fi. instit. de sat. c. beati. 2. q. 7. l. Roma. ff. ad municip. Vt Hyerosolima caput regni. Itē regiam à Romulo & Remo primū conditam. Berytēsium pulcherrimā, Alexandrinā, & Cæsarieñ. splendidissimas. §. hęc aūt tria, in proœ. Digest. Venetorū uero inclytā amplā atq; Magnificā, & influentis Adriæ, paludibus extructam, Beatā ac admirabilem, quā delitiarum paradisum amplius Bal. noster appellat consi. 41 1. col. 2. uol. 5. Secundo capitur pro populi multitudine, & ciuiū cōgregatione, Imò dicimus propriè, qđ ciuitas est ciuium multitudo, & sic à ciuibus appellata, urbs uero ædificia ipsa, deq; his alias fusius in l. 2. ff. de uer. sig. omittentes philaterias Decij hic, qui satis extra propositū certas quasdam ciuitatis diffinitiones impugnare nititur, ut per eū, quia (ut dixi) solo hoc uerbo oīa resolui potuissent. Hippodamus Milesius & nu. x. milliū ciuitatē ɔstituit, eāq; diuisit in tres classes, milites, artifices, & agricolas. Dubitat ēt idē Dec. & se remittit, an de essētia ciuitatis sit,
2 qđ hēat Epm, † adde tu obiter & dic qđ sic, qđq; dignitas Epalis in loco ciuitatē facit, quod sentire uī Fed. Imp. in consti. illa de pa. cōstan. 2. 3. 4. & Bar. in l. si hæres, in §. uicis. ff. de leg. j. ubi ēt de uilla, castro, & burgo, & Afflic. in tract. iuris congrui, in prin. in 2. not. col. j. & quidā ob id dicētes, qđ ciuitas est terra Epm habēs. quos tū reprehendit Ang. hic, in rep. in princ. ex quo ciuitates fuerunt anteq̄ essent Epi. Sed nihil est, qm̄ hoc nō tollit, quod hodie Eps nō sit de substantia ciuitatis, ut in locis s̄ alleg. ideo distingue t pa & concordabis scripturas, inquit glo. in l. j. C. de accu. & in l. apud antiquos. C. de fur. & in simili. in l. j. C. negne mil. lib. x. & ad propositū redeuntes missis his, isto secundo modo intelligitur hic.

Secundò breuiter sciendū est, ciuitatē adhuc si secundo mō pdicto capiat, ab administratoribus, seu (ut dr̄ in Thuscia) Ancianis & Prioribus, Vicentiæ, & Veronę Coss. apud nos uero deputatis, repræsentari ad effectū de quo hic, non aūt ab of-
3 ficialibus deputatis † ad ius reddendū, ut dicunt
* oēs*, & bñ, post Bar. in l. principalibus. p illū tex. ubi casus ad literā, j̄. eo. & in l. itē magri. ff. de pac. & rationibus de quibus ibi per Doctor. & est argumentum etiam in l. nemo. quæ est tin. C. de assesso. deq; officialibus ad ius reddendum deputatis, in l. 2 in §. post originem. ff. de orig. iur.
4 Tertiò & ultimò sciendum est, † quod administratores pdicti psonas singulares obligare non pñt, nisi sub noīe collectiuo & uniuersali, exēpli grā populi seu ciuiū. l. sicut, ad fin. ff. quod cuiusq; uni. no. l. ciuibus. ff. de reb. dub. plenè Feli. in c. capitulum. S. Crucis, col. j. de rescrip. alias à syndico nō different. quia si à concilio instituatur, etiam singulares obligat personas, & singulariter poterunt conueniri, ut sic per Bartol. num 5. & Angel. colum. 2. & ut infra latius.
5 Dubitandi rōnē faciebat, † si administratores ciuitatis pecuniā mutuo acceperint noīe ipsius qđ nō obligeť, (mihi. n. vī, qđ casus sic figurari debeat, ad huius lrǽ sensum, quicquid dicant alij) & primo uulgatū illud. res inter alios acta, nec prodest, nec præiudicat tertio, l. j. & toto titulo. C. res int. al. ac. l. sæpe. ff de re iudi. l. si unus. §. ante oīa. ff. de pact. sed hic de mutuo actū est inter administratores, & creditorē, mutuo dantē, ergo nō dēt ciuitas teneri, & est arg. ut l. fi. C. ad Maced. Et maximè ac secūdo, si de ea obliganda agatur, qm̄ oīs obligatio est odiosa & restringēda. l. Arrianus. ff. de actio. & ob. l. eius qui in prouincia. j̄. eo. Alex. consi. 174. ad fi. uol. 6. Calcan. cōsi. 124. col. 3. fundata maximè, in psona promissoris, & ei cui pro-
6 mittitur, l. 2. ff. de stip ser. † Tertiò, quia sic uidemus ēt quod neque tutor, neq; procurator, obligat pupillum siue dominum, nec eorum conditionem deteriorē faciunt. l. qui fundum. §. tutor. ff. pro

ff. pro empto. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de fur. l. pactum curatoris. C. de pac. l. ignorantis. ff. de procu. Quarto, quia in simili nec discipulus peritior ex multis, obligat magistrum, peregrè proficiscentem. l. quicunq;. §. sed & cū fullo. ff. de institorio. ac. Bal. in rub. de cōsti. pe. col. 2. Quinto, qa nec prælatus obligat bona ecclesię. c. nulli. de reb. eccl. non alie. ergo nec administratores ciuitatem mutui datione. Sexto, quia si mutuo dare nō possunt alteri, illūq; ciuitati obligare, æque conuenit ut mutui datione, administratoribus facta, obligentur, & cum ciuitatem uero non obligent qm̄ contrariorum eadem est disciplina, præsertim qa mandatum non habebant ad hoc, sed ad administrandum tantum, & quod non possint alteri dare probat̄ in l. rogasti. in §. fi. & ibi not. supra eo. Et in terminis. Septimo, uidetur casus, hic in glo. allega. in l. is qui, in prin. ff. de pigno. ubi administratores reip. non possunt eius rem obligare mutui datione. Octauo dicit alibi Bal. in l. j. in princ. ff. de magistra. cōue. quod si maior pars reip. contrahat debitum, ipsa uero resp. non approbet, soli cōsentientes tenentur, nec ipsam obligat, ergo nec administratores in casu præsenti. Nono signanter, & in fortioribus terminis, consuluit Paul. Cast. quod Pisarum ciuitas, obligari non potuerit ab Ancianis, generale mandatū habentibus, de recipiendo pecuniā mutuo, sed qđ ipsi obligati sint & teneant̄. conf. 186. vol. j. Decimo & vltimo quia ciuitas est corpus quoddā fictū & repræsentatum, animā non habens, iuxta illud. Et erat multitudo, quasi uir unus, ut p Bal. in rub. C. ad Treb. l. mortuo. ff. de fideiusso. usq; adeo hac ratione ut obligari nō posset, & est arg. in c. Romana, in §. in uniuersitatem. de sen. excom. in 6.

Quibus tñ nō obstātibus hic decisum fuit ɔ̄riū qđ imò obliget̄ mutui datione, dūmodo pecuniæ in eius utilitatē sint uersæ, alias soli administratores q ɔ̄xerunt teneant̄, & est uerus sensus istius literæ, qcquid alij dicāt, ut. s̄. testati sumus. Et ratio

7 decisionis est † qa si noīe ciuitatis, accepta est mutuo pecunia, hoc idēq; in ipsius utilitatē, & cōmodū cesserit, utiq; etiā ɔueniēs est, ut obliget̄ & creditoribus teneat̄, arg. in l. fm naturā. ff. de reg. iu. & in l. 3. C. quan. ex fac. tuto. perinde ac si totū cōciliū, in quo repræsentat̄, ɔ̄xisset, qa qui p aliū facit p seipsum facere vr̄, ut in reg. q p aliū. ff. de regu. iu. & in reg. q facit eo. tit. in 6. & in l. ita aūt. in §. gessisse. ff. de adm. tut. & in l certè. ff. de preca. maximè in actu acqsitionis, ut ibi quē tex. vnicū

8 in iure dicit † Bal. in l. vnica, in. §. ne aūt, col. 3. C. de cad. tol. Ad opposita respondetur nō obstare non primū qa regula uera est, non tñ hic. ex quo noīe ciuitatis, ut diximus, ɔ̄xerunt, usqueadeo ut perinde sit, cū in utilitatē ipsius, pecuniæ uersæ fuerint, ac si ciuitas ipsa contraxisset. Nec facit tex. in d. l. si. C. ad Macedo. quia ibi filius nec iussum, nec mandatum patris habebat, hic autem administrator sic, saltim ad administrandum.

Non fm quia & id uerū est quoq;, si obligatio damnū attulisset ipsi reip. sed cū attulerit cōmodum & utile, ut rursum dictū est, potius fauorabilis dicetur q̄ odiosa. arg. in d. l. Arrianus, & in d. l. eius qui in prouincia. Ex quibus tollitur etiam tertiū qm̄ eisdem stantibus conditionē ipsius ciuitatis, meliorem & nō deteriorē fecisse uidebunt̄.

Non ob. quartū quia discipulus ibi, nulli negotiationi erat præpositus, nec mandatū habebat aliquod, hic aūt, ut dictū est pariter, administratores erant, mandatū habentes saltem ad administrādū.

Simile etiā quoad. 5. non est bonū, ex quo id procedit in prælato, cui facta est ꝓhibitio expræssa, ne bona alienet ecclesię, neq; specialis hypothecæ titulo, obliget, nos in mutuo, administratoribus facto simpliciter, nullaq; speciali prohibitione, quo minus contrahant, quo casu mirum nō est si pecunia in ipsius ciuitatis, utilitatē uersa, potuit

9 obligari. Sextū rn̄sionem † secū hēr, mutuo dari non posse pauperi, quia tunc donaretur, ut inquit Pau. in d. l. rogasti, & Alex. diuiti aūt sic, qđ prædicti ibidē affirmāt, ergo & accipere, & sic arg. corruet & retorquebit̄. & licet mādatū habuerint ad administrandū tm̄, non ideo minus tamen potuit ciuitas obligari ratione prædicta, & ut in simili etiam declarat Alex. cons. 118. ad fi. vol. 5.

Non ob. 7. quia ibi probatur quod imò potuerunt reip. bona obligari. si pecunia uersa sit in ipsius utilitatem, ut ibi rursum declarat Bar. & etiā pro obseruantia contractus, inquit Alex. in loco præallega. sed primo modo melius ut hic.

Et ita octauum quoque tolli debet.

Non ob. nonum quia eo casu nō apparebat Ancianis pecuniam numeratam fuisse, uersamq; in ipsius ciuitatis utilitatē, sed de cōfessione & promissione tm̄ ipsorū, quæ in mandato non comprehenduntur, nec ciuitatem obligant, ut ibi declarat idem Pau. ad fin.

Non ob. ultimū, quia esto quod ita sit, personarum tamen uice fungitur, & sub nomine collectiuo, ut dicebam in euidentialibus populus obligatur dicto casu. nec facit decisio. d. §. in vniuersitatē, quia id est in excōicatione uerū, respiciēte animā, quā non habet uniuersitas. Imò qđ singuli de vniuersitate possunt, & oēs, etiā si sint culpabiles ut ibi not. Fel. latè in c. dilectæ in Christo, col. j. de excep. ergo & hic obligari ciuitas, deducendo ut supra. Et si aliter uellemus figurare casum, quod non obliget̄ ciuitas, nisi pecunia uersa sit in eius utilitatem posset pro ratione dubitandi dici, quod

10 immò obligetur † quia est casus clarus in d. l. is qui, in princ. ff. de pign. Sol. obligat̄, ut diximus, qa pecunia uersa erat in eius vtilitatem, ergo non aliàs, sed administratores ipsi ut hic, & ibi no. Bar.

11 Secundo † quia mandatū habentes administratores, ad administrandū, uidentur habere etiā ad pecuniā mutuo accipiēdā, ergo debent posse quoque ciuitatem ipsam obligare. Ad qđ ēt pro sol. dicendū est, minime uerū fore, qm̄ mādatū stricti iuris est, & nō ꝓsumit̄ nisi probet̄. l. diligēter ff. mā da. l j. C. đ māda. prin. Bal. i c. cū i iure peritus. nu.

3.de offi.de.& pendet ab infra dicendis etiã an teneatur si pecunia in utilitatem ipsius versa nõ sit.

12 Tertio † dubium faciebat quod adhuc obligetur, quia de contractibus ad delicta bonum est argumentum, l.oẽm.ff.de iudi.l.2. ff.de custo. reo. & insti.de pub iudi.in prin.sed ciuitas obligatur delinquendo.l.metũ.§.animaduertendum. ff. qđ met.cau.ergo & hoc casu si ipsius nomine administratores contrahant.

Sol.obligatur delinquendo, si ipsa delinquat, & pari modo si ipsa contrahat siue concilium, qđ ipsam repræsentat, ut hic p Bar.sed non per administratores, quanquã ipsius nomine contrahant, nec speciale mandatũ habeant, nisi vt sæpe dictum est, pecunia in ipsius utilitatem versa sit, & hæc

13 sufficiant. Ratio aũt decidendi, † quod regulariter non obligetur, nulla alia esse potest nisi ista, quia administratores ipsi, mandatum habebant ad administrandũ, non aũt ad mutuo pecuniam sub vsuris accipiendum, igitur nisi dicto casu obligari non potuit, præallega.l.diligenter.ff. manda.c. cũ dilecta, de rescrip. Alex.in præalleg.cons 118.

14 ad fi.vol.5. Modo nota † an & quando ciuitas teneatur Bar.hic plures considerat casus dicens & benè, materiam esse quotidianam & utilem, vt p eum. Ex cuius dictis collige, & primo, si ciuitas ipsa, siue conciliũ, quod ipsam repræsentat pariter, vt dicit glo.in rub.C.quæ sit lon.consue. pulchrè Bal.in rub.C.ad Treb.accipiat pecuniam mutuo, quod indistinctè obligabitur, & hoc idem probat per tex.in arg.tamen, & de quo etiã supra.in §.animaduertendũ.l.metum.ff.quod met.cau. vbi edictum quod met.causa, locum habet etiam contra vniuersitatem, metũ inferentẽ, ergo multo magis dicemus, quod possit contrahere, quodq; ex contractu obligetur, auth.multo magis. C. de sacrosan.eccl.c.cũ in cunctis, de elect.vbi vulgatum illud Philosophi. propter vnumquodq; tale & illud magis.& qđ afficiatur vniuersitas quomodocunq;, vel delinquendo vel contrahendo, dummodo solemniter sit cõgregata, vt in d. §.animaduertendum, & in l.aliud, in §.refertur.ff.de reg.iur.& in l.sed si ex dolo, in §.j.& vtrobiq; glo.ff.de dolo & in l.sicut.ff. quod cuiusq; vni. no. sentit Corn. consi.46.col.3.vol.3.& consi 224.col.3.vol.4.& col.6.& hoc casu procedit arg.de cõtractibus ad

✱ delicta.l.omnem.ff.de iudi.& cũ oẽs ita * teneãt, & sic casus clarus in d.§.animaduertendũ, & quoad delicta vere maneãt impunita.l.ita vulneratus, ff.ad legẽ Aquil.c.vt famæ, de sen. excõ. Corn. in præallega.consi.224.extra propositũ disputat hic Ias.an ciuitas delinquendo obligetur, inculcatq; Deci.dic vt per eos.

15 Probat item istud Bart.& secundo, † quia põt circa alienationem rerum suarum, facere quam legem voluerit, immò plus subijcit, quod iste cõtractus mutui, & quilibet alius, qui fit ab eo, qui legẽ condere potest, habet pariter vim legis, l.prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clam.l.Cæsar.ff.de publica.& vectigal.l.pe.C.de dona.inter vir.& vxo. sed ciuitas & concilium habet potestatẽ legis cõdendæ.l.oẽs populi.ff.de iusti.& iur.ergo. Et ideo vltra eum & ad prædictorum corroborationem dicebat etiam Bald.alibi si contrahatur cum principe vel quasi, & vendantur loca publica, quod erũt in cõmercio, quanquã regulariter sit secus. l. sed Celsus, ff.de contr.empt.quia cõtractus est lex in rub.C.eo.tit.col.2. Et ibidem adhuc quod generalis syndicatus non sufficeret ad vendendum bona cõmunis. & affirmat amplius se ita de facto cõsuluisse, p tex.signanter in d.§.planè. Et alibi si lex municipalis aliquid disponat, qđ illa semper est seruanda in l.j.col.2.C.si propter pub pen.sed, vt prius, magis in terminis est. dicit etiã in l. j.in .§. in initio, col.2.ff.de offi.præf.vrb.quod consules artium non habent territorium, quodq; non possunt in possessionem mittere, nisi consuetudo, vel lex municipalis, hoc ei nominatim concedat, cum igitur contractus ciuitatis, vim legis habeat, & ipsa possit facere quam voluerit legem, non mirum est si ex contractu mutui, hoc casu ipsa obligatur, quæ contrahit, & quod cõtractus eius sit lex vt in d.l.Cæsar, tradit nouissimè idem Bal.in l.emptorem, col.j.C loca. & in l.cum antiquioribus, col.5. C. de iure delib. & ita vt hic præcisè Bart. met.in l.si unus, in.§. pactus. nu.26. arguit. ff. de pact.& Bal.consi.368.in prin.vol.5.& Fulgo.cõsi. 149.col. 3.

Et ad idem infert adhuc Bart. quod pacta quæ apponuntur in contractibus cũ ciuitate factis poterunt allegari in iudicio, tanquam statuta cõtra

16 ciues, & oẽs quos ligant regulariter, † & nimirũ adde tu, quia pactum est contractus, iuxta glo. in l.j.ff.de ac.& ob.contractus vim legis habet, cum eo initus, qui potestatem habet condendæ legis, vt dictum est, lex in iudicio allegari potest.arg.in l.illicitas, in.§.veritas.ff.de offi.præsid.ergo & pacta & sic nec illatio dubitationẽ habere videtur.

Tamen aduertè qa non videtur verum, quod contractus siue pactum sit lex, ad effectum vt possit in iudicio allegari, tanquam lex siue statutum vt proximè dicebatur, ex quo princeps siue populus, & ciuitas, nunquam dicitur condere legem, ni

17 si id faciendi animum habuerit, † alias quælibet ipsius vox esset lex, non dicendum.§. sed & quod principi placuit, & ibi not.inst.de iur.na.l.j. ff. de consti.prin.verum quando contrahit habet animum contrahendi, ergo non condendi legem, ergo contractus eius non erit lex ut dicit Bar. neq; vim legis consequenter habebit. Et maximè, quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.l non omnis.supra eo. Non ob.tex.in d.l. Cæsar, quia ibi habebat animum cõdendi legem, siue proponendi edictum, ne quis post Kal. Martias cotem ex Creta vehæret, nimirũ igitur si lex est, siue vim legis habet. Cogita tamen, quia facile respondebis, & nouissimè adde ad dictum Bar.hic Corn.conf.83.col.j. latè, vol.4. & consi.172. in princ.& consi.211.col.1.& consi.260. nu. 22. & consi 184.nu.9.& consi. 322. nu. 5. eo.lib. Prat.

Pap.

Pap.in for.libelli,in actio.hypotheca. in ver. mutuo.col.2.Paul.Castr.consi.20.col.2.& cons.174 col.2.& cons.247.in prin.vol.2.& istud expresse dicitur in d.l.Cæsar.& melius in d l.pen.ab omnibus inducta in locis prællega.& latius infra.

Infert & secundo idem Bar.si ciuitas, seu concilium syndicum constituat,(quis sit syndicus habetur in l.j.in §.j.ff.qđ cuiusq; vni.no.Spec.in tit. de his qui al.no.ag.nu 3.) ad accipiendum pecuniam mutuo,obligandūq; populum, commune,
18 & singulares personas quod singuli † poterunt conueniri,& in eos fieri singulariter debiti executio, sicuti si de hoc factum statutum esset.

Sed contra,quia pro debito ciuitatis ciues, vexandi non sunt.l.j.ff.quod cuiusq; vin.nomi.maximè quia alia est persona populus,& aliæ personæ singulares populi.l.in tantum.§. vniuersitatis. ff.de re.diui.nec vnus alterū obligat. l. si vnus. §. ante omnia.ff.de pac.

Pro sol.dicas,quod uera hæc omnia forent, qñ simpliciter syndicus constitutus fuisset ad contrahendum & obligādum cōmune, sed (ut diximus) constitutus est,ad obligādas etiam singulares personas,hoc idemq; procedit ex vi legis, seu contractus,habentis vim legis ut subijcit Bart.non ex solo contractu iure obligationis,ergo. & ita transit etiam Prat.Pap.in loco supra allega. & vt infra latius. Interim verum est,ad supradicta redeuntes, quod contractus scilicet,vim habeat legis,proce-
19 dit maximè in principe,† d.l.Cæsar.d l.pe.nō aūt in inferiori ab eo.l.fi.C.de legi.ubi simile,l.j. iuncta glo.derogare ff.de fer.multa Alex. consi. 97. col.3. vol. 3. Quod tamen impugnat Deci. hic, motus quia inferior habet potestatem legis condendæ,ergo idem in eo quod in principe.& est ratio Bar.hoc est,sicut contractus principis vim habet legis, quod ita habeat contractus inferioris, & maximè ciuitatis,& ita nos supra post eum.

Si tamen velles tenere contrarium, & istud vitare,posses respondere pariter, quanquā inferior potestatem legis condendæ habeat quod non tamen contractus eius, vim legis habere debet, ex quo sic non distingueretur princeps ab inferiori, haud dicendum.l.3. in arg.tamē, ibi sed cur nō in milite diuersum.ff.de mil.testa.bona glo.in l. nec honore.C.de Episc.& cle. ab opin.Bar.tamē non discede. Plus dicit idem Dec. quod imò nec principis contractus,minusq; alterius,habētis, (vt diximus)potestatem legis condendæ,uim legis habet, quia contractum facit vt priuatus, legem vero vt princeps,arg.in l.si paterfamilias. ff.đ adop. l.princeps.ff.de legi.l.digna uox.C.eo.& vltra eū ad id,quod vt priuatus cōtrahit,faciunt quæ not. in l.illicitas,in §.veritas.ff.de offi.præsid.quod si iudex aliquid sciat vt priuatus,non iudicat, alias sic,& ita nos.supra disputantes, aliter tamen deducendo,nec repetimus. Ad quod etiam dici posset benè uerum esse quod ut priuatus contrahit, adhoc ut obligetur efficaciter & posit conueniri, quoniam esto quod legibus solutus sit,attamē nō est solutus dictamine rationis.c. j. & ibi not. de proba.sed non quod eius contractus, nō habeat vim legis.d.l.Cæsar,cum alijs,de quibus supra, & si diceretur,quod ibi non est lex,sed pactū, quod lex appellatur,ut idem Deci.dicit l. legem. C. de pac.& est expositio glo. ibidem respōdebo quod imò est lex,& edictum Cæsaris, & uerbum legis, non modo semel,sed bis & ter ibidem expressum, & cum in verbis non est difficultas non est admittenda uoluntatis quæstio.l.non aliter.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg.3. Dicit rursum Dec. quod ille tex.loquitur quando princeps contractum facit de rebus ad eum pertinentibus, post Pau.Cast.hic,& Alex.consi.44.vol.j.& verisimū est,sed quid tum,quod non habeat vim legis, cū sit contractus principis.

Respondet quoq; ad tex.in d. l.pe. quod id intelligi debet verum pariter inter contrahentes, ne possit allegari ipsius contractus nullitas. Imò subijcit,vt actus ualeat, quod semper vti videtur plenitudine potestatis,post Pau.Cast in l. ex imp fecto.C.de testa.not.vltra eū,in c.innotuit.de electio.& rursum malè,ac de directo contra illū tex. in illis uerbis maximè, vtpotè Imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus, quæ generalia sunt,& generaliter quidem intelligenda, vulga.l.de precio.ff.de publicia.stanteq; ista simul qđ uti uideatur plenitudine potestatis, ut actus valeat,prout subijcit,& quod nihilominus contractus vim legis habeat ut ibi, & in d.l.Cæsar.

Vltimò respondet ad tex.in d.l.fi.quod loquīt in sententia respiciente iustitiam,ergo non in cō-
20 tractu,sed replicatur adhuc, † idem esse dicendū in contractu,quia de vno ad aliud bonum est arg. l.3.§.idem scribit.ff.de pecu.& habetur in d. l. fi. id procedere non modo in sententia, uerum etiā in similibus illi,igitur,nec in hoc à Bar.opinione est discedendum. Insurgit etiam Deci.ad dictum de syndico supra non secutus ordinem Bar.ut nos
21 facere intendimus,nec uerum esse †dicens,quod singuli indistinctè possint obligari,prout præsupponit,sed ex causa tantum & in casibus in quibus ius alterius tolli potest iuxta not. in.c. quæ in ecclesiarum,de const.& in l.fi. C.si cont.ius vel uti. pub. vel quod possit uerificàri in pertinentibus ad ciuitatem inq; illis, in quib. habet potestatēm obligandi singulos, ut in gabellis & collectis, & ita signanter ante eum tenuit Alex.consi.44.ad fi. vol.j. prællega.& plus dicit oportere prius statutum fieri,quod syndicus possit obligare singulares personas,& quod postea syndicatum facere licebit,& quod alias nō haberet vim legis,ex quo alia est forma condendi eam.l.humanū.C.de legi. §.lex est,insti.de iure natu.alia constituendi syndicum,& ut per eum latius.nonnihil Bal.in l.2. col. 3.C.quæ sit lon.consuetu.Fulgo.& Ro.hic.

A quibus facile Bar.defendi posset,quoniā si ciuitas per syndicum,pecuniam mutuo accipit, nō sine causa accipere uidetur,quæ semper in dubio præsumitur,arg.in l.relegati.ff.de pœn. & in l. 1. in §.

in §.circa.ff.de excep.do.uerum ex causa ut dictũ est,singuli possunt obligari,& in eos executio debiti fieri ergo. & sic primum motiuum tolletur. Nec ob.secundũ,quia hoc stante etiam in contractu mutui habebit eandem potestatem, & uulgo dici solet,ubi diuersa ratio asignari non potest, ibi idem ius per omnia statuendum esse.l.illud.ff. ad legem Aquil.l.à Titio.ff.de uerb.ob.Non tertium denique,quia nec id uerum est,nanq; fateor quod alia sit forma legis,alia uero syndicatus,sed non ob id quod contractus à syndico factus non habeat uim legis ut idem Bart. dicit auctoritate reip.sibi data,sicuti contractus ipsius, siue ab ipsa factus,habet.Cogita tu tamen ultra oẽs, quomodo possit procedere illatio in syndico, cum cõstituatur tm̃ ad iudicia,ut dicit Spe.in loco prǽalleg.

Secundo ex eiusdem Bar.dictis collige, si non ciuitas,sed administrator uel syndicus pecuniam mutuo accipiat ex speciali cõmissione sibi facta,
22 quod isto casu quoq; obligabitur † ciuitas, licet non appareat id uersum in utilitatem eius fuisse. quæ conclusio non habet difficultatem,& probatur clarè,in l.habebat,per ipsum alleg. ff.de insti. ac.ubi creditor,si seruus ꝓpositus sit merci Oleariæ,& mutuis pecunijs accipiendis, mutuã pecuniam acceperit,contra dominũ agere poterit,qui tenetur & obligatus est, ex contractu institoris, quod non appareat eam uersam in utilitatem ipsius,ergo & ciuitas.& ita intelligi debet tex.ille.l. oratio.ff.de spon.Verum dubito quoniam expressisset.I.Con.ut hic,& in.l.si is qui.ff.de pigno. & i
23 c.pe.de fideiusso.quod † tamen non fecit, casusq; omissus est,iuri communi relinquẽdus.l.si vero, §.de viro.ff.sol.mat.l.cõmodissimè.ff.de lib.& posthu.Posset etiã dici quod ille tex.loquatur in priuato mandatore,nos aũt in ciuitate, inquit Fulg. hic col. 2. quæ est priuilegiata argu. in .§. sed & hoc præsenti, in auth.de sanct. epis. Nisi ad illud rñdeamus ex quo specialiter mãdauit hoc idẽ syndico seu administratori, nullũ hr̃e isto in casu priuilegiũ uerũ ex alio,cũ ibi expressè dicat I.Con. creditorẽ agere posse, neq; ꝓbãdo id,qđ intẽdebat,quod scilicet in mercem oleariã,cõuersa fuisset,succubuerit, conclusionem Bart. non probabit,sed ꝯrium potius. Præterea id quod est fundamentum intentionis agentis probandum est. l. cum actum & ibi not.ff.de nego.gest.glo.in l.qui iurasse in §.j.ff.de iureiur.Bart.in l. si non solum: in §.sed ut probari.ff.de no.ope.nuncia.aliàs succumbit,sed illud fundamentum creditoris est, pecuniam in utilitatem ecclesiæ uersam fuisse, ex quo negabit, negantis autem factum per rerum naturam,nulla est probatio.c.bonè.de elec. ergo.

Aliàs præberetur occasio delinquendi, & posset qui pecuniam mutuo accipit,eam in usus suos conuertere & ecclesia teneretur,& malè.l conuenire.ff.de pac.dot.l. si unus. §. illud. ff. de pact. l. nam hoc natura.ff.de condi.ind. Vsqueadeò & ultimo ut creditori dici possit,uulgatum illud,amice disseccantius negotiari,de quo in l.2. C.de fur.

Et præsumeretur pecuniam in utilitatem ciuitatis uersam fuisse, & rursum male, quia facta non præsumuntur nisi probentur.l.quecunq; , in fin. ff.de pub.ac.l.in bello.§.facto.ff.de capti.& postli.re. Ab opi.Bar.tamen haud recedentes, idem in ecclesia erit dicendũ, Si p̃latus mandatũ habeat a cap̃lo ad id faciendum vt probari uidetur etiã in c.pe. citat etiam Deci.hic Bart. in auth. hoc ius porrectum.nu.17. C.de sacros. ec. qui tamen hoc non dicit) de fideiusso.ubi hoc pariter nõ dicitur
24 sed contrariũ potius ideo.Adde † tu & melius,id esse,quia bonum est arg.de ciuitate ad ecclesiam. l.fi.C.de sacrosan.ec.& ita signanter ac in materia arguit Corn.consi.142.nu.15.uol.2.

Est uerum quãtũ ad istud.si ꝓ restitutione mutui,oporteret alienare bona ecclesiæ qđ tunc necesse esset probare pecuniam fuisse uersam in ip-
25 sius vtilitatem,nãq; si directè † eidem prælato,nõ licet hoc facere.d.bona scilicet alienare, sine euidenti necessitate,uel utilitate, c. sine exceptione. 12.q.2.non licebit etiam indirectè,accipiendo pecuniam mutuo, qua de re oporteat peruenire ad distractionem bonorũ c.cũ quid una uia,de reg. iu.in 6.& ita arguit Abb.in præalleg. c.pe. colũ. Et maximè quia concilium & ciuitas,liberam habet facultatem alienãdi,prælatus aũt cũ capitulo, nõ.d.c.sine excep.Abb.in loco præalleg.& vrgẽt.

Nihilominus à prima opinione non est recedẽdum,quam tenuit quoq; Deci.hic motus qa obligatio est separata,à solutione,quæ debet fieri, usq; queadeo (quãquã bona immobilia debeãt alienari)ut non ob id prohibeatur,quominus ecclesia obligetur. & præsertim quia si prælatus potest eidẽ præiudicare,delinquendo,utiq; etiam poterit præiudicare contrahẽdo.c.j. de dolo & contu. Subijciens tamen post Alex.& Fulgo.hic, si ecclesia rursum ob id,quia pecunia nõ est uersa in eius utilitatẽ fuisset læsa,qđ posset in integrũ restitui.
26 Et ita teneo etiam ego,† nõ tamen quia obligatio sit à solutione separata, ex quo potius dicendum est,quod solutio sit obligationis effectus, & unum propter aliud, quo fit si oporteat alienationem fieri,ecclesiam (ut dicebatur) obligari nõ potuisse,nisi pecuniam fuisse uersam in ipsius utilita
27 tem,probetur.Et minus † quia possit prælatus ecclesiæ præiudicare delinquendo, ex quo nõ est uerum.Imò dicit Abb.in d. c.j. col. 3. quod tunc in proprio patrimonio est puniendus. ergo nec contrahendo.Nec etiam verum est,quod læsa possit in integrũ restitui,ex quo remedio ordinario sibi cõtra prælatum adhuc,succursum est,& ubi habet locum remedium ordinarium, extraordinariũ cessat.l.in causæ. ff. de mino. l. in prouinciali. ff.de no.op.nun.& ibi plenè ꝑ Docto. Et quia si læsa est ob id,quia pecunia in eius utilitatem uersa non sit,non propterea læsa est in ipso cõtractu mutui. alia ergo ratione moueor,& dico si mutui prætextu bona sunt alienãda, ecclesiam nihilominus obligari hoc casu,ex quo speciale mandatum habebat prælatus ad mutuum contrahendum, nõ ad alic-

ad alienandum, quo fit ut prohibitio legis ad casum istum extendi non debeat, quia occasionaliter & incidenter euenit istud, quod in consideratione esse non debet. l. si quis nec causam. ff. eo. igitur probare non oportebit pecuniam uersam fuisse, in utilitatem ecclesiæ, etiam (ut dixi) quod pro restitutione mutui bona ipsius sint alienanda.

Nec officit Abb. arg. & ratio, quia posset respondere, ut hic per Deci. uerum quia directè non tollit obiectū, dico ego aliter, † q̃ licet prælatus di-
28 rectè prohibitus sit, non tamen erit prohibitus hoc casu, ex quo alienatio uenit in consequentiã actus permissi, ut per Alex. cons. 151. col. fi. vol. 7. Et ad idem quia id uerum est quādo ratio prohibitionis consistit in termino, non in modo, ut hic & per Bal. in l. scire oportet. ff. de tuto. & cur. da. ab his. Non etiam quod prælatus cum capitulo non habeat liberam potestatem alienandi, sicuti concilium & ciuitas, quia uerum est quando speciale mandatum non habuisset, uel necessitas mutui restituendi non urgeret, sed hic de ipsius restitutione agitur, ergo. Cogita.

Tertio ex dictis Bart. collige, si ad ministratori ciuitatis, uel syndico concessum sit, quod in certam causam, pecuniam mutuo accipiat, qđ sufficit dicto tempore quo accipit, asserat se in d. causam
29 accipere, quanquā nō appareat † in illam conuersam fuisse. Et probatur primum in l. j. in §. nō aūt. ff. de exercito. ac. Et quia mādatum impleuit, nec ultra tenetur creditor quærere. & ita tenet etiam ut idem Bar. asserit, Azo in summa, de exercito. & Inno. in c. fi. de fideiusso. vult dicere, in c. pe. col. j. & ultra eos etiā Fulgo. hic col. 2. formaliter, & Alex. ad fi. & Prat. Pap. in for. libel. in actio. hypot. in uer. mutuo, col. j. & quia præsumitur uersa in ipsius ecclesiæ utilitatem.

Est uerum qđ idem Fulgo. postea dicit qđ tex. in d. §. non autem, loquitur in personis priuatis nō aūt priuilegiatis vt est ciuitas & ecclesia: & prout etiam dicebat. supra ad l. habebat. ff. de Instito. ac. sed nihil est, ex quo non potest diuersitatis ratio assignari quandoquidem administratori, seu syndico, mandatum fuisset in certam causam mutuum cōtrahi, siue pecuniā mutuo accipi debere.

Et magis urget contra Bar. & vltra Fulgo. non esse verū, quod præsumatur uersa pecunia in vtilitatem ecclesiæ, ex quo hoc idem in facto cōsistit, & facta non præsumuntur, nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postli. re. l. quæcunq;, ad fi. ff. de publicia. ac. not. in l. sciendum. ff. de verbo. obl. nisi respondeamus fallere, qñ præsumptio legis est ut hic. l. licet. Impator. ff. de leg. j. Cogita.

Quarto collige, si alicui simpliciter cōcessa sit administratio, isq; mutuo pecuniā accipiat, quod
30 obligatur ciuitas, † si in eius vtilitatem versa sit, aliàs non, sed ipse administrator tenebitur, & isto in casu loquitur lex ista, ibi alioquin epi &c. estq; coniunctio, quæ aliter sonat, & contrariū eius, qđ primū dixerat. l. 2. in prin. supra eo. & facit secundum eū, quod habetur in d. § nō aūt. & in d. auth. hoc ius porrectū, allega. supra. licet ad aliud, & in l. si in rē, quæ est 3. citata pariter supra. C. quando ex fac. tut. & in l. 1 pupilli, in §. j. ubi glo. ff. de nego. gest. qu e. l. 3. benè probat id ad quod allegatō in simili, quod si tutor pecuniā acceperit mutuo, eaq; in minoris vtilitatem versa fuerit, minorē ipsum obligat, alias non. Nec secus auth. prædicta hoc ius porrectum, ad fin. ecclesiam scilicet teneri si ordinator eius, pecuniā similiter acceperit mutuo, eaq; in ipsius ecclesiæ utilitatē versa sit, aliàs non. & idem in c. j. de depo. sed non tex. primum allega. in d. §. non aūt, quia alio casu loquitur, qñ in certam causam pecuniā mutuo accepisset exercitor, quod tunc dominus tenetur, etiā si non appareat eam in d. causam cōuersam fuisse & ut paulo supra idem nec Bar. dicebat.

Et est speciale inquit Iasi. hic in 2. not. in ciuitate & ecclesia, & minore æque priuilegiatis. l. fi. C. de sacrosan. ec. l. respublica. C. ex qui. cau. ma. qđ scilicet non teneantur, nisi pecunia uersa sit in eorum utilitatem, in q; alijs priuatis secus. & benè quicquid dicat Deci. ex quo priuatus tenetur, et si in eius vtilitatem pecunia versa non sit, eius administratori mutuo data, & hoc est quod vult dicere Ias. non ignarus si versa esset, quod hoc casu nulla esset in supradictis specialitas. l. nam hoc natura. ff. de cond. ind. c. locupletari, de regu. iu. in 6. & sic prout ipse Deci. dicit, & ad propositū malè; Cogitabis tamen. Et quoad id quod alias non teneatur ciuitas si pecunia non sit in eius utilitatem uersa tradit etiam Pau. Cast. consi. 238. col. 2. vol. 2. pulchrè Corn. consi. 142. nu. 5. vol. 2. & in locis præallega. legitur, & hic à sensu contrario.

Sed tamen adhuc dicit Dec. nullam fore in hoc
31 specialitatē, † ex quo regula generalis est, neminem ex facto alterius obligari, dato quod ipsius nomine id actum sit, nisi ratum habuerit, qñ tunc ratihabitio æquiparatur mandato. l. fi. C. ad Macedon. & malè, qm̃ regula procedit in filio qui nec iussum habebat, nec mādatū à patre, & simili, nos aūt in administratore mandatum habente ad administrandum, qui hac ratione debuisset potuisse ciuitatem obligare, & tamen non obligat, quia pecunia in eius utilitatem versa non est, ergo omnino speciale in ea, ex alio autem in casu d. l. fi.

ADDITIO. Præter hæc tamen dicta Bar. dicendum videretur indistinctè ciuitatē obligari, dato etiā quod non probaretur, pecuniā in ipsius utilitatem versam fuisse decreueram enim ut supra etiam testati sumus, in hoc nō insistere, tamē quia sapientis est mutare propositum in melius. l. nonnunquam. ff. de colla. bo. paucula hæc etiam num hic subijcere uolo, & hoc idem, quia ut inq̃t
32 Bar. in prin. supra † bonum est arg. de contractibus ad delicta & è contra. l. oēm. ff. de iud. sed ciuitas obligatur delinquēdo. l. metū. §. animaduertendum. ff. quod met. cau. ergo & contrahendo.

Cui argumento respondet Ias. hic in prin. & dicit non esse verum dando instantiam vt per eum, & malè quia à regula nō recedimus. l. ab ea parte. fi. de

ff.de proba.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iu.inculcatq; Deci.hic pariter,in prin.quē ob id aliter nō refero. tu igitur formaliter respondeas, tenendo ciuitatem non obligari, nisi in casibus de quibus supra si pecunia in eius vtilitatē versa non sit, & dicas quod argum. procedat data paritate terminorū,quod ipsa delinquat & contrahat pariter quia ita etiam tenet Bar.hic in prin.* & oēs, & ibi
* dictum est, sed non si cōtrahat administrator, cui simpliciter administratio concessa sit, quoniam tunc benè obligatur delinquendo, ex quo ipsa deliquit,sed non contrahendo, ex quo administrator contraxit,qui non potuit eā obligare,cū ad id speciale mandatū non haberet, & propterea oportet qđ pecunia uersa sit in ipsius vtilitatē, & tunc ad restitutionem tenebitur,alias non sed administrator & ista est mera veritas.& qđ arg.d. l.oēm, fallat,quando in vtroq; non est eadem ratio tradit Cy.& Saly.in l.vnica.C.vbi de po.aga. estq; verum insuper quoad forū,non quo ad aliud vt inquit Bal.in l.in actionibus. ff. de his qui not.infa. Imò subijcit ibi quod contractus & delicta sunt dissimilia, quodq; hoc casu de vno ad aliud non infertur nisi vt supra dictum est, sæpius. Et quod administrator teneatur hoc casu probat ex multis idem Deci.hic nu.8.post Bar.consi.94.eaq; ratione mihi hoc ipsum quoq; placet,quia si nō est pecunia versa in vtilitatem ciuitatis, siq; ipsa non tenetur,necessario dicendum est, quod teneatur administrator ipse,& facit tex.in l.si absentis.C.si cer.pet.quem ante eum citat glo. in l.si pupilli,in §.si Titij,ff.de nego.gest.& Alex.consi.24. col.2. vol.5.& Bar.in l.fundum.ff.de ac.emp.& in l.eius qui in prouincia,col.5.infra eo.aliàs locupletaretur cū ipsius creditoris iactura,quod à ratione naturali est alienum penitus,l.nam hoc natura.ff.de cond.ind.c.locupletari,de regu.iu.in 6.

Prosequendo modo Bart. ordinem, quæritur qua actione teneatur administrator hoc casu creditori,posteaquàm ciuitas ipsa non tenetur, quia nec ratum habuit factum ipsius administratoris. d.l.si absentis, nec pecunia in eius vtilitatē versa est,& multis hinc inde dictis,de quibus infra loco suo,concludit tandem tria.

Quorum primum est si is non probauerit se administratorem fuisse,vel docuerit se minus le-
33 gitimum mandatum habuisse † quod tunc de dolo tenebitur. Et hoc ideo, qa sic dolosè versatus videtur in contrahendo, si dicat se talem qualis nō erat.l.quidā debitor,& l.si legatarius. ff.de do.

Et (vltra cū) si in contrahendo dolosè versatus est,dolus ei patrocinari non debet, l. ne ex dolo. ff.eo.l.itaq; fullo.ff.de fur.c.Sedes Apostolica,de rescrip.patrocinaretur aūt si actione de dolo non teneretur,ergo. & notandū est amplius dolū verum esse ex istis coniecturis.l.dolum C. de dolo. d.l.si legatarius.d.l.quidam debitor.ff.eo.ad præsumpti differentiā, quando quis non facit id, ad quod scit se teneri.l.dolus.ff.manda.

Et si forte diceretur quod potius deberet posse conueniri lege Cornelia de falsis,cū falso dixerit se talem esse,qualis(vt diximus) non erat, nec quicquā probauerit.l.qui nomine.ff.ad legē Corde fal.Respondebo verum non esse, qm̄ ciuiliter agitur,crimenq; priuatū est. Bart. in l.infamem, nu.4.ff.de pub. iud. & quia prædicta diffinitioni falsi,non conueniunt,de qua in l. quid sit falsum. ff.eo.& quibus non conueniunt verba diffinitionis,eisdem nec conuenit diffinitum.l.4.§.totiens. ff.de dam.infe.Bar.in l.j.in prin.ff.de testa.diffinitioni autem doli sic,de quo aliàs in l.j.in .§. dolū. ff.de dolo.

Secundo concludit Bar.si docuerit se administratorem,sed non pecuniam versam fuisse in vtilitatem ciuitatis,quod tunc poterit conueniri cō
34 dictione ob causam † & hoc quia, vt vulgo dici solet, datum ob causam,causa non secuta repetitur.l.j.& 2. l.si procuratori falso, & toto tit. ff. de condic.ob cau.sed pecunia data fuit vt conuerteretur in vtilitatem ciuitatis, & sic ob istā causam, quæ tamen cōuersa non est,ergo tenebitur, & ita foret transeundum.

Tamen cogita conclusionem hanc, non esse in terminis præcedentis quæstionis, ex quo præsupponitur administratorem mutuo pecuniā accepisse simpliciter,& non vt dicit Bart. ob causam, vt in vtilitatem ciuitatis cōuerteretur. Demum, qa istud onus probationis,est creditoris, non administratoris auth.hoc ius porrectū. C.de sacrosan. Eccl.de quo tñ,& quo modo hoc procedat, infra latius.interim ab opi. Bar.nō discede. qui ita ēt tenuit cōsi.94. prælega.& Deci.hic post eū.nu.8.

Tertio cōcludit idem Bar.quod si administrator neutrum probauerit,cessabit actio de dolo,&
35 adhuc locum habebit condictio ob causam † ex quo illa,cū alia concurrere non potest, vt p eum.

Sed rursum instatur (quod nāq; actio de dolo, cū alia concurrere non possit admitto,quia subsidiaria est,vt per Bal.exemplificantem in l.& elegāter,in 2.lectu.ad fi.ff.de dolo, & in l. arbitrio,lectu.2.ff.eo.) quomodo condictio ob causam locum habere possit,si administrator pecuniā simpliciter accepit mutuo à creditore vt dicebā proximè.in quo te adhuc cogitantē relinquā, tametsi nec in hoc aliàs extra disputationis aleam, sit ab eodem Bart.discedendum.

Vel hisce omnibus sepositis dicendum, creditori certi condictione speciali ex mutuo succursum esse, iuxta not.in l.certi condictio,& in rubr. supra eo.Cogitabis tamē,& hæc quo ad textualia sufficiant. quanquā unum adhuc superstit, quæ nā
36 sit huius legis praxis † de quo hic per eundē Bar. qui ita quoq; dubitat in l. quod te,& in l.singularia,ad fi.& in l.vinū.supra eo.& in l.1.nu.4.de iu di.& in l.j.nu.5.ff.de ac.emp.& in l.pe.nu.2.C.ad Treb.quiq; respondet, vel quod primum contra ciuitatem agatur, & interpelletur administrator vt assistat, ipsamq; instruat prædicta probando, siq; id non faciat, contra ipsum administratorem agat creditor actionibus,de quibus supra, vel qđ officium

officium iudicis imploret contra administratorem, vt prædicta faciat.

Quorum neutrum subsistere posse videtur, nõ primũ quia si administrator contraxit & pecuniã habuit, quanquã nomine ciuitatis, æquè cõuenit vt ipse etiam conueniatur, vt Deci. quoque sentit hic & benè nu. 10. Imò glo. hic. non etiam secun-
37 dum quia † officiũ iudicis remedium extraordinarium est, quod misericorditer imploratur. l. cũ filius familiâs. supra eo. glo. in rub. ff. de Interro. ac. nec locum habet vbi de ordinario est prouisum. l. in causæ. ff. de mino. l. in prouinciali. & ibi per Docto. ff. de no. ope. nun.

Praxis esset igitur & rectius Iudicio meo, creditorem agere vt dicebam proximè, contra administratorem certi condictione ex mutuo, siq; ipse excipiat pecuniã in vtilitatem ciuitatis fuisse conuersam & ꝓbet vt infra, & in l. in exceptionibus. ff. de proba. tunc contra ciuitatẽ experietur, obligatam vt hic & in l. habebat. ff. de insti. alias administrator ipse tenebitur. Vel & aliter quod agat creditor vt dicebatur prius, contra ciuitatẽ probetq; pecuniã versam esse in vtilitatem ipsius, cuius onus etiam est ut infra, & in auth hoc ius porrectum, ad fin. C. de sacrosan. eccl. & dictum fuit supra incidenter, & tunc ad restitutionem tenebitur. Si aũt in probatione deficiet, quia ostendere non possit hoc ipsũm, tunc aduersus administratorem experietur, præallega. l. habebat. arg. in l. nã hoc natura. ff. de cond. indeb. Cogita.

In glo. j. concludit Bart. & * oẽs post eũ, quod istud quod dicitur hic in ciuitate, locũ habet etiã
38 in alijs collegijs, ciuitati similibus, † vt hic declarat Deci. & benè respondendo tacitæ obiectioni, quia dicit glo. omnino vt per eum. & non ab re adde tu, quia diuersitatis ratio assignari non potest, vnde est idem ius per omnia statuendum. l. à Titio. ff. de verb. obl. Et quia exempla regulam declarant non autem restringunt. §. hactenus, instit. de gradi. l. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de dã. infe. Et quia quod dicitur in d. auth hoc ius porrectum, in ecclesia maiori, ut ibi not. sic etiam locum habet in omnibus alijs.

In ea. glo. ibi sed & ipse, quæ est 2. ipsius pars, quanquã concludere videatur, quod ipse administrator, qui accepit pecuniã mutuo principaliter teneatur, tamen ad distinctionem plenã, glo. postea se remittit, de qua in l. si pupilli, in §. j. ff. de nego. gest. Bar. hic vero nu. 9. (de industria enim. supra aliter nõ recitauimus, qa hic erat locus suus) tenet quod simul cũ ciuitate obligetur, motus qa mutuans in dubio, videtur mutuare contemplatione vtriusq; est uerũ quod iura ad idem allega. per eũ, probant contrarium, vt etiã hic Deci. sensit. Et ideo in d. §. j. tenuit oppositũ, per illum tex. & similes, quia si procurator accipiat pecuniam mutuo nomine domini, dominum obligat, nõ autem obligatur ipse

Alex. autem & Ias. melius fœdere distinctionis, nituntur opiniones illas Bar. contrarias, ad cõcordiam reducere, quod hic ꝑ solam pecũniæ receptionem administrator ciuitatem non obligauerit. in d. §. j. vero sic. & quòd hic rursum, ex quo sola receptione pecuniæ ciuitatem non obligauit administrator, siue procurator dominum, persona vtriusq; contemplari videtur, aliàs sola ciuitas, seu solus dominus, obligari videbitur.

Quã concordiam solito more, Iasonis æmulatione impugnat Deci. motus, administratorẽ nullo modo obligari, quia nomine proprio non contraxit, & quia si pecunia versa est, in vtilitatem ciuitatis, non æquè conuenit, quod administrator obligetur. & sic opi. Bar. in d. §. j. tenet, eamq; hic, illi contrariam reijcit.

Mihi autem videtur quod vterq; sit obligatus, ciuitas vt dicebam supra si pecuniam in ipsius vtilitatem versam probauerit creditor, sin minus administrator, etiam quod nomine proprio non cõtraxerit. d. l. habebat, allega. sæpe. Et quia ut dicebam pariter supra non debet locupletari cũ iactura creditoris, ipseq; damno affici, deq; bono opere ut aiunt lapidari. Cogita.

Sed qd si administrator fuisset protestatus nol-
39 le obligari, † Bart. hic inq; loco præallega. sentit hoc casu non teneri, adde tu vltra eius rationem, quæ est quod hoc casu non teneatur, quia actus agentium non operantur vltra eorũ intentionem. l. non omnis. supra eo. benefacere aliud, non teneri rursum, quia protestatio declarat animum protestantis. l. si debitor. §. j. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. debetq; aliquid operari. l. si quando. ff. de leg. j. c. si Papa, de priuil. in 6. & qui ipsi non contradicit consentit, ut inquit Bal. in c. in Genesi. nu. 15. de electio. Ad quod etiã aliqua cuomit Deci. nu. 9. præallega. quæ cũ nec vera sint, nec secundum mentem Bar. prout ipse refert, consulto omitti debent. vel dic quod protestatio cum à iure dependeat, ut hic, quod administrator teneatur si pecunia non sit versa in utilitatem ciuitatis, nihil ualebit, nec administratorem protestantem releuabit. l. 4. C. de po. dixi in l. uinum. supra eo. etiã qđ creditor non contradixerit. l. sicut. §. nõ uidetur. ff. quibus mo. pig. uel. hyp. sol.

In glo. ti. in prin. legitur & hic ꝑ Bar. nu. 12. & diximus supra quod creditoris onus est, probare
40 pecuniam fuisse uersam in utilitatem ciuitatis † & benè probaturq; optimè in iuribus in ea allega. & præsertim in d. auth. hoc ius porrectũ, ad fi. ẽ quæ quãuis in ecclesia loquatur, ad ciuitatem tamẽ extendi debet. l. si. eo tit. & ubiq; glo. ꝑ illum tex. q̃ sic declarari debet, dum dicit ciuitatem, obligari mutui datione, si ad utilitatem eius &c.

Sed contra, quia creditor non debet esse curiosus, ex quo debitor tenetur, siue pecunia sibi mutuo data sit in ipsius vtilitatem uersa, siue nõ, arg. in l. incendium. C. si cert. pet. probatq; minor in simili aliàs se læsum, l. minoribus. C. de in integ. rest. mi. Sol. regula fallit in multis casibus, in ecclesia. d. auth. hoc ius porrectum, in creditore mutuante minori. l. j. & 2. C. si aduer. cred. & in ciuitate

tate ut hic,& not.in d.auth.hoc ius porrectum.

Posthæc dubitat Bart. qualiter probetur pecuniam fuisse uersam in vtilitatem ciuitatis, quæ ad
41 ministratori mutuo data sit † & duo breuiter dicit,quorum primum est,si mutuo accepta sit præsente ciuitate,hoc est ipsam repræsentantibus,qđ tunc probabitur fuisse uersam in vtilitatem ipsius: & benè. ex quo perinde est ac si mutuo sibi datã fuisset,arg.in l.si procuratori præsentis.ff.de ver. obl.sed si ipsa accepisset,ut supra dictũ fuit in discursu,utiq; teneretur,& præsumeretur versa in ipsius utilitatem,ergo & isto in casu presumetur, seu probatione præsumptiua ostendetur.

Secundum est,si mutuatum sit soli administratori, quod satis erit probaret, ciuitatem tẽpore contractus indiguisse,quia tunc vult dicere Bar. præsumetur in vtilitatem ipsius ecclesiæ pecuniã conuersam fuisse. Et post Iaco,de Are.quẽ refert & sequitur Cy.in d.auth.hoc ius porrectũ, ꝓbat ꝑ tex.in l.fi.in prin.vbi hoc dñ ad lrãm.ff.đ exerc.

* Contrariũ aũt tenetur cõiter * vt attestaẽ hic. Ias.& Deci. qđ immò non sufficiat, sed qđ uerè probetur in utilitatẽ ciuitatis mutuum conuersum fuisse,aliàs non differret à priuato, quo casu loquitur tex.in d.l.fi.haud dicendum. l.3. ibi, sed cur non in milite diuersum.ff.de mil.testa. glo.in l.nec honore.C.de epis.& cler. & dixi supra. licet: ad aliud & videtur casus,in c.pe.de fideiusso.

Sed à prima opi.Bar.recedendum non est,quã Deci.quoq;.tenuit,motus quia probatio quæ sufficit contra priuatum,debet etiã sufficere contra ciuitatem priuilegiatã.Et malè, quoniam istud ẽ de quo disputamus.Ex alio igitur dic tu verã esse, quia lex generaliter loquens comprehendit etiã personas priuilegiatas,maximè quãdo non potest reddi diuersitatis ratio.l in fraudem.§.fi.ff. de mili.testa.l.à Titio.ff.de verb.ob.licet igitur in exercitore.tex.in d l.fi.loquatur,& domino seu creditore domini,debet tamen extendi etiam ad creditorem ciuitatis,satisq; est quod aliquo alio casu sit ciuitas priuilegiata, arg.in l.tutori,ibi sufficit si in paucis amici laboribus consulatur.C.de nego.gest. Nec ob.tex.in d. c.pe.quia respondetur ut hic per eundem Deci.& in hoc benè, uel dic tu aliter,constare (ut uerba ibi sonant) si probatum sit (sentitq; Bar.quod tempore contractus, ciuitas indigebat,& sic concordabit,& potius opinionem istam probabit quàm contrariam. Cogita.

In ea.gl.in fi.dum dicit,qđ bona ciuitatis, possunt obligari ab administratore,si in utilitatẽ ipsius pecuniam mutuo accipiat, ꝑ tex. ubi clarè & ad literam hoc dicitur in l.si is,in prin. ff.de pign. dictũ est in figuratione casus, & quid in ecclesia, seu prælato,(de quo hic etiam per Deci.)diximus pariter supra in discursu nu.15. Nouissimè tamẽ
42 dubitatur † quoniam tex. in d.l. si is,loquitur in rep.seu ipsius administratore quid in priuato, & & secundum Pau.Cast.& Ias.hic respondetur. secus,motos per tex.in l.dominum. ff.quod iussu, vbi ad idem etiam casus clarus est.

Nihilominus dicit Deci.aduertendum quia nõ plus tribuitur administratori publico quàm priuato.Et dat instantiam, quia syndicus habens mãdatum ad obligandum bona ciuitatis, specificat, aliàs mandatum non sufficit priuatus uero non, ut per Bald.in rub.C.de contra.emp.q 3. & dicit quod distingui potius debet, inter administratorem generalem & particularem, ut primo casu loquatur tex.in d. l.si is, secundo uero tex. in d.l. dominum. Mihi videtur quod Pau.& Ias.optimè loquatur ex quo iura prædicta cauillari non possunt in rep.ut dixi, & priuato loquentia. Nec officit instantia Decij,quia non tollit argumentum & distinctionem dictorũ iurium, ex quo nõ est in terminis & in materia ut declarat Abb. in c.constitutus, in 3. not. de ap. patet quia in quæstione Bal.tum syndicus,tum priuatus, mandatum habebat ad obligãdum in casu uero dictorum iurium non,estq; not. limitatio ad tex. in c. sicut vrgeri, 1.q.1.& in §. pauonum,insti.de rerum diui. & in l.manumissiones quoque,ff.de iusti.& iu.ubi data instantia aliàs arg.corruit. Cogita.

Et quamuis possit administrator ciuitatis rem
43 ipsius obligare † hoc casu & sic in specie,dummodo scilicet pecunia mutuo accepta,in ipsius ciuitatis utilitatem,conuertatur,quia tex.in d. l.si is, rem dicit in numero singulari,secus est tamen in ecclesia, specialisq; obligatio prælato, prohibita est.c.nulli,de reb.ec.non alienan.generalis autem non,& in iuribus hic per Dec.allega. optimè probatur,deducendo fusius ut per eum. Tamen glo. in d.l.si is,tenet quod ibi dicitur,quod immò specialis obligatio non sit prohibita,etiam prælato, & dictum in ciuitate extendatur quoque ad Ecclesiam. & signanter ita tex. in ea allega. in auth, hoc ius porrectum dicit. ibi, specialiter dentur pignori. & sic duo hæc iura, pugnant, tex. iste scilicet, & tex. in d.c.nulli. Est tamen, ꝑ illud.c.ita tenendum & per iura allega.hic per eundem Deci.clara,quibus standum est, & non decisioni. d. auth. hoc ius porrectum. quia est Irnerij tunc nõ habentis potestatẽ legis cõdendæ, ut inquit Alex. in l.2.in.§.qđ si in patris, col.2. ff.sol.mat. & nos alibi sæpe. extracta ex d.iuribus.auth.ubi dicitur totum contrarium, & approbatis à iure canonico, in præallega. c. nulli, & ut per eandem Deci. latius, & hoc casu claudicabit argumentum de ciuitate ad ecclesiam, de quo aliàs in l.fin. C.de sacrosan. eccle. nec inconuenit quoniam ineptum est regulam non fallere, inquit glo. in auth. ut si. prohib.mat.debit. in prin. Cogita. quia nunc finẽ facio. die 27. Octob. 1565. Patauij.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas diuina,& nobilis,de qua loquitur l.si me, & Titium.ff. si cer.pet. semper debet esse ante oculos mercatorum.*

2 *Contractus inter consentientes perficitur.*

3 *Aequum est,pecunia mea seu res mihi debita' si ad aliquem peruenerit mihi restitui, & qua actione repeti possit, num. 4.*

5 *Possessor bonæfidei si locupletior sit factus, tenetur etiam ad fructus consumptos.*
6 *Ecclesia an teneatur ad fructus perceptos & consumptos bona fide, si facta est locupletior.*
7 *Fiscus an teneatur ad fructus consumptos & bona fide perceptos, si factus est l. cupletior.*
8 *Venditor tenetur ex contractu meticuloso ad pretium, quatenus factus est locupletior.*
9 *Iudicis officium imploratur ad repetendā pecuniā ex contractu rescisso, propter metum.*
10 *Iudicis officium an nobile uel mercenarium imploretur, ad repetendam pecuniam ex contractu rescisso propter metum.*
11 *Aequum & bonum an differant, et an æquum semper sit bonum.*
12 *Ordinarium remedium ubi locum habet cessat extra ordinariū, & nōnulla de. l. in causæ.ff.de min.*
13 *Intellectus ad l. si filius.ff.si cer.pet.*
14 *Intellectus ad l. cum putarem, ff. fam.ercisc.*
15 *Pecunia mea seu res mea, si ad aliquem peruenit, quo casu mihi restitui non debeat.*
16 *Aequitas legis si me & Titium.ff.si cert.pet.limitatur in casu legis si pro patre, §. si domini debitor.ff. de in rem uerso.*
17 *Aequitati.l.si me & Titium.ff.si cer.pet.renunciari potest.*
18 *Nouatio est prioris debiti in aliam obligationem transfusio.*
19 *Subsisto uerbum quare. Iu.Cons.dixit in l.si me & Titium.ff.si cert.pet.*
20 *Condictio certi, & sine causa, an sint natiua, uel datiua.*

Celsus. Lib. V. Digestorum.

L. SI ET ME ET TITIVM.

HAEC lex quæ loquitur de Diuina & Nobili æquitate, tanquàm speculum debet esse semper ante † mercatorum oculos, inquit Bal. consil. 348. col. 2. volu. 1. & cum habeat concordantes maximè (ut inquit Bart.) in l. si eum.supra eo. & in l.seruum quē, in fin.princ. ff.de ac.empt.& in l. si quis mancipiis, in §.fin. (qui incipit Proculus.) ff. de institito.citatus p glo.in l.nā hoc natura.ff.de cond. ind.& aliàs, de qbus hic in glo.non erit singularis ut præfatus est hic Ias.nisi singularē esse dicamus, i.notabilē, ut in præallega.cōsi.idē Bald.ait.

Et breuiter in ea est casus. Tu me & Titium rogasti, tibi mutuo daremus centum, iussi ego debitori meo, ea tibi numeraret, à quo eadē stipulatus es, & habuisti, quæritur an mihi tenearis, possimq; petere tantundem mihi in genere reddi, necne. Prima facie uideretur dicendū qd nō, dubitandiq; rationem faciebat, quia tu non accepisti ut à meo debitore pecuniā prædictā, nec cō-
2 sensisti, † contractus aūt nō pficitur, nisi inter consentientes.§.1.in sti.de ob.excō.l.precii causa.C.de rescin.vendi.& est arg.in l. 1. ff. de pact. & in l.1.in.§.si cōueniat.ff.depo. & in l. legē. C. de pact.& in l.5ctus.ff.de regu.iur. ergo. & facit etiā qa agentiū actus non operantur ultra eorū intentionem.l.non omnis.supra eo. Nec vt etiā qd Titio sit obligatus, ex quo nullum negocium cū eo contractū est.l.si in area.ff.de condic. inde. ubi casus ad literā.ibi, condictio locū non habebit, quia nullum negotium inter nos ɔhitur. Et ipsiusmet Iuriscon.rationes sunt: & veræ quidē, de rigore iuris, vsqueadeo ut certi condictione, ex mutuo, non teneatur debitor.

3 Sed tamen quia æquum est, cū pecunia † mea (hoc est mihi debita) ad debitorem peruenerit (hæcq; est decisionis ratio) eā mihi restitui, seu reddi † debere, l.diuus. ff.de restit. in integ. qua dubitationem facientes sublatæ etiā manēt, ut s.

✻ Et isto tex.notant * oēs & benè, quod ubicunq; res mea, siue mihi debita, ad aliquē pu enit † nec subest causa qua apud eū debeat remanere semper ex æquitate repeti pōt, maximè hic p certi cōdictionem generalē uel sine causa, quæ regulariter, datur etiā ex æquitate, ut declarat Bar.in l.ex diuerso.nu.7.ff.de rei ven.& signāter ut hic, qñ quis est factus locupletior, ex re mea seu mihi debita. Et fundatur istud in regu.Iu re naturæ. ff. de regu.iu.& in l.nā hoc natura.ff.de condi.ind. & alijs allega.supra.& in glo.hic, & in d. l. nā hoc natura. Et maximè in d.l.si quis mancipiis.in.§. Proculus.ff.de instito.

Et ad not.dictū Inno.infert Dec.& alii, de fructibus consumptis, quod licèt bonæfidei possessor non teneatur, tenetur tamē quatenus factus
5 est locupletior † ut per eos & plenè p Bart.in l. ex diuerso.ff.de rei uend.Interim ad regu. & hoc casu quidē, & per tex.in d.§.Proculus, adde Bal. dicentem plus, quod nō potest excusari à dolo post perceptam notitiam ueritatis, si quis locupletior fiat ex re mea, uel mihi debita, in auth. adhæc, col. 5.C.de usu. Et si diceretur hac ratione attenta, quod dari deberet actio de dolo, & non certi condictio sine causa, respondebo non dari, quia subsidiaria est; & nō datur ubi de alia prouisum est à lege, l.si quis affirmauerit, ad fin. ff.de dolo.idem Bald. declarat in l. & eleganter, in 2.lectu.ad fi.ff.de dolo.dixi in l.ciuitas, supra eo.sed hic est prouisum ergo. Et ut dicit Deci.&
6 benè, istud etiam locum habet in ecclesia † ut p eum. Adde tu si interposui abbatem ad emendū pro me, eiq; pecuniam subministraui, ipse uero nomen ecclesiæ apposuerit, quod ecclesia ipsa tenebitur mihi iura remittere, ne locupletior fiat ex re mea, cumq; mei iactura, ita idem Bal.in l. 1.col.pen.C.si ser.exte.argumentum, in c.1.in §. 1.de alie.feu.in usib.

7 Et idem quoque in fisco † nanque hæreditate vendita, non tenetur creditoribus hæreditariis rñdere, sed emptor ab eis cōueniendus est. l. 1.C.de hære.uel act. uen. modo emptor soluēdo nō est, an fiscus teneatur rñdere ibidem idem Bal.

col. 2. quod sic inquantū factus est locupletior. Et si prætextu metus rescindatur uenditio', quia
8 non æquè conuenit † ob id quod ꝯctus scilicet fuerit meticulosus, uenditorem ipsum locupletiorem fieri ex precio emptoris, illud sibi reddere tenetur. l. j. & ibi idem Bal. ad fi. C. de resc. uē.

Dicunt etiā Docto. à debitore pecuniā sibi da
9 tam repeti posse per officiū iudicis † quod (adde tu) simili modo in æquitate fundatum est. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loc. & in terminis est text. (ut subijciunt præcipuè Deci.) in l. planè. ff. de peti. hær. & ineptè quidē, ex quo ibi proponitur loco exceptionis directę, ut declarat Bar. & est uerum, in l. j. nu. 12. ad fi. ff. de iur. om. iud. quod æquitate tamen nitatur, implorariq; possit hac de re, est etiā tex. in l. æquissimū. ff. de bo. pos. se. tab. & in l. sed cū patrono. ff. de bo. pos. dixi ego latè in l. j. C. de eden. & illum tex. in d. l. planè (utcūq; sit ultra Deci.) dicit not. & inducit Bal. in l. domū. C. de rei uen. col. 2. & alibi Ro. quod dispositio quantumcunq; remedij gn̄aliter sit exclusiua, non tamen excludit officiū iudicis, consi. 325. col. fi. per d. tex. & per tex. in l. j. in §. quæsitū (notabiliorem.) ff. de sepa. Et Ange. in l. j. in §. j. ff. quod ui aut clā. quod licet non possit opponi exceptio, potest tamen officium iudicis implorari pp euidentem iniquitatē. Idemq; Bal. in statu. excipere nu. 10. & uerba. num. 1. eo. lib. Et magis in terminis glo. in l. cū filiusfam. supra eo. qđ quādo aliquid fieri debet de æquitate, illud fit p officium iudicis, quā sic inducit Bal. adhuc, in §. æquitas. nu. 4. Margari. Et ad idem rursus Soci. quod aliquando conclusio libelli in sola æquitate fundatur signanter per tex. in d. l. qđ si Ephesi. & in d. l. planè. in l. si cū seruum, ad fin. s̄. eo. pulchrè Gui. Pap. in decis. suis. 292. in prin.

Sed dubium est de quo officio iudicis intelligatur (quoddam nanq; nobile est, quoddā mercenarium, istud actioni deseruiens, illud nulli, ut per Bart. in l. j. in princ. ff. de iur. om. iud.) & bre
10 uiter sentit Alex. quod nobile sit † deturq; in locum deficientis actionis, uel exceptionis, adde tu, ut declarat Bart. in l. si deposita. C. depo. Immò dicebat Bald. quod ubi deficit actio, officiū iudicis imploratur. quodque in facto potius cōsistit quàm in iure in c. sanè. nu. 12. de renuncia. Ias. uero quod sit mercenariū, ex quo illud nullam præsupponit obligationem. l. qui per collusionem. §. fi. ff. de actio. emptio. istud autem sic, ut uerba innuere uidentur ibi. sed proprius est ut obligari te existimem. Et istud mihi magis placet, ex quo tex. uerè negari non potest. Nec ob. si diceretur quod tex. in d. l. qui per collusionem loquitur de officio iudicis mercenario, ut post Pau. Cast. ibi, hic Deci. dicit, quia nec istud uerum est, ex quo usuræ non erant in obligatione, ut signanter dicit ille tex. & tamen petuntur officio iud. Et dato quod loqueretur de officio iudicis mercenario, satis est mihi quod communiter teneatur aliàs nullam obligationem præsupponere, & misericorditer implorari, ut in d. l. j. ff. de iur. om. iud. not. & per glo. in rub. ff. de interrog. act. & Bart. in l. 2. in. §. j. col. 2. ff. de uerbo. oblig. & in §. Cato, col. 3. & in l. si tertius, in §. si quis prius, num. 5. ff. de aqua plu. arc. Dicit etiā Deci. quod præsupponit saltim quandam quasi obligationem, & benè. l. si seruum. §. fin. ff. de uerb. oblig. l. rescriptum. ff. de pac. Bar. in l. fi. ad finem. ff. de iniur. sed non propterea infertur ad tex. nostrum, quod de ista quasi obligatione loquatur, & sic largè deq; officio iudicis nobili, ut subijcit, quia à proprietate uerborum recedere non debemus, l. nō aliter. l. ille aut ille. §. cum ī uerbis. ff. de lega. 3. & ut hic p Bar. ad fi. Cogita.

Et ad not. ipsum redeuntes, obseruandum est, Iu. Consi. Celsum hic, pecuniam à debitore repeti posse, sibi datam mutuo, non modo æ-
11 quum esse † uerum etiam bonum dixisse, adde tex. in l. hæc conditio. ff. de condi. indeb. & in l. si seruum, in. §. sequitur. ff. de uerbo. obliga. & in l. quod si minor, in §. non semper. ff. de mino. & instit. de ob. quæ ex con. ad finem. estq; argumētum in l. j. in princ. ff. de iusti. & iure. non quia uitatus modus loquendi sit, sed quia quid aliquando bonum est, sed non tamen æquum, ut usucapio, & è contra aliquid æquum nō tamē bonum, exempli gratia quod maritus, prohibente uxore non possit se immiscere paraphernalibus bonis, nanque æquum est, sed non bonū, ut dixi, quia si mulier ipsa se uiro commisit, debebat etiam eidem committi bonorum suorum gubernatio, cum persona sit nobilior & dignior rebus, l. iustissimè. ff. de Ædil. edic. l. hac lege. C. de pac. conuen. gl. in d. l. j. ff. de iusti. & iu. quod ergo hic dicitur. Bonum & æquum est. & quod ex bono & æquo non est, strictum ius est. & dicitur. l. 2. §. item Varus. ad fi. ff. de aqua plu. arc. quod alij summum uocant. Vnde Ennius. Summum ius summa iniuria.

Verum uidetur adhuc quod pecunia repeti non possit à debitore, nec iudicis officium ad hoc implorari quoniam remedium extraordinarium est, l. cum filiusfamil. uiaticum, supra eo, & in subsidium, ut dixi, loco deficiētis actionis,
12 uel exceptionis, solet implorari, & † ubi hēt locum remedium ordinarium, extraordinarium cessat. l. in causæ. ff. de mino. at hic potest repeti certi condictione gn̄ali, uel sine causa. ut s̄. ergo.

Pro sol. dici pōt ut p Bar. in l. Emilius. col. j. ff. eo. qđ immò nō cesset ex quo pinguius est, & not. ēt in l. in prouinciali. ff. de no. op. nun. uel & melius, qa ordinariū coadiuuatur, nō qđ in subsidium imploretur, & concurrunt, ut p not. in d. l. in prouinciali, inquit Bald. in l. j. in §. j. col. j. & 2. ff. de rei uend.

Alibi etiam pecunia patris puenit ad creditorē filij, & tn̄ repeti non pōt, in l. si filius. s̄. eo. pro cuius sol. etiā Bar. hic, in princ. multa considerat
13 & dicit. Interim uera responsio est, eiusdem † qđ ibi peruenerat titulo oneroso, hic aūt lucratiuo tantumq;

tantumq; sibi aderat,quantū aberat ibi.hic uero aderat tantū,& sentit glo.in l.si eum seruum.§.eo. Tu vero cogita,hoc stante debere posse repe ti,etiā si cōsumpta sit.In cæteris dic vt p Bart. qa de materia satis dictū est supra in l. proxima, in §.seruum tuum imprudens.

Vltimo obstabat tex.in l.cum putarem,ibi respondeo.ff.fam.ercis.vbi qui ex asse hæres est,pu tans se Titium cohæredem habere,cū eo iudiciū famil.ercis.accepit(dicit tex.)si soluerit pecuniā quod eam repetere non poterit.deq; hoc contra rio glo.hic peruenit mentionem facit, nec aliter soluit.Et nimirum quia secum solutionē habet. vt ibi dicitur in tex.& declarat Bar.hic,in fi. idcir

14 co repeti non posse, quia ad alium peruenit† ex causa iudicati,condemnationibus factis, hic aut secus, ea de re dic tu non æque bonum & æquū dicto casu esse,reddi repetiq; posse,vt hic,vel & aliter vt supra quod nulla suberat cā hic,qua deberet remanere penes debitorē,ibi aūt sic penes cohæredem,vel quod hic peruenit ad alium titulo lucratiuo,ibi aūt oneroso, de quo pariter su pra mentio facta est.

Modo supradicta limitātur aliquibus casibus

15 Et primo quādo parti †pōt culpa imputari.exēpli gratia si factū est pactum,ne venditor teneatur de euictione, nec precium emptori restituere.nāq; hic locupletatur cū iactura emptoris, & tamen tolerabile est,nec peti potest preciū ab ipso emptore.l.emptorem. §.fi. ibi nisi forte. ff. de actio.emp.& ibi not. & nimirū quia contractus ex conuentione partiū legem accipiunt. l. 1. §. si cōueniat.ff.depo.& quia dicto casu subest causa retinendi lucrum,quoniā in re sua qlibet est mo derator & arbiter, & quā legē voluerit emptor potuit apponere in ipso contractu. l.in re māda ta.C.māda.l.legē.C.de pac.& fortè (vt dicit Dec. & benè)regula limitari nō videtur, quæ loqtur, quando quis non habet causam, qua pecuniam retineat.sed replicari poterit, quod sit limitationis ratio,& etiā quia dicto casu nulla est emptoris iactura,argumentum in l.1.in §.vsq; adeo.ff. de iniur.& sicut bonum & æquū est reddi hic, ita bonum & æquū est dicto casu non reddi, ex quo semper venditor dicere poterit emptori, illud Euangel. amice non facio tibi iniuriam, pacto conuenisti mecum.

Secundo tamen limitantur supradicta in ca-

16 su †si debitor cui iussi vt tibi solueret,eo tēpore quo soluit,esset debitor etiam tuus, vel postea, quia tunc mihi non esset succursum ex æquitate huius legis,contra te, neq; tenereris pecuniā tibi datam reddere.l.si pro patre. §.si domini debitor.ff.de in rem verso.& hoc idem quia pecuniā sic habebis ex cā onerosa, hic aūt lucratiua, & ita etiā ibi not.& sic nihil in tui vtilitatem ver sum videbitur vt tenearis. Quæ limitatio mihi dubitabilis videtur,nanq; etiā qd debitor meus, cui iussi tibi soluere, sit debitor tuus, hoc idē mi hi officere nō debet,quo minus agam aduersus te,locupletatum ex re mihi debita, vt hic, & in iuribus supra allega.& in glo. peruenit. Nec ob. tex.in d.§.si domini debitor, qa termini nō sunt pares, seruus enim ibi erat debitor domini, ab alio mutuatus eidem soluit,dicit ibi lu. Con.dominum non teneri, quia nihil in eius vtili atem versum est,& benè,ex quo, vt dixi, seruus ei debebat,hic aūt sic,licet debitor meus,cui iusserā, tibi solueret,deberet pariter tibi,quia,vt dixi rur sum & repeto,hoc nō tollit,quod ex re mea, seu mihi debita,non sis locupletatus. Nec officit ēt quod pecuniam habeas ex causa onerosa, qa nō est verū,si erat mea vel mihi debita, & si tibi dari à debitore meo,siue solui,ēt iusserā. Cogita.

17 Et vltimo loco limita † nisi quis renunciaret æquitati huius legis,qa tunc agi non posset,nec iudicis officium implorari,ut not.in l.ius publicum.ff.de pac.& non ab re quia vnusquisq; iuri pro se introducto renunciare potest.l.pen. C. de pac.nec vt dicebā proximè supra,iniuria fit volenti.est verū,ut dicit Deci.quia plurimā dubitationis habet,de quo in d.l.ius publicum,& in c. si diligenti,de foro cōp. quod dici pro vera resolutione posset,si iam sit quis locupletatus cū iactura mea,quod ius agendi remitti possit, alias non,argu.in l.si vnus,in §.illud.ff.de pact.

Quæ resolutio confundi videtur p tex.in l.emptorem,in §.qui aūt.ff.de actio.empt.de quo supra,vbi pactum factum, ne venditor teneatur de euictione,nec dicto casu precium restituere emptori,valet.Et pōt hac quasi renunciatione iuris sui,sibi emptor præiudicare, hoc idemq; futurū respiciebat,ergo. Nec ob. simile, quia illud ideo est,in d.§.illud, dolum præteritum remitti posse,nō etiā futurū,ne præbeatur occasio delinquēdi.l.conuenire.ff.de pac.dotal. declarat Bal. in l. 1.lectu.1.ad fi.ff.de rer.diui. Docto.in d.§.illud. & in l.1.in §.illud.ff.depo.& hinc est quod lata culpa remittitur, inq; ea secus decisum inuenitur,ex quo non sic inuitat ad delinquēdum. l.si vt certo.§.interdum.ff.cōmoda. l.contractus. ff. de reg.iu.& not.in d.§.illud. Quicquid sit tamē, non video quo modo possit hæc limitatio ad casum istum applicari,quod res mea siue mihi debita,ad te perueniat,& ego renunciem æquitati huius legis. Cogita.

In gl.peruenit ad fi.cætere nihil habēt,& fuerūt ex §.dictis expeditæ,dubitatur,estq; not.quæstio,q̄q̄ breuis & plana. Si q rogauit sibi mutuo pecuniā dari à debitore meo, cui adiusserā facere sibiq; solui (ut sæpe dictum fuit, stipulatus sit, pecuniā tamē nō acceperit,an habeat locū quod

18 hic dicit† Rn̄det glo. & Bart.clarius, qd sic, ex quo puenit ad eū ex re mea ius, quo habet debitorē obligatū,arg.in l.qui actionē.ff.de reg.iu. & pecunia breui manu, si maximè erat solutioni parata,de quo plenè in l.singularia. §.eo. l.licèt. §.j.ff.de iure do.Sed pro declaratione nota,istud verū, si stipulatus sit pecuniā sibi dari, ex causa mutui,à debitore meo, qm̄ hoc idē est de præce

ptis singularibus mutui, de quibus in d.l. singularia: si autem simpliciter, tenebitur ex eo solũ, quia ad eum peruenit, ut diximus, ex re mea, seu mihi debita, Ius, quo debitorẽ habet obligatũ.

Dicit etiam glo. quod fit nouatio quæ est, adde tu, prioris debiti in aliam obligationem transfusio. l.j.ff.de noua. & benè, de iure Digestorũ, alias nõ iure nouo Codicis nisi expreſsè dicatur, l.fi.C.eo. sed ut prius melius, quando quidẽ nec Bar. nouationis mentionem fecerit.

Et quoniã istud & quod dicitur in casu istius legis, non parum dubitationis habebat ut supra, & ipsemet. I.Cons. obijcit non ab re etiam dixit,
19 subsisto † prout in l.seruum quoq;, in princ.ff. de procu.& in simili Corn.consi.5.col.2. uol.4. & consi.85.nu.20.uol.3. sed tamen decidit, postea & declarat, pro ut Bar. qui nesciuit respondere Bal. tunc discipulo suo, sibi arguenti, in pulcherrima quæstione, d.l.si instituta.§. fi.ff.de inoffi.testa. dicens pariter subsisto, hancq; legem, uolo uidere, & cras mane tibi respõdebo, ut ibi refert Pau.Cast.& alibi non absolutè responderi potest in l.Mæuia.ff.de an.lega.Scæuola.ex quib. confunditur theorica quædam Ful.in rub.de mili.testa. quod l.Cons. artificioso quodam ordine processerint, Imperatores uero secundum cõtingentiam factorum, hocq; casu locũ habeat ulga.l.quod Labeo.ff.de Carb.edic. illo uero non, quia immò uidemus quod dubitat Cels. hic, & decidit. cũ qua Fulgo. theorica trãsiuimus aliàs, sed nunc, qã sapientis est mutare propositũ.l.nõ nunquàm.ff.de colla.bo. aliter dico. Cogita.

Et qm̃ datur hic certi condictio generalis, & sine causa, ut sæpe dictũ est, dubitat ultimo loco Bar. an sint natiuæ an uero datiuæ, & tandẽ relatis opi. quorundam & Pet.de Bella Per.in ipsius opi. inclinat † qd̃ sint natiuæ, ex quo habent præexistentem materiã ex quã oriuntur, deducẽdo ut per eum & ut not.in l.iurisgentium, in §.j.ff. d pac. Nec secus teneo: ego, qa presupposita obligatione, tex.enim noster, ut dicebã ẽt supra, cauillari nõ põt, ibi sed proprius est ut obligari te existimem, necessario nascitur actio. ergo natiua non datiua, & ut pulchrè in actione de peculio etiam inquit Bar.in l.j.nu.13.ff.de pecu. ex qbus etiam hæc lex absoluta maneat. Die 20. Octob. 1565. Laus Deo Opt.Max.

SVMMARIVM.

1 *Contractus substantialia & quæ naturalia sint.*
2 *Bonitas duplex intrinseca & extrinseca cum declaratione.*
3 *Tacitum duobus modis dicitur, cum declaratione.*
4 *Mutuum contractus est stricti iuris ab alijs differens & in quo, num. 12.*
5 *Depositarius, & commodatarius rem deteriorem reddere non debet.*
6 *Propositum in mente retentum nil operatur.*
7 *Taciti & expressi par est uirtus.*
8 *Nouatio nõ intelligitur fieri nisi expressẽ agatur.*
9 *Contrahentes cum dispositione iuris communis se conformare uidentur.*
10 *Apostolicis in literis clausulæ quę cõsueuerunt apponi habentur pro appositis.*
11 *Actio de dolo in contractibus stricti iuris quando locum habeat.*

Scholia ad l.cum quid.ff.si cer.peta.

Pomponius lib. XXVII. ad Sabinum.

L. CVM QVID.

AD istius l. intellectum præmitte,
1 quòd loquitur de naturalibus cõtractus † ut æquè bonum id, qd mutuo datum est, reddatur, ad substantialium differentiam, de quibus in l.2. supra eo. in princ. in.§.j.& in.§. appellata, ut idem in genere reddatur. sit de rebus consistentibus pondere, numero, & mensura. & dominium in accipientem trãsferatur. Idemque dicit Bart. in l. quicquid astringendæ, col.2.ff.de uerbo. oblig. quanuis declarando rationem, horum etiam mentionem fecerit Pomponius infra. Substantialia enim ea esse dicuntur, quibus cessantibus, res esse non potest. l.pacta conuenta. ff.de contrahen. empt. idem Bart. in l.prolatam, col.2.C. de sen. absque naturalibus autem sic. d.l.pacta conuenta. & ideo si expreſsè conuentum sit, quòd res deterior reddatur, conuentio ualebit, ut hic per Docto. Pau. de Cast.Ias.Deci.& alios.

Secundo præmitte, quòd bonitas est duplex
2 † quædam intrinseca, quædam extrinseca. intrinseca, color, & sapor, ut hic. extrinseca, æstimatio, ut in l.uinum, & ibi not. infra eo. Bar.infra nu.16. Bald.in l.2.C.de peri.& commo. rei ve.

3 Tertio præmitte † tacitum dici duobus modis. primo quod uerbis nõ est expressum, ut hic. Secundo, respectu tacitæ dispositionis. l.cũ acutissimi.C.de fideicom.l.cum auus.ff.de condi.& demonst. Bald.in l.j.in princ.C.de dela.lib.10.

Summario & diuisione facilis est, ut per Bartolum, & Doctores.

4 Dubitandi ratio, quia mutuum † ex quo nõ enumeratur, in.§.actionum, Instit.de actio. est contractus stricti iuris, quomodo arguit gloss. in l.in bonæfidei. C.de rebus credit.not. in l.petens. C.de pact. testatur Deci.in d.l.uinum, col. 2. & Bald. ante eum, in c.primo. col.3. de plus peti. & nominatus, ab alijs tamen differens, quia executiuus appellatur. alij autem ab actu conueniendi, siue paciscendi, ut declarat Bart. in l.iurisgentium, in princ. ff. de pac. in contractibus autem stricti iuris, ueniunt ea tantum, de quibus actum, cogitatumq; est. l. eleganter. §.non solum.ff.de dolo.l. fi.ff.de condict.ob tur. causam.l. quicquid astringendę.ff.de uerborum oblig. ergo.

Et hoc est, quod dicebat etiã Io. And.in regu-

pro

pro possessore, col. 2. de regul. iuris, in Mercuria. quòd habetur pro omisso id, quod non est expressum. & ante eum glo. hic.

Et Alex. consi. 61. super eo, col. 1. uol. 1. quòd à propria uerborum significatione nō est hoc casu recedendū, imò quòd stricta fieri debet interpretatio contra illū, qui se fundat in uerbis, & qui apertius loqui potuit per tex. tritū, in l. ueteribus. ff. de pac.

Et in decreto, siue statuto, cum sint huiusmodi, stricti iuris scilicet. l. constitutionibus. ff. ad municipa. ita etiam arguit, consi. 96. uiso processu. col. ulti. uol. 2.

5 Secunda, quia in deposito † uel commodato, quibus casibus deponens, uel commodans, dominium retinet, & possessionem. l. licet. §. rei depositę. ff. depo. l. rei commodatę. ff. commo. non licet depositario, uel commodatario, rem deteriorem reddere. l. 1. §. si res. ff. depo. l. 3. §. si reddita. ff. commo. ergo secus in mutuo, alioquin à deposito, uel commodato non differret, minimè dicendum. l. 2. in prin. supra eod.

6 Tertia & ultima † quia propositum in mente retentum, nihil operatur. l. si repetendi. C. de condict. ob cau.

Et ob id dicebat etiam Bellame. decisio. 544. col. 2. quòd quæ sine conditione dicuntur, sine conditione intelligi debent, etiam si loquens cōditionem agat in mente.

Et Bal. consi. 509. arbiter, ad fi. uol. 5. quòd declarari debet uerbo uel scriptura, quæ etiam loquitur ut in authen. de Tabellio. in prin. & probatur in l. 2. C. de sen. ex peri. reci.

Et in l. 1. in 2. q. aliàs col. 11. C. qui admit. quòd est sicut posthumus, qui si non producatur in lucem, nihil est. & Ias. post eum, in l. quod quis. ff. de condic. indeb.

7 Decidendi autem, in tex. posita est, ibi, † nam in contrahendo quod agitur, pro cauto habendū est. ut eiusdem bonitatis, seu ut æquè bonum (quod etiam subiit Iurisconsul. declarando) reddatur, quod datum est. quasi dicat, perinde fore, quoniam hæc naturalia contractus sunt, ac si à partibus fuisset expressum. unde postea colligitur, quòd par sit uirtus taciti & expressi, & benè, hoc casu, aliàs regula fallax est. Patet.

Quia pupillaris expressa, matrem excludit, tacita non. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. l. precibus. C. de impube. l. fi. C. de insti. c. si pater, de testa. in 6.

Et si filius exhæredetur, debet hoc idem nominatim fieri, non autem silentio præteriri, quia testamentum foret nullum. l. inter cętera. ff. de libe. & posthu. l. maximum uicium. C. de libe. præte.

Et quia etiam per expressum iuris errorem nulla redditur sententia, quæ tamen non uiciatur ex tacita relatione, quæ fit ad acta. l. præses. ff. de re iudica. l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebellianum, l. 2. C. quando prouo. non est necess. Alexan. susius, consi. 59. attentis. col. 5. uol. 3. aliquid Ias. hic, col. 2.

8 Secunda, quia cùm expressio non esset de forma, iure merito proditum fuit † tacitum æquiparari expresso, aliàs secus, ut in nouatione, quæ non intelligitur fieri hodie, nisi expressè agatur inter partes. l. finali. & ibi pulchrè ad propositum Saly. in fi. C. de noua. nota. plenè in l. pen. ff. de præto. stipula. & in l. qui usufructum. ff. de uorborum obliga. & in §. præterea. Insti. quibus modis tollitur oblig. Alexan. consil. 72. uisis, in prin. & consi. 75. ponderatis, in prin. uol. 2.

Et ad propositum rationis, adeò uerùm esse dicebat Bal. quod naturaliter inest haberi pro expresso, ut natura ipsa loqui tunc uideatur, consil. 330. in hoc concordati sumus, col. 5. uol. 3. signanter per istum tex. & per tex. in l. triticum. ff. de uerbo. oblig.

Et consi. 209. casus. col. 2. uol. 1. quòd inter tacitum, quod includitur de natura expressi, & expressum, non est in puncto iuris differentia, per tex. ultra istum etiam, & in l. non recte. C. de fideiuss. & in l. hæc uerba. ff. de lege. 1. ubi tritum illud colligitur, expressionem eorum, quæ tacite insunt, nihil operari.

9 Tertia & ultima † quia etiam quòd nihil dictum sit, uidentur contrahentes uoluisse se conformare cum dispositione iuris communis, quod est, ut semper ueniant ea, quæ sunt de natura contractus. & probatur ad propositum in l. hæredes mei. in §. cum ita, & ibi Bartol. ff. ad Trebellianum. not. in l. Gallus. in §. quidam recti. ff. de liberis & posthumis. Et licèt in testatore loquantur, ad contrahentes tamen extenduntur, ut per Corne. consil. 190. plures, in princip. uol. 3. Areti. pulchrè consil. 145. respondendo, ad finem, Gratian. Bononien. signanter ad istum textum, consi. secundo, rursus, col. 2. uol. 1.

Ad opposita respondetur primum uerum esse, quòd contractus mutui scilicet, sit stricti iuris: uerius, quòd in his, quę sunt stricti iuris, ueniunt ea tantùm, de quibus actum cogitatumq; est. sed falsum, quòd ob hoc reddi non debeat ęquè bonum, id, quod mutuo datum est, ex supra dictis, ex quo actum cogitatumq; inter partes omnimodo uidetur. Vel & aliter, ut infra.

Et pro nunc est simile in contractu emptionis & uenditionis, ex quo tollentur reliqua, ad idem facientia, quoniam esto quòd nihil dictum sit, periculum tamen semper ad emptorem spectat. l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. l. si iactum retis. ff. de ac. emp. l. necessario. l. id quod. ff. de peri. & commo. rei uen. plenè Alexan. consi. 107. perspectis. col. 2. uol. 3.

Et in locatione, si consuetudo esset, quòd conductor certum quid solueret, quia obligaret quoscunque conductores ad id soluendum, perinde ac si in contractu expressum fuisset. l. excepto. C. loca. l. domini prædiorum. C. de agrico. & cēsi. li. 10. l. quòd si nolit. §. quia assidua. ff. de Aed l. edict.

edi c.l.fi.C.de fideiuf.idem Alex.consi.108. visis, col.3. eo. lib.

10 Et hinc † videmus etiã nõ ab re, quod clausulæ, quæ consueuerunt apponi in literis Apostolicis, habentur pro appositis.c.accepimus, & ibi But.de æta.& quæ.not.etiam in c.cum.M.Ferrariensis, de constitu.idem Alex. consi. 107. pro inuestigatio ne, col.pe.vol.2 & sic fusius, quàm Odof.hic.

¶ Non ob.secundum quia conueniunt in hoc, ne res deterior reddatur, in cæteris autem differunt, quia in deposito, & commodato ut diximus) retinetur dominium & possessio, secus in mutuo. Item uno casu debetur usuræ officio iudicis, alio autem nõ, nisi stipulationis uinculo. l.uideamus. § in bonæfidei.ff.de usu.l.quamuis.C.eo.

11 ¶ Sed instatur, † quia in cõtractibus stricti iuris, si reddatur res deterior, debitor liberatur à prima actione, & agitur contra eum actione de dolo, uel ad interesse.d.l.elegãter §.nõ solũ.ff.de dolo. ergo idẽ i mutuo.ergo res deterior reddi poterit.

12 Sol.esto ꝙ sit † contractus stricti iuris, habet tamen naturam bonæ fidei. patet quia æstimatio quantiplurimi, uenit à tempore moræ, ut in cõtra ctibus bonæfidei, & non litis contesta. l. uinũ, & ibi not.per Bart.col.3.infra.eo.& est simile in testamẽtis & legatis.l.in minorum. C.in quib.cau. in integ restt.non est ne.Bar.in l. exhibitionis.C. ad exhi.& in l.utiq;,in.§.quod si Ephesi. & in l. si hæres.ff.de eo qđ cer.lo.& in l.j. col. 2. C. de his quæ pœ.no.& in.l.si qñ,in.§.heres, & in l.hmõi,in §.ædes.ff.de lega.j.& in l.si creditori,eo.ti. & in l. multũ interest,in prin. ff. de verbo.ob. Albe. in l. j.in §.bellissimè,per illum tex. ff.vt lega. no. ca.

¶ Non ob.3.& vltimum, quia Bar. infra respondet, nu.9.in fi.ꝙ ibi agebatur tantũ tacitè ab vno, quo casu in mente retentum, ut dicebatur, pro expresso haberi non potest, hic autem ab vtroque. idem Bar.in l.ita stipulatus, magna, in .2.col. ubi etiam Alex. in 6.ff.de uerb. oblig. & probatur in l.j.in §.fi.ff.de condic.ob cau. Ripa in tracta. de dona. in.1.quæst.col.2.

Aliter, & fortè melius, ac formali us, dicit idẽ Bar.in l.quicquid astringendæ, col.2.ff.de verbo. oblig.citata etiam supra in contractibus, qui re, uel consensu, contrahuntur, tacitè intellectum ab uno, nõ habet pro expresso, si de his quæramus, quæ nõ insunt ex natura ɔ̃ctus, aliàs secus, ut hic.

Et vt prius uirtualiter Bal.in l. quidam cum filium, per illum tex.in fi.ff.de hære.instit. & in l.q in aliena. in §.Celsus, in fi.ff.de acqui.hære.

Vel quòd immò operetur, quia esto quòd uerbo aperta non sit, facto tamen est implicita, cùm de natura contractus, ut diximus, hoc idem sit, & sentit idem Bald.in d.l.j.col. præallega.11. C.qui admi.pro quo facit regu.connexorum, posita in l.quæ religiosis.ff.de rei ven. l.si quis ex argentarijs.§.rationem, in fi.ff.de eden.l.cum delanionis, §.asinam, ibi. Quibusq; proxima copulata &c. ff. de fun.instruc. Bar.in l. Aurelius, in §. idem quæsijt.ff.de libe.leg.not.in c.trãslato, de cõsti. Alex. consi.85. ponderatis, ad fin.uol.3. Die xvj. Ian. M. D. L I I I I. Paduæ.

ADDITIO. Ad materiam adde, licet in mutuo actum videatur, ut æquè bonum reddatur, quod tamen alio casu est secus, nanque si promittatur vinum uel granum qualitate non expressa, promissio facta videbitur de mediocri. l. ubi autem non apparet, cum præced.ff.de uerb.ob.l.qui lancem, ff. de au.& arg.lega. Inq; legato facto de duobus, poterit eligi melior.l.qui duos. ff.de lega.1.Ias.in l.legato generali.ff.eo.

Secundo adde quanquàm regulariter uerum sit, tacitum æquiparari expresso, quod tamẽ aliqua nonnunquam tacitè remittuntur, expressè non. l.si vnus. §.illud. ff. de pac. & amplius quod sæpe plus operatur expressum quam tacitum l.expressa.ff.de regu iur.

Tertio ad illud de vino veteri, quod laudatissimum est, usqueadeo vt non ab re Achilles apud Homerum iusserit iuris summa dignitate præstantibus propinari debere, idq; uoce græca Soroteron significari.

Post indictas ferias, seq.mane, hoc ueluti corollarium quoddã fatigatis adulescẽtibus obtulimus, qui me adeo attente docentem auscultarunt postea, ut nulla ante hac iucundior aliarum legum ĩterpretatio uisa fuerit.ideo laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus cõis. l. siquis nec causam. ff. si cert.pet.*
2 *Mutuum & depositum in quibus differant.*
3 *Casus fortuiti præuideri non possunt.*
4 *Depositarius quando teneatur de periculo depositi, & de omni casu. et num. 7.*
5 *Commodatarius non tenetur de casu fortuito.*
6 *Depositarius de dolo et lata culpa tenetur.*
8 *Dolus, lata culpa, leuis, et leuissima, qđ sit remissi*
9 *Contractus ex partium conuentione legem accipit.*
10 *Principaliter quod agitur attendi debet non secundario, et in consequentiam.*
11 *Homicidium ex præcedenti tractatu præsumitur commissum.*
12 *Restitutio in integrum quando non requirat speciale mandatum.*
13 *Accessorium etiam si sit maius principale nõ attenditur cum exemplo.*

SCHOLIA AD L. SIQVIS nec causam. ff. si cer. peta.

¶ VLPIANVS LIB. XXXIIII. ad Sabinum.

L. Siquis nec causam.

AD euidentiam huius legis præmittẽ, hic tractari de prima parte rub. quod apparet, quia Vlpia. author est ipsius, sicuti & l.j.s.eod.ubi de hoc fusius. Vel dic, ꝙ immò de mutuo etiam tractetur in ea; & sic de secunda parte

parte rub.sicuti etiam in præcedentibus, & indicant uerba ibi: Et tu empturus prædia desideraueris mutuā pecuniam, & quia deponenti postea datur certi condictio, ut hic per Odof in fin.

¶ Secundò præmittē, duobus modis legi, ibi, Periculo eius, &c. ut per glo. & Ias. quiq; lectu. 2. &
1 intellectus, qui fuit Azo est † cōis, quod uerbum prædictum intelligatur de oī culpa ēt leuissima.
2 ¶ Tertiò & ultimò præmitte † ꝙ sicuti differunt depositum & mutuum, ut dicebam heri, quoniā uno casu dominium retinetur & possessio, alio non.l.licet.§.rei depositæ. ff.depo.l.2. supra eod. nec usuræ debentur citra uinculum stipulationis in mutuo, in deposito autem sic, à tempore moræ.l.quamuis.C.de usu.l.uideamus.§.in bonæ fidei.ff.de usu.ita differunt, quia depositarius non tenetur de casu, debitor autem in mutuo sic, ut p eundem Ias.hic, adde tu, ꝙ est tex.in §.is cui, & in §.præterea.Insti.quib.mo.re contrahi.ob.dictūq; sunt satis, in l.quod te, quam, ordine præpostero, ordinariè ante istā ut scitis) legimus, in gl.j.ī.eo.

¶ Summario, & diuisione, facilis est, ut per Bart. & Docto.

3 ¶ Dubitandi ratio, † ꝙ habemus, quia quæ fortuitis casibus eueniunt; humano iudicio præuideri non possunt.l.quæ fortuitis.C.de pigno. ac. l.2.§.si eo tēpore.ff.de admi.re.ad ci. perti. Eoq; magis, quia nondum conuersa pecunia erat in causam mutui, ita ut tanquam depositarius de casu non teneatur.d.§. præterea.

¶ Decidendi uero, quia cum depositum factum
4 fuerit gratia † accipientis tantum, æque conuenit, ut periculo ipsius pereat.

Quod à simili probat Iurisc. quia qui sic etiam rem uendendam accepit, ut precio uteretur, periculo suo eam habebit.l.rogasti, in prin.ī.eo. Et facit, quia sola amicitia ductus hoc idem factū est, ut uerba in prin. l.innuunt.

Et quia depositum sortitur naturam mutui, quia ea de causa fecit ipsum rursus, ut prædia emerentur, & sic d.pecunia accipiens uteretur, ut etiam in l.certi condictio, in §.fi.infra eo.& est argu.in l.si eum, in § qui iniuriarum.ff. si quis caut. uerum in mutuo periculum est debitoris. l. incendium.C.si cer.peta.not.in d.l.quod te.ergo.

¶ Ad oppositum respondetur, uerum esse regulariter, sed hoc casu fallere, ratione prædicta, quoniam accipientis tantum gratia scilicet, depositū prædictum factum fuerat.

Nec officit, ꝙ nondum in causam mutui esset conuersa, quia nihil est, ex quo ea de causa depositum factum fuerat.l.et si non sunt.§. infecti. ff.de au.& ar.leg.Alex.consi.97.alias.col.2.uol.3.

¶ Et ita, secundum Ioan.& Vltramontanos, dici potest, estq; primus intellectus glo.

Non tutus tamen, quia depositi natura alteratur, & à commodato sic differre non uidebitur,
5 ut per Bar.in l.quod Nerua, in 12.q.ff.depo. † uerum commodatarius de casu non tenetur. d.§.itē is cui, Instit.quib.mo. re contrahi. ob. l. in commodato, in prin. ff. commo. ergo nec periculum erit depositarij hic.

¶ Alia igitur est ratio dubitandi, secundum intellectum Azo.qui (ut dixi in euiden.) cōis est.
6 ¶ Quòd teneatur depositarius, † sed de dolo, & lata culpa tantum, quæ dolo proxima est. l. j. §. si quis seruum.l. quod Nerua. ff. depo. l. j. §.j. ff.si men. fal. mo. di.

¶ Vel saltim de dolo, lata culpa, & leui. l. j. §. si conueniat.§.sæpe.ff.depo.

7 ¶ Decidendi autem † quia (ut diximus) gratia depositarij accipientis factum est, quo casu conuenit, ut de dolo, lata culpa, leui, & leuissima teneatur d.§.sæpe.l.contractus. ff. de regul. iur. (quid
8 † enim sit dolus, lata culpa, leuis, & leuissima, no. per glo.in §.pen.Insti.quib.mo.re con.ob.Bar.in d.l.quod Nerua.Bal.in d.l.quæ fortuitis.)

¶ Ad opposita respondetur primum uerum esse, in deposito facto gratia deponentis tantum, & sic in deposito regulari, nos autem in irregulari.

9 ¶ Ad secundum autem, † quia ita partes conuenerant, quo fit ut contractus, ex conuentione ipsarum, legem accipiat, ad quod etiam allegari solent.d.iura.& idem in l.legē. C.de pác. & ad propositum, in l.j. C.depo.

¶ Ex quibus omnibus elicitur, id attendi debere,
10 quod principaliter agitur, † non secundario, & in consequentiam, & idem, ultra text.in l. j. ff. de autho.tut.& in l.nauis aduersa. ff. ad legem Rho. de iac.allega.hic per Ias.in l.j.ff. de re. permut.& in l.rogasti. infra eo. & in l. qui exceptionem, in prin.cum ibi not.ff.de condic.inde.plenè Ias.hic, plenius Alex.consi.j.col.pen.& fin.uol.3.

11 ¶ Et inter † cætera, id unum facit, memoriæ commendādum, de quo per Bal.in l.multum interest, col.2.C.si quis alte.uel sibi si præcessit inter te & Titium tractatus, de aliquo occidendo, & postea is occisus sit, ꝙ præsumitur hoc idem factum animo exequendi tractatum, de quo etiam in l. cum post, in prin.ff de iu.dot.& in l.qui in aliena, in §. si is qui.ff.de acqui.hær.& ibi Bar.

12 ¶ Ad idem, † restitutio in integrum, si petatur principaliter, requirit speciale mādatum. l. illud. §.si talis.ff.de mino.c.suscitata, & ibi Abb. col.2. de resti.in integ.glo.in c.qui ad agendum, de ꝓcu.in 6. Vel tale, ut comprehendatur sub generalitate uerborum, puta quia dicatur, ad transigendum, & ad omnia generaliter faciendum, requirētia speciale mandatum d.c.qui ad agendum. l. sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau.Abb.in c.corā, col.2.de resti.in integ.Cassiodo.decisio j.occurrit, de procu.nu.3.& nihilominus, si petatur incidenter super aliquo articulo, in causa omisso, secus, ut per Bart.in d.§.talis.

13 ¶ Et ad idem rursum facit, † quia si conuenerimus de permutādo codice meo cum tuo, quòdq; mihi dares ultra, xx. non emptio, sed permutatio erit, quoniam inspicitur quod est principale, etiā quòd accessorium sit maius, ut p r Bart. in l. si in emptione, in princ.ff.de contrahē.empt & habui

in p ractica

in practica, in causa magistri Bernardinelli Merzarij, qui, me consulente, ita etiam obtinuit.

Est verū ꝙ limitatur regula in delictis. l. qui
14 saccum.ff.de fur. & consequenter† quando quis dat operam rei illicitæ, quoniam tunc principaliter, & secundario id ipsum attenditur.

Et est rationabile, in odium delinquentis, arg. in l.quisquis, in §.1. ibi, Sicut postremo tales, ut perpetua ægestate sordescant. C. ad legem Iu.ma. Flo.in l.interdum, in prin.ff.ad legem Aqui.

Sed contra, de l.qui iniuriæ. ff. de fur. & de.l. uerum.ff.eo.ubi casus utrobique clarus, quòd immò uoluntas, & propositū, maleficia distinguunt & inquit philosophus, ethyco. 4. quòd carnaliter cognoscentes mulieres, ut ab eis pecunias extorquecant, sunt auari, non luxuriosi. Aliquid Alexā. in prææallega.consi.1.col.pe.in fin.Pau. Cast. consi.27.uisa inquisitione, col.ult.uol.1.Bal.in l.quicunque, col.2.C.de ser.fugi.

Pro solu.Ial.& Dec.sen. se remittunt ad not. in d.l.verum, & per glo. insti. de obli. quæ ex delic. nas.in princ.

Dicerem ego, limitationem ueram non esse, ex his, nec obstex.in d.l.qui saccum, quia esto quòd principaliter nō haberet animum furandi saccū, habebat tamen secūdario, igitur consequens est, ut furti teneatur, & ita dicit glo. & benè, in loco suprà allega.& quia etiam pecunia, & saccus, habent se, tanquàm contētum, & continens, ut pulchrè declarat Bal.in c.1.col.5.de capi. qui cu. uē. in usib.& ad propositum dictorum iurium, uide eiusdem not.distinctionem etiam, in l.si quis seruo, col.2.C.de fur.

Secundo tamen limi ita tu, nisi aliud appareret
15 de mente† disponentis.l.paterfamilias, & ibi no. in prin.ff.de uulga.& pup.sub.& est arg. in simili, in l.non aliter.ff. de lega.3.

16 Tertio limita, & dic, ueram esse, †quantum ad totalem effectum, & finalem causam contractus, de quo hic, declarando ut suprà, sed non quantū ad materiam.l.petens.C.de pac.not. in l.lecta. infrà, eo.quoniam attenditur quoq; id, quod uenit accessoriè ad contractum, puta pactum, ut inde resultet contractus innominatus, habita relatione, scilicet pacti ad contractum, & latius, ut in d. locis not.Die xviij. Ianuarij M DLIIII. Paduæ.

Sed quia post hæc dubitari posset, qua actione pecunia hæc deposita, à deponente petatur, Pro responsione, uide Odof. hic, in fi.hoc ipsum pulcherrimè declarantem.

ADDITIO. Ad regu.multa cōgerit Ias.consi.157.col.4.uol. 2. Et quod principale intentum disponentis, inspici debeat, an dispositio sit odiosa uel fauorabilis, Gemin.in c.si propter, nume.9. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Mora materia profunda est & de apicibus iuris.*
2 *Mora quid sit,*
3 *Diffinitio omnis periculosa est iniuria.*
4 *Specialia non tollunt ueritatem diffinitionis.*
5 *Mora dolo debitoris assimilatur.*
6 *Mora frustratio etiam appellata est.*
7 *Moræ uerbum ambiguum est, quia aliquando capitur pro domicilio.*
8 *Mora unde dicta sit.*
9 *Mora duplex est, regularis & anomala.*
10 *Mora quot modis contrahatur.*
11 *Moræ effectus qui sint.*
12 *Debitor interitu speciei liberatur.*
13 *Debitor ob impossibilitatem tradendi liberatur.*
14 *Pretium in uniuersalibus loco rei succedit.*
15 *Obligatio ad interesse succedit in obligationib. facti.*
16 *Obligatione durante species peti potest.*
17 *Interpellatio debet aliquid operari.*
18 *Mora non debet prodesse moroso.*
19 *Intellectus ad l.cum quidam.C.de cond.inser.*
20 *Legatum sub conditione impleri debet eo modo quo potest, ut uoluntas testa.seruetur.*
21 *Argumentum à simpliciter ad secundum quid non procedit.*
22 *Remedium legis ij.C.de rescind. uend. an locum habeat ad pretij supplemētū si fundus alluuione peat.*
23 *Obligatione in alternatiua una re perempta remanet obligatio.*
24 *Moram post interitus speciei periculum ad debitorem spectat. & quæ requirantur ad constituendum quem in mora.*
25 *Culpa non sufficit ubi in lege de dolo fit mentio.*
26 *Culpa non excludit, tex. de dolo mentionem faciens taxatiuè.*
27 *Dolus & culpa quibus modis considerentur.*
28 *Moram post interitus quo casu liberet.*
29 *Iniuria dicitur omne quod non iurè fit.*
30 *Pupillus in moram non constituitur si promiserat sine tutoris auctoritate.*
31 *Debitoris semper est periculū in debito quantitatis.*
32 *Quantitas in genere non possidetur.*
33 *Debitoris an sit periculum in quantitate debita respectu speciei.*
34 *Electio in alternatiuis primitus litem contestantis est, quando duo concurrunt ad idem.*
35 *Iudicis officiū præsupponit quādā quasi obligationē.*
36 *Relatum non referens semper attendi debet.*
37 *Debitor interitu speciei quo casu non liberetur.*
38 *Debitor an liberetur à quantitate si per statutum sit reprobata, cum exemplo.*
39 *Debitor quantitatis non euitat casus fortuitos.*
40 *Pecunia reprobata non liberat soluentem.*
41 *Intellectus ad l.mortuo boue.ff.de leg. ij.*
42 *Mora interpellatio quibus in casibus nō requiratur.*
43 *Interpellatio an requiratur ubi in promissione iuramentum non interuenit.*
44 *Iuramentum in contractu appositum impedit purgationem moræ habetq; uim clausulæ codicillaris.*
45 *Iuramentum constituit uassallum in mora sine interpellatione, & facit conductorem à iure suo cadere si per annum cessat soluere pensionem.*
46 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus super quo interponitur, & ita debet interpretari ut iurantem minus obliget quam sit possibile.*
47 *Dies interpellat pro homine.*

48 *Difficul-*

48 *Difficultas an impediat moram contrahi.*
49 *Impoßibilitas superueniens excusat à pœna.*
50 *Intellectus ad l.sancimus.C.de fideiuss.*
51 *Difficultas in pœnalibus an excuset.*
52 *Moram cõmitti in obligationibus dandi species, an difficultas impediat, & quid in debitore quantitatis, & 54.*
53 *Debitor negans debitum, si de mendacio conuincatur, an perdat beneficium quod habet ut excusetur difficultate?*

Pomponius. Lib. XXII. ad Sabinum.

l. QVOD TE.

1 Materia moræ † profunda est, vt inquit Bar.in l.si insulã, in princ. ff.de verb.obligat.

De apicibus iuris, secundũ Bal. in l.etsi post tres, in prin.ff. si qs cau.idest scrupulosa & subtilis, l. si fideiussor. §. quædã.ff.man.l.ita vulneratus, ad fi. ff. ad legem Aqui.Idem Bal.in c.dilecti, nu. 2.de iudi. bonus tex.in l.sed hæc.ff.de excu.tuto. Et secum semper præiudicium afferens, iuxta illud.

Rumpe moras, nocuit sẽp differre paratis. de quo etiã in l.quandiu, in fi.ff.de acqui.hær.& in l.in fraudem, in §.fi.ff.de mi.testa. & in l.j. C. qui admi.quæ & si de dilatione tractuq; temporis loquantur, vt per Bal.in d.l.j.col.7. habent tamen locum etiam hic, vbi pro culpa capitur. l.si mora.l.semel mora.ff.solu.mat.l.mora. ff.de vsu. ex quo præiudicat quoque moroso.l.in condemnatione.§.fi.ff.de reg.in.c.mora, eo.ti.in 6. ideo, & ad propositum, aliqua, ad euidentiam præmittenda sunt.

Et primo, quid sit. Nam si totius negotij caput, vt ad Nicoclem Regem inquit Isocra. atque in quouis rei est, probe constituerimus, in ea intuentes, melius de cæteris quoque partibus dicturi sumus. Vnde Cic.non ab re, diffinitionem totum appellat.

Secundo, an alio nomine alicubi in iure vocet.

Tertio, vnde dicta sit, & quotuplex.

Quarto quot modis contrahatur.

¶Quinto & vltimo, qui sint ipsius effectus.

2 ¶Et breuiter quo ad † primum, dicendũ est, ꝙ nihil aliud sit, nisi cùm maior 14.annorũ, curatore carens, congruo loco & tempore interpellatus, soluere non curat, ut per glo.in d. l. mora, & fuit diffinitio Azo.& quidẽ optima, ut in ea fusius.de qua etiam per Cyn.in l.in minorũ.col. 2.C.in quibus cau.in int.resti.non est ne.

Quanuis prima facie dubitabilis videatur, qa etiam minor potest interpellari.l. sed si ex stipulatu.ff.de verbo.oblig.

Immò & adultus, curatorem habens.l.si curatorem. C.de in integ.resti.mino.glo.in d.l. sed si ex stipulatu.

